OPUS THEOLOGICUM IN QUO VARIÆ DIFFICULTATES THEOLOGICÆ...

Dionysius Daxecortesius, Joseph De_Donis

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
32 M
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OPVS THEOLOGICVM

IN QVO VARIÆ DIFFICVLTATES THEOLOGICÆ EXPLANANTVR,

Relicta inutilium *Diſputationum* ſuperfluitate, & dimiſſo opinionum cauilloſo examine *veritas ipſa* (quæ paucis eſt contenta doceri) clare, & breuiter enodatur, & irrefragabili Sacrarum Scripturarum approbatorum ſummorumque Pontificum auctoritate roboratur, necnon Sanctorum Patrum, & orthodoxorum Theologorum, pręcipuè Doctoris ſubtilis Doctrina eadem veritas oſtenditur firma, ſolida & ſtabilis aduerſus Hæreticos, tam veteres, quam recentiores.

Opus ſanè tam Sac. Theologiæ ſtudioſis verum etiam ſcripturarum ſacrarum interpretibus concionatoribus, & Confeſſarijs, valde de vtile, & neceßarium cum duplici Indice vno Librorum Capitulorum, & Articulorum; Altero rerum notabilium.

AVCTORE

R. P. DIONYSIO DAXECORTESO BERGOMENSI


Ord. Minorum ſtrictioris Obſeru. Prouinciæ D. Antonij Sacr. Theol. Lectore Generali, olim S.S. Inquiſitionis Conſultore.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO

D. D. IOANNI BAPTISTÆ

E Sereniſs. Familia SANVTA Inclitæ Venetiarum Reip. Patricio Diœceſis Ciuitatis Taruiſij, & eius Antiſtiti Vigilantiſſimo.

DICATVM.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Opus

TARVISII, Typis Io: Baptiſtæ de Blanchis, *Superior. Permiſſu.* 1690.

Ioseph de Bonis.

Digitized by Google

Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Domine.

QVid vltra immoror, animoque reuoluo, cui Theolog. P. Dyoniſij Daxecorteſi opus viri ingenio ſane eximio, ac preclaro inſignis nuncupem, cum diù, noctùque memorię inhęreat (Illuſtr.^{me} ac Reuer.^{me} Pręſul) illa tua vndecunque ſe ſe aperiens humanitas, qua ſubditorum vota, vel grandia pari excipis vultu, vel minima non diſpari frontis amplificas hilaritate? Quid amplius inquam ſuperſedeo cum & Epiſcopalis dignitatis faſtigium ex Paſtoris officio, & tui generis ab ipſo, vt ita dicam, ſole deducat vetuſta nobilitas, ex tuę debito Nobilitatis, & ipſum huiuſce obiectum ſcientię, Deus ſcilicet, à quo Taruiſinam regere Eccleſiam eſpoſitus, & ratione filiationis, & tuæ gratitudinis te in tanti operis Patronum adoptant? Hoc igitur qualecunq; meę deuotionis pignus tibi offero (Præſtantiſſime Præſul) vt è rei tenuitate deprehēdas animi magnitudinem, & animum ipſum te maximo dignum, ſi minus vires tuo merito correſpondent. Vt grato, ac humano tuæ benignitatis oculo ad id reſpiceres, exorarem, ſed pudet, & de tua virtute diffidere, & oſtendere, te qua-

lem deſiderem, dum fauendi, auiditate re præuenis deſiderium; Preces non patitur tua innata benignitas, quod enim in *alijs* expetendum, vtpote à voluntate proueniens, vitę in quo ipſa virtus natura eſt, & omnimode neceſſarium. Satis eſt, de Deo agi, vt te noſcas vſque medullitus debitorem. Deo igitur redde, quod Dei eſt, protectionem ſcilicet, protectione cõpenſa, ac te exhibe parem in ipſius cultu, & in deducta per quęſtiones cognitione tutorem. Tuę virtutis, quæ tibi pręcipua à Deo eſt, ac Nobiliſſimæ Familię decora duxi irritum recenſere, quia vel ipſum ſatis loquax ſilentium Panegyrim diſertiſſimam, & ipſa nobiliorem eloquentia contexit, cum eò maximè proſpiciam ego, vt ad tui modeſtiam verba ſubmittam, & quadam meæ imbecillitatis vſura potius conſiderem, quid oculi, aureſque tuæ pati poſsint, quam quid virtutibus debeatur, præcipuè quod tantus tibi modeſtiæ, & moderationis ſenſus ineſt, vt, modo ipſi conſulas, ſilentio veritatem offendi pro gloria ducas. Patiare, quid lubet, quamuis non liceat Illuſtr. ac Reuer. Præſul, non patiar ego, quin animus ipſe in deuotionis oſculum Epiſcopalis, ſacræque impreſſum veſti effundatur, vt effunditur. Vale

Dominationis Tuæ Ill.^mæ & R.^mæ Taruiſij 17. Septemb. 1690.

Humiliſſimus, Addictiſſimus, ac obſequentiſſimus Seruus

Io: Baptiſta de Blanchis.

CAN-

CANDIDO LECTORI.

EN (ſtudioſiſſime Lector) continuantur ab inſipientia mea in vniuerſam Theologiam Practicam, & Speculatiuam, Scolaſtica exercitia, quorum vltimis finis eſt maior Dei gloria, tuumque in hac ſacra, & ſupernaturali facultate profectum; Scotica innixus doctrinæ proſequor fidei rationibus ſummæ veritatis aduerſus hæreſim explanationem, captiuando tamen intellectum meum in obſequium Christi, ne proprijs confiſus viribus errorum pelagus demergat me; Sacrum hoc igitur opus (quodcumque eſt) ſimplici corde, benignoque ſuſpice vultu; Sciens hæc tibi magis profutura quam Philoſophorum ſcripta, quæ potius verborum ambagibus, quam veritatis candore eluceſcunt; Errata ſi tibi ob fuerint corrigat ea (amice Lector) Sapientia tua, nam ego ſenio confectus conſcientiæ potius, quam paginæ incumbo. Vale.

TA-

Digitized by Google

TABVLA

Librorum Capitulorum, & Articulorum huius Continuationis Theologicæ.

Liber Primus. De ſtatu primorum Parentum in natura corrupta per peccatum.

De Tentatione, & Tentatorum Primorum Parentum.

De eorum cõſenſu punitione, & miſerijs.

De Tentatione Euæ, & eius conſenſu. Art. 1. Pag. 1.

De tentatione Adami facta per Euam, de eius conſenſu, & pudore nuditatis. Art. 2. 12

De Dei apparitione Adæ, & Euæ inquiſitione ſuper eorum delicta. Art. 3. 23

De ſententia Diuina in ſerpentem Euam, & Adamum, & executionem eiuſdem. Art. 4. 45

De duabus regulis humanarum actionum.

Quomodo Homo cum Brutis conueniat, & ab ipſis differrat. Art. 1. 69

De ſindereſi, & conſcientia intrinſecis humanarũ actionum Regulis. Ar. 5. 76

De voluntate Diuina extrinſeca Regula humanarum actionum. Art. 3. 86

De actibus Diuinæ voluntatis quibus voluntas humana conformãda eſt. A. 4. 93

De actibus humanis, quoad eorum quidditatem, & accidentia quacumq; tàm intrinſeca, quàm extrinſeca.

De humana actione voluntaria, & libera. Art. 1. 106

De impedimentis liberi, & voluntarij. Art. 2. 114

De actibus humanis in particulari, & eorum circumſtantijs. Art. 3. 123.

De bonitate morali humanorum actuum, tam in generali, quam in particulari. Cap. 4.

De bonitate morali in comuni, & in generali. Art. 1. 132

De bonitate morali humanorum actuum in particulari procedentia virtutibus moralibus. Art. 2. 141

De bonitate morali humanorum actuum in particulari procedente à virtute Prudentiæ. Art. 3. 149

De bonitate morali humanorum actuum in particulari proueniente à virtute iuſtitiæ. Art. 4. 158

De bonitate morali humanorum actuum in particulari à virtute fortitudinis. Art. 5. 172

De bonitate morali humanorum actuum in particulari proueniente à virtute Temperantiæ. Art. 6. 179

De malitia morali humanorum actuum, tã in genere, quã in particulari.

De malitia morali humanorum actuum in generali, & de peccato Originali. Art. 1. 186

De malitia morali humanorum actuum in particulari hoc de peccatis actualibus. Art. 2. 196

De Cauſa malitiæ moralis humanorum actuum in particulari hoc eſt peccati actualis. Art. 3. 206

Lib. 6. De Chriſto Saluatore, & Redemptore humani generis vbi de eiuſdem D.N. prædicatis abſolutis, & reſpectiuis quibus explicabuntur opera Redemptionis humanæ, tàm in generali, quàm in particulari.

De cauſa diſpoſitiua, & meritoria Dominicæ Incarnationis. Cap. 1.

De merito Chriſti, B.V.M. & Sanctorum Veterum Patrum reſpectu Diuinæ Incarnationis. Art. 1. 213

De vera Diuinitate, & de vera humanitate Chriſti. Art. 2. 222

De Prædeſtinatione Chriſti. Art. 3. 237

De

Digitized by Google

De cauſis Incarnationis Dominicę. Cap. 2
De cauſa finali Incarnationis Dominicæ. Art. 1. 245
De cauſa efficiente Dominicæ Incarnationis. Art. 2. 251
De cauſa formali Incarnationis Dominicæ. Art. 3. 265
De termino vnionis *hypoſtaticæ* in *Incarnatione* Dominica. Art. 4. 274
De cauſa materiali Dominicæ Incarnatinis. Art. 5. 284
De B.V.M. Dei Matre, & eius prerogatiuis, & priuilegijs. Cap. 3.
De B.V.M. prædeſtinatione, immunitate ab originali peccato, & eius ſanctificatione. Art. 1. 295
De B.V.M. excellenti prærogatiua Maternitatis Dei, cum ſuis ſequelis. A. 5. 309
De B.V. ſcientia, gratia, merito, & Beatitudine. Art. 3. 319
De actuali Diuini Verbi Incarnatione vita, & operationibus eius vſq; ad mortem. Cap. 4.
De conceptione corporis Chriſti, & eius organizatione. Art. 1. 330
De Anima Chriſti, & Intellectu eius cum ſuis operationibus. Art. 2. 337
De voluntate Animæ Chriſti gratia, & eius operationibus, & perfectionibus. Art. 3. 346
De alijs duabus gratijs Chriſti vnionis ſcilicet, & capitis. Art. 4. 354
De duabus naturis vnitis in verbo Diuino, & earum conſequentibus, Art. 5. 360
De Circoncisione, & de Baptiſmo Chriſti. Art. 6. 373
De ſolitudine ieiunio tentatione, & manifeſtatione miraculoſa Chriſti. Art. 7. 384
De merito, & ſatisfactione Chriſti. Art. 8. 394
De Paſſione, & Morte D. N. I. C. Art. 9. 410
De Corporis eius ſepultura Animæ deſcenſu ad Inferos, & glorioſa eius Reſurrectione. Art. 10. 430
De Aſcenſione D. N. I. C. in Cœlum eius ſeſſione ad dexteram Patris, & Aduentu Spiritus Sancti. Art. 11. 445
De Præeminentijs D. N. I. C. ſecundum humanitatem, nempè de poteſtate legiſlatiua, & de adorabilitate. Cap. 5.
De lege veteri ſeu Moſaica, Art. 1. 458
De legi noua, & Euangelica. Art. 2. 471
De Legibus veteri, & noua comparatis adinuicem. Art. 3. 480
De Prærogatiuis legis Chriſti ſuper Legem Moyſis. Art. 4. 489
De præeminentia adorabilitatis D. N. I. C. Art. 5. 501
Incipit Liber 7. In quo agitur de reſtitutione hominis ad amiſſam perfectionem, tàm ſecundum quid, & incompletam per gratiam virtutes Theologicas & 7. Sacramenta eccleſiæ ſimpliciter, & completam per æternam gloriam, & fœlicitatem.
De gratia, & eius effectibus. Cap. 1.
De Natura, & quidditate gratiæ eius diuiſione, & neceſſitate. Art. 1. 517
De 1. effectu gratiæ, hoc eſt de Iuſtificatione. Art. 2. 533
De 2. effectu diuinæ gratiæ hoc eſt de merito bonorum. Art. 3. 544
De virtutibus Theologicis, Fide, Spe, & Charitate. Cap. 2.
De fidei eſſentia diuiſionibus, & proprietatibus. Art. 552
De obiecto formali, & materiali fidei. Art. 2. 571
De credendis de neceſſitate ſalutis. Art. 3. 589
De proponentibus credibilia. Art. 4. 601
De ſingularibus Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſuper Sectas Lutheri, & Caluini. Art. 5. 639
De Spe virtute Theologali. Art. 6. 650
De charitatis eſſentia diuiſione, & eius ſubiecto. Art. 7. 658
De obiecto materiali, & formali, & ordine charitatis. Art. 8. 667
De Sacramentis. Cap. 3.
De Sacramentis in genere. Art. 1. 689
De Sacramentis Legem naturæ Moſaicæ, & Euangelicæ, ſiue gratiæ. Art. 2. 702
De ſacramentis Euangelicæ Legis in

Com-

Communi, & de Baptiſmi Sacramento in particulari. Art.3. 713
De Sacramentis confirmationis, & Extremæ vnctionis. Art.4. 732
De ſacrificio Euchariſtico. Art. 5. 743
De Sacramento Euchariſtiæ. Art.6. 772
De pænitentia vt virtus, & vt Sacramentum. Art.7. 802
De Sacramento ordinis. Art.8. 820
De Sacramento Matrimonij. Art.9. 832
De Quatuor Hominis Nouiſſimis Morte, Iudicio, Inferno, & Beatitudine. Cap.4.
De Antichriſto. Art.1. 851
De Mortalitate humanorum corporum, & de immortalitate Animæ rationali. Art.2. 859
De Purgatorio. Art.3. 867
De vniuerſali mortuorum Reſurrectione. Art.4. 878
De Iudicio finali, & Inferno damnatorum. Art.5. 888
De æterna Beatitudine. Art.6. 901
De Inuocatione Sanctorum, Articul.7. 928.

Videat, & referat

Admod. R. P. Michael Archangelus à S.Thereſia F.Dominicus Ant. Inquiſitor Generalis huius S. Officij Conſultor.

INſigne, & per vtile opus, cuius titulus. Continuatio exercitiorum Scholaſticorum in Vniuerſam Theologiam practicam, & ſpeculatiuam ex mandato Reuer. Patris Antonij Rainerij de Aqua pendente Ordinis Minorum S.Franciſci Conuentualium Sacræ Theologiæ Doctoris, atque digniſſimè Taruiſij ciuitatis, & eius Diæceſis contra hæreticam prauitatem Inquiſitoris Generalis vidi, & legi, poſt autem exactam eius expenſionem fidei orthodoxæ, aut bonis moribus, neque apicem aduerſantem inueni. Immo quod in Eccleſiæ cedet vtilitatem, Vniuerſis Sacræ Theologiæ Candidatis lucem, & emolumentum conciliet plurimum reperi; Ac demum floridam Sanctorum Patrum præcipuè ſubtiliſſimi Doctoris doctrinam admirabili gaudio obſeruaſti. Opus igitur tam præclarum, & limpidiſſimo Seraphici Ordinis fonte emanatum, & à Reuerendo admodum Patre Dionyſio Bergomenſi ſtrictioris obſeruantiæ eiuſdem ordinis Lectore Generali non minori labore, quam ſummo ſtudio compoſitum prelo iure mandari ſentio.

In hoc noſtro Carmelitarum Diſcalceatorum Taruiſino Conuentu die 10. Aprilis 1683. Frater Michael Archangelus à S.Tereſia Carmelitanus Diſcalceatus S.Officij conſultor, & Sacræ Theologiæ Profeſſor.

Stante prædicta atteſtatione Imprimatur hac die 12. Aprilis 1683.
Fr. Dominicus Ant. Inquiſitor Generalis S.Officij &c.

LIBER

LIBER QVINTVS.

De ſtatu primorum Parentum in natura corrupta per peccatum.

De Tentatione, & Tentatore primorum Parentum. De Eorum conſenſu punitione, & miſerijs. Cap. 1.

De Tentatione Euæ, & eius conſenſu. Art. 1.

1 POſt quam in 4. libro actum eſt de præſtantia perfectionis, & dignitatis humanæ naturæ, & de excellentia, & felicitate eius ſtatus, in quo Deus ab initio conditum à ſe hominem collocauit; In hoc quinto libro Agendum eſt de Luctuoſo, funeſto, velut tragico tantę felicitatis exitu, lapſu dico primorum hominum, in peccatum non ipſis tantum, aut vni tantum populo vel prouinciæ calamitoſum, ſed cunctis hominibus quotquot fuerunt, quotquot ſunt, & quot erunt exitioſo; ac de miſerijs ipſum conſequentibus. Hic ærumnoſus caſus fuit fundamentum, & cauſa aduentus, & mortis Meſſiæ Adami ſcilicet peccatum, quod vniuerſi Generis humani maſſam, quaſi venenatum peſtiferumque fermentum infecit, in illo enim homine omnes homines vnus homo fuere, vt Auguſtinus docet; Ideoque ab illo veluti fonte omnes riuuli Serpentis Tartarei veneno ſunt imbuti; Pergit Idem ſanctus Doctor lib. 3. de peccatorum meritis, remiſſione Cap. 7., & ait, in Adam tunc peccauerunt quando in eius natura iu qua eos gignere poterat adhuc omnes ille vnus fuerunt.

2 Item ibidem ait quicquid erat in futura propagine, vita vnius hominis ſcilicet Adami continebat, & in libro 2. de Nuptijs, & concupiſcentia Cap. 5. Per voluntatem malam Adami omnes in eo peccauerunt, quando omnes ille vnus fuerunt, de quo propterea ſinguli peccatum originali traxerunt; Memoriæ traditum eſt à pluribus Hiſtoricis Caligulam Romanum Imperatorem aliquando in hæc Verbum exclamaſſe; Vtinam Populus Romanus vnam ceruicem haberet, videlicet, vt vno ictu poſſet totum populum abolere; tam Crudelis fuit; Crudelior fuit ille Tartareus ſerpens quam Caligula. Hic in vno populo vnam optabat eſſe ceruicem, quam feriret ille in vniuerſo hominum genere

vere vnam reperit quam acutiſſimo peccato gladio cederet; Illa vna Adami ſeruix totius humani generis ceruixerat, quod totum in Adamo principe Capiti quæ ſuo continebatur, illa quoque Adami percuſſio Capitis totius humani generis percuſſio fuit, hominumque omnium non corporis ſolum, verum Animi etiam mors acerbiſſima.

3 Moiſes initio ſui eximiis operis Geneſis hoc Adami peccatum poſteà quam de Mundi Creatione egit memoriæ hominum prodidit propterea quod aduentus Meſſiæ cauſa fuit; peccatum autem Angeli ſilentio preteriijt, & quod Meſſias in orbem venit non vt Angelos, ſed vt homines redimeret, & à peccati ſeruitute iminaniſſima liberaret: Angelum Moiſes ſubito introducit in Diabolum conuerſum Serpentis que ore cum fœmina colloquentem; at quomodo in Diabolum ſit conuerſus minimè enarrat; De peccato ſolum agit, quod Meſſiæ ſanguine delendum erat; Id tantum docet ſerpentem funeſtiſſimum in clariſſimum illum humani Generis totius fontem Adamum tot, & tantarum perfectionum inſignem virus mortiferum reuomiſſe: humanum quæ genus quod vniuerſum illo ex fonte aquam hauſit, occidiſſe; Cuius ineffabile damnum à tentatione inceptum eſt atentatione Euę illis infernalibus verbis Dixit igitur Diabolus ad mulierem cur præcepit vobis Deus vt non comederitis ex omni ligno Paradiſi. Gen. 2. vbi primo ſi offert inquirendum, & decidem cum an Serpens, qui cum Eua collocutus eſt fuerit verus, vel metaphoricus.

4 Caietanus hic Gen. 2. vocabulo ſerpentis, nec verum ſerpentem, nec eius ſimulacrum intelligi debere ſed ſolum Dæmonem; qui, quod callidiſſimus, & inſidioſiſſimus ſit; & cupidiſſimus nocendi hominibus ſit metaphorice ſerpens ſic enim in ſcripturis ſacris ſæpè appellatur, nec illam tentationem, & ſermonem Dæmonis cum Eua externum, ac ſenſibilem fuiſſe putat. Hæc ſententia non modo falſa, ſed vt erronea, & vbique fundamento ab omnibus, qui ſapiunt, & conuenienter de Diuina ſcriptura, & doctrina Catholica ſentiunt repudiatur, & abijcitur, eſt enim contra Doctrinam omnium Patrum, & Theologorum, & contra comunem Catholicum Eccleſię ſenſum; Peruertit enim totius Moſaicæ Hiſtoriæ fidem, totam eius narrationem figuratam, ac metaphoricam faciens; Dicendum igitur eſt fuiſſe verum, & naturalem ſerpentem, in quem tamen ſe Diabolus inſinuauit, & per eum quaſi per organum tuum formauit humanus voces, & ſermonem cum Eua miſcens callida, & malitioſa tentatione eam decepit: ſic D. Baſilius homi de Paradiſo D. Chryſoſth. hom. 16. in Geneſim. D. Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 11. & alibi; Teodoretus queſt. 31. & 22. in Gen. & alij Plures: Magiſter ſent. lib. 2. d. 21. & ibi ſcholaſtici.

5 Item Verba illa Serpens erat Callidior cunctis Animantibus, intelligenda ſunt de vero ſerpente, cum vero Moiſen appellare aſtutiorem alijs beſtijs non quod ſignificaret per aſtutiam naturalem ſerpentis deceptam eſſe mulierem Euam; Sed vt oſtenderet, non temere nec ſine magna ratione Diuinæ prouidentiæ factum; vt Diabolus ad decipiendum hominem ſe ſe in ſerpentem potius quam in aliud quod vis Animal inſinuaret videlicet; vt intelligeretur quod congruens aſtutiæ Dæmonis ad fallendum hominem ad hibitum fuerit inſtrumentum, & vt ex aſtutia ſerpentis, & naturali Inimicitia quæ eſt inter eum, & hominem conuinceretur multiplex Diaboli aduerſus hominem pernitioſa aſtutia, & odium implacabili, ſunt autem in ſerpente multæ aſtutiæ, tum ad Cauendum mala, tum ad nocendum, cauet enim mala, quia non audit Incantatores putans quod audiendo multum patietur, ideo, vt non audiat obturat aures ſuas ponendo vnam ſuper lapidem, & aliam claudendo eam cauda: Vnde dicitur Pſalm. 57. ſicut aſpedis ſurdæ olturantis aures ſuas, quæ non exaudient voces incantantium, & venefici incantantis ſapienter; Item ſi ferro aut ferro

ſerpens.

ſerpens ab homine aggreditur; Quo tutius caput, Vnde totius corporis ſalus pendet circumuoluit totum corpus in orbem, vt illud occultet, & abietibus tuentur reliquum corpus exponens periculo pro vnius defenſione capitis; Item tradit Epiphanius hæreſi 37. *quod ſerpens ſiti agitatus ſi ambibulo* procedet ad aquam, *vt bibat non* fert ſecum venenum ſed ipſum in latibulo deponit nè aquas veneno inficiant, vt qui corrumpat Plinius etiam lib. 8. Cap. 27. multa de ſerpentis aſtutia tradit habet etiam ſerpens prudentiam ad nocendum quia nouit per inſidias nocere nam infrà in hoc capiti dicitur tu inſidiaberis calcaneo eius, ſed hoc differatur ad infra dicenda.

6 Ioſeph Hebreus prim. lib. antiquitum Cap. 1. ſignificare videtur conceſſo ſerpentem illum verum ſerpentem fuiſſe, fuiſſe tunc illi naturale intelligendi, & loquendi facultate preditum, & pedibus vti ad gradiendum, ac veneno carere eum vero inuidia felicitatis humanæ ad fallendum hominem eſſe inſtigatum; ſimile quid piam videtur Baſilius docere in homilia quæ eſt de Paradiſo ſcribens omnia Animalia fuiſſe ante peccatum Adæ. manſueta, & in ſe concorditer viuentia quodque audirent inter ſe, & loquerentur ſenſate nec ſerpentem tunc in terra repaſſe ſed ſublime erectum pedibus ſuis inceditſſe. Quodque docere videtur etiam Plato in politico ſcribens regnanti ſaturno non homines modo cum hominibus ſed cum beſtijs, etiam ſermocinare potuiſſe, & ſi quid ex illis vellent cognoſcere ſolitos interrogare, & viciſtim ab ipſis reſponſa accipere. Ceterum Ioſephi opinio omnino impoſſibilis eſt; Quid enim dici excogitarique poteſt incredibilius, & ab ſurdius nam intelligendi facultas. eſt proprijſſima hominis cuius definitio eſt eſſe Animal rationale; facultas etiam loquendi, & ſermocinandi, vt tradit Ariſt. lib. 4. de Hiſtoria Animalium Cap. 9. homini eſt propria. Nam quedam Animalia, quæ ab homine edocta ſimiles hominis voces fingunt non ſunt tamen voces verę niſi impropriè.

7 Tentator igitur fuit Diabolus. quia neceſſe erat quod Tentator eſſet ratione vtens loquens, & intelligens, & tamen hoc non competit niſi Deo, homini Angelo, & Dęmoni; Homo autem non fuit tentator quia non erant tunc alii homines ſed ſolus Adam, & Eua, nec Deus fuit tentator quia Deus neminem tentat ex epiſtola D. Iacobi quod ſi dicatur Deum tentaſſe Abraham Gen. 22. Reſpondetur quod illa tentatio non fuit ad malum ſed ad manifeſtandam virtutem Abrahæ. Nec etiam fuit Angelus bonus quia tunc erat in Charitate radicatus, & confirmatus; ideò ab ipſo non potuit, nec poteſt eſſe tentatio ad malum culpæ. Tentator igitur fuit Diabolus, & quidem primarius nempe Lucifer ità docet Magiſter Hiſtoriarum in lib. Geneſis cap. 2. vbi ait Lucifer deiectus, e paradiſo ſpirituum inuidit homini quod eſſet in Paradiſo corporum ſciens ſi faceret tranſgredi quod, & ille eijceretur idem docet Magiſter ſentent. in 2. diſtinct. 21. Lucifer igitur tentauit primum Adam, tentauit, & ſecundum ideſt Ieſum Chriſtum, ſed contrario euentu nam tentando primum ipſum vicit, & ſibi ſubegit, ſed tentando ſecundum ab ipſo victus eſt confuſus, & ſubiectus; Inuidia igitur mouit Luciferum ad tentandum primum hominem, quoniam Diabolus fuit motus ad eum tentandum propter bonum ipſius hominis apprehenſum, & ſuper excellens bonum proprium eius que aliqualiter depreſſiuum, in quo fundatur inuidia; Diabolus non tentauit Euam tentatione interiori, quod non permiſit Deus, quia interior tentatio eſt maiorquam exterior, vſque adeo licet permiſerit Deus hominem tentari noluit tamen eum tentari forti tentatione ſed leui; nè ſtatim deprimeretur: Inſuper tentatio interior quanto minus cognoſcitur minus cauetur atque adeo difficilius ei repugnatur. Exterior vero quia cognoſcitur facile poteſt euitari; ideò fuit conueniens quod non permitteret

Deus fieri tentationem interiorem contra hominem ſed exteriorem tantum, quæ cum in fronte portet quodam modo ſuum turpitudinem ſine magno labore deteſtari poteſt.

8 Angelus cum ſit purus ſpiritus non eſt figurabilis propriè niſi ſimilitudinariè. Ideò Sacra ſcriptura 2. Cor. 10. Angelum bonum vocat Angelum lucis, ideſt habentem formam ſeu figuram Lucis, in quam Sathanas ſe transfigurare nititur: e contra eadem Sacra ſcriptuta Epheſ. 6. vocat Angelos malos tenebrarum ſeu tenebroſos. inquit enim ibi Apoſtolus aduerſus Rectores tenebrarum harum; ideſt habentes formam, & figuram tenebroſam; Diabolus igitur habens talem formam in ea deberet ſemper apparere; in qua tamen noluit Euæ apparere, nec tentare, nam ſic apparuiſſet deformis, & tenebroſus ſicque aſpectus eius reddidiſſet eam ſuſpectam, vt Verbis eius non attenderet, & hoc eſt, quod dicit Magiſter in 2. diſt. 21. quod Diabolus non apparuit in propria figura ne fraus illius nimis manifeſtaretur in ſua ſpecie, atque ne apperte cognoſceretur; atque ita Eua eum repelleret, (& poſt ſubdit) vt igitur in ipſa forma non veniret voluntate ſua factum eſt, vt autem in forma conuenien-te ſuæ malitiæ veniret Diuinitus factum eſt: voluiſſet forte apparere in figura Angeli boni: ſed non permiſit Deus, ne valde tentatio vrgeret, nam Deus voluit, quod ſolum leui tentatione tunc homo vrgeretur, & tentaretur, vt ſi in figura Angeli boni apparuiſſet tentator, fuiſſet tentatio vehemens, quam vix homo potuiſſet ſuperare, atque adeo non debuit ſic permitti tentare: At ſi dicatur Cur Deus permittit nos tentari à Dæmone in figura Angeli boni, cum tamen ſimus infirmiores primis parentibus. Reſpondetur quod primi Parentes erant infirmiores, nobis in hoc quod facilius poterant decipi quam nos: erant autem fortiores nobis ad vincendam tentationem carnis; quia ad eam non erant inclinati, nec habebant fomitem concupiſcentiam.

9 Nec decebat permittere Dæmonem apparere in forma humana, quia tentatio omnino vana fuiſſet: Nam Eua ſciebat quod non erant niſi duo homines ipſa, & Adam, atque adeo dum videret alium miraretur, & expaueſceret, & forte non audiret verba illius, ſed recurriſſet ad virum ſuum, cui tradita erat, & ſic fuiſſet vana tentatio, & eo minus Deus debebat permitere talem apparitionem, quia ipſe parum poſt erat apparīturus primis Parentibus in forma humana. Dices cum non debuit apparere Dæmon Primis parentibus in forma propria, nec Angeli boni; neque in forma humana, cur in forma bruti Animalis? Dicendum quod debuit apparere in aliquo Animali verò vel ficto; quia debuit in eo apparere in quo poſſet, apperenter loqui, cum tentatio per vocem expleta ſit non eſt autem aliquod, in quo fieri poſſi vox niſi Animal, atque adeo de aliјs Animalibus præter hominem accipere poterat ſimilitudinem, & per ipſam loqui; Sed cur non in forma columbæ? aut alicuius nobilis Animalis: Dicendum quod non fuit in electione Diaboli eligere Animal, quod vellet ſed quod ei conceſſum fuit. Vnde D. Auguſtinus lib. 11. De Gen. ad litteram Cap. 3. inquit non debemus ſane opinari, quod ſerpentem ſibi, per quem tentaret ſuaderetque peccatum Diabolus eligeret: Sed cum eſſet in illo propter peruerſam, & inuidam voluntatem decipiendi cupiditas, non niſi per illud Animal potuit, per quod poſſe permiſſus eſt; nocendi enim voluntas poteſt ei eſſe à ſe, non eſt autem poteſtas niſi à Deo, Non decebat autem vt permitteretur venire in columbæ ſpecie, quia Spiritus ſanctus in ea ſpecie venturus erat, vt patet Matth. 3. & Lucæ 3. vt non conueniebat, vt in eadem figura Diabolus, & Spiritus ſanctus apparerent: & inde talis figura redderetur odioſa potius quam venerabilis, & tentatio Euæ fieret difficillima ad ſuperandum ob ſimplicitatem columbæ, & fraus Dæmonis vix noſci potuiſſet.

10 Con-

10 Conuenientiſſimum igitur fuit Dęmonem tentare Euam in ſpecie, & figura ſerpentis triplici congruentia exigente; prima fuit ratione operis, quia tentatio fiebat per ſuggeſtionis ingreſſum, quæ intrat ad cor per modum ſerpentis, & ibi virus peccati *diffundit*, *ex quo homo ſpiritualiter moritur*, atque ideò, vt exterior effigies operi reſponderet interiori congruum fuit hominem à Diabolo tentari in effigie ſerpentis; cuius eſt ſerpere, & venenum diffundere; & diffundendo hominem interimere; Secundo fuit congruum reſpectu finis intenti; Nam intendebat Diabolus faciem hominis, & caput, & ſuperiorem mentem conuertere deorſum, & ſic proſternendo ad malum finem deducere, proponendo ſibi aliquod pręmium delectabile; ideò permiſſus eſt tentare in ſerpente, qui ſecundum totum corpus ſuum in ſuo inceſſu terræ adhæret; Tertio congruum fuit reſpectu futuri Iudicij Diuini, quia ex illa tentatione Diuino Iudicio inter tentatum, & tentantem debebat Inimicitia exori; Ideò tentatio hominis in ſerpente fieri debuit quem poſt lapſum maxime ab horreret, & ex horreret, & qui maxime ſua caliditate inſidiatur, hominem lædere: Cum ſerpens tunc non haberet pedes, ſicut, & nunc non habet, & non poſſet omnino ſtare, erigit tamen corpus ſuum, & dirigit quandam partem corporis in altum iacente reliqua parte corporis extenta ſuper terram, ſic tentando poterat ſe erigere maxime auxilio Demonis, vt poſſet mulieri loqui; poterat etiam ſerpens circundare ſe arbori alicui, & ita attollere caput, vt loqui poſſet ad mulierem.

11 Iſte ſerpens, in quo Diabolus tentauit primos parentes generis humani. fuit talis, quod inferius haberet formam ſerpentis; ſuperius verò faciem pulcherrimæ Virginis, ita Beda prout refert Magiſter in Hiſtoria ſcolaſtica lib. Gen. Cap. 21. Hanc opinionem ſecuti ſunt Alexander de Ales p. 2. q. 102. membr. 5. D. Bouauent. in 2. diſt. 21. art. 1. qu. 2. & alij; ſed Pererius ſentit fuiſſe illum ſerpentem; quem Philoſophi ſeptalem appellauerunt, quod eſt Animal formoſum, & pulchrum, tanta pulgens tergi varietate, vt ſquammarum nitore detineat aſpicientes, & quia reptando pigrior eſt miraculo ſui corporis ac pulcritudinis capiat aſpicientes, vt ſcribit Solinus Cap. 90. Quicquid ſit de hac re non eſt multum inquirendum; nam in re tam incerta, & ab humana coniectura tam remota magis eſt diuinare, quàm aliquid verè aſſerere; Per ſerpentem Diabolus loquebatur non enim formabatur vox à ſerpenti, ſed à Diabolo; & ſerpens non erat ibi, niſi inſtrumentum, & quidem inſtrumentum non intelligens: non enim ſciebat ſerpens, quid Dæmon intenderet loquendo illa verba, neque illa verba intelligebat, neque ſciebat quis loqueretur per illum, & an aliquis loqueretur; Diabolus loquebatur per ſerpentem ſicut per Energumenos, & Phanaticos; Energumeni ſunt arreptitij, quia Demonibus verxantur, & poſſidentur; Diabolus eos arripit, vt vexet, & non ſemper loquitur dum eos veſſat ſed interdum; Phanaticos vocat D. Auguſtin. eos, qui in Phanis, hoc eſt in templis Idolorum à Dęmonibus implebantur; & poſſidebantur; non vexabantur, ſed tantum per eos loquebantur. Loquentes, ſunt in quadruplici differentia: Quidam enim loquuntur, & intelligunt, vt homines; Alij ſunt per quos fit locutio ſed ipſi neque intelligunt neque loquuntur, vt ſerpens, & Aſina Balaam; Alij ſunt qui loquuntur ſed non intelligunt, vt Pſitacus; Alij ſunt per quos fit locutio, & non loquuntur ipſi, ſed intelligunt quæ loquuntur, vt ſunt Energumeni, & Phanatici.

12 Locutio in ſerpente non fuit ex virtute Anime ſenſitiuæ illius ſerpentis tanquam à principio ſufficienti, ſed fuit à virtute Diaboli; De ſe enim habet Anima ſenſitiua in Animalibus habentibus cor, & inſtrumenta vocalia; quod poſſit formare vocem ſed ipſa diſcretio vocis litte-

litterata eſt à mottore rationali. Vnde non erat ibi proprie miraculum, ſed mirabile quia nihil mutatum eſt indiſpoſitione inſtrumenti: Sacra ſcriptura non aſcribit Diabolo, ſed ſerpenti qui tamen, non tentauit; nam apud Euam ita erat, ac ſi à ſerpente tentaretur cum per ſerpentem id fieret, per id quod ſerpens dicebat, & nihil plus in tentatione fuit quam id quod ſerpens dixit; Eua non timuit ſerpentem quia D. Damaſcenus libro 2. de fide ortodoxa Cap. 10. ait ſerpens plus cæteris Animalibus familiaris erat homini; ipſum frequenter accedens, eique placidis motibus blandiens. Vnde per ipſum Princeps mali Diabolus primis noſtris parentibus venenum inſtillauit. Eua non obſtupuit audiens ſecum loquentem ſerpentem, quia habuit ignorantiam non prauæ diſpoſitionis, ſed puræ negationis, quæ ex Doctore ſubtili in 2. diſt. 22. q. vnica non repugnabat ſtatui Innocentiæ neſciens, vel potius dubitans, vtrum ſerpens loqui poſſet, necne quam ignorantiam breui abieciſſet interrogato viro ſuo, & ab eo inſtructa. Diabolus aſtutus impulſor prius tentauit Euam quam virum, quia Diabolus eſt ſuperbus, & valde dolet quando ſuperatur, & forte ab Adam fuiſſet ſuperatus, noluit primo tentare Adam, ne hanc deiectionem ſuſtineret. Item quia ſi Diabolus in prima tentatione ſuperaretur efficeretur timidus ad ſecundam; Ideo ibi primo voluit tentare, vbi erat quaſi certus quod poſſet ſuperare; poterat enim cognoſcere Dęmon differentiam naturalium Adam, & Euæ; & ita ſcire, quis eorum facilior eſſet ad decipi, quam alius, & ita in nobis cognoſcit, & ideo nouit, quem potius de nobis aggredi debeat, & in quo quiſque noſtrum infirmior ſit, vt ex ea pariter aſtute etiam tentauit mulierem ſolitariam inquit Magiſter ſententiarum in ſecudo diſt. 21. nam ſi tentaſſet Euam preſente viro tentatio fuiſſet difficilior, & ambiguum exitum habuiſſet.

13 Potuit Eua audire Diabolum loquentem, & illi reſpondere, nam ſecundum D. Auguſtinum lib. 8. ſuper Geneſ. ad litteram Deus creauerat Adam, & Euam tales, vt loqui poſſent, & intelligere, idem Magiſter ſententiarum lib. 2. diſt. 21. docet eos primos Parentes non indiguiſſe profectu; quia Deus operi ſuo præter naturæ curſum ſicut decdit eſſe, dedit, & complementum quantum ad Animam ſcilicet in cognitione illa, quæ ſecundum tempus exigebat; Homines enim quando ſecundum naturam veniunt ad complementum ætatis habent cognitionem, & ſermonem, ita cum Deus daret Adam, & Euæ perfectionem ſecundum corpus quantum habituri eſſent ſi eſſent 30. annorum debuit dare perfectionem cognitionis, & ſermonis, quam ea ætate homines habere ſolent; Hæc tentatio autem fuit vnica quia vbi vnum propter aliud totum reducitur ad vnum; tentatio autem fuit de Inobedientia, motiuum vero ad illam tranſgreſſionem (loquendo de motiuo finali fuit appetitus inordinatus ſimilitudinis Diuinæ, & ſecundum hoc vnica fuit tentatio, quo enim mouebatur Eua ad eſum fructus vetiti hoc fuit ratione illius illicite deſiderati, quod ei à Diabolo promittebatur, cui non eſt credendum, cum ipſe ſit mendax, & licet in nobis productio præcepti, vel prohibitionis non inclinet ad peccandum, ſed potius diſtrahat ab eo. In Eua tamen non fuit ſic; Immo propoſuit Diabolus Euæ præceptum dicens. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederitis ex omni ligno Paradiſi, & ex illo incepit tentare, & dicit D. Auguſtinus lib. 11. ſuper Geneſim Cap. 30. quod hoc fuit, vt peccatum eſſet minus excuſabile; nam ſi non fuiſſet prepoſitum præceptum potuerat, vel omnino excuſari ſi manducaret, vel alleuiari culpa eius; Immo conueniebat hoc ad finem ad quem Diabolus proponebat; non enim voluit ſolum proponere mulieri, quod comederet, ſed propter quid comederet, vt ſcilicet efficere-

ceretur ſicut Deus ſciens bonum, & malum. Sed hoc non potuit dicere niſi propoſito mandato, quod patet ex modo locutionis Dęmonis, nam dixit, cur præcepit vobis Deus &c. ac ſi dixiſſet, vos putatis, quod vetuit illud lignum, vt non moriamini comedentes de eo, ſed non eſt ſic, immò vetuit, vt non efficiamini ſimiles ei, quod fiet ſi comederitis, nam aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, atque ita debuit proponere Diabolus mandatum, vt innueret mulieri datum eſſe præceptum ex Inuidia, vt non efficeretur homo ſimilis Deo, quod ipſe non poterat concludere niſi mandatum proponeret.

14 Poterat Diabolus multis alijs modis introducere mandatum illud ſine interrogatione, ſed potius voluit illud introducere per modum quæſtionis, quia iſte modus viſus ſibi fuit aptior, & conuenientior, vt ſcilicet ex mulieris reſponſione locum haberet ad dicendum, quod voluerit, ex naturalibus Euæ cognoſcens eam garrulam. Indè etiam conſequenter ſequitur, quod tentatio non debuit propone in aliqua alia re niſi circa cibum ligni vetiti, vt induceretur ad tranſgrediendum præceptum, in quo proponendo viſus eſt plurali numero dicens cur præcepit vobis Deus &c. quia licet Diabolus ſoli mulieri loqueretur volebat tamen extendere verba ad eam, & ad virum, vt ad ambos poſſet extendi tentatio, ſicut, & factum eſt; Vnde, & Diabolus totam ſuam locutionem extendit ad ambos, cum poſtea dixerit nequaquam moriemini &c. & iterum, aperientur oculi veſtri &c. Cui reſpondit Mulier de fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo veſcimur; De fructu ligni quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud: Ex his verbis inexcuſabile omnino redditur Euę peccatum, nam totum mandatum detexit, diligenter quę recenſuit omnia, atque adeo reſponſo ſuo omnem ſibi inet ipſi defenſionem abſtulit; Dicunt Iudei in ſuo Thalmud quod ſerpens hoc audito coiuit cum Eua, ſed hoc turpiſſimum eſt, & manifeſta in ſania eſt aſſerere; ſicut, & illud, quod de Adam impudentiſſimè dixerunt, quod cum Animalibus maſculis, & fœminis coierit ante Euæ formationem; Ex verbis mulieris colligitur præceptum Diuinum datum eſſe ambolus; iuxta illud præcepit nobis Deus ad hunc modum, poſito enim viro in Paradiſo nundum formata muliere datum ſibi præceptum illud, & poſtea muliere formata repetiuit Deus preceptum coram ambobus, & tunc ei datum fuit Euæ.

15 Eſt ſententia D. Ambroſij lib. de Adam, & Eua, & fere omnium Theologorum illud, ne tangeremus illud, de ſuo addidiſſe, quo magis exageraret præcepti grauitatem; iam enim ipſi perſuaſione ſerpentis interius corruptæ præceptum illud diſplicere ceperat, nolebat enim ſubiacere præcepto, & id quod nobis diſplicet, ſolemus durius referre; Iam enim Diabolus animum mulieris inuaſerant primo quidem excitando in eam cupiditatem vaniſſimæ libertatis. 2. mijciendo tantum illius præcepti tædium, & odium, vt mulier in falſam illius præcepti exagerationem proruperit; ſimiliter dum dixit ne forte moriamur. li fortè de ſuo appoſuit dubitanter referens quod Deus aſſeueranter aſſeruerat; quia enim præceptum iſtud iam cæperat ſibi diſplicere, quando tentabatur ideo iam loquebatur de eo, ſicut de re diſplicente, atque ita fecit ſibi duo. Primum addidit aliquid de grauitate 2. abſtulit certitudinem, primum fuit quando dixit precepit nobis Deus ne comederemus. neque tangeremus illud Deus autem non vetuerat tangere, apponendo autem illud ſignificabatur res difficilior: Secundum fuit quando dixit ne forte moriamur. Deus autem dixerat moriemini; ambo autem proderant ad excutiendum præceptum; nam quanto præceptum grauius eſſet tantum eſſet magis irrationabile atque adeo facilius poſſet reiici,

ti; oblatio quoque certitudinis ad hoc proderat, ne præceptum cuſtodiretur formidine pœnæ erat autem pœna mortis, quantum autem tolletetur de certitudine pœnæ tantum tollebatur de timore peccandi, atque ita ambo ſimul inducebant ad non cuſtodiendum præceptum; quod euentu probatum eſt; Rupertus Abbas tradit Euam peruertiſſe tribus modis Dei verba addendo cum dixit, & ne tangeremus, diminuendo cum dixit ne forte moriamur, & mutando cum ait, ex ligno quod eſt in medio Paradiſi; nam Deus dixerat ex ligno ſcientiæ boni, & mali? In medio namque Paradiſi erat etiam Arbor vitæ nequaquam ipſis vetita, ſed hoc tertium non probat Pererius quia nomen ſcientiæ boni; & mali poſtea fuit ei Arbori attributum ſcilicet ex falſo ſerpentis promiſſo.

16 Dixit autem ſerpens ad mulierem nequaquam moriemini, ſcit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum; & malum. Hæc ſerpentis oratio non modo falſa eſt, ſed impia etiam, abſurda, & incredibilis; primum Deum facit eſſe mendacem; hoc enim ſignificare voluit dicens nequaquam moriemini; quaſi dixerit non eſt verum, quod dixit vobis Deus dicens ſi comederitis moriemini; Secundum Deum inuidiſſe eis ſummum quoddam bonum, & felicitatem, quod declarat illud; ſcit enim Deus, quod ſi comederitis ex eo eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum; quaſi diceret, propterea vetuit, quia noluit vos excellentia ſcientiæ ſimiles ipſius fieri; tertium fuit arborem illam vim habuiſſe efficiendi ipſos omnium rerum ſcientes; denique quartum, & quintum fuit poſſe homines ſcientia euadere ſimiles Deo, & quidem propter eſum fructus illius arboris; Hæc non timuit Diabolus dicere, quia poſt quam à Deo qui eſt ipſa veritas, ſe auertit, incidit in mendacium, & factus eſt mendax, & mendacij Pater, & non ſolum mentitur, ſed etiam eſt ſibi iam naturale, & proprium mentiri, ſicque quando mentitur facit ſecundum proprietatem ſuam, & ſi quando verum loquitur, facit (vt ita dicam) contra naturalem conditionem: Vnde primum mendacium inuentum eſt in eo, & propter hoc ipſe eſt Cauſa omnium mendaciorum: Hæc omnia tangit Chriſtus Dominus Ioan. 8. cum dicit, Vos ex Patre Diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri vultis facere, ille erat homicida à principio, & in veritate non ſtetit, quia veritas in eorum eſt, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. aliquando contra ſuam proprietatem dicit veritatem, vt caute decipiat; & ſecure noceat; Ideo tunc mentitur Diabolus quando mendacium eius occultari poteſt, quando autem eſt manifeſtum non mentitur; alias nullus aſſentiret dictis eius, & ſuaſionibus.

17 Quibus nihilominus non obſtantibus, credidit Eua dictis Diabolo credendo Diabolo credidit multa mala de Deo; primum erat, quod Deus mentiretur; ſcilicet ex intentione falſum diceret, quod eſt contra naturam Dei, cum ipſe ſit veritas, ſecundum quia credidit Deum inuidere homini, quod eſt impoſſibile, quia omnis inuidus eſt miſer, Deus autem eſt fœliciſſimus; atque adeo miſer eſſe non poteſt, nec per conſequens inuidus, quia hoc eſt contra ſummam eius bonitatem; tertium quia Credidit, quod aliquis cibus erat, quo guſtato efficerentur homines ſapientes, quod valde erroneum eſt; nam ſapere eſt ſecundum Intellectum, & per ſpeciem, & habitum intellectualem; & cibus eſt aliquid materiales; & non immutat niſi materialiter, & ad intellectum non peruenit; atque adeo impoſſibile eſt, quod det ſpeciem intelligibilem, nec habitum intellectualem: quartum fuit quia putauit, quod homo poſſet adæquari Deo, ſicut Diabolus dixerat, & promiſerat ei, eritis ſicut Dij, ex quo deſiderio tam excellen-

tis

tis boni mota eſt mulier ad comedendum de ligno; quintum erat, quia credidit incredibile; & contra totam rationem prudentiæ ſcilicet quod Deus mandaſſet homini non comedere, ne efficerentur æquales, & ſimiles, ac ſi non fuiſſet, vel non potuiſſet Deus deſtruere illud *lignum, & ſic imperfectus, vt Deus prohiberet* lignum, quaſi *non poſſet* impedire aliquem fieri ſimilem Deo, & hoc tutiori, & faciliori modo; ſatis enim fuiſſet Deo negari ſuum concurſum ad eſſe illius arboris, quæ in nihilum ſecundum ſe redigeretur.

18 Cum dixit Diabolus aperientur oculi veſtri, dedit Cauſam quibuſdam Hæreticis aſſerēdi primos parentes Adam, Euam fuiſſe cæcos ante peccatum, & tunc primum eos videre cæpiſſe, cum de cibo ligni vetiti comederunt; ad quod aſſerendum ex prædictis verbis illis oculos apertos fuiſſe, vt propriam nuditatem viderent; Hæc Hæreſis facillime conuincitur falſitatis namante quam illi peccaſſent de muliere loquens ſacra ſcriptura Gen. 3. dicit. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit; ſi cæca illa fuiſſet lignum videre non potuiſſet. Vidit vt ſacra retulit ſcriptura, non igitur fuit cæca; neque opus eſt, vt in re tam aperta amplius contendamus. Quod autem pro ſe afferunt ex *ignorantia procedit*, quoniam ſi *recte* (vt decet) litteram illam intelligerent, nullo modo ſibi fauere planè agnoſcerent; Audiant igitur D. Auguſtinum, qui in libro 14. de Ciuit. Dei Cap. 16. interpretatur illum locum Geneſis, & ait; patebant oculi eorum, ſed adhuc non erant aperti, ideſt non attenti vt cognoſcerent, quid eis indumento gratiæ præſtaretur quando membra eorum voluntati repugnare neſciebunt, qua gratia remota vt pæna reciproca Inobedientiæ plecteretur, exſtitit in motu Corporis quædam Impudens nouitas; Vnde eſſet indecens nuditas, & fecit attentos, reddiditque confuſos, aperti ſunt (inquit) oculi amborum (oculi inquam Intellectuales non ſenſuales.) Non ad videndum corporaliter, nam & antea videbant, ſed ad diſcernendum inter bonum, quod amiſerant, & malum, in quod ceciderant; Hactenus D. Auguſtinus.

19 Voluit autem Diabolus illis verbis vti tranſumptione, & voluit ſe accomodare modo transferendi; transferentes autem ſecundum aliquam ſimilitudinem transferunt, atque ita ſicut Intellectus eſt, per quem proprie ſcimus, ita in ſenſibus non eſt aliquis, per quem magis ſciamus quam ſenſus viſus, vt inquit Ariſtoteles primo Metaph: Cap. 1. & ſicut Intellectus eſt omnium cognoſcibilium ex tertio de Anima; ita ſenſus viſus licet non ſit omnium ſenſibilium ſed determinati generis, tamen magis accedit ad puritatem cognitionis intellectiuę quam alius ſenſus: nam maxime facit ſcire, & plures rerum differentias nobis oſtendit; tum etiam, quia iſte ſenſus magis ſubordinatur Intellectui, quam alij ſenſus, atque adeo viſus & auditus ſunt ſenſus diſciplinabiles, ideſt ad ſcientiam conducentes; cum hac tamen differentia quod viſus facit ad primam ſcientiæ generationem, auditus vero non niſi ad ſecundam; nam ſcientia primo inuenitur per ea, quæ ex viſu accipiuntur ex 1. Met. Cap. 1. quia ex ſenſationibus fiunt memoriæ ex memorijs experimenta, ex experimentis ars vel ſcientia, auditus autem non facit niſi ad ſecundum, ideſt quando in aliquo eſt ſcientia ille poteſt alteri tradere per auditum, atque adeo ſecundum hoc conuenientius tranſumitur oculus ad ſignificandum Intellectum, quam aliquis alius ſenſus, & licet duo ſint oculi, & vnus Intellectus eſt tamen duorum oculorum vnica viſio; Cum dixit Diabolus eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, innuebat quendam ſtatum excellentem, qualis eſt ſtatus Diuinus, non enim voluit ſignificare, quod efficerentur Deus, vel Dij, ſed quod acciperent quandam ſimilitudinem, vel æqualitatem eius, ideo dixit ſicut Dij, quam æqualitatem expreuit dicens ſcientes bonum, & malum, nomine autem boni, & mali ſigni-

ficare intendebat omnes differentias ſcibilium, quia bonum, & malum includunt omne ens, ac ſi diceret ſic o mederitis de iſto ligno ſcietis omne bonum, & omne malum, ideſt cognoſcetis quæcumque ſunt bona, & mala vera, & falſa, neceſſaria, & contingentia, atque ita de omnibus differentijs entium; vel ſcietis per vos metipſos, quid expediat vobis agendum, vel fugiendum, & non ex aliqua inſtructione.

20 Vidit igitur Mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo; Antea viderat mulier arborem illam ſed ſimplici, & innocenti aſpectu; Vidit tunc. Iam tentata, & de cepta, ſed ardens iam cupiditate illius fructus edendi, ante vidit ligni pulchritudinem, ſed non alliciebatur ad comedendum de eo, quia appetitus non erat deordinatus; poſt vero, quia ratio deordinata fuit in iudicando incepit appetitus deordinari male appetendo. Vnde tria in illis verbis denotantur vitia mulieris ſcilicet curioſitas, voluptas, & vanitas; Vidit enim ideſt curioſius conſiderauit pulchritudinem arboris, ecce curioſitas, vidit, quod erat ſuauis ad veſcendum, ecce voluptas; denique vidit quod eſſet aſpectu delectabilis, & vt ſonant Hebræa, & Græca ad intelligendum deſiderabilis ideſt quoad intelligendum, & contemplandum plurimum conducere poſſet ecce vanitas; Hoc triplici funiculo hominem vinctum, aſtrictumque ad omnia demum flagitia Demon pertrahit; Hæ ſunt malorum omnium illecebræ, quibus ad ſe mundus homines allicit, de quibus D. Ioannes ait omne, quod eſt in Mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitij 1. Ioannis 2. 16. ſic igitur vidit inquit Rupertus Abbas. lib. 3. de Trinit. Cap. 9. & ſic ſacrilega temeritate magis Diaboli, quam Deo, ſerpenti magis qua Creatori credidit, & tulit de fructu ligni, & comedit; nec ſatis illi hoc fuit quod comedit, ſed inſuper dedit viro ſuo; Sed hic obſeruandum eſt mulierem prius audiuiſſe ſerpentem, tum vidiſſe arborem, poſtea decerpſiſſe fructum, deinde comediſſe, poſtremo induxiſſe virum ad comedendum eodem plane modo eodemque ordine vſu venit; vt in peccando procedamus Prima enim eſt ſuggeſtio Diaboli, tum eius conſideratio, poſtea delectatio; deinde deliberatus conſenſus, ad hæc praui operis affectio, poſtremo eiuſdem Criminis cum alijs comunicatio, & tanquam eiuſdem morbi, & peſtis participatis.

21 Et ſi Eua non cognouit per eſperientiam bonum eſſe lignum ad veſcendum, quia nundum manducauerat, cognouit tamen per ſigna ſcilicet per pulchritudinem exteriorem arboris, & fructum eius, quæ atteſtabantur bonam complexionem eorum, atque adeo non eſſe mortiferos, & quia pulchritudinem illam vidit Eua dicitur, quod vidit bonum eſſe lignum ad veſcendum, & cum addit, quod vidit lignum pulchrum eſſe viſu, & aſpectu delectabile colligitur ſcripturam poſuiſſe ea, quæ mouere poterant mulierem ad ſumendum de fructu arboris; ac ſi diceret nihil erat, quod eſſet vt deſiderari non poſſet, & quamuis iſta duo pulchrum viſu atque aſpectu delectabile videantur eſſe eadem, tamen non pertinent ad idem ideſt ad ſignificandam pulchritudinem, ſed ponuntur, vt cauſa, & effectus; primum eſt pulchritudo, ſecundum eſt delectatio erat enim lignum illud, & fructus eius pulchrum quid, & boni coloris, & conuenientis figuræ, & quia tale erat quod in videndo delectaretur videns, propter, quæ tulit mulier de fructu illius, & comedit, & dedit viro ſuo, quia Eua diligebat virum ſuum, & volebat eum participem fiere, & quia credidit iuxta doctum ſerpētis, quod mãducando de illo ligno efficerentur ſicut Dij ſcientes bonum, & malum: ideo volebat, vt etiam vir efficeretur ſicut Deus; & ad hoc offerrebat ei Cibum, vt manducaret de illo; ad quod etiam ſollicitabatur a Demone, cui non erat ſatisfactum ſuperata

Eua ſi non deijceret Adam, nihil enim fe ciſſet; quia pereunte illa non perijſſet genus humanum, ſed pereunte viro, ideo magnam adhibuit Diabolus ſollicitudinem, vt per fæminum periret vir.

22 Eua ſeducta in preuaricatione fuit? 1. ad Timoth. 2. inquit D. *Paulus*; circa quod *notandum*, eſt, quod in ſtatu Innocentiæ non erat peccatum, atque adeo non debebat eſſe pæna, ſeductio autem Euæ ſic fuit, quia putauit rem aliter ſe habere, quam ſe haberet ſcilicet, quod poſſent eſſe ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, quod falſum erat; Hæc tamen ſeductio poſtquam corruit Mulier ſtatu Innocentiæ, & inde per hoc, quod ſerpens dixit Mulieri, eritis ſicut Dij inſurrexit in muliere elatio quædam amor ſcilicet in ordinatus maioris ſtatus, & iſte amor in quantum erat inordinatus fuit in Cauſa, qua mens recedebat a Deo, & perijt ille ordo, qui erat inter mentem, & Deum, in quo principaliter conſiſtebat Innocentia, & deſijt Eua eſſe in ſtatu innocentiæ, atque adeo neque Deus cuſtodiuit per ſpecialem prouidentiam mentem eius a malo, & ſeductione, ſed eam ſuæ naturæ, atque libertati reliquit; & quia Eua ſecundum perfectionem ſuæ naturæ talis erat vt decipi poſſet decepta eſt; Dices cum in ſtatu Innocentiæ non permitteret homines decipi; quare permiſit decipi Euam, & non reuelauit ei falſum, quo Diabolus eam deceperat; Reſpondetur quod Eua non fuit decepta quamdiu fuit in ſtatu Innocentiæ, in quo Deus non reuelauit mulieri deceptionem Diaboli, quia ipſa per ſe cognoſcere poterat falſitatem, & vere illa cognouiſſet Dæmonem falſa dicere; niſi appetitus inordinatus honoris inſurrexiſſet ei, per quem cecidit ab innocentiæ ſtatu, & tunc per Intellectus prauitatem voluntarie errauit, & quia magnum eccellentiæ deſiderium poſſidebat eam, Ideoque non cogitauit ſufficienter, & decepta eſt; Confirmatur. Eua ante congreſſum cum ſerpente, atque ſermonem non peccauit, quod ſacra indicat ſcriptura cum extremis Verbis Cap. 2. Geneſis dixit Adam, & Euam fuiſſe nudos, nec tamen erubuiſſe, quo ſignificare voluit eos fuiſſe in fælici ſtatu impaſſibilitatis, & Innocentiæ, & proxime ſubtexit hiſtoriam deceptionis, ergo in illo priori potuit cognoſcere illam, & præcauere, ſicque ſe conſeruare in illo feliciſſimo ſtatu.

23 Richardus in 2. diſt. 22. art. 1. q. 1. ita ſcribit primum peccatum Mulieris fuit ſuperbia, quam immediate ſciendi cupiditas eſt ſecuta, & poſt hoc inordinatus appetitus eſus ligni vetiti ideſt gula, & in commeſtione ſpiritualis inobedientia; Probabile enim videtur, quod ſecundum ordinem tentationis de peccato in peccatum fuerit lapſa; In tentatione enim primo expreſſa eſt promiſſio Eccellentiæ, cum dicitur eritis ſicut Dij; inordinatus autem appetitus eccellentiæ fuit ſuperbia; ſecundo promiſſio ſcientiæ, cum dicitur ſcientes bonum, & malum inordinatus autem appetitus ſcientiæ eſt curioſitas noxia; tertio exprimit ſcriptura appetitum eſus ligni vetiti cum dicitur, vidit ergo mulier quod eſſet boou[m] lignum ad veſcendum; quo datur etiam intelligi immoderatus appetitus Cibi, qui eſt gula. Quarto exprimit ipſam commeſtionem prohibitam, cum dicit, & tulit de fructa eius, & comedit, in quo conſumata eſt Mulieris in obedientia; Eadem fere ſcribit D. Bonau. in 2. diſt. 22. art. 1. q. 1. Conſumata inobedientia Mulier nõ fuit admirata; licet non ſenſerit in ſe aliquam mutationem in quantum ad ſcientiam, quia nundum erat tempus elapſum, nam dixerat Serpens. Scit Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, &c. cæterum dies ille, in quo comederat, nundum erat elapſus, & ad huc non manducauerat vir eius; vt ambo fierent ſicut Dij, atque adeo nundum apparebat falſum eſſe, quod promittebatur, neque fuit admirationis Cauſa in Eua; immo confirmabatur in promiſſione Serpentis, quia poſtquam comederat non erat mortua, ideo reſpiciens ad euentum promiſſionis Diaboli acceſſit ad Adam, & dedit illi

de fructu arboris optans bonum illud ſibi, & Adam comune fieri, quia maxime diligebat eum.

24 Commiſſis tot, & tam grauibus peccatis mortalibus amiſit gratiam ſanctificantem, ſiue gratum facientem, quæ cum peccato mortali non poteſt cohærere; & hæc amiſſio ſecuta eſt, cum Eua deliberate elegit contra Dei præceptum de ligno vetito manducare; perdidit etiam iuſtitiam originalem, quamuis eſſet gratia gratis data, quæ poteſt ſtare cum peccato mortali, quæ conſiſtebat in ordinatione, & rectificatione Inferiorum partium ad ſuperiores, & ſuperiorum ad voluntatem Diuinam; erat autem inter omnia iſta quædam æqualitas proportionalis ſcilicet Animæ ad Deum, appetitus ſenſitiui ad Animam, potentiarum executiuarum ad appetitum, & intellectum; ſanitas ad potentias executiuas, obedientiæ rerum ad non corrumpendum ſanitatem. Vocabatur originalis, quia iſta iuſtitia homini in ſua formatione, vel generatione, aut Creatione data eſt, & quia iſta tota concatenatio dependrbat ex primo ſcilicet ex ſubiectione Animæ noſtræ ad voluntatem Diuinam; ideo diſſolui non poterat, donec prima æqualitas, ſeu ſubordinatio Animæ ad Deum deſtrueretur, ſicut veritas concluſionis demonſtratæ non poteſt deficere donec deficiat veritas principij; Hæc ſubordinato in totum non eſt deſtructa poſt primum peccatum interius conſumatum moraliter: nec perdidit iuſtitiam originalem, quæ cum illo ſtare poterat cum eſſet gratia gratis data, vſquequo Deus eam ſuſtulit in pænam commeſtionis fructus ligni vetiti ſicut comminatus fuerat: commeſtio autem de fructu ligni vetiti debuit eſſe vtriuſque, vt ſententia haberet ſuum effectum, qui non eſt ſecutus ſtatim, quia cum iuit aduirum non erubuit de nuditate, quod erat ſignum non deperditæ iuſtitiæ originalis iuxta ea, quæ infra dicenda ſunt.

De tentatione Adami facta per Euam, de eius conſenſu, & pudore nuditatis. Art. 2.

1 QVæ fuit Adam adiuctorium, data eſt Eua, & inuenit deſtructorium; Eua facta eſt ſuæ ſalutis, & fælicitatis ſocia, ſed euaſit ſuæ miſeriæ fabricatrix, pro ſocia hoſtem ſe prebuit ei, pro coniuge aduerſariam, atque voluptatis illecebra Maritum in fraudem induxit, ac per ſcientiæ lignum à vitæ ligno auertit, vnde, & magnum fuit viri peccatum, nam licet ille eſſet eiuſdem ſpeciei cum muliere tamen erat vir ideo oportebat ipſum maioris facere præceptum Dei, quod continue illi inſonabat quam illicitum hanc concupiſcentiam, & non fieri preuaricationis conſortem, neque obnimias voluptates tot, & tantis ſe ipſum priuare bonis, & offendere Benefactorem, quiillum tanta liberalitate amplexatus eſt, vitamque doloris, & laboris expertem conceſſit; Ingratus tamen ad iſta voluit manducare de fructu illius ligni, cum ſciret a Deo vetitum eſſe, vt enim placeret vxori, hoc venenum ſibi propinauit; rogabat enim illa eum inſtanter, vt comederet, ille vero tenerrime diligebat eam aſſentiens voluntati eius, comedit vt docet D. Auguſtinus lib. 11. ſuper Gen. Cap. 42.

2 Sed hic occurrit difficultas An Adam potuerit decipi in ſtatu illo; & an de facto fuerit deceptus in tranſgreſſione tam turpi, & pernitioſa; ſunt hic duæ extremæ, & validæ opiniones: altera negans, & alteras affirmans, quæ in ſui declaratione inuoluunt pulcherrimam, & ſubtiliſſimam doctrinam ideo omni poſſibili diligentia patefaciendæ, & p. D. Paulus p. ad Timoth. videtur negare Adam fuiſſe ſeductum, inquit enim Cap. 2. Adam primus

mus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, Mulier autem ſeducta in preuaricatione fuit, D. Paulum ſecuti ſunt D. Thomas p. 1. q. 94. art. 4. aſſerens, quod primus homo decipi non potuerit, & D. Bonauentura in ſecundo ſent. diſt. 23. art. 2. q. 1. & *ratio horum eſt, cum primus homo eſſet in iuſtitia originali conditus*, quomodo potuerit decipi, tunc enim non eſt rectitudo, vbi eſt in ratione deceptio. Item cum eſſet tanta ſcientia, & cognitione præditus quomodo potuerit decipi, vix explicari poteſt; Inſuper cum fidem per internum inſpirationem haberet quomodo potius Dæmoni, quam Deo crediderit. Ex altera parte Plures Patres antiqui affirmarunt Adam primum hominem non ſolum potuiſſe decipi, ſed de facto eſſe deceptum? ſic D. Ignatius Martyr. Epiſt. ad Trallianos dicens Diabolus ſeduxit per Euam Adam Patrem generis noſtri; Ireneus lib. 3. aduerſus Hæreſes Cap. 35. vb ait ab illo ſeductus fuit ſub occaſione immortalitatis; D. Hilarius Can. 3. in Matth. inqui ens ſerpens Euam pellexit, & in errorem pellendo traduxerat Adamum. Epiphanius contra Hereſes Hæreſi 38. inquit; ipſe Diabolus per mendaciũ decepit Euã, & Adam, &c. Idem aſtruunt D. Auguſtinus in pſal. 68. in illud, quæ non rapui tunc exſoluebam Leo ſerm. 10. de nat. Dom. immo, & ſerm. 3. & 4. D. Ambroſius in illud Lucæ, *qui etiam deſpoliauerunt*, &c. & lib. de Paradiſo Cap. 21. & lib. de Elia, & Ieiunio Cap. 4. Cyrillus lib. 3. contra Iulianum, & alij plures.

3 Pro clara huius difficultuoſiſſimæ materiæ notitia tria videnda ſunt; primum vnde oriatur deceptio, ſecundum an Adam potuerit decipi, tertium ande facto vere deceptus ſit. Quantum ad primum dicimus ex decẽ ferme capitibus deceptionem ſuboriri poſſe; primo a parte obiecti; ſecundo a parte medij deferentis; tertio a parte ſpeciei rappreſentantis; quarto a parte ſenſus recipientis; quinto a parte phantaſmatis; ſexto a parte Intellectus cognoſcentis; ſeptimo a parte modi cognoſcendi; octauo ratione ignorantiæ; nono a parte impurfectæ cognitionis; decimo a parte illuſionis Dæmonum. Ex parte obiecti poteſt contingere deceptio, quando res nata eſt de ſe facere opinionem falſam, veluti quando propter ſimilitudinem decipimur aliud pro alio ſumentes, vt auricalcum pro auro. A parte etiam medij contingit decipi; quando ſcilicet radius viſualis aut ſpecies ſenſibilis propter medium immutatur, vt patet in baculo in aqua currente defiſſo, apparet enim fractus licet ſit integer. Vnde ſenſus decipitur, & etiam Intellectus niſi priori experientia veritatem fuerit expertus. Ex parte ſpeciei poteſt etiam obrepere deceptio, quando ſcilicet ſpecies rappreſentat res aliter quam ſint, aut eſſe quæ non ſint propter incidentiam radiorum ſolis, aut reflexionem luminis, vel quid ſimile, vt quando ſpecies nobis rappreſentant diuerſos colores in iride, aut in vitro triangulari, qui tamen nec hic, hec ibi vere ſunt ſed tantum apparenter. Ex parte ſenſus quando ſcilicet læſa eſt potentia, aut aliqua praua diſpoſitione infecta, vt lingua ægroti dulcia diudicat tanquam amara, & amarum produlci quandoque ſumit, & ſic etiam oculus cum ocularibus viridis omnia virida diudicat.

4 Ex parte phantaſiæ, ſeu phantaſmatis, quando nimirum diuerſu ſunt organa, aut deprauata vel a ſuis functionibus impedita, vt patet in Phreneticis; aut graui capitis dolore laborantibus, immo etiam ſi nullus timoribus poteſt contingere deceptio ex ſola organorum obſtructione, vel immpedimentis, quocumque functionis naturalis, vt patet in dormientibus, quibus non nunquam montes aurei, & multu huiuſcemodi ludicra ſolent obuenire. Ex parte Intellectus cognoſcentis; tum circa quidditatem rei, quia non cognouit omnes eius differentias tum etiam dum vnum ordinat ad aliud componendo, quia non omnia componibilia, & diuiſibilia ſunt ſibi nota. Ex parte modi cognoſcendi vt quandi homo errat circa prin-

ea principia demonſtrationis, aut ſalutem non eſt ita artis peritus, quod poſſit diſcernere ſilogiſmos recte concludentes a falſo concludẽtibus, & ſic in ſingulis ſciẽtis ex parte ignorantiæ maxime contingit deceptio, cum ignorantia ſit Mater erroris, impoſſibile eſt enim de rebus ignotis recte iudicium ferre; ponens enim differentiam inter duo neceſſario debet cognoſcere vtrumque ſub propria ratione, quod non poteſt ignorans ſcire; ergo neceſſe eſt decipi. Ratione etiam imperfectæ cognitionis, quæ enim imperfecte dignoſcuntur imperfecte diudicantur, cum libra Iudicij ſoleat ferri ſecundum examen cognitionis. Vnde ſi imperfecta eſt cognitio imperfectum eſt, & Iudicium, & conſequenter deceptio poteſt ſubſequi, vt patet indiuerſis hominum opinionibus, præſertim circa futura. Denique ex parte illuſionis Dæmonis; transformat enim ſe in Angelum lucis, vt ait Apoſtolus, & quã ſemel appetijt Dei ſimilitudinem conatur imitari, ita vt difficillimum ſit aliquando diudicare, vtrum ſit inſpiratio Diuina, an ſuggeſtio Diabolica, quæ intrinſecus homini ſuadetur. Vnde ait ſcriptura probate ſpiritus, vtrum ex Deo ſint an ex Dæmone.

5 Quantum ad ſecundum. Quamuis enim in præcedenti libro dixerimus Adam donatũ fuiſſe omnium rerum ſibi ſuis, que neceſſariorũ ſcientia, & etiam gratia ac iuſtitia originali fuiſſe inſtructũ, ne circa proprium deciperetur obiectũ; hoc tamen debet via naturali intelligi ceſsãtibus Dæmonum preſtigijs; cum enim Dæmon longe adhuc eſſet Adamo callidior, in multis ipſum decipere poterat modis; ſicut peritiſſimus in ludo Latrum culorum alium quamuis peritum facili negotio circumuenit, & ideo his omnibus decem modis potuit decipere primo aſpectu obiecti ſicut decepit mulierem. Vidit enim mulier quod lignum eſſet pulchrum viſu, & aſpectu delectabile; quamuis enim proprium obiectum naturaliter ſenſum ad malum non impelleret, Dæmon tamen poterat allicere voluntatem ſuis præſtigijs ad aſſentiendum peccato; ſicut ex vetula Venefica immo ex putredo cadauere aliquando prætendit, ac ſimulat pulcherimam virginum vt caſtiſſimum hominem decipiat; ſecundo ex parte medij poteſt enim medium immutare, ita vt res aliter appareant, quam ſint, vt cum oſtendit ſigna, & prodigia in terra Egipti per manum maleficorum, & hac ratione exuuias ſerpentes induit vt primum parentem poſſet decipere nefraus illius nimis eſſet aperta. Tertio ex parte ſpeciei cum ſe ſe aliquando pulcherrimum aſpectui obijciat cum teterimus ſit, & hoc etiam modo decipere potuit. Quarto ex parte ſenſus potuit enim immutare viſum ſi Deus permiſiſſet, itaut mulier ſerpentem non exhorruerit immo cum ipſo libenter ſit confabulata præſertim ad ſpectaculum tam nouum.

6 Quinto ex parte etiam phantaſmatis, quia poſſunt fieri immiſſiones, & Imaginationes per Angelos malos, Deo tentationem permittente cum illis quodlibet corpus obium ſit peruium, & penetrabile. Sexto ex parte Intellectus; quamuis enim homo non poſſet decipi circa quidditates rerum, circa compoſitionem tamen, & diuiſionem poterat contingere deceptio, cum eſſet impoſſibile omnium omnino rerum ſcire compoſitiones poſſibiles. Septimo Itidem ex parte medij cognoſcendi, quia a veternoſo, & callidiſſimo ſerpente poterat homo angulis fallaciarum concludi. Octauo ex parte ignorantiæ, multa enim adhuc latebant hominem vt futura contingentia, Miſteria Diuina, & ſecreta cordium. Vnde in ignorantia talium poterat contingere deceptio falſa perſuaſione. Nono ex parte imperfectæ cognitionis, cum enim Deum adhuc cognoſceret per fidem, & mundum facia ad facie æque potuit decipi primus parens ſicuti Inferiores Angeli Luciferum ſubſecuti. Deximo ex parte illuſionis Dæmonum, quia omnes nouerat, illudendi modos. Vnde D. Auguſtinus de Geneſi ad litteram lib. 11. Cap. vltimo ait, quod hanc proprie ſeductionem appellauit D. Paulus quia id quod ſuadebatur cum falſum

ſum eſſet verum eſſet putatum eſt. Concludimus ergo quantum ad tertium Primos Parentes vere fuiſſe ſeductos; De Eua enim non eſt dubium vnam in ſua defenſione coram Deo confeſſa eſt, dum dixit ſerpens decepit me; De Adamo probaturi quidquid fuerit *primum peccatum* Adæ (*de quo infra*) *impoſſibile eſt illud potuiſſe eſt illud* potuiſſe committere ſine aliqua deceptione: probatur nihil volitum quin præcognitum, ſed voluntas Adæ vere voluit manducare de cibo vetito ergo præuia aliqua falſa cognitione illius comeſtionis, & conſequenter non niſi præuia aliqua deceptione, qua talis commeſtio, & cibus ſuadebatur ſub aliqua vera, & licita honeſtate; aliter non manducaſſet.

7 Ad D. Paulum facile reſpondetur explicando eius ſententiã prout exponunt D. Epiphanius in Hæreſi Quintilianorum. Haymon. *Gloſſa* ordinaria. Oecumenius. Et D. Thomas in comentario eiuſdem loci D. Pauli dicentes debere ſub intelligi in illis Verbis Apoſtoli; (Primus) ideſt quod Adam non eſt ſeductus primus ſed Eua alat enim D. Paulus, quod Adam non *primus* formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus (ſubintellige primus) mulier autem ſeducta, in preuaricatione fuit 1. ad Timoth. Cap. 2. num. 14. Ad id de fide Adami Reſpondet Proſper in lib. aduerſus Caſſianum dicens Adam *perdidiſſe fidem, quia plus dictis*, & *promiſſionibus ſerpentis*, quam verbis Dei credidit. Ad fundamentum D. Bonauenturæ, & D. Thomæ quod approbare vera pro falſis non eſt naturæ hominis inſtitutæ, & integræ ſed pœna damnati. Reſpondetur verum eſſe vbi non eſt locus faſcinationi Dæmonis, ſi homo ſponte elicerer aſſenſum, vel diſſenſum circa veritatem, vel falſitatem nullo Dæmone tentante, vel decipiente. Breuiter; Si Primi Parentes permanſiſſent in ſua rectitudine, & in Innocentiæ potuiſſent quidem decipi obrationes dictas ſed de facto non fuiſſent decepti, ſi conſideraſſent honeſtatem præcepti, & veritatem præcipientis, volentes igitur decepti ſunt primo volentes debuerunt pœnas ſubire; & ſuſtinere, & nos cum illis.

8 Peccatum primi Parentis non fuit ex ignorantia, quæ eſſet error præcedens peccatum, quia ſecundum D. Auguſtinum libro 3. de libero arbitrio error eſt pœna damnati hominis, approbare enim falſa pro veris eſt pœna hominis pro peccato ſed pœna non præceſſit peccatum. Vere enim ſciuit Adam eſſe contra præceptum Dei comedere de ligno vetito, nec extimauit aliquot bonum ex tali commeſtione pro venire poſſe. Peccatum primorum Parentum dici poteſt ex ignorantia fuiſſe, ex ignorantia inquam alicuius concomitantis peccatum, nam ſequela culpæ fuit mors, tam ſpiritualis, quam corporalis non ſolum ipſorum primorum parentum, ſed etiam omnium aliorum deſcendentium ab eis. Sed hoc ipſi ignorauerunt, nec ſequi ad eorum demeritum crediderunt, licet ſciuerint hoc diuinitus eſſe prædictum, concedenda igitur eſt in primis parentibus áliqua neſcientia ante quam peccarent ſecundum Scotum in ſecundo diſt. 22. q. 1. omnis enim Credens eſſe veniale id quod eſt mortale habet aliquam neſcientiam, ſed hoc credidit Adam, non enim eſt veri ſimile, quod ſi ſciuiſſent tantam pœnam eorum peccatum ſequi debere, quod peccaſſent. Vnde Hugo de Sacramentis lib. 1. p. 2. Cap. 4. ſic ait, Deus dixit quocumque die comedederitis morte moriemini, deinde Mulier dixit, ne forte moriamur; Serpens nouiſſime intulit nequaquam moriemini; Deus affirmauit, mulier dubitauit, Diabolus negauit. Ex prædictis ergo videtur corrolariè concludendum, tam in viro, quam in muliere quandam fuiſſe neſcientiam, quæ non fuit pœna ſed quædam naturalis imperfectio magis reperta in muliere, quam in viro; mulier enim ignorauit vtrum ſerpens ſibi verum vel falſum ſuggereret; Ignorauit etiam ſeueritatem Diuinæ iuſtitiæ. Vir autem alterum horum dicitur ignoraſſe videlicet, Diuinæ iuſtitiæ rigorem, in hoc quod extimauit de illa tranſgreſ-

greſſione cito veniam inuenire inexpertus enim erat Diuinæ ſeueritatis.

9 Hec tria differunt neſcientia, Ignorantia, & error, neſcientia ſolum negat ſcientiam, vnde eſt etiam in Beatis; Beati namque multa neſciunt de quibus eis, quotidie aut (quando vuult Deus) fiunt reuelationes. Ignorantia autem (loquendo abſolute de ea) ponit illam negationem, & cum hac addit debitum ſciendi atque a deo vocatur negatio priuationis; Error vltra illam negationem ſimplicem, & debitum ſciendi addit volũtatis affectionem aut ad minus malitiam; An vero illa neſcientia quam habuerunt primi Parentes antequam peccarent fuerit iuris vel facti, vincibilis, aut inuincibilis; & vnde habuit ortum. Reſpondetur ad primum quod non fuit ignorantia iuris quoad principale, ſciebant enim præceptum à Deo emanaſſe, ſed bene ignorantia iuris, quo ad aliquam circumſtantiam, non enim ſciebat tantam pænam ſequi debere, nec erat alia neſcientia in facto, quia ſciebant, quod Dominicum tranſgrediebantur præceptum. Reſpondetur ad ſecundum; quod eorum Ignorantia fuit vincibilis, potuiſſent enim ſi voluiſſent conferre adinuicem præceptum Diuinum, & Deus non ſubtraxiſſet manum, & auxilium ſuum, atque ita inueniſſent, quod quanto præceptum erat facilius ad cuſtodiendum, tanto maior debebat eſſe locus punitioni, ſi non ſeruaretur, necnon de eorum ſtatu, ac etiam de alijs cogitare potuiſſent. Reſpondetur ad tertium, quod neſcientia in nobis atque adeo in ipſis ortum habuit ex limitatione, & finita entitate, & natura, quæ cum ſit comunis Angelis, & hominibus etiam in Angelis, eſt aliqua neſcientia, etiam in ipſo Lucifero, qui quãuis ſit inter alios altioris naturæ, & virtutis; tamen ſecundum Magiſtrum Sent. in 2. libro diſt. 6. deceptus fuit, quia peccauit, immo ille eſt, qui primo deceptus eſt Vide Doctoré ſubtilem in ſecũdo ſent. d. 6.

10 An Adam peccando appetierit æqualitatem Dei. D. Auguſtinus ſuper Pſalmum 68. (in illud quæ non rapui tunc exoluebam) inquit rapuit Adam, & Eua præſumentes, vt Diabolus, de Diuinitate rapere voluerunt Diuinitatem, & perdiderunt fælicitatem Hæc ille. Richardus in 2. diſt. 22. art. 1. q. 2. dicit quod neque Eua, neque Adam æqualitatem Dei appetiuere, non enim eſt vero ſimile Mulierem maiorem appetiuiſſe excellentium, quam Diabolus promiſerat; Cæterum vt haberi poteſt ex littera Diabolus non dixerat eos habituros Dei æqualitatem, ſi de ligno vetito comederent, ſed Dei ſimilitudinem; Hoc enim aduerbium ſicut non eſt nota æqualitatis ſed ſimilitudinis; Scotus in 2. diſt. 21. q. 1. ad vltimum dicit, quod Adam non appetijt æqualitatem Dei directe, & formaliter ſed tantum interpretatiue, ſicut omnis peccans, ſecundum, quod dicit Anſelmus de Caſu Diaboli; vult rapere æqualitatem Dei, imo eſſe vult maior Deo in eo, quod voluntatem ſuam vult præferre voluntati Diuinæ non obedendo Deo, & hoc eſt ſolum interpretatiue; Alij dicunt Adam non concupiſſe æqualitatem Diuinæ poteſtatis, & ſcientiæ. Sed tantum quandam ſimilitudinem poteſtatis, quæ quidem per ſe, & ſimpliciter non erat impoſſibilis Adamo, non erat tamen poſſibilis ei ob legem, & Diuinam ordinationem contrariam; Illa vero ſimilitudo poteſtatis, & ſcientiæ Dei in tribus erat poſita primo liberum eſſe a ſubiectione, & obligatione legis poſitiuæ ſecũdo habere ſcientiam omnium bonorum, & malorum ſine vlla exceptione tam præſentium, quam futurorum. Denique tertio non extrinſecus determinari ad hoc agendum potius, quam ad illud; quorum primum poſt ſuam translationem ſine morte media habuiſſent ſi ſtetiſſent; ſed alia duo nunquam habuiſſent nullum tamen iſtorum trium credo virum appetiuiſſe, non enim videtur probabile quod vir tanta ſcientia præditus exiſtimauerit hoc poſſibile, nec quod appetierit quod poſſibile non exiſtimabat.

11 De primo peccato Adæ cum ſit quid facti non poteſt multum efficaciter ratiocinari, & Sacra Scriptura non determinat

expreſſe

expreſſe, ex qua ſolum cõſtat, quod Primi Parentes non peccauerunt alio modo, quam peccato gulæ, & Inobedientiæ. An vero vltra illud peccatum aliud commiſerit probabile eſt quod ſic, ſed ſcriptura non exprimit niſi peccatum gulæ, & Inobedientiæ. De Eua ſic dicit, *vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum &c.*, & tulit de fructu eius, & comedit; In his verbis euidenter apparet, quod nullum aliud peccatum exprimitur mulieris, niſi tantum gulæ, & inobedientiæ, & non dicitur, quod fuerit elata, nec quod ex ambitione ſcientiæ. Sed ex pulchritudine, & delectatione ipſius ligni vetiti ad eius æſum fuerit inclinata. Quantum ad virum nihil ibi exprimitur, niſi quod poſtquam mulier virodedit, quod etiam ipſe comedit, ecce ſolum peccatum gulæ, & inobedientiæ; Non eſt mirum igitur, quod Patres, & ſcholaſtici varie ſint opinati; Iuxta ſententiam D. Bonauenturæ in ſecundo diſt. 22. art. 1. q. 2. ex hoc ternario perfectum eſt, primo enim cogitauit ſe magni ponderis apud Deum in tantum vt propter commeſtionem fructus ligni vetiti non incurreret grauitatem alicuius ſupplicij, vnde ſuſpicatus eſt peccatum ſuum fore veniale. Dicit enim D. Auguſtinus lib. 11. ſuper Geneſim non eſſe putandum, quod homo a primo ſtatu deijceretur, niſi præceſſiſſet in eo quædam elatio deprimenda; *Secundo appetijt ſerie*, quod ſibi eueniret, ſi de ligno ſcientiæ boni, & mali comediſſet, non ſuſpicaretur, quod eſſet ſicut Deus, quia non fuit ſeductus in hoc, ſed quod non moreretur, cum non videret Euam mortuam; tertio noluit ſuas contriſtare delicias ſcilicet vxorem ſuſpicans, quod moreretur, niſi ei (inquit D. Auguſtinus in facto hoc condeſcenderet. Alexander de Aleſ. 2. p. q. 104. tenet, quod peccatum illud, quo primo motus fuit Adam ad peccandum fuit ſuperbia, appetebat enim) inquit ipſu ſcientiæ Diuinæ ſimilitudinem, ſicut Diabolus ſimilitudinem Diuinæ potentiæ appetijt, & ex hoc appetitu proceſſit vlterius ad appetendum eſum prohibitum. Et de facto ex tali appetitu ſecuta eſt commeſtio Idem docet. Richardus in ſecundo diſt. 22. art. 1. q. 20.

12 Scotus in ſecundo diſt. 21. q. 1. ex negatione ſeductionis infert negationem appetitus a Dæmone promiſſorum ideo rem altius ac ſubtilius conſiderans inquit, quod primum Adæ peccatum non fuit ſuperbia, ſed mulieris immoderata dilectio; Pro cuius ſententiæ explicatione notanda ſunt infra ſcripta, quorum primum, quod actus voluntatis ſecundus eſt (loquendo in comuni) videlicet velle, & nolle, Velle idem eſt, quod amare, nolle idem eſt quod odiſſe; Velle eſt actus, quo voluntas acceptat, & amat aliquod obiectum ſibi conueniens, nolle vero eſt actus, quo Voluntas reijcit obiectum diſconueniens, & fugit ab eo; Secundum notandum eſt, quod velle, ſiue amor duplex eſt ſcilicet velle, ſiue amor amicitiæ. Et velle, ſiue amor concupiſcientiæ. Velle amicitiæ eſt obiecti primo voliti, & amati cui Voluntas vult bonum, ſicut amor Patris reſpectu filij proprij dicitur amor, ſiue velle amicitiæ; Quia eſt filij, vt obiecti, cui Pater vult bonum; Velle autem, ſiue amor concupiſcentiæ eſt reſpectu obiecti ſecundarij, ſiue obiecti ſecundario voliti, quod voluntas vult alteri prius dilecto; Sicut Amor Patris reſpectu Eccellentiæ. Et diuitiarum, quas filio concupiſcit, & amat quaſi alteri prius amato; Vnde cum Pater vult filio eccellentiam, & diuitias illud velle eſt amor concupiſcentiæ. Quia eſt amor vnius obiecti, quod vult, & concupiſcit alteri obiecto prius volito, & amato ſcilicet filio; Amor igitur quo diligitur filius eſt amor amicitiæ. Amor vero, quo diligitur filio excellentia eſt amor concupiſcentiæ.

13 Tertium notandum eſt, quod inter hos tres voluntatis actus talis eſt ordo, quod nolle, quod libet præſuponit aliquod velle, & omne odium præſuponit aliquem amorem amicitiæ, cuius ratio eſt Secundum Scotum, quia voluntas nihil odit, niſi quia non poteſt ſtare cum ali-

quo; quod amat, & vult tanquam ſibi conuenieus, nam ſi homo odit mortem hoc ideo eſt, quia prius diligit vitam, odit infirmitatem, quia prius vult, & amat ſanitatem ſimilliter velle concupiſcentiæ præſuponit velle amicitiæ, nam amatum amore amicitiæ habet rationem finis amatum vero amore concupiſcentiæ habet rationem entis ad finem, ſicut filius, amatus habet rationem finis; Eccellentia autem amata filio, vel concupita habet rationem entis ad ſinem; Prius autem eſt finis ijs, quæ ſunt ad finem, atque ideo velle concupiſcentiæ, quod eſt ens ad finem præſuponit velle amicitiæ, quod eſt ipſius finis; Prius enim diligo aliquem amore amicitiæ, quam concupiſcam ſibi bonum aliquod amore concupiſcentiæ, atque ita omne nolle præſuponit aliquod velle, & omne velle concupiſcentiæ, præſuponit aliquod velle amicitiæ; quartum notandum eſt, quod talis eſt ordo interi actus voluntatis, quod ſi velle amicitiæ eſt ordinatum, & bonum, & velle concupiſcentiæ eſt ordinatum, & nolle ſequens eſt ordinatum, ſi autem velle amicitiæ eſt inordinatum, & malum, ita velle concupiſcentiæ, & nolle ſequens ſunt inordinata, & mala, & ratio eſt ſecundum Scotum, quia ſi ego ordinate amore amicitiæ diligo Deum propter ſe, & filium meum in Deum, vel propter Deum ordinate etiam concupiſco honorem debitum Deo, & honorem debitum filio meo, & conſequenter odio habeo, & nolo ordinate vituperium Dei, & vituperium filij mei; Item ſimiliter ſi inorditate diligo filium meum amore amicitiæ inordinate, concupiſco illi honores; & diuitias puta contra iuſtitiam, & contra Diuinam voluntatem, & per conſequens inordinate nolo eius vituperium, & paupertatem. Ex quo patet quomodo amor amicitiæ ſiue ordinatus, ſiue inordinatus ſemper præcedit velle concupiſcientiæ, & nolle ſiue odium ſequens.

14 Quintum notandum eſt quod in amore voluntatis inordinato eſt primum hominis peccatum communiter loquendo, & primus amor voluntatis inordinatus eſt inordinatus amor ſui ipſius nam vt docet Doctor ſubtilis 1. Sent. diſt. 1. q. 5. in malis proceditur ab amore ſui vſque ad contemptum Dei iuxta D. Auguſtinum lib. 4. de Ciuit. Dei, ex quo ſequitur, quod exiſto inordinato amore amicitiæ ſui ipſius oriuntur inordinati amores concupiſcentiæ, videlicet inordinatus amor delectationum, quoad concupiſcentiam Carnis, inordinatus amor deliciarum, ſiue diuitiarum, quo ad concupiſcentiam oculorum, & inordinatus amor honoris, & Excellentiæ quoad ſuperbiam vitæ. Primũ igitur peccatum Adæ non fuit nolle, quia omne nolle præſuponit aliquod velle, nec fuit velle amicitiæ reſpectu ſui, quia licet Angelus peccauerit primo amore amicitiæ ſui ipſius non eſt ſtadicendum de homine; Angelus enim per eſſentiam ſuam intelligit ſe primo, & homo prius intelligit alia priuſquam ſe, & vtitur obiecto ſenſibili in ſua cognitione. Primum igitur peccatum Adæ, fuit in Velle volendo ſcilicet, & amando vxorem amore amicitiæ in ordinato, quo magis voluit diſplicere Deo, quam vxori, atque ita ab ea inductus comedit; Eſt enim veriſimile cum ipſa fuerit ſeducta, & crediderit Diabolo ſe poſſe conſequi æqualitatem vel ſimilitudinem Dei ac etiam boni, & mali ſcientiam ſi vir ſuus vnà, ſecum comederet, quod acceſſerit ad Adam, ei que vt comederet ſuaſura ipſo autem volente viddens ex hoc ſe quod credebat non conſequi poſſe, quod effecta fuerit triſtis, atque ad, & ipſam mæſtam Adam conſpiciens credidit ſi ei non conſentiret, quod tabeſceret, atque ad maciem ex triſtitia deueniret immo, a ſe derelictam, quod interiret omnino atque adeo maluit diſplicere Deo, quam vxori, atque ita Adam nimis, & inordinato amore amicitiæ in vxorem, tranſgreſſus eſt Diuinum præceptum, non igitur amore concupiſcentiæ, & libidinis, quæ nundum erant in Adam, cum eſſet innocens, ſed grauiter errauit, quia debuit eam corrigere, & efficaciter increpare.

15 Peccatum

15 Peccatum primorum parentum ſi ſpectetur ſpecies peccati non fuit omnium grauiſſimum, grauius enim fuiſſet ſi peccaſſent per blaſphemiam, per contemptum formalem per infidelitatem, aut odium Dei; nec dubitanter dixerim Iudam, Arrium, Neſtorium, *Lutherum*, *Caluinum*, *& alios ejuſdem farinæ inſignes peccatores* ſecundum ſpecies peccati grauius peccaſſe, quam Adamum; Peccauit enim contra legem poſitiuum non contra legem naturalem, & contra præceptum de re indifferenti, non de re per ſe mala, nec affectus peccandi fuit illis intenſior, vehementior, aut prauior, quam in nullo eorum, qui poſtea peccauerunt. Cæterum grauiſſimum fuit illud peccatum ſi penſetur malum ex eo conſecutum, ideſt iactura tot, tantorumque bonorum nunquam deinceps recuperandorum, & tot, tantorumque malorum, quæ peccatum illud peperit; neque damnum illud proprium fuit illorum hominum, qui illud commiſerunt; Sed occupauit totum genus humanum; Illi enim Primi Parentes ſuo caſu, & ruina Omnes poſteros ſuos in peccati, & mortis exitium pertranxerunt; Illud quoque aggrauauit primorum parentum peccatum, quod nullam ad malum habuerunt procliuitatem, ſed contra vehementem, ad bonum propenſionem, ita vt ſumma facilitate quantam liber tentationem propulſare, & omne peccatum vitare uullo labore poſſent; Quamobrem tanta fuit eorum in peccando iniquitas, quanta maior erat in eis non peccandi facilitas; De quare videatur D. Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei Cap. 15. Nihiſominus tale peccatum fuit remiſſibile, quia ſecundum Iſidorum in lib. de Trinit. Homo poſt peccatum reuertitur aduenìam, quia ex lutea materia pondus traxit Infirmitatis, & ideo pro Infirma carnis condicione reditus patet homini ad ſalutem.

16 Si peccata primorum parentum comparentur ad inuicem in grauitate grauius fuit peccatum Euæ, quam Adæ, quia Eua maiori elatione, & magis improba voluntate voluit Deo aſſimilari; & eo ardentius, quo plus credidit hoc ſe obtinere poſſe. Peccatum Adæ fuit grauius peccato Euæ ex hoc, quia proceſſit ex maiori ingratitudine, quia plura acceperat beneficia, & Caput fuerit mulieris, & licet intenſiue non fuerit grauius tamen extenſiue, & cauſaliter fuit grauius peccatum Adæ, quia omnes, & innumerabiles homines ex eo propagandos læſit; & originaliter corrupit. Inſuper ob maiorem inobedientiam grauius peccauit Adam, quam Euam; quia ei primo, & principaliter præceptum fuit datum; ſimpliciter tamen, atque omnibus conſideratis mulier peccauit grauius, quam vir, nam, & grauius punita fuit a Deo, & ſi ambo fuiſſent damnati maiorem habuiſſet pænam in Inferno Eua, quam Adam. Quod autem Euæ peccatum fuerit grauius, patet, quia in his, quæ eſſentialiter peccati grauitatem reſpiciunt grauius fuit Euæ peccatum, tum quia magis illicito motiuo ſcilicet appetitu ſimilitudinis Diuinæ peccauit, voluit enim eſſe ſicut Deus in aſſimilatione ſcientiæ, ſed Adam ex affectione amicabili ne contriſtaret vxorem; tum quia Eua mouit Adam ad peccandum, & non e conuerſo; tum quia prius peccauit comedendo, & illi perſuaſit, atque ita ei occaſionem peccandi dedit, tum quia ipſa minorem habuit occaſionem, non enim ipſa ab alio, quam à Diabolo pulſata eſt; Adam vero, & à muliere, quæ ab ipſo Diabolo inſtigabatur, & ad iuuabatur ad viri ſubuerſionem, fortior autem eſt tentatatio viri quæ ſimulata Diabolo, & a muliere effectuoſe dilecta, ſuggeſta præterquam, quod maior eſt inclinatio ad credendum vxori, quam ad credendum Diabolo, per ſerpentem ſuggerenti; Concluditur ergo quod mulier grauius peccauit ſimpliciter loquendo.

17 Eſt comunis ſententia Theologorum D. Thomæ p. 2. q. 81. art. 5. D. Bonauenturæ in ſecundo diſt. 22. dub. 1. circa litteram Richardi in 2. Diſt. 22. art. 1. q. 4. Doctoris ſubtilis in ſecundo diſt. 22. q. 2.

quod ſi ſola mulier peccaſſet genus humanum ab omni corruptione naſceretur immune; Nec dicendum eſt, vt quidam crediderunt, quod muliere peccante homines ex parte mulieris contraxiſſent penalitatis corruptionem nempe mortis, & aliarum pœnarumquæ ex conditione naturæ proueniunt. Sed non fæditatis corruptionem, quæ principaliter habet ortum ex parte viri, nam inquit Magiſter in ſecundo diſt. 22. quod peccante muliere ſi vir non peccaſſet humanum genus minime peccatis periret: Nec eſt dicendum, quod vir non eſſet amplius commixtus mulieri, & quod Deus aliam nouam formaſſet, & quod ſententia damnationis mortis, & corruptionis ſolum permanſiſſet in ea, nam hoc non videtur neceſſarium. Ad quid enim? nam ſi dediſſet aliam, forte alia grauiori tentatione tentaſſet eum, adquid malum malo addere? Præterea ſufficiebat prima, quæ ſi feciſſet pænitentiam non obfuiſſet filijs ſicut Virgo munda non officit munditiæ Chriſti Domini. Dicendum eſt ergo, quod ſi Eua non peccaſſet non perdidiſſemus originalem iuſtitiam, atque adeo non habuiſſemus defectus conſequentes carentiam originalis iuſtitiæ; Vnde non eſſent in nobis poſſibilitas, & neceſſitas moriendi, quia iuſtitia Originalis data fuit Euæ pro ſe tantum, & non pro nobis, Adæ vero, & pro ſe, & pro nobis data fuit; atque ita Eua peccante, & non Adam perdidiſſet pro ſe tantum, & non pro nobis ſicut e conuerſo ſi Adam peccaſſet, & non Eua omnes ex Adam per carnis propagationem deſcendentes peccatum originale contraxiſſent, quia Adam nedũ pro ſe ſed etiã pro omnibus hominibus originalem iuſtitiam accepit; Deinde ſimiliter perdidit, quando peccauit, quod fuit circa meridiem iuxta illud cum deambularet Dominus ad Auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam, atque ita eadem hora, qua primus Adam peccando mortem meruit ſecundus Adam moriendo mortem deſtruxit.

18 Et aperti ſunt oculi amborum Gen. 3. 7. non de ſenſibilibus oculis hic eſt ſermo, ſed de ſenſuei oculis mentis, patet enim ex ſacra ſcriptura, quod primi Parentes ante peccatum habuerunt oculos corporales apertos; alias non vidiſſet mulier, quod bonum eſſet, &c. Sed intelligitur hic de oculis mentis, quia poſtquam mandatum tranſgreſſi ſunt Deus eos ſentire fecit ea, quæ antea ob ſingularem ipſius in ſe beneuolentiam non ſentiebant; Igitur cum dicitur, quod aperti ſunt oculi eorum intelligendum eſt, quod fecit illos poſtea nuditatem ſentire, & abſtulit gloriam illam, qua ante trangreſſionem fruebantur. Sed audiamus, quid de ha re dicebat Rupertus Abbas lib. 3. de Trinit., & eius operibus Cap. 10. quomodo tandem dictum eſt, & aperti ſunt oculi amborum numquid cæci erant, ante quam comederent, & comedendo illuminati ſunt? Non vtique iam enim, & mulier viderat, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum pulchrum oculis, aſpectuque delectabile; Iam ad Adam adduxerat Dominus cuncta Animantia, vt videret, quid vocaret ea, non ergo exteriores, ſed interiores, quos contra Deum clauſerant, aperti ſunt oculi amborum, quia, ſcilicet veracem Deum; Serpentem vero in ſua miſeria falſiſſimum cognouerunt; Nam protinus ſequitur; Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata, ergo id, quod dictum eſt, & aperti ſunt oculi amborum intelligendum eſt de oculis intellectualibus; Pro quo obſeruandum eſt, quod Sacra Scriptura, quando loquitur de cognitione dicit aperiri oculos vel aperiri intellectum, quando ſcilicet quis cognoſcit, quod prius non cognoſcebat.

19 Vel dicendum cum Doctiſſimo Franciſco Aretino hic, quod aperiri oculos per tropum eſt rem videre, quæ non videbatur prius atque adeo de vtriſque internis, & externis oculis poteſt interpretari; Ac primum interne deformitatem cognoſcere delicti, & in quam graue horrendum que fuerunt conjecti ſupplicium,

ſupplicium, quam ingrate quam impie, & ſcelerate tantum, & beneuolum Patrem, & tot bonorum ampliſſimum Largitorem offenderant. Deinde, & externe ponderarunt, quam foret turpe virum, & fæminam eſſe nudos, verenda, & obſcena eſſe detecta, & *præſertim ob turpes, & in honeſtos motus*, & quam *ſatis conſultum* erat brutis eſſe ſimiles, quibus conceſſum erat a natura pilis, & velleribus tegi, quam per vnam inobedientiam tam turpiter proſtitui. Sed dices quare non fuerunt aperti oculi Euæ ſtatim vt illa comedendo peccauit. Reſpondetur, quod ſi nuditas, & cognitio nuditatis eſſet aliquid ſecundum ſe conſequens peccatum hominum qui ſteterant in Innocentia, non potuiſſet Eua non pati nuditatem, & agnoſcere eam, ſi tamen fuiſſet aliquid a Deo inflictum in pœnam pro peccato tunc eſſet quando *Deus vellet*, & quia congruentius erat non ſtatim manifeſtari in Eua poſt peccatum eius, non apparauit nuditas, tum quia Deus noluit impedire tentationem Euæ cum Adamo, quæ tamen impedita fuiſſet ſi nuditas Euæ ſtatim apparuiſſet, ſi enim Eua poſt peccatum erubuiſſet,& ſe nudam cognouiſſet non auſa fuiſſet comparere ante Adamum ad offerendum viro Cibum; quia putauiſſet hoc ſibi accidiſſe, quia de vetito ligno manducauerat, tum quia ſi Eua poſt hoc iuiſſet ad Adam vidiſſet Adam eiuſdem nuditatem atque ipſe quoque erubuiſſet, & per conſequens ſcire voluiſſet Cauſam huius mali, & cognito quod de ligno vetito comediſſet, & nollet ipſi de eo comedere; Tum tertio, quia Eua peccante nundum erat peccatum conſumatum, ſed quando peccauit Adam dicente Deo eidem Adamo in quocumq; die comederis, &c. Ideo pœna non debuit inferri vſquequo peccaret Adam.

20 Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata, nudati namque propter peccatum ſupernæ gratiæ, & aſſiſtentiæ Diuinæ amictu; Senſibilis ſuæ expoliationis ſenſum acceperunt. Qui enim antea fruebantur tanta fiducia, & ſimplicitate, & neque ſibi conſcij erant ſe nudos eſſe, nec nudi erant quando quidem ſuperna illos gloria, quauis veſtimento honeſtius tegebat poſt eſum autem, & præcepti Domini præuaricationem in tantam humilitatem redacti ſunt,vt ob intollerabilem erubeſcentiam, veſtem tunc quærerent; ſicque ad folia ficulnea cucurrerunt; Tum quia erant ſibi propinquiora, tum quia erant aptiora ad operiendum, quia erant valde magna, & pauca ex illis poterant operire partes illas, & ſubinuicem vniri, & coaptari, quo magis folia parua aliarum arborum, & fecerunt ſibi perizomata (Secundum 70.) quæ ex greco in latinũ translata ſignificãt ſubcinctoria; vel ſub ligacula nam licet perizomata vniuerſe ſignificaret omne id quod ambit, & circumcingit, proprie tamen hic ſignificat ſubcinctoria lumborum, ſiue genitalium ideſt brachas breues; fecerunt autem perizomata ad tegenda genitalia potius, quam alias partes corporis, quia illis ſolis erubeſcebant, de alijs non quia illas ſolas iu dicarunt turpes, quarum ante peccatum in ſtatu Innocentiæ nulla erat turpitudo, nec erant nudæ, quia non indigebant veſtibus; Poſt peccatum autem inobedientiæ ſubſecuta eſt virium ſenſitiuarum ad rationem rebellio, atque ex immoderato partium motu turpitudo, & verecundia, atque adeo ad confuſionem, turpitudinem, & verecundiam tollendam fecerunt ſibi talia perizomata conſuendo folia ficus nec aliter poterant pro tunc melius excogitare, nam grauius verecundia eos tenebat, atque adeo vt eam diutius non paterentur ſic nudi manentes, prouiderunt ſibi citius, quam potuerunt, & nihil citius fieri poterat quam illud.

21 Adam, & Eua habuerunt tunc actualiter motum in membris, nam forte genitale Adæ tunc inſurrexit atque nouus ardor, & pruritas in eo factus eſt ſimiliter in Eua circa partes genitales facta fuit noua immutatio, quæ accidit alijs fæminis cum dicuntur habere veneream delectationem,

ctationem,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ctationem, ſeu concupiſcentiam, & quia talis motus in eis nunquam fuerat, & iubente voluntate non ceſſabat erubuerunt eo, quod contra rationem eſſet; Nam licet in nobis ſine actuali motu ſit in illis partibus verecundia hoc ideo eſt, quia in nobis præfuit aliquis motus, & vnus motus ſatis ſit ad hoc quod membra illa iudicentur ſemper turpia quaſi nunquam ſecundum rationem moueantur, atque ei obediant. Cæterum in Adam, & Eua nunquam talis huiuſmodi motus præceſſerat, atque adeo non poſſent illa membra turpia iudicari, niſi in eis fieret aliquod nouum, atque ita fieret in eis actualiter aliquis motus. Confirmatur, quia ante hoc Adam, & Eua videbant illa membra ſine veſtibus, & non erubeſcebant de illis; Cum ergo inciperent aliquando erubeſcere neceſſe eſt, quod per aliquem motum in illis factum erubeſcerent, nam ſi in eis non eſſet aliquis motus turpis non habuiſſent per quid erubeſcerent manifeſte apparebat in eis aliquis motus in corpore contra rationem.

22 Perfectum copulæ deſiderium duo importat. Primum eſt motus concupiſcentiæ venereorum in membris; Secundum eſt deliberatio voluntatis in ijs, ad quæ concupiſcentia mouet. Primum non eſt perfectum deſiderium, quia ſi illud ſolum ſit non ſequitur inde actus, quia licet voluntas non poſſit dominari concupiſcentiæ venereorum vt non inſurgat, & appareat in membris, & pruriat, aut titillet ipſa membra; Poteſt tamen impedire vt non exeat in actum, quod non ſolum complectitur actus, ad quem inclinat concupiſcentia ſi voluntas prohibeat, ſed etiam ſi non prohibeat; Si non iubet non copulabitur, quia ad executionem requiritur motus aliarum partium corporis, & non vnus motus, ſed multi; Cætera tamen membra voluntati obediunt, atque adeo primum quod eſt concupiſcentia venereorum excitata in membris non eſt perfectum deſiderium, quia non ſequitur inde actus, ſecundum etiam quod eſt voluntatis deliberatio ſi ſola eſt non ſufficit quia ſi non inſurgit concupiſcentia venereorum in membris numquam poterit ſequi venereorum actus, ſicut in incontinentibus, & intemperatis, qui propter memoriam delectationis vellent frequentare actum, ſed non eſt diſpoſitio in organis; Vtrumque ergo requiritur ad hoc, quod ſit perfectum deſiderium venereorum primum fuit in Adam, & Eua, nam fuit motus nouiter inſurgens in membris, de quo ipſi erubuerunt, & iſte eſt motus concupiſcentiæ inclinans, & diſpones ad venerea, qui aliqualiter erat à Deo quatenus priuauit hominem iuſtitia originali, & ſpeciali ſua aſſiſtentia, & ordinatione inde conſequente, fuit etiam naturalis, quia vires iſtæ ex condicione ſua habent, quod non ſequantur rationem, ſed quod per ſe moueantur. Quantum ad ſecundum probabilius eſt, quod non fuerit in eis deſiderium completum, & perfectum per deliberationem, quia non fuit ſecuta copula in Paradiſo, quæ tamen ſequi poterat ſi voluiſſent tum, quia ſtatim erubuerunt, & cum tanta erubeſcentia non poterat ſtare voluntas Venereorum.

23 Fuit igitur in primis parentibus poſt peccatum inordinatus concupiſcentiæ motus, cui voluntas non conſenſit, ideo non fuit perfectum deſiderium coitus ſiue carnalis concubitus, nec de facto ſecuta eſt copula carnalis, dum nimirum manſerunt in Paradiſo; Primo quia in Adam erat aliquid quod ab hoc diſtraheret, nam tunc Adam, & Eua ceciderant a ſtatu bono in miſeriam, & nouiter in ſe ſentiebant pænam, ideo potius hæc conſideratio diſtraheret eos a venereis, quam impelleret eos concupiſcentia; Sicut fit generaliter quandocumque, & quotieſcumque duæ paſſiones concurrunt, quæ in diuerſa trahunt, ea quæ vehementior eſt extinguit aliam faciens non ſentire illam ſecundo fuit propter verecundiam nimiam nam erubeſcebant ſe adinuicem atque adeo non potuerunt copulari, ſed potius auerſi fuerunt adinuicem quandiu ſic erubuerunt, & quouſque ceſſaret verecundia.

recundia inter eos, tunc enim potuiſſent copulari ſicut de facto copulati ſunt eiecti de Paradiſo; tertio quia deſiderim operiendi partes verendas, & pudendas fuit maius, quam concupiſcentia venereorum, ideo potius ſtatim dederunt operam ad conſuenda *perizomata operientes partes nudas, quam ad copulationem; quarto poſtremo,* quia hoc facto non videtur manſiſſe tempus, quia ſtatim venit Deus ad illos, vt colligitur ex ordine litteræ, nam ſtatim ſequitur. Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis, &c. De quare in ſequenti articulo.

De Dei apparitione Adæ, & Euæ inquiſitione ſuper eorum delicta Art. 3.

1 Vere prius, vere clemens, vere miſericors Dominus Deus, cum omnia fecerit, & operatus ſit, vt rationale hoc Animal a ſe conditum in omni honore eſſet paulominus ab Angelus minoratum, & innumeris bonis auctum, & muneratum, & ſi peccando per negligentiam tranſgreſſionis ea, quæ a ſe præcepta erant, videret; tamen a miſericordia *non ceſſans, ſed ſemper ſibi ſimilis miſeratus eſt hominis* Adæ cum vixore ſua circumuenti Diaboli inſidijs, cuius per ſerpentem conſilium acceperant, atque adeo veluti medicus ad Infirmum, & ægrotantem, ac in miſerijs iacentem cura, & Medici manu accedit. Ipſe vero, & vxor conſcij ſibi cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam, & vxor eius a facie Domini in medio ligni Paradiſi. Hæc Diuina apparitio fuit in forma humana, inquit D. Auguſtinus lib. 11. ſuper Gen. Cap. 33. & ratio prima eſt quia appparuit per Creaturam tali actioni congruam, in cuius conſpectu homo erubeſceret nuditatem ſuam, & motum peccati pudendi in membris ſuis ſed ad hoc, congruit naturæ humanæ ergo, &c. ſecundo quia Deus erat humanam naturam aſſumpturus ergo in tali congruebat apparuiſſe pro miſterio futuro; tertio, quia loquendo debuit redarguere Adam. Vnde dicitur cum audiſſet vocem Domini Dei deambulantis, &c. Liranus dicit iſta locutio, & deambulatio Dei non eſt intelligenda in forma Deitatis, ſed in aliqua ſimilitudine creata in qua apparuit ſicut apparuit Abrahæ, & Moyſi, & multis alijs, ſed quia loquela competit homini ergo humana fuit hæc apparitio, &c.

2 Ad hanc perfecte intelligendam hanc materiã de Diuinis apparitionibus, Diuinis inquam, quæ in Sacra Scriptura potiſſimum veteris teſtamenti recenſentur altius, & diligentius eſt declaranda, ideo etiam de varietate Diuinarum apparitionum dicendum eſt; & in primis præmittendum ſpirituum apparitiones (generaliter loquendo) eſſe quaſdam manifeſtationes, in quibus præter naturæ ordinem ex Diuina diſpenſatione ipſi ſe certis modis hominibus inſinuant, & vt propius loquamur Apparitio Diuina eſt, in qua Deus ſe rationali Creaturæ quodam ſingulari modo ſe exhibet, & manifeſtat; nimirum præter præſentiam immenſiuam; ſecundum, quam Deus eſt in omni loco, tam actuali quam poſſibili; Apparitio triplex eſt nempe corporalis, imaginaria, & intellectualis; apparitio corporalis ad huc duplex eſt, nempe viſiibilis, & vocalis; In corporali, & imaginaria omnes omnino ſpiritus etiam ipſemet Deus alienas neceſſario mutuant ſpecies, in Intellectuali poſſunt ſe ipſis mentem occupare; In illis duabus non fit homini vis, quia ſenſus ſuo naturali funguntur officio; in tertia verò quando que neceſſe eſt mentem altius eleuari, & quaſi corpore abſolutam alio transferri, vt gratia Diuina adiuuante percipiat id, ad quod proprijs viribus pertingere nequit.

3 Corporalis apparitio contingit hominibus

hominibus vigilantibus, & ſpiritibus ſub corporalibus formis exhibentibus, aut certe vehementer ſenſum immutantibus; Imaginatiua vero aliquando accidit nunc vigilantibus, nunc dormientibus, ſpiritibus non tam ſub aliena ſpecie inſinuantibus, quam ſui ipſorum Ideas in hominis imaginatioue formantibus, & excellentiori modo, quam ſi ipſe homo naturaliter ex ſe formaret; Apparitiones Imaginatiuæ ſunt triplices, nam aliæ dicuntur oracula, cum ſcilicet in ſomnijs, grauis quædam perſona apparet, & quid euenturum, aut non euenturum, & quid faciendum, aut omittendum enunciat; aliæ dicuntur viſiones, cum id quod quis videt in Imaginatione eo modo, quo apparuerat euenit; Aliæ dicuntur ſomnia; ſominum eſt, figuris tectum, & obuelatum, & ſine interpretatione intelligi nequit; Apparitiones corporales fiunt ſub certa, & definita forma, ſub qua apparent ſpiritus, eaque aut naturæ, & condicioni ſpirituum, aut officio, quod executuri apparent, conueniens, talem in Deo, & Angelis bonis humanam Credimus, in Dæmonibus autem nifallimur quamcumque, cuiuſcumque viuentis, vt quoruum verſutia, & nocendi ſtudium eſt commune extrinſeca etiam apparitio non ſit aliena; Dæmon tamen non ſolum humanas artes ſuperat innocendo, ſed quarumcumque etiam ferociſſimarum beſtiarum crudelitatem; Ad corpoream apparitionem requiritur vt ſpiritus, quodamodo ſe vniat corpori non quidem phiſice, quia hoc ſecundum Doctorem ſubtilem non ſolum repugnat Deo, ſed Angelo cuicumque tam bono; & malo, ſed ſe debet vnire tamquam mouens mobili, vt operatio corporis ſpiritui, & nomen ſpiritus ipſi corpori, quodamodo poſſit attribui.

4 De Diuina apparitione Viſibili, hic parum immorandum eſt ad declarandas has quattuor Apparitionum, ſpecies, nempe viſibilem, vocalem imaginatiuam, & Intellectualē, & primo circa apparitionem corporalē De hac controuerſia (vide Barrad. to. 1. Cōcordię Euangil. li. 1. Ca. 11. & Itinerarij filiorum Iſrael, &c. lib. 4. Cap. 4.) occurrit illa celebris controuerſia inter Patres, Sacros Theologos, & Sacræ Scripturæ Interpretes; An Diuina apparitio facta hominibus inueteri teſtamento ſub viſibili forma, vt ſepe innuit Sacra Scriptura, an re vera fuerit perſonaliter ipſius Dei, an vero Angelorum nomine ipſius Dei; Cum ſcholaſticis vel in libro ſecundo ſententiarum, vel in primam partem ſummæ Theologicæ D. Thomæ; Sancti Patres D. Dionſius Areopagita in cæleſti Hierarchia; D. Gregorius Magnus 28. moralium Cap. 2. D. Hieronymus in illud ad Galatas 3. Lex per Angelos, &c. & alij dicunt Deum per ſe nunquam corpus aſſumpſiſſe, ſi qñádo olim in veteri teſtamēto dicitur viſus, & omnes apparitiones viſibiles in veteri teſtamēto Dei nomine fuiſſe Angelorum miniſterio, & opera, qui corpora, & aptarunt, & aſſumpſerunt, Dei que perſonam ſuſtinuerunt, eſſe profectas; Mouentur primo ex Diuina prouidentia, quæ hæc inferiora ad miniſtrat. Mediantibus Cauſis ſecundis; non eſt igitur in hoc recurrendum ad immediatum opus Dei ſine neceſſitate; Locutus eſt Deus olim Generi humano non tamen immediate per ſe ipſum, ſed per Prophetas; Vindictam ſumpſit Deus nunc de ingrato ſuo Populo, nunc de Gentibus Infidelibus, veruntamen non per ſe ipſum, ſed per ſpiritus nunc bonos nunc malos, &c. alia innumera opera in hoc mundo quæ facta ſunt, hoc oſtendunt.

5 Mouentur ſecundo ex modo ſacrarum ſcripturarum, nam & in his apparitionibus Angelorum nomina exprimuntur, & quæ nunc Deo tribuuntur Angelis. Legitur Gen. 18. Deum apparuiſſe in conualle mambræ Abrahamo, hoſpitioque ab eodem acceptus, & hoc eodem exemplo hoſpitalitatem probat D. Paulus Hebreorum 13. quaſi Angelis ſit præſtitum beneficium; Item Deus exhibuit ſe Moyſi quando legem tradidit exod. 33. & D. Steqhanus pronunciat Iudæos accepiſſe

cepiſſe Legem in diſpoſitione Angelorum Actuum 7. Rurſus audiuimus Dominum primo dicentem Abrahamo Gen. 22. accipe filium tuum ; &c. & paulo poſt obſeruamus Angelum prohibentem manus inferri puero ibidem ; filius Dei viſus eſt Nabuchodonoſori Regi *quartus ille* , qui tres *pueros illos in fornace* conſeruauit Daniel ; Tertio , & Paulo poſt dicitur , Angelum Domini deſcendiſſe in fornacem , & excuſſiſſe flammam ignis , & alibi ſæpe ; Ex altera parte oppoſita alij non pauci nec obſcuri Patres , ſed clari docti, & Sanctiſſimi aſſeruerunt Deum ipſum corpus ſub quo viſus dicitur , & apparuiſſe aſſumpſiſſe ; ita Nicephorus lib. 1. Cap. 1. & ſecundo Euſebius lib. 1. Cap. 3. D. Ambroſius de ijs, qui imitantur. Cap. 4. in fine , Leo magnus epiſt. 13. ad Pulcheriam . Origenes hom. 1. in 6. Caput Iſaiæ Tertullianus libro contra Iudæos Clemens Papa lib. 5. cap. 21. Apoſtolicarum conſtitutionum Patres, Concil. ſirmientis ; Hac opinione ſuppoſita tanquam probabiliori ; Dicendum eſt. Primo Deum non apparere ſemper quoties *dicitur* eſſe vbique præſens alias vbique appareret ſemper ; & ſi concedatur apparere in corpore aſſumpto , hoc tamen non coincidit cum Hæretica ſententia Antro morphitarum Hæreticorum apud Euſebium aſſerentium Deum eſſe corporeum , *quæ hereſis* fuit confutata in ſe*cundo libro cum* eſſet ſermo de ſimplicitate Dei .

6 In veteri teſtamento recenſentur 12. apparitiones Dei factæ diuerſis perſonis, prima primis parentibus; de qua eſt hic Sermo, 2. Cain, 3. Noe , 4. Agar , 5. Abrahamo, 6. Loth, 7. Iacob, 8. Moyſi, 9. Ioſue, 10. Gedeoni, 11. Parentibus Sampſonis , 12. Nabuchodonoſori Dan. 3. , pro prima eſt D. Auguſtinus 2. de Trinit. Cap. 11. , pro ſecunda Abulenſis Caietanus , & Pererius , pro tertia Pererius , pro quarta Caietanus , pro quinta Euſebius lib. 1. Cap. 2. , pro ſexto D. Auguſtinus 16. de Ciuit. Dei Cap. 29. , & D. Leo Epiſt. 13. ad Pulcheriam , pro ſeptima Toſtatus putat non viſibilem , ſed verbalem , pro octauo Iuſtinus in Triphone pro alijs alij , vltra quas plures alias viſibiles apparitiones factas non ſolum prænominatis , ſed , & alijs ſanctis hominibus Credibile eſt : Forma , ſeu ſpecies , qua Deus conſpicitur , & apparet non eſt rei inanimatæ , quia nec ita comode Deo ſeruire potuiſſent , nec Diuinam Maieſtatem decebat ſic ſe exhibere , & ob eandem Cauſam non etiam eſt , nec fuit cuiuslibet Animalis Bruti , quam negamus in Angelis bonis cadere debere; Vna igitur humana forma eſt, qua Deus ſe auſpiciendum exhibuit. Primo vt oſtenderet diligere ſibi ſimile ; Secundo , quia aptiſſima erat ad Deo ſeruiendum in functionibus , & officijs propoſitis , quia hominibus apparebat , vt cum ipſis conuerſaretur , & ob alias ſimiles rationes ; Denique vt apparitiones Dei factæ ſub forma humana in veteri teſtamento eſſent figuræ , & Vmbræ illius ineffabilis vnionis , quam eſſet perfecturus futuris temporibus cum natura humana ſecundum D. Auguſtinum contra Adimantium Cap. 9. & Leonem Epiſt. 13. ad Pulcheriam .

7 Certum eſt Deum ſub virili forma apparuiſſe non ita ſub fæminino Sexu . Primo, quia Deus ſcit viros multis modis fæminis ſicut virilem formam multis modis fæminea forma præſtare; Ideo in perfectiori voluit nobis apparere ; ſecundo forma virilis aptior eſt fæminea ad Deo ſeruiendũ in propoſitis officijs, & functionibus; Tertio apparitio illa figurata ineffabilis , & perfectiſſima a filio Dei , in humana natura fuit in ſexu virili ergo apparitiones veteris teſtamentiquæ erant figuræ illius debuerunt eſſe ſub virili forma , non negamus tamen Deum potuiſſe apparere ſub forma fæminea , de qua non conſtat ; Apparitiones Diuinæ factæ ſub forma humana virili non eſt certum , ſub qua ætate virili , an ſenili , vel iuuenili , De ſenili , vna vel altera patet in Sacra Scriptura 1. Danielis 7. antiquus dierum ſedit. Secunda Iob. 42. plenus dierum , &c. ſed hoc ſit in numero illorum quæ

abſque ſalutis diſpendio, & recipere poſſumus, & repudiare; conſentaneum tamen eſt formam, qua Deus in aſſumpto corpore apparuit fuiſſe prorſus eximiam, & pulcherrimam, quæ plena eſſet grauitate, & inſignem ſpiraret maieſtatem, ſiue Deum referret ſpecie venerabilis ſenis, ſiue florentis adoleſcentis, ſicut enim entitatiue eſt perfectiſſimus, ita probabiliſſimum eſt apparuiſſe ſub forma prorſus eximia; ſi enim de Angelis; Secundo Machab. 3. legitur, quod apparuerunt duo Iuuenes virtute decori, optimi gloria ſpecioſique amictu. Quanto magis de Deo hoc dicendum eſt? Veſtitus ſiue habitus ſub quo apparuit Deus non fuit peregrinus, aut inuſitatus, ſed vſitatus, & familiaris, ad genium enim, & mores hominum Deus voluit ſe accomodare; Ideo etiam aliquando ſine omni habitu apparuiſſe eſt veriſimile maxime primis parentibus nudis in Paradiſo terreſtri. Hæc de forma Diuinæ apparitionis; De ſubiecto accipe ſequentia, ideſt de corpore aſſumpto.

8 Corpus illud non fuit phantaſticum, nam corpus phantaſticum in ſola eſt Imaginatione, & præter eſſe quod in Imaginatione habet, aliud nullum habet, ſed Deus ſolus eſt ſub cor pore tali, quod extra ſenſus internos ſuum perfectum eſſe haberet non minus, quam quodlibet aliud reale, quia non potuiſſet manibus realiter apprehendere, & deducere de vno ad alium locum, ſicut deduxit Adamum. Item hac viſibili apparitione qua ſe olim exhibuit voluit Deus figurare eam, quæ nouiſſimis diebus filius Dei reuelandus erat Mundo; Si ergo non verum corpus olim aſſumpſiſſet Deus maximi erroris occaſionem præbuiſſet ijs, qui filio Dei phantaſticum corpus attribuerunt quales fuerunt Marcion, contra quem Tertullianus libro de Carne Chriſti Lucanus, & Cerdon contra quos Epiphanius hæreſi 41., Manichei teſte D. Auguſtino; Prodianitæ teſte Philaſtrio de Hæreſibus; Priſcilianiſtæ ex Leone Papa Epiſt. 43. Cap. 4., & 14. Corpus illud non fui viuum tale enim tantum aſſumpſit nouiſſimus temporibus, nec dicendum Deum ſuppleuiſſe; quia ſupplere defectum formæ magnam in Deo dicit imperfectionem ſicut habere rationem partis, nec mouere debent operationes locutiones, comeſtiones, ambulationes, ſermocinationes, quia non ſunt tales niſi apparenter; Vnde ſequitur nullum verum humani corporis membrum habuiſſe ex Abulenſi 7. exodi Illud enim corpus eo modo ſe habuit ad viuum humanum corpus quomodo corpus pictum ſiue ſculptum aut effigiatum, non tamen dicendum eſt fuiſſe corpus phantaſticum ob rationem ſupradictam.

9 Corpus illud non fuit allatum de Cælo, ita quod creatum ſupra Cælos, & per diuiſos Cælos demiſſum ſit ad nos, quia nunquam ſine euidenti neceſſitate allatam Cælis iniuriam Deus intulit: nec ita de Cælis factum; vt ex parte ab ipſis detracta illud formatum ſit ob multa obſurda, quæ inde ſequerentur; eo vel maxime, quia non fuiſſet aptum ad inſeruiendum; fuit igitur factum ex ſublunaribus, non mixtis; quia quando hæ viſibiles apparitiones fiunt ſubito formantur ipſa corpora abſque aliorum corruptione aut graui alteratione, quod non poſſet contingere de illis mixtis, ſi ex illis formatum fuiſſet corpus apparitionis, ſed neceſſario ſubijſſent corruptionem, aut grauem alterationem; Fuit igitur ex ſimplicibus, id eſt ex elementis, quæ aptiora ſunt ad ſpiritibus inſeruiendum; non quidem omnia, quia non fuit opus: non fuit formatum ex terra, quia non ita ſubito conficeretur, nec ſubito quaſuis formas reciperet, nec corpus hoc mox ex intuentium oculis diſpareret ſicut reuera diſparet, & ſui veluti inanes vmbræ relinquit nihil; Nec ex igne corpus apparitionis, quod Deo debet inſeruire componitur quia oculi intuentium vel lederentur ab ipſo, vel omnino eam non poſſent intueri; Nec ex aqua, quæ cum ſit fluida, & labilis difficulter poſſet ſubſiſtere, & non eſſet apta ad functiones Diuinas exequendas; Aer igitur ſolus, aut precipue

pue inſeruit Deo ; & alijs ſpiritibus ad formandum corpus, in cuius aſſumptione hominibus appareant Ita ſcholaſtici in Magiſtrum Sententiarum in ſecundo diſt. 8. potiſſimum D. Bonauentura, qui omnino ibi videndus eſt, quibus aſtipulantur D. Gregorius, Beda, & alij; *nomine Aeris venit quislibet vapor, & nubes;* quia in *puro naturali* aere colores, qui in iſtis corporibus aſſumptis obſeruantur non videntur poſſe recipi, eo quod in eiſdem tanta aliquando condenſatio, & alteratio ſiat quanta purus aer ſalua ſubſtantia ſua non admitteret.

10 Certum eſt Deum in ratione Cauſæ efficientis omnia poſſibilia poſſe tam mediantibus ſecundis cauſis, quam immediate ſine ipſis ſicut ſibi placet, & *expedit*: tamen probabile eſt talia corpora aſſumptibilia formari opera, & miniſterio Angelorum; Angelus igitur cum *concurſu* generali Diuino immediate immediatione ſuppoſiti corpus prædictum aſſumendum à Deo in apparitione fingit, & format, tribuens ſpeciem, ſiue ſimilitudinem humanam, cum ſuis formis pertinentibus ad quartam ſpeciem qualitatis, quæ terminant quantitatem, & ſunt fines eius, quæ alias dicuntur figuræ, quæ debitam proportionem corporis componunt ab extrinſeco; formæ vero quæ latent, in potentia eiuſdem corporis tanquam ſubiecti, & dicuntur qualitates paſſibiles de *tertia ſpecie* qualitatis educuntur de *potentia ſubiecti* ſi quæ ſunt, vt ſunt venuſtas colorum, & claritas; neque enim Angelus a ſe ipſo immediate, quem vult colorem inducit, aut quodlibet lumen ſed hoc facit ſecundum diuerſam condicionem ſubiecti; habitus vero corporis, & adiacentia eorum, quæ ipſum circumſtant aliunde afferuntur ab Angelo; quia non ſunt intrinſeca corpori ſed omnino extrinſeca; Suppoſito quod Deus perſonaliter aſſumpſerit illud corpus, in quo ipſe apparuit hoc intelligendum eſt de Deo quatenus totam includit Trinitatem; ideo hæc vnio Dei ad corpus huiuſmodi non fuit ad vnionem hipoſtaticam; quia hoc priuilegium reſeruabatur vnioni futuris temporibus fiendæ inter filium Dei, & naturam indiuiduam humanam (de qua late in ſequenti libro) nec fuit ad vnionem eſſentialem; Alias Deus habuiſſet rationem partis; nec ad vnionem accidentabilem niſi velimus aliud abſurdius concedere, nempe Deum eſſe ſubiectum accidentis; nec ad vnitatem aggregationis, quæ reperitur in aceruo lapidum, quæ eſt minima vnio fuit igitur ad vnionem mouentis cum mobili; Diſcrepant tamen Deus, & Angelus in hac vnione quia ſi Deus immediate per ſe corpus aſſumat corpore definiri, & determinari non poteſt, quia eſt immenſus; ſi vero ſumat Angelus, definiri poteſt, quamuis vt ſemper definiatur non ſit neceſſe; Ideo Deus non dicitur moueri ad motum corporis, bene Angelus dicitur moueri per accidens.

11 Sicut variæ fuerunt in veteri teſtamento Diuinæ apparitiones in corporibus aſſumptis; Ita varij fines fuerunt; falſus tamen eſt ille effictus ab Arianis, qui filium Dei ſub viſibili ſpecie alia, & alia olim apparuiſſe dixerunt, vt hoc ipſo omnibus daretur intelligi filium non per omnia Patri eſſe æqualem quem faciebant omnino inuiſibilem circa quod videndus eſt D. Ambroſius lib. de fide, qui non filij neceſſitati non filij condicioni, non filij naturæ tribuit, quod alijs atq; alijs formis Deus apparuerit, in veteri teſtamento ſed potentiæ Diuinitatis eius ac Bonitati, qua varietate apparitionum ſignificare voluit illam, quam peracturus erat in fine ſæculorum, quando filius indutus humanam naturam cum hominibus eſſet conuerſaturus; Ad duo genera reuocari videntur fines omnes in omnibus apparitionibus Diuinis Propoſitum Dei fuit aut mentem mortalium quibus apparuit illuminare aut excitare affectum; mens vel de præteritis informabatur, vel de preſentibus, vel de futuris; Affectus vel amalo reuocabatur, vel ad bonum inducebatur, & hoc intendebat operari modo humano gene-

ri conuenientiſſimo, vt cum mortalibus ageret, & conuerſaretur; Hoc totum oſtendunt tot bonitatis clementiæ, & miſericordiæ Diuinæ argumenta quæ ſi quis vellet recenſere potius deficeret, quam enumeraret.

12. De Diuina ſiue Dei in Veteri teſtamento Apparitione, & Locutione vocali, ſeu auriculari, viſa prima apparitione viſibili vna ex quattuor ſupradictis, & tactis a Toſtat. in 3. Reg. Cap. 9. q. 2. ſequitur ſecunda, quæ dicitur vocalis ſeu auricularis, quam dicimus eſſe illam, qua Dei vox ab hominibus ſenſu externo auditus percipitur, nec quocumque modo, ſed certo, & ſingulari. Hic igitur non eſt ſermo de locutione Dei ad ſe ipſum quando ab omni æternitate loquendo produxit verbum, vel in tempore, quando dixit faciamus hominem, &c. vel delebo hominem, quem creaui Gen. 6. nec de locutione Dei ad Angelos cum loquendo eis dat in mandatis quæ executuri ſunt in adminiſtratione huius mundi nec de locutione, qua locutus eſt Creaturis irrationabilibus. Dixit enim fiat Lux Gen. 1. nec de quacumque locutione ad homines facta, ſed de ea ſola, qua ita Deus loquens ſenſu externo percipitur, vt interim ſub humana forma in oculis mortalium non appareat, alias eſſet apparitio viſibilis; Nimis longum, & tædioſum eſſet enumerare diuinas locutiones factas creaturis irrationabilibus, & rationabilibus Adamo, Noe, Abrahamo, Moyſi, & alijs Patribus, & Prophetis Nos breuitati conſulentes ſolum genericos modos magis vſitatos in ſcripturis hic annotabimus, tamen varias de hoc Sanctorum Patrum ſequemur aſſignationes; ſed prius aduertendum eſt, quod generaliter loquendo voces Diuinæ, & locutiones non erant veræ, ſed analogicæ tantum; Non enim Deus habet inſtrumenta corporea formandi voces ſicut, nec Angeli, ſed eo modo, quo loquebatur credendum eſt Deum, qui hominibus aliquando externa voce loqui dignatus eſt, ea lingua loqui voluiſſe, quæ eſſet propria ipſorum, quibus loqueretur; ſicut Apoſtoli accepto dono linguarum loquebantur, & prædicabant Euangelium ſic, quod vnuſquiſq; lingua ſua audiebat illos loquentes; Cum Deus loquitur, loquitur vel per ſe, vel in Patribus vel in Prophetis, & vtilitatem proximi ſemper pretendit, ſicut dicit D. Paulus 2. ad Timoth. 3. omnis ſcriptura Diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus, &c.

13 Externa igitur locutio, quæ a Deo fiebat ad mortales verbo Diuino, diſtinguitur per eos modos quos ex ſcripturis colligere potuimus; Hi autem ſunt 8. Primus per nubem; Secundus per ardentem Rubum; Tertius per ignem; Quartus per turbinem; Quintus in ſibilo; Sextus de Propitiatorio; Septimus de Cælo; Octauus per vrim, & tummim Per nubem ſepiſſime eſt locutus Deus; Exodi 6. ecce gloria Dei apparuit in nube, & Numerorum 16. operuit nubes, &c. & Deuteron. 31. apparuit Dominus, & alibi ſæpe, Nubes in ſacris, vel duplex eſt vel vna habet duo officia vna dirigens, & altera protegens; ſi ſunt duæ; vt putant Hebrei vna nubis per diem, cui altera ignis ſub noctem ſuccedebat, ſed verius eſt vnam, eandemque fuiſſe columnam duplex officium habentem nam per diem obumbrabat caſtra quaſi nubes, noctu vero eadem illuminabat quaſi fax ignis, in hac columna locutus eſt Deus ſub forma nubis, non ſub forma ignis. Columna hæc cum iter agerent Hebræi præibat caſtra, & ſimul expandebat ſe, & quaſi aliam nubem, quæ caſtra abumbraret ſe ſpargebat; Vbi nota nubem hanc in ſubliniori parte aeris fuiſſe ſoli e regione obiectam, eique quocumque mouebatur, oppoſitam, ita vt eius medio ſolis ardor, & radij in ea refracti, & repreſſi ita modici peruenirent ad Hebræos, vt Hebræis lucem non autem æſtum afferret; Ruſum cum caſtra conſiſterent 3. nubes

hæc quadrata erat; Caſtra enim fixa erant quadrata vt patet Numerorum 2. cum vero caſtra mouerentur; & Hebræi longo agmine ſe expandentes per tribus ſingulas ordinata ſerie proficiſcerentur, tunc nubes hæc quæ antea quadrata fuerat pariter ſe in longum ſuper omnia agmina expandebat, illis que in longitudine æque ac in latitudine æquabatur, ambulabant enim omnes Hebræi ſub nube hac quaſi ſub velamine vel Vmbella, ideoque Deus dicitur eos deduxiſſe in via mirabili ſapientiæ, Cap. 10. Verſ. 17. Columna hæc itineris dux primo apparuit in Rameſſes, inde enim primo egreſſi ſint Hebræi. Columna hec nubis ſimilis fuit nubi quoad materiam, & quo ad colorem, erat enim candida, & Lucida inſtar nubis candidæ a nube tamen differebat, quia erat nube. Primo purior, & lucidior; Secundo denſior, & ſolidior; Tertio ſemper retinebat formam columnæ, cum nubes ſepiſſime figuram mutent; 4. Nube ſauentis. Hæc columna ab Angelo mouebatur; Quinto Hæc columna ſemper fuit ſibi ſimilis, cum nubes ſæpiſſima vel colorem vel locum vel craſſitiem mutent; Sexto nubes reſoluuntur in pluuiam; Hæc columna manebat columna; Septimo nubes motu circulari mouentur cum cælo. Hæc nubes mouebatur motu recto nunc antrorſum nunc retrorſum nunc ad latus, nam cum caſtra mouerentur Nubes hæc colocabat ſe ſuper, vel ante vexillum Tribus Iudæ (hæc enim erat prima, & dux ceterarũ vt patet Num. Cap. 10. Verſu 13. & 14.) & eius motum, & ductum ſequebantur omnia caſtra; Cum autem locanda eſſent caſtra columna hæc redibat a vexillo tribus Iudæ ad tabernaculum, quod erat in medio caſtrorum, vt patet Cap. 22. Octauo columna hæc accomodabat ſe ſuumque motum ad vires Hebræorum vt non celerius præcederet, quam illi ſubſequi poſſent, moderabatur ergo ſuum motum ſecundum greſſum, & vires tot mulierum paruulorum ſenum ouium agnorum, &c. quot erant in caſtris Hebræorum, quæ lento pede procedere ſolent.

14 Quattuor miracula Hebreis facta ſunt, & continuata per 40. annos: Primum fuit, quod in tanta eorum turba nemo eſſet æger aut debilis, vt deberet remanere in Ægipto ſed omnes eſſent ſani, ac valentes ad iter alacriter, & conſtanter peragendum. Deus enim omnibus illis robur, & alacritatem ſuggerebat ne laborem itineris grauatè, & moleſte ferrent, & hoc eſt quod dicitur pſalmi 104. & non erat in tribulus eorum infirmus. Secundum miraculum, quod Calcei, & veſtes eorum cum pueris creuerint, & per 40. annos non fuerint attrita nec conſumpta vti dicitur Deuter. 8. 1. & Cap. 29. 5. Tertium miraculum fuit Manna; Quartum miraculum fuit columna nubis, & igni, de qua agitur hic: Hæc columna dicitur nubes Dei. Primo quaſi non naturæ ſit ſed auctoris naturæ; Secundo, quia Deum præſentem demonſtrabat, & eiuſdem Maieſtatis, & gloriæ imago erat, & euidens argumentum; Tertio; quia erat inſtrumentum Diuinum Diuinæ ſcilicet locutionis; Quarto quia in ſuis functionibus ſuperabat vires naturæ; Hæ autem functiones ſunt ſequentes; Prima; hæc columna Hebræos præceſſit per 40. annos, eoſque ex Ægypto in Chanaam deduxit; Secundo viam oſtendebat vt ſcirent, qua eſſet eundum per deſerta auia, & inuia; Tertio iam mouebatur, iam quieſcebat, cum mouebatur mouebant ſe caſtra Hæbreorum cum quieſcebat, & incubabat tabernaculo quieſcebant, & caſtra; Quarto columna hæc erat ingens longa lata, & craſſa inſtar magnæ turris vt a tantis caſtris vbilibet videri poſſet puta a tricies centena millibus hominum, quæ facile occupabant locum decem milliarum Italicorum; Quinto motor; & ſtator columnæ erat Angelus; Sexto per diem apparebat vt columna nubis, per noctem vt columna Ignis ad illuminandum caſtra, idque viciſſim, & aſſidue ſingulis diebus ac noctibus; Septimo in hac columna ſæpe Deus apparebat ac loquebatur Moyſi & Hebræis

& Hebræis, ſuamque oſtendebat gloriam, & magnificentiam; Octauo hæc columna nubis tota obumbrabat caſtra (vt ſupradictum eſt) quia ab æſtu ſolis protegebat; Nono Hæc nubes diſpeſcuit Hebræos ab Egiptijs hos ob tenebrando illos illuminando atque Dominus per eam proſpiciens inter fecit exercitum ægiptiorum exodi Cap. 14. Verſu 14. Putant Hebræi defeciſſe columnam ignis, & nubis ſtatim poſt mortem Aaron, quæ accidit 5. Menſe Anni 40. aliquot menſibus ante mortem Moyſis & ingreſſum Hebræorum in Canaam; ſed errant, nam Deuter. ante mortem Moyſis dicitur apparuiſſe Moyſi, & Ioſue; Columna ergo hec perdurauit vſque ad ducatum Ioſue, cumque ac Hebræos dedux it in ipſam Chanaam ibique æque ac Manna defecit, & diſparuit; Hec ſatis de iſta prodigioſa columna; Videndus eſt Cornelius a Lapide in 13. Exodi, & 19. Numerorum.

15 Per ardentem Rubum locutus eſt Deus Moyſi ex Monte Oreb exod. 2. Rubus dicitur aliquando ſimpliciter Rubus vt actuum 7. aliquando flamma Ignis exodi 3. & hec nomina non ſunt diuerſarum rerum, ſed vnius aliter, & aliter ſe habentis; erat verus ignis productus eo loci, vbi conſpectus eſt vel a Deo immediate, vel miniſterio Angelorum; non combuſſit Rubum non quod non haberet virtutem comburendi, ſed quia Deus ſuum denegauit concurſum, lucebat nihilominus, & aliam materiam ſibi applicatam comburebat alio ſuggerente, ex qua alebatur. Populus quem Rubus ſignificabat, & Beatiſſima Virgo Mater, cuius Virginitas hic ſignificatur illibata denotant Rubum incombuſtum; hoc enim datur intelligi, & populum illum non conſumi tribulatione, & Virginem Matrem peperiſſe ſine virili ſemine ſalua Virginitate; Demedio ignis locutus eſt Deus Iſraelitis in Monte Oreb Deuteron. 4. & 5. exodi 19. & 20. Hic Mons eſt in Arabia alio nomine Mons Sinai apellatus. Hunc montem totum ignis occupabat, quia exodi 19. dicitur quod totus mons erat terribilis, & totus mons fumabat; Ignis tamen, & ſi ignis ſpeciem præſerebat non erat tamen verus ignis, ſicut ignis, qui comburebat Rubum, nec veræ lampades, nec verus fumus, qui videbatur, quia ſi hæc omnia vera fuiſſent, non fuiſſet opus præcepto Dei nequis accederet montem, nam ipſe calor per ſe populum arcere potuiſſet ne accederet; Idem dicendum de ſonitu bucinæ, quia nec fuit vera bucina, nec eius ſonitus verus, tamen bucinæ dicitur quod ſimilis ei eſſet quem bucinæ veræ reddere ſolent; Vera tamen fuerunt fulgura, & tonitrua, quæ audita ſunt.

16 In ſibilo auræ tenuis locutus eſt Eliæ 3. Regum Cap. 19. non in ſpiritu Dominus, non in commotione Dominus, non in igne Dominus, ſed in ſibilo auræ tenuis, ſonus autem hic eſt ex leuiter concuſſo aere excitatus; hic duo ſoni eodem tempore percie bantur; ſibilus auræ tenuis, & cum ſibilo vox Dei loquentis, ſed non vterque æque intenſe inteſius ipſa vox Dei loquentis cum enim ſibilus præſentiæ Domini argumentum tantum eſſet non erat opus audiri, ſicuti vox Dei, & ſi ſibilus ipſam grauitate vel claritate ſuperaſſet audiri forſitan vox potuiſſet, ſed intelligi non potuiſset Elias. prædicta ſigna videns optime ſe habuit erga ſibi loquentem Deum; dum caput pallio obuoluit: vide Interpretes loco citato; De Turbine quoque locutus eſt Deus. Iob. 38. audiuit loquentem Dominum, per Turbinem validiſſimus ventus intelligitur, in quo vel poſt quam Iob diuinitus inſtructus eſt voce aliqua que a Turbine differebat, quia vox, & oratio Dei diſtincta erat, & articulata, ſonus vero confuſus, & indiſtinctus, non ſecus atque ille auditus a Diſcipulis in feſto Pentecoſtes Actuum 2. Oratio autem ſiue vox fuit de Turbine in Turbinem; De Propitiatorio ſe reſponſa daturum promittit Deus exodi 25. De iſto propitiatorio, & de alis partibus Tabernaculi plura dicta ſunt alibi; ſuper iſtud Pro-

pitiatorium erant duo Cherebim ſuper, quos erat ſedes Dei, & inde dabantur reſponſa; non in omnibus igitur locis ſed in Sacris tantum, nec omnibus perſonis, ſed prophetis, & Sacerdotibus modo alibi dicto; Deus alquando locutus eſt de Cælo vos audiſtis, quod de Cælo *locutus ſim vobis exodi* 2. & *Deuter*. 4. & *in nouo teſtamento*; in monte Tabor, & ad Iordanem; Cælum hic vbi vox formatur non ſunt corpora Cæleſtia, nec ipſum empyreum; ſed eſt ipſe aer vbi habitant volucres Cæli; ſed hoc pro ſemper beneficio nubis, vt patet locis citatis, & alibi ſæpe.

17 Per vrim, & Thumim pariter locutus eſt nobis Deus; quomodo creditur Dauid habuiſſe reſponſum a Deo; Regum 1. 23. vbi dicitur quæſiuiſſe, ſi tradent me viri Ceilæ, & habuiſſe reſponſum; Tradent. Pro *Intelligentia*, nota mirabilem ornatum ſummi Pontificis Veteris teſtamenti pro eo tempore, quo ſolemniter intrabat in templum, & in Sancta Sanctorum; Erant autem 8. ornamenta Pontificis. Primum *ſeminalia* linea; Secundum Veſtis linea; Tertium Balteus ſeu Cingulum; Quartum Tunica Hyacinthina; Quintum Ephod ſeu ſuper humerale; Sextum Rationale Iudicij; Septimum Cidaris ſeu Tiara; Octauo Lamina aurea; De his agitur exodi 28. per totum: Primo igitur *Pontifex* induebat ſeminalia, ſeu fæmoralia *linea ad tegendum* Carnem turpitudinis ſuæ arenibus vſque ad fæmora; Poſt fæminalia proxime induebat tunicam lineam ſtrictam, & quantitati corporis commenſuratam. Hæc veſtis linea conſtringebatur Balteo ſeu Cingulo inter Vmbilicum, & pectus; Poſt Balteum ſequebatur Tunica Hyacinthina, quæ erat laxa per modum Veſtis talaris in eius ſimbria inferiori per circuitum pendebant alternatim mala punica, & tintinabula aurea vt ex eorum ſonitu perciperetur ingreſſus, & egreſſus Pontificis, quando exibat, vel intrabat ſanctuarium; Dicebantur autem mala punica, non quod reuera eſſent, ſed quia ex præcioſiſſima materia confecta erant inſtar malorum punicorum.

Super tunicam hyacinthinam erat Ephod ſeu ſuper humerale, quod tegebat humeros, & anteriorem partem vſque ad cingulum; In vtroque latere verſus humeros habebat duos lapides Onychinos auro incluſos vnum a dextris alterum a ſiniſtris, in quibus ſculpta erant nomina duodecim filiorum Iſrael; ſex nomina in vno lapide, & ſex in altero iuxta ordinem. Natiuitatis eorum. In anteriori parte ſuper humeralis pectus Pontificis ligabatur Rationale iudicij, figura quadrangulum, denſitate duplex ad Ephod relatum, longitudine, & latitudine menſura palmi; In hoc Rationali erant duodecim lapides prætioſi incluſi auro, & diſtincti per quattuor ordines, in quibus etiam ſculpta erant nomina filiorum Iſrael. Hoc Rationale erat inſeparabiliter affixum ſuper humerali. In quo Rationali poſita erat Doctrina, & veritas. Super pectus Pontificis hebraice Vrim, & Thumim; tandem incapite erat Cydaris, ſeu Tiara ideſt Mitra, cui affigebatur Lamina aurea ſupra frontem Pontificis cum hac inſcriptione. Sanctum Domino. Lyranus Abulenſis, Lipomanus, Ribera, (quos citat, a Lapide in Exodum 28. cenſent Vrim, & Thumin fuiſſe illos duodecim lapides Rationalis, qui dicti ſint vrim, & Thumin ideſt Illuminatio, & perfectio ſiue veritas, quia per hoſce lapides Deus perfectiſſime illuminabat Pontificem, & per eum. Populum, reſpondebatque conſulentibus de rebus agendis, quid facto eſſet opus, ſi enim hæ gemmæ ſplendorem omitterent ſignificabant Deũ Hæbreis eſſe placatum, & propitium, ſi non fulgerent, ſed obſcurarentur ſignificabant Deum iratum, & vindicem.

18 De Dei in veteri teſtamento apparitione, & locutione Imaginaria. Imaginaria apparitio reuelatio, & locutio ab imaginatiua potentia nomen habet; Veruntamen non ſola immaginatiua potentia occupatur in hac Dei apparitione atque

que locutione; nec ideo dicitur Imaginaria apparitio atque locutio, quod omnis occupatio ſit ſolius imagiaationis, nam per ſępe etiam Intellectus; nomen igitur a prima, ac præcipua impreſſione, quam Deus homini affert, cum ſe, & ſua vult hominibus innoteſcere, prima hæc impreſſio in Imaginationem fit; Apparitio imaginaria poteſt multipliciter diuidi. Primo ex parti Dei, alia fit ſub hominis ſpecie, alia ſub Angeli alia ſub Dei ſpecie D. Thomas 22. q. 174. articolo 3. Secundò ex parte rerum, quæ ſuggeruntur a Deo, alia eſt rerum ſupernaturalium, alia rerum naturalium; 3. ex parte ſpecierum, atque ſimulachrorum, quibus Deus, reſque Diuinæ proponuntur, alia nouarum ſpecierum, alia in qua eſt nouus vſus antiquarum; Quarto ex parte modi obſeruati a Deo; nam alia eſt in qua videntur audiri verba, quæ Deus ſuggerit; alia in qua videntur res quædam, quæ futurorum euentum ſunt ſigna, & argumenta; primi generis fuit apparitio Iacob dum iubetur tendere in Egiptum Gen. 46. ſecundi generis ſunt, Septimo ſpicę exhibitæ Pharaoni futuræ annonæ indicia Gen. 41. quinto ex parte hominum, quibus fit; nam quidam fideles ſunt, quidam Infideles, & hi quidem pauci ſunt; Sexto ex parte modi operandi Imaginationis; alia contingit in ſomno, alia in Vigilia; Hæc vltima Diuiſio aut diſtinctio eſt receptior, quæ pluribus hic eſt proſſequenda.

19 Apparitiones imaginariæ factæ a Deo recenſitæ in Sacra Scriptura ſunt hæ. Prima Regis Geraræ Gen. 20., qui per ſomnium cognouit ſaram eſſe vxorem Abrahæ, & mandatum accepit de illa reſtituenda; Secunda Iacob tendentis in Egiptum Gen. 46. tertia Iſaac, cui Deus nocte apparuit Gen. 26. ſignificauit, que benedicendum ipſum propter Abraham Patrem ſuum; Quarta Nabuchodonoſoris Danielis 2. videntis ſtatuam, & intelligentis viciſſitudinem regnorum; Quinta Pharaonis Gen. 41. Sexta Balaam Numer. 22. Septima Gedeonis Iudicium 6. Octaua Samuelis 1. Reg. 11. Nona Salomonis 3. Regum Cap. 3. 10. Mardochei, Eſther 11. Vndecima Ioſeph viro Mariæ Math. 2. & aliæ. Extra hominum quoque plurimas accidiſſe dubium non eſt, & quid prohibet in vigilia factas eſſe, quæ in ſomno de facto acciderunt? Ad cognoſcendam apparitionem aliquam Dei pertinere ad Claſſem imaginariarum apparitionum duo aſſignantur ſigna. Primum ſi in ſomno alicuius reuelatio, & apparitio fiat, patet enim talem non eſſe viſibilem aut vocalem, neque intellectualem, ſed requirit, Primum purgatos ſenſus vt bene intellectui fieri poſſit; Secundum ſignum ſi fiat in nocte, hæc enim Imaginaria præſumitur, cum ſit vero ſimile in ſomno oppreſſis accidere vt notauit Toſtatus, quod tamen ſignum non eſt tam certum ſicut præcedens, quia non ſemper neceſſe eſt nocte omnes ſomnum capere? Hec cognitio ergo non eſt deſumenda ex phantaſmatibus quaſi imaginaria ſit omnis vbicumque phantaſmata interueniunt nam in Intellectuali phantaſmata interueniunt, quæ tamen plurimum ab imaginaria diſtat.

20 Non eſt indecorum (vt aliqui Epicurei ſenſerunt) vt in ſomno Deus arcana ſua hominibus reuelet a quo ſenſu non diſſentit Sanctiſſimus Iob Cap. 33. quando homines inquit dormiunt in lecto aperit (Deus) aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina; immo conueniens, fuit, & expediens, quia homo in vigilia pluribus occupationibus diſtrahitur, contra vero inquiete, & ſomno ab impedimentis liber, & ſolutus ſibi præſens, & præſto eſt; Apparitiones aliæ contingunt cum magna corporis, & animi commotione, & horrore vt illa Nabuchodonoſoris, aliæ ſine tali commotione: Item in quibus dam datum eſt ſomnium; & non ſomnij intellectus, in quibuſdam cum ſomnio ſomnij intelligentia ſuggerebatur; Rurſus quibuſdam viſus eſt Deus loqui cum homine, vt Iacob, & Salomone, in quibuſdam non, vt Ioſepho viro Mariæ, & alię huiuſmodi;

di ; tandem aliæ ſunt claræ, aliæ obſcuræ, quia ſomnia ſunt aperta aut inuoluta, claræ ſunt cum in eis videtur Deus audiri, ſic illæ Iſaac Gen. 26. Balaam Numerorum 22. Gedeonis Iudicum 6. & Iacob Gen. 46. Abimelec Regis Geraræ Gen. 20. Obſcuræ, cum res tantum videtur audire, *obſcuræ illi ſunt, quæ factæ ſunt.* Primo *Pharaoni in viſione* ſpiccarum ; & Nabuchodonoſori in viſione ſtatuæ, & magnæ arboris ; Hæc in claris nec in obſcuris eſt, aut fuit acceptio Perſonarum apud Deum; Sanctis enim ſæpe clare in ſomnis appareret Deus vt Abrahæ Gen. 15. Iſaac Gen. 26. aliquando etiam obſcure *Zachariæ* Prophetæ Capi, & vtroq; modo Danieli Cap. 7. non ſanctis quoque Deus clare apparuit, vt Abimelech Gen. 20. Balaam Num. 22. Laban Gen. 31. obſcure Pharaoni Geneſi 41. ; & Nabuchodonoſori Dan. 2.

21 Habentes reuelationes obſcuras aliqui ſub enigmatibus res contentas cognoſcunt, & percipiunt, vt creditur inter alias fuiſſe illam Ezechielis quattuor Animalium, & aliæ huiuſmodi ; aliqui non percipiunt vt Pharao, & Nabuchodonoſor, tamen certo non poſſunt determinari ; qui hoc dono gaudeant, & qui non nec ipſe Daniel Propheta ſemper ſtatim percipit res inuolutas. Cap. 10; creditur tamen hoc fuiſſe quaſi priuilegium amicorum Dei, ſicut infidelibus rariſſime fuit conceſſum intelligere res inuolutas ; fidelibus aliqua obſcurè reuelauit Deus. Primo quia Maieſtas, & magnitudo rerum ſic requirebat, ne paruipenderentur; Secundo vt amici Dei exercerentur in humilitate, & ſtudio orationis humiliter petendo talem Intelligentiam; Infidelibus vero. Primo ob eorum indignitatem ; Secundo vt non inuenientes intelligentiam apud ſuos Sapientes a veri Dei cultoribus cogerentur petere ſicque verum Deum agnoſcerent, ſicut de Nabuchodonoſor ſentit Theodoretus : Ioſephi 10. Antiquitatum Iudaicarum, & alijs plures ; Tertio vt veri Dei cultores in honore haberentur dum obſcura homnia interpretarentur, & vniuerſaliter pro fidelibus, & infidelibus, expedientiſſimum fuit fieri appariciones Imaginarias obſcuras. Primo vt memoria mortalium huiuſmodi enigmatibus, & ſimilitudinibus iuuaretur ; Secundo vt qui indigerent longa oratione, quæ Deum minime decet breuiter traderentur, patet de ſtatua Nabuchodonoſor, in qua continebantur plures viciſſitudines rerum temporum, & Regnorum ; Tertio ob honeſtiſſimam occupationem ingenij humani;

22 Apud Gentiles non fuit (vt putabant) intelligentia ſomniorum patet Danielis 2. (Hic non eſt ſermo de ſomnijs immiſſis a Dæmone, quæ ab ipſo, & eius cultoribus ſciri poſſunt, nec de ijs quæ a certis ſunt Cauſis naturalibus ſiue illæ extra hominem ſint, ſiue in homine, quæ naturalia dici poſſunt, de quibus plura conijciunt medici naturæ Magiſtri) ſed eſt ſermo de ſomnijs Diuinis, & quis nouit ſenſum Domini Rom. 11., & nemo nouit quæ ſunt Dei niſi ſpiritus Dei Cor. Prima Epiſt. Cap. 2. A Deo igitur ſolo expectanda eſt Diuinorum ſomniorum intelligentia, qui reuelat profunda abſcondita, & in tenebris conſtituta Danielis ; Secundo profunda id eſt miſteria noſtræ fidei Trinitatis Incarnationis ; & Eucharíſtiæ, abſcondita ideſt arcana cordium, vt ſunt propriæ voluntatis, & Intellectus operationes ; In tenebris conſtituta ideſt futura contingentia, quæ nec actu ſunt nec vnquam fuerunt, nec in ſuis Cauſis determinate continentur ; quod dictum Danielis non ſolum per computationem ad Infideles, ſed etiam fideles, & Dæmones qui ſæpe impediuntur a cognitione eorum, quæ naturaliter ciri poſſunt vt docet Pererius lib. 2. in ſecundum Danielis, & D. Hieronymus in primum Matthæi ; Non vt obſura maneant Diuina ſomnia, quæ reuelat obſcure, ſed vt opportune percipiantur. Ideo beneficiũ interpretandi determinatis perſonis quadam neceſſitate largitur Deus, ſicut nobis notum eſt conceſſiſſe Ioſeph Gen. 41. ; & Danieli 2. cui neceſſitati Cauſam præ-

E bere

bere poluerunt nunc Dei timor, nunc vtilitas ipſorum, quibus ſomnia exponerentur, nunc meritum illorum, & commendatio, qui illa exponerent, nunc alij, in quorum notitiam per ſomnium ſignificatę peruenire potuerunt.

23 Hoc autem donum illis, quibus datur non ineſt vt habitus Intellectus quo quando, vbi, & quomodo voluerit poſſit vti, ſed potius ſe habet ad ſimilitudinem cuiuſdam motionis Diuinæ; quæ in mente faciat impreſſionem aliquam tranſeuntem, prout Deo viſum fuerit, patet ex modo loquendi ſacrarum ſcripturarum in Prophetis, quod donum ſicut & donum Prophetiæ eſt gratia gratis data; Quattuor ſunt genera ſomniorum alia naturalia, quæ Cauſam habent aliquando ab affectione quæ in ſomniantibus præualet, vt ſi atrabilis, &c. alia humana quæ actiones quibus homines incumbant, & paſſiones quæ in vigilia acciderunt ſequuntur, alia Dæmoniaca, quæ Dæmonem habent auctorem; alia Diuina quæ immittuntur a Deo vel immediate per ſe vel per Angelos Dei nomine; Tria priora plurima vana ſunt; vbi inquit Eccleſ. 5. Multa ſunt ſomnia plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri, eadem ſunt vana, falſa, leuia, parui momenti, mala inutilia, ſuperflua, impia, & vt plurimum ſunt nimiū ſpirituum commouentia, e contra ſomnia Diuina, vt talia ſunt non ſunt inania, & incompoſita, non continent falſa, ſed veritati maxime conſentanea; admonent etiam mortales non leuium, ſed grauium rerum, ad bonum inuitant non ad malum, ſunt vtilia vel ijs, quibus fiunt, vel alijs, in quorum gratiam fiunt, non etiam res per ſe notas afferunt ſed tales de quibus contingit homines dubitare aut ipſas ignorare, maxime ſi fuerint miſteria fidei, arcana cordis, & futura contingentia de quibus ſupra.

24 Cauſa efficiens apparitionum imaginariarum eorum maxime, quæ in ſomnis accidunt ſi Diuinæ ſunt eſt ipſemet Deus; ſic expreſſe ſacræ Scripturæ Gen. 22. Deus dicitur tentaſſe Abram; Gen. 26. dicitur Deum apparuiſſe Iſaac; Geneſi 28. Deus innixus ſcalæ loquebatur cum Iacob Gen. 46. Iacob a Deo in ſomno admonetur vt eat in Egiptum; ſic Primo Reg. 15. Samueli, ſic 3. Regum 3. Salomoni; ſic Iudicum 6. Gedeoni; ſic Danielis 2. bis Nabuchodonoſori; ſic Gen. 20. Abimelech Regi Geraræ; ſic Gen. 31. Laban; ſic Num. 22. Balaam; ſic 41. Gen. Pharaoni; ſic opinio eorum quibus hæ apparitiones factæ ſunt; ſic teſtatus eſt Rex Geraræ Gen. 20. ſic Iacob 28. ſic Salomon 3. Reg. Cap. 3. Sacrificia etiam quæ poſt apparitiones oblata ſunt Geneſi 48. Iudicum 6. & alibi quæ non niſi Deo offerri poſſunt; Item Dei confeſſio Gen. 46. Item res reuelatæ vt miſteria noſtræ fidei, & cordis arcana Gen. 20.; Item quæ met promiſſiones, quæ in ipſis apparitionibus, fiunt vt 3. Reg. 3. Salomoni Sapientia, quam ſolus ipſe Deus dat ſapientibus, Danielis 2. Denique res imperatæ, vt occiſio Iſaac oſtendunt apparitiones eſſe Diuinas, ſolius enim Dei ſunt omnes Animæ Ezechielis 18. Ego occidam, & ego viuere faciam; Quibus tamen non obſtantibus non eſt negandum Deum has omnes apparitiones vel perfeciſſe vel potuiſſe perficere opera Angelorum, ſicut de facto aliquas perfeciſſe teſtatur ſacra Scriptura vt Ioſepho viro Mariæ teſtatur Euangelium, & Paulo acta Apoſtol. Cap. 27.

25 Quando Angeli perficiunt has Diuinas apparitiones imaginarias, non efficiunt phantaſmata, ſed tantum ipſa mouent, quæ ſubſidio naturæ corporee efficiuntur; In hoc igitur negotio Angeli accomodant phantaſmata, & inter ſe ordinate applicant qui vſus poteſt dupliciter contingere; Primo vt ſimpliciter qualia ſunt, vel inueniuntur imaginationi obijciantur ab Angelis vt Vaccæ Pharaoni exhibitæ Gen. 41.; Secundo modo vt diuerſe inter ſe miſceantur, ſicut ſtatua Nabuchodonoſor, in qua plura mixta fuerunt oſtenſa, in hoc Miniſterio vſus eſt Deus Angelis bonis vt ſuperius oſtenſum

ſum

ſum eſt ex ſcripturis vtriuſq. teſtamenti tam in apparitionibus factis hominibus bonis , quam in apparitionibus factis hominibus impijs, nunc non negamus Deum ad hoc (ſicut potuit) reipſa vſum fuiſſe miniſterio malorum; nam ſupplicia, quæ de hominibus, per Angelos leguntur ſumpta *per malos creduntur* effecta Deo volente vel permittente ; & quemadmodum per hos efficiuntur ſupplicia, ita per eoſdem videntur eadem denunciari. Quicquid ſit hoc ſcite tenendum eſt omnes Angelos eſſe ſub Dei poteſtate, & Deum libere poſſe vti tam bonis, quam malis pro libito ſuo; Attamen valde credibile eſt mala pœnæ regulariter efficere miniſterio Angelorum malorum: non tamen vniuerſaliter quia certum eſt Deum puniuiſſe ſodomitas cæteroſque populos infames, & eorum Ciuitates conflagraſſe miniſterio bonorum Angelorem, *Gen.* 19. & puniuiſſe peſte populum Iſraeliticum 2. Regum 24.

26 Aliquos , quibus reuelationes ſeu apparitiones, imaginariæ factæ ſunt occupauit terror trepidatio , & languor Animi , tales fuerunt. Prima Primi parentes vocem tuam Domine audiui in Paradiſo, & timui; Secunda Abraham; noli timere Abraham Gen. 15.; Tertia Agar , noli timere Gen. 21.; Quarta Iacob quando dixit terribilis eſt locus iſte Gen. 28.; Quinta Iſraelitæ territi , & pauore concuſſi exodi 20.; Sexta Gedeon ne timeas non morieris Iudicum 5.; Septima Manue, & Vxoreius morte moriemur, quia vidimus Dominum Iudicum 13.; Octaua Daniel horruit ſpiritus meus Danielis 8.; Nona Ezechiel ſta ſuper pedes Ezechielis 2. Decima Abachuc Domine audiui auditionem tuam , & timui Abachuc 3. Vndecima Ieremiæ contractum eſt cor meum Ieremiæ 23.; Duodecima Nabuchodonoſor vidit ſomnium, & territus eſt ſpiritus eius Danielis 2. Terzodecimo Zacharias Pater D. Ioannis Baptiſtæ, & Zacharias turbatus eſt Lucæ 1.; Quartodecimo Cuſtodes ſepulchri Chriſti facti ſunt velut mortui Matth. 28.; Quintadecima D. Ioannes cecidit ad pedes eius tanquam mortuus Apocalipſis; Sextadecima Maria Virgo ne timeas Maria Lucæ 1. Non defuerunt tamen qui in huiuſmodi apparitionibus Diuinis , & Angelicis non ſunt paſſi tales terrores; Abraham preter vnam vel alteram non eſt paſſus ſicut, nec Agar , & multo minus Moyſes, & Elias, nec Ionas, nec plures alij.

27 Huius trepidationis, ſtuporis, atque terroris, qui mortalibus in Diuinis, & Angelicis apparitionibus allatus eſt, Pererius lib. 12. in Danielem tres præcipuas Cauſas videtur aſſignare. Prima eſt inuſitatus homini Angelorum conſpectus , & aſpectus præſertim ſub forma humana terribile ; Secunda cum in huiuſmodi apparitionibus denunciantur aliqua ijs, quibus viſiones fiunt, triſtiſſima; & acerima ; Tertia ex maxima mentis applicatione ad contemplationem rerum Diuinarum; Vnde remittuntur , & debilitantur inferiores vires hominis corporali vitæ in ſeruientes , calore enim vitali ad ſupremas mentis operationes abſtracto , & Sanguine ad cor ipſum coacto neceſſe eſt corpus frigeſcere , & vultum palleſcere; quin etiam aliquando corporis languor et debilitas , & grauis aliquis morbus contingit; Alij alias huius terroris aſſignant Cauſas; prima prouenit ex mala patientium conſcientia , vt Adami, & Euæ nec non cuſtodum ſepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti; Secunda ex naturali , & quaſi ingenita naturæ, infirmitate , ſic territus Eliphas Iob. 4., & Apoſtoli pluries Marci 6., & Ioan. 20.; Tertia ex perſuaſione qua credunt ſibi moriendum ſi Deum vel Angelum videant, ſic Manue, & Gedeon; 4. ex opinione, qua cenſent indignum eſſe vt mortales cum immortalibus Diuiniſque mentibus, conuerſentur ſic Abraham Gen. 18. loquar ad Dominum cum ſim pulcius; & Cinis, & Moyſes exodi 4. ex quo enim locutus es ad ſeruum tuum impeditioris , & tardioris ſum linguæ , & Ierem. Cap. 6. Domine neſcio loqui ;

Plures alias ab alijs aſſignatas Cauſas trepidationis, & terroris. Studio relinquimus breuitati ſtudentes.

28 De Diuina in veteri teſtamento apparitione, & locutione, intellectuali; apparitio Intellectualis ſic dicitur, quod in illa Deus Intellectui hominis ſe inſinuet, & appareat, & mentis ſuæ ſecreta manifeſtet; Ad quam apparitionem multa concurrunt. Primum eſt Deus; qui ſe vel res Diuinas, quæ conſpiciuntur, exhibet; Secundum eſt mens ſiue Intellectus qui res ipſas percipit, Tertium ſunt res, quæ Intellectu percipiuntur; Quartum ſunt rerum ſpecies per quas concipiuntur; Dari aliquam intellectualem apparitionem communis eſt Sanctorum Patrum ſententia præcipue D. Auguſtini lib. 16. de Ciuit. Dei Cap. 6. illis verbis complexus eſt, Veritas incommutabilis vide ibi.; Secundo patet in ſpiritibus cæleſtibus; quibus Deus veritas per ſe ipſum loquitur, loqueturque in omnem eternitatem, 3. patet ex Diuinis Scripturis; nouit D. Paulus in illo admirabili raptu, quando audiuit arcana Verba 2. Cor. 12. quæ verba non niſi intellectualia eſſe potuerunt; Eliſeus 4. Regum 3. & 13. vbi omnino videndum eſt; Nathan Propheta 2. Regum 12. vbi intellexit tranſlatum peccatum Dauid, Iſaias 4. Regum 20. vbi intellectualiter cognouit vitam Ezechiæ Regis dilatam ad 15. annos, & liberationem Ieruſalem a Rege Senacherib., ſic Moyſes ſciuit; & audiuit Mundi Creationem per 6. dies diſtinctam; & generaliter loquendo inquit Toſtatus tom. 3. in exodum Cap. 11. q. 2. Sacra Scriptura ſemper intelligenda eſt loqui de apparitione ſiue locutione Dei intellectualim, quoneſcunque a Prophetis dicitur, Hec dicit Dominus, & hoc alias rationabile eſt; quia Deus ſpiritus eſt; ergo ordinarie non cadit ſub corporea ſpecie; & hominum eſt ea condicio, vt niſi rebus corporeis interuenientibus mente percipere poſſint quidquam; Inſuper res quædam ſunt; quæ ſub ſenſu non cadunt; quia proprie ſimulachra non habent, per quæ intellectu capiantur.

29 Intellectuales Dei apparitiones, vt locutiones ex parte obiecti aut ſunt naturales, quarum obiecta naturalis ratio ex ſe poteſt aattingere quamuis diuinitus reuelentur, aliæ ſunt tranſnaturales, quarum obiecta ingenij humani viribus ſunt ex ſe ſuperiora, Ex parte perſonarum, quæ loquuntur vel eſt Deus immediate loquens per ſe vel apparens; vel Angelus in perſona Dei; Ex parte temporis aliæ ſiunt interdiu, aliæ de nocte vel in ſomno, vel vigilia. Ex parte perſonarum quibus ſiunt reuelationes aliæ ſiunt Prophetis, aliæ ſiũt Sacerdotibus; ex parte modi quo ſiunt, aliquæ ſiunt cum eſtaſi, & raptu, dum ſcilicet homo extra ſe quaſi rapitur vt illa D. Pauli 2. Corint. 12. aliquæ vero ſine ecſtaſi, tales fuerunt Eliſei, & aliorum Prophetarum ita Abulenſis 3. Regum Cap. 9. q. 2.; Item quædam ſunt, in quibus de nouo infunduntur quædam formæ; aliæ ſunt in quibus formarum prius ſuo modo exiſtentium datur nouus vſus; Item aliæ ſiunt ſine concurſu phantaſmatum ſiue phantaſiæ, quæ raræ ſunt, & extraordinariæ, aliæ ſiunt cum eorum concurſu; Hæ naturaliores ſunt, & modo homini magis accomodato ſiunt; Ad ecſtaſim duo requiruntur ex Abulenſi 3. Regum Cap. 13. q. 18.; Primum ſint res quædam homini diuinitus reuelandæ ſecundum eſt vt a ſuis operationibus ceſſent potentiæ ſenſitiuæ.

30 Ecſtaſis ex D. Dionyſio Areopagita eſt abſtractio mentis a corpore ad cæleſtia contemplanda; Mens dicitur obſtracta, quia operationes quaſdam ſine vllo corporis adminiculo exercet; & vltra neceſſe eſt, vt prorſus a ſuis functionibus vacét ſenſus; naturales operationes vero, ſeu vegetatiuæ, non quieſcunt omnino, vt aſſerit Toſtatus in 4. Regum Cap. 3. q. 12. vide D. Thomam loco citato; Hinc eſt quod in Ecſtaſi mens ſiue Animus hominis duo tantum habeat officia vnum eſt quod det viuere in actu primo; Alterum quod totus ad Intellectus operationem,

attendat, & reliquarum potentiarum ſenſitiuarum nullam curam ſuſtineat, vegetatiuis vel totaliter derelictis ſecundum Toſtatum vel debiliter, operantibus ſecundum D. Thomam 22. q. 173.; Non eſt neceſſe hominem rapi in Ecſtaſim, vt illum Deus inſtruat de aliquibus rebus, *quia Deo non eſt impoſſibile hoc opus aliter præſtare*; Ideo in Diuinæ voluntatis beneplacitum refundendum, & eidem aſſignanda neceſſitas; Hęc locutio Dei intellectiua facta ſine Ecſtaſi eſt; quando Deus in hominum mentes ſe inſinuat, & cordibus mortalium tantum loquitur, & ita tota mens ijſque quæ reuelantur attendat hoc tamen pacto vt non ſuſpendantur actiones vitalium potentiarum etiam ſecundum Abulenſem; neque ſenſitiuarum interiorum nec officia ſenſuum exteriorum nec virium motiuarum nec appetitiuarum; eſt tamen in hac locutione aliqua abſtractio ſeu diſtractio illa ſcilicet qua mens nullum neceſſarium ſubſidium a corpore ſiue corporalibus actionibus accipit ad ea, quę diuinitus reuelantur intelligenda; tamen ſi tales potentię, ſuas operationes exerceant, ſuę tamen vires langueſcunt, & quodammodo infirmantur.

31 Poteſt Deus omne genus hominum, hac locutione intellectuali inſtruere, & quis libet homo eſt ex ſe capax talis inſtructionis, quia potens eſt Deus ſuſcitare de lapidibus filios Abrahę, Matth. 3; *bonus igitur*, & malus, ſapiens, & inſipiens, ſenex; & puer Maſculos, & fœmina nullus excluditur; Duo genera Perſonarum ſunt; quibus de facto perhibentur factę huiuſmodi locutiones intellectuales, nempe Perſonę publicę quibus propter bonum publicum vel certe aliorum & ſuaque Deus exhibet; aut priuatę quibus ſe exhibet propter priuatum ipſorum bonum; Perſonę publicę alię fuerunt Sacerdotes, qui certo ritu, & conſecratione Diuino cultui deputatę fuerunt; Alię fuerunt prophetę, qui a comuni populo (niſi ſimul eſſent Sacerdotes aut Reges) vix alio quam ſola facultate; & ſpiritu prophetandi diſtinguebantur; Sacerdotibus fiebant a Deo in, & cum aliquibus circumſtantijs, & preparatoris non ſic Prophetis, quia ſæpiſſime eos ſpiritus Domini nihil minus cogitantes inuadit, & occupat de varijs rebus eos inſtruens, prius tamen dum ipſi expectarent reſponſum aliquod ieiunium vtiliter aſſumebant; orationi vacabant, & alijs pijs exercitijs inſiſtebant Danielis 9., & 10. ſed hęc poſſunt applicari ad locutionem factam hominibus priuatis, quę non admittebat (vt nec publica Prophetis facta) exceptionem Perſonarum loci, temporis, & intrinſecę bonitatis nec probitatis.

32 Locutio Dei, qua hominibus loquitur aliquid habet pręter ſimplicem locutionem, qua aliquis ſpiritus alijs ſpiritibus loquitur, quoniam Deus ita menti loquitur, vt ſimul lumen quoddam infundat, quo mens, quę dicuntur, clarius, & facilius percipiat, Vnde Dei locutio proprie dicitur illuminatio, itaut dum Deus loquitur, etiam illuminat; Ex duobus igitur locutio Dei innoteſcit; primo communi ratione locutionis; Secundo propria condicione illuminationis; Locutio generaliter loquendo duo officia ſuſtinet, vnum eſt, quod auditorem excitat; alterum, quod audientis mentem aperiat; prius illud auditorem quodammodo preparat ad audiendum; poſterius preparatum inſtruit, & vtramque actionem quodammodo importat; ſed in Diuina locutione illuminatio lumen quoddam addit; & auditori accidit; Ex parte rerum, quę intelliguntur quia illarum ſpecies atque ſimulachra Diuinitus comunicantur; Secundo ex parte potentię, quia ipſi lumen quoddam additur Diuinitus, quod eſt veluti quędam tranſpaſſio luminoſa, qua mens dum inheret Diuinis reuelationibus afficitur. Differt illuminatio Diuina ab Angelica; nam quando ſuperior Angelus illuſtrat, vel illuminat Inferiorem, tantum confortat, atque roborat ad inſtar Magiſtri Intellectum inferioris quaſi Diſcipuli per claram explicationem veritatis, &

ſe cla-

& clariori atque perfectiori modo cognitę illuminatio vero Diuina Illuminationi Angelicę addit quod ſpeciali lumine mentem audientis illuſtrat; qui modus illuminandi eſt Deo ordinarius.

33 Sicut in Dei locutione ſunt duę quaſi actiones, vna quę mentem excitat ad audiendum, altera qua menti excitatę Diuinę cogitationes, & oracula ſignificantur, ita in auditione, quę locutioni reſpondet duæ ſunt paſſiones, quarum priori mens excitatur, & poſteriori excitata loquentem Deum audit; quod duobus modis accidere poteſt; vno modo vt rerum, quæ reuelantur ſpecies nouas communicet; Secundo vt nullas ſpecies communicet, ſed eas quæ Intellectus agentis opera, obſtractæ in mente conſiſtunt ſuis vſibus accomodat ſemper addito lumine quodam de quo ſupra; Hæc locutio Diuina ſecundum id, quod non poſſunt Angeli; Angelis non poteſt attribui; Quæ non poſſunt Angeli ſunt duo nempe Creatio nouarum ſpecierum rerum, quæ reuelantur, & additio noui luminis; Secundum vero id, quod poſſunt poteſt attribui poſſunt autem priores ſpecies iam conſiſtentes in memoria applicare ad nouum vſum, & declarare veritatem a ſe cognitam, quod poteſt dici lumen; ſicut locutio dicitur illumiuatio Deo loquenti, & per ſe dictis eius fides adhibendam eſt quia ignorare quicquam poſſe eſt ſumma blaſphemia aſſerere ſicuti ipſum poſſe decipere prius enim ſuæ omni ſcientiæ ſicut, & poſterius ſuæ infinitæ bonitati repugnant; Idem proportionaliter dicendum eſt de dictis Angelorum, cum in locutionibus Dei vices gerunt, vt de Diuinis rebus nos erudiant a Deo optimo mittuntur, Stet igitur maxima Theologica Deum neque per ſe fallere poſſe nec decipere, nec per alios; qui eius vices gerunt; quia dicta a Deo prouenientia ſummam continent veritatem.

34 Quotieſcumque manifeſta reuelatio Diuina mortalibus facta eſt non minus, potuerunt debuerunt que de dictorum, quam dicentis veritate eſſe certi, hoc eſt non ſolum intellexerunt certiſſima eſſe quæ dicerentur, verum etiam cognouerunt certiſſime Deum eſſe, qui ſibi loqueretur alias claudicaret noſtra fides, nec ſatis fuiſſet prouiſum noſtræ fidei, & religioni, nihil enim profuiſſet ſcire Deum veraciter loqui, niſi etiam ſciretur tali locutione vere Deum locutum fuiſſe alias ſtulte Abraham propoſuiſſet ſacrificare filium; certe ſi Sacerdotes audierunt Deum loquentem ſecundum regulas ab ipſo Deo præſcriptas potuerunt certo ſcire Deum fuiſſe, qui locutus eſt eis quoad prophetas, & priuatas perſonas difficile eſt ſtatuere certa indicia ſciendi, quod Deus eſſet qui loquebatur; niſi velimus dicere ex eo coniecturari poſſe, quando mens excitatur ſingulari illuminatione, & ſapore, quod cum ſit quid ſingulare Iudicium remittamus eis, qui ſentiunt; Dictis tamen Prophetarum, quæ ex ore Dei acceperunt fides eſt adhibenda, quia illud ipſum verbum; illa ipſa veritas, quæ ex mente Dei proceſſit ſine ſui mutatione per locutionem Diuinam transfertur in mentem audientium Prophetarum, & per hos ad aures noſtras, quod intelligę non tantum de ijs, quæ per manifeſtationem Diuinam, & reuelationem Diuinam habent Prophetæ, vel habuerunt, verum etiam de illis, quæ habuerunt ex inſtinctu Diuino, nam non minorem hæc, quam illa habent veritatem, ſicut non poteſt fallere Deus dum manifeſte loquitur, ita non poteſt dum obſcure ſe inſinuat; non ita aſſerendum eſt de ijs, quæ Prophetæ proferunt, & loquuntur ex priuato inſtinctu, in quibus poſſunt errare, & fallere.

35 Ad cognoſcendos Prophetas antiquos locutos, fuiſſe ex inſtinctu Diuino non proprio ſuadent confeſſio Prophetarum, Dei ſententia, euentus rei, miracula, atque Eccleſiæ, authoritas; In miraculis duo obſeruanda ſunt vnum, vt vera ſint miracula, alterum vt locutionem non precedant, ſed ſequantur; debent enim confirmare ſermonem, & vltra hæc probandus eſt Spiritus, ſi ex Deo ſit, ad quod

multum

multum confert obſeruatio 14. Regularum ex Bartholomeo Medina in 3. p. Diui Thomæ q. 25. art. 3. quarum prima eſt obſeruare hominem ſic loquentem an vnius Dei ſit cultor, alias nullam fidem meretur; Secunda an fidei, & Eccleſiæ Catholicę membrum ſit, ex qua conijcitur *Montanum, & Priſcillam non fuiſſe locutos ex inſtinctu Diuino*; Tertia conſiderandi ſunt mores, & vita, quia a fructibus eorum cognoſcetis eos; quamuis Prophetia vt pote gratia gratis data non neceſſario requirat ſubiectum bonum, & probum; Quarta ingenium, & ſtudium hominis, ſi prudens, & non nouitatum Amator; Quinta corporis temperamentum, & ſanitas nam ægroti, & freneticí inuiſionibus ſepe delirant; Sexta in ſomno potiſſimum periculum eſt ne his viſionibus decipiamur ob nimium amorem quemerga aliquam rem nos habere contingit; Septima qua de Cauſa quis ſuas viſiones patefaciat leuitate, an vtilitate temporali an ſpirituali, ſua an aliorum; Octaua an qui patitur viſiones ſit nigro humore affectus ideſt melancholico vel nimia macie confectus talis enim ſæpe numero decipitur; Nona attendenda eſt conuerſatio eius qui videt viſiones, ſi comunis ſi priuata; Decima ſi maſculus, ſi femina, ſi vaga, ſi garula, ſi ſtabilis, ſi quieta; Vndecima ſi tales aliorum conſilia ſpernunt; ſi de quibuſcumque erudiri ſe a *Deo* per rauelationes præſumant; Duodecima ſi ſit veritas non fucata non adulterata, ſed pura nitida, & humilis; Terzadecima patientia in aduerſis, & tribulationibus; Quartadecima ſi verax eſt qui iſtas apparitiones de ſe narrat; nam qui delectatur mendacijs non Chriſto, qui veritas eſt ſed Diabolo mendacij Patri conformatur.

36 Expedita hac vtili, & opportuna digreſſione de Diuinis apparitionibus conuertendus eſt ſermo vnde diſceſſit, & dicendum plures poſſe aſſignare Cauſas ob quas Deus venerat ad Adam, & Euam, prima ad oſtendendum peccatum ſuum, nam dixit Adæ, quis enim indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo *præceperam* tibi, ne comederes comediſti Gen. 3. 11. ſecundò ad denunciandum eis pænas pro peccato, nam mulieri, viro, & ſerpenti denunciauit quæ futura erant; Tertio ad redarguendum eos de peccato, nam Dixit Deus, & Eue verba increpatoria pro peccato improperando eis, quod hoc feciſſent, & hoc fieri non potuiſſet niſi ad eos veniſſet; Quarto fuit ad eijciendos eos extra Paradiſum; Quinto ad dandas eis veſtes, cuia ante peccatum non dederat eis veſtes, & ſpecialiter poſt quam fecerunt ſibi perizomata; & non ſtatim vt peccauerunt venit ad eos; vt daret eis locum penitendi, & cogitandi de ſe, & ſic poſſent inuenire remiſſionem delictorum; Secundo ne grauarentur magna verecundia; nam ſi ſtatim veniſſet ad eos prorſus nudos, inde valde erubuiſſent; nam ſi Adam, & Eua perizomatibus veſtiti erubuerunt ad aduentum Domini, multo magis erubuiſſent ſi illis operti non fuiſſent; Tertio ad oſtendendum nobis magnitudinem verecundiæ. Adam, & Euæ poſt peccatum nam tam grauiter erubuerunt de nuditate, quod ſtatim fecerunt perizomata; Quarto vt oſtenderet de quibus partibus erubuerant quod nobis erat conueniens ſcire, & tamen ſi Deus veniſſet ante quam feciſſent ſibi perizomata, & daret eis veſtes, quæ totum operirent corpus non conſtaſſet, de quo erubeſcerent, ſed cum Deus venerit factis perizomatibus apparuit, quod de ſolis genitalibus erubuerunt, quia huiuſmodi veſtes eas ſolum partes tegebant; Quinto vt daretur locus humanæ prudentiæ atque ingenio ad fabricandas ſibi veſtes; Sexto ad oſtendendum Dei beneficium, & cauſam eius, nam dedit eis veſtes quando eos expulit de Paradiſo; ſi autem homines tunc potuiſſent ſibi de illis prouidere non fuiſſet magnum beneficium hoc illis præſtare.

37 Illa vox Dei, quam audierunt non fuit illa vox qua dixi. Deus Adam vbi es? quia poſt vocem Dei deambulantis Adam

abſcondit

abſcondit ſe, ſed audita voce Adam vbi es? Adam manifeſtauit ſe vt patet ex textu; Vox igitur illa Dei deambulantis non fuit aliquis ſermo Dei, quo vocaret Adam; ſed fuit ſonitus Dei ambulantis, nam cum inter arbores ambularet, fiebat ſtrepitus pedum, & fragor arborum, & illum ſtrepitum audiuit Adam cognouit que eſſe Deum, & latuit; Porro agnouit Adam hanc eſſe Dei vocem primo quia iam ante cum Deo collocutus vocem ſolitam Dei agnouit; Secundo quia hæc vox erat ingens, & terribilis; Tertio, quia Adam ſciebat nullum alium hominem eſſe in Paradiſo, qui hanc vocem excitaret; Quarto, & optimè quia conſcientia peccati ipſe que Deus menti eius ſuggerebat hanc Dei vindicis eſſe vocem nec eſt quid inſolitum illum ſtrepitum ſiue ſonum vocare vocem, quia licet proprie vox non ſit niſi Animatorum vt dicit Ariſt. 2. de Anima tamen iuxta ſcripturæ conſuetudinem interdum ſonitus rerum inanimatarum vox appellatur, ſicut dicitur vox aquarum multarum Pſalmi 41., & abiſſus abiſſum inuocat in voce Catharactarum tuarum, & vox Tubæ Apoc., & vox nubis, & tonitrui Pſalmi 76. vocem dederunt nubes, & vox tonitrui tui in rota; Ita ſtrepitus pedum, vel fragor arborum vocabitur vox atque ita dicitur; cumque audiſſent vocem Domini, &c. ideſt ſonitum quem faciebat Dominus deambulando. Deus ergo qui antea placide, & blande Adamo conſueuerat apparere, tunc ei ſe rappreſentauit formidabilem, atque terribilem, ac veluti ira tumentem, & ſuo ingreſſu concutientem terram, ipſaſque Paradiſi arbores preſſis veſtigijs tremere facientem, vt ille, & vxor perturbati, & pauidi ſcelus ſuum agnoſcerent, & confiterentur, ſicque miſericordiam, & veniam implorarent.

38 Cum dicitur quod Deus, & Dominus ambulabat dicendum eſt Deum ipſum in aſſumpto corpore apparuiſſe Adamo, taliaq; quæ hic in ſcriptura narrantur per ſe ipſum feciſſe quamuis potuiſſet perficere etiam miniſterio Angelorum; Cum vero dicitur, quod ambulabat ad auram hoc dicitur ad reddendum rem veriſimilem; nam dicitur, quod Adam, & Eua latuerunt audita voce Dei, ergo ad hoc, quod laterent multo antè audire debuerunt vocem, quam Deus eis appropinquaret, vox autem quam audierant, erat ſtrepitus pedum, quia dicitur vox ambulantis, ſed ſtrepitus pedum non auditur de longinquo, atque ideo dictum eſt, quod ambulabat ad auram quia aura faciebat audiri ſonum ſiue ſonitum (flabat enim ventus ex ea parte, qua Deus gradiebatur contra eam partem, in qua erat Adam, & ideo ferebat ſonitum in longinquum, & perueniebat ad tantum ſpatium, ad quantum aliàs non poſſet peruenire, atque ita Adam, & Eua habuerunt tempus latendi, quod non fuiſſet, ſi Deus fuiſſet eis propinquus quando vocem illius audierunt; Addit ſcriptura, poſt meridiem, hæc determinatio poſita eſt ad ſignificandum tempus; aperte enim ſignificat fuiſſe illam auram ventum aliquem qui poſt meridiem flaret ideſt ante ſolis occaſum.

39 Pergit ſcriptura dicens abſcondit ſe Adam, & Vxor eius; huius abſconſionis meminit ſcriptura vt ſciremus magnitudinem pænæ inflictæ Adæ; Abſcondit ſe ergo Adam primo propter verecundiam, cognouerat enim eſſe nudum, atque adeo erubeſcebat coram Deo apparere: Secundo propter timorem, quia timebat Deum conſcius ſui peccati, & hæc duo ſignificat Adam in ſua reſponſione dicens, audiui vocem tuam, & timui eo quod nudus eſſem; erubuerunt autem Adam, & Eua Dei præſentiam, quia ipſe aderat eis in corpore humano aſſumpto, vt ſenſibiliter eum videret dum increparetur ab eo quod ſumme augebat timorem, & verecundiam; Cum dicit ſcriptura, quod abſconderunt ſe in medio ligni Paradiſi intelligendum eſt, ac ſi diceret in medio lignorum ſcilicet in aliqua denſitate lignorum, non enim erat aliquis locus, vbi non eſſent arbores, atque ita

ita vbique eſſet in medio lignorum cum Paradiſus eſſet hortus, ſed locus ille per excellentiam erat in medio lignorum ideſt in medio denſitatis lignorum, vbi difficulter videri poterat, qui erat ibi, & ad illum locum declinauerunt Adam, & Eua; Non peccauerunt tamen ſe occultando licet non agerent prudenter, prudentius enim egiſſent ſi videntes ſe pro peccato in miſerijs conſtitutos audita Dei voce occurriſſent ei veniam petituri, quam ſe occultaſſe, non tamen peccauerunt, tum quia non fecerunt contra aliquod Dei præceptum nec poſitiuum, nec de lege naturæ, tum quia ſi peccaſſent in hoc redarguiſſet illos Deus, ſicut arguit, quod de ligno vetito comederint, ſed abſconderunt ſe tantum ex nimio timore, & verecundia vt ipſe Adam dixit,

40 Vocauit Dominus Adam, & dixit ei Vbi es? merito vocatur ad iudicium, & Tribunal Dei Adam vt qui Deum non coluit vt Patrem, vt Iudicem, & Vindicem experiatur, ſed non eſt tamen obitus miſereri Deus, nec in ira ſua continuit miſericordias ſuas, nam mox yt vidit, quod factum erat, & ſceleris magnitudinem ad opitulandum feſtinauit, vocauit reum, Adam vbi es? quaſi ita ei diceret; Quid factum eſt in alio teſtatu reliqui conſtitutum, & in alio, modo te inuenio, alia gloria veſtitum te reliqui, nunc in nuditate te inuenio. Vnde tibi hoc accidit? quis te in tantam induxit viciſſitudinem? Quis Latro, vel fur ſic ſemel omnes Diuitiarum ſubſtantias auferens in tantam te inopiam deduxit? In hoc ergo Dei Iudicio miſericordia eius mirabiliter eluxit, quod non vt Diabolum Adamum condemnauit, ac perdidit, ſed tempus, & locum dedit pænitendi, quod prius quæſiuit eum, & ad petendam veniam prouocauit, quod non nimis dure, ac aſpere eum tractauit ſed ei pudore ſimul, & metu perturbato, & conſternato loquendi, & obſecrandi fiduciam dedit; Potuiſſet Deus ire ad Adam ſtatim poſt peccatum ſed noluit ne maiori verecundia confunderetur, & impediretur ad deliberandum, quid congruè reſponderet, vt iram Dei aliquo modo placare poſſet; Adam vbi es? D. Auguſtinus lib. 11. ſuper Geneſim Cap. 34. inquit non ſunt hæc Verba ignorantis, Vbi nam locorum eſſet Adamus; in omni re, & loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos, ſed increpantis ſeu inuitantis ad fidenter comparendum, & intrepide colloquendum; ſunt Patris quærentis filium ſuum perditum, ſunt medici requirentis ab ægroto locum vulneris, vt ei congruentem, & ſalutarem applicet medicinam; Deus vocat Adam non Euam, tum quia Adam erat Principalis, & Caput, cui primo datum eſt præceptum; tum quia ambo latebant, & vno vocato ambo apparebant, atque adeo alterum eorum vocare ſufficiebat, & congruum erat vocare principalem.

41 Vocem tuam Domine audiui in Paradiſo, & timui eo quod nudus eſſem, & abſcondi me; ſtatim vt audiuit Adam Deum vocantem exiuit de latibulo, & Eua ſimul, quia cum viderent, quod Deus eos quærebat putauerunt, quod non poſſent latere, qua propter ſi non manifeſtarent ſe, vt Deus eos inueniret acrius a Deo punirentur, atque ita Adam, vt vocatus eſt prodijt, Eua quoque venit ante Deum, cum ipſa non vocaretur, vel quia ſe vocatam putauit, nam vocato viro videbatur, & ipſa vocari, quare quaſi vocata venit; vel quia comeſſet cum viro, forte vir ſuaſit ei, vt exiret, vel quia occultatio iſta fuit propter timorem ſicut dixit Adam, audiui vocem tuam, & timui; & tamen deterius ſibi futurum putabat ſine viro, quam cum viro; Ratio igitur quare ambo latuerunt aſſignatur ab Adam cum dixit vocem tuam audiui in Paradiſo, & timui; vocem tuam ideſt ſonitum tuum, quem faciebant pedes tui deambulando, vt ſupradictum eſt, quia nullam vocem audierant nec ſolius ſonitus timorem habuerunt; nam magis timuiſſent ſi vidiſſent Deum, qui propinquus eſſet, vt eos poſſet punire; ſed de voce dicitur, tum quia per illam ſignatur

Deum ad eſſe, atque adeo habebant timendi Cauſam, tum vt ſignificaretur, quare latuerunt, eo quod nudus eſſem, quia non erat ſufficienter veſtitus; ſolum enim genitales partes ſub ligaculis opertæ erãt, reliquæ autem ſine veſtimento manebant: vel dici poteſt, (& melius) quod Adam dixit ſe nudum, quia inuenerat ſiue cognouerat nuditatem eſſe confuſibilem, atque adeo ſine operimento turpe erat apparere; & licet partibus illis opertis de eis non erubeſceret, erubeſcebat tamen, quod non poſſet apparere coram Deo niſi ſic opertus, qualem Deus eum non fecerat, & hoc pro nuditate ſibi contingebat.

42 Cui dixit Dominus; quis enim indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes comediſti? Quaſi diceret; Vnde tibi nuditatis tuæ, ſcientia contigit (dic ſincerè) quid hoc noui, & rari? Vnde poſſes hoc ſcire te tanta confuſione veſtiri niſi multum intemperans eſſes; & fuiſſes? & mandatum meum contempſiſſes? Quis hoc vnquam annunciare tibi potuiſſet niſi ipſe huius confuſionis auctor eſſes factus, niſi a ligno de quo precepi, vt de eo ſolo non comederes comediſtis; obſeruanda eſt Dei Iudicis ineffabilis manſuetudo, & miſericordia, cum enim poſſet ſine reſponſo quidem dignari eum, qui peccauerat, ſed ſtatim pænam infligere, quam prius ſtatuerat preuaricaturo, longanimis tamen eſt, & ſuffert, & interrogat, & reſponſum accipit, & interrogat, ac ſi eſſet rei ignarus, quaſi ad defenſionem eum prouocans, & quodam modo alliciens, vt arrepta occaſione ex confeſſione peccati, etiam poſt tantam preuaricationem, & Diuinam offenſam ſuam offerret veniam, & indulgentiam; Quo etiam nos doceret, & inſtrueret, vt quando reos inquirimus, & condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur; nec tam inhumaniter tractemus, neque ferina in illos vtamur ſæuitia, ſed longanimiter miſericorditer, & placidis ac manſuetis verbis agamus; vt pote noſtra quorum membra condemnaturi, & cogitantes illos nobis ſecundum naturam cognatos, & gratiæ Diuinæ, & futuræ gloriæ proximos, & comparticipes; ſuppliciumque miſericordia temperemus.

43 Sed reuertamur ad Adam, cui dixit Deus, quis indicauit tibi quod nudus eſſes; Primo vt induceret in medium Adæ peccatum; peccauerat enim Adam, & ſe peccaſſe non fuerat confeſſus; at quando voluit Deus peccatum manifeſtare, quod ille tacebat interrogat, & quia hæc interrogatio Domini erat introductio ad illud ideo dixit ei Quis indicauit tibi, &c. Secundo fuit ad accuſandum Adamum in eo, in quo ille ſe excuſabat, nam Adam abſcondens ſe fecerat rem inſolitam, quæ ſpeciem mali haberet, & ad ſe excuſandum dixit quod erat nudus, & quod præ verecundia non audebat comparere, & quia iſtam nuditatem nitebatur Adam retorquere in Deum, quaſi ipſe feciſſet eum nudum, cum veſtes non dediſſet reducebat in Deum cauſam ſuæ occultationis; atque adeo vt Deus a ſe repellat hanc accuſationem reducit eam in Adam dicens, quis indicauit tibi vt nudus eſſes? quaſi diceret non ego te feci nudum, ſed tu feciſti te nudum; Vnde obſeruandum eſt quod Deus non accuſauit Adam, quia latebat nudus exiſtens quaſi mala ageret ſic ſe occultando, ſed quia nudus erat, ideſt ſe ipſum nudauerit; non enim ei dixit quare abſcundiſti te ipſum etiam ſi nudus eſſes, quaſi nuditas non eſſet Cauſa conueniens ad ſe abſcondendum; ſed dixit quis indicauit tibi, quod nudus eſſes? concedit enim Deus nuditatem eſſe ſufficientem Cauſam ad ſe occultandum, quia contemnitur caro, quæ nuda eſt, ſicut ipſe dixit Iſaiæ Cap. 58. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne det pexeris; his, & alijs placidis verbis vſus eſt piiſſimus Deus, vt Adam induceret ad confitendum peccatum ſuum, & ſic veniam impetraret, & indulgentiam.

44 Adam vero e contra valde male in omnibus ſe habuit, quia ſicut a principio

tacuit data ſibi opportunitate loquendi, & confitendi peccatum, ita, & nunc reuelato ſibi peccato, quod negare non poterat; Non dixit, verum eſt, & verè peccaui, ſed retorſit peccatum in mulierem, quaſi in nullo ipſe deliquiſſet; Non eſt autem confeſſus peccatum ſuum; primo quia *ipſe reſpondebat Deo; Deus autem ſolum quæſierat*; Adam vbi es? Ideo de loco reſpondet, & Cauſa loci, & quia locus ille erat occultus, & videbatur ibi eſſe Adam abſconditus aſſignauit Cauſam abſconſionis, quia erat nudus, & quia hæc ſine mentione peccati dici poterant nihil de peccato dixit; Secundo quia Adam cupiebat occultare peccatum niſi cogeretur illud prodere; verecundabatur enim, quod contra Dei præceptum egiſſet, & verecundiam vitare volebat, quam pateretur confitendo peccatum; atque adeo cum Deus nihil de *hoc nunc quæreret* tacuit, & dato quod Adam intelligeret Deum aliquo modo velle audire de hoc, quia tamen ex verbis eius non clare conſtabat, tacuit quandiu tacere potuit; Tertio, quia Adam confeſſus eſt id, quod negare, neque diſſimulare potuit nempe patentem nuditatem, & inde claram ex perizomatibus erubeſcentiam, ſed peccatum non apparebat foris, quia prærerierat; & licet Deo quærenti de illo non poſſet illud negare Adam poterat tamen diſſimulare, quam diu *non petebatur*, de eo atque ita Adam *tacuit*; Quarto quia magis erubeſceret loquendo de peccato quam de nuditate, nam nuditas non videbatur eſſe ab eo, ſed quia Deus non dederat ei veſtes, & ita quaſi ſine culpa ſua poterat putari; Sed non erat ita de peccato, quia illud erat actio voluntaria, & ei erat culpa, & non Deo, neque erat ei de hoc excuſatio; Mirum eſt tamen, quod Deus directe non interrogauerit Adam de peccato dicendo tu ingratiſſime confitere atrociſſimum peccatum tuum, &c. ſed noluit forſitan compatiens eius confuſioni.

45 Dixit quæ Adam Mulier, quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno, & comedi, &c. Hic Adam confitetur factum commeſtionis de ligno vetito, ſed negat peccaſſe, & totam culpam attribuit mulieri. Quaſi diceret; Ecce quale adiutorium dediſti mihi, ecce qualem ſociam mihi tribuiſti, vt mihi eſſet ſolatio, ipſa porrigendo fructum vetitum mihi fuit Cauſa totius iſtius ruinæ Quando enim expectaſſem, vt tanta confuſione me reſpergeret, quæ ideo condita eſt vt me audiuuaret, & ſolatio mihi eſſet; Tu mihi iſtam dediſti, tu ipſam mihi adduxiſti ipſa (neſcio vnde mota) dedit mihi de ligno, & comedi; Hæc verba Adæ, quandam videntur præſeferre defenſionem, ſed venia prorſus indigna ſunt: Nam potuiſſet Deus ei reſpondere tua eſt culpa tuum eſt peccatum, & quidem ineſcuſabile; Dic mihi quando mulier dedit tibi de ligno, vbi erat memoria præcepti mei, nonne tibi ſufficiebat mandatum meum, & timor ſupplicij ad æſum eſcæ fugiendum? Non negauit factum commeſtionis, quod Deus aſſeueranter ipſi obiecit, alias negando Adam commiſiſſet grauiſſimum peccatum ſcilicet quia Deum mendacem feciſſet, nam Deus aſſerebat, quod comederat de ligno ſcientiæ boni, & mali ſi autem ipſe diceret non comedi, feciſſet Deum mendacem, & quam maxime Deum offendiſſet, atque adeo non eſt auſus negare, negaturus ſi res Deo potuiſſet eſſe incognita; & quod non poterat negare voluit tamen culpam ſuper mulierem vel totaliter imponere, vel ſaltem excuſare, vel alleuiare; Sapientius tamen feciſſet ſi confeſſus fuiſſet peccatum ſuum, & veniam petijſſet, quod quidem ei non venit in mentem præ magnitudine confuſionis, & erubeſcentiæ.

46 Et dixit Dominus Deus ad mulierem. Quare hoc feciſti quaſi diceret virum tuum audiſti in te culpam transferentem, & omnia tibi aſcribentem, quæ ipſi inadiutricem data es, atque ideo condita, vt tuis ſolatijs ipſum foueres, vtpote eandem naturam ſortita cum ipſo; Cor hoc feciſti ò mulier? Cur, & tibi, & viro tantæ confuſionis facta eſt

Auctrix, quæ vtilitas ex hac intemperantia tibi accreuit; quod ex hoc errore tibi lucrum acceſſit? quod ſerpente decepta etiam virum eius mali participem facere voluiſti. Hic parum ſiſtendum eſt, & admiranda longanimitas Dei, cui cum eſſent cognita Adæ, & Euæ certa delicta potuiſſet ſtatim eis inferre pænas, voluit tamen eos interrogare. Primo quia iſta erat prima pæna, quam Deus inferrebat hominibus, voluit ergo quod agnoſcerent condicionem eius, & qui non procedebat tanquam Dominus, ſed tanquam iuſtus Iudex auditis excuſationibus, & defenſionibus, ſi quæ eſſent habentes aliquam apparentiam ad reddendum actum legitimum, & eſcuſabilem; Secundo fuit ad inſtruendum nos qui Iudices ſumus qualiter in Cauſis procedamus nam ſi Deus qui omnia nouit, a quo non poteſt occultari vir in abſconditis Ieremiæ 23. & qui ſcrutatur corda, & intrinſecas cogitationes voluit tamen ad puniendum adhuc habere confeſſionem delinquentium. Quanto magis hoc facere debent Iudices, qui decipi poſſunt; Tertio hoc fecit propter Adam, & Euam vt eis eſſet aliqua conuerſionis occaſio, & pænitentiæ de peccato, Deus enim non fecit mortem, nec gaudet in perditione viuorum ſapientie Cap. 1. ſed vult quod homo cõuertatur, & viuat, & quia tam pluries inuitauerat eos ad repiſci ſcientiam, ſtatim voluit loqui, vt iſta locutio eſſet vice diuturnæ expectationis; non enim facta eſt in inſtanti aut in momento, ſed ſucceſſu temporis, in quo poterant conuerti, & obtinere indulgentiam; Quarto fuit ad manifeſtandum nobis iuſtam primorum parentum damnationem; Si enim Deus nihil ab eis petijſſet de delito, & Cauſa eius, & irrogaſſet pænam expellendo de Paradiſo non conſtaret nobis tam manifeſte de iuſta eorum punitione ſicut nunc conſtat; Quinto fuit ad oſtendendum diuerſitatem pænarum, & Cauſam diuerſitatis; nam triplex pæna tunc illata fuit ſcilicet Adæ, Euæ, & ſerpenti atque adeo; vt de Cauſa diſtinctionis conſtaret debuit notum eſſe de delicto ſed non poterat nobis melius conſtare quam confitentibus eis, qui peccauerant; ſed non fieret iſta confeſſio ſi Deus non quæreret; Ideo debuit introduci Deus quærens ab eis.

47 Serpens decepit me, & comedi. Mulier Eua auctrix peccati Adæ, quod debuiſſet confiteri ſtatim ac fuit interrogata; nihilominus peccatum ſuum, defendit nam ſicut vir culpam in mulierem reijcere intendit dicens mulier, quam dedit ſociam, &c. ſic, & ipſa nullum effugium inueniens fatetur factum, & inquit Serpens, decepit me, & comedi. Ille hunc nobis lapſum attulit illius pernicioſum conſilium in hanc nos confuſionem adegit, ille me decipit, & comedi; In quo germanam dixit veritatem, quia verè fuit decepta tripliciter, primo quia Serpens dixit quod comedendo de ligno non morerentur, at modo mulier credebat ſe morituram, & verum credidit ergo ibi verè decepta fuit; & quamuis mulier putaret ſtatim ſe morituram Deus tamen non erat hoc futurus, nec permiſſurus, ſed dilationem mortis conceſſurus; Secundo quod dixerat ſerpens quod aperirentur oculi eorum, eſſentque ſicut Dij ſcientes bonum; & malum, & tamen hoc non fuit verum, quia non congruerunt poſtea plura, quam ante neque facti ſunt, ſicut Dij. Tertio quia ſerpens dixerat, quod Deus præceperat non manducare non quaſi morituri eſſent, ſed vt non efficerentur Dij, & tamen hoc non erat verum, quia non erant futuri Dij comedendo, neque Deus ideo vetuerat manducare, vt non efficerentur ſicut Dij, & quia Mulier crederat hoc, quod Deus hac intentione dixerat, vt non efficerentur homines Dij; nunc falſum eſſe dicebat, videbat, & experiebatur poſt Cibum illum non eſſent effecti Dij, vel quaſi Dij, atque adeo in his omnibus ſe eſſe deceptam ſciebat, & hoc pro ſua defenſione adducebat putans ex hoc; vel totaliter transferre, vel ſaltem alleuiare culpam, & a ſe pænam repellere, ſicut fecerat etiam Adam cum dixit Mulier, &c. vt ſupra.

vt ſupra dictum eſt; Quæ excuſationes licet non eſſent legitimæ, nec omnino conueniétes, propoſitæ tamen ſunt ab illis, vt in ſuam tutelam aliquid operarentur, vel omnino abſoluendo a culpa, vel ſaltem alleuiando.

De Sententia Diuina in Serpentem Euam, & Adamum, & executione eiuſdem Art. 4.

1 ET ait Dominus ad Serpentem quia feciſti hoc maledictus es inter omnia Animantia, & beſtias terræ ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Omni diligentia vſus eſt Deus in interrogatione Adæ, & omni tolerantia in adducenda Eua ad confitendum ſuum delictum, vt præuia confeſſione inuenirent remiſſionem in Tribunali Diuinæ miſericordiæ; Videamus modo eiuſdem ineffabilis miſericordiæ excellentiam; Audita Cauſa tanti mali, quæ a ſerpente ortum habuit dicente muliere, Serpens decepit me, & comedi Deus Iudex Serpentem indignum, vt audiatur, & locum habeat ſe defendendi in illum, quaſi malum auctorem impetum fecit. Quia feciſti hoc, &c. quaſi diceret quia hoc malum operatus es; quia perniciofum hoc conſilium præbuiſti, quia huic inuidiæ miniſtraſti aduerſus Creaturam meam, maledictus es inter omnia Animantia, &c., & quamuis Serpens eſſet irrationalis, & non intelligeret verba ſibi dicta, & ideo videatur fruſtra illa Diuina locutio ad Serpentem, tamen non reuera fuit ſuper vacanea; nam volens punire complete (quantum ad extenſionem) grauiſſimum delictum, & peccatum primorum parentum voluit etiam ipſam radicem, & originem ſuo modo punire, ideo Serpentem, qui fuit Cauſa inſtrumentalis diabolicæ fraudis, & iniquitatis primo punire voluit vt tale principium habeat pæna, quale habuit culpa præſentibus, & videntibus primis parentibus, vt inde colligerent, quam grauiter deliquiſſent, vt Animal incapax culpæ fieret capax pænæ, quia tantum fuit ſimplex inſtrumentum.

2 Audita Diuina ſententia in Serpentem ſtatim inſurgit dubium, an prædicta maledictio ad verum Serpentem, an ad Diabolum referenda ſit; pro reſponſione ſunt tres ſententie Patrum quidam enim arbitrantur, maledictionem illam, & pænam pertinuiſſe ad verum ſerpentem, licet ipſe non patraſſet ſcellus ſolum, ſed eius flagitij auctor fuiſſet Diabolus, & huius ſententiæ fundamentum illud potiſſimum eſt, quia narratio Moyſis hiſtorica eſt, atque adeo Verba eius ſecundum propriam ſignificationem, & vt ipſa per ſe ſonant intelligenda, & interpretanda ſunt; Moyſes autem in tota hac narratione ſolius meminit Serpentis nulla de Diabolo verba faciens; Secunda Sententia ſanè contraria affirmat ea maledicta, quæ Deus in Serpentem dixit, non verum Serpentem, ſed ſub illius vocabulo, & figura ad ſolum Diabolum pertinere; etenim Diabolus Serpens dicitur, quæ ſententia eſt tota miſtica; Tertia Sententia eſt quorundam qui arbitrantur illam Serpentis maledictionem ſecundum hiſtoricum ſenſum ad verum Serpentem pertinére vel pertinuiſſe; Secundum autem ſenſum miſticum a Deo tantum principaliter intentum cum ea maledicta in Serpentem pronunciauit ad Diabolum referenda eſſe; etenim ad ſcelus illud perficiendum, & Diabolus princeps eius ſceleris auctor, & Serpens tanquam Diaboli organum conuenerunt; ſed quia ſolus Serpens cernebatur, & audiebatur, Diabolus autem qui intra Serpentem latebat maleficium illud operatus eſt ſenſum omnem fugiebat; Ideirco maledicta illa hiſtorico modo de Serpente pronunciata ſunt, & de eo intelligi debent; De Diabolo autem tantum figurate, & miſtice & hæc ſententia probabilior mihi videtur.

3 Verba

3 Verba illa Moyſis; maledictus es inter omnia Animantia, & beſtias iuxta primam ſententiam ad verum ſerpentem referuntur, quia Serpens eſt de Animantibus, quatenus viuit atque mouetur eſt etiam Beſtia, quia eſt Animal ferum, & hominum nō confert ad vitam; ea autem Animalia ab Anima qua viuunt, & mouentur generaliter appellantur; Beſtia autem nomen eſt magis ſpeciale animalia fera ſignificans, quæ non manſueſcunt apud homines, nec eis vtilitatem afferunt, & diſtinguuntur contra iumenta, & pecora, quæ manſueſcunt, & humanæ vitæ vtilitatem conferunt, & adiutorium præbent; eſt ergo ſenſus maledictus eris inter Animantia, & beſtias; ideſt nulla beſtia nullumque Animal inuenietur te infelicius eſſe; eſt modus loquendi conueniens ad ſignificandum mali exceſſum; Secundum autem ſenſum miſticum hec Verba fieri ad Dæmonem patet, ipſe enim Serpens dicitur atque maledictus inter beſtias terræ, quia damnatus eſt, æternis pænis, & quicquid in beſtijs corporaliter cernitur obſcenum fraudolentum, aut truculentum, multo magis in Dæmone ſpiritualiter reperitur; Sequentia Verba ſuper pectus tuum gradieris hiſtorialiter de vero Serpente intelliguntur, quoniam licet Serpens a principio pedibus non incederet ſicut nec humana loquebatur loquela, tamen forte Serpens ille, qui tentauit Euam erecto corpore coram Eua ambulauerat, vtebatur enim Diabolus Serpente illo ſicut organo, atque adeo ſicut organo atque adeo ſicut Diabolus mouebat ipſum ad locutionem, ita fortaſſis mouebat ipſum ad corporalem progreſſum, quod veriſimile videtur; alias non fieret conuenienter locutio corpore prono, & exiſtente capite ſuper terram; Ita Didimus apud Lipomanum in Catena; Miſtice referuntur ad Diabolum ſuper pectus enim, & ventrem graditur Diabolus, quia duabus vijs adoritur ſeducere hominem nempe per ſuperbiam, quæ pectore figuratur, & per libidinem, quæ adumbratur Ventre.

4 Alia verba; terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ pariter ſecundum hiſtorialem, ſenſum referuntur ad verum Serpentem, qui Euam tentauit, atque decepit, tum quia ad ipſum dirigebatur ſermo, tum quia terram Serpens comedit, & non Diabolus, tum quia dicitur terram comedes cunctis diebus vitæ atq; ita limitatur tempus comedendi, quamdiu viueret, & tacite ſignificatur is, cui ſermo iſte ſit eſſe aliquid mortale, & tamen Diabolus eſt immortalis, & in æternum viuet; ergo de Serpente, qui aliquando moritur intelligitur; De dæmone poſſunt talia miſtice interpretari, adeoque quod ſit ſenſus, ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes, ideſt ſuper homines tantum qui ita terræ ſunt innixi, & in ea ſic immerſi vt non reſpiciant Cælum, nec ad Cæleſtia aſpirent quæras, & deuores odio inſatiabili, quod eſt miro modo gradi ſuper pectus tuum, & terram comedere; Item illa Verba Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & iuxta hiſtoricum ſenſum ad verum Serpentem referenda ſunt, tum quia ad illum loquebatur Deus, tum quia totum id, quod in hac littera continetur ad verum Serpentem ſine aliqua extorſione adaptari poſſunt; Nam inter Euam, & Serpentem veræ fuerunt Inimicitiæ; & inter cæteras etiam mulieres, cæteroſque Serpentes, immo inter totum genus humanum, & Serpentes omnes, Nam Serpens mordet, & ledit hominem, homo vero troncat eius caput, & occidit ipſum; Semen autem Serpentis appellatur Serpentes deſcendentes ab eo, & omnes etiam alij Serpentes, & homo non ſolum contra illum Serpentem, ſed & contra omnes habet Inimicitias, quas dicitur Deus potuiſſe, quia Deus omnia naturalia dedit Serpenti, & alijs rebus, cum tota natura inceperit a Deo per creationem; non enim habet homo odium ad Serpentem per electionem, neque Serpenti ineſt hic appetitus nocendi niſi ſecundum naturam, quæ Inimicitiæ anti peccatum erant habituales, & poſt

peccatum ſunt actuales.

5 Poſtremo etiam Verba illa; Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius ad verum Serpentem atque ad mulierem referri optime poſſunt; nam mulier conterit caput Serpentis, quia ita prouenit ex naturali diſpoſitione corporis Serpentis, habet enim corpus extenſum ſuper terram, atque ita caput eſt etiam terræ herens, & quodammodo coniunctum; Vnde facile eſt caput illius pedibus calcare, atque conterere vel lapide, aut ligno frangere. Serpens vero cum mulieris ſit Inimicus, atque ei nocere cupiat; nocere autem non poteſt niſi mordendo, & mordere nequeat niſi in pede, quia diſpoſitio corporis ſui talis eſt iacet enim extenſus in terra, a qua tollere ſe naturaliter non poteſt; Sequitur, quod mulierem mordere non poſſit, niſi in pedibus tanquam in partibus illius *inferioribus*, quæ terram tangunt; Illud autem obſeruandum eſt, quod non mordet Serpens mulierem, in quacumque partem corporis terræ coniunctam, ſed ſolum in poſteriori pedis parte, quam calcaneum appellamus, quod inſidijs atque timori conuenit; ſi enim non timeret; palam, & a parte anteriori mulierem aggrederetur; Cæterum quia timet, inſidiatur ei, & hoc in poſteriori parte hoc eſt in calcaneo mordet; Timor autem Serpentis prouenit a frigida, & ferrea eius complexione, ideo non audet impugnare hominem palam, ſi autem alijs partibus corporis inſidiaretur ad nocendum oporteret manifeſte aggredi, & videretur quando ſe in altum tolleret, atque adeo inſidiari non poſſet; cum ergo inſidiando noceat non poteſt inſidiari niſi partibus iuxta terram ſcilicet pedibus; Et notanter dixit Deus tu inſidiaberis calcaneo eius. & non pedibus eius ad oſtendendum huiuſmodi timorem, etenim naturaliter timidus, & ad timidos ſpectat a parte poſteriori lædere Calcaneus eſt pars pedis poſterior. Ideo Calcaneo inſidiatur, & non digitis, qui ſunt in anteriori parte pedis.

6 Mulieri quoque dixit Deus; multiplicabo ęrumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui His verbis exprimuntur pœnæ, & pœnalitates, ad quas a Deo Eua ob ſuas culpas deſtinata eſt; Quaſi diceret Deus ego quidem volebam te citra dolorem, & ęrumnam viuere, liberamque ab omni merore, & triſtitia; & omni voluptate repleri, licet corpore circundatam corporalium ſenſu non affeci; At quia non vſa es, vt opporteret tanta proſperitate in bonum tuum; ſed affluentia bonorum in tantam te ingratitudinem inuexit; propterea tibi frenum impono, & multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitus tuos, & in triſtitijs paries filios; eadem ratione a viro tuo dependes, & ipſe dominabitur tui, quia relicto eo qui dignitate par, & eiuſdem naturæ particeps, & propter quem formata es familiaritatem cum Serpente mala illa Beſtia habere, & eius accipere conſilium voluiſti; ideo poſt hoc illi te ſubijcio, & Dominum tuum conſtituo; vt illius dominium agnoſcas, & quia neſciſti imperare diſce bene regi Rupertus Abbas lib. 3. de Trinit., & operibus eius Cap. 22. triplici pena his Verbis mulierem puniri arbitratur propter hoc quod triplo maius fuit peccatum eius, quam Adami. Primo quia credendo Serpenti pluſquam Deo ſeducta eſt, deinde quia ligni vetiti pulchritudinem, & ſuauitatem delectabiliter concupierat; Tertio quia non contenta tranſgreſſione propria virum quoq; ad eius tranſgreſſionem induxit; merito igitur triplici peccato triplex vindicta præter comunem ſibi cum viro mortem reddita eſt; nam quia Serpenti credidit dicenti eritis ſicut Dij iuſte ipſa contra hoc quod Deus viuorum eſt, & non mortuorum, non viuorum, ſed mortuorum Mater eſſe meruit dicente Deo; multiplicabo conceptus tuos; omnes enim conceptus ſui Anima, & corpore in peccato morientur; Secundo quia viſa illius arboris pulchritudine intemperate fructum

eius

eitis experiuit pro illo viſus delectamento contrarius redditur vteri dolor, In dolore inquit paries; Tertio quia virum importunitate mulier ad comedendum illexit; Idcirco inquit ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Hactenus Rupertus.

7 Abulenſis q. 730. ſuper Cap. 13. Geneſis hanc mulieris maledictionem in hunc modum explicat. Poſuit Deus penam mulieri pro peccatis eius; Et poſtquam dixit ad Serpentem Deus, maledictionem dicit quoque ad mulierem; & quia omnes tres videbantur peccaſſe Serpens Eua, & Adam omnibus illis pænam dedit; Tenuit autem Deus ordinem in proferendo maledictiones vel pænas ſicut fuit ordo peccandi, vel malum faciendi; ſed Serpens primo tentauit mulierem; Mulier deinde comedit, & poſtea vir conſenſit, & comedit; Ideo primo protulit Deus maledictionem Serpentis, deinde mulieris poſtea viri. In maledictione Mulieris dicitur primo, multiplicabo erumnas tuas ideſt faciam eſſe multas miſerias tuas, multæ enim ſunt paſſiones fæminarum, quæ non ſunt virorum, & conſequenter eas ex condicione ſexus; ſiue autem ſint iſtæ paſſiones aliquæ conſequentes copulam, & ante conceptum, vel ſint miſeriæ fæminarum in generali nihil refert; quia neceſſe eſt omne malum mulierum intelligi in his, que ponuntur hic, & verum eſt de malis illis, quæ ſpecialiter ſunt fæminarum, nam mala communia viro, & fæminæ non ponuntur hic in maledictione eius; & cum dixit multiplicabo conceptus tuos, non accipit conceptus pro re concepta ideſt pro fætu, quia non pertinet ad pænam quod mulier plures filios habuit, aut concepit; Sed potius hoc eſt deſiderium fæminarum vt patet de Lia Gen. Cap. 30., &c. nec etiam accipitur pro actu concipiendi, quia ille non eſt aliqua pæna, quod fæmina concipiat, ſed potius ordinatur ad bonum, ideſt ad formationem fætus; accipitur ergo conceptus pro tempore, quo mulier tenet fætum in vtero, & vocatur conceptus, quia incipit in conceptione, & finitur in partu.

8 In iſto autem tempore a conceptione ad partum habet mulier plures pænaliates, & ſunt hæ; Cibi faſtidium frequentia ſuſpiria tardus motus, color infectus immutatio appetitus, & labor ingeſtando fætum, & hoc ſpecialiter habet mulier in omni conceptu; & quanto plures conceptus fuerunt tanto magis labores iſti multiplicabuntur; De iſtis miſerijs prægnancium vide Plinium lib. 7. Cap. 6. & 7., & Ariſtotilem lib. 7. de Hiſtoria Animalium Cap. 8.; Tamen ſi placeret alicui accipere conceptum pro fætu dicere poſſet, quod multiplicatio conceptus poſt peccatum quattuor ex Cauſis intelligitur pæna mulieris, & magnum quoddam malum. Prima Cauſa eſt, quia multi conceptus priuſquam ad maturitatem, & perfectionem veniant per abortum in vtero Matris intereunt; Secunda quia multi generantur partium corporis, vel figura, vel ſitu, vel deformitate, vel imbecillitate, vel ſenſuum vitio, vel Animi ſeu rationis defectu deprauati, at; monſtruoſi, quod maximo dolori eſt parturientibus; Tertia eorum qui generantur pauci ſunt electi, & prædeſtinati plerique vero propter eorum flagitia eternis ſupplicijs ſunt deſtinati; Quarta quia multitudo prolis plerumque vel ob parentum paupertatem cui educandæ non ſufficiunt, vel propter flagitioſam, & probroſam filiorum vitam, vel propter miſerrimos caſus, & exitus acerbiſſimum tormentum parentibus, & infortunium eſſe ſolet, ſic Pererius, & Aretinus, ſed huiuſmodi pænæ non ſunt naturales; neque omnes comprehendunt mulieres, quæ numquam fecerunt abortum neque monſtrum peperunt; eſſe etiam poteſt, quod mulieres aliquæ omnes filios genuerint electos, & Quarta Cauſa vt plurimum apud Diuites locum non habet; Tenenda eſt ergo prior explicatio quæ eſt Toſtati loco citato, quæ eſt veriſſima, quam etiam tetigit D. Griſoſt. hom. 17. in Geneſim.

9 Addi-

9 Additur in damnatione mulieris. In dolore paries filios tuos; iſtud ponitur vt vna miſeria mulieris, & non dicitur in dolore concipies quia in partu eſt grauis dolor, non autem in conceptu, & licet multa ſint talia, in quibus mulier doleat, potiſſimum tamen in partu, cum *aperiantur ea, quæ ſunt naturaliter coniuncta*; efficiaturque mulier morti vicina; Item licet naturale ſit mulieribus cum dolore parere; nihilominus in ſtatu Innocentiæ. Deus ſingulari quadam, & ſupernaturali ratione mulierem omni labore, & dolore partus liberaſſet, feciſſet que, vt fœtum ſine labore, & moleſtia in vtero geſtaret, & ſine vllo doloris ſenſu in Lucem ederet. Qua Dei gratia, & beneficio propter peccatum priuata mulier obligata fuit doloribus partus; qui ſanè dolores ſimpliciter quidem naturales ſunt Mulieri, reſpectu autem habito ad ſtatum Innocentiæ, in quo ab huiuſmodi doloribus immunis, & vacua Eua, fuiſſet; peccati pæna cenſeri debent Adque adeo iſta mala dicuntur in pænam data, licet alias ſecundum naturam euentura eſſent, niſi dono ſupernaturali impedirentur; Quæres quomodo fieri potuiſſet vt in ſtatu Innocentiæ, mulier ſine dolore pareret, Reſpondet D. Auguſtinus lib. 9. de Ciuitate Dei Cap. 26. cum fœtus in vtero iam partui fuiſſet maturus tunc fore vt materna viſcera *ſponte in tantum laxarentur*, vt comodum ſine *Matris* dolore tranſitum preberent; ſic ad parturiendum inquit D. Auguſtinus non doloris gemitus, ſed maturitatis impulſus fœminea viſcera relaxaret, vt ad concipiendum non libidinis appetitus ſuæ voluntarius vſus naturam vtriuſque coniugis coniugeret. Cæterum ſcire oportet priuationem illam dolorum in partu non tantum non potuiſſe proficiſci ex vlla Cauſa naturali, ſed neque ex aliqua virtute ſupernaturali in corpore, & membris illius mulieri inherente ac manente eſſe profectam. Verum quotieſcunque id futurum erat nouo Dei potentiæ miraculo futurum erat, & quia id fuiſſet in eo ſtatu vſitatum, perfectum non fuiſſe pro miraculo habitum.

10 Additur vltra; ſub viri poteſtate eris; hoc etiam ad pænam pertinet, quod mulier ſit ſubdita viro, quod nunc eſt, quia in gubernatione rei familiaris mulier obediet, & vir regit; & hoc iudicatur pæna, quæ non eſſet futura ſi non peccaſſet homo; Quod vero dicitur, & ipſe dominabitur tui ad idem pertinet; Vir enim ideſt maritus dominatur fæminæ, ideſt Vxori, & comprimit eam, retrahendo ab ijs, quæ ipſa vellet, & inferendo ſæpe penas etiam verberando pro exceſſibus ſuis; & id magis iudicatur opportunum ſi in principio Matrimonij exerceatur ſi tunc appareat ferocitas in vxore; quæ omnino frenanda eſt ne Maritus in progreſſu ſentiat eam contumacem rebellem, & incorrigibilem; Quod tamen non eſſet ſi non fuiſſet peccatum, quia in ſtatu Innocentiæ non fuiſſet ſeruitus diſpoſtica nec æconomica ſed ibi fuiſſet ſumma libertas, qua gauiſi fuiſſent omnes poſteri Adæ, qui tunc nati fuiſſent; fuiſſet tamen quædam communicatio naturalis, quæ copulat dico ſcilicet Maritum, & Vxorem ad generandum, & fœtus genitos educandum quouſque ipſi eſſent potentes alere ſe ipſos, & inter vtrumque coniugem fuiſſet aliquis modus imperij, & ſubiectionis in ordine ad prædicta quod cum eſſet purum natulle, nullam daberet pænam; Idem dicendum de honorifica filiorum ad parentes ſubordinatione, quæ in ſtatu innocentiæ, fuiſſet ſine pænali dominatione.

11 Sub viri poteſtate eris, ipſe dominabitur tui. D. Hieronymus in traditionibus Hæbraicis in Geneſim variam ponit horum verborum lectionem nam 70. verterunt, & ad virum conuerſio tua; Aquila; ad virum ſocietas tua: Symmachus, Ad virum appetitus, vel impetus tuus; Hebrea autem Lectio ſi quis Verbum pro verbo reddat ſic ſonat; Ad virum

 deſiderium

deſiderium vel concupiſcentia tua. Harum Lectionum Colligendo ſenſum hæc videtur ſententia. Quamuis in enixu prolis maximos perpeſſura ſis cruciatus mox tamen quaſi dolorum oblita rurſus ad virum tuum conuerteris, & congreſſum eius expetes vt ex eo iterum concipias prolem; tanta ſcilicet eſt inſita mulieribus aut rabies libidinis aut in coitu delectatio aut potius generandæ prolis cupiditas; nam poſt menſes illos, poſt intolerabiles labores; poſt noctes inſomnes, poſt membrorum diſtenſiones paruo quodam interuallo facto, quaſi horum omnium oblites eadem, quæ antea, ferunt, & tolerant; Licet etiam ante determinatum tempus partus abortiuerint fætum in formem, & nundum lineamentis figuratum, vel etiam formatum quidem non tamen ſanum; vel etiam ſæpe mortuum; Et quid dico? ſæpe cum fætu nato commori eas contingit, & neque hoc cæteras terret, neque perſuadet vt refugiant, immo ſeipſas quaſi laborum omnium oblitæ iterum generationi filiorum accomodant; Vel aliter poteſt hoc intelligi; omnia tua optata, omnes cogitationes, & curæ officiaque tua ad virum tuum conuerſa erunt videlicet illum ſpectabis, ex illius ſtudio ſermone, & nutu tota pendebis; fæmina cum accipiat a Viro victum veſtitum, & prolem ac ferè omnia, ſua optata velit nolit ex viro pendere cogitur; Hactenus de Euæ maledictione.

12 Adæ vero dixit (Deus ſub intellige) quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes; maledicta terra in opere tuo in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ; In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris, in hoc verbis; & in ſequentibus vſque ad finem Cap. 3. Geneſis agitur de pænis inflictis Adæ; quæ plures ſunt vt infra videbimus; Sed incipiamus cum prædicta ſacra ſcriptura; Adæ vero dixit quia audiſti, & licet in auditione præciſe non ſit peccatum, quando tamen conſenſus voluntatis auditioni adueniens ſi eſt de re mala facit peccatum, & eo magis quando conſenſum ſequitur executio ſicut accidit in propoſito; Eſt ergo ſenſus, quia audiſti ideſt conſenſum tribuiſti voci vxoris tuæ, & feciſti, quod illa rogauit ad malum ſuadens nimirum ad tranſgrediendum meum præceptum, & contraueniendum meæ prohibitioni, qua ſerioſe tibi prohibui, ne comederes de ligno ſcientiæ boni, & mali, ſpreuiſti mandatum meum ne vxorem tuam contriſtares; & ſatius iudicaſti Vxori roganti ſatisfacere, quam voluntati meæ obedire, atque ita ſatis appares inexſcuſabilis; Præceptum enim meum magis obligat, quam preces vxoris.

13 Maledicta terra in opere tuo. Cum Adam eſſet compoſitus ex quattro elementis, quare ſola terra maledicitur; Reſpondetur quia mediante fructu terræ prohibito, & inclinatione ad illum factum eſt peccatum non vero ad delectabile in alijs traxit hominem ad peccatum; Hæc maledictio licet videatur ad terram terminare non tamen terminat, quia maledictio hæc non fuit aliqua deterioratio facta in terra, aut aliqua tranſmutatio ob eo quod dederat Deus in Creatione, ſed manſit in eadem condicione fertilitatis, & ſalubritatis, in qua fuit creata eodem enim modo ſe illa habuit ante, & poſt hominis peccatum; ſed dicitur maledicta in opere hominis propterea, quod ante peccatum non fuiſſet opus terram colere ad percipiendos fructus degendæ vitæ neceſſarios aut certe ſine labore fuiſſet culta; Hæc igitur maledictio ferit hominem, vt Sacra Scriptura recte explicat dicendo maledicta terra non ſimpliciter, & abſolute, ſed maledicta terra in opere tuo ideſt malum eius ad te pertinebit, non ad eam, quod idem eſt quod maledictus es tu in opere terræ, qui colendo, & operando terram expertus

terras es eam eſſe tibi maledictam, ideſt vtilium rerum ſterilem; contra vero inutilium, & noxiarum feracem, nec quæ ad victum neceſſaria ſunt ſine magno labore, & ſudore tuo generantem; iam enim ante peccatum non erat maledicta terra in opere hominis quia homo non erat in terra, *quam difficile, & durum eſſet operari, ſed erat in Paradiſo, in quo non fuiſſet opus terram colere ad fructus percipiendos pro degenda vita neceſſarios. Poſt peccatum autem fuit terra maledicta in opere hominis*, quia eiectus de Paradiſo tranſlactus fuit in terram, in qua malum ideſt difficile eſſet ei cibum aquirere. Non fuit itaque mutata condicio naturalis terræ, quia neque iſta terra fuit prius melior, quam nunc neque Paradiſus terreſtris fuit deterior factus, quam prius erat.

14 Spinas, & tribulos germinabit tibi *Beda in Geneſim*. Rupertus Abbas in operibus Sanctiſſimæ Trinitatis lib. 1. Cap. 36. Rabbanus, & Alcuinus dixerunt quod ante hominis reatum nihil nocuum terra protulit hoc eſt nullam herbam venenoſam, nullamque arborum ſterilem, nam omnis herba, & vniuerſa ligna data ſunt hominibus, & volatilibus cæli, & omnibus Animantibus terræ in eſcam. Vnde ſicut mulierum conceptus ſunt multiplicati propter peccatum; ita propter peccatum terra protulit multas herbas, & plantas nocuas; & infructuoſas; Spinæ etiam, & tribuli ante peccatum non fuerunt productæ; Immo vt dicit D. Damaſcenus lib. 2. de fide Cap. 15. roſa fuit producta ſine ſpinis, quæ poſt peccatum hominis in eius pœnam roſis admiſtæ ſunt; ex hac ſententia litteræ conſentanea videtur, cum Scriptura dicat Spinas, & tribulos in pœnam hominis germinari; Cæterum D. Baſilius hom. 5. examer. D. Ambroſ. lib. 3. examer. Cap. 9. & 11. affirmant die Tertia venenoſas, & infructuoſas plantas productas fuiſſe, tum ne earum pulchritudo vniuerſo deeſſet, tum etiam, quæ hominibus venenoſæ ſunt alijs rebus pro ſunt, & vtiliſſimæ ſunt diuerſis Animalibus, quæ ſunt propter homines; præter quam, quod quædam earum cum alijs commixtæ ad hominum morbos pellendos conducunt, atque doloribus ſedandis inſeruiunt: atq; idem dicendum eſt de ſpinis, & tribulis ſecundum D. Baſilium, & D. Ambroſium nam tertia die data eſt terræ fæcunditas naturalis atque adeo ſi tunc non germinaſſet tribulos, & ſpinas ſed tantum poſt hominis peccatum videretur, quod poſt peccatum terra fuiſſet fecundior, & nouam recipiſſet potentiam ad talia producenda.

15 Quis etiam Credat cum D. Damaſceno roſam ante peccatum eſſe factam abſque ſpinis; Deus enim condidit tales res quales ſunt ſecundum naturam ſuam, nec Adæ peccatum proprietates atque rerum condiciones mutauit; cum nec ea quidem quæ vera ſunt ſecundum naturam peccatum hominis quicquam variauerit; Roſam vero naſci inter ſpinas naturalem roſæ conſtitutionem atque generationem conſequitur nulla eſt Herba tam viſis, quæ non ſit alicuius vtilitatis, & virtutis atque adeo cum alijs virentibus herbis, & lignis intelligendum eſt iſta produci, & Scriptura ſub illorum generalitate comprehendit; Quare ante peccatum Adæ erant ſpinæ, & tribuli, & herbæ homini noxiæ, & Lethales Verum non fuiſſent in pœnam ei ſi non peccaſſet, & terra quam ipſe victus cauſa coluiſſet nihil infructuoſum, nedum ei pernitioſum protuliſſet; & comedes Herbas terræ, &c. Hec Verba non paruam pariunt difficultatem, Qualiter datum ſit homini in pœnam vt comedat herbes terræ cum herbæ ſponte naſcantur ex terra; & ſupra primo Capitulo dixerit Deus ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, &c. vt ſint vobis in eſcam, & cunctis Animantibus ante quam homo peccaſſet ergo videtur, quod tunc ei fuit conceſſum comedere ex herbis; Reſpondetur, quod illa conceſſio fuit expreſſa in primo capitulo per anticipationem; ſed facta fuit poſt peccatum, & expul-

expulſionem hominis de Paradiſo, quia dictum fuit, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis Animantibus terræ, atque adeo dabatur ſimul homini, & pecori, ſed in Paradiſo nihil erat futurum comune homini, & pecori, quia ibi Animalia non erant futura ſecundum aliquos, nam poſt quam peccauerunt fœmina, & vir increpauit eos Deus in Paradiſo prænunciando pænas quas habituri erant, manentes extra Paradiſum, & inter cætera mala, quæ paterentur, dixit eis de Cibo ſcilicet comedes herbas terræ. Quaſi diceret non delicias, & fructus Paradiſi, non etiam perdices, & Lepores carnes aſſas, & elixas, ſed ſimplices, & viles herbas terræ comedes tum temperantiæ, tum pænitentiæ Cauſa.

16 Hæbrei herbas terræ vel agri vocant vulgares, & viles herbas, quibus bruta æque ac homo veſcuntur; ſic que factus eſt homo ſicut equus, & mulus propter peccatum, & factum probauit experientia; nam primi Parentes Adam, & Eua expulſi de Paradiſo de loco illo fælicitatis inceperunt ſcire bonum, quo per peccatum erant priuati; & malum in quod deuenerant; in ſudore vultus ſui veſcentes, & comedentes panem; Donec reuertaris in terra de qua ſumptus es, &c. quia puluis es, & in puluerem reuerteris, 70. quia terra es, & in terram redibis; Hinc patet mortem homini non eſſe naturæ condicionem, ſed peccati pænam, & ſupplicium, nam ſapientiæ 2. Deum feciſſe hominem inexterminabilem, & quod inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum, & Rom. 5., quod per vnum hominem intrauit peccatum in Mundum, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines mor pertranſijt. Ita Concilia Mileuitanum Cap. 1., Africanum tempore Bonifacij 1. Cap. 76. contra Hæreſim Pelagij, & Cæleſtij; Tridentinum ſeſſ. 5. Canon. 1., & 2., & eſt Comunis Patrum ſententia maxime D. Auguſtini, & Diui Griſoſthomi qui putat hanc mortis ſententiam mitigare priorem illam in laboribus comedes ex ea, quam enim hec pæna mortis ſic vtilis docte oſtendit Rupertus Abbas lib. 3. Cap. 24. & 25. vbi inter cætera ait Primo ne malam mortem Animæ ſuæ homo neſciret, & ſecurè vſque ad vltimi Iudicij diluculum in ſuis voluptatibus dormiret morte illam carnis percellit Deus, vt ſaltem eius inſtantis metue vigilet: Hinc, & ſecundo diem, & horam mortis voluit eſſe in cognitam, quæ hominem ſemper ſollicitum ſemper que ſuſpenſum ſuperbire non ſinat. Tertio docet miſericorddiæ Dei fuiſſe, quod hominem fecit mortalem ne perpetuis cruciaretur huius vitæ ærumnis; Mors Adam peccante introducta eſt in peccati pænam; quoniam, & ſi peccato non exiſtente potuiſſet Adam mori quia tunc abſolute, & ſimpliciter erat mortalis habens veram potentiam moriendi numquam tamen mortuus fuiſſet, quia ex Diuina ordinatione, & ſecundum quid fuiſſet immortalis.

17 Pro cuius notitia obſeruandum eſt, quod duplex eſt cauſa mortis potentialis ſolum ante lapſum, ſed poſt lapſum potentialis, & actualis alia prouenit ab intrinſeco, & alia ab extrinſeco, prima eſt duplex nam corrumpitur ab aliquo intrinſeco per actionem mutuam contrariorum inter ſe in ipſo corpore talis eſt corruptio in Animatis rebus non per actionem elementi in elementum, nec propter aliquam qualitatem elementalem actiuam, vel paſſiuam, quia nec elementa nec eorum qualitates manent in mixto ex ſecundo diſt. 15. ſed propter actionem vnius partis organicæ in aliam partem corrumpendo ipſam, & ſic corpus fiat in diſpoſitum ad animationem; Ita autem actio vel eſt caloris naturalis in humidum radicale corrumpendo, & conſumendo ipſum humidum ad cuius conſumptionem, & corruptionem ſequitur corruptio, & conſumptio propriæ ipſius caloris naturalis, quia omne agens in agendo repatitur, ita quod hec eſt Cauſa corruptionis intrinſeca illarum partium organicarum; vel corrumpitur propter defectum alicuius rei neceſſariæ ad vitam nimirum

propter

propter defectum alimenti ; Cauſa extrinſeca corruptiua eſt duplex ſcilicet diſpoſitio contraria continentis , & violentia illata ab aliquo extrinſeco , prima accidit vel quia continens corrumpit directe contentum vt ignis conſumit , & corrumpit quodlibet combuſtibile , vel quia non directæ corrumpit , ſed prohibet , & impedit illud , quod eſt neceſſarium ad vitam vt aqua quæ prohibet reſpirationem ; Secunda mortis Cauſa extrinſeca , quæ fit per violentiam poteſt euenire vel ab homine , vel ab Angelo malo , vel a beſtia , vel quocumque Animali .

18 Hæ Cauſæ mortis tam intrinſecæ , quam extrinſecæ erant in potentia in ſtatu Innocentiæ , nam vt docet : Doctor ſubtilis in ſecundo diſt. 19. Homo in illo ſtatu fuit paſſibilis paſſione proprie dicta , quia indiguiſſet cibo ad reſtaurationem humidi radicalis deperditi per continuam actionem Caloris naturalis ; Item potuit igne comburi , aqua ſuffocari , a Beſtia, Dæmone , & homine occidi , &c. ſimiliter fuit mortalis . Fuiſſent quoque actuales , ſed Deus qui nolebat hominem mori preparauerat ſufficientia , & efficacia remedia , quibus applicatis non poterat mors ſequi , & continuata fuiſſet vita vſque ad translationem ad gloriam ; Cauſam vtramque intrinſecam impediebat commeſtio fructuum lignorum Paradiſi, & præcipue arboris vitæ , quibus roborata natura per longiſſimum tempus viuere potuiſſet ; Deinde habuit remedia contra omnia mortem ab extrinſeco inducentia, nam contra extrinſeca elementa habuit aeris temperiem conuenientiſſimam quantum ad omnes qualitates primas , contra violentiam Dæmonum cuſtodiam Angelicam, ſimiliter, & contra beſtias , quæ tunc non fuere immites) ſed homini obedientes , nam ſuper illas habuit perfectum dominium , ſimiliter , & homines in ſtatu illo iuſti fuiſſent , & non peccatores ; quare nullus alium leſiſſet ; Quod ſi aliquis Animum lædendi concepiſſet iam peccaſſet , & ſtatim de Paradiſo expulſus fuiſſet ſicut de Adam factum eſt . Contra cætera caſualiter violenter apprimentia , vel lædentia habuit prouidentiam copioſam omnia illa cauendi ; Potuit igitur homo in illo ſtatu non mori , & eſſe immortalis cum mortem ab intrinſeco , vel ab extrinſeco illatam cauere potuiſſet .

19 Illa immortalitas , quam habuit Adam erat abſolute , & ſimpliciter ſupernaturalis ita ſentit D. Thomas p. 1, q. 97. art. 1. , & Scotus in 2. diſt. 19. nam illa immortalitas erat ſuper omnia naturalia principia hominis , de cuius natura eſt quod ſit corruptibilis ratione materiæ ; Secundo illa, quæ ſunt naturalia in homine manſerunt integra poſt peccatum , ſicut etiam de Angelis dicit D. Dionyſius Areopagita Cap. 4. de Diuinis Nominibus ; ſed illa immortalitas non manſit in homine poſt peccatum ergo erat omnino ſupernaturalis ; Verum illa immortalitas , ſi accipiatur prout dicit potentiam ad non moriendum , vel ad ſemper viuendum ; & vt eſt potentia paſſiua obedientialis ex parte corporis eadem eſt immortalitas ſtatus Innocentiæ , & Reſurgentium ; ſi autem accipiatur , vt dicit aliquam perfectionem formalem naturæ ſuper additam , a qua efficiatur homo immortalis non erat eadem immortalitas Adami , & Reſurgentium ; ſed prima erat per gratiam Innocentiæ alia erit per donum gloriæ . Vtraque autem prouenit ex victoria Animæ ſuper corpus , vt nihil poſſet effici in corpore , quod Animæ aduerſaretur, & tamen ſi Anima vellet , quod corpus pateretur poſſet pati , & verè pateretur non ſolum paſſione intentionali , ſed etiam phiſica ; In ſtatu aut reſurgentium erit maior victoria Animæ , ſuper corpus ; ita quod non ſolum non fiet in corpore contra voluntatem Animæ ; ſed etiam proprietates Animæ quodammodo in corpus redundabunt ; ita vt corpus futurum ſit Lucidum , agile ſpirituale , & impaſſibile ; Damnatis autem reſurgentibus competit immortalitas non per redundantiam proprietatum Animæ in

corpus,

corpus, quia eorum corpora non erunt lucida agilia nec ſpiritualia ſiue ſubtilia, nec impaſſibilia, quæ vocantur dotes corporis glorioſi, & non damnati erunt igitur corpora Damnatorum immortalia, ſed non impaſſibilia Diuina iuſtitia ſic exigente, & vindicante.

20 Magna eſt ergo differentia inter immortalitatem hominum in ſtatu Innocentiæ, & reſurgentium, quia Reſurgentes beati habebunt quattuor dotes corporis per redundantiam quarundam virtutum Animæ, in corpus. In ſtatu autem Innocentiæ nulla erat futura dos corporum innocentium; non enim tum fuiſſet corpus Adæ clarum, agile, ſubtile, & impaſſibile, quia non poterat Adam eſſe ſubitò vbicumque vellet ſicut poteſt habens corpus glorioſum, neque erat corpus ſuum emittens fulgorem, ſed opacum ſicut corpora noſtra etiam tranſire non poterat corpus Adæ per obſtantia ſolida, ideſt lapides vel ligna, vel parietes ſicut poſſunt corpora glorificata ex dote ſubtilitatis ſicut, & Corpus Christi tranſiuit per Ianuas clauſas Ioan. 20. ita de paſſibilitate dicendum eſt, ſecunda Differentia eſt quia Adam poterat ſemper viuere, & nunquam mori, ſed hoc non erat ſine cibo comedendo de lignis Paradiſi ſicut precepit ei Deus; De omni ligno, quod eſt in Paradiſo comede; In reſurgentibus erit immortalitas ſine cibo; quia cibo non vtentur; neque eis prodeſſet aliquis cibus licet vere comedere poſſent ſicut Chriſtus comedit poſt reſurrectionem Lucæ 24.; & hanc differentiam ſignificauit Chriſtus Matth. 22. dicens in Reſurrectione neque nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei ideſt ſicut Angeli non vtuntur cibo, nec potu; neque copula carnali ita reſurgentes non vtentur his Lucæ 20.; Tertia differentia eſt quia in corpore Adæ fiebat quotidie aliqua generatio, & corruptio; in corporibus autem reſurgentium nihil illorum fieri poterit; De Adamo patet, quia Adam ſumebat cibum; atque ita conuertebatur in ſubſtantiam aliti; & conuerſio illa erat quædam generatio quæ in Adamo, & Eua erat neceſſaria ad reſtaurationem deperditi, ſed in filijs, qui paruuli nati fuiſſent fuiſſet neceſſaria, & ad augmentum, & reſtaurationem deperditi.

21 Quarta differentia eſt quia Adam poterat mori ſi voluiſſet nam ſi non ſumpſiſſet Cibum aliquem, mortuus fuiſſet, aut ſi ſumpſiſſet cibos alios, & non de ligno vitæ mortuus fuiſſet; poſt reſurrectionem autem nemo poterit mori. Quinta differentia eſt quia Adam potuiſſet pati, & dolere, ſi voluiſſet etiam ſi mortuus non fuiſſet, vt ſi miſiſſet manum in ignem potuiſſet comburi, & ſi applicuiſſet gladium carni ſuæ, occideretur ſiue occiſus fuiſſet; ſic eodem modo per applicationem aliarum rerum diſconuenientium potuiſſet pati, & dolere, in reſurgentibus autem beatis hæc accidere non poterunt; Sexta Differentia eſt quia Adam licet eſſet immortalis, ſicut neceſſe ei erat ſumere cibum ita emmittere ſuperflua, quia nullus cibus totus conuertitur quantumcumque bonus; & ſalutaris in ſubſtantiam rei alitæ ſed fit ſeparatio impuri, & emiſſio; In reſurgentibus autem quia non eſt neceſſe ſumere Cibum ita nec opus eſt emittere ſuperflua; Multæ aliæ poſſunt colligi inter Reſurgentes, & Adamum differentiæ, ſed dictæ ſufficiant; breuiter igitur epilogando, dicendum eſt, quod immortalitas Innocentiæ fuiſſet alia ab immortalitate ſtatus gloriæ, quia illa non reddidiſſet corpus ornatum quattuor dotibus; ſed conſeruabat corpus Animale indigens cibo, & potu, fuiſſetque alterabile per qualitates primas; & violentabile per extrinſeca aduerſa niſi contra hæc omnia mortem inferrentia intrinſeca; & extrinſeca habuiſſet ſufficientia munimenta, & remedia, ſed immortalitas gloriæ reddet corpus glorioſum; & ſpirituale; ita vt non indigeat corporalibus alimentis, nec alterari poterit aut lædi a quibuſcumque extrinſecis, ſed erit in plena poteſtate ſpiritus ipſum viuificantis Animæ ſcili

cet rationalis quantum ad agere, & pati per donum gloriæ.

22 Mala prounciata in ſententia viri extenduntur ad mulierem ſaltem ſecundario, non tamen mala pronunciata in ſententia mulieris extenduntur ad virum; quod accidit ex diuerſitate ſexus. Vir enim, & femina comunicant in aliquo, & in aliquo differunt; comunicant in natura ideſt in ſpecie, & differunt in ſexu; quia ſunt maſculus, & fœmina; quatenus comunicant in natura quia ſunt homines conueniunt eis quædam bona, & poſſunt conuenire mala oppoſita, & ſicut natura eſt comunis, ita neceſſe eſt, eſſe comunia bona, & mala naturæ, at, vti cibo, & potu ſunt bona naturæ comunis, & alia huiuſmodi, ergo vtrique poſſunt conuenire, & in his fit extenſio; Quatenus autem differunt ſecundum ſexum, neceſse eſt conſequentia ſexum diſtincta eſse in eis, & non comunicari ambobus ſiue in bono, ſiue in malo ſic gignere proprie pertinet ad virum ſecundum ſexum incomunicabiliter, & concipere pertinet ad fœminam incomunicabiliter, & alia ſimilia; ſic reſpondendo dicimus quod maledictio viri extenditur etiam ad mulierem, quia continet mala vtriſque comunia ſecundum naturam, & ſpeciem, Maledictio vero fœminæ non extenditur ad virum, quia continet mala, quæ competunt fœminæ ſecundum ſexum; Poſset etiam dici quod, & ſi maledictio viri ſit diſtincta a maledictione fœminæ voluit tamen Deus maledictionem viri ad fœminam extendi, & non e contra, quia peccatum mulieris fuit viro Cauſa peccandi, cum ipſa virum impulerit ad peccandum. Vir autem non fuit mulieri Cauſa peccandi, quia ipſe poſterius peccauit, atque adeo conueniens erat viri maledictionem ad fœminam extendi; Duas itaque debuit mulier habere maledictiones, quæ dupliciter peccauit, nam peccatum viri qno quomodo peccatum fœminæ fuit; peccatum autem viri fuit ipſius tantum, & feminæ quia ipſe fœminam non fecit peccare; atque adeo ipſe non debuit habere niſi vnam maledictionem.

23 Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Euam, eo quod mater eſset cunctorum viuentium; Hoc primo intuitu mirabile videtur Adamum appellaſse mulierem cunctorum viuentium Matrem, cum habita mortis ſententia magis appellanda foret morientium, quam viuentium Mater; Ideo multi multa dicunt quæ non eſt neceſse hic commemorare; Admirationem tollit Liranus Cap. 3 in Geneſim, qui interpretatur nomen Euæ tanquam ſignificans Matrem omnium non ſimpliciter, ſed erum noſæ, & miſere viuentium; Ita enim ſcribit Liranus, & vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Euam, quod nomen vitam ſonat in Hæbreo penalitatibus tamen ſubiectam eo quod Mater eſset, &c. ideſt omnium hominum in hac mortali vita degentium, cui ſubſcribens Toſtatus inquit in Hebreo habetur Haicha, quod deſcendit de Hai ideſt vita quia (vt redditur ratio in littera) ipſa eſt Mater omnium viuentium, Ante enim denominauerat Adam vxorem ſuam nomine naturæ ideſt viraginem, quia de viro ſumptum; Hic autem nominat eam a miſeria ſcilicet quia miſerorum omnium Mater futura erat, ad eo quod eſt ſenſus, eo quod Mater eſset ideſt futura eſset quia nundum erat alicuius cum nondum genuiſset, omnium viuentium ideſt omnium hominum miſerabiliter viuentium ita Abulenſis, Hæc ſententia Lirani, & Toſtati deſumpta ex D. Hieronymo dicente quod Eua ſignificat vhe ideſt vitam, & calamitatem, & ex D. Auguſtino lib. 2. de Gen. contra Manicheos Cap. 20. prope finem, & Magiſtro Hiſtoriarum in Geneſim Cap. 18. inquit impoſuit ei, & aliud nomen Eua ſcilicet poſt peccatum, quod ſonat Vita eo quod futura eſset Mater omnium viuentium, ſed quia hoc nomen impoſitum fuit poſt maledictionem denotat quod homo quaſi plangens miſeriam dixit eam Euam.

24 Fecit que Dominus Deus Adæ, & Vxori eius tunicas pelliceas, & induit

cos;

eos; Vere prius, & Miſericors videns parentes Adam, & Euam in tantij diffi- cultatibus conſtitutos ipſos non omnino deſtituit præſidio, ſed velamentum exco- gitauit. Veſtem ſcilicet frugalem oſten- dens eis qualibus ſe veſtimentis dignos fecerint; non ſic Inimicus Diabolus, ſed ſi aliquando aliquem inuenit qui ſibi pa- reat cum volupta cula quadam ſupplanta- tum, & in profundum malitiæ proiectum, omnique confuſione,& ignominia plenum iacere relinquat miſerabile omnibus, qui illud vident ſpectaculum;In Interpretãdo prædicta non eſt recurrendum ad miſticum ſenſum; eſt enim huius loci vt ſuperio- rum rerum hiſtorica enarratio, ob idq; vt ipſa Verba ſonant accipienda eſt vt docet D. Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad litteram Cap. 39. Dicendum eſt ergo tunicas illas pelliceas veras fuiſſe, atque reales ex ve- ris, atq, realibus pellibus confectas ne- que curioſe diſquirendum eſt quomodo factæ ſunt Veſtes; fieri enim potuerunt, vel ex nihilo, vel ex aliqua materia. Su- bitò Dei potentia commutata in pelles, vel cæſis Animalibas Angelorum mini- ſterio detractæ pelles ad formam, ad vſuq; veſtium accomodari potuerunt; Huius autem indumenti multiplex fuit Cauſa prima vt ſic verecundiæ, & conti- nentiæ conſuleretur, ſi quidem nuditas corporis homini non inſano maxime pu- denda eſt, & aſpectus nudi Corporis ma- gna eſt libidinis illecebra; ſecunda vt ho- mines mortales atque paſſibiles, ſeu magis ærumnis, & incomodis obnoxij propter peccatum effecti mox e Paradiſo eijciendi præmunirentur, & protegeren- tur huiuſmodi pellibus, & veſtibus ad- uerſus intemperiem cæli, ſub quo dein- ceps victuri erant ita Abulenſis in Gen. Cap. 3.

25 Tertia Cauſa, vt oſtẽderet in poſterũ fore illis licitum Animalia occidere, ſi non ad æſum, quod illis ante diluuium non erat conceſſum certe ad vſum pelliũ, & veſtium ex pellibus confectarum; quarta Cauſa vt oſtenderet Deus ipſos homines, & ſi a Paradiſo deliciarum exules non fuiſſe tamen ſua prouidentia, & cura orbatos, quantum adea, quæ ipſis neceſſaria eſſent ad victum, & ve- ſtitum; Dedit namque Deus cum labore, & indigentia duo miſeriæ ſolatia victum ſcilicet, & veſtitum; Victum vbi paulo antea dixit in ſudore vultus tui veſceris pane tuo; Veſtitum vbi nunc dictum eſt; fecit quoque Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, &c. Ita Rupertus Abbas lib. 3. de operibus Trinitatis cap. 27. Quinta Cauſa eſt vt demonſtraret Deus huiuſmodi veſtibus pelliceis probo, & honeſto viro qualis veſtitus comparan- dus ſit ſcilicet qui non ad luxum molitiem, & ſuperbiam inducat, ſed protegendo tuendoque corpori ſufficiat ita B. Griſoſt. hom. 18. in Geneſim; Sexta Cauſa fuit vt huiuſmodi veſtes eſſent in perpetuam memoriam, quod inobedientes fuerimus Domino ita D. Griſoſt. loco citato; Septi- ma cauſa vt ſignificaret iam eos fuiſſe morti obnoxios quia eos mortuorum pelli- bus contegebat. Ita Origenes hom. 6. in Leuiticum, & Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Leuiticum, Alcuinus in Geneſim, & D. Auguſtinus lib. 2. de Geneſi contra Manicheos Cap. 21. Octaua Cauſa voluit Deus eo veſtitu indicare quemadmodum Adamus, & quiuis peccator nuditatem Animæ ſuæ, & fœditatem peccati obte- gere deberet nempe pellibus mortuorum Animalium, quæ virtutem penitentiæ ſi- gnificant; nona, & vltima Cauſa, vt ſic veſtitus primus Adam veluti figura quæ- dam eſſet ſecundi Adami Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum eſſet Sanctus, Inno- cens, impollutus, ſegregatus, a peccatori- bus, & eccelſior Cælis factus indui ta- men pellibus voluit mortuorum Anima- lium veſtiri ideſt peccatis noſtris, & habitu in ventus vt homo, & in ſimilitu- dinem carnis peccati factus.

26 Et ait ecce Adam quaſi vnus ex no- bis factur eſt ſciens bonum, & malum; Hæc Verba ſunt Dei vt trinus in perſonis ideſt Sancta Trinitasquæ, & ſuperius lo- cuta eſt pluraliter dicendo ad ſemetipſum faciamus hominem ad imaginem, & ſi- ſimilitu-

militudinem noſtram; Verba ſunt per Ironiam dicta vt ferè omnes interpretes cenſet eam reddentes ſententiam ſcilicet Adamus magnificis ſerpentis, & vxoris credens promiſſis poſt eſum fructus vetiti factus eſt tanquam vnus ex nobis ideſt factus eſt omnipotens, *vt tum ego Deus Pater, aut omni ſciens vel ſapiens* vt eſt *filius meus vnigenitus*, aut omnino bonus purus, & Sanctus, vt eſt qui ex me, & filio meo pariter procedit Spiritu Sanctus, aut factus eſt ſuaui; & natura immortalis a nullo pendens nullius egens, & per ſe beatus vti nos ſumus, vnus in perſonarum trinitate Deus; Illa namque Verba factus eſt vnus ex nobis dupliciter Intelligi poſſunt vt inquit D. Auguſtinus lib. 22. de Geneſi contra Manicheos Cap. 22.; priori modo factus eſt tanquam vnus ex nobis ideſt vnus ex nobis quaſi, & ipſe Deus, quod pertinet ad inſultationem, poſteriori modo factus eſt quaſi vnus ex nobis quia, & ipſe Deus eſſet quamuis Creatoris ſui beneficio non natura ſed ſub eius poteſtate manere voluiſſet; ſed ad quam rem factus eſt quaſi *vnus ex nobis?* Reſpondetur ad ſciendum bonum, & malum vt iſte per experientiam diſceret dum ſenſit malum; quod Deus per ſapientiam nouit, & bonum dum illo per peccatum priuatus eſt.

27 Nunc ergo ne forte mittat manam ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & *comedat*, & viuat in æternum; Hic Deus locutus eſt Angelis tanquam *Miniſtris*, quorum miniſterio Adam, & Eua e Paradiſo expulſi ſunt, vt ſcilicet Cauerent ne Adam, vel ſua poſteritas mitteret manum ad lignum vitæ, & ſumat de fructu eius, & comedat, & viuat in eternum; ita Alexander de Aleſ. 2. p. q. 104. Membro 3. Nicolaus de Lira, & Toſtatus in Cap. 3. Geneſis, ſed Rupertus Abbas lib. 3. in Geneſi Cap. 29. dicit quod eſt locutio Dei Patris ad alias Diuinas perſonas ſcilicet ad filium, & ad ſpiritum Sanctum, ſic enim Deum loquentem introducit, quia quaſi vnus ex nobis, factus eſt, immo quia ſimilitudinis noſtræ gratia priuatus eſt, quia comedit, & mortuus eſt, & ex inde aperti ſunt oculi eius, & cognouit, quod nudus eſſet, quem iam ſaturitas, & otium non iuuat, vt quid hic tanta pena agendum eſt? videlicet ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & hoc facto talis tam miſer factus Adam viuat in æternum? quid enim ſicum talis factus ſit viuat in æternum? vtique nihil niſi malum æternum, Iam enim miſer factus eſt, ſi æternus quoque ſit, quid niſi miſeriam æternam habebit? Ita Rupertus; ſed prior ſententia comunior, & probabilior eſt?

28 Sed dato quod Adam poſt peccatum manducaſſet fructum arboris vitæ nihilominus non potuiſſet perpetuari, vt inquit Richardus in 2. diſt. 19. art. 2. qu. 2. Adam poſt peccatum per æſum ligni vitæ ſpoliatus iuſtitia originali non potuiſſet conſumptionem humidi radicalis ſufficienter reſtaurare, eo vel maxime, quia corpus humanum eſt intrinſece corruptibile quadruplici nomine, 1. quia ex materia, 2. quia ex elementis, 3. quia ex partibus etherogeneis contrarijſque coaumentatum eſt, 4. denique quia calor eius debilior fit in dies, & ex repugnantia alimenti, & ex impuritate humoris alimenti, qui eſt pabulum eius, cum igitur ita ſe habeat corpus humanum non poteſt fieri naturaliter vt non aliquando corrumpatur. Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt, & non ſolum Adam; ſed etiam vxorem ſuam, quæ magis peccauerat, & ad generandum neceſſariam. & ad preſtanda domeſtica officia; Nam licet in Adam vir ſimul, & mulier intelligantur, & vterque ſit eiectus; vel emiſſus; tamen quod dictum eſt vt operaretur terram de qua ſumptus erat melius de ſolo viro accipitur, qui de terra immediate ſumptus eſt; Vnde, & ipſa natura docet dicere virum vt operaretur terram dum mulier circa virum præſtaret debita obſequia; modus autem exeundi potuit eſſe vnus

ex tribus modis; primo quod Deus interiori motu ſpirauit Adæ, quo ſibi eundum eſſet ſcilicet extra Paradiſum in hunc ærumnarum, & miſeriarum locum velut indomicilium ſibi paratum ad luendas pænas ſuo ſceleri debitas, quemadmodum legimus apud Mattheum 4. Dominum noſtrum a ſpiritu ductum eſſe in Deſertum ſecũdo ſicut Enoch, Abacuch, & Philippum proditum eſt ſpiritu Dei eſſe ab reptos, & in longinqua loca delatos, ita Adam, e Paradiſo in hanc lacrymarum Vallem ſpiritu Dei, vel Angelorum miniſterio eſſe translatum; Tertio quod Adam e Paradiſo in hanc terram quaſi manu ductum ſicut Angelus Raphael ducebat Tobiam.

29 Abulenſis putat Adamum peccaſſe, & expulſum eſſe e Paradiſo altero die a Creatione ſua ideſt ſabbato. Pererius octaua die, idque hoc fine, vt interim aliquot dierum interuallo beatum illum ſtatum in Paradiſo experiretur; nam ſpacium octo dierum ſufficiens fuit ad ponendum Adam in Paradiſo, ad adducenda coram eo Animalia, ad inducendum ſoporem in Adam, ad efformandam Euam ex coſta eius, ad mutua colloquia inter Euam, & Serpentem ad comedendum fructum ligni vetiti, & offerendum Adamo, vt & ipſe manducaret ſicut reuera manducauit, ad interrogandum Adamum, & Euam, & e Paradiſo eijciendo poſt condemnationem Serpentis Euæ, & Adami, eijciendo inquam die 6. feriæ. Adam eſt Creatus peccauit, & expulſus eſt e Paradiſo eodem inquam die non numero, ſed eam feria 6. hebdomadis, in qua Chriſtus creditur conceptus ex Virgine, & mortuus in Cruce. Verum communiter Patres ſcilicet Ireneus, Cyrillus, Epiphanius, Epharem, & Diodorus apud Pererium tradunt Adamum eodem numero die, quo Creatus eſt peccaſſe, & e Paradiſo eiectum eſſe ſcilicet feria 6. die Veneris, qua Chriſtus nos Paradiſo reſtituit morte ſua prætioſiſſima; Prædicti Patres omnes cenſent Adamum non manſiſſe in Paradiſo vnum diem integrum artificialem hoc eſt per duodecim horas, ſed tantum vt quibuſdam placet per 6. horas velut viſum eſt alijs per 7. horas, ſiue vt non nulli tradunt per 10., & qui putant tantum per 6. horas in Paradiſo manſiſſe dicunt Adam prima hora 6. diei artificialis fuiſſe creatum extra Paradiſum; deinde tertia hora collocatum in Paradiſo, poſtea circa horam 6. comediſſe fructum vetitum, ad horam autem nonam veniſſe Deum in Paradiſum, & increpaſſe Adamum, & Euam ſuiſque pænis mulctaſſe; Ad veſperam vero, & ante ſolis occaſum eiectos eſſe e Paradiſo,

30 Huic ſententiæ fauet ſeries ſcripturæ, nam ex verſu 8. patet hæc contigiſſe poſt meridiem remittente ſe æſtuet leni aura afflante; fauet, & Inuidia Diaboli, qui non permiſit Adamum diu ſtare ibidem; fauet, & perfectio naturæ, in qua conditus eſt Adam, per quam ipſe vti, & Angelus ſtatim ſe reſoluit, & alterutram partem elegit, Denique ſi diu in Paradiſo fuiſſet vtique ex arbore vitæ comediſset, & vitam elongaſſet in tanta miſeria a qua Deus iuxta ſuperius dicta, volebat ipſum liberare; Cæterum quot dies Adam, & Eua fuerint in Paradiſo eſt omnino incertum, quæ dubitatio eſt de numero earum, in quibus nihil certum poteſt reſponderi; Cum id neque colligi ex Diuina Scriptura poſſit, neque vt certum ſit traditum a probatis Auctoribus, neque veriſimilibus coniecturis perſuaſum ſit; Ecce Adam per peccatum priuatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus, & ex ſumma fælicitate eiectus factus eſt fortunæ ludus, incoſtantiæ imago, corruptionis ſpeculum, viua mors, & mancipium Diaboli ſupremo fætidum, ſaccus ſtercorum, & Vermium, & vniuerſa vanitas, & repletus multis miſeris, & ſuper omnia mala Inimicus Dei; quem Deus e Paradiſo eiectum remiſit ad labores, & vigilias ad frigus, & nuditatem, & alia huius erumnoſæ vitæ incomoda; & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim; & flanmeum

meum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiam viæ ligni vitæ; ſi quæras quis ſit Cherubim; Quis gladius hic; Reſpondet Tertullianus in Apolo getico, & D. Thomas 22.q. 165. artic. vltimo putantes eſſe Zonam torridam quæ obæſtũ imperuia quia eſt, quã proinde Deus inquiunt *inter haſce noſtras regiones*, & *Paradiſum interpoſuit*; ſecundo Liranus, & Abulenſis volunt hoc eſſe ignem vndique Paradiſum ambientem idem cenſent multi Patres: Theodoretus, & Procopius arbitrantur eſſe ſpectra quædam terribili forma qualia terriculamenta contras Aues ponuntur in hortis.

31 Sed dicendum hec omnia proprie vt ſonant accipienda eſſe nimirum, quod Angeli Cherubim poſiti ſunt ante Paradiſum, vt eius aditum prohiberent tum Adam, & hominibus, tum etiam Dæmonibus, ne ſcilicet ipſi Paradisũ ingreſſi fructum arboris vitæ decerperent, quem hominibus offerrent pollicentes eis immorralitatem, vt hac ratione eos ad ſui amorem, & cultum pellicerent. Ita D. Griſoſth. D. Auguſtinus, & Rupertus, & alij; ſed notandum eſt primo cur Cherubim potius quam Thronis Virtutibus; aut Principatibus cuſtodia Paradiſi demandata eſt Reſpondetur quia Cherubim ſunt Vigilantiſſimi, & perſpicaciſſimi Vnde a ſciẽtia vocantur Cherubim, ideoque aptiſſimi ſunt Vindices omnis ſcientiæ Dei, quam ambierant Adam, & Eua; Hinc patet Angelos ſuperiores quoque mitti ad terram, De quare vide Cornelium a Lapide in Epiſt. ad Hebreos Cap. 1. in fine. Notandum ſecundo quod hi Cherubim videntur fuiſſe humana forma induti, nam habent, & vibrant flameum gladium, & in omnes partes verſabilem, vt eo feriant eos, qui Paradiſum ingredi volent; Pererius per flammeum gladium intelligit illos ipſos Angelos ſub ſpecie, & figura hominum tenentes manibus gladios acerrima acie acutiſſimos; & ex eorum vibratione fulgentiſſimos; ſolet enim enſis, cum vehementer vibratur emiſſis quaſi ſcintillis ſplendeſcere; quod autem dicatur gladius verſatilis peritiſſimi linguæ hæbreæ ſignificari volunt gladium illum fuiſſe ancipitem, ideſt accutiſſima acie, & ad feriendum acerrima præditum. Poſt hæc Adam cum vxore ſua Eua de Paradiſo deliciarum expulſus poſuit ſedem ęrumnoſam extra Paradiſum in qua quotidie exiret ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam in colendo terram, veſcenſcens pane ſuo, ſicque perſeuerauit vſque ad 930. ętatis ſuę annos, in quo tempore vidit filios filiorum, & Nepotum ſuorum vſque ad nonam generationem, deinde mortuus eſt, & Eua decem annis poſt ipſum; Ita quod ætas Euæ fuit 940. annorum ita ſalianus hic. Adam ſecundum comunem Patrum traditionem ſeputus eſt in eo monte, in quo Chriſtus crucifixus fuit, indeque appellatum eſſe Caluariæ montem quia ibi primi hominis çaput reconditum eſt ita Origenes tractatu in Mat. vt ſicut in Adam omnes moriuntur ſic in Chriſto omnes viuificarentur

32 Non defuerunt, qui dubitarent de Spirituali ſalute Adami; inter quos primum obtinuit locum Tatianus qui cum eſſet Diſcipulus Iuſtini Martyris, qui fuit temporibus Antonini Imperatoris, & Pape Iulij huius nominis primi, donec Iuſtinus eius Magiſter vixit, nihil male ſentire vnquam oſtendit, (vt teſtatur Euſebius Ceſarienſis in Eccleſiaſtica hiſtoria) poſtea vero quam ille martyrio coronatus eſt, à veritatis tramite deuians, & Doctoris nomen ambiens maluuit Magiſter fieri erroris, quem Diſcipulus veritatis; Secutus eſt autem in multis prædeceſſorum Hæreticorum errores videlicet Valentini, Marcionis, ſaturnini, alios etiam plures errores ex proprio Cerebro eduxit, & fuit caput Encratitarum peſſimorum Hæreticorum; Inter Cæteros igitur huius Tatiani, & encratitarum hæreſes vna hæc eſt, qua aſſerunt Adam, & Euam damnatione perpetua eſſe propter peccatum punitos; hæreſis primo aduerſatur Sacræ Scripturæ; in qua ſapientiæ 10., de Diuina ſapientia dicitur

Hæc illum qui primus formatus eſt a Deo Pater orbis terrarum cum ſolus eſſet Creatus cuſtodiuit, & eduxit illum a delicto ſuo; De qua re vide D. Auguſtinus Epiſt. 99. 2. eſt contra omnium ſacrorum, & ortodoxorum Doctorum concordem ſententiam, quæ docet Adamum ſaluum eſſe fuiſſeque exeorum numero, quos Chriſtus ad Infernum deſcendens (iuxta *Zachariæ* Vaticinium) eduxit vinctos, qui erant in lacu; Concors autem ſacrorum Doctorum ſententia de Aliqua re eſt illius efficaciſſimum teſtimonium, & argumentum immo facit articulum fidei, ideſt oſtendit veritatem eſſe articulum fidei vt alias videbitur.

33 Accedit aliud argumentum oſtenſiuum ſalutis ſpiritualis Adami, eius ſcilicet penitentia; Adam enim ſeductus a muliere, & mulier a ſerpente; poſt peccatum ſtatim timore, ac tremore concutitur, & abſconditur, non vt Credat ſe poſſe fruſtrari Deum, ſed mente confuſus præ rubore, & verecundia mali commiſſi non audet venire in conſpectum, & colloquium eius; Initium autem ſapientiæ eſt timor Domini, cognitio vero peccati maxime ad pænitentiam ſtimulat; penitenti autem Deus peccata dimittit; Adæ vero peccatum dimiſſum eſt, quoniam ex facto penitentiæ eum conijcitur; Folijs ſi quidem ficulneis, quæ delectationem, nullam præſtant, ſed quodammodo mordent ac pungunt, corpus contexit, cum tamen alia plurima eſſent folia blandiora, quæ minus corpus eius affigere potuiſſent; Atque ideo nullam in ſe portat maledictionem, quoniam Deus præuidit quam acturus erat penitentiam; Quod autem illa ſint penitentiæ ſigna inde conuincitur: quod ſtatim Dominus per illud flectitur ad miſericordiam, tunicas pelliceas pro folijs ficulneis eos induens; Atque (vt ſolemne eſt Deo peccatorem ad pænitentiam ſtimulare ſtimulatumque in melius prouehere) Adam quem mente compunctum vidit, poſtquam eum eiecit de Paradiſo, noluit eum longe a Paradiſo habitare, ſed e regione Paradiſi (vt ait ſcriptura) eum poſuit vt per aſpectum, & continuam loci memoriam, vnde propter peccatum eiectus fuerat, maior illi continui doloris ingereretur occaſio; De hac re nullam Eccleſiæ in Concilio factam definitionem inuenio; quod tali (vt opinor) euenit Cauſa quoniam tunc eo tempore quo peſtis illa orta eſt ſeuiente Imperatorum perſecutione Concilia non potuere congregari vſque ad tempus Conſtantini maioris ſub quo data eſt pax Eccleſiæ Dei; Cum autem poſt Tatianum a nullo reperiatur errorem hunc fuiſſe ſuſcitatum preter quam a Seuero eius diſcipulo a quo Seueriani dicti ſunt, Hæc vt arbitror fuit Cauſa vt in Concilijs que longo poſt tempore celebrata ſunt nihil de hoc errore definitum ſit.

34 Ingemiſcat genus humanum de tot malis ſibi acceſſis ex inobedientia primi Adæ, ſed non deſperet, immo potius letetur ob plurima bona exhibita ſibi per obedientiam ſecundi Adæ; nam vt inquit Apoſtolus Rom. 5. 19. ſicut per inobedientiam vnius hominis (Adæ) peccatores conſtitui ſunt multi omnes Adæ poſteri, ita per vnius (Chriſti) obeditionem iuſti conſtituentur multi omnes ſcilicet, qui ex Chriſto per fidem, & gratiam renaſcũtur, ſed videamus per ſingula. Primo Adam omnes perdidit Chriſtus omnes reparauit; Secundo Adam vnum peccatum ad poſteros tranſmiſit, Chriſtus omnibus peccatis actualibus eoſdem liberat; Tertio Adam vnum malum quod nullo modo intendi poteſt ſcilicet peccatum originale propagauit; Chriſtus abundantiam gratiarum effudit, His adde vberiorem, & potentiorem eſſe gratiam Chriſti, quam fuerit peccatum Adæ; Quarto quia Adæ peccatum tantum pænam damni in nos induxit; Chriſtus, & a pæna damni, & a pæna ſenſus, quæ peccatis actualibus debetur nos liberat. Rurſus ex Adamo trahimus concupiſcentiam ſed per Chriſtum illa facta eſt materia magnæ tam luctæ, quam victoriæ, & triumphi

triumphi eamque per gloriam in cælo Chriſtus extirpauit; Quinto per Adam amiſſa eſt gratia, qua homo perſeuerare poteſt; per Chriſtum datur gratia Crebrior, & vberior, vt in tanta infirmitate inter tot hoſtes fortior ſtet, & actu perſeueret ita D. Auguſtinus toto libro de bono perſeuerantiæ. Sexto per Adam omnes morimur temporaliter. Sed per Chriſtum reſurgemus ad vitam Animæ tum etiam corporis immortalem, & glorioſam.

25 Septimo non peccatum Adæ; ſed gratia Chriſti ſe extendit ad B. Virginem, quæ eſt mare gratiarum, & plus habet gratiæ, quam omnes homines ſimul; Addit Pererius ſuares, & alij etiam Ad Angelos Chriſti gratia ſe extendiſſe, eoſque permerita Chriſti iuſtificatos eſſe, ad quos peccatum Adæ pertingere non potuit 8. licet Adam actu plures inficiat, quam ex Chriſto renaſcantur, Chriſti tamen gratia quo ad ſufficientiam, & oblationem ſe extendit ad omnes non tantum ex Adamo genitos ſed quoquo modo producibiles; Verbi gratia ſi Deus de nouo crearet homines, & indigerent 9. Per Adamum reducti ſumus quaſi ad ſtatum puræ naturæ per Chriſtum eleuati ſumus ad ſtatum magis ſpiritualem, & ſublimem, quam in quo Adam fuit conditus, & ad vitam plane celeſtem, 10. Per Adam beſtijs facti ſumus ſimiles; Per Chriſtum Angelis; Immo natura noſtra in Chriſto, & Beata Virgine exaltata eſt ſuper omnes Angelorum Choros 11. Adam priuauit nos ligno vitæ Chriſtus dat panem quid e Cælo deſcendit, & dat vitam æternam, puta ſeipſum totum Deum ſcilicet, & hominem in cibum dat nobis in Euchariſtia 12. Adam priuauit nos gratia iuſtitiæ originalis, Chriſtus dat copiam gratiarum, & virtutum; primo quia dat virtutes, quæ non fuiſſent in ſtatu Innocentiæ ſcilice patientiam, pænitentiam, Martyrium, Virginitatem, Apoſtolatum, & Virtutes Religioſas; ſecundo harum, & aliarum omnium maiorem, quam fuiſſent in ſtatu Innocentiæ dat copiam intenſionem, & continuum augmentum.

De ſecunda generali corruptione humanæ naturæ Articulus 5.

1 OMnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram Gen. 6. 12. & cuncta cogitatio cordis intenta · eſſet ad malum omni tempore Gen. 6. 5. Sacer Hiſtoricus Moyſes his verbis exprimit Cauſam ſecundæ generalis corruptionis totius naturæ factæ per omnimodam malitiam, & nequitiam hominum poſterorum Adæ ante diluuium; Hæc nequitia omnibus numeris abſoluta fuit cauſa iræ Dei. Hæc nequitia fuit longa, & prolixa ſic, quod admirabilis fuit patientia, & longanimitas Diuina, quæ tanto tempore tam fædam ſcelerum colluuiem tolerabat, & expectabat reſipiſſentiam. At illi ſecundum duritiam ſuam, & impenitens cor theſaurizabant ſibi iram Dei Rom. 2. 5. in commeſſationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitijs Rom. 13. 13. totus orbis laſciuiebat moribus vbi quo terrarum corruptiſſimis, Et tamet ſi Moyſes ad omnem Ægiptiorum ſapientiam fuerit excultus, tam artificioſa tamen, & ſuccinta ſcriptione infandam diluuij vaſtitatem complecti non potuiſſet; niſi ſpiritu, Diuinus illius calamum direxiſſet, & imbuiſſet arcana ſcribendi notitia, & ineffabili modo explicandi.

2 Ita tribus omnino capitibus miſteria concluſit plurima, & 6. quidem capite Generis diluuij cauſas perſenſet, vt neque hi, qui perierunt, neque naſcituri poſt illos iniuſtitiæ Deum arguere poſſent; Septimo miſerandum omnium hominum, & pecoris interitum narrat; Octauo reſtaurationem, & cauſas ſubſidentium aquarum aperit, atque oſtendit qua ratione Noemus poſt annum fere carcerem

cum pauculis ſuis prodierit. Generalis, & æquiſſima Cauſa diluuij fuerunt peccata hominum, & potiſſimum ſcelera libidinis, laſciuiæ, & carnalitatis, quibus orbis totus ita turbatus, & confuſus eſt vt ipſum etiam Cælum turbatio penetrauerit, & ipſum Deum ita vt pænitentiæ ſe ſe ſubiecerit, & cum dolentibus ſociatus ſit dixeritque pænitet me feciſſe eos, quod intelligentia vix comprehendi poteſt. Et vnde tanta turbatio in Deo, qui gaudiorum, & voluptatum omnium eſt fons, & origo? Pænituit eum, quod hominem feciſſet, idque bis terue repetijt, Hoc fuit a peccatis hominum, vt dictum eſt.

3 Tamen, vt notat D. Ambroſius de Noe, & Arca Cap. 4. non debemus imaginari, quod Deus cogitet ſicut homines vt aliqua de nouo ei ſuccedant, neque iraſcitur quaſi mutabilis, ſed ideo hæc leguntur, vt exprimatur peccatorum acerbitas, quæ Diuinam meruerit offenſam tanquam eo vſque increuerit culpa, vt etiam Deus, qui naturaliter non mouetur aut ira, aut odio, aut paſſione vlla prouocatus videatur ad iracundiam; Delebo inquit hominem, quem creaui a facie terræ ab homine vſque ad animantia, a reptili vſque ad volucres Cæli; Quanta, & quam deteſtanda ſcelerum immanitas. Hominem Deus, quem creauit, perdidit iuſtitiæ neceſſitate adactus, tot annis acceruatas mundi ſordes immiſſis aquis eluere, & totam familiæ rationem commutare debuit, vt familia priori eiecta noua de integro fuerit reſtauranda. Neque enim ſoli homines, ſed ipſæ quoque animantes propter homines extinctæ ſunt; omnia turpitudine plena, erant omnia expianda; Vbi tamen magna clementiæ mixtura interceſſit, alias ſi Deus humano more excanduiſſet orbem vniuerſum penitus euertiſſet.

4 Noemus gratia Diuina opulentus apud homines omnium flagrauit Inuidia, & magna in offenſa fuit quamuis vere ſanctus, ſed ideo offendi non potuit fauoribus Diuinis præpotẽs. Noe viriuſtus atque perfectus fuit in generationibus cum Deo ambulauit Gen. 6. 96. ratiu Diuina Gratia exciderat orbis vniuerſus, & Noemus eadem gratia floruit, cum Deo ambulauit famulorum fideliſſimus, immo ſolus inter innumeros, fidelis; Primam gratiam ſanctificantem ex meritis non habuit ſed gratuito, cui tamen inſigniſſime reſpondit; adeoque auxit obſequijs; vt vnus atque vnicus Noemus Charior Deo fuerit quam totus vniuerſus, & totum humanum genus, omnes alios ſubmergi voluit hunc vnum velut oculos ſuos curauit. Hoc raræ virtututis eſt inter ſceleratos verſari ſine ſcelere, ſic pius Loth in Sodomis, & Iob in terra Hus; Hæc Laus, & vera gloria proprijs virtutibus gloriari, quia gloriari aliena vt Auorum ridicula eſt iactantia.

5 Tam bonus eſt Dens vt prius omnia tentet diuerſaſque ad pænitentiam occaſiones ſub miniſtraret, quam omni gratia merentem priuet cum nullus remedijs locus iamque beneficia in culpam trahuntur Demum æquiſſimus Pater, & Dominus ad neceſſariam punitionem deuenturus inquit exitij cauſam nemo in me conijcere poterit; Periturum ſeruare volui, ſed ipſe auxiliares manus reiecit, & noluit ſaluari. Ita Deus cum perditis hominibus illis primis incolis huius mundi egit; Primo frequenter ſunt moniti; Secundo videbant funera frequentari, & non eſſe immortales, & aliam expectandam vitam; Tertio Nomi, & familiæ, quam duxerat ad ſanctos mores eo poſite videbantur viua exempla; Quarto ingentem ſpectabant ad arcæ fabricam apparatum, & quis non mouendus tot argumentis Diuinæ vltionis iam iam imminentis; Quinto Tantum pabuli pro tot feris vndequaque comportatum non dubium prædictæ calamitatis argumentum.

6 Noemus conſtanter, & continue monebat, hortabatur reſipiſcerent, mores emendarent, malum imminens cauerent, & monſtrum id videri poterat nullum, & nec quidem vnicum ad hæc monita e vitijs emerſiſſe, & credibile prorſus eſt

hanc

hanc Arcæ fabricam ac Noemi conciones cunctis vrbibus, & oppidis innotuiſſe; Hic namque Dei mos, eſt vniuerſali ſupplicio non punire antequam monitio præceſſerit generalis. Noemus non in receſſibus, non in antris occultis Numinis iras minaſque denunciauit, ſed peragrauit orbem, *quis hic hominum ſenſus quæ cogitationes, quæ dicta, quis rumor populi, qui beſtijs longe fuit hebetior?* Varius vtique concurſus hominum ad cæptam arcam varij ſpectantium motus, & ſermones promptum ſemper paratumque admirantibus Noemus reddebat reſponſum; Hic expendamus, quam moleſtum fuerit hoc miniſterium omnibus exoſum ſe reddere, in offenſionem incurrere, conuitijs Cachinnis, & ſibiſis omnium notatum ad eorum nequitiæ conſumationem oleum, & operam perdidit Noemus, æthiopes fruſtra lauit, in caſſum monuit irriſores: nemo nec quidem vnus ſe correxit ad frugem; Væ vobis qui ridetis nunc quia lugebitis ac flebitis Lucæ 6. 25.

7 Noemo Deus dictat Arcam, & eius amplitudinem longam latam, & altam, in qua tria admodum ſunt memoratu dignisſima inter illa, quæ Deus olim non tantum fieri præcepit, ſed ordine ipſa ipſemet vt Architectus dictauit ſingula. Primum fuit Tabernaculum, quod Moyſes conſtruxit. Alterum fuit Templum, quod Salomon edificauit; Tertium Arca, quam fabricuuit Noemus, ſed hæc illis magis admiranda quinque partibus. Prima mirabilis hæc fabrica, quæ annis centum operas tenuit; Secundo magnitudine, & habitationum multiplici varietate, Tabernaculum longe ſuperauit Archa; ſicut, & Templum Salomonis vt contemplanti patet. In aquis certo ab omni æuo nunquam viſum tale; Tertio totum concludit orbem Archa Noe in ea ſiquidem erant octo homines orbis futuri principium; Quarto In Archa tale fuit viaticum, qualem nemo Regum aut Imperatorum facere poſſet; Quo omne genus volucrum, & omne genus Animantium cicurum, & ferarum paſcebatur; Neque hoc obſtupeſcendum Nauigium non humana ſolum arte confectum, ſed numinis potentia, & Angelorum opera, & tutela; Quinto tot materiarum Archa continuit quot vix ſimul in alijs reperiendæ.

8 Anno igitur ab orbe condito milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo denunciauit Deus Noemo decretum eſſe poſt annos 1[illegible]. omnem gentem humanam ſoffocare aquis; atque hoc Deus Noemo patefecit Anno Mundi 1537. Noemi 101. ſupra milleſimum ideſt milleſimo quingenteſimo primo Deus illi Arcæ fabricam ordinauit dicens fac tibi arcam de lignis leuigatis Gen. 6. 14. ideſt dolatis, & politis ad adaptiorem firmioremque compaginem. Alij vertunt de lignis Cedri Hic ſanè plurimum mirandum eſt; Cur Deus modum hunc ſeruandæ Gentis humanæ opereſiſſimum elegerit & faticoſiſſimum, cum Diuinæ potentiæ facillimum fuerit, & genus hominum reſtaurare, & Noemum ſeruare modis alijs, quam plurimis; Quid opus labore tanto tamdique diuturno, quod fieri conatu multo faciliori potuerit; Mirari hæc licet, ſed aliud ſentire, & loqui non licet, quam ita Diuinæ bonitati placuiſſe, ſic Deo viſum, Diuina prouidentia ſic diſpoſuit nil vltra querendum, aut inueſtigandum.

9 Hinc illa Diuina iuſſio. Fac tibi Archam de ligni leuigatis, manſiunculas in Archa facies, & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus, & ſic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ 50. cubitorum erit Latitudo, & 30. cubitorum altitudo illius, cubitus continet pedem cum dimidio. Arcæ longitudo decuplaerat ad eius altitudinem, & profunditatem, totaque capacitas fuit cubitorum ſolidorum, 550. Hinc habemus dimenſionem Arcæ. Nunc archam ingrediamur, & ſingula eius domicilia ab imo luſtremus. Habuit Archa partes omnino quinque; Pars illius infima omnium fuit Sentina quattur cubitis alta,

Hic

Hic ſuburna (italice ſauorna) ad arcæ libramentum, & firmetum erat, nam, & per laxiores canales ſtercora, ſordeſque Animantium, quæ potuerunt deijci, Hæc arcæ pars prima primus, & infimus locus tabulato tectus, Pars Secunda, & proximus priori locus, erat contignatio prima, ſeu primum Cænaculum decem cubitis altum. Habitatio Animalium trecenta ferè ſtabula, prout Deus iuſſerat Manſiunculas in archa facies. Hic omnia Animalia terreſtria, reptilia gradientia; Hæ ſtabulationes aſſeribus diſtinctæ erant; & mediæ illarum viæ.

10 Pars Arcæ tertia contignatio ſecunda ſiue ſecundum cenaculum octo cubitis altum. Hic penarium, & vniuerſi pabuli conditorium; Hic fieni, & ſtraminis plurimum. Hic ſemina, hordeum, auena frondes legumina. Hic fructus omnis generis molles, & duri; Hic complura dolia dulcis aquæ plena potioni, & lotioni deſtinata. In locis vacui ruſtica, & Vrbana ſuppelles poſt diluuium vſurpanda, ex hoc loco foramina laxiora in peccoris mandras deriuata ad fæmom ſtramen, pabulum ſubmittendum. Pars Arcæ; Quarta ſeu tertia contignatio, aut Cænaculum tertium octo cubitis altum intres claſſes diuiſum, hominibus, & auibus aſſignatum; Claſſem mediam homines occuparunt, extremas duas volucres tam feræ, quam manſuetæ habitabant; Media claſſis ſua habuit cubicula virorum ſeparatim, ac mulierum; Hic etiam culina, & focus, Hic molæ, & clibanus; Hic lignorum, & Carbonum, & quæ neceſſaria vitæ receptaculum, Hic lumen obliquum, & ſuſpenſum per arcæ feneſtram immittebatur. In alia habitacula accenſis cereis eundum, aut ſi plures vna feneſtræ erant (quod eſt valde dubium) potuit in totam contignationem hanc, duaſque cæteras imitti tumen. Credibile eſt feneſtram e lapide ſpeculari factam; Multæ ſcalæ neceſſariæ aſſenſui, & deſcenſui; Foramina multa tam ad deferendum meatum, quam ad ſordes efferendas.

11 Pars arce; Quinta tectum illius modice decliue vt in medio non altius vno cubitu fuerit, quod Noemo Deus ſingulariter præcipiens in cubito aiebat conſumabis ſummitatem eius, ideo factum eſt ut, & uentis reſiſtere, & nimbos poſſet efringere; Hæc omnia diuino iuſſu, & conſilio ſunt perfecta; Hanc enim partium diuiſionem Deus clariſſime præſcripſit; Deorſum inquit Cænacula, & triſtega facies in ea. Gen. 6. 16. Triſtega idem eſt, quod ſuprema pars ſiue ſupremum tabulatum; Voluit ergo Deus tres eſt contignationes in Archa in mamedia, & ſuprema, ſeu tertia quam D. Hieronymus uocat triſtega. Bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus bitumine; non pice. Bitumen ſyriacum cenſebatur optimum, & tenaciſſimum; omnes ergo parietes, totumque opus oblitum fuit, ut ſi quid exterius aquæ uis abraderet interior firmitas reſiſteret. Deinde fetorem Animalium in loco concluſo intolerabilem bituminis, & cedrorum odor depellebat, ſed, & iſtam habuit utilitatem hic bituminis illitus ne fabrica priuſquam ſui finem attingeret uicium faceret, ruinam minaretur, aut uermes cariemque reciperet.

12 Femeſtram in Archa facies, & in cubito conſumabis ſummitatem eius, oſtiũ autem Arcæ pones ex late redeorſum Gen. 6. 16. Vnica fuit Feneſtra iuxta præſcriptum Dei, eaque pellucida in hominum uſus, lumine enim non indigebant pecudes, quarum contignatio penè tota natabat aquis; Hanc feneſtram Oleaſter credit in ſummitate Arcæ poſitam uerſus Cælum, quod per eam potuerit ſpectari, ſed numquid conſultius fuiſſet aquarum incrementa, & decrementa proſpicere, indeque tempeſtiuum ex archa metiri egreſſum; ſed uidetur Deus noluiſſe, ut Cerneret Noemus miſerabilem hominum, pecoriſque interitum, Triſte nimis ſpectaculum fuiſſet in undis luctantes cum morte domos, oppida, ciuitates Prouincias ſorberi merore acerbiſſimo affeciſſet hoc genus ſpectaculi, quaſi diceret illi Deus mi Noeme ſatis tibi it

ſic ſi

ſiete ſeruari, Quidũis videre Vnde debeas dolere? Similiter oſtium habuit Archa vnicum idque quod volebat Deus ex Arcæ latere. Credibile prorſus eſt hoc oſtium non in Arcæ imo; ſed ab imo pedes ſepte nos, & ſemis numerando nempe vno ſic dimidio pede altius ſentina, ita collocatum, vt catenis attrahi ac demitti poſſet ſicut pons verſatilis, ita vt omnia Animalia veluti per pontem, aſcenderint eodem modo oſtium iſtud directe ad tertiam, & infimam contignagnationem pertingebat ita quidem vt petus omne ingreſſu primo in ſuas ſtatim manſiunculas, & ſtabula ſeduci potuerit. Putatur hoc oſtium 15. pedes longum 7. aut 8. latum fuiſſe foris claudi intus aperiri ad inſtar feneſtræ potuiſſe.

13 Noemus vt ſupradictum eſt in ſuis monitionibus eos habuit auditores, qui quanto plus monebantur, plus ridebant, tantò contumaciores, quanto crebius moniti. Decretum igitur ſuum Deus exequi coactus non ſolum dictauit Arcam fabricam, ſed, & expeditas manus ad moueri iuſſit fabricæ illi horrendæ. Itque Noemus operis initium fecit, & induſtria fabrili. Ligna cæpit conſtruere, vt vel ipſo ædificij aſpectu terrerentur, & ad pænitentiam molirentur Impij. De loco autem, tempore, qua materia, num ſolus, an cum filis, & operis mercenarijs, & quomodo denique omnia Dei iuſta adimpleuerit dicetur infra, Imprimit certum eſt Noemum fuiſſe diligentiſſi num, & pontualiſſimum executorem Diuinorum mandatorum; quod Diuina pagina teſtatur. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus Gen. 6. 22. Idque in confirmationem repetitur. Fecit Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus Gen. 7. 5.

14 Quo ad locum attinet; quo Arcæ fabrica facta eſt Paginæ Diuinæ nihil aſſerunt coniectura tamen eſt probabiliſſima ad Caucaſum montem qui in Indiam porrigitur hoc opus elaboratum vbi facilius, & e monte, & per aquas haberi ligna potuerunt. Quo ad Fabricæ tempus origenes Auguſtinus Gregorius, & alij centum annis dicunt hoc opus elaboratum. Materia porro fabricæ diuerſi generis fuere ligna, cum alia alijs partibus fuerint comodiora nimirum tecto parietibus, ſcalis, pauimento aliud præ alias ligni genus magis videbatur Idoneum. Multi cum Parafraſe Kaldæa exiſtimant Archam parte maxima e Cedro factam; Durat hæc cedri Materia in aquis, leuitate præſtat, ſuper natando eccellit, cariem neſcit; Magnam cedrorum copiam gignit ſyria nec arbor vlla fere melior ad aſſeres proceros; In Cipro ſucciſa Cedrus ad Demetrij Regis Nauigium pedes triginta, & centum longa, ad trium hominum complexum craſſa fuit, vt tradunt Hiſtorici; In Diuinis voluminibus Cedrorum proceritas laudatiſſima; Iuſtus inquit Dauid Pſalm. 91. 13. vt palma florebit, ſicut Cedrus Libani multiplicabitur ad meliora iugiter creſcendo. Ita Cedrus ad Archam ſtruendã comodior viſa, quia firma, leuis odorifera, &, vt dictum eſt, non admittens cariem, vel quid ſimile.

15 Credibile eſt plures mercede conductos operarios in archa condenda laboraſſe perinde vt impius miles ducem Diabolum ipſum ſequeretur modo is caſtrenſe peculium numeraret, ita illi Fabri lignarij homines improbit tamet ſi minacijs Diuinis nihil tribuerent, & ſuos ipſi labores irriderent, tamen lucri gratia, & mercede adducti auxiliares manus præbebant. Quod ſi complures in opere illo deſudarunt facile coniectare eſt quam prodigioſum opus annis centum poſſit confici. Athenæus fide dignus ſcriptor memorat ab Hierone Rege ſiciliæ Nauigium incredibilis magnitudinis ſtructum Archimede inuentore, & directore, tantus ad id apparatus ethna conuexus quantum 60. triremibus faciendis ſufficerent, & Fabri lignaris 300. præter alias ſubſeruientes operas fuere. Habuit ea nauis contignationes tres remi ordines 20. In eadem aquarium ampiiſſimum pice illitum dulci aqua plenum duo millia

metretarum capiebat ; Hic inſuper Piſcina laminis plumbeis operta copioſiſſimo piſce frequentata. In eadem hac naui tres mali, 12. Anchoræ, 8. turres viſebantur, & alia plura mira continebat vt potius Vrbs ambulans, quam nauis appellanda, cui vnius anni ſpatio manus vltima fuit impoſita. Quid igitur de Archa dicendum, quam vix centum annorum Induſtria ad complementum perduxit?

16 Semper veriſſimum fuit illud Dauidicum miſerationes eius ſuper omnia opera eius Pſal. 144., 9. mirabilem prorſus ſe iuſtitia exhibet in Deo, ſed longe mirabiliorem patientia Dei, & miſericordia centum, & viginti annos expectat treſcipiſcentiam ſumma longanimitate; Ille quidem gladium, & ignem, mortem, & infernum manu concludit, & tamen diſſimulat conniuet, & parcit, honorem ſuum attrociſſime violari permittit, cunctatur, & moram adhibet, vindictam in annos 20. in annos 50. in centenos differt. Ita Noemi æuo centum 20. annis ſumme miſericors, & longanimis expectauit, nec deſiderauit aliud, quam pænitentiam. Nemo vel pedem, vel digitum mouiſſet pænitentiæ, & tamen poſt annorum, & olimpiadum decurſus, nedum impatiens Deus, necdum vi agere, & ſceleratos interrimere, immo nouam ſupremi termini dilationem conſtituere, & ita promulgari iubet. Adhuc enim, & poſt 7. dies ego pluam ſuper terram 40. diebus, & 40. noctibus Gen. 7., 4. vere miſerationes eius ſuper omnia opere eius.

17 Quando igitur patientia Dei, & longanimitas adhibitus tot remedijs ne tantillum quidem profecit. Noemus iuſſu Diuino eruditus ingreſſus eſt in Archam, Filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius propter aquas diluuij; eratque ſexcentorum annorum Gen. 7. 6. 7. Deinde num. 8. 9. De Animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram, duo, & duo ingreſſa ſunt ad Noe in Archam maſculus, & fæmina ſicut præceperat Deus Noe. Horum omnium Animalium quinque claſſes conſtituuntur. Prima volucrum ab Aquila, ſtructione, & cæteris huiuſmodi; Secunda Reptilium, & ſerpentium; Tertia Quadrupedum Carniuorum; Quarta Grandium aliorum quæ carnibus non aliuntur; Quinta minorum, pariter non paſcuntur carnibus. Inſtituerat ante Deus non per Noemum; Sed per Angelos venationem grandem, & admirabilem, quaſi cures, & beſtias, & feras, a greſtes, & domeſticas coegit. Ita omnis generis Animantes obedientes ad Archam confluxerunt Leones, Tygrides, Bardi, ſimileſque velut Agnelli, & ouiculæ ſuum Paſtorem Noemum ſecutæ ſunt; Adamus protoplaſtes hoc dominium in feras perdidit, Noemo datam eſt, Abijque ſingularis ſanctimoniæ viri recuperarunt; & ſub ſuum Imperium immanes beſtias redegerunt; Ita Noemus omnes feras velut paruas ouiculas in vnicum collegit ſtabulum.

18 Ab Archa vero duplex Animal excluſum eſt; primum e putredine naſci ſolitum, vt mures glires ſcarabei Vermes ſorbideque ſimiles beſtiolæ. Alterum piſces, & omnes animantes, quæ in aquis degunt; his diluuium non nocuit. Sed vnde mundorum, & immundorum diſcrimen præſertim lege Moſaica non dum conſtituta? & numquid Deus omnia ſua facta probauit? & erant valde bonam? Vnde igitur hoc Animalium diſcrimen? & vnde ſcire potuit Noemus? Hanc quæſtionem Romanus Pontifex Damaſus Hieronymo propoſuit; Ad eam reſpondit Hieronymus, Nobis vero ſimilliſimum videtur eaquæ Moyſes legem ſanxit vſu piorum hominum pridem inualuiſſe, idque ab orbis incunabulis. Eius modi ſunt Aras conſtruere, ſacrificia offerre, ſanguine, & ſuffocato abſtinere, vouere, & offerre victimas, ita differentia mundorum, & immundorum non qua vſu facta, ſed qua ſacrificio, & nunc didicit Noemus a

ſuis

ſuit maioribus.

19 Non omittendum, quod Iacobus edes ſenus Ephremi ſanctiſſimi viri Magiſter memorat Noemum Adami protoplaſti oſſa religioſe intuliſſe; eaque diluuio finito filijs diſtribuiſſe; Tanta ſcilicet priſſis Patribus cura ſepulturæ fuit ob immortalitatem Animæ celebrandam. Sed reuertamur ad Animalia in Archam, de quibus dixerat Deus Noemo iubendo; *Tolles igitur ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quam illis in eſcam* Gen. 6. 21. Num vero Carniuoris beluis quarum 35. pecies numerantur inter quas Leones, Pantheræ, Crocodili Tygrides, Lupi, Canes numhis inquam ſatis Carnium in paſtus annuos pararit? D. Auguſtinus (quamuis dubius) credit Carniuoras etiam beſtias comuni cæterarum pabulo contentas victitaſſe; Idque Numinis peculiari placito præſertim cum carnium penuria caſtaneis, & ficubus potuerint ſatiari. Fames enim cocorum Magiſter crudas fabas mirifice condit.

20 Cum vero ſacra Pagina Gen. 7. 16. dicat. *Incluſit eum Dominus deforis.* Id inſigniter demonſtrat qua Deus cura in Noemum fuerit, ne quid ei contingeret mali. Caldæus paraſraſtes, *Protexit eum Dominus* inquit *Verbo ſuo.* Hic nobiliſſimum ſpei ſymbolum nobis ingeritur. Qui, cum euentus rerum turbent, quantumcumque aduerſa ſæuiat fortuna, vndequaque nos venti, & feri Maris fluctus impugnent, merores, & dolores certatim nos diuidant, dum ſumus ſub Diuina tutela de nulla retimemdum eſt nobis ſed audacter, & intrepide dicendum *Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo* Pſalm. 117. 6. Poterat Noemus edificare Arcam, & ſi plurimum temporis labor hic abſumpſerit; Non potuit foris obſerare ianuam; *ſolus ipſe facit quod non poſſunt facere Homines*; hoc nimirum exigit Deus vt quod poſſumus faciamus. Fac ergo quod potes ſtudioſiſſime, & diligentiſſime omnia cura, pro viribus labora, cætera ſecurus, & hilaris Deo committe, ſuo muneri prouidentiſſimus Pater non deerit, Ipſe obſerabit Ianuam.

21 Deus vnà cum homine omne genus Animantium in aquis perire voluit. Primo quia ad hominis obſequium Animalia condidit, vt eum veſtirent alerent ſeruitijs adiuuarent; Secundo in maius hominis ſupplicium punita ſunt, & ipſa etiam Animalia, quorum Dominus erat homo; iure merito Deus homini ademit quicquid prius conceſſerat fruendum, facultates, diuitias, delicias, opes, cognatos, vitæ gaudia, & vitam ipſam; Tertio fuit Diuinæ iræ, & offenſæ magnitudinem oſtendere, Deus enim colligit iram diu, tandem iratiſſimus rupit furit obuia quæque ferit, & ſternit, nemini parcit; Quarto ius bellicum in lege ſcripta valde vſitatum ſequtus eſt Deus, cum Hæbreus miles Regem Cananæum Arad, cum Regem Amalec, cum Gabaonitas, & Vrbem Ierico expugnaſſet; iuſſit Deus tam pecudes, quam homines iugulari vt quicquid ab hoſtis parte viueret, periret. Idcirco Rex Saul tam grauiter impegit, & omni gratia Diuina excidit, quia melioribus Gregibus, & armentis pepercit. Sceleratus orbis pene a ſui primordio annis mille ſexcentis cum Deo bellum geſſit. Deus cedere diſſimulare penè ſe victum dicere; Tandem quaſi euigilans a ſomno, erumpens omnia inquit pereant ſolus Noe cum tota ſua familia euadat.

22 Ita Diluuium Menſe Maio idque octauo die Maij iuxta communem ſententiam eo certe tempore cæpit quo minimi ſupplicium hoc metuebatur, ita rupti ſunt omnes fontes, & Cataractæ Cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram 40. diebus, & 40. noctibus Gen. 7. 11. 12.; Foſsæ antra ſpecus, omnique aquarum receptacula reſerarunt, maria omnia ſuis terminis effuderunt ſe ſe, quicquid latuit aquarum ſub terra erupit omne baratrum, omnis aquarum matrix voragines ebulierunt

runt, abiſſus ad flumina, & maria venis pertingens aquas tota vi euomuit, in Aquarum locum aer ſucceſſit, nec enim inferne ſolum, ſed, & ſuperne ruebant flumina cataractæ Cæli apertæ ſunt, Hic nomine Cæli venit aer; quaſi dicat tanto impetu, & fragore maximam aquarum vim in terras deiectam, vt totus aer per vaſtiſſimas ſciſſuras quodam modo ineffabili in aquas reſolui videretur, & iam non guttatim, aut ſtillatim ſed more torrentium flumina, & fluctus effunderet, ita Chriſoſtomus.

23 E triplici autem argumento diſcimus aquas ſupra fidem humanam creuiſſe, primum ex ſacræ paginæ Verbis petitur; Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt Archam, e ſublimi a terra Gen. 7. 17. vis aquarum ingens fuerit neceſſe eſt, quæ obſtupeſcendum pondus attolleret, vt Naues attolluntur a Mari. Credibile Noemum, eo artificio Archam ingentibus trabibus tamquam baſibus inſtructam poſuiſſe vt aqua ſubiens molem eleuaret illa, & veluti ſuccolare poſuerit; ne in alterum latus vergeret, ſed æquilibris ferretur Argumentum incrementi; Secundum vehementer inundarunt aquæ, & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ; Porro Archa ferrebatur ſuper aquas, Hugo Victorinus opinatur Archam ad cubitos nouem, Liranus ad 12. vel 13. aquis merſam nataſſe e Diuinis libris nihil affirmandum occurrit; Tertium diluuij incredibiliter creſcentiæ argumentum. Et aquæ præualuerant nimis ſuper terram, opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo Gen. 7. 20. quod nullus potuit ſcire niſi ſolus Deus. Ex quo paret hanc diluuij Hiſtoriam a Diuino Numine dictatam.

24 Solerter, & attente intueamur ſtatum Mundi tam miſerabilis, & videbimus quomodo vbique locorum homines paſſim ab aquis abrepti vbi diu reſtiterunt ubcumbant demum, & ſuffocentur. Non potuiſſet Animo affligi, & dolere; Quis vel partem tragediæ tam lugubris ſpectaſſet? Quam grauiter afficit animum vel vnicum hominum videre morientem tot turbas miſerrime pereuntes cernere ſine gemitu ac lachrimis potuiſſet? Idcirco Deus hanc cauſam gemendi Noemo auertere conatus tam ſollicite eum, incluſit in Archam ne ſi vellet aſpicere poſſet tot cadentia funera. Nos etiam num intuito miſericordiæ ſinu locati conſideremus non per functorie extremam hanc calamitatem ſpectaculum lutuoſiſſimum, videamur nobis videre ſenſim creſcentem aquam huc, illuc diſcurſantes homines ſemi nudos pauore plenos penè inſanos ſemi mortuos. Matres rapiebant paruulos, ſed quo fugerent neſciebant; Aly menſam deſeruerunt effugij locum indagantes. Alij quantum vis ægri Lectulis excuſſi proſilierunt inapertum vt locum quererent ſecurum nuſquam inuenturi.

25 alibi (vt ſe caſus ſubiti dabant) vir manu trahebat vxorem, illa puerulum, vterque prolem vehebat dorſo eniſuri in altum ſed in lubrico labuntur cadunt abſorbentur Alibi familiæ totæ ſubiſtis fluctibus oppreſſæ eo ipſo loco ſepeliuntur. Multi ſupremum tectum. Alij quas potuerunt celſiſſimas arbores aſcenderunt Alij per reptarunt in montes, ſed nec ibi effugium vllum; Alij natantia iam cadauera cernebant, nec aliud exitum ſero lachrymabant, nunc hi, nunc illi nunc aly abundis abripiebantur. Ingens vbique fletus, clamor, eiulatus, mugitus vlulatus, & horrenda vbique deſperatiò, pauor, angor horror maximus occuparunt omnia. Miſerandæ morientium voces locis omnibus audiebantur, ſicque verum fuit, quod dicit ſacra Scriptura; conſumptaque eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram volucrum, Animantium, beſtiarum, omniumque reptilium, quæ reptant ſuper terram. Vniuerſi homines, & cuncta in quibus eſt ſpiraculum vitæ in terra, mortua ſunt Gen. 7. 21. 22.

De

De duabus Regulus humanarum actionum Caput ſecundum.

Quomodo Homo cum Brutus conueniat, & ab ipſis differat. Art. 1.

1 INcraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo Deuter. 32. ſic contigit Adamo primo Generis humani Parenti, hic a Deo dilectus incraſſatus eſt in naturalibus, quæ *nimirum* ad humanæ naturæ integritatem, conſeruationem, decorem, perfectionem, & ad naturalem quandam hominis fælicitatem pertinent, quæ tanto præſtantiora ſunt naturalibus bonis aliarum rerum rationi carentium quanto rationalis natura prælat rationis expertis; deinde bona quædam humana, & naturalia propria hominis, ſcilicet quæ hominum ſolertia ſtudio, & induſtria comparantur, vti ſunt virtutes morales, omneſque ſcientiæ tam ſpeaulatiuæ, quam practicæ, & item artes ac mira hominis inuenta, & opera his omnibus bonis Adam fuit plene locupletatus, & incraſſatus; fuit etiam inpinguatus bonis, quæ Theologi ſupernaturalia, & Diuinitus infuſa nominarunt, ſingulari Dei munere homini ſupernaturalem eius facultatem gratuito donata ſunt, cuius generis numerantur Fides, Spes, Charitas, gratia, omneſque virtutes a Deo infuſæ, nec non iuſtitia originalis, cum ſuis conſequentibus effectibus, quibus omnibus pro complemento adduntur cæleſtia bona in Cælis a Deo homini ipſum diligenti præparata, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt;

2 His bonis Homo incraſſatus, auctus, & inpinguatus eadem Diuina munificentia ad vlterius extenſus eſt, & mirabiliter dilatatus ad illud inquam Dei donum omnium donorum; & bonorum, quæ hominibus dari poſſunt; longe maximum; immenſi ſcilicet amoris Dei erga homines clariſſimum teſtimonium, quo Deus miſerrimum homini ſtatum miſeratus de Cælo miſit in terras filium ſuum humana indutum carne, eumque voluit, quo immortalem perdito homini ſalutem, & dignitatem reſtitueret, poſt multos duroſque toleratos labores, in finem, acerbiſſimam crucis mortem oppetere; Ipſeque filius ſuam perſonalem ſubſiſtentiam; quo munere nihil maius a Deo dari poteſt homini quam cum natura humana a ſe aſſumpta comunicare voluit, ita vt perſona Verbi, quæ fuerat ex æternitate ſubſiſtens in natura Diuina ex tempore etiam ſubſiſteret in natura humana, tanta duarum naturarum Diuinæ, & humanæ in vna Verbi coniunctione, vt idem verus Deus, & verus homo diceretur, & quæ propria Dei ſunt vere attribuerentur homini, & quæ hominis ſunt licet ab ipſa Deitate ſint per ſe remotiſſima vere tamen de ea dicerentur, Huius doni magnitudinem ipſe filius Dei in eo ſermone, quem habuit cum Nicodemo his paucis verbis comendare, & exaggerare voluit Ioan. Cap. 3. ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret vt omnis, qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam; Tot igitur, tantorumque bonorum, quæ Deus partim homini iam dederat partim ſuo tempore daturus erat conſideratione, & æſtimatione ſtupefactus Dauid tenere ſe non potuit, i. q. in Pſalmo 8. exclamaret Domino quin eſt homo, quod memor es eius? aut filius hominis quoniam viſitas eum? minuiſti eum paulo minus ab Angelis gloria, & honore coronaſti eum; & conſtituiſti ſuper opera manum tuarum; ſed ab hac re ſuper ſedeamus vſque ad ſequentem librum.

3 Ad

3 Ad hæc Homo ingratiſſime ſe habuit, & ex diametro Dei munificentiæ beneuolentiæ, & beneficentiæ ſua ſe ingratitudine oppoſuit, & dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo; nam ne contriſtaret delicias vxoris ſuæ potius voluit ei coniuere quam Dei voluntati obedire, & porrecto ſibi fructu vetito potius voluit veſci, quam Diuino mandato obtemperare, ſic operatus eſt primus noſter Parens, cui ſuccedentes filij addentes præuaricationes in tantum corrumperunt vias ſuas, vt Deum (noſtro modo intelligendi prout explicat D. Ambroſius) pænituerit eos feciſſe; & in tantum creuit eorum iniquitas, & peruerſitas vt plurimis modis ſed præcipue in Dijs alienus eum prouocauerunt, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt, immolantes filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs, Dijs quos ignorabant; hoc enim erat tangere pupillam oculi Dei, qui tam serioſe proteſtatur dicens. Honorem meum nemini dabo; ſed pergamus, & videamus maiorem hominum inſaniam. Qui poſt tot portenta in hominum bonum Diuinitus operata in Egipto, & in mari rubro poſt ineffabilia, & innumerabilia beneficia a Deo recepta Vitulum ſibi fecerunt, & eleuantes eum in ſublimi, a terra clamant, Hi ſunt Dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Ægipti; offerentes ei holocauſta, & hoſtias pacificas; & pro complemento tam enormis ſceleris ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere; ecce quomodo Homo dilectus a Deo incraſſatus, impinguatus, dilatatus, ſicut Equus, & mulus recalcitrauit contra tantum Benefactorem.

4 Homo igitur cum in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis; In cuius rei intelligentiam accedendo ad propoſitum intentum notanda ſunt aliqua; primum eſt quod Homo, & Iumentum in pluribus eſſentialibus conueniunt, & in pluribus alijs eſſentialibus differunt, Item in pluribus accidentalibus conueniunt, & in alijs accidentalibus differunt; eſſentialia, in quibus conueniunt ſunt duo magna principia operandi nempe Vegetatiuum, & ſenſitiuum, quibus ſubſunt ſubordinata alia ſpecialiora principia; eſſentialia penes quæ Homo, & iumentum differunt eſt vnum generale principium operandi nempe Rationale cui alia ſubordinantur; Accidentalia vero in quibus conueniunt, & accidentalia, in quibus differunt ſunt operationes prouenientes ab ipſis principijs reſpectiue. Princidium vegetatiuum eſt illud a quo procedit (ſuppoſito Diuino concurſu primum eſſe vitale, & eius conſeruatio, quod alijs tribus principijs diſtinctis, & ſibi ſubordinatis nempe nutritiuo augmentatiuo, & generatiuo; nutritiuum conſeruat in diuiduum mediante alimento, augmentatiuum auget, & generatiuum conſeruat ſpeciem mediante ſemine; Hæc tria principia vt ſunt in eodem viuente non diſtinguuntur realiter, nec interſe, nec ab eodem viuente ſed ad ſummum ſecundum doctrinam Scoti in pluribus locis diſtinguntur formaliter ex natura rei; cum eorum enim omnimoda inſeparabilitate reali ſtat talis eorum diſtinctio, quia de eis a parte rei non poſſunt verificari duo contradictoria.

5 Princiuium ſenſitiuum eſt id, vnde prouenit eſſem animale, hoc comuniter diuiditur in ſenſitiuum interius, & ſenſitiuum exterius; Principium ſenſitiuum exterius eſt cuius organa apparent exterius in corpore, vel cuius actus ſentiuntur in exterioribus partibus corporis; vel cuius actus non præſuponut alios actus (quod quidem principium) eſt quintuplex nempe viſiuum, auditiuum, guſtatiuum, odoratiuum, & tactiuum; Principium ſenſitiuum interius, cuius nimirum actus interius percipiuntur, & præſuponunt actus Principij exterioris prædicti eſt triplex primum dicitur ſenſus comunis; Secundum eſtimatiuum; Tertium Phantaſiæ, de quibus fuſus eſt ſermo in ſecundo libro de Anima per totum; Principiũ ſenſitiuum adhuc eſt triplex ſcilicet

licet cognitiuum internum, & externum; Secundum appetitiuum quo Animal appetit comodum, & incomodum fugit; Tertium motiuum ſecundum locum, & progreſſiuum ad aquirendum bonum concupitum, & fugiendum malum apprehenſum, quod quidem contingit dupliciter primo cauſando motum progreſſiuum perfectum nimirum de loco ad locum, vel imperfectum ſcilicet dilatationis, & reſtrictionis; In iſtis duobus principijs Vegetatiuo, & ſenſitiuo Homo, & Iumentum eſſentialiter, conueniunt quatenus ambo ſunt Animalia, homo enim non poteſt eſſe Animal niſi ſit vegetatiuum, & ſenſitiuum; ſimiliter iumentum quodlibet non poteſt eſſe Animal niſi ſit vegetatiuum, & ſenſitiuum; ergo homo, & iumentum in illis duobus principijs neceſſario, & eſſentialiter conueniunt, quæ conuenientia vocatur generica ſiue in Genere.

6 Differunt vero homo, & iumentum duobus alijs principijs ſiue potius duabus differentijs eſſentialibus rationale, & irrationale, cum audis irrationale noli intelligere quid negatiuum purum, ſed potius ſub intellige quid poſitiuum priuatum ratione, vel quod poſitiuum ſimpliciter circum locutum tamen nomine negatiuo tanquam nobis notiore, ſicut enim non cognoſcimus differentias, ita eas nominare nequimus niſi circum loquendo; Rationale vero dicitur, quia eſt principium operandi cum ratione; ſub hoc Principio rationali ſubordinantur vel potius continentur duo principia Intellectus, & voluntas oppoſita non quidem entitatiue, quia & interſe, & cum Anima ſunt idem realiter ex Scoto in ſecundo ſent. diſt. 16. ſed in modo operandi, quia Intellectus eſt principium operandi naturale, & voluntas eſt principium operandi liberum; Intellectus (pro nunc) habet duas functiones, vna eſt eliciendi, & producendi proprias operationes ſcilicet cognitiones, intellectiones, apprehenſiones compoſitiones diſcurſus, &c. altera functio eſt dirigendi, & regulandi operationes aliarum potentiarum præcipue voluntatis quæ cum ſit cæca indiget Intellectu non tantum oſtendente ſibi obiectum precognitum Sedut, & dirigat ſuas operationes, & eas regulet; ab hac functione innoteſcit nobis, quod intellectus dicatur recta ratio, ſeu rectum dictamen; in quo conſiſtit potiſſima ratio huius differentiæ Hominis a iumentis, Voluntas vero eſt principium operandi libere, & quidem duplici libertate nimirum quo ad exercitium actus ſiue ad contradictorios effectus, vt ad velle, & non velle, vel quo ad ſpecificationem actus, ilibertas eſt ita de eſſentia voluntatis, vt voluntas aut voluntas non eſt aut libera dicenda eſt; Inſuper voluntas eſt principium meriti, & demeriti ergo Homo, & Iumentum per rationale eſſentialiter differunt.

7 Accidentaliter ſiue in Accidentibus conueniunt in operationibus inquam prouenientibus ab illis duobus principis vegetatiuo, & ſenſitiuo; huiuſmodi operationes vocantur accidentia, tum quia entitatiue talia ſunt, tum etiam quia aliquando producuntur aliquando non omnia tamen animalia in ipſis conueniunt, quia quoties eas operationes producunt, non niſi illis duobus comunibus principijs mediantibus naturaliter producunt, Dicitur naturaliter, quia ſupernaliter aliter a Deo poſſunt produci ſupplente vicem Cauſæ ſecundæ. Certum eſt enim quod nutritio, augmentatio, & generatio non poſſunt fieri niſi per potentias principij vegetatiui ſcilicet per nutritiuam augmentatiuam, & generatiuam; Similiter operationes ſenſitiuæ tam interiores, quam exteriores non poſſunt naturaliter fieri niſi per potentias ſenſitiuas interiores ſenſum comunem æſtimatiuam, & Phanțaſiam, & exteriores, viſiuam auditiuam, olfactiuam, guſtatiuam, & tactiuam, quæ potentiæ omnes ſunt virtutes illius magni principij ſenſitiui; non eſt tamen negandum omnes prædictas operationes tam vegetatiuas, quam ſenſitiuas quatenus ſunt ab homine eſſe nobiliores, quam ſint ab alijs Animalibus, tum quia proueniunt a nobi-

a nobilioribus principijs, quæ vltimate reducuntur ad Animam rationalem tanquam ad radicem; In alijs vero Animalibus non niſi ad Animam ſenſitiuam, tum etiam quia terminatur ad nobiliores terminos vt patet diſcurrendo per ſingulas.

8 Homo pariter differt accidentaliter à iumentis, & alijs Animalibus, irrationalibus per operationes, nam Intellectus hominis (vt ordinate procedamus) eſt illa Animæ facultas qua homo cognoſcit, & ſapit, quæ non eſt potentia materialis nec in eſſendo cum ſit ſpiritus, nec etiam in operando ſcilicet per organa determinata aut aliam determinatam corporis partem veluti ſenſus qui ſuas exercet operationes per organa determinata, vt viſionem per oculum, auditionem per aurem, ita Scotus quolib. 9. nec huic aſſertioni officit obijcere Intellectnm in ſua operatione neceſſario conuerti debere ad Phantaſmata, hoc eſt dum Intellectus in ſpecie intelligibili contemplatur vniuerſale opus eſt Phantaſiam tunc temporis ſimul, & ſemel in phantaſmate ſeu in ſpecie ſenſibili ſingulare imaginari; nihil enim aliud eſt Intellectum conuerti ad Phantaſmata ex 1. Sent. diſt. 3. q. 6.; quam quod intelligens vniuerſale per intellectum imaginetur ſingulare ſenſibile per phantaſiam, non officit inquam quia ſecundum aliquos hoc Intellectui accidit in prima motione pro ſtatu iſto, hoc eſt in aquiſitione ſpecierum, & prima intellectione facta per eas; Sic enim concedunt Intellectum phantaſmatibus indigere; tum quia ex ipſis elicit ſpecies intelligibiles, & vniuerſaliter in prima intellectione nihil percipit Intellectus noſter in hac vita niſi via ſenſus qui ſpecies ſenſibiles tranſmittit ad phantaſiam, cuius ſpecies dicuntur phantaſmata, quæ ſub miniſtrant obiecta Intellectui noſtro opera, & miniſterio Intellectus agentis, qua ex talibus, phantaſmatibus elicit ſpecies Intelligibiles; quæ ſunt proxima obiecta Intellectus noſtri; His videtur fauere Scotus in primo diſt. 3. q. 1. ad primum Principale.

9 Quod ſi aſſeratur idem in omni operatione ſiue intellectione, quod ſcilicet Intellectus noſter pro ſtatu iſto debeat conuerti fauet idem Scotus in primo diſt. 3. q. 3. Primo ſed reſtat, & q. 6., & in ſecundo diiſtnt. 3. q. 8. ad primum, & diſt. 11. q. 1., & 4. diſt. 45. q. 1. ad tertium, & quolib. 14., & ratio eſt quia læſa phantaſia impeditur Intellectus operatio quod tamen non arguit materialitatem potentiæ Intellectiuæ, quia hæc dependentia non oritur ex natura Intellectus vt ſic, quia tunc Anima ſeparata neceſſario ſic intelligeret, & operaretur, nec ex eo quod Anima ſit vnita corpori, quia tunc poſt reſurrectionem in gloria ſic intelligeret; nec ex eo quod Anima vnitur corpori mortali, quia in ſtatu Innocentiæ habebant, vel habuiſſent corpora mortalia, & tamen non fuiſſent aſtricti ad ſolum illum modum intelligendi quia aliunde habuiſſent ſpecies intelligibiles rerum; Dices Vnde ergo prouenit? Reſpondetur ob duplicem Cauſam vnam pro Theologis Alteram pro Philoſophis, prima eſt originalis culpa, in cuius penam datus eſt nobis hic infimus, & adeo imperfectus modus intelligendi phantaſmati alligatus, quam cauſam inquit Scotus inſinuaſſe videtur D. Auguſtinus 15. de Trinit. Cap. vltimo quæ Cauſa (inquit) cur lucem ipſam (Diuini Verbi) acie fixa videre non poſſis niſi vtique infirmitas? & quis eam tibi fecit niſi vtique iniquitas? Altera Cauſa pro Philoſophis eſt naturalis ordo iſtarum potentiarum; adeo enim connexæ ſunt Intellectus, & Phantaſia pro ſtatu iſto in ſuis operationibus vt ſuperior operari nequeat abſque famulatu Inferioris.

10 Voluntas rationalis quæ, & appetitus hominis eſt, Regina eſt in toto Regno Animæ quia dominatur, & regit, eique cæteræ potentiæ inſeruiunt eſt potentia ſpiritualis non indigens organo in operando, & Intellectui correſpondens veluti appetitiua ſuæ cognitiuæ, ſicut alijs cognitiuis ſuæ appetitiuæ proportionatæ correſpon-

correſpondent; eſt diſtincta ad Appetitu ſenſitiuo immo ſæpe eſt illi oppoſita, de qua oppoſitione loquens D. Paulus ad Romanos 7. video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis, quam repugnantiam noſmet ipſi frequenter in nobis experimur, dum ex vna parte ab obiecto ſenſibili propoſito illecti circa illud afficimur, ſed ſtatim ex alia melius rationis dictamine conſulti exortum affectum reprimere ſtudemus; Diſtinguitur quoque ab intellectu non quidem realiter, ſed formaliter tantum, & ex natura rei ob oppoſitum, & diuerſum modum operandi; nam Intellectus naturaliter, Voluntas vero libere operatur; Hæc potentia non eſt mere paſſiua, ſed actiue ſe habet in ordine ad actus ſuos ex Concilio Trid. Seſſ. 6. Can. 4., in quo damnatur dicens liberum arbitrium in iuſtificatione noſtra paſſiue tantum ſe habere, cum enim voluntas ſit libera eius libertas conſiſtit, in Dominio, quod ipſa habet ſuper actus ſuos, ſed ad dominium proprium, & verum potentia actiua requiritur, & paſſiua eſt prorſus impertinens, & non ſolum eſt potentia libera formaliter, & eſſentialiter imperans ſibi, cum ſit potentia reflexiua, ſed etiam virtualiter, quia eſt ratio cur aliæ potentiæ naturaliter operantes participatiue ſint liberæ. Eius enim imperium ad omnes hominis potentias ſe extendit. Primo imperat ſibi; Secundo Intellectui ſaltem quo ad exercitium ratione apprehenſionis, & Iudicij; Tertio appetitui ſenſitiuo concupiſcibili, & iraſcibili excitando ad iraſcendum, & concupiſcendum; Quarto loco motiuæ ſcilicet progreſſiuæ, quod experientia conſtat; Quinto cæteris potentijs exteriorum ſenſuum; Sexto etiam potentiæ vegetatiuæ non quidem directe, & perſe, ſed indirecte, per accidens, & diſpoſitiue, quo ad applicationem actiui cum paſſiuo; Voluntas in ſuis actibus ab ea elicitis nullam patitur violentiam, aut neceſſitatem phiſicam bene tamen in actibus ab ea imperatis, & elicitis ab Inferioribus potentijs, quod ſatis patet experientia.

11 Hæc prædicta quæ ſunt propria hominis omnino negantur brutis, & iumentis, nam eorum cognitio, & appetitus ſunt tantum ſenſitiua, & a potentijs ſenſitiuis habent originem; Huiuſmodi autem potentiæ ſecundum eſſe, & ſecundum operari ſunt materiales, & organice, nam (vt incipiamus a cognitiua) ipſa omnino eſt materialis in eſſendo, & diuiſibilis ſecundum diuiſionem corporis, nam educitur de potentia eiuſdem corporis tanquam de potentia materiæ, & cum eo extinguitur eſt quoque materalis in operando; nam patet potentias ſenſitiuas Intrinſecas operari per determinatas partes nempe per organa proportionata, quæ reſident in diuerſis partibus Capitis ſic ſenſus comunis æſtimatiua, & phantaſia. De potentijs ſenſitiuis exterioribus clarius patet eas eſſe materiales in operando; Potentia enim viſiua ſuam operationem, id eſt viſionem producit, & non niſi per organa appropriata nempe per oculos; Potentia auditiua non producit auditionem niſi per aures, idem dic de olfactiua, guſtatiua, & tactiua, quæ habent ſua organa determinata, & diſtincta de quibus, & de alijs fuſe agitur in ſecundo libro de Anima; Potentiæ cognitiuæ correſpondet potentia appetitiua, ſumpto appetitu non pro innato, & naturali qui ſecundum Scotum in 3. diſt. 17., & diſt. 18., & 4. diſt, 39. q. 10. non eſt aliud quam natura cuiuſcumque entis vt in bonum, & comodum ſibi proportionatum inclinata, quo etiam lapis appetit vbi deorſum, & materia appetit formam; ſed pro appetitu elicitiuo ſenſitiuo qui eſt quædam potentia nata ſequi cognitionem proponentem obiectum conueniens, & diſconueniens; Et quod detur talis appetitus ſenſitiuus, quo Animalia appetunt obiecta ſenſibilia a ſenſu propoſita, vt conuenientia, vel fugiunt apprehenſa vt diſconuenientia probat Ariſt. 3. de Anima a textu 40.; In homine patet experientia, vt quando appetimus

aliquod delectabile, quod reſpuit voluntas propter aliquod coniuntum ab intellectu oſtenſum, & aratione dictatnm vt nota Scotus in ſecundo diſt. 6. q. 2.

12 Ex dictis reſultat inter hominem, & iumenta altera diferentia deſumpta, ex modo operandi; Nam iumentum vt pote totum materiale habet potentias materiales tam cognitiuas, quam appetitiuas, reſpicientes ſua obiecta pure materialia nempe ſingularia cum ſuis circumſtantijs materializantibus, ideo non indigent pluribus operationibus, vt illa apprehendant, ſed ſatis eſt, quod potentia cognitiua directa cognoſcat obiectum conueniens, vel diſconueniens, quod potentia appetitiua ſtatim ſine mora, ſine delectu appetit, vel complectendo, vel refugiendo. Non ſic Intellectus, & Voluntas hominis, nam Intellectus etiam pro ſtatu iſto habet quid Vniuerſale pro obiecto, circa quod pluribus operationibus operatur nempe apprehenſione ſimplici terminorum, eorum compoſitione, vel diuiſione, & diſcurſu ideo omnes huiuſmodi operationes ſine ſucceſſu temporis fieri non poſſunt, & hoc etiam in puris ſpeculalibus; nam in praticis Intellectus vlterius progreditur, nam duas functiones, & officia exercet erga voluntatem, quarum prima eſt oſtendere ei obiectum conuenies, vel diſconueniens, Secunda eſt regulare eam in operando, & dirigere eius operationes elicitas, & Imperatas; Voluntas vero quamuis Domina, & Regina ſuarum actionum eſt tamen Cæca, & finita, ideſt finitæ virtutis in operando circa proprium obiectum, quod eſt idem cum obiecto Intellectus; vt eſt potentia cæca indiget lumine, & oſtenſionem intellectus ſaltem in prima, & directa operatione, qua habita poteſt ſeipſa alicere operationem conuerſiuam, & reflexam; Quatenus eſt potentia finita non habens in ſe ſummam rectitudinem poteſt deficere a recto, & deflectere in obliquum; Ideo ſi vult recte operari debet ab Intellectu regulari, & dirigi, & talis eſt obligatio Hominis recte operantis ſi vult a Brutis; & iumentis differre.

13 Sed volens comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis Pſalm. 48. Verſu 13., & 21. hoc alijs plurimis Sacris Scripturis, antiquis, & recentibus hiſtorijs probari poſſet, ſed quia adeſt clara, & frequentiſſima experientia in hominibus cuiuſuis condicionis, quod vtinam non eſſet verum ideo ab his ſuper ſedeamus; Sed ne tranſeamus omnino ieiuni audiamus duo oracula Spiritus Sancti nimirum Duo Sanctos Apoſtolos Giuda fratrem Iacobi minoris pariter Apoſtoli, & Paulum primus de aliquibus Chriſtianis hæreticis ſui temporis inter alia ſcelera ſic ſcribit, quæcumque autem naturaliter tauquam muta animalia norunt in his corrumpuntur, quæ Æcumenius ſic expendit, quæcumque naturali impetu vel appetitione tanquam irrationabilia, vel muta ſeu bruta Animalia norunt, hæc ſectantur velut inſanientes feminaſque appetentes, equi, vel Porci; ſic Æcumenius ideoque corrumpunt corporis, animiq; vires rationem, ſanitatem, integritatem, puritatem, caſtimoniam denique vitam, & naturam ipſam per Crapulam, & libidines contra naturam; Ideo pergit in ſua Canonica idem D. Apoſtolus Hi ſunt in epulis ſuis maculæ. Vbi Syrius iſti ſunt qui in delicijs ſui commaculant; tum corpus Crapula, tum mentem ebrietate, gula, libidine, tum conuiuas praua doctrina, & hæreſi æque, ac detractione maledicentia, atque impudicis verbis, & aſpectibus; Arabicus vertit; iſti ſunt prouocantes ſuper vos reatus: quia ſcilicet vos hæreſi gula, & libidine commaculant, ideoque ire, & vindictæ Diuinæ reos, & obnoxios faciunt; Quid clarius etiam de Luteranis, Caluiniſtis, & alijs hujus temporis hæreticis?

14 Alter Apoſtolus ſcilicet D. Pbulus in illa Epiſtola quam ſcripſit ad Romanos cap. 1. poſt recenſita aliqua delicta, & peccata priſcorum Philoſophorum quos antiqua Gentilitas ſuſpexit tanquam ſapientes

pientes tandem de illis concludit Verſu 24. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, &c. & Verſu 26. propterea tradidit illos Deus in paſſionis ignominiæ, &c. tradidit quaſi diceret; tradidit illos, vt more Brutorum adimplerent ſuas cupiditates ſenſuales, & carnales *ſine dictamine*, & *ſine menſura*; Sed nota quod Deus hos *tradidit* non proprie imittendo, vel impellendo eos ad mala vt vult Caluinus; hæc enim Blaſphemia eſt nimis euidens, & atrox in Deum, eiuſque infinitam bonitatem, & ſanctitatem; ſed tradidit eos Deus in peccata, quia permiſit eos ſuæ concupiſcentiæ, Dæmoni, & occaſionibus peccati, vt fornicatione, & adulterio corpus ſuum dedecorarent; ſicut Deus in pſalm. 80. clare expreſſit dicens dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum ibunt in adinuentionibus *ſuis*, ſic D. Auguſtinus lib. 5. contra Iulianum Cap. 3. ; & de gratia, & libero arbitrio Cap. 21. docet Deum tradere peccatores in praua deſideria quando non ſolum non apponit gratiam, ſed etiam ponit occaſiones, & offendicula peccandi (licet alio, & pio fine) inquæ eos per ſuam malitiam grauius, & turpius impacturos præuidet, non autem prædefinit prædominat, vel impellit. Talis occaſio ſunt opes, honores, deliciæ, quibus impios Deus cumulat, vt ijs bene vtantur; ſcit tamen ideos non facturos, ſed ijs ad peccata abuſuros; Obicit Impius Beza. Deus quaſi Iudex tradit Impios Carnifici ſcilicet peccato ergo non tantum permittit, ſed poſitiuè tradit eos peccato Reſpondetur aliter permittit homo peccata aliter Deus; homo negatiue Deus reſpectu peccatoris non illius peccati quia Deus voluntates omnium hominum arctiſſimè omni potentiæ ſuæ manu quaſi Lupum, vel feram fune conſtrictas tenet quas poſitiue laxare debet, vt male agere poſſit; Vnde recte hæc laxatio, & permiſſio dicitur actio, & traditio maxime quando fit a Deo vt vindice ad puniendum præcederi peccatum.

15 In paſſiones ignominiæ, ideſt in libidines pathicas, ideſt præpoſteras, & pudendas; vt nimirum contra naturam non tantum maſculi cum maſculis, ſed, & feminæ cum feminis omnes naturæ, & honeſtatis limites tranſcendentes commiſtæ ſint ita Ambroſius, & Theodoretus cum alijs; Iam vero Gentiles non tam plebeos, ſed, & Philoſophos ac nominatim Socratem infami hoc vitio laboraſſe tradit Philo de vita contemplatiua lib. 2., Quin, & Laertius in vita Socratis eum in Iudicio, quo ad mortem damnatus eſt ducentis octoginta ſententijs accuſatum fuiſſe præcipue quod Dæos patrios reſpueret, & noua Dæmonia induceret, & quod contras fas, & ius iuuenes corrumperet. Idem vitium Platoni aſcribit Laertius, & alij; Addit D. Griſoſth. ſolonem, & alios Philoſophos non tantum hoc vitio laboraſſe, ſed & illud quaſi honeſtum laudaſſe, & legibus ſanxiſſe ſtatuiſſeque vt illud exercere poſſent liberi non autem ſerui, ac ſi tam infamis vitij vſus eſſet ars liberalis; Talia monſtra quoque ab Hæreſi nata, noſtra vidit, & protulit ætas; Denique vt videatur veriſſimam eſſe hanc Apoſtoli ſententiam, atque philoſophos fuiſſe impuriſſimos, & ſpurciſſimos; Audiantur ex vno Diogene Laertio ſeriatim aliquorum hac de re emblemata: Periander inquit Cratea propria Matre ſua abuſus eſt; Socrates Alcibiadi in delicijs fuit; Theodorus ait Sapientem publice abſque pudore, & ſuſpicione ſcortis congreſſurum; Ariſtoteles Hermiam concubinam amauit, & ei ſacrificauit, Zeno vxores comunes in Republica ſtatuebat, & quid tempus perdimus in recenſendis talibus ſpurcitijs; Eant nunc Politici, & natura liſtæ noſtri Philoſophos hoſce vt viros probos prædicent eos que vt Sanctos, & Beatos canonizent, quos infandæ Veneris mancipia Aſmodæus auctorauit. Orcoque ad dixit; ſicque patet Hominem comparatum iumentis inſipientibus, & ſimilem factum eſſe illis.

De ſindereſi, & Conſcientia, quæ ſunt intrinſecæ humanarum actionum Regulæ Art. 2.

1 CErtiſſimum eſt, euidentiaque clariſſimum hominem in ſuis operationibus tam intrinſecis, quam extrinſecis tunc bene, vel male operari, quando elicit actiones conformes, vel difformes ſuis regulis; quippe qui cum non ſit prima regula operandi defectibilis eſt, & conſequenter indiget ſuperiori dirigente, cui in ſuis actibus conformari debet; Dirigens eſt duplex aliud eſt extrinſecum remotum, & mediatum; & eſt Deus ipſe ſapientiſſimus, cuius Diuina voluntas eſt rectiſſima, & omnino indeclinabilis in operando, & dirigendo, quæ homini innoteſcit, & manifeſtatur per legem precepta, & prohibitiones, quas ipſe vel perſe, vel per Creaturam condit, ſtatuit, & prohibet; de quo erit ſermo in Sequenti articulo; aliud eſt dirigens intrinſecum, & immediatum, quod vocatur ſyndereſis, & conſcientia, quæ ſuperiori lumine illuſtrata poſtea immediate, & proximè dirigit voluntatem humanam, & eius actiones regulat, ſic quod ſequendo huiuſmodi Regulam, vel ſaltem ei non contrariendo a vero, & æquo deflectere nequeat; De hac regula in hoc articulo agendum eſt; Syndereſis ſtricte, & proprie accepta non eſt ipſa potentia, aut ratio Intellectiua, neque paſſio aut actus ipſius Intellectus, aut voluntatis contra Ocham in tertio q. 12., & in q. 17., & alios nominales, qui non ponunt habitus ſeu lumina Animæ, vel intellectui ſuperaddita, & dicunt quod Syndereſis eſt ipſa potentia Intellectiua quatenus inclinata, & nata eſt ad aſſentiendum principijs practicis itaut ſecundum Nominales Syndereſis de materiali ſuponit pro ipſa potentia Intellectiua, & connotat de formali; quod ſit naturaliter inclinata aſſentire principijs praticis, & non dicit habitum, ſeu Lumen diſtinctum ab eſſentia Animæ; Syndereſis igitur ſi proprie accepta eſt Lumen connaturale ſeu inclinatio naturalis inclinans Intellectum ad aſſentiendum naturaliter principijs practicis euidentibus ex terminis dictantibus in vniuerſali aliquid laudabiliter proſſequendum, vel fugiendum eſſe. Ita D. Thomas p.p.q.79. art. 12., & Doctor ſubtilis in ſecundo diſt.29.

2 Principia practica ſiue moralia ſunt Regulæ, vniuerſales ac per ſe notæ humanarum actionum, & quaſi quædam lumina virtutum vera, & incommutabilia ita D. Auguſt. libro 2. de libero arbitrio cap. 10. cuiuſmodi ſunt; bonum honeſtum amplectendum eſſe, malum culpæ eſſe fugiendum, cuique, quod ſuum eſt, reddendum eſſe, & aliæ huiuſmodi; Igitur recte ait D. Thomas loco citato; ſicut naturaliter nobis indita ſunt pirncipia ſpeculabilium v. gratia quicquid eſt, eſt ſubſtantia, vel accidens, omne totum eſt maius ſua parte, quæ pertinent ad ſpecialem habitum, qui ab Ariſtotile 6. ethicorum dicitur Intellectus, ità agibilium principia eorum ſcilicet; quæ ad honeſte viuendum pertinent ad alium ſpecialem habitum ſpectant quem vocamus Syndereſim; alioquin de moralibus non eſſet aliqua ſcientia, ſed vel eſſet proceſſus in Infinitum in principijs, vel nullum eſſet notum, immo nec aliqua concluſio; nam principia agibilium non poſſunt eſſe nota ex principijs ſpeculabilium, ſed ſolum ipſæ ſunt ex illis, tanquam ex eis dependentes; oportet ergo dare in agibilibus principium, vel principia perſe nota naturaliter, de quibus non contingat aliquem dubitare, & quorum termini ſint naturaliter noti vt videtur; ſicut, & terminus entis in comuni, nec accipitur notitia eorum ex ipſis.

3 Sed hic aduertendum eſt, quod eſt diſcrimen inter Syndereſim, conſcientiam, rationem, prudentiam, legem, & liberum

rum arbitrium ; nam ratio eſt potentia ipſa Intellectiua , Syndereſis ſic eſt lumen , ſiue habitus naturalis ſuperadditus: Item ratio in cognoſcendo deliberando , & iudicando poteſt errare , ſyndereſis autem non quia recte ſemper dictat , & inclinat ; Item ſyndereſis differt a prudentia quia *ſyndereſis eſt ſolum reſpuctu principiorum vniuerſalium*, prudentia autem,*ſeu recta* ratio agibilium eſt maxime *reſpectu* particularium ; quia prudentia eſt habitus aquiſitus , Syndereſis autem eſt habitus innatus vt patet ex dictis ; Item Syndereſis differt a lege naturali , quia ſyndereſis eſt predictus habitus , vel lumen naturale ad ſtatim aſſentiendum principijs , & dictaminibus practicis ſtatim vt proponuntur , Lex autem naturalis eſt ipſum dictamen productam de illis principijs , atque ita dicitur Lex naturæ nobis impreſſa , & indita a natura, quia *apprehenſis* terminis ſtatim virtute Syndereſis Intellectus format iudicia , & dictamina hæc ; Item Syndereſis differt a libero arbitrio , quod eſt facultas rationis , & voluntatis ; & quatenus dicit aliquid pertinens ad intellectum eſt *reſpectu* particularium , & poteſt errare ; Syndereſis autem non .

4 Syndereſis proprie ſumpta non poteſt quo ad ſuam eſſentiam extingui nec auferri , neque deprauari , ita omnes communiter ; quod tamen probatur, quia manente re non poteſt auferri ab ea id, *quod eſt illi* eſſentiale , & de intrinſeca eius ratione , aut quod eſt ipſi rei connaturale ; ſed Syndereſis , vel eſt ipſamet potentia Intellectiua naturaliter inclinata , vel ipſa eius naturalis inclinatio ; quod idem eſt ſecundum nominales , vel eſt Lumen , vel habitus naturalis Animæ, &c. ſecundum reales ergo manente homine , vel Animu eius non poteſt ab ea auferri , vel extingui naturale lumen , vel hæc inclinatio , & confirmatur, quia manet in damnatis in Inferno, qui habent remorſum conſcientiæ , qui non poteſt eſſe ſint Syndereſi ergo a fortiori manet ſemper in Viatoribus ; tum quia D. Hieronymus in Gloſſa Ezechielis . Primo dicit quod Syndereſis eſt ſcintilla rationis non extinguibilis Idem docet D. Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. Dei vbi dicit, quod vitium non delet extrema naturæ veſtigia, idem alij aſſerunt ; Quod autem deprauari non poſſit patet , quia per nullam potentiam naturalem poteſt conuerti aut mutari in oppoſitam inclinationem naturalem eadem ratione qua , & non poteſt auferri quia non poteſt eſſe illa inclinatio Intellectus practici talis , quod naturaliter inclinetur ad aſſentiendum malo , & diſſentiendum principijs practicis euidentibus ; & forte propter præfatam naturalem inclinationem Syndereſis ab ea in auferibilem dixit D. Ambroſius relatus a Magiſtro in ſecundo diſt. 39. quod noſtra voluntas naturaliter vult bonum ideſt conformiter ad naturalem inclinationem ſyndereſis ad bonum inclinatur , quamuis propter libertatem ſuam non neceſſitetur ad illud, & ſine ſpeciali auxilio , vel gratia Dei non poſſit illud efficaciter velle vt ibi dicit Magiſter Sententiarum ,

5 Syndereſis quoad actum ſuum immediatum qui eſt aſſenſus practicus principij euidentis exterminis non poteſt extingui abſorberi , & deprauari ita Scotus in ſecundo diſt. 39. q. 1. , & 2. , & ratio eſt, quia notitia principiorum non dependet a voluntate, ſed ex notitia terminorum , quibus complexis non poteſt intellectus non aſſentire principio , vel complesſioni ergo malitia voluntatis non poteſt extinguere , abſorbere , & deprauare ſyderesim quoad actum eius immediatum , atque adeo Intellectum excæcare Scotus in 2. diſt. 6. q. 1., & 2. probatur antecedēs quia termini ſunt Cauſa totius notitiæ primi principij tā in ſpeculabilibus, quā in practicis; principia enim cognoſcimus in quantum terminos cognoſcimus ex 1. Poſt. t. c. 6. , & forma ſylogiſtica eſt euidens omni Intellectui per definitionem , ſylogiſmi perfecti ex primo Priorum Cap. 1. vbi inquit Ariſtoteles Perfectum itaque voco ſylogiſmum nullo

alio

alio indigentem præter aſſumpta vt neceſſarius appareat, igitur terminis apprehenſis, & compoſitis, & facta deductione ſylogiſtica neceſſe eſt Intellectum aquieſcere Concluſioni, cuius notitia dependet præciſe ex notitia principij, & ex notitia deductionis Sylogiſticæ, exempli gratia ſummum bonum eſt ſumme diligendum, Deus eſt ſumme bonus, ſi Intellectus diſtincte apprehendat hoc principium ſummum bonum eſt ſumme diligendum, & ſciat ſylogiſmum eſſe conſequentiam neceſſario illatiuam; tunc neceſſario aſſentiet concluſioni deductæ ex tali principio, & minori ſub ſumpta Deus eſt ſumme bonus; igitur impoſſibile eſt voluntatem Intellectum conſiderantem principium, & deductionem ſylogiſticam facere errare circa concluſionem ſic deductam, & multo minus circa principia; Hac ratione concludit Scotus, quod nedum malitia in voluntate non eſt corruptiua Iudicij de principio practico, ſic vt faciat Intellectum errare circa principium agibile, ſicut nec circa principium ſpeculabile; ſed nec etiam circa concluſionem euidenter deductam ex principio Vide Scotum in tertio diſt. 36. q. vnica.

6 Ex his patet falſum eſſe id, quod dicit Corduba lib. 3. q. 11. nempe quod malitia voluntatis poteſt extinguere ſynderesim quo ad actum eius immediatum itaut deprauata voluntas poſſit imperare Intellectui vt diſſentiat primis principijs per ſe notis etiam terminis clare apprehenſis, & aſſentire eorum oppoſitis, quia habita notitia terminorum principij practici, aut poteſt habere notitiam veritatis illius principij aut non; ſi non ergo nihil poſterius poteſt cognoſcere; quia a mota prima notitia a mouetur poſterior, & deſtructis primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere, & negatis primis principijs nihil ſcitur ex primo Poſter; aut poteſt habere talem notitiam, & tunc vel exterminis ipſius, & habetur propoſitum, vel ex alio principio magis noto atque ita illud non eſt principium, & erit proceſſus in Infinitum, quem negat Ariſtoteles vbi ſupra; vel habet eam a poſteriori magis noto, & hoc eſt impoſſibile, quia in principio concurrunt, & notius ſimpliciter, & notius quoad nos, ideſt primum principium, & eſt notius ſimpliciter, & notius quo ad nos; In ſynderesi ergo recta primorum principiorum per ſe notorum non contingit error, quod verum eſt, ita in practicis ſicut in ſpeculabilibus; tum quia talia ſunt manifeſta, & patentia de ſe, ſicut Ianua in domo; Tum quia ſi in principijs contingeret error, & per conſequens contingeret de eis dubitare nihil poſſet ſciri, quia principium tale per ſe notum non poteſt ex alio demonſtrari. Tum quia circa concluſionem euidenter deductam ex principio non contingit errare, ſed Intellectus tali concluſioni naturaliter aſſenſit, & veraciter; ergo nec multo minus circa principium.

7 Synderesis quo ad actum eius immediatum licet non poſſit extingui per errorem poteſt tamen impediri per auerſionem Scotus vbi ſupra; prima pars eſt quod Synderesis quoad actum eius immediatum non poteſt extingui per errorem iam eſt probata in ſuperiori nomero; Secunda quod poſſit impediri per auerſionem, & hec probatur, quia poteſt non præſentari principium practicum ipſi Intellectui etiamſi ipſi termini ei proponantur, & per conſequens tunc non fiet apprehenſio terminorum, neque Iudicium aliquod; Probatur antecedens quia Intellectus non ſemper aduertit ad quæcunque euidentia per ſe nota ei propoſita etiam quia poteſt voluntas imperio ſuæ libertatis diſtrahere Intellectum ne ſufficienter aduertat circa principia; & poteſt etiam conuertere ipſum ad conſiderandum alia vt dicit Scotus in tertio diſt. 36. q. vnica; Tum etiam quia poteſt ratio turbari tantum pœnis, & delectationibus, aut alia indiſpoſitione, vt infirmitatis, & læſionis organorum, quod terminos principijs clarè opprehendere

dere non poſſit, aut ne poſſit ſe conuertere ſufficienter ad bene circa ipſum aduertendum, & per conſequens ne producat aſſenſum ipſius, vt patet in amentibus, & phreneticis Tertia pars Concluſionis dictæ, quod nimirum ſic auertere ſeu impedire Intellectum non ſit excæcare probat Scotus loco citato quia ſic poſſet auertere etiam ſtante Synderesi, & prudentia; poſſibile eſt enim prudentem non ſemper conſiderare ea quæ ſunt prudentiæ, ſed voluntarie quandoque alia, ſed ſtante actuali ſynderesi, aut prudentia ſeu recto dictamine in Intellectu non poteſt dici Intellectus excæcatus, ergo ex hoc ſolum quod voluntas auertit Intellectum ab actuali conſideratione recta circa ea, quæ ſunt prudentiæ non dicitur excæcare Intellectum, cum vt ſic non ſit error in Intellectu.

8 Actus mediatus ſynderesis eſt actus deductus ex principijs deliberatione ſeu ſylogizatione media, qui actus eſt immediatus conſcientiæ, ſiue ipſamet conſcientia ideo quidquid dicitur de conſcientia, & actu eius immediato verificatur etiam de actu mediato Synderesi quantum ad corrumpit, & non corrumpi, &c. Conſcientia eſt habitus concluſionis practicæ ſecundum cuius actum nata eſt conformari electio recta in agibilibus, probatur; quia conſcientia formatur ex aliqua propoſitione particulari ſub ſumpta, ſub vniuerſali Regula agendorum pertinente ad Syndereſim; v. gratia ſynderesis ponit in Sylogiſmo practico iſtam maiorem propoſitionem nullum illicitum eſt faciendum, Ratio vero aut ſuperior, aut inferior ſubſumit ſeu ponit in eodem ſylogiſmo iſtam minorem fornicatio eſt illicita, quia a Deo prohibita ſecundum rationem ſuperiorem, & quia in honeſta ſecundum rationem inferiorum, & deinde ſequitur concluſio, quæ ſpectat ad conſcientia videlicet quod fornicatio non eſt facienda ergo conſcientia eſt notitia concluſionis practicis. Hinc ob officio ſuo ſortita eſt ſuam definitionem; Conſcientia enim eſt iudicium practicum Intellectus, quo iudicamus aliquid eſſe vetitum, vel præceptum, bonum vel malum; Dicitur primo Iudicium practicum, quia conſcientia eſt actus quidam Intellectus circa res agendus in particulari mouens affectum ad opus, quo pacto dicimus conſcientiam obligare inſtigare vrgere, reprehendere, iuſtificare, laudare, & conſolari pro varietate factorum, & actorum, & agendorum, quæ propria ſunt actus; nec eſt potentia; quia deponi non poſſet nec habitus proprie, quia hic non dicitur accuſare aut reprehendere.

9 Dicitur ſecundo in definitione; Intellectus, quia omne Iudicium pertinet ad Intellectum ad voluntatem autem ſpectat per quandam extenſionem vocabuli, ſolemus enim dicere aliquem eſſe bonæ, vel male conſcientiæ, hoc eſt honeſte vel in honeſte operari ſic primæ ad Timoth. primo retine bonam conſcientiam ideſt voluntatem, & operationem conformem rectæ rationi ſiue rectæ conſcientiæ. Dicitur tertio quo iudicamus, &c. quia tres ſunt actus præcipui conſcientiæ primus teſtificari an res ſit facta nec ne, ſecundus accuſare, vel excuſare, prout eſt bene, vel male facta; Tertius obligare, & ſtimulare ad rem faciendam. Ex predicta definitione tria colliguntur primum, quod conſcientia eſt iudicium practicum Intellectus iudicatio rationabiliter aliquid hic, & nunc agendum eſſe tanquam bonum honeſtum: vel fugiendum eſſe tanquam turpi, & inhoneſtum, per diſcurſum deductum ex vniuerſalibus principijs, & per ſe notis contentis in ſynderesi, vt omne bonum honeſtum eſt amplectendum, & omne malum eſt fugiendum, ſed furtum quod heri feciſti erat malum quia Diuina lege prohibitum; ergo hoc furtum heri factum erat fugiendum ſecundum quod colligitur, eſt hanc eſſe differentiam inter ſyndereſim, & conſcientiam quod Syndereſis indictando; & dirigendo reſpicit vniuerſaliſſimas regulas operandi; conſcientiam ve-

ro

ro particularia practica deriuata ab illis vniuerſalibus regulis per infallibilem diſcurſum Intellectus practici; Tertium colligitur hominem in ſuis operationibus recte faciendis debet quidem regulari Syndereſi, & conſcientia cum hac tamen differentia reſpiciendo ſcilicet ſyndereſim tanquam regulam remotam, & quodammodo ſpeculatiuam; Conſcientiam vero tanquam regulam propinquam, & immediatam, & hic eſt, & nunc practicam; Quamuis enim iudicet quis iuxta Syndereſim v. gratia die facto non eſſe laborandum, ſi tamen iudicet die hoc feſtiuo ad querendum cibum laborare poſſe (hæc enim duo iudicia ſimul ſtare valent) poteri ſine peccato laborare, quia licet tunc agat aduerſus primum Iudicium ſynderesis non tamen agit contra poſterius conſcientiæ, quæ eſt regula proxima iuxta quam ſuas actiones dirigere omnino tenetur.

10 Conſcientia eſt quintuplex. Prima eſt conſcientia recta, quæ cognoſcit obiectum ſicuti reuera eſt, nempe id eſſe prohibitum ſicut reuera eſt quod eſt difforme recto dictamini, id vero eſſe præceptum, quod eſt illi conforme ex quo naſcitur appetitus rectus vel malus; Ideoque recta ratio dicitur Regula humanæ actionis vera, & certa; Secunda eſt conſcientia erronea, ſiue errans, quæ cognoſcit obiectum aliter, ac reuera eſt, & ideo ſemper eſt improbabilis; ſi enim conſcientia non eſt conformis rei, & tamen appareat conformis ex vi alicuius falſæ rationis, qua conſcientia decepta certo putat rem ita eſſe, errare dicitur in iudicio, vt ſiquis motus reuerentia debita Eccleſiæ certo ſibi perſuaderet expuere in illa eſſe peccatum mortale; Tertia eſt conſcientia probabilis, ſeu opinatiua, quæ cognoſcit obiecta per media probabilia, vel fundata in alterius auctoritate fide digni, vel in ipſa ratione cum aliqua formidine de oppoſito; Quarta eſt conſcientia dubia quando ſcilicet Intellectus eſt omnino anceps, vel ſuſpenſus nullamque rationem ſaltem probabilem habet per quam inclinet ad aliquam partem, diciturque dubium negatiuum, quia negatiue ſe habet Intellectus in illa incertitudine, nec ſcilicet aſſentiendo nec diſſentiendo, quod ſi aliqua ratio appareat, ſed non adeo efficax vt Intellectum mouere poſſit ad aliquem prudentem aſſenſum, dicitur etiam conſcientia dubia, & recte ab aliquibus appellatur ſuſpicio. Quia tunc cum non pertingatur ad probabilitatem adhuc Intellectus negatiue ſe habet ad aſſenſum, & diſſenſum; Sic eſſet ſi vnus teſtis non multum probatæ fidei affirmaret hanc pecuniam a me in via forte repertam eſſe Pauli, & alter infirmæ ſimilis fidei negaret; Quinta eſt conſcientia ſcrupuloſa, quæ aſſentitur vni parti cum formidine alterius ob leuiſſimas, & apparentes rationes ideo ſic deſcribitur apprehenſio ex leuiſſimis rationibus orta iudicium certum, vel probabili nequaquam includens.

11 Quantum ad primam conſcientiam veram, & rectam certum eſt ipſam precipiendo, vel prohibendo, obligare voluntatum vt peccet niſi illam in operando ſequatur, quia voluntas peccat ſi in operatione non ſequatur ſuam regulam, ſed conſcientia recte precipiens aut prohibens eſt proxima regula voluntatis operantis mouentiſque alias potentias ad operandum ex D. Thoma 12. q. 19. art. 3., & 4. ergo peccat voluntas ipſeque homo niſi conſcientiam recte præcipientem, vel prohibentem ſequatur; Quantum ad conſcientiam errantem nulli dubium eſt ipſam dari, nam de eodem obiecto poſſunt haberi oppoſiti actus credendi, vel oppoſitæ fides, nimirum de Chriſto credit Chriſtianus, quod eſt Deus Saracenus, vel Iudæus quod non eſt Deus, & conſequenter ſunt diuerſæ conſcientiæ nempe conſcientia Chriſtiani quod eſt adorandus, & conſcientia Saraceni, quod non eſt adorando, & per conſequens altera eſt erronea alioquin contradictoria ſimul eſſe vera, & falſa; item Intellectus ad

quem

quem pertinet cõſcientia dependet in actu ſuo, & mouetur ſaltem remote a phantaſmate; phantaſia autem eſt mater erroris circa illa, quæ non ſunt per ſe nota, circa quæ verſatur conſcientia ergo conſcientia poteſt errare vel eſſe erronea ſiue ſit in actu, ſiue in habitu; Dices conſcientia errare non poteſt, tum quia eſt lex naturalis mentis noſtræ, tum quia eſt quædam ſcientia, in ſcientia autem non eſt error, tum quia ſi conſcientia erraret hoc præcipue contingeret ex vehementia paſſionis, ſed hoc eſt falſum, quia etiam ipſa remurmurat in paſſione; Reſpondetur quod conſcientia non eſt talis lex, quæ non poſſit eſſe obliqua, & non recta, ſed tantum ſynderesis in mente noſtra eſt eiuſmodi lex. Ad ſecundum dicitur, quod non ſemper conſcientia eſt vera ſcientia, ſed extimata, & eſt erronea frequenter, quia non ſemper concluſio euidenter deducitur ex principijs practicis quia Intellectus poteſt errare in ſuoſ mendo minorem: Ad tertium reſpondetur, quod circa paſſionem poteſt aliquis ſe bene habere, & male, nec oportet quod paſſio inducat errorem, quia aliunde poteſt induci; itaut conſcientia poſſit erronea, & approbatiua falſorum pro veris, vel reprobatiua verorum pro falſis.

12 Peccatum eſt agere contra conſcientiam errantem, eſt comunis ſententia apud Vaſquez diſp. 59. Cap. 2. colligitur ex Iure canonico in Cap. Inquiſitioni de ſent. excom., & Cap. litteras de reſtitute; Spoliatorum, & ratio eſt quia proxima Regula humanæ actionis eſt conſcientia; Lex enim naturalis reſpicit operationes noſtras quatenus liberas; liberæ autem ſunt, quando procedunt a principio cognoſcente; quare non imputabitur culpæ operatio, quæ eſt contra Legem Diuinam, & naturalem niſi quatenus a nobis cognoſcitur ita eſſe ſed ſæpe ſic non cognoſcitur, niſi per conſcientiam errantem ergo ſic obligat, &c. Confirmatur quia is, qui agit contra conſcientiam agit contra id, quod putat eſſe peccatum, & contra legem Dei; Ideoque dicitur conſcienticntia Iudex, & Regula noſtrarum operationum; Immo tale peccatum eſt agere contra conſcientiam erroneam, quale ipſa dictat, erit enim mortale ſi ipſa dictat eſſe mortale; Veniale ſi dictet eſſe veniale, quia habet tantum vim obligandi ratione legis quam demonſtrat, & applicat menti noſtræ; Vnde ſi applicet legem, cuius tranſgreſſio exiſtimetur obligare ad mortale erit etiam mortalis; ſi obligare ad veniale erit etiam venialis tranſgreſſio; Quod ſi conſcientia dictet eſſe tantum peccatum indeterminate non autem definite mortale, vel veniale dicunt Vaſquez loco citato Cap. 3 Azorius Cap. 8. q. 6. eſſe mortale propter periculum, cui ſe exponit ſic operans Nauarrus tamen præludio q. n. 9., & Filicuius tractatione 21. num. 118. cum alijs dicunt eſſe veniale; quia non poteſt Cauſa infundere in effectum id quod ipſa non habet in ſe, non ergo infundet grauitatem mortalem conſcientia quæ in ſe non iudicat eſſe mortale.

13 Trita eſt, & vulgaris apud Theologos morales diuiſio illa conſcientiæ errantis in errantem inuincibiliter, & errantem vincibiliter; conſcientia errans inuincibiliter eſt illa, quæ nec poteſt, nec debet errorem deponere, & habet vim obligandi, ita vt debeamus operari ſecundum iudicium talis conſcienticntiæ eſt ſententia comunis ex Vaſquez diſp. 60. Cap. 2. Azorio q. 8. Filiucio tractatione 21. num. 120., quia ita obligat ad operandum, vt non poſſimus aliter liberari a periculo labendi in peccatum niſi operando iuxta talem conſcientiam, eo enim errore ſuppoſito per accidens; & poſitiue nos obligat ad ita faciendum; Exemplum eſſe poteſt in eo qui ex conſcientia erronea exiſtimat ob votum Religionis ſe teneri ad non reddendum debitum, nec cum inceſtu cum conſanguinea poſſe item tale debitum Vxori reddere, talis enim dum eſt in ea conſcientia obligatur ad continendum, & non reddendum debitum;

debitum; Conſcientia errans vincibiliter eſt, quæ errorem poteſt, & obligatur deponere morali modo vel oratione, vel proprio ſtudio, vel conſilio peritorum; Hæc conſcientia habet vim obligandi ad non agendum contra ipſam, dum ea manet, quia fieret contra conſcientiam, quia tamen ſupponitur eſſe vincibilis error deponi debet, cum deponi poſſit vt ſupponitur, quo depoſito libere poſſumus operari contra illam; exemplum eſſe poteſt in eo qui putat ex ſponſalibus factis ſe non poſſe ingredi Religionem, cuius habet votum, & tamen hoc certiſſimum eſt quod non ſolum ſponſalia dirimuntur, ſed etiam matrimonium ratum non conſumatum per verba de preſenti contractum per ingreſſum, & profeſſionem validam in Religionem approbatam ab Eccleſia, nihilominus manente tali conſcientia erronea talis obligatur ad non agendum contra eam, quia tamen ea vincibilis eſt deponi debet, qua depoſita licite iuxta votum poteſt ingredi Religionem.

14 Hinc ſequitur ratione conſcientiæ numquam hominem eſſe perplexum, ſeu obligatum ad contradictoria ita vt operando, vel non operando peccet ſi enim conſcientia ſit ex errore inuincibili operando iuxta eam non peccat; ſi ex vincibili peccaret quidem operando ſecundum illam ſicut etiam non operando, ſed quia poteſt, & debet eam deponere; Ideo ſi non deponet illi attribuitur perplexitas; Videndus eſt D. Bonauentura in ſecundo diſt. 39. art. 1. q. 3.; Sequitur ſecundo hoc interreſſe inter conſcientiam errantem inuincibiliter, & conſcientiam errantem vincibiliter; quod illa voluntatem obligat adeo vt niſi eam ſequatur peccet; ad hanc autem ſequendum Voluntas non obligatur, ſed tantum ad ei non repugnandum quandiu perſeuerat, obligatur tamen ad deponendum errorem vel ſtudio proprio, vel conſilio peritorum, vel oratione ad Patrem luminum, maxime ſi verſetur circa rem grauem, quod ſi non valet errorem deponere moraliter tunc operatur cum errore inuincibili, quod ſi contingat aliquem inuincibiliter errare habendo conſcientiam inuincibiliter errantem dictando contradictoria v. gratia obligatum eſſe audire ſacrum cum infirmum curat, & peccare ſi infirmum deſerat obmiſſam audiendam, in tali caſu dicendam nullum peccatum committere eligendo quamlibet partem, quia non adeſt libertas ſufficiens ad peccandum, cum enim vna ex illis contradictorijs ſit illi neceſſario eligenda, & in illa repreſentetur peccatum, iam peccatum erit neceſſario eligendum, quod eſt falſum, & abſurdum.

15 Conſcientia opinatiua ſiue probabilis eſt aſſenſus Intellectus de aliqua re, qui nitatur rationi, vel auctoritati alicuius momenti, modo pro parte oppoſita nihil appareat conuincens, quamuis adſit non nulla eius partis oppoſitæ formido. Quando talis aſſenſus innititur rationi dicitur probabilitas intrinſeca; quando vero innititur auctoritati dicitur probabilitas extrinſeca; Vnius Doctoris probi, & docti auctoritas opinionem reddit probabilem, quia non leue eſt fundamentum eius auctoritas, eo vel maxime, quando iſte doctus vir rem ex profeſſo tractat firmam que rationem pro ſe habet nec apparet contra ipſum aliquod conuincens, nec adictant opinionem probabilem requiritur multitudo Doctorum ad iſtam inquam opinionem probabilem intrinſicam; Conceditur tamen multitudinem doctorum ad probabilitatem extrinſecam; Ad faciendam bonam electionem opinionis ſex Reguli optime dictabunt de quibus Azorius lib. 2. Cap. 9., & ſequentibus, & Filicuius loco cit. num. 140. Prima quotieſcumque ſententia aliqua eſt manifeſta ex fide, vel ei maxima accedit illa præferenda eſt non eget probatione, Secunda quæ magis nititur ſenſuit intelligentia iuris, & legis aut conſuetudine, & vſu magis probatur præferenda eſt alijs, quod valet in materia legis poſitiuæ, nam contra legem

gem naturalem, & Diuinam non habet locum conſuetudo; Tertia in rebus pænalibus, quæ ſpectant ad odia ſententia mitior eſt amplectenda iuxta Regulam iuris odia ſunt reſtringenda; Quarta quando ſunt duæ opiniones in cæteris pares, ſed altera earum tutior eſt hæc vt plurimum ante ferenda eſt; Quinta Comunis opinio Doctorum in rebus agendis regulariter præferenda eſt, ſi ſit de re Theologica comunis opinio debet eſſe Theologorum ſi de re canonica Canoniſtarum ſi de re legali iuriſtarum. Ad hoc vt dicatur opinio comunis debent eſſe Doctores plures, vt ſi ſex, vel ſeptem eandem quæſtionem tractent quinque debent eſſe; Sexta Regula quando plures opiniones in cæteris pares ſunt præferenda eſt eaquæ magis fauet Religioni; pietati,& Iuri,& in Cauſis matrimonialibus illa, quæ magis fauet Matrimonio preſertim contracto In materia deuoto iuramento vltima voluntate illa quæ magis fauet vouentibus, iurantibus, & teſtatoribus, Denique ea quæ magis patrocinatur pupillis; viduis, peregrinis cæteriſque miſerabilibus perſonis.

16 Licitum eſt ſequi opinionem probabiliorem relicta minus probabili etiã ſi ſit magis tuta vt qui dubitat de proprietate rei quam habet apud ſe cum poſſeſſione bonæ fidei opinio enim probabilior aſſerit non teneri ad reſtitutionem, tutius tamen eſt ſi reſtituat; nec obſtat in dubijs ſequendam eſſe partem tutiorem quia non ſumus in dubijs, ſed in opinionibus probabilibus; Item licitum, eſt ſequi opinionem minus probabilem etiam ſi minus tuta ſit, eſt communis Recentiorum maxime Nauarri Capit. 27. num. 288.; dum dicit in foro conſcientiæ, ad effectum non peccandi ſufficit eligere pro vera eius opinionem, quem merito cenſemus eſſe virum idonea ſcientia ad id, & conſcientia præditum, & ratio ea eſt inquit Filiucius loco cit. num. 128. quia talis prudenter operatur credendo peritis in arte, & ſapientum Iudicio ſe ſubmittens, nec requiritur certitudo bene operandi, quia ſic neque liceret ſequi probabiliorem minus tutam; Aduocatus tueri non poteſt cauſam aperte iniuſtam, ſed quando poſt ſufficientem diligentiam iuſtitia eſt dubia ob varias opiniones relicta probabiliore poterit ſequi minus probabilem iuris, vel facti, quia eius officium non eſt definire ſed proponere tantum fundamenta iuris, & facti, & rationes, quæ facere poterunt pro Cauſa clientis, & Iudex ijs expenſis ſententiam feret; fieri autem poteſt, vt quæ Aduocato videtur minus probabilis Iudici probabilior appareat, vt ergo quilibet ex collitigantibus proponere poteſt Iudici quæ ſuæ parte fauere cenſentur ita poterit Aduocatus,

17 Iudex in ijs, quæ ſunt Iuris, cum vtraque opinio eſt æque probabilis poteſt eligere, quam maluerit partem, cum vero altera fuerit probabilior, hanc tenetur ſequi ſiue ſit ſuperior, ſiue ſit Inferior Iudex eſt comunis Doctorum ex Vaſquez diſput. 64. Cap. 2. apud Filiucium loco vbi ſupra num. 144.; Dicitur primo in ijs, quæ ſunt iuris, quia in ijs que ſunt facti ſi ſunt duæ opiniones æquæ probabiles, quia ſcilicet vtraque pars factum ſuum probet teſtimonijs, & inſtrumentis æque probabilibus compoſitio in Ciuilibus facienda eſt; in Criminalibus Reo fauendum eſt; ſi vna probabilior fuerit, hec ſequenda; Dicitur ſecundum cum vtraque ſit æque probabilis, nam licet aliqui aſſerant tunc iudicem debere componere litigantes, quod probabile eſt; attamen dari tunc electionem Iudici videtur probabilius, cum ex ſui officij debito non magis vni debeat bonum fauorabilis conferre, quam alteri, ideoque dabitur optio, ſicut in beneficio datur optio Collatori, cum duo ſunt æque digni; Dicitur; Tertio cum altera ſit probabilior, licet enim probabilis ſententia ſit poſſe tunc Iudicem ſequi etiam minus probabilem; attamen contrarie probabilius cenſet teneri

neri tunc iudicare ſecundum probabiliorem; Iudex in iudicando hunc ordinem ſeruabit, primo ſufficiens examen præmittet tam circa factum, quam circa ius iuxta allegata, & approbata; Secundo ſi nulla pars defecerit in allegandis, & probandis, quæ ſunt facti tunc iuxta probabiliorem iuris ſententiam feret iudicium, ſi altera defecerit, alteri adiudicabit; Tertio non debet alteri parti aperire, quæ ſunt allegata, vel probata ab altera; Id enim ad Aduocatum ſpectat.

18 Conſcientia dubia eſt, quando non valet Intellectus ſe in alteram partem inclinare, ſed anceps eſt, & ſuſpenſus; quod ſi in aliquam partem ſe magis inflectat dum modo illi non aſſentiatur erit ſuſpicio; Dubium duplex eſt, dubium facti, & dubium iuris; Dubium facti dicitur, quo ambigitur an aliquid factum ſit an non, vt an ſim baptizatus confirmatus, &c. ex hoc dubio facti oritur dubium iuris v. gratia dubitans vtrum votum Religionis emiſerit mox dubitare incipit vtrum teneatur ad illud; Dubium Iuris dicitur, quod eſt de obligatione, aut facultate legitima agendi, vel de legitimo actus valore, Iuris dubium diuiditur in dubium mere, & pure ſpeculatiuum, in quo ſcilicet directe non quæritur, nec dubitatur de praxi ſeu de humana actione, vt an licita ſit an non; ſed dubitatur de alio legitimo abſtracto vt dubitare an Baptiſmus conferat gratiam opere operato, & in dubium practicum, eſtque, in quo directe agitur de praxi ideſt de actione humana morali, num ea licita ſit; Hoc dubium practicum dulex eſt ſecundum Sanchez lib. 2. de Matrim. diſp. 41. num. 4., & lib. Moralium Cap. 5. vnum generale vt cum dubitatur vtrum in die feſto liceat bellare piſcari pingere, &c. Alterum eſt dubium proprie practicum ſeu practice practicum cum ſcilicet in particulari dubitatur, vt an hic, & nunc ſcilicet in feſto S. Petri liceat pingere bellare, &c. merito autem hoc dubium appellatur proprie, ſiue practice practicum quia proxime, & propinque eſt de praxi, ſeu actione morali ſpectatis ſingulis eius circumſtantijs. Dubium vero illud generale magis remotum a praxi a quibuſdam ſpeculatiuum vocari ſolet, comperatione videlicet alterius dubij magis practici vt notarunt Sanchez locis citatis, & Laiman tract. 1. libro 1. Capit. 5.

19 Operari cum conſcientia practice dubia peccatum eſt ex communi ſententia quia ſic operans exponit ſe periculo peccandi ſi dubium tale eſt de modo, & tunc peccat eodem genere peccati cui ſe exponit ſicut docet D. Thomas quolib. 8. art. 13., vt ſi dubitetur eſſe mortale erit mortale, ſi veniale Veniale, ſi ſacrilegium aut ſimonia, vel periurium, erit ſacrilegium aut ſimonium, vel periurium, ampliatur hæc doctrina etiam ad caſū tenui iudicio iudicat rem eſſe quo licitam; quia perinde eſt, ac ſi maneret ſuſpenſus, Dictum eſt cum conſcientia practica, quia ſi ſit ſpeculatiua tantum practica autem hic, & nunc non ſit dubia operari licet abſque peccato; Quod ſi etiam practice ſit dubia (vt fere ex dubia ſpeculatiue conſequi ſolet etiam practice dubia) ſic non poterit; Ideoque ad variandum iudicium practicum a ſpeculatiuo duo requiruntur. Primum vt adhibeatur ſufficiens diligentia ad vincendum dubium ſpeculatiuum 2. Secundum vt ad ſit rationabilis Cauſa perſuadens ad variandum tale iudicium v. gratia ad laborandum in die feſto Cauſa ſufficiens eſt neceſſitas, & paupertas; iuuat poſſeſſio in quacumque materia, & maxime in materia ad iuſtitiam pertinente, itaut poſſeſſione interueniente poſſit quis operari contra conſcientiam ſpeculatiue dubiam, eam practice deponendo; Coaruuias Regula. Poſſeſſor parte Secunda lib. 7. num. 4., & ratio eſt; quia poſſeſſio eſt quoddam ius inſiſtendi rei, habendi illam, & percipiendo fructus eius; qui habet ergo poſſeſſionem habet maius ius, ideoque præferendus alteri; licet enim ſit pars in

proprietate, ſuperat tamen in poſſeſſione, atque ita habet iuſtam Cauſam variandi iudicium ſpeculatiuum; Huic conſonat Regula iuris in 6. In pari Cauſa, & delicto melior eſt condicio poſſidentis; Quæ doctrina non ſolum vera eſt cum rationes proprietatis ſunt pares, verum etiam cum aliqua maior eſſet in fauorem alterius non poſſidentis; Ideoque talis poſſeſſor poteſt rationabiliter variare Iudicium ob talem Poſſeſſionem. Ita Filiucius tractatione 21. a numero 153. ad 159.

20 Quæ Regula Canonica ſic intellecta vera eſt etiam in alijs materijs pertinentibus ad alias virtutes, & ratio eſt quia poſſeſſio eſt titulus vniuerſalis omnibus virtutibus competens, & communiter loquendo Voluntas dicitur poſſidere ſuam libertatem, quare cum ſunt pares rationes probantes obligationem, & libertatem ius libertatis præponderat, ius inquam poſſeſſionis libertatis, ideoque poſt adhibitam diligentiam ad inquirendum veritatem non erit opus ſequi partem tutiorem, ſed depoſita conſcientia dubia adhærere minus tutæ ob poſſeſſionem libertatis; Confirmatur quia eadem ratio eſt in his virtutibus, & in materia iuſtitiæ; Et in foro externo in dubio obligationis præſumitur pro libertate ergo etiam in foro interno; Debet tamen eſſe par ratio, ſiue Cauſa ad hoc vt poſſeſſio vincat, alioquin contingere poteſt, vt imparitas impediat alterius poſſeſſionem; vt ſi certus ſim de pecunia mutuo accepta dubius autem de reſtitutione teneor ſoluere quia non eſt Æqualis ſolutio dubia debito certo ſic etiam ſi certus ſim de voto emiſſo dubius de adimpletione teneor adimplere, vide Filiucium loco cit. num. 159. & 160. Notandum eſt hic partem eſſe tutiorem dignoſci poſſe ex non nullis regulis ſequentibus traditis ab Azorio lib. 2. Cap. 18. q. 4. Prima Regula; pars, in qua nullum peccatum eſt, aut in qua eligitur minus malum illa eſt tutior minus autem malum cenſetur tranſgredi præceptum humanum quam Diuinum poſitiuum quam naturale, & hoc Regulariter; Secunda Regula quando omnibus conſideratis non apparet maior vis vnius præcepti ad obligandum, quam alterius; tunc poteſt eligi vtrumlibet; ſi tamen probabilior ſit obligatio vnius, quam alterius illud erit præponendum; Tertia Regula, quando paruus exceſſus eſſet obligationis in vno, quam in altero, tunc ſi omittatur id, quod ſuperat in obligatione eſſet veniale peccatum tantum ob paruum exceſſum, & conſequenter ob paruum materiam.

21 Scrupulus eſt quædam leuis ſuſpicio, aut æſtimatio orta ex leuibus rationibus, & fundamentis, quo quis credit aliquid eſſe peccatum, quod reuera non eſt; Hic ſcrupulus aliquando poteſt eſſe cum aſſenſu leui, aliquando cum dubio; Dicitur ſcrupulus quia inijcit in Animum quandam ſollicitudinem, & anxietatem cruciantem conſcientiam ad inſtar lapilli latentis in calceo, qui pedem vexat, & lædit; Conſcientiam ſcrupuloſam multa ſigna indicant; Primum ſæpe interrogare, & præter vſitatum morem de eadem re, & materia; Secundum quia credit aliquid eſſe peccatum ſine fundamento; vel certe ob leuem rationem; Tertium quia res quaſcumque reuocat in dubium, & aliquando manet ſuſpenſus; Hinc patet ſcrupulos, vel contingere ex peccatis commiſſis, cum quis nimis, & anxius in ſæpius confitendis, & examinandis an integre vt oportebat confeſſus ſit, an conſenſerit alicui malo obiecto, an vouerit aut iurauerit aliquid ſe facturum; vel ex peccatis cauendis in futurum; aut cum dubitat an hoc, vel illud facere liceat, an faciat votum in omnibus, quæ proponit, vel decernit facere. Contra hanc conſcientiam dictantem aliquid eſſe peccatum licitum eſt operari, quia ea non obſtante poteſt haberi iudicium probabile, quod illud non ſit peccatum, quia ſi poteſt operari cum opinione probabili contra opinionem probabilem; ergo multo magis

gis

gis contra conſcientiam ſcrupuloſum, vide plures, apud Filiuc. tract. 21. a nu. 175. ad numerum 178.

22 Triplicia remedia conferunt ad repellendos ſcrupulos, aliqua ſunt naturalia, vt primo auertere aliò cogitationem, ſpernendo ſcrupulos, ac ſi eiuſmodi cogitationes non acciderent; Secundo medicina contra malencholiam, & moderata recreatio lætitia, cibus, & aliquando pharmacum ſi cauſa ſit naturalis; Tertio facere contra ſcrupulum, iudicium in oppoſitum viriliter inflectendo; Aliqua ſunt remedia moralia; & primo nunquam iudicare aliquid eſſe peccatum, vel ſe conſenſiſſe in peccatum mortale niſi id certo deprehendat; Vide Layman tract. primo Cap. 6. num. 2.; Secundò ea ſolum confiteri, quæ maniſeſte eſſe peccata cognouerit, non dubia aut ſcrupulos; Tertio Confeſſarium non de quiquſcumque dubijs conſulere, ſed ſæpe proprijs rationibus, & regulis a Confeſſario præſcriptis vti ad pellendos ſcrupulos; Quarto confeſſiones non repetere, ſed poſtquam ſemel, vel Confeſſarij iudicio, vel ſuo ſaltem probabili integre confeſſum fuiſſe viſum eſt aquieſcere; Quinto perſuadere ſibi, quod vnuſquiſque iudicio Confeſſarij, alterius que viri docti, ac probi aquieſcere poſſe, ac omnino debere ob damna, quæ ſcrupuloſo impendent ſi conſilia, & remedia reſpuat, & poſt vnius eiuſmodi viri reſponſum accepit, quod ſcrupuloſus alios conſulere non debeat; Sexto aliorum bonorum virorum vitam, & conſuetudinem poſſe eſſe beneuiuendi regulam, & quod illi abſque peccato agunt, vel agi poſſe arbitrantur ſcrupuloſus ſequi poteſt, immo etiam interdum debet; Septimo noſce, quod præcepta præſertim poſitiua, & affirmatiua non ſecundum rigorem, ſed ſecundum epicheiam intelligenda eſſe; Octauo ſentire de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis cap. 1. neque æſtimare Legiſlatorem rigidum, & durum vt bonæ voluntatis hominibus peccata irrationabiliter aſcribat, & pænam immiſericorditer decernat, neque Deum, aut Eccleſiam ſuis præceptis efficere velle, vt homo inſtultitiam cadat, quod ſcrupuloſo denique continget; Layman vbi ſupra. Alia remedia ſunt ſuper naturalia nempe diſponere ſe ad gratiam, & auxilium Dei; Secundo diffidere in proprijs viribus, & ſoli Deo inniti; Tertio continuatio deuotæ orationis; Quarto ſollicitudo in cauenda peccata manifeſta tam mortalia, quam venialia; Vide Filiucium, &c.

De Voluntate Diuina extrinſeca Regula humanarum actionum. Articulus 3.

1 DIctum eſt ſuperius duplicem eſſe Regulam humanarum actionum intrinſecum, & imediatam vnam, alteram extrinſecam, & mediatam. Prima ideſt ſynderesis, & conſcientia in præterito articulo explicata eſt, in hoc de ſecunda agendum eſt nempe de Diuina voluntate, & legibus; In primis aduertendum eſt ad bonitatem humanæ actionis omnino exigi conformitatem eius cum Diuina voluntate quia hec eſt prima, & perfectiſſima Regula; de modo eſt aliqua difficultas; Id enim quadrupliciter eſſe poteſt; primo quia noſtra voluntas ſit conformis in re volita vt nimirum idem velimus, quod Deus vult, & dicitur conformitas ſecundum materiam; Secundo in ratione volendi, quia ſcilicet velimus propter eundem finem, & rationem, & dicitur conformitas ſecundum formam, nam finis eſt quaſi forma obiecti voluntatis; Tertio quia ſit conformis in virtute ſiue habitu, quia ſcilicet velimus per eundem habitum, & virtutem, & dicitur conformitas ſecundum formam intrinſecam; Quarto quia

quia ſit conformis in dependentia, & motione noſtræ voluntatis à Diuina quia id velimus quo Deus vult nos velle, & dicitur conformitas ſecundum Cauſam efficientem; Secundo aduertendum eſt, quod cum à Theologis differitur de conformitate voluntatis noſtræ ad Diuinam non quæritur de conformitate earum ſecundum eſſe reale aut in eſſendo prout quælibet eſt quædam res ſecundum ſe, quia ſic quælibet voluntas creata conformatur voluntati Diuinæ; quia omnis imago eſt aliquomodo conformis ei, cuius eſt imago, ſed omnis voluntas creata eſt imago voluntatis Diuinæ ergo eſt aliquo modo ei conformis; De qua confirmitate non eſt hic ſermo, ſed de confirmitate earum ſecundum tendentiam in obiectum.

2 Quod vt facile, & bene intelligatur ſcire oportet, quod voluntas noſtra, quæ eſt voluntas, & potentia Animæ, ſecundum quam homo factus eſt ad imaginem Dei conformis eſt per imitationem increatæ voluntati in cunctis hominibus, ſed perficitur conformitas iſta per habitum iuſtitiæ aquiſitæ, vel infuſæ, & conſumatur per ſimilitudinem gratiæ in habitu Charitatis, quæ eſt ſimilitudo Diuinæ bonitatis ſupernaturalis; Per denominationem autem ab hac voluntate etiam actus voluntatis, qui eſt velle vocatur voluntas; qui actus quamuis prout eſt actus voluntatis, ſecundum quod eſt ipſa naturalis potentia ſit bonus ex ſua natura atque conformis actui Diuinæ voluntatis; Nihilominus in quantum eſt voluntatis prout ipſa ex libertate habet actus ſui dominium, & propter hoc in ſuo actu laudabilis, vetuperabiliſue conſiſtit; ſic ſpeciali modo poteſt conformari voluntati Diuinæ per modum quo participans aliquam formam conformatur ei in quo eſt forma eſſentialiter, ac perfecte quemadmodum lumen ipſum conformatur luci; Hoc clare docet D. Bonau. in p. diſt. 48. art. 1. q. 1. ad penultimum argumentum, vbi ponit duplicem conformitatem alteram longinquam, & hæc attenditur in Imagine; aliam propinquam, quæ conſiſtit in ſimilitudine; & quoad primam confirmitatem voluntas creata ſeipſa conformatur, ſed quo ad ſecundum non ſe ipſa conformatur, ſed mediante gratia; Hoc idem ſentit D. Thomas in ſcripto dicens quod conformitas iſta poteſt dupliciter intelligi primo modo de ipſa potentia voluntatis, quæ data eſt homini ad exemplar voluntatis Diuinæ, quæ ſpectat ad ſimilitudinem in qua ratio Imaginis conſiſtit, quæ Imago comunis eſt bonis, & malis; Secundo conformitas iſta poteſt intelligi de actu voluntatis, qui et voluntas vocatur, de prima non agitur in hoc loco ſed in 3. diſt. primi De ſecunda vero hic diſceptatur, quia in ea meritum, demeritumque conſiſtit; prima comunis eſt bonis, ac malis ſecunda eſt tantum bonorum ſicut difformitas eſt tantum malorum.

3 Sed dices quomodo conformari poteſt voluntas Creata voluntati increatæ cum ſint diſtantes in Infinitum? Reſpondetur, quod diſtantia voluntatis humanæ a Diuina non impedit conformitatem proportionabilitatis, ſed conformitatem æqualitatis, duplex enim eſt conformitas; vna perfecta æqualitatem includens qualis eſt filij ad Patrem, & talis non poteſt eſſe alicuius Creaturæ ad Deum, cum infinite diſtent; alia imperfecta, & non ſecundum eundem modum, & ſic voluntas Creata conformatur Diuinæ. Item duplex eſt diſtantia vna eſſentialis, alia proportionalis, prima quidam intercedit inter voluntatem Diuinam, & humanam, nam Diuina voluntas eſt realiter Diuina eſſentia, quæ in Infinitum excedit humanam voluntatem. Secunda vero diſtantia non eſt diſtantia in infinitum, & dicitur proportio per relationem voluntatis humanæ ad Diuinam ſicut dicitur homo bonus per relationem bonitatis ſuæ ad increatam; Voluntas enim Dei vt eſt finis voluntatis humanæ non eſt voluntas abſoluta, ſed vt regulans ſecundum

com-

complacentiam hominis voluntatem in omni ſua conuerſatione, & ſic non eſt intereas Infinita diſtantia. Rurſus duplex eſt proportio vna virtutis, altera Imitationis, prima non poteſt eſſe inter Deum, & Creaturam, & de hac intelligitur dictum illud Ariſtotelicum ex 8. phiſicorum depromptum, quod illa, quæ in Infinitum diſtant non poſſunt conformari; Secunda vero proportio cadit inter Diuinam voluntatem, & voluntatem Creatam; eſt quoque ſecundum aliquos Scotiitas conformitas in ratione formali ſeu in eſſe quiditatiuo ambarum voluntatum, quod ſic declarant. Primo, quia ſicut Diuinæ voluntati in quantum voluntas eſt repugnat operari per modum naturæ; ſic, & Creatæ in quantum voluntas eſt; Secundo ſicut Voluntas Diuina ſecundum modum operandi eſt poſterior Intellectu; ita & voluntas Creata; Tertio ſicut voluntas Diuina, eſt domina ſui actus, ſic & creata, & ſic de alijs, quibus patet, quod ibi eſt conformitas in proportionalitate in eſſe quidditatiuo.

4 Sicut conformitas humanæ voluntatis ad Diuinam in quatuor poteſt attendi. Primo in volito vt ſcilicet velimus quod Deus vult; Secundo in motiuo ſcilicet vt velimus quod Deus vult nos velli; Tertio in modo, vt velimus eo modo quo Deus vult, ita quod ſicut Deus omnia quæ vult vult ex Charitate, ita etiam homo quicquid vult velit ex Charitati; Quarto intermino, vel in fine vltimo, vt ſicut Deus omnia voluit produxit, & ordinauit propter ſui gloriam, & honorem, ita nos quicquid volumus, & facimus, propter Dei gloriam, & honorem velimus, & facimus ſic difformitas, ſiue in conformitas quattuor modis contingere poteſt. Primo quando quis conformatur in volito tantum ſicut Iudæi conformes erant Deo de morte Chriſti; Secundo cum aliquis Diuinæ voluntati non conformatur in modo vt quando illud quod vult non vult ex Charitate; Tertio cum non conformatur in motiuo, quod contingit quando homo non vult, quod Deus vult eum velle; Quarto cum non conformatur in fine vltimo, ſicut quando vult aliquid propter proprium comodum, & non propter Dei gloriam, & honorem tanquam vltimum finem; & generaliter loquendo quoties actus voluntatis non eſt perfecte conformis Diuinæ voluntati tunc eſt conſequenter difformis in eo quod deficit.

5 Quando voluntas creata eſt conformis Diuinæ in volito præciſe non dicitur bona, & per conſequens non ſufficit pro rectitudine, Quia quod conuenit carenti rectitudine voluntatis hoc non ſufficit ad habendam huiuſmodi rectitudinem, ſed conformatio tantum in volito conuenit quandoq; peſſimis hominibus, quia peſſimus homo poteſt velle mortem Patris ſui pro illo tunc, in quo etiam Deus vult Patrem ſuum mori; hoc poteſt manifeſtari exemplo paſſionis Chriſti Domini noſtri nam eandem mortem volebat Deus Pater quam, & Iudæi Crucifixores, ſed Deus Pater volebat eam iuſta voluntate Idæi autem peruerſa; Hinc D. Auguſtinus in Enchiridion ſic ait Deus quaſdam voluntates ſuas vtique bonas implet per malorum hominum voluntates malas, ſicut per maleuolos Iudæos bona voluntate Patris Chriſtus pro nobis occiſus eſt, quod tantum bonum fuit, vt Apoſtolus Petrus, quando id fieri nolebat Satanas ab ipſo, qui occiſus eſt, diceretur, ideo inquit Magiſter in primo diſt. 48. in littera, quod ſimpliciter concedendum, eſt quod Deus voluit Chriſtum pati, & mori, qui eius paſſio, & hominum fuit, & Cauſa noſtræ ſalutis; ſi obijcias ſicut humanus Intellectus ſe habet ad Diuinum, ſic voluntas ad voluntatem ſed Creatus Intellectus eſt rectus qui conformat ſe intellectui Diuino in re intellecta, ergo, & omnis voluntas Creata, Reſpondetur ex Scoto in primo diſt. 48. queſt. vnica; non aſſumitur ſimile quoniam veritas, & adæquatio Intellectus. Creati ab obiecto duntaxat dependet, ab eo enim quod res eſt vel non eſt oratio dicitur vera, uel falſa ex primo Perhierm:

bonitas

bonitas autem voluntatis non dependet præciſe ab obiecto præſentato, & acceptato; ſed etiam a Circumſtantijs, & præcipue a fine quando quidem omnis noſtra actio potiſſime ordinata eſt ad finem vltimum.

6 Hinc patere poteſt quidnam ſufficiat ad rectitudinem *voluntatis humanæ*; ſi *enim agamus philoſophice* certum eſt *omnes* circumſtantias copulatiue requiri ad huiuſmodi retitudinem moralem, de quibus in ſequentibus erit longior ſermo; Si vero Theologice loquamur, vlterius requiritur quod habitu Charitatis informata voluntas Creata velit ea, quæ ſecundum legem Euangelicam ſunt volibilia; ſeruata potiſſimum circumſtantia boni finis; Hoc confirmatur. Auctoritate D. Dionyſij *lib.* de Diuinis Nominibus Cap. 4. dicentis bonum eſt ex integra Cauſa malum vero ex ſingularibus defectibus, & Ariſt. lib. 2. Ethic. Cap. 5., & lib. 3. aſſerit actum non eſſe bonum moraliter niſi concurrentibus omnibus debitis circumſtantijs; ſed ſi quæcumque voluntas; Creata Diuinæ voluntati conformis eſt nedum in volito ſeu in obiecto, & actu, ſed etiam in ratione volendi ſic videlicet; quod vult illud quod Diuina voluntas vult eam velle; & eo modo, quo vult eam velle, tunc habet omnes circumſtantias requiſitas, & conſequenter tunc eſt bona, & *recta; & ratio eſt* quia omne quod Deus vult eo *ipſo eſt* bonum; Voluntas enim Diuina eſt Cauſa bonitatis in obiecto volito, & propterea quicquid creatum vult Deus eſt bonum ex hoc ipſo, quod vult Deus; Voluntas autem creata non eſt Cauſa bonitatis in obiecto volito, ſed e conuerſo; quoniam obiectum eſt bonum; idcirco illud vult uoluntas Creata, & ſic bona dicitur quoniam uult bonum.

7 Vniuerſaliter loquendo Creata uoluntas debet increatæ uoluntati ſe conformare tanquam ſuæ in obliquabili Regulæ, & ad eam ſequendam reducitur omnis obligatio, non eſt enim poteſtas niſi a Deo, quæ autem a Deo ſunt ordinata ſunt Rom. 13. niſi enim talis reductio fieret ad Diuinam uoluntatem profecto nulla rectitudo inueniretur inter res Creatas, cum inter illas ſit maxima obliquitas, & tortuoſitas, & in ipſis Angelis ſuis reperiat prauitatem; quamuis enim ſint perfectiſſimæ Craturæ naturaliter loquendo, non tamen ſunt prima Regula ſui in operando, & non recte operantur niſi a Diuina uoluntate accipiant rectitudinem; Item Creatura eſt ſuo Creatori, & conſeruatori ſubiecta ergo utroque titulo eſt illi conformanda in ſuis operationibus, titulo quidem Creationis, quia ſicut per Creationem accipit eſſe ita, & operari, & modum operandi, ſed a Deo nihil niſi rectum per Creationem poteſt procedere ergo Creatura cum eſſe accipit rectitudinem; titulo etiam conſeruationis, nam Creatura per conſeruationem ſemper accipit eſſe, & continue dependat a ſuo Conſeruatore ergo, & modum operandi accipit, quod inter omnes Creaturas uerificatur potiſſimum de Homine, qui cum a Deo per Creationem inter alia acceperit per conſeruationem, & ſemper accipiat eſſe liberum, & libere operari neceſſario in hoc debet conformari in ſuis operationibus uoluntati ſui Creatoris, & Conſeruatoris.

8 Licet in re uolita non ſit neceſſe uoluntatem noſtram eſſe conformem Diuinæ ex D. Auguſtino in Enchiridion Cap. 101. dicente, aliquando bona uoluntati homo uult aliquid, quod Deus non uult tanquam ſi bonus filius Patrem uult uiuere quem Deus bona uoluntate uult mori; & ratio eſt quia Idem poteſt appetit ab homine, & non appetit a Deo, & ab utroque ob bonum motiuum ut in exemplo allato filius ob bonum priuatum ſuum, & familie non uult mortem Patris, Deus ob comune bonum, & gloriam ſuam eam appetit; ſic etiam uxor bona uoluntate nollet Mariti mortem ob priuatum ſuum damnum Iudex bene poteſt uelle eam ob bonum publicum quia La-

tro eſt; Tamen in obiecto formali, & ratione volendi in comuni neceſſe eſt uoluntatem noſtram eſſe conformem cum Diuina, quia id non eſt aliud, quam dicere nos omnia debere velle ob rationem honeſti; Deus enim quicquid vult ſub hac ratione vult nec poteſt aliter velle, vt & ad bonam actionem requiritur, propter honeſtatem ergo, &c. Dictum eſt, In comuni; quia non eſt neceſſe vt noſtra voluntas ſit conformis in ratione volendi in particulari, ſiue quia ex nobis plerumque ſit ignota, ſiue quia etiam ſi eſſet nota non extat præceptum quo tenemur uelle ſub ea ratione, nec ratiò id dictat, quod ſi conſtaret Dei voluntas, etiam circa eam rationem in particulari; tunc etiam teneremur; Debemus tamen non habere voluntatem contrariam illi rationi ſub qua voluit Deus, quia enim illa ratio honeſta fuit non poſſumus eam nolle; Denique laudabile eſt ſemper conformare voluntatem noſtram cum Diuina etiam quo ad obiectum formale in particulari quia bona pars fælicitatis noſtræ conſiſtit in concordia voluntatis noſtræ, cum Diuina ut dicit D. Anſelmus libr. de ſimilit. Cap. 63.

9 Ex his vnum certiſſimum colligitur, quod quilibet ſubiectus legi tenetur conformiter agere legi, & per conſequens voluntati Legiſlatoris alioquin non eſſet ſubiectus legi, omnis autem Creatura rationalis, vel intellectualis eſt ſubiecta legi Diuinæ naturali (vt probatum eſt) quam impreſſit ei, vel legi, quam in ſcripturis illi expreſſit, vel in aliquo ſibi incluſo, igitur tenetur conformiter agere legi, & per conſequens Diuinæ voluntati legem inſtituenti, ſiue ſit Lex naturæ, ſiue ſcripturæ; ſed notandum eſt quod ad hanc conformitatem tenemur de neceſſitate quantum ad præcepta, & in operibus præceptorum; non autem quantum ad conſilia neque in operibus conſiliorum; Præceptorum vero quædam ſunt affirmatiua, & quædam negatiua, quæ alio nomine prohibitiones vocantur, & reſpectu vtrorumque ſemper tenemur ad conformitatem in habitu; Præcepta vero affirmatiua obligant ad actum conformitatis ſemper ſed non ad ſemper, ſed pro loco, & tempore, & ideo talem actualem conformitatem noſtræ voluntatis ad Diuinam voluntatem nobis expreſſam in præceptis affirmatiuis ſemper tenemur habere non tamen pro ſemper pro loco, & tempore, & ſi non habemus ipſam peccamus; Præcepta autem negatiua obligant ſemper, & pro ſemper quantum ad negationem actuum prohibitorum ſicut non velle occidere, non velle mechari, non velle ſurari, Quantum autem ad actus poſitiuos, ſi ſint aliqui correſpondentes negatiuis, qualis actus eſt nolle occidere, vel nolle mechari tenemur habere conformitatem actualem non pro ſemper, ſed pro loco, & tempore, quamuis aliquibus videatur, & probabiliter, quod præcepto negatiuo non reſpondeat aliquis actus poſitiuus imperatus ab ipſo, ſed actus negatiuus alioquin eſſet præceptum affirmatiuum.

10 An vero teneamur conformare uoluntatem noſtram uoluntati Diuinæ in modo, uel forma uolendi ita quod uelimus omnia ex Charitate ſicut Deus; pro reſolutione huius dubij eſt controuerſia inter Doctores quidam enim dixerunt quod operari ex Charitate eſſe de neceſſitate, uel cadere ſub præcepto poteſt dupliciter conſiderari, uno modo quantum ad intentionem præcipientis ſcilicet ad conſequendum præmium, quod præcipiens intendit dare, & ſic cadit ſub præcepto in Adultis tantum, quia nullus actus eſt meritorius de condigno uitæ æternæ præmij, quod intendit Deum niſi actu Charitate formatus, alio modo quantum ad obligationem eius, cui præcipitur ſcilicet ad euitandum culpam, & peccatum, & per conſequens, uel punitionem uel damnationem, & ſic aſſeruerunt, quod implere præceptum ex Charitate, uel Charitatem habere non eſt neceſſarium, nec per conſequens uoluntatem noſtram oportet Diuinæ uoluntati conformare ex Charitate quantum ad obligationem illius, cui fit

præceptum

præceptum ad punitionem, vel culpam vitandam ſi non habet Charitatem, & ratio illorum eſt, quod implens præceptum de honorando Parente licet non habeat Charitatem non peccat quamuis non mereatur vitam æternam ergo ſimiliter de alijs præceptis; Præterea ad illud non obligatur homo nec tenetur de neceſſitate, quod non eſt in poteſtate ſua ſed Charitas non eſt in poteſtate Creaturæ ergo, &c. Item modus præcepti non cadit ſub præcepto ergo eſſe in Charitate non cadit ſub præcepto.

11 Alijs nihilominus viſum eſt quod habere Charitatem, vel diligere ex Charitate eſt neceſſarium, & quantum ad intentionem precipientis, & quo ad obligationem præcepti; tamen dixerunt quod eſt præceptum affirmatiuum quod licet ſemper ad Charitatem teneamur non tamen pro ſemper, ſed pro tempore, & loco, & ſic reſolutione affirmarunt, quod homo tenetur conformare voluntatem ſuam Diuinæ voluntati, & in forma, & in modo volendi ex Charitate non tamen pro ſemper ſcilicet pro tempore, & loco; pro quo alias incurraret damnationem, & peccatum mortale non habendo Charitatem, & non faciendo, quod in ſe eſt vt habeat Charitatem; & in hoc tenetur voluntatem ſuam voluntati Diuinæ conformare probant hanc ſuam opinionem ſic; Illud ſine quo non tollitur peccatum mortale, ſiue originale cadit ſub præcepto vtroque modo; ſed hoc eſt Charitas, vt patet ergo; Item Illud pro cuius omiſſione, vel ad cuius omiſſionem homo damnatur, vel incurrit damnationem cadit ſub præcepto quantum ad obligationem, & pœnam omittendi, ſed propter omiſſionum Charitatis homo damnatur, & incurrit pœnam damnationis; patet ex parabola ſaluatoris de non habente veſtem nuptialem, per quam ſecundum Sanctos, & Doctores intelligitur Charitas, & proiectus eſt in tenebras exteriores.

12 Peccatores obſtinati ſecundum D. Bonauenturam tenentur conformari voluntati Diuinæ, ſicut, & alij licet non pro quolibet inſtanti ſed pro loco, & tempore quoniam nullis eſt adeo obſtinatus, quod non poſſit facere, quod in ſe eſt, & qui non poſſit redire ad cor; tempus autem eſt, inquit Idem Seraphicus Doctor quando Deus viſitat interiori locutione, vel exteriori ſcilicet prædicatione, vel ex ſcripturæ locutione, vel aliquo tali in quo eſt opportunitas redeundi ad cor, Vnde ſi tunc negligit, incidit in contemptum, & peccatum omiſſionis; Hinc Alexander Alenſis 2. p. q. 8. uicit, quod quando gratia Dei excitat peccatorem ad conuertendum faciens recognoſcere peccatum ſuum tunc tenetur conteri, vel dolere actu de peccatis, & quandiu manet in peccatis non eſt conformis Diuinæ voluntati etiam ſi velit facere aliquod bonum ex genere ſcilicet ieiunare eleemoſinam dare, & huiuſmodi; quæ Deus vult, & approbat; Quod ſi dicatur quod quicumque non facit id, ad quod tenetur ex hoc ipſo peccat mortaliter, ſi ergo exiſtentes in peccato tenetur voluntatem ſuam Diuinæ voluntati conformare videtur, quod quodlibet peccatum ſit duplex Reſpondetur non ſequi quia ex quo non tenemur vt ſemper actu in omnibus ſimus Deo conformes; ſed ſufficit quod in habitu ſimus conformes, in actu autem quandoque ſcilicet pro loco, & tempore; Idcirco qui venialiter peccat, licet faciat præter hanc conformitatem, ſicut præter legem, non tamen facit directe contra conformitatem, qui tenetur habere; nam ſicut peccatum veniale non eſt contra Charitatem ſed contra feruorem eius quem minuit, ita nec eſt contra conformitatem licet ſit contra eius intenſionem.

13 Peccans mortaliter ſecundum Alexandrum Alenſem 2. p. q. 41. Membr. 5. non tenetur velle quod Deus ſibi ſubtrahat gratiam, ait enim quod voluntas dicitur reſpectu actionis, & interdum reſpectu ceſſationis; cum dicitur Deus vult ſubtrahere alicui gratiam non dicitur voluntas reſpectu alicuius actionis; ſed reſpe-

tu ceſſationis. Voluntas vero ceſſationis non dicit voluntatem in aliquid, & ideo non tenetur quiſpiam velle quod Deus ſibi ſubtrahat gratiam; Si Deus alicui peccanti mortaliter ſuam damnationem reuelaret, an iſte teneretur ſe conformare Diuinæ voluntati, variæ ſunt reſponſiones Theologorum D. Thomas in ſcripto, &c. inquit quod caſus iſte eſt impoſſibilis, quoniam nulli ſua damnatio reuelatur, ſi tamen reuelaretur poſſet intelligi quaſi comminatorie dictum teneretur tamen velle voluntate deliberatiua Ordinem iſtum iuſtitiæ, quod ſi in mortali deceſſerit damnaretur quoniam Deus hoc vult, & non damnationem per ſe niſi per culpam; dictum illius ſancti doctoris quod nimirum iſte caſus ſit impoſſibilis nam talis cogeretur deſperare, quod impoſſibile eſt ſecundum potentiam Dei ordinariam; ſi fieret igitur talis reuelatio deberet intelligi ſecundum comminationem, & non ſecundum præſcientiam, reuelatio autem comminatoria non ſemper impletur; ſicut nec prophetia comminationis; D. Bonauentura tametſi impoſſibilem, vel quaſi impoſſibilem eſſe fateatur, tamen inquit in damnatione perpetua duo eſſe ſpectanda, quorum alterum eſt inflictio pænæ, aliud eſt æterna ſeparatio a Deo; primam quidem debet velle homo peccator propter amorem Dei, & iuſtitiæ eius, nam quilibet plus debet diligere recto ordine Deum quam ſeipſum ſecundum vero nullo modo velle debet Immo ſemper velle contrarium.

14. Paſſiones ſanctorum poſſumus velle, & nolle, & vtrumque bona voluntate ſi rectos nobis proponamus fines, nam cui placuit Pauli paſſio eo fine, quia præmium eius per hoc auctum, & paratum cernebat bonam videtur habuiſſe voluntatem; qui autem voluit eum declinare paſſionem, & effugere manus Iniquorum compaſſione pietatis, & ille habuit bonam voluntatem; Paſſiones itaque Sanctorum poſſumus velle etiam meritorie intuitu maioris gloriæ eorum; & demeritoriæ intuitu tormenti ipſorum, hoc eſt in quantum per paſſiones, & aduerſa in tantum profecerunt in gratia, & gloria, immo, & nobis exempla exhibuerunt virtutum ſic congratulandum eſt eis in paſſionibus ipſis, non autem in quantum ſunt ſimpliciter paſſiones, & tormenta eos affligentia; ſed vtrum Sancti conformantes ſe Diuinæ voluntati debeant velle pænas damnatorum Ricchardu in p. Sent. diſt. 47. q. 2. art. 3. diſtinguit, nam aut loquimur de Sanctis qui ſunt in via, vel de Sanctis qui ſunt in patria, ſi de primis ſit ſermo volunt voluntate deliberatiua pænas damnaturom non quia odio habeant eorum naturam, ſed quoniam diligunt iuſtitiam, quæ exigit vt reprobi puniantur pæna interminabili, attamen illis compati poſſunt; ſi vero ſit ſermo de Sanctis, qui ſunt in Patria volunt, & ipſi voluntate deliberatiua pænas damnatorum, non tamen compatiuntur, quia in ipſis non eſt compaſſio prout paſſionem includit, ſed ipſi ſunt plene conformati Iuſto Iudici Deo. Hæc conformitas in Beatis a D. Bonauentura vocatur ſuper excellens, quia eorum voluntates in omnibus Diuinæ voluntati conformantur, & ex nulla parte ſunt diſformes. Et ſicut voluntas deliberatiua damnatorum ad eo eſt auerſa, quod nullo modo ad Deum poteſt conuerti; ſic voluntas Beatorum ita eſt coniuncta voluntati Diuinæ, vt nullo modo diſcordari poteſt, vel ſeparari ab ea.

15 Conſequenter addicta pariter dicendum eſt ſecundum Magiſtrum ſententiarum debuiſſe Sanctis placere, quod Chriſtus pateretur, & moreretur (cum tamen placere Iudæorum Deo diſplicit, & hoc intuitu noſtræ Redemptionis, ſed non intuitu ipſius cruciatus. Vnde ijdem ſanti voluerunt, ac vehementer cupierunt Chriſtum mori propter liberationem hominis, & impletionem Diuinæ voluntatis, ſed non voluerunt vt Iudæi delectatione ipſius Cruciatus; Pro quo notandum iuxta Doctrinam Sancti Bonauenturæ in tertio dubio litterali diſt. 47, art. 2. q. 2. Quod actio Iudæorum fuit

Cauſa

Cauſa paſſionis in genere naturæ ; & in illo genere , ſicut actio fuit mala ita paſſio ; Sed non fuit Cauſa in eodem genere moris ; Immo Chriſti bona intentio paſſionem voluntariam dirigebat in bonum finem , e contra in actione Iudæorum non habente rectum finem ; Ideo in genere moris actio fuit mala , & propterea diſplicens , & paſſio bona , & Deo placens ; Quod vt clarius innoteſcat aduertendum eſt ſecundam eundem Sanctum Doctorem Bonauenturam , & Richardum quod Paſſio Chriſti poteſt tripliciter conſiderari vno modo ſub ratione , qua erat afflictio , & Cruciatus Innocentis Chriſti. Secundo modo comparatione ad inferentes ſcilicet Iudæos Dæmones , & proditores ; &c. Tertio modo quatenus per illam paſſionem Deus ordinauit Genus humanum redimendum ; Primo modo nullus debuit velle Ieſu Chriſti paſſionem, quia innocentem pati erat contra iuſtitiam ; Secundo paſſio Chriſti non erat volibilis cuicumque homini , & per conſequens nemini debuit placere quia ſic iudicatur mala propter eorum malam voluntatem ; Tertio modo Viris Sanctis debuit placere Chriſti paſſio . Ideo Patres Veteris teſtamenti , qui hoc Miſterium ex ſcripturis , vel Dei reuelatione cognouerunt , vehementer deſiderauerunt Chriſtum pati , & mori pro liberatione, & redemptione humani Generis.

16 Vt ſciamus quomodo Virgo Maria fuerit per omnia conformis Diuinæ voluntati in dilectiſſimi filij ſui Paſſione , & an dolendo de ea meruerit, notandum eſt ex D. Bonauentura in primo ſent.diſt. 47. art.2.q.2. dub. vltimo ſuper litteram, & in calce Quæſtionis , quod dolere de aliquo contingit duobus modis. Primo ſic quod dolens voluntate abſoluta velit contrarium eius , de quo dolet , & ſic nulli licuit de paſſione Chriſti Domini dolere, & Petrus quoniam abſoluta voluntate voluit Chriſtum non pati increpatus , & argutus fuit a Chriſto ; Alio modo dolere de aliquo eſt ferre in contrarium voluntate pietatis , nihilominus velle hoc abſolute , & ſic eſt bonum condolere Chriſto , & pie affici circa eum ſic paſſum ; Vnde Beatiſſima Virgo voluntate abſoluta volebat , quod Deus volebat ſed voluntati pietatis compatiebatur filio ſuo dilectiſſimo quantum natura ſua poterat ſuſtinere inquit Seraphicus Doctor , & hac voluntate merebatur ; Nequaquam tamen eſt dubitandum quin virilis animus eius , & conſtantiſſima ratio illius vellet etiam tradi filium ſuum pro ſalute Generis humani , vt Mater per omnia eſſet coformis Patri ; Quinnimo ut D. Anſcelmus ait , ſi oportuiſſet ad implendam ſecundum rationem uoluntatem Dei ipſa filium in Cruce poſuiſſet atque obtuliſſet ; neque enim minoris fuit obedientiæ quam Abraham , & in tantum compaſſa eſt illi, ut ſi fieri potuiſſet omnia filij ſui tormenta libentiſſime pertuliſſet ; Plura de hac re Sancti Patres , & contemplatiui ; Nobis hæc ſatis ſint ad propoſitum noſtrum pro coroinde huius articuli.

De actibus Diuinæ Voluntatis. Quibus Voluntas Humana conformanda eſt Art. 4.

1 HIc agendum eſt de Diuina Lege cui potiſſimum homo conformari debet in ſuis operibus , ſed prius duo aduertenda ſunt , quorum primum eſt Hoc totum Lex Diuina poſſe ſecundum ſuam extenſionem ſignificatiuam duo ſignificari unum generale , nempe illam poteſtatem de qua loquitur D.Paulus ad Romanos Cap. 13.dicens: non eſſe poteſtatem niſi a Deo ; & quæ ſunt (diſpoſita in Republica humana) a Deo ordinata ſunt ; ſic que omnem legem tam Diuinam , quam humanam , tam Ciuilem quam canonicam comprehendit aliud ſpeciale nempe legem illam Diuinam , quam Deus , uel homini indidit in ſua

Creatione,

Creatione, uel illi tradidit poſt Creationem de quibus in ſequentibus dicendum eſt; Secundum aduertendum eſt, ſic hic agendum eſſe de omnibus legibus, vt tamen manus non mittatur in meſſem alienam, immo relinquendæ ſunt partes Peritis non tantum Iuris Ciuilis, ſed etiam Canonici, & Theologis Moralibus, qui omnes ſatis diffuſe de ſuis proprijs legibus diſſerunt; Iſtis præſupoſitis propius ad noſtrum propoſitum accedendo dicendum eſt Voluntatem Diuinam homini pluribus modis innoteſcere nempe per mandatum, per præceptum, per iuſſionem per legem, per prohibitionem, qui tamen differunt inter ſe potiſſimum iſta tria præceptum mandatum, & prohibitio, nam mandatum eſt comune tam ad præceptum, quam ad prohibitionem Vnde omne præceptum eſt mandatum, & omnis prohibitio eſt mandatum ſed non e conuerſo; Præceptum enim ſolum ad affirmatiua ſe extendit præcepta, prohibitio vero ſolum ad negatiua, at mandatum tam eſt de affirmatiuis, quam negatiuis.

2 Lex quæ potiſſimum Diuinæ Voluntatis eſt ſignum varie a Doctoribus Theologis definitur, prout varie ſuos effectus, diclarant; ſic definiri poteſt Lex eſt ſignum verum Angelo, vel homini denuncians præſcriptum alicuius obligans ad aliquid agendum, vel fugiendum; Dicitur ſignum verum; quia quod falſum eſt vim legis habere non poteſt; nam ſi conſcientia errans ſuo nos præcepto compellit ad aliquid faciendum non per ſe ſed ex accidenti habet, nempe ex ignorantia qua decepti putamus teneri nos lege, Dicitur obligans quoniam ad legem non ſatis eſt ſi velit princeps, vt Ciues quid piam efficiant, ſed etiam neceſſe eſt vt velit eos ſua lege, quam decernit aſtringi, & obligari; Ad naturam enim, & rationem legis pertinet vt vim habeat obligandi, ſi nos non teneat, & alliget non eſt lex; Hæc definitio eſt Theologica, & legis vniuerſaliſſimè ſumpte patet per illam particulam Angelo, vel homini denuncians præſcriptum alicuius; dum dicit Angelo ſola Diuina Lex datur intelligi, quia ſolus Deus poteſt iuridice Angelo aliquid præſcribere faciendum; dum vero addit, vel homini innuit vniuerſalitatem legis, comprehendit enim omnem naturam proprie ſubijcibilem Legi.

3 Quatuor ſunt condiciones requiſitæ ad legem. Prima vt ſit in bonum comune; Secunda vt feratur ab habente poteſtatem in ſubditos; Vnde comprehenduntur tria genera perſonarum primo Reſpublicæ, vel Comunitates; habent enim hæ autoritatem a Deo ſe conſeruandi per leges; ſecundo, inquos Reſpublicæ, & communitates tranſtulerunt ſuas poteſtates, vt reges, & Imperatores, alijque ijs ſimiles L. 2. H. de conſtit. Principum; Tertio Deus, qui eſt abſolutiſſimus Dominus; & Chriſtus quatenus homo; deinde Pontifex maximus eius Vicarius habens a Chriſto poteſtatem; deindeque Epiſcopi, qui eam habent a Pontifice reſpectu ſuarum Diæceſum; Tertia condicio vt ſit de re bona; Quarta debet ſeruare proportionem geometricam non arithmeticam, ideſt non debet grauare ſingulos iuxta numerum Perſonarum, ſed iuxta proportionem facultatum, ſic etiam non debent aliqui grauari, alij non ſed ſeruanda æqualitas geometrica; Ex his patent actus Legis. Primus eſt precipere bonam operationem; Secundus prohibere malam; Tertius permittere actum indifferentem, vel minus malum ad euitandum maius; Quartus punire reos; Premijs autem afficere non eſt proprium legis, cum etiam id priuatus facere poſſit non tamen poteſt punire; ſequitur etiam ex dictis tres eſſe proprietates Legis ſcilicet authoritatem veritatem, & bonitatem, quia oportet, quod Lex habeat principium formam, & finem; ratione principij debetur legi authoritas, quia non poteſt eſſe principium legis niſi habeat authoritatem; ratione formæ debetur legi veritas, quia nunquam fertur ſine ratione re-

cta nam lex in iuſta non eſt Lex; ratione finis debetur legi bonitas, quia Lex non ordinatur niſi ad bonum.

4 Materia legis duplex eſt in qua, & circa quam Materia legis in qua; ſeu ſubiectum legis ſunt illa in quibus Lex ſubiectatur nempe Intellectus, & voluntas; *Eſt item lex in voce, fabulis, libris, & ſcripturis quod tamen non eſt de eſſentia legis, ſed tantum ad maiorem comoditatem.* Quod vero Lex ſit In Intellectu, & voluntate patet; quia ab iſtis potentijs per actus ſuos procedit lex, & in ipſis formaliter recipitur; & ratio eſt; quia lex præſcribit aliquid faciendum; eſt Lux, regula, & norma rerum agendarum, at preſcribere dirigere, &c. pertinet ad intellectum; præterea legislator id præcipit, quod vult fieri, Ideo ad eam requiritur actus voluntatis antecedens, & mouens Intellectum ad ferendum præceptum, quare etiam actus voluntatis ad legem condendam requiruntur. Ideo lex eſt in prædictis potentijs tanquam in ſubiecto, Materia circa quam, Seu obiectum legis ſunt actiones humanæ; Lex enim præcipit actiones bonas, & prohibet malas, quia prohibet furtum, homicidium, Adulterium, & quæ ex ſe mala ſunt, & præcipit Deum colere, Parentes honorare, &c. quæ ex ſe bona ſunt; Finis legis humanæ neque eſt ipſe Legislator neque bonum Legislatoris, ſed bonum Comune; quia comune bonum Reipublicæ eſt præſtantius bono particulari Legislatoris; E contra finis Legis Diuinæ eſt ipſe Legislator ita Doctor ſubtilis in 4. diſt. 15. q. 3. quia Legislator legis Diuinæ eſt ipſemet Deus finis autem eſt bonum comune hominum, quo ipſe Deus eſt in infinitum præſtantior; Immo in omni lege ſiue Diuina, ſiue humana tota reſolutio fit ad ipſum Deum, qui eſt Legislator ſummus; Vnde ſiquis percunctetur quare punitur Petrus? recte reſpondetur, vt ſeruetur Lex, & vlterius. Cur ſeruatur Lex? Reſpondetur propter bonum comune; & tandem propter quid eſt bonum comune? Reſpondetur propter bonum ipſius Dei.

5 Duo ſunt potiſſimum legum effectus; Primus eſt (quantum in ipſis eſt) facere homines probos; Cum enim leges ſint rectæ, & ad comune bonum referantur, ea ſolum vel imperando, vel vetando præſcribunt, quæ ſunt ſecundum virtutem, ideo ſi quis eas adhibitis bonis circumſtantijs exequatur poterit tandem virtutes ſibi comparare; ſecundus effectus eſt obligatio; qua nimirum aſtinguntur ij, ad quos lex ipſa pertinet; quia alio quin conſilia eſſent leges, & præcepta quod falſum eſt. Quod ſi aliquando apud Iuriſtas conſilia dicuntur leges. Id eſt per ſimilitudinem quandam quia etiam conſilia dirigunt, & docent aliquid, quia tamen non imperant non ſunt leges proprie loquendo; Hæc obligatio, quæ effectus legis eſt duplex vna eſt obligatio ſub peccato, ſeu in foro conſcientiæ: altera eſt obligatio ſub aliqua pæna, vel pænæ reactu, ſeu in foro (vt dicitur) externo; Patet; obligare legem ſub peccato, ſiue in foro conſcientiæ eſt ſic aliquid preſcribere, vt ſit neceſſe illud exequi ad conſequendam beatitudinem ſupernaturalem, vel omnino, vel certè ſtatim ſine mora, vel ſaltem ante mortem Obligare legem ſub pæna, vel penæ reatu ſeu in foro externo eſt præſcribere aliquid neceſſarium ad alium finem temporalem; atque in primis; vt declinetur pæna, vel certe dignitas, & meritum incurrendæ penæ, quæ eſt a publica poteſtate præuaricatoribus conſtituta, vel certe conſtitui illis poſſit; Quod ſi pæna non ſoluatur ſaltem poſt ſententiam condemnatoriam Criminis probabilius eſt incurri culpam. Azor Cap. 2. quæſt. vltima; Vnde colligit Dominicanos, qui ex eorum conſtitutionibus non obligantur ad vllam culpam, ſed tantum ad pænam ſi certum eſt ſoluant pecare; Vnde Filiuc. tractatio. 21. n. 392.

6 Lex a Legislatore legitime ſtabilita vim obligatricem a ſufficiente promulgatione ſortitur effectum ſaltem tanquam a con-

condicione neceſſaria, & a Cauſa ſine qua lex minime obligaret eos qui Legislatoris ditioni ſubſunt; Quia cum Lex ſit Regula vniuerſalis ad omnes ſubditos pertinens habens vim directiuum reſpectu omnium neceſſario requiritur, vt omnibus ſit ſufficienter promulgata; Quæ tunc temporis, & non ante cenſetur ſufficienter promulgata, quando eatenus propoſita eſt, & promulgata, vt moraliter loquendo ſeu potentia morali in omnium notitiam deuenire poſſit, probatur Cap. cum infirmitas, De pænitentijs, & remiſſionibus; Vbi docetur Conſtitutionem factam in Concilio generali non ligaſſe ante publicationem a Prelatis factam; Vnde conſultò aliqui Theologi vt Caietanus 22. q. 9. art. 4. docent neminem aliqua lege obligari niſi ſufficienter ſibi promulgata fuerit, adeo, vt de potentia morali eius notitia ad ipſum peruenire potuerit; Docent etiam legem Romæ promulgatam nunquam Chriſtianos vniuerſim obligare, donec talis promulgatio ad Eccleſias Cathedrales tranſuolet, ibique a Prælatis indicetur, & a maiori parte ciuitatis vſu recepta ſit; Leges ſi quidem confirmantur, cum moribus vtentium approbantur; ita quod ſuperiore ſciente tranſgreſſionem legis, & potente impedire, tolerante tamen, videntur excuſari a peccato tranſgreſſores, eo quod videatur eam tollere.

7 Promulgatio Legis facta in Curia Regis Principis non ſufficit, vt cunctos Principi ſubditos, qui diſtincta Regna, diuerſas Prouincias, Ciuitateſque incolunt, ad ſui obſeruantiam obliget; Patet, Non enim cenſetur huiuſmodi Lex ſufficienter promulgata ob præfatam promulgationem in Curiam factam, eſto enim potentia phiſica, vel metaphiſica huiuſmodi promulgatio in omnium notitiam deuenire poſſit; Secus autem potentia morali; De hac tamen ſufficienti promulgatione morali certa Regula non poteſt aſſignari atque adeo conſultius erit, illam viri prudentis arbitrio perpendendam relinquere iuxta amplitudinem Regnorum, & Prouinciarum. Hæc tamen certa ſunt; Primum eſt, ſufficientem legis promulgationem non fieri in inſtanti nec momentaneo, ac paruo tempore, ſed temporis ſpatio, quo ad aures omnium peruenire poſſit; Secundum eſt, poſſe accidere, legem aliquam reſpectu aliquorum eſſe ſufficienter promulgatam; reſpectu vero aliorum non eſſe ſufficienter promulgatam, quod ex Doctore ſubtili apertiſſime deducitur cum decet legem Euangelicam obligaſſe aliquos in die Pentecoſtes, alios ad vnum menſem; alios ad quatuor annos alios vero ad decem, ſecundum quod ordine temporis illa Lex proponebatur, nunc his, poſtea alijs; Certum eſt tertium, quod eſto Venetijs commorantes ſcirent leges factas a Senatu, non tamen tenerentur ad earum obſeruantiam donec promulgarentur; ſimiliter habitantes Bergomi ſi ſcirent leges factas a Senatu, & Venetijs promulgatus non tenerentur ad earum obſeruantiam donec Bergomi promulgarentur. Tandem certum eſt tunc temporis legem ſufficienter promulgatam cenſeri. Quando in oppidis Regni principalibus vtpote in Ciuitatibus eſt propoſita.

8 Lex diuiditur in legem æternam naturalem, & poſitiuam ita Doctor ſubtilis in quaſto lib. ſent. diſt. 15. q. 3. §. de ſecundò ſecutus Alexandrum Alenſem 3. p. q. 26. per totam; Lex poſitiua adhuc Diuiditur in Diuinam, & humanam; Humana adhuc in ius Gentium Canonicum, & Ciuile; Diuina in Veterem, & nouam ſiue veteris, & noui teſtamenti; Hanc legem Diuinam duplicem remittimus pertractandam in ſequentem librum; Humanam triplicem ſuis peritis reſpectiue relinquimus nempe legem Ciuilem Iuriſtis; Legem Canonicam Canoniſtis, & Theologis moralibus; Ius Gentium Vtriſque peritis nempe Iuriſtis vtriuſque Iuris Canonici, & Ciuilis; ne nobis contingat mittere manum in meſſem alienam; Nos autem hic ſolum contemplabimur legem æternam, & naturalem; Lex æterna poteſt dupliciter ſumi late, ſcilicet,

ſcilicet, & ſtrictæ primo modo ſumpta nihil aliud eſt niſi mens, & ratio Diuina quæ cuncta ſapienter, & recte diſpoſita conſtanti, & certo ordine gubernat, vt conſtitutos ac præfixos ſibi fines aſſequantur, cui legi vniuerſa, quæ ſunt ex nihilo condita ſubijciuntur. Vel clarius; Lex æterna hæc ideſt large ſumpta eſt ſumma ratio *Diuinæ ſapientiæ* quatenus res omnes *ad* deſtinatos fines ita dirigit, vt illis modum aliquem neceſſitatis afferat iuxta conditionem ipſarum; Rebus neceſſarijs vt Elementis, plantis, & huiuſmodi affert neceſſitatem abſolutam, contingentibus, & liberis neceſſitatem ex ſuppoſitione, nam ſuppoſito, quod humani Verbi gratia velit beatitudinem, neceſſario requiruntur bona opera; Sed lex æterna præſſe, & ſtricte ſumpta eſt ratio Diuina recta, & bona præcipiens, praua, & mala prohibens, & ab hac vna Lege Vniuerſæ aliæ leges ſcilicet naturalis Diuina poſitiua, & humana proficiſcuntur.

9 Lex æterna de ſe eſt vna, obiectiue autem multiplex; quia ſi actum ipſum per ſe, in quo lex æterna conſiſtit, reſpiciamus, conſtat nequaquam eſſe eam multiplicem, ſed vnicam, & ſimpliciſſimam. Quoniam eſt ratio ſapientiæ Diuinæ; atque adeo ipſa Diuina mens, & eſſentia, quæ eſt ſimpliciſſima; ſi autem referramus ad obiecta, & materias, de quibus *præſcribit*, latiſſimè patet, atque *ad eo pro diuerſitate materiæ*, in qua verſatur, poteſt ſecundum rationem noſtram multipliciter diſtingui, nam extendit ſe ad omnia, & ita ſecundum rationem noſtram poteſt dici alia Lex æterna *reſpectu* rerum neceſſariorum, alia *reſpectu* contingentium; alia reſpectu Creaturarum rationabilium, vt ſunt rationabiles, alia *reſpectu* rerum aliarum, etiam earum quæ carent ratione; Vis obligandi æternæ legis eſt maxima. Nam efficacia, & vis legis æternæ (ſicut etiam cuiuſcumque alterius Legis) ex tribus poteſt intelligi; nempe, Ex emolumento, quod affert ijs, ad quos pertinet, ſeu quos obligat, & quidem ſatis conſtat nullum aliud eo maius eſſe, nam quicquid eſt in hac vniuerſitate rerum comodi, hoc totum opportet acceptum referre Legi Diuinæ ſicut etiam prouidentiæ Diuinæ; Non minus etiam perſpicitur vis, & efficacia Legis æternæ ex eo quod non tantum homines, & Angelos vi ſua conſtringit, & obligat, ſed omnes etiam omnino res creatas, ſiue illæ neceſſariæ ſint, ſiue contingentes, ſiue naturales, ſiue morales, & humanæ. Tandem ex modo, quo obligat perſpicitur Legis æternæ vis, nam ſicut diuerſimodè æterna lex affert neceſſitatem aliquam Creaturis, pro diuerſa conditione illarum, ita etiam varia ratione obligat. Id enim eſt obligare, neceſſitatem aliquam ad ferre; Quare aliter Lex æterna obligat res naturales, & aliter Creaturas rationales; Etenim rebus naturalibus neceſſitatem adfert vt ei ex inſtinctu quodam, & quaſi paſſiue conformentur; Rationabilibus autem, vt ei propter beatitudinem ex intentione, & obedientia quadam obtemperent.

10 Lex æterna non eſt ſufficienter promulgata ab æterno. Nam quemadmodum duplici modo neceſſitatem ad fert Lex eterna rebus, vt ſupra dictum eſt, ita eſt etiam duplex ratio, qua Lex æterna intelligitur ſufficienter condi, & ſanciri, vt vim obligandi habeat; Vt enim ad res naturales pertinet, atque adeo ad homines etiam, quatenus naturæ quædam ſunt; Sic ab æterno ſufficienter eſt Sancita hoc ipſo quod Deus modum Creaturarum apud ſe excogitauit, & præſcripſit ab æterno, quoniam hoc ſatis eſt, vt intelligantur Creaturæ hiuſmodi eſſe legi deuinctæ. Vt autem lex æterna obligat Creaturas rationales, quatenus rationales ſunt ſic non eſt illis ſufficienter ſancita, aut promulgata hoc ipſo quod ab æterno fuit in mente Diuina condita, & conſtituta, ſed præterea opus eſt vt ipſis innoteſcat, & promulgetur. Poteſt autem Lex æterna hominibus innoteſcere non quidem in ſe ipſa, ſed in effecti-

bus ſuis, & quidem quotieſcumque homo cognoſcit aliquam veritatem de rebus, eo ipſo cognoſcit in effectu legem eternam, quoniam omnis veritas eſt veluti irraditio quædam legis æternæ, in qua ſcilicet ipſius diſpoſitio, & ordo conſpicitur, ſicut ſol cognoſcitur in radiis tanquam in effectu, & in participatione nequadam ipſius; Hoc ipſo quod Lex eſt æterna, conſtat eam eſſe prorſus inceimmutabilem, nec tamen Lex æterna immutibilis dicitur ex parte ipſius Materiæ, & rei, quam præſcribit (quaſi omnino quæ per ipſam præſcripta ſunt, immutabilia ſint) ſed ſolum ex parte ipſius Dei, quia is ab æterno, & inuariabiliter præſcribit, etiam ſi ad tempus tantum præſcripta res duratura ſit; etenim, vt ſcientia Dei eſt æterna, & tamen non quicquid per illam cognoſcitur ſit æternum realiter, ſic etiam intelligendum eſt per legem Dei æternam aliquid temporale poſſe conſtitui Doctor ſubtilis in Primo diſt. 3. q. 4. per Regulas æternas non intellexit Legem æternam, ſed intellexit quiditates eternas ſecundum quid, Lex autem æterna accipitur hic pro dictamine Diuinæ Rationis, &c.

11 Lex naturalis eſt rectæ rationis præſcriptum in bonis agendis, malis que fugiendis; vel clarius Lex naturalis eſt ſignum verum naturaliter nobis inditum notificatiuum Diuinæ voluntatis volentis nos teneri ad aliquid faciendum pro conſeruatione ſocietatis humanæ ſic comuniter Doctores ſcolaſtici definiunt Legem naturæ, & recte, quia Lex naturæ eſt naturale rationis noſtræ indicium, ſeu dictamen, quo per Lumen naturalirer nobis inditum ab æterna lege cognoſcimus quid ſit benefacere, & male facere; Ad ſciendum ea, quæ pertinent ad legem naturæ variant D. Thomas, & Scotus in aſſignando gradus in iure naturæ. D. enim Thomas in 1. 2. q. 94. art. 4. conſtituit tres gradus iuris naturalis in primo collocat illa prima principia omnibus per ſe nota, & quæ nullus ſanæ mentis negare poteſt vt bonum eſt amplectendum, malum fugiendum; quod tibi non vis, &c. In ſecundo gradu conſtituit illas propoſitiones, quæ ex principijs per ſe notis deducuntur in conſeqentia facili, & neceſſaria; cuius illationis vim nullus quantumuis ruſticus, & ſimplex ignorabit, vt cum ex illo principio quod tibi non vis, &c. infer, igitur, & tu ſimiliter bona alterius debes non accipere, vel furari.

12 In tertio gradu conſtituit, quæ colliguntur ex principijs neceſſarijs, & in conſequentia neceſſaria, ſed ita vt illa conſequentia licet neceſſaria ſit non tamen ſit perſpicua, & Euidens, & quæ huius tertij generis, & gradus ſunt, ad hoc ſubdiuiduntur ſunt enim in duplici differentia, quædam, quæ adhibita diligentia, & applicatione ab acutis, & ſapientibus cognoſci poſſunt euidenter, vt vſuram eſſe iniquam, & ſimplicem fornicationem malam, Hæc enim periti, & ſapientes adhibito ſtudio, & diligentia, diſcurſu poſſunt ex primis principijs ſolo lumine naturali deducere: Alia ſunt, quæ quamuis neceſſario quoque deducantur ex principijs naturalibus non tamen poſſunt comode ab hominibus intelligi ſine aliquo ſuperiori lumine, quo Intellectus eorum illuſtretur maxime ob cæcitatem, & tenebras quæ nobis ea peccato originali contigerunt; D. Thomas conſtituit duo primæ Tabulæ præcepta in ſecundo gradu, ad quem ſecundum eundem Doctorem pertinent (vt dictum eſt) quæ ex principijs per ſe notis deducuntur in conſequentia facili, & neceſſaria, ſed ex illis principijs ſequuntur illa duo præcepta primæ Tabulæ nempe vnum Deum eſſe colendum, & nulla iniuria deturpandum, iniuriaretur autem quam maxime; ſi alius, quam ipſe haberetur pro Deo aut nomen eius aſſumeretur in vanum, vel afferatur ad confirmandum mendacium vt optime argumentatur Scotus in 3. Sent. diſtinct. 37. q. vnica.

13 Quod autem ſit per ſe notum lumine

ne naturali Deum eſſe colendum, & glorificandum conſtat ex D. Paulo Rom. 1. qui propterea facit ineſcuſabiles illos Philoſophos antiquos quia cum Deum ſolo lumine naturali cognouiſſent non ſicut Deum glorificauerunt; Quo etiam lumine compertiſſimum eſt cui vis homini dilectioni, & gloriæ Dei valde repugnare, iniuriam, & contumeliam maximamque Deo inferri; ſi Diuini honores alteri tribuantur, aut ſanctiſſimum eius nomen in vanum, vel cum mendacio aſſumatur; nec obſtat obijcere ob priuationem ſufficientis cognitionis naturalis diffuſam eſſe per omnes Gentes Idolatriam donec ſupernaturalis Euangelicæ lucis ſplendor prædicatione Apoſtolorum Mundo illuxit; Quia in hoc Gentes non errarunt ex ignorantia illius principij ex quo iſta præcepta deducuntur; nempe Deus eſt ſumme diligendus, & colendus, fuit enim hoc omnibus perſpicuum, vt docet Cicero lib. 2. de natura Deorum, neque ex defectu Luminis naturalis ad inferenda illa præcepta ex huiuſmodi principio; ſed quia propter alia peccata, quæ committebant contra ius naturale iuſto Dei iudicio vt docet ibi D. Paulus permiſſi ſunt adeo errare circa Dei cultum, & tantas pati Idolatriæ tenebras.

14 Scotus igitur loco citato alio modo circa iſtam rem procedit, & ait Ius naturale eſſe in duplici differentia In primo gradu ſunt principia practica per ſe nota omnibus, & concluſiones, quæ ex illis neceſſario inferuntur vt ſummum bonum eſt ſumme diligendum, omne malum eſt fugiendum, quæ ſunt principia practica nota ex terminis ſicut in ſpeculabilibus omne totum eſt maius ſua parte; & Deus eſt colendus, Deus eſt honorandus, &c. quæ ſunt concluſiones, & iſta dicuntur eſſe de iure naturæ ſtrictè, & in hoc gradu diſſert Scotus à D. Thoma qui hæc duo præcepta conſtituat in ſecundo gradu Scotus vero in primo, & ſupremo. In ſecundo autem gradu ſecundum eundem Doctorem ſubtilem ſunt quæ ſequuntur ex principijs practicis per ſe notis non quaſi in conſequentia omnino, & ſimpliciter neceſſaria ſed vt maxime conſona illis principijs vt dominia eſſe diuiſa pro ſtatu naturæ lapſæ ad pacifice conueniendum in politia eſt conſonum primo principio naturali; Hanc eandem diſtinctionem habet Doctor ſubtilis in 4. diſt. 17. q. 1. & alibi; ſtat igitur firma aſſertio ſecundum ipſius Doctrinam. Quod duo Præcepta negatiua primæ Tabulæ nimirum non habebis Deos alienos; Et non aſſumes nomen Dei tui in vanum ſunt de Lege naturæ accipiendo legem naturæ propriæ, & ſtricte; Probatur; Hæc duo præcepta ſunt in primo gradu Iuris naturalis ergo ſunt de Lege naturæ proprie, & ſtricte accipiendo legem naturæ rigoroſe; conſequentia eſt nota ex dictis, & eius antecedens.

15 In tertio præcepto eiuſdem primæ Tabulæ. Sabbata Sanctifices tria includuntur ſcilicet cultus Diuinus determinatio temporis ex parte illius cultus quia in ſabbato, & prohibitio, ideſt non facies in eo opus ſeruile atque adeo præceptum illud partim erat morale ſcilicet exhibitio cultus Latriæ ipſi Deo, & partim erat Ceremoniale ſcilicet exhibitio illius in die Sabbati actu exteriori ſcilicet pſallendo, canendo, orando, vel meditando Deum, & partim morale, & Ceremoniale ſimul nam obſeruatio Sabbati quo ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus partim eſt moralis partim eſt Ceremonialis, quia ſi conſideretur Cauſa inſtitutionis inuenitur, quod hoc præceptum fuerit ad ſignificandum quietem mentis, & pacem Animarum ſic eſt Ceremoniale, ſi vero conſideretur ipſa res debita in obſeruantia operationis ſic eſt morale quia in aliquo Genere virtutis moralis puta Religionis; Concluditur breuiter ſecundum Doctorem loco citato, quod exhibitio cultus Latriæ ſoli Deo debitæ, quæ in hoc præcepto mandatur eſt quid morale, & de lege naturæ ſtricte; Cultus exhibēdus actu exteriori pro determinato

tempore verbi gratia die Sabbati quo ad legem veterem; vel in die Dominico in Lege Euangelica non eſt de Lege naturæ ſtricte; ſed pro tunc erat præceptum poſitiuum Legis Moſaicæ, & nunc eſt præceptum poſitiuum Eccleſiæ alias hoc præceptum fuiſſet in commutabile per auctoritatem Eccleſiæ. Præceptum hoc quo ad prohibitionem operis ſeruilis non eſt de Lege naturæ ſtricte tum quia in hoc interdum Deus diſpenſauit; tum quia opera ſeruilia non prohibentur in illo die niſi per accidens quatenus ſcilicet retrahunt hominem a cultu Diuino vt docet ibi Scotus. Iſtud præceptum Sabbata Sanctifices quantum ad cultum, quem tenemur exhibere Deo, pro aliquo tempore determinato indeterminate eſt de Lege naturæ ſtricte ita ex Scoto loco citato. Hactenus de præceptis Primæ Tabulæ.

16 Quantum ad præcepta ſecundæ Tabulæ ſuppoſita diſtinctione de gradibus iuris naturæ, de hac re eſt controuerſia inter Scotum, & D. Thomam; nam hic tenet omnia præcepta Decalogi eſſe de Lege naturæ præſſe, & ſtricte accipiendo ius naturæ; Ille vero ſolum præcepta primæ tabulæ ſic eſſe de Lege naturæ affirmat, ſecundæ vero Tabulæ præcepta eſſe tantum de Lege naturæ ſuſe, & comuniter: Ratio D. Thomæ eſt quia præcepta tam primæ, quam ſecundæ tabulæ neceſſario deducuntur ex principijs practicis per ſe notis; Vnde obſeruandum eſt tres eſſe gradus inter præcepta quæ ſunt de lege naturæ; In primo gradu ſunt illa præcepta, quæ facile, & breuiſſimo tempore, & ſine multo diſcurſu colliguntur ex primis principijs practicis naturæ, & huiuſmodi ſunt omnia præcepta ſecundæ Tabulæ, quorum bonitas facili negotio poteſt ab vno quoque colligi ex principijs moralibus naturæ; Ex hoc enim principio. Quod tibi non vis alteri ne facias poteſt colligi, quod parentes ſunt honorandi, & furta non ſunt facienda, &c. In ſecundo gradu ſunt alia præcepta quæ non ita facile poſſunt colligi ex illis principijs, ſunt tamen conformia rectæ rationi, qualia ſunt cætera præcepta moralia, quæ habentur extra Decalogum; In tertio gradu ſunt præcepta quædam, quæ ratio naturalis ſuis viribus attingere non poteſt niſi adiuuetur Diuina illuſtratione, & talia ſunt præcepta primæ tabulæ. Hoc prænotato dicit hæc opinio quod præcepta moralia, quæ ſunt extra Decalogum non ſunt de iure naturæ, omnia tamen præcepta Decalogi tam primæ, quam ſecundæ Tabulæ ſunt ſtrictæ de lege naturæ.

17 Doctor ſubtilis ex oppoſita parte in tertio diſt. 37. quæſt. vnica dicit quod Precepta ſecundæ Tabulæ, non ſunt de Lege naturæ ſtricte loquendo; Probatur; Præcepta ſecundæ Tabulæ non ſunt primæ veritates practicæ neque concluſiones neceſſario, & euidenter ex illis deductæ; ergo non ſunt de lege naturæ ſtricte loquendo conſequentia patet, & Antecedens probatur a Scoto ſic. Quæ ſunt vera ex terminis, ſiue quæ ſunt neceſſaria ex terminis, aut neceſſario deducibilia ex talibus neceſſarijs præcedunt in veritate, ideſt ſunt vera ante quam voluntas ea velit, itaut non habeant veritatem ex determinatione Diuinæ voluntatis, vel ſaltem habeant veritatem circumſcripto per inpoſſibile omni velle; Ergo ſi præcepta Decalogi, & ea maxime; quæ ſunt ſecundæ Tabulæ, vel propoſitiones practicæ, quæ poſſent formari ex eis haberent talem veritatem; Verbi gratia, ſi hæc eſſet neceſſaria. Proximus non eſt occidendus; Furtum non eſt faciendum, ita vt circumſcripto omni velle, tales complexiones eſſent ex ſe notæ, & neceſſariæ. Intellectus Diuinus apprehendens huiuſmodi complexiones neceſſario apprehenderet illas tanquam veras ex ſe; & tunc voluntas Diuina, vel neceſſario illis apprehenſis concordaret, vel ipſa non eſſet recta, atque ita poneretur in Deo ſcientia practica, atque etiam eſſet dicendum. quod Diuinas voluntas neceſſario ſimpliciter determi-

determinaretur circa volibilia Creata vel Creabilia, Cuius oppoſitum dictum eſt alibi, & oſtenſum quod voluntas Diuina nihil ex ſe neceſſario vult, & in nihil aliud a ſe tendit, niſi contigenter.

18 Pro intelligentia huius rationis notandum eſt primo, quod de notitia practica ſunt duæ opiniones prima tenet, quod tres conditiones neceſſario requirantur ad hoc quod aliqua notitia ſit practicu. Prima, quod ſit prior praxi; Secunda quod ſit conformatiua praxis, & tertia quod reſpiciat potentiam aliunde regulabilem, ideſt quæ non ſit ſuimet Regula atque adeo ex ſe obliquarri poſſit; & iſti dicunt, quod nulla notitia in In Intellectu Diuino neque neceſſariorum, neque contingentium eſt practica, quia potentia cuius eſt praxis ſcilicet voluntas non eſt aliunde regulabilis, quia eſt de ſe rectiſſima, & prima Regula omnium; Secunda opinio tenet, quod tantum duæ conditiones ſunt neceſſariæ ad notitiam practicam, ſcilicet quod ſit prior praxi, & quod ſit (quantum eſt de ſe) confirmatiua, ſiue regulatiua praxis, modo ſit potentia, cuius eſt praxis aliunde regulabilis ſiue non; hoc enim nihil refert, quia poſterius non variat rationem formalem prioris; Hanc opinionem ſequitur Scotus vt patet in primo diſt. 38. queſt. vnica, Secundo notandum eſt quod idem Doctor Subtilis in primo quæſt. 4. Prologi non negat notitiam Dei reſpectu neceſſariorum immo ponit eſſe practicam, pro quanto illorum notitia eſt neceſſaria, & neceſſario vera ante determinationem Diuinæ voluntatis; atque adeo prior praxi, & quantum ex ſe conformatiua praxis; Sed bene negat ibi, & diſt. 38. notitiam Dei reſpectu factibilium eſſe practicam; quia nulla notitia Intellectus Diuini circa obiectum Creatum eſt determinate vera, vel falſa ante determinationem Diuinæ voluntatis, nec rectitudinem, & veritatem habet ex obiecto creato, ſed a Diuina voluntate, atque adeo ante omnem praxim, ideſt ante determinationem voluntatis Diuinæ hæc notitia puta diligendus eſt proximus, vel honorandi ſunt Parentes non eſt conformatiua praxis, nec prior praxi, & per conſequens practica; & hoc eſt quod vult dicere Scotus in hac ratione.

19 Secundæ tabulæ præcepta ſunt de Lege naturæ late, & fuſe accepta, ita Scotus hic ideſt loco ſupracitato; Probatur illa præcepta ſunt de Lege naturæ large acceptæ, quę ſunt illi legi quam maxime conſona; ſed pręcepta ſecundę Tabulę ſunt huius generis ergo, &c. maior patet, & minor probatur quoniam licet Pręcepta ſecundę Tabulę non ſequantur neceſſario ex principijs neceſſarijs ex terminis per ſe notis omni Intellectui, apprehendenti terminos eorum tamen rectitudo eſt primis principijs per ſe notis ex terminis valde conſentanea patet diſcurrendo; hęc probatio euidens apparet ex probatione prędictę opinionis ſecundum quam ſi ſunt prędicta pręcepta ſecundę Tabulę de Lege naturę ſtricte aſſumpta multo magis erunt illi valde conſentanea Probatur tamen; Secundo ſic in his, quæ ſunt de lege naturæ ſtricte non videtur Deus poſſe diſpenſare, ſed in aliquibus præceptis ſecundæ Tabulæ Deus diſpenſauit ergo præcepta ſecundæ Tabulæ, non ſunt de lege naturæ ſtricte; maior patet, quia quæ ſunt de lege naturæ ſtricte, vel ſunt principia neceſſaria nota ex terminis, vel concluſiones neceſſario ſequentes ex illis principijs, ſed quæ ita ſe habent neceſſariam habent veritatem ergo ſunt indiſpenſabilia; quia non poteſt Deus facere quod illa ſint falſa; minor probatur occidere furari, & mechari ſunt contra præcepta ſecundæ Tabulæ vt patet Exodi 20., & in iſtis videtur Deus diſpenſaſſe; De homicidio quidem patet Gen. 22. quando præcepit Abrahæ immolare filium ſuum Iſaac; De furto patet exodi 11., & 12. de filijs Iſrael quibus præcepit vt ſpoliarent Ægiptios, quæ ſpoliatio fuit ablatio rei alienæ inuito Domino; quæ eſt definitio furti. De tertio ſcilicet mechari patet Oſeæ primo ſume tibi vxorem fornicariam, & fac

tibi

tibi filios fornicationis.

20 Doctor ſubtilis loco ſepe citato 3. Sent. diſt. 37. queſt. vnica cum D. Thoma, & cæteris Theologis docet, quod prima duo præcepta primæ Tabulæ. Non habebis Deos alienos; & non aſſumes nomen Dei tui in vanum ſunt indiſpenſabilia, itaut in iſtis non poſſit Deus diſpenſare, vt aliquis poſſit licite facere oppoſitum, quod illis prohibetur; Probatur, duo prima præcepta prohibent neceſſariam malitiam, ita vt ſicut neceſſarius eſt vnus Deus, ita neceſſaria malitia eſt fateri multos eſſe Deos, ergo Deus non poteſt diſpenſare in hoc quod colantur multi Dij, & ſimiliter talia præcepta dicunt neceſſariam bonitatem, quia neceſſario bonum eſt vnum Deum confiteri, & colere ergo oppoſitum facere eſt neceſſarium malum. Tertium præceptum primæ Tabulæ, quantum ad id, quod prohibetur nimirum facere opus ſeruile diſpēſabile eſt; quia in hoc Deus interdum diſpenſauit, vt patet in exodo, tum quia opera ſeruilia non prohibentur in illo die niſi propter cultum Deo exhibendum, ſed Dei cultus, & opus ſeruile poſſunt ſtare ſimul, ergo; Tertium præceptum primæ Tabulæ quo ad cultum Deo exhibendum pro determinato tempore, & determinato videlicet in die Sabbati, vel in die Dominica diſpenſabile eſt, & de facto diſpenſatum fuit; nam dies Sabbati commutatum eſt in diem Dominicum; Tertium præceptum quo ad cultum Deo exhibendum pro aliquo determinato tempore indeterminate tamen indiſpenſabile eſt; non enim poteſt Deus diſpenſare, quod in nullo tempore ſibi cultus exhibeatur, quia ſequeretur quod nullum motum bonum circa vltimum finem haberet homo licite, & per conſequens neque circa media, atque ita nunquam teneretur habere aliquod bonum velle, quod (vt inquit Scotus) non eſſet probabile ſi fieret talis diſpenſatio.

21 D. Thomas 12. q. 100. art. 8. cum ſuis diſcipulis docet omnia præcepta Decalogi eſſe omnino indiſpenſabilia, ratio eius eſt quod in præceptis fieri contingit diſpenſatio quando occurrit aliquis caſus particularis in quo ſi Verbum legis obſeruaretur contrariaretur intentioni Legiſlatoris; Intentio autem Legiſlatoris ordinatur primo, & præcipue ad bonum comune ſecundo ad ordinem iuſtitiæ, & virtutis, ſecundum quem bonum comune conſeruatur, & ad ipſum peruenitur. Ex his deducit Diuus Thomas, quod ſi quæ ſint præcepta, quæ contineant ipſam obſeruationem boni comunis, vel ipſum ordinem iuſtitię, & virtutis huiuſmodi pręcepta continent intentionem Legiſlatoris, & ideo indiſpenſabilia ſunt; v. gratia ſi poneretur hoc pręceptum in aliqua comunitate quod nullus deſtruaret Rempublicam neque proderet Ciuitatem hoſtibus, ſiue quod nullus faceret aliquid iniuſte, & male, talia præcepta eſſent indiſpenſabilia; Ex eiſdem fundamentis infert pręcepta decalogi tam primę, quam ſecundę tabule eſſe indiſpenſabilia continent enim intentionem Legiſlatoris, & ipſum ordinem iuſtitię, & virtutis, nam pręcepta primę Tabulę ordinant ad Deum, & ſic ad bonum comune, & finale quod eſt Deus, & pręcepta ſecundę Tabulę continent ordinem iuſtitię obſeruandę inter homines, vt nulli fiat indebitum, & cuilibet ius ſuum, & debitum reddatur.

22 Pręcepta ſecundę Tabule in opinione Scoti ſunt a Deo per ſuam omnipotentem voluntatem diſpenſabilia, itaut poſſit efficere Deus quod is, qui erat obligatus per naturę legem ad aliquid faciendum, vel vitandum ijs aut illis condicionibus exiſtentibus, poſtea eiſdem condicionibus ſtantibus non ſit ad id obligatus poſſitque actum exercere licitè variata ſolum circumſtantia prohibiti, & non prohibiti, probatur quia pręcepta illa non ſunt principia legis naturę nec concluſiones ex eis neceſſario deductę ergo ſunt a Deo diſpenſabilia; Item illa pręcepta non habent rectitudinem, & bonitatem neceſſariam, ſed contingentem ergo ſunt diſpenſabilia probatur ante-

receden,quia non ideo præcipiuntur a Deo, ideo bona ergo non habent neceſſariam bonitatem,ſed contingentem,quia alias Diuina voluntas haberet regulam ſuæ bonitatis ad extra, quod non eſt dicendum,cum voluntas Diuina ſit Regula omnis bonitatis, & eſſentialiter bonitas. Dices, non tantum *præcepta ſecundæ Tabulæ ſunt de iure naturæ*, ſed plurima alia extra Decalogum ergo omnia pariter ſunt diſpenſabilia, antecedens probatur per Gratianum in prima parte Decreti Cap. humanum diſt. 1. vbi dicit Humanum genus duobus regitur modis naturali videlicet iure, & moribus Ius naturale eſt quod in lege, & Euangelio continetur, &c. Reſpondet Scotus in 4. diſt. 17. q. 1. §. Illud autem eſt verum vbi ait quod non recte loquitur Gratianus de iure naturæ niſi dicamus quod extendit ius naturæ ad id, quod eſt conforme, & conſonum Iuri naturæ ſtricte accepto.

23 Pro conplemento iſtius vtiliſſimę materię occurrunt ex ſacra Scripturæ tres difficultates dilucidandę. Quarum prima eſt; An Deus diſpenſauerit cum Abrahamo in pręcepto Non occides; pro cuius Intelligentia notandum eſt, quod inter Diuinam, & humanam diſpenſationem maximum eſt diſcrimen, & differentia; nam actus qui nobis videtur malus, & illicitus Dei pręcepto, & diſpenſatione poteſt fieri licitus verbi gratia Petrum occidere Ioannem eſt illicitum, vel nobis videtur illicitum, tamen ſi Deus mandat, quod Petrus Ioannem occidat faciet illud eſſe licitum, quia ipſe interponet aliquid; propter quod illud, quod nobis videbatur illicitum erit licitum, ſic etiam iſtum auferre bona alicuius nobis manifeſte videtur eſſe furtum, Deus tamen ſi mandauerit faciet eſſe licitum, ſic etiam ſi aliquis carnaliter Vxorem cognoſcat alterius ſciens, & volens iudicatur eſſe adulterium; Si tamen Deus mandet faciet illud licitum; & horum ratio eſt, quia Deus habet plenum, & abſolutum Dominium ſuper omnes Creaturas, & eis vti ad libitum poteſt prout ſibi placuerit; Hominibus autem non eſt conceſſa poteſtas interpretandi, & diſpenſandi circa omnia talia quia tunc totum ius periret cum voluntas humana ſit malus Canon vt ait Philoſophus 9. , & hic: Ideo homines quantecumque poteſtatis ſint non poſſunt interpretari aut diſpenſare circa talia, Nam ſummus Pontifex non poteſt diſpenſare, quod Petrus licite occidat Ioannem, nec quod auferat rem alienam inuito Domino, quia deficit ei titulus Creationis.

24 Pręterea Iſaac non erat Innocens coram Deo quia homines omnes nocentes ſunt ei vel peccato mortali, vel veniali, vel originali, vel ſaltem pęna peccati originalis; Nam ipſe Chriſtus, qui peccatum nullum fecit aut contraxit ſubiectus erat neceſſitati moriendi, vt ait Apoſtolus ad Hębreos 8. quia ſtatutum eſt vnumquemque hominem ſemel mori, & per illam legem *Chriſtus* moriturus erat, & hoc ex preuaricatione primi Parentis. Cum ergo Iſaac nocens eſſet coram Deo quantum ad peccata venialia ſaltem, & originale, vel etiam mortalia, licet quę fuerint, taceantur; Quod ad iſta debitor erat mortis quo ad Deum, & poterat eam Deus repetere ab eo, quandocumque vellet, & vbicumque, & per quam cumque Perſonam; Addit Toſtatus ſuper Exodum Cap. 20. q. 35. quod Deus poterat Iſaac occidere, & quidem licite etiam ſi fuiſſet Innocens coram eo; Nam ipſe agit omnia propter ſe, & creauit nos propter ſe, redemit propter ſe, glorificat propter ſe, & tollit peccata propter ſe iuxta illud Hieremię Cap. 43. ego ſum qui deleo peccata tua propter me; Deus ergo vtitur nobis, non fruitur. Stat ergo veritas quod Deus iuſte, & licite diſpenſauit in pręcepto. Non occides circa Perſonam Iſaac, & Abraham ſi occidiſſet Dei mandatum exequendo licite occidiſſet ex parte Dei, qui cum eſſet Creator ipſius Iſaac ſuper ipſum habebat diſpoticum Dominium, & plenam poteſtatem faciendi circa ipſum quicquid

quid

quid ſibi placitum fuiſſet ; Secundo quia erat Cauſa finalis vltima eiuſdem Iſaac poterat ipſum occidere propter ſe , & gloriam ſuam ; Tertio quia Iſaac erat eorum Deo reus mortis , ergo poterat eam ab eo exigere quando , vbi, & per quamcumque perſonam ſibi placuiſſet.

25 Secunda difficultas. Vtrum Deus diſpenſauerit cum Filijs Iſrael in pręcepto. Non furtum facies ; Patet enim ex ſcriptura , quod Deus pręceperit Iudęis petere comodato ab Ægyptijs vaſa aurea , & argentea , & Veſtem plurimam ita exodi Cap. 3. vbi in extremis verbis dixit Deus Moyſi ; Dabo gratiam Populo huic coram Ægyptijs , & cum egrediemini non exibitis vacui ; ſed poſtulabit Mulier a vicina ſua , & ab hoſpitaſua vaſa argentea , & aurea , & veſtes, ponetiſque eas ſuperfilios , & filias veſtras , & ſpoliabitis Ægyptios ; Idemque dixit Deus Moyſi in initio Cap. 11. his verbis ; Dices omni populo , vt poſtulet vir ab amico ſuo , & Mulier a Vicina ſua vaſa argentea , & aurea ; Dabit autem Dominus gratiam Populo ſuo coram Ægytijs ; Quod autem id effecerint Hebræi patet Exodi 12. vbi ita legitur; Fecerunt filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi , & petierunt ab Ægyptijs vaſa argentea, & aurea , veſtemque plurimum Dominus autem dedit gratiam Populo coram Ægyptis , vt comodarent eis , & ſpoliauerunt Ægyptios. Et ex his tribus locis ſcripturę liquido apparet non eſſe verum; quod quidam dixerunt, Ægyptios vltro donaſſe illa dona Hebręis pręueniendo eorum petitionem , nec comodaſſe eis quaſi poſt vſum eorum in ſacrificio,quod in ſolitudine facturi Deo ſuo reddenda ipſis ; ſed gratuito, & liberaliter ea donaſſe : Hoc enim eſſe falſum euidenter oſtendunt Verba Scripturarum quas ſupra citauimus : Huic difficultati plurimi , & quidem egregie reſpondent quorum reſponſiones hic ponere per extenſum eſſet nimis longum, eſſet , & tędioſum ; nos breuitati ſtudentes eorumdem reſponſiones reducemus ad quinque Cauſas , ob quas Iſraelitę tulerunt bona Egyptiorum , vel propter aliquas , vel propter omnes.

26 Prima Cauſa eſt Domino Ægyptios puniente , & priuante illos bonis ſuis propter eorum delicta , & peccata applicanteque illas Iſraelitis, ſicut ob crimen hęreſis vel Lęſę Maieſtatis priuantur homines ſuis bonis , & applicantur illa Fiſco, qua etiam ratione terra promiſſionis fuit ſublata Cananęis , alijſque nationibus ob eorum Idolatriam , & delicta , & tradita Iudęis ita D. Auguſtinus in q. 19. in exodum, & in lib. 22. contra Fauſtum Cap. 71. ; Secunda Cauſa quia filij Iſrael ſeruierunt Ægiptijs multis annis in operibus Lateris , & Luti , pro quibus laboribus ab eis nullam mercedem acceperant ; Deum vt Iuſtum Iudicem pręcepis ſe illud velut ſua sētentia ad iudicantem illa bona Iſraelitis tanquam iuſte eis debita quod inſinuatur ſapientię 10. Reddidit iuſtis Deus mercedem laborum ſuorum , &c. & tranſtulit per Mare ; Ita Philo lib. 1. de Vita Moyſi , & Iręneus libr. 4. contra Hęreſes Cap. 49., & Scotus in 3. lib. diſt. 37. q. vnica Tertia Cauſa ; Quia furtum eſt acceptio rei alienæ inuito Dominio , & cum Deus ſit Dominus omnium rerum Iſraelitas ex præcepto Dei tanquam veri Domini illorum bonorum illa accipientes non commiſiſſe furtum ita Philo D. Auguſtinus , & Iræneus locis citatis ; Quarta Cauſa. Quia filij Iſrael ea noctæ , qua Ægyptij ſuffocati ſunt habuerunt cum eis veluti bullum iuſtum Domino pro eis pugnante, & cum in bello iuſto liceat expoliare Inimicos , quæ mutuo acceperunt retinuiſſe tanquam ſpolia illius belli iuxta illud Sap. 10. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum , &c. Ita Clemens Alexandr. primo libro ſtromatum , & Eyiphanius in lib. Anchoratus ; Quinta Cauſa eſt grauiſſimum ingratiſſimi Animi Ægyptiorum in Hæbreos incrimen ; ob quod ſuis illis bonis merito expoliati fuerint ; Ampliſſima enim beneficia a Sancto Patriarcha Ioſephi ; qui per octoginta annos vniuerſam Ægyptum admirabili prudentia , & inæſtimabili eius

gentis vtilitate ſummo cum Imperio adminiſtrauerat, Quamobrem Ægyptios in eius gentem humaniſſimos, & benigniſſimos eſſe oportuit, cui tamen illi fuerunt inhumaniſſimi, atque Crudeliſſimi ita Iræneus loco citato.

27 Tertia difficultas. Vtrum Deus diſpenſauerit cum oſea in Præcepto: Non Mæchaberis; Ab hac difficultate nullo labore ſe expendunt, qui dicunt ea, quæ feciſſe Oſeam narrata in eius Prophetia non fuiſſe re ipſa, vere que facta, ſed tantum in Viſione prophetica contigiſſe, ſic multi Rabini Hæbreorum, ſed pro certo,& indubitato credentes (prout omnes ſecundum veritatem tenemur)non in ſpiritu,ſed reuera geſtam eſſe,vt docet Sanctus Iræneus lib. 4. Cap. 37.; cuius Verba ſunt ſequentia: Non ſolum autem per viſiones, quæ videbantur, & ſermones, qui præconabantur, ſed & in operibus viſum eſt Prophetis, vt per eos præfiguraret, & præmonſtraret futura, propter quod, & Oſea Propheta accepit vxorem fornicationis per operationem prophetans, quod fornicando fornicabitur terra a Domino, hoc eſt qui ſuper terram ſunt homines, & de huius modi hominibus beneplacitum habebit Deus aſſumere Eccleſiam ſanctificandam comunicatione filij eius, &c. ſic Iræneus; ſic pro certo credentes non ita facile exponunt; quomodo præcepit Deus Prophetæ vt ſumeret mulierem fornicariam, & faceret filios fornicationis; Alexander Alenſis 1. p. q. 37. membr. 3. ad tertium dicit,quod etiam ſi Deus præcepit Prophetæ miſceri Mulieri fornicariæ non ſequitur propter hoc quod præceperit fornicari,quia fornicari dicit cognoſcere non ſuam ex libidine, quod eſt ſecundum ſe malum, quia priuat ordine ad Deum, & ſic nullo modo poteſt cadere ſub Diuino præcepto.

28 Eodem modo ſed clarius reſpondet D. Bonauentura in primo diſt. 47. art. 1. q. 4. ad primum dicit quod Deus non præcepit Oſeæ actum libidinoſum, quia hoc eſt malum ſecundum ſe, ſed tantum vt duceret in vxorem mulierem, quæ fuerat fornicaria, quod quidem non erat malum ſecundum ſe, & ideo poterat per præceptum fieri bonum, quia faciebat ex obedientia Dei; pari modo reſpondet D. Thomas prima 2. queſt. 100. art. 8. ad tertium vbi dicit, & ſimpliciter etiam Oſeas accedens ad vxorem fornicariam, vel mulierem adulteram non eſt mechatus, nec fornicatus, quia acceſſit ad eam, quæ ſua erat ſecundum mandatum Diuinum,qui eſt author inſtitutionis Matrimonij; Toſtatus in exodum dicit, quod Deus non mandauit Oſeæ fornicari, ſed præcepit quod illam fæminam, ad quam accederet in vxorem acciperet, quia non dixit accipe fæmineam fornicariam, ſed accipe vxorem fornicariam, Vxor autem nomen coniugij dicit, cum vxore autem ſua nemo fornicari poteſt qualitercumque cum ea ſe habeat, Nec poteſt dici,quod ibi vxor accipiatur pro muliere, vel fæmina, quoniam ſicut in noſtro textu ponitur vxor, quod eſt nomen ſignificatiuum coniugij, & non ſexus ita ponitur in Hebræo ideo non facta diſpenſatio fornicandi. Vide Abulenſem in Exodum Cap. 3. q. 10., & Cap. 20. q. 35. Quod ſi vrgeas, vt dicit D. Bonauentura, qnod non tantum precepit Deus, vt ſumeret vxorem fornicaria, ſed etiam vt faceret filios fornicationum ergo præcepit fornicari. Reſpondetur, quod per filios fornicationum intelligit filios; qui ſecuti erant exemplum Matris; quia plurimum erant fornicaturi. Per hanc autem fornicationem intelligit Propheta Idolatriam, & vt oſtenderet, filij Iſrael quod eſſent ſecuturi Idolatriam, & eſſent a Deo receſſuri, ideo vocat filios fornicationum; ideſt Idolatras, qui erant imitaturi Matrem ſuam Synagogam,quæ etiam erat Idolatra; Hoc modo, & bene interpretantur multi, quos adducit Ribera in ſuis commentarijs in Prophetas minores.

De actibus humanis, quo ad eorum quiditatem, & accidentia tam intrinſeca, quam extrinſeca Caput Tertium.

De humana actione voluntaria, & libera Art. 5.

1 HVmana actio tria poteſt ſignificare primo omnem eam actionem, quæ fluit ab homine ſiue ſit illi propria ſiue comunis cum plantis, & Brutis, quia ea etiam dici poteſt humana, quia homo etiam illam agit ſic nutritio augmentatio viſio auditio, & ſimiles actiones quatenus fiunt ab homine humanæ dicuntur; Secundo poteſt ſignificare actionẽ eam tantum, quæ fit ab Homine non comunem ſcilicet cũ plantis, & cæteris Animalibus; huiuſmodi ſunt riſus locutio, Intellectio, & volitio dicuntur actiones homini ſiues fiant cum aduertentia rationis ſiue non, ſic quoque actiones puerorum, & amentium dicuntur actiones humanæ; Tertio ſignificare poteſt eam actionem, quæ fit ab homine vt homo eſt, ideſt, vt agit ex deliberatione, qui modus agendi proprius hominis eſt. Hinc excluduntur actiones puerorum, vel amentium, quæ etiam ſi fiant a ſolis hominibus tamen non dicuntur proprie humanæ, quia non fiunt ex deliberatione, ideo nec ſunt morales, nec dignæ laude, vel vituperio ita ex D. Thoma p. 2. q. 6., & 7., & ibi Thomiſtæ. Actio igitur humana ea eſt, quæ ex libera hominis voluntate originem habet, quæque rationis deliberatione, ſeu mentis conſultatione progignitur; Hic aduerte D. Thomam loco citato propria actionem humanam vocare operationem homini voluntariam, ac liberam aut eius omiſſionem, quia non tantum quis dicitur agere modo humano, & morali quando poſitiue aliquid operatur modo dicto credendo, ſperando, diligendo, &c. Verum etiam quando non operatur, & omittit agere, quod tamen agere poterat, & ad illud tenebatur; Sicut Hæreticus dicitur male agere, quia non credit; peccator, quia non diligit; & Gubernator Nauis dicitur Nauem ſubmergere, quando dormit, & non impedit ventos, & vndas cum tamen poſſet, & teneretur pro illa gubernanda, & ad optatum portum deducenda, & ſic de alij ſimilibus.

2 Ante quam propius accedamus ad inueſtigandos actus humanos quo ad eorum diſtinctam notitiam ſciendum eſt actionem humanam octo eſſe diſtincta, & non incidentia poſſe habere, ſed in vno quoque illorum eſſe aliquid quod in alijs non inueniatur; Primum eſt eſſe naturale, quiditatiuum, & reale; Secundum eſt eſſe vitale; Tertium eſſe ſpontaneum, & voluntarium; Quartum eſſe liberum; Quintum eſſe morale; Sextum eſſe ſimpliciter ſupernaturale; Septimum eſſe meritorium de condigno; Octauum eſt eſſe beatificum; Actio humana vt habeat ſuum eſſe naturale, quiditatiuum, & reale requirit cauſam realem, & potentem ad illam producendam in tali eſſe, talis eſt voluntas cum concurſu generali Diuino præuio etiam actu Intellectus, qui ſimul cum ſuo obiecto vere, & realiter huiuſmodi actionem producit, & dat eſſe quiditatiuum, reale, accidentale, & conſtituit eam ſub determinato genere, & ſpecie, vt notum eſt in Philoſophia, & metaphiſica; Vt vero prædicta actio humana habeat eſſe vitale, requirit aliquid aliud in ſua Cauſa, quod non erat neceſſarium ad eſſe naturale, illud requiſitum eſt eſſe vitale, quia nemo dat; quod non habet, quod pariter eſt in voluntate; Cum enim voluntas ſic

potentia

potentia Animæ rationalis, & cum ea ſecundum Scotum realiter identificata, & Anima formaliter ſit vita corporis Animati; ſequitur ipſam voluntatem eſſe potentiam vitalem, quæ dum producit aliquam actionem dabit illi eſſe vitale; Tertio vt habeat eſſe voluntarium requirit neceſſario vltra prædicta, vt in Cauſa ſua ſit quoque principium intrinſecum cognoſcendi, ſingula in quibus talis actio humana conſiſtere debet, vt diffuſe infra declarabitur.

3 Quarto vt habeat eſſe liberum eadem actio requirit, quod ſua Cauſa obtineat talem libertatem in ſe, ideſt quod poſitis omnibus requiſitis ad agendum poſſit velle agere, & nolle agere, & velle hoc, & nolle illud; Quinto ad eſſe morale actio humana requirit aggregatum omnium circumſtantiarum moralium (de quibus infra); Sexto Ad eſſe ſimpliciter ſupernaturale requirit actio humana fieri ex ſingulari motione Spiritus Sancti mouentis, nondum tamen inhabitantis, tales ſunt actiones, quas peccator excitatus inſtinctu, & gratia Diuina elicit pro iuſtificatione conſequenda, ſiue tales actiones ſint fidei, vel ſpei, aut deteſtationis peccatorum; Septimo ad eſſe meritorium de condigno actio humana vltra prædicta requirit in ſuo Agente gratiam habitualem inherentem, iuſtificantem, & ſantificantem, qua homo Deo formaliter gratus fit; & inde opera eius fiunt meritoria de condigno vitæ æternæ Hinc huiuſmodi gratia dicitur ſemen gloriæ, Octauo tandem ad eſſe beatificum eadem actio humana requirit Lumen, & ſtatum gloriæ, & confirmationem in gratia, & amicitia Dei. Ex iſtis octo eſſe ſic prælibatis primum, & ſecundum relinquimus Philoſopho conſideranda; Sextum vero Septimum, & octauum differimus vſque ad ſeptimum librum; De tertio quarto, & quinto erit completus ſermo in ſequentibus; vbi diſtincte omnia pertinentia ad hæc, & diligenter cum breuitate tamen propoſita in veſtigabuntur, & declarabuntur; quia ſunt ſcitu neceſſaria.

4 Voluntarium ſecundum Gregorium Niſſenum libro 5. philoſophiæ Cap. 3. eſt, quod neque vi, neque ex ignorantia fit, ſed a principio intrinſeco; Secundum vero Damaſcenum lib. 2. de fide Cap. 24. Voluntarium dicitur, cuius principium eſt in agente, qui habet compertas omnes, & ſingulas circumſtantias actus; Secundum D. Thomam p. 2. q. 6. art. 1. Voluntárium dicitur eſſe non ſolum, cuius principium eſt intra, ſed cum additione ſcientiæ; Secundum Ariſt. 3. Ethic. Cap. 2. Voluntarium dicitur, quod eſt a principio intrinſeco cum cognitione, vel ſcientia, ſingulorum in quibus eſt actio; Genus in hac definitione eſt principium intrinſecum vniuocum, & comune, ipſi voluntati, Intellectui, Animæ vegetatiuæ, ſenſitiuæ, lapidis grauitati, ignis Leuitati, & ſimilibus; hæc enim omnia ſuapte natura, & nterno pondere in ſuas erumpunt actiones, reliqua huius definitionis adduntur tanquam differentiæ; Dicitur igitur in definitione cum cognitione ſingularium, ſeu particularium; vt ſignificetur dependentia actionis voluntariæ a cognitione; Neque enim poteſt quid piam eſſe voluntarium, niſi ſit cognitum, ideo inanimata, vt elementa, & lapides, & vegetatiua, vt plantæ non habent actiones voluntarias quia carent cognitione Intellectiua ſicut nec cætera Animantia. Sola ergo Creatura intellectualis Angelica, & humana habet operationes voluntarias, quia cognoſcunt per Intellectum; Dicitur particularium, hoc eſt circumſtantiarum, in quibus conſiſtit huiuſmodi actio, earum ſcilicet; quæ pertinent ad ſubſtantiam moralem, vt ſi quis noctu occidit Patrem quem putat Inimicum, illa actio occidentis eſt volnntaria in ratione homicidij ſic cogniti ab occidente, qui hominem cognouit dum occidit; non tamen eſt voluntaria, in ratione Patricidij, quia circumſtantia illa in ratione Patris non fuit cognita, vt patet; Hæ quattuor definitiones parum differunt.

5 Doctor ſubtilis dat tres alias definitiones Voluntaris. Primam in 4. diſt. 14. q. 1. §. de Tertio, dicens Voluntarium eſt, contra quod non omnino voluntas remurmurat ſed patienter ſuſtinet, vel acceptat; Secundum ibidem Voluntarium eſt, contra quod non omnino voluntas remurmurat, ſed voluntarie cauſat; Tertiam in ſecundo diſt. 32. q. 1. §. ad Argumenta quæſtionum. Voluntarium communiter, & magis proprie ſumitur pro eo, quod eſt in voluntate; prout voluntas eſt actiua; Hæc cum ſecunda videtur coincidere; Pro intelligentia dictorum, & dicendorum notandum eſt ex eodem Doctore Subtili in ſecundo diſt. 32. q. 1. §. citatis, &c. Voluutarium tripliciter ſumi ſcilicet ſubiectiue, obiectiue, & effectiue; primum eſt illud quod in voluntate recipitur tanquam in ſubiecto, cuius modi ſunt habitus tam infuſi, quam aquiſiti, tam boni, quam mali, & omnes actus eliciti ab ipſa voluntate, & omnia accidentia Spiritualia, quæ voluntati inhærent; & omnes eorum priuationes, cuiuſmodi ſunt peccata originale, & actuale; Voluntarium obiectiue eſt illud, quod voluntati obijcitur, talia ſunt omnia obiecta volita; Voluntarium effectiue eſt illud, quod a voluntate mediate, vel immediate, elicitiue, vel imperatiue procedit; Iſtis omnibus modis mors Chriſti Domini; pœnæ, & dolores, cæteraque, quæ pro noſtra ſalute perpeſſus eſt vere fuerunt voluntaria tum quia principaliter eius voluntati inhærebant, tum quia fuerunt non tantum patienter tolerata, ſed etiam ab eius voluntate volita, & Cauſata, quia oblatus eſt quia ipſe voluit, ita quod eius voluntas non ſolum Cauſauit moraliter, & meritorie, verum etiam phiſice, & naturaliter iuxta illud Ioan. 10. propterea me diligit, quia ego pono Animam meam, vt iterum ſumam eam; Idem proportionaliter ferme dicendum eſt de nece, & acerbiſſimis Martyrum ſupplicijs iuxta illud Machab. lib. 2. Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarum vir ætate prouectus; & vultu decorus aperto ore hians compellabatur carnem porcinam manducare, at ille glorioſiſſimam mortem magis, quam odibilem vitam complectens voluntarie ante ibat ad ſupplicium, & ſic de alijs glorioſiſſimis martyribus.

6 Voluntarium duplex Imperfectum, & perfectum, Illud dicitur voluntarium imperfectum, quod ex imperfecta cognitione finis procedit, & tale eſt in brutis, quæ non cognoſcunt finem vt finem, ſed confuſiori modo, ſic etiam eſt in nobis, cum actus non eſt perfecte deliberatus, quia cum Voluntarium ex cognitione procedat, iuxta gradum cognitionis erunt gradus voluntarij. Illud vero eſt voluntarium perfectum, quood procedit ab intrinſeco principio ex perfecta cognitione finis; Item voluniarium duplex eſt, aliud immediatum, aliud mediatum; Voluntarium Immediatum eſt quod quiſq; propria volunlate immediate operatur, vt cum quis condit teſtamentum; Voluntarium mediatum, quod aliquis gerit volſtntate aliena, vt cum per Procuratorem aliquis facit Matrimonium, aut alium contractum; ſiue iuris auctoritate; quo pacto Tutorum voluntas eſt etiam pupillorum, ſiue reputatione, quomodo Parentum voluntas reputatur voluntas filiorum infantium, vel amentium ſiue continentia, & pacto, ſic Pater accipit a Principe ſibi, & poſteris caſtrum, & voluntas poſterorum continetur pacto in voluntate Patris; Item Voluntarium dicitur de re obiecta, & de actu, & de effectu ex actu proficiſcente, res enim, quam appetitus cum cognitione proſſequitur voluataria dicitur, voluntarius item dicitur actus, quo ſcienter aliquid appetimus, etiam comodum, & incomodum, & damnum ex voluntario actu profectum voluntarium dicitur; ſi emiſſa ſagitta occidat Patrem familias dicitur. Primo voluntaria mors Patris familias; Secundo voluntaria emiſſio Sagittæ, Tertio voluntarium damnum illatum ſecutum familiæ.

7 Rurſus voluntarium duplex eſt

actua-

actuale, & virtuale voluntarium actuale illud dicitur, quod explicite quis habet de re preſente, vel abſente; Voluntarium virtuale illud eſt, quod in præcedentis actus non reuocati, ſed perſeuerantis aliquo effectu virtualiter durat; Ita ſi tempore conſecrationis Sacerdos habeat explicite intentionem conſecrandi talis conſecratio dicitur *actualiter voluntaria*; *ſi vero habuit tantum in principio Miſſæ, vel offertorij* etiam ſi tempore conſecrationis diſtractus ſit dicetur tamen conſecratio voluntaria non quidem actualiter, ſed virtualiter voluntaria virtute inquam præcedentis intentionis in actualis; Si quis quærat quamdiu duret voluntatis vis, & virtus ad hoc vt cenſeatur voluntarium id, quod ſequitur; Quidam putant durare, quamdiu durat prima voluntas, & non reuocatur, ſed alijs videtur admodum dificile, vt tandiu duret alioquin enim non ſolum ad multos dies, & menſes, ſed etiam ad annos, immo, & ad totam vitam permanere diceretur; Quare verius exiſtimant alij eam perſeuerare quandiu non reuocatur, & manet aliquid relictum ex ea tanquam effectus, ex quo ad aliquid aliud agendum incitamur, vt cum Sacrarium petit eo animo vt miſſam celebret, deinde nihil aduertens in ſacrario veſtibus ſacris induitur, in publicum prodit, panem in Altari collocat, incipit Miſſæ Sacrificium, & rem Sacram operari, inde præſentem panem conſecrat; hæc omnia ſua ſponte, & voluntate præſtat, quia prima voluntas manet in aliquo ex ea effectu relicto.

8 Voluntarium adhuc duplex directum, & indirectum, Voluntarium directum eſt id, quod fit a voluntate tanquam a Cauſa operante, vt ſi quis Nauem perforet, Vnde aqua ingrediens illam ſubuertat vel ſubmergat, dicitur ſubmerſio illa voluntara directe. Indirectum voluntarium eſt, quod a voluntate tanquam a Cauſa non operante cum poſſet, & deberet, vt ſubmerſio Nauis tempore tempeſtatis dormiente Nauta eſt voluntaria indirecte, quia ſit a Nauta non gubernante Nauem, & non declinante ventos cum poſſet, & deberet; Sic, qui non dat eleemoſinem eſtreme indigenti, vnde moriatur, cum tamen poſſet, & deberet, & maxime ſi eſt Princeps, vel Epiſcopus, vel aliquis ex officialibus, ad quos ex iuſtitia pertinent ſuccurrere, in tali Cauſa, & Caſu dicetur indirecte voluiſſe homicidium; Vtrumque uoluntarium directum, & indirectum ſubdiuiditur, primo, Voluntarium directum duplex eſt, unum quod eſt uolitum a uoluntate in ſe ipſo, ut cum quis intendit occidere Petrum. Alterum quod eſt uolitum in ſua Cauſa cum expreſſa intentione homicidij; Vt cum uoluntarie quis emittit ſagittam dicitur uelle homicidium directe in ſua Cau. ſa ideſt in emiſſione ſagittæ; Differunt autem, quia primum illud homicidium dicitur eſſe a uoluntate tanquam eliciente, & ſe ipſa operante, Secundum uero a Voluntate tanquam imperante, & per medias alias potentias operante; Voluntarium indirectum etiam duplex eſt, unum a uoluntate non operante modo explicato, quod etiam dici ſolet uoluntarium interpretatiuum; Alterum uolitum in ſua Cauſa abſque expreſſa intentione homicidij ut homicidium in Cauſa emiſſionis ſagittæ; Et quidem ad uoluntarium indirectum. Primo requiritur ut poſſit; Secundo ut negligens, & teneatur ad actum oppoſitum Verbi gratia ſi Nauta non teneretur ad gubernandam Nauem non diceretur ſubmerſio eius uolũtaria, ſed tantũ permiſſio quædam; Ad peccatum uoluntarium requiritur, quod poſſit uoluntas, & teneatur non uelle.

9 Præterea uoluntarium diuiditur in expreſſum, & tacitum; expreſſum dicitur, quod Verbis, uel alijs ſignis ex inſtituto ſignificatur; Tacitum uero quod ſine Verbis, uel alijs ſignis ſed facto aliquo aut omiſſione facti fit; Vnde conſideratis circumſtantijs conſenſus uoluntatis merito colligi poteſt. Ad hoc ſpectat Regula iuris 45. in 6. qui tacet conſentire uidetur, quæ tamen Regula uniuerſim non eſt uera, quia taciturnitas ſecundum ſe neque

que aſſenſum ſiue conſenſum, neque diſſenſum ſignificat, niſi alijs adminiculis, ſeu coniecturis adiuuatur, ſicut optime declaratur in 6. Regula 44. qui tacet non fatetur, ſed nec vtique negare videtur, ſi quidem taciturnitas eſt medium quid inter aſſeuerationem, ac negationem Ideo Sanchez lib. 1. de Matrimon. diſp. 5. nu. 5., & diſp. 6. nu. 11. ex varijs circumſtantijs, & coniecturis tradere conatur quibus tacentis aſſenſus, vel diſſenſus cognoſcitur aut præſumitur ſecundum Iudicium viri prudentis; Prima coniectura; Tacens conſentire videtur ſi agatur de eius fauore accomodo, ſecus ſi agatur de eius incomodo, ſeu preiudicio; Secunda coniectura: Tacens conſentire videtur, ſi conſentire nolens negare, vel contradicere deberet, non item ſi reſpondere non tenentur nec contradicere; Hinc Reus a Iudice legitime interrogatus ad ea, quæ ſibi objciuntur reſpondere tenetur, & ſi taceat, fateri præſumitur; Tertia Principis, vel Prælati ſcientia, & patientia exiſtimatur, ſi contradicendo abſque ſcandalo, alterius ue mali periculo impedire poſſit. Ex his denique ſequitur alia diuiſio Voluntarij in voluntarium formaliter, & elicitiue quod eſt actus ipſius voluntatis cum ratione deliberata elicitus, & in Voluntarium imperatum, quod eſt actus Intellectus, & aliarum potentiarum, quæ voluntatis motioni, & Imperio parent.

10 Liberum eſt id, quod poſitis omnibus ad agendum requiſitis abſque eo, quod fiat vlla mutatio in ſe poteſt agere, vel non agere; Dicitur primo poſitis omnibus, &c. quia ſi quid eorumde ſit non tribuetur Agenti libero, quod non agat, ſed defectui alicuius ex neceſſarijs ad agendum; Dicitur Secundo abſque eo, &c. quia in hoc Agens liberum diſtinguitur ab Agente neceſſario; Agens enim neceſſarium poteſt aliquando non agere facta tamen aliqua mutatione in ipſo; vt v. gratia, oculo aperto, & præſente imagine non poteſt non videri Imaginem, ſed ſi admoueatur oculo tabula, vel lamina ferrea non videbit Imaginem; quia fit aliqua mutatio in oculo, neque enim tunc ſpecies ab Imagine tranſmittitur in oculo. At agens liberum abſque mutatione facta in ipſo poteſt non agere. Hinc patet, quid ſit libertas, eſt enim facultas quædam agendi modo explicato, quæ dicitur indifferentiæ, quia eſt indeterminata, & ſe determinat ad id, quod voluerit, & hæc ſolum reperitur in voluntate; Hæc voluntatis libertas duplex eſt, vna ſecundum exercitium, quæ dici ſolet libertas contradictionis, & eſt poteſtas, ſeu Indifferentia ad agendum, & non agendum, qualem libertatem homo in hac vita habet circa omnia obiecta, quando quidem nullum obiectum eſt, cuius proſſecutio videri debet adeo neceſſaria ad obtinendum fælicitatem (quæ eſt finis humanæ operationis) vt omiſſio actus circa idem obiectum non etiam aliquam ratione boni habere poſſit; Nam ipſammet beatitudinem tum in comuni, tum in re particulari, nec licet, nec expedit expetere omni tempore; De hac vita eſt ſermo, nam in altera Beati continuo, & neceſſario amant Deum, quia nulla ratio ſe offerre poteſt, cur Deus clare viſus, & voluntatis indeſinenter propoſitus non ametur.

11 Altera eſt libertas, quæ dici ſolet ſpecificationis, ſiue contrarietatis, & eſt poteſtas, ſeu indifferentia, tum hanc tunc contrariam actionem circa idem obiectum exercendi, v. gratiam circa fidei Diuinæ propoſitionem aſſenſum, & diſſenſum; circa Dei amorem, & odium ſicque diſcurrendo circa omnia bona particularia, talem libertatem, & indifferentiam obtinet homo in hac vita circa omnia huiuſmodi obiecta, quia nullum eſt particulare obiectum, quod Intellectui humano pro ſtatu iſto ad eo bonum apparet, vt non etiam in eo reperire poſſit aliquam rationem malitiæ, ſiue inconuenientiæ comparatione ipſius appetentis hoc loco, tempore, & alijs circumſtantijs Spectatis. Siquidem ipſum quoque Deum optimum apprehendere

poteſt tanquam punitorem ſui, & Vindicatorem propriarum offenſarum eaque ratione ipſum odiſſe; neque vllum obiectum adeo vndequaque malum apparet vt non etiam in eo reperire poſſit aliquam rationem bonitatis, vel conuenientiæ; nam omne malum fundatum eſt in aliquo ente, quod ſua natura bonum eſt, vt alicui conueniens videri poſſit; Quin, & ipſa priuatio ſiue carentia boni particularis v. gratia mors propria, vel aliena ob certam Cauſam puta quia a maiori malo liberat, quia Inimicum hominem tollit, bona, & appetenda iudicari poteſt non quidem per ſe, ſed per accideos; Vtraque iſta libertas tam contradictionis, quam contrarietatis reperitur in Diuina voluntate, quæ libertas in Deo eſt perfectio ſimpliciter, quia in operibus ad extra, & reſpectu obiectorum Creatorum melior eſt in Deo, quam oppoſita neceſſitas; Perfectio autem ſimpliciter eſt quæ in quolibet habente illam eſt melius habere ipſam, quam non habere ex D. Anſelmo in Monologio Cap. 14.

12 Iterum libertas eſt triplex; vna naturæ qua quis libet eſt a coactione, & neceſſitate; Secunda gratiæ, qua quis liber eſt a peccato; Tertia gloriæ qua Beatus eſt liber a miſeria huius vitæ De prima loquitur D. Paulus 1. Corint. Cap. 7. V. 37. vbi ait, qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis; De Secunda Idem Apoſtolus loquitur Romanis Cap. 6. V. 18. dicens liberati a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. De Tertia D. Paulus pariter ſcribit Romanis Cap. 8. V. 21. ſic tunc, & ipſa Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei; Ex his certum eſt non denominari liberum arbitrium a libertate gratiæ, & gloriæ, ſed a libertate naturæ; nam liberum arbitrium (de quo hic agimus) debet eſſe comune bonis, & malis cum a natura homini ſit inſitum, at libertas gratiæ, & Gloriæ non eſt comunis bonis, & malis, neque a natura eſt homini inſita ergo ab illa libertate non poteſt denomiaari liberum arbitrium; ſed a ſola libertate naturæ, quam libertatem habuit homo in ſtatu Innocentiæ non ſolum vtendo ea in actionibus naturalibus, ſed etiam in ſupernaturalibus, & cum naturalia in homine (interquæ eſt huiuſmodi libertas) poſt lapſum remanſerint integra, poſt peccatum ante recuperationem gratiæ homo retinet liberum arbitrium in actionibus naturalibus; patet experientia ſedet, ambulat, ſtudet, laborat prout ſibi placet, & hoc tam certum eſt, quod recte dixit Scotus eum Ariſtotile non rationibus, ſed flagellis, & cruciatibus agendum eſſe contra negantes in homine liberum arbitrium, & vſum eius in actionibus naturalibus; Tamdiu enim verberibus pulſandi eſſent, donec confiterentur in noſtra poteſtate eſſe eos non amplius pulſare; Quam libertatem, & vſum eius retinent etiam in actibus ſupernaturalibus poſt lapſum, & poſt recuperatam gratiam. Quod valde torquet Hereticos, qui putant liberum arbitrium penitus eſſe ſublatum poſt peccatum; Conceditur tamen cum Concilio Tridentino liberum arbitrium viribus attenuatum eſſe, & inclinatum poſt dictum peccatum, quia poſt illud homo eſt priuatus iuſtitia originali, alijſq; donis ſupernaturalibus, per quæ multa præſtare poterat, antequam ſpoliaretur.

13 Libertas quatenus opponitur naturalitati eſt comunis Diuinæ, Angelicæ, & humanæ voluntati, quia tam Deus, quam Angelus, & homo quædam operantur per modum naturæ nimirum intelligere, & producere, Quædam per modum libertatis vt amare; igitur libertas oppoſita naturalitati, quatenus eſt contrahibilis comunis eſt Deo Angelis, & homini, qui omnes ſemper operantur libere; Libertas hæc ſcilicet oppoſita naturalitati, quatenus eſt contrahibilis per neceſſitatem intrinſecam, & per contingegtiam etiam intrinſecam non eſt, comunis voluntati Diuinæ, & humanæ ex Scoto in primo diſt. 4. §. contra 4. art.

& in quarto diſt. 49. q. 6. ; quia voluntas humana tam in via, quam in Patria operatur contingenter contingentia intrinſeca, & nullibi agit neceſſario neceſſitate intrinſeca; Deus vero aliquando agit per voluntatem Diuinam neceſſario neceſſitate intrinſeca producendo nimirum Spiritum Sanctū ergo libertas cōtrahibilis per neceſſitatem intrinſecam,& contingētiam intrinſecam non eſt comunis Deo,& hominibus; Pro quorum notitia obſeruandum eſt noſtræ voluntatis contingentiam eſſe duplicem intrinſecam, & extrinſecam, prima eſt inſeparabilis a voluntate humana niſi per neceſſitatem intrinſecam ipſi voluntati, poſterior vera Cauſa extrinſeca expelli poteſt ſiue impediri maxime ſi ſuperior ac preſtantior ſit ipſa voluntate, vt accidit in patria. Libertas oppoſita naturalitati vt contrahibilis per neceſſitatem extrinſecam, & per contingentiam item extrinſecam vt ſic non eſt comunis Deo, & Creaturæ humanæ, quia Dei voluntas a nullo extrinſeco agente vrgeri poteſt ad agendum neceſſario, ſed ſolum a ſe ipſa, & a Diuina eſſentia ſibi ſummè, & intimè identificata; Igitur dicta libertas, vt contrahibilis per neceſſitatem extrinſecam non eſt communis Deo, & homini.

14 Prædicta libertas vt abſolute contrahibilis per neceſſitatem, & contingentiam comunis vtique eſt tum Diuinæ, tum humanæ voluntati, quia vtraque operatur modo neceſſario, & modo contingenti; nam Diuina voluntas erga amorem Diuinæ eſſentiæ, & ſpiritus Sancti inſpirationem neceſſario ſe gerit, erga vero Creaturas contingenter; ſimiliter voluntas humana neceſſasio extrinſece ſaltem Deum clarè viſum amat; Ipſum vero ſub fidei caligine latentem, & cætera queque obiecta contingenter prorſus diligit; Prædicta libertas oppoſita naturalitati, vt contrahibilis per neceſſitatem intrinſecam, & per contingentiam extrinſecam ſeu libertatem indifferentiæ tali neceſſitati oppoſitam vtroque modo conuenit Diuinæ Voluntati; nam Deus, & ſeipſum neceſſario, & creaturas diligit contingenter; Hoc diſcrimen inter naturalitatem, & libertatem oppoſitum in hoc verſatur, quod naturalitas conſiſtit in modo poſitiuo determinationi ad unum prodeuntis ab ipſa natura; Libertas vero innititur modo poſitiuo ſeipſam determinandi ad operandum; Ligamen neceſſitatis ſubortum ab infinita perfectione, tum obiecti tum potentiæ non detrahit libertati; quo minus voluntas Diuina inquaſi eliciendo amorem erga Diuinam eſſentiam ſe gerat vt libera, quia per neceſſariam tendentiam Diuinæ voluntatis In tale obiectum oſtenditur ſumma rectitudo eiuſdem voluntatis, quæ neceſſario amat, quod neceſſario eſt amandum, & ſi non amaret non eſſet recta; Deficere enim non eſt libertas, nec pars libertatis; In intellibile eſt ex ſe determinationem ad vnum Voluntatis vt naturæ, & indifferentiam ad vtrumque eiuſdem ut liberæ non eſſe diuerſos omnimode ac diſparatos operādi modos; qui ita diuidunt principium actiuum, ut nullo prorſus modo eidem principio etiam diuerſarum operationum eidem principio conuenire poſſint.

15 Quod liberum arbitrium ſit naturalis in homine potentia nempe uoluntas eſt doctrina Catholica conformis Sacræ Scripturæ; Eccli. 15. 16. ſi uolueris mandata ſeruare, &c., & Numer. 30. 14. In arbitrio uiri erit ſiue faciat, ſiue non faciat; 2. Regum 24. 12. trium tibi datur optio elige unum, quod uolueris ex quibus, & alijs pluribus teſtimonijs contra Lutherum de ſeruo Arbitrio, & in aſſertion. ar. 36., & Caluinum lib. 2. Inſt. cap. 2., & reliquos omnes ſeutarios patet ad liberum arbitrium non ſufficere vllo modo libertatem a ſeruitute, ſeu peccati, ſeu legis, vel a coactione, ſeu violentia, quia ſic etiam peccora haberent liberum arbitrium, cum ſine violentta ferantur ſponte ſua ad pabulum, ſed omnino requiritur etiam libertas a neceſſitate, ideſt vt uoluntas, a nullo abſolute præ neceſ-

ſite-

ſitetur, ſed indifferens relinquatur, & ex ſe indeterminata, vt poſſit eligere contrarium, vt velle hoc, & nolle illud, vel ſaltem contradictorium, vt velle, & non velle eius, quod agit, iuxta illud 1. Cor. 7. 37. non neceſſitatem habens, ſed poteſtatem habens ſuæ voluntatis.

16 Patet etiam tale liberum arbitrium non eſſe homini ſublatum per Adami peccatum, (*vt ſomniant iidem ſectarij*) ſed *etiam in ſtatu naturę relapſę perſeuerare*, & *hoc probandum inquit* D. Auguſtinus lib. de vera Religione Cap. 4. & paſſim alibi ſatis eſt, quod conſtet peccatoribus hominibus; Peccatum enim vſque adeo Voluntarium eſt (ideſt liberum, vt ipſemet exponit,) vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium, & hoc manifeſtum eſt adeò, vt nullus cordatus diſſentiat, & ſi quis diſſentiret potius flagellis, quam ratione confutandus eſſet; Rurſum ſi non voluntate quis malefacit non eſt omnino obiurgandus, nec monendus, quibus ſublatis ſcriptura omnis, & lex Chriſtiana, & diſciplina Religionis auferatur neceſſe eſt. Porro ſeruos ſuos melius eſſe iudicauit Deus ſi ei ſeruirent liberaliter, quod *nullo modo* fieret poſſet ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſeruirent.

17 Nequi ſolum circa opera naturalia, (quod tandem Lutherus in viſitatione ſaxonica, & Melanchthon in locis comunibus anno 1521. retractantes concedunt) ſed, & circa moralia puta virtutes, & peccata *habet homo* hanc libertatem; Scripturæ enim (quin, & ipſi quoque Hæretici in libris, & pulpitis paſſim talia ſuadent, diſſuadent laudant prohibent, reprehendunt, deterrent, inuitant &c. quæ alioquin fruſtra, nec niſi ficte fierent; Dicunt item hominem poſſe multa facere moralia, quæ non facit, Eccleſiaſt. 31. 30. potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, & Actorum 5. 4. nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate 3. Regum 3. 11. quia poſtulaſti verbum hoc, & non diuitias &c. Et rurſum docent per ſolum hominem ſtare quo minus bene agat Ierem. 32. & 23. quia non obedierunt voci Domini &c. omnia mala hæc euenerunt eis, Eccl. 13. 17. appoſui tibi bonum, & malum, & Gen. 4. 7. Nonne ſi bene egeris recipies. ſin autem male ſtatim in foribus peccatum aderit, ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Illud Iſaiæ 41. 23. benefacite aut male ſi poteſtis non dirigitur ad homines, vt mentitur Lutherus ſed ad Idola, & mortuas ſtatuas; Illud Ioan. 15. 4. ſicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, tantum arguit neceſſitatem gratiæ Chriſti, vt opus ſit meritorium vitæ eternæ.

18 Habet, & circa opera ſupernaturalia, nam, & talia ſuadent laudant, & imperant nobis ſcripturæ Ioel. 2. 12. & Zachar. 1. 3. conuertimini, & ego conuertar ad uos, Iſaiæ 1. 16. Lauamini mundi eſtote; Ezechielis 18. 37. facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum, Coloſſ. 3. 9. exuite veterem hominem, & induite nouum. Dicunt, & è contra vocatos à Deo poſſint venire ſi velint Prou. 1. 24. vocaui, & renuiſtis. Actuum 7. 15. Vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis, licet enim opera ſuper naturalia tota ſint à Deo, & gratia Dei non tamen totaliter, neque enim ſe ſolo producit illa Deus, ſed vnà nobiſcum nos per gratiam ſuam excitans, adiuuans, & roborans Rom. 8. 26. Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram. 1. Cor. 15. 10. abundantius omnibus laboraui non ego ſed gratia Dei mecum. Vnde 1. Cor. 3. 9. vocat nos Adiutores Dei: Neque libertati arbitrij humani officit (vt Heretici fingunt) abſoluta Dei Præſcientia, præuiſio, prophetia, ſeu predictio. Primo, quia hæc extrinſeca ſunt homini; Secundo, quia ratione poſteriores ſunt determinatione ipſius ſi vera Deut. 32. vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt; Tertio quia obiectiue pendent ab effectu futuro. Vnde nihil mutant circa naturam ſeu conditionem effectus, ſeu Agentis liberi. Pſalm. 138. 4. omnes vias meas præuidiſti; Quarto mirabilis facta eſt ſciantia tua ex me; Neque prefinitio Dei aut predeſtinatio quia circa actiones cauſarum liberarum, vel nulla eſt predifinitio nam Eccl. 15. 15.

P reli-

reliquit hominem in manu conſilij ſui. Vel ſi ſubinde circa aliqua V. gratia circa paſſionem, & mortem Chriſti Act. 4. 28. manus tuæ, & conſilium tuum decreuerunt fieri non tangit niſi ſubſtantiam actionum, & paſſionum non vero ſingulas circumſtantias Ioan. 10. 10. poteſtatem habeo ponendi &c.

19. Neque prædeſtinatio Diuina, vel reprobatio, quia quatenus dicunt abſolutam, & efficacem deſtinationem noſtri ad eternam gloriam, vel ad gehennam poſitæ ſunt in noſtra ſingulorum poteſtate, cum quo ad iſtarum effectiuam executionem à noſtris meritis, vel demeritis, & ſtatu cuiuſcumque finali ita hę dependeant, vt poſterius ſit, ſaltem ratione, & quaſi cauſalitate obiectiua nos ad illam nos ſic deſtinari à Deo quam nos illam promeritos eſſe Matth. 25. 34. poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi, quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare; & 1. Cor. 2. 9. præparauit Deus diligentibus, & ſi enim Deus pro ſuo ſolius arbitrio, delegerit hunc, in quo degimus, mundum, & preſentem ordinem rerum quo ad primà illius principia, & ornamenta tam gratiæ, quam gloriæ, ſtatueritque certas regulas Diuinæ ſuæ potentiæ, quas in gubernatione creaturatum toto temporis decurſu ordinarie, vel extraordinarie prout illi viſum fuerit ſeruaturus eſſet Pſalm. 113. 11. omnia, quæcumque voluit fecit! Rom. 11. 34. quis conſiliarius eius fuit? Non tamen pro ſuo ſolius arbitrio delegit, & fieri voluit omnia, & ſingula, quæ in mundo à ſingulis longa ſerie fiunt. Nam de multis horum reſtatur Ieremias 19. 5. non precepi neque locutus ſum, neque aſcenderunt in cor meum. Neque ſic ex tota Maſſa hominum, ſeu ante (vt Heretici volunt) ſeu (vt quidam Catholici) poſt præuiſum Adami peccatum ſe legit pro ſuo ſolius arbitrio certum definitumque numerum perſonarum quas omnes, & ſolus reliquis excluſis ſaluare decreuerit nullo habito reſpectu ad ea, quæ quiſque facturus eſſet.

20 Non enim eſt Perſonarum acceptor Deus Actorum 10. 34. ſed quantum eſt ex ſe omnes omnino homines ſerio ac ſincere decreuit ſaluare poſita conditione quod in fine vitæ ſuæ reperiantur in ſtatu gratiæ primæ ad Timoth. 1. 4. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Hinc omnibus indifferenter nullo dempto offert, & in premium promittit vitam eternam; omnes vocat, & inuitat Matth. 11. 28. venite ad me omnes &c. cur alioquin docet Chriſtus omnes orare Matth. 6. 10. Adueniat Regnum tuum? Cur Iſaiæ 5. 4. conqueritur expectaui, vt faceret Vuas? cur ſuccenſet non venientibus? cur reprehendit minatur, & punit Matth. 22. 35. Vt quid iubet Apoſtolus pro omnibus orare, vt ſalui fiant 1. Timot. 2. 2.? & quomodo alioquin Chriſtus erit propitiatio pro peccatis totius Mundi 1. Ioan. 2. 2.? Quomodo dederit ſe ipſum redemptionem pro omnibus? 1. ad Tim. 2. 6.? Quomodo mortuus pro omnibus? Rurſum ſi à ſolo Dei arbitrio hæc electio penderet. Quid cauſæ fingi poterit, cur ipſi cuius natura bonitas, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius Pſalm. 144. 9. tam paucos, & non potius (pari iure, & pari ratione) omnes omnino tam Angelos quam homines ſic ad gloriam elegerit? Denique ſinceram voluntatem, & ex parte Dei efficacem ſaluandi omnes certo colligimus ex eo, quod omnibus promiſcuè omnia auxilia ad ſalutem conſequendam neceſſaria ſuo tempore procuret, vt homo ſua voluntate ſuo arbitrio ſuis bonis operibus cooperando gratiam Dei primo aquirer, & conſeruabit vſque ad finem vitæ quod illi ſequetur premium vita ætena, & eterna felicitas.

De Impedimentis Liberi, & Voluntarij. Art. 2.

1 Dictum eſt in præcedenti articulo liberum arbitrium in homine poſt lapſum non eſſe extinctum, ſed ſolum attenuatum; & debilitatum, & quodammodo infirmatum; nunc in præſenti aperiendum eſt in quo conſiſtat eius infirmitas

tas; quæ impedit perfectum eius vſum. Huiuſmodi impedimentum eſt quadruplex, nimirum ignorantia, violentia, metus, & concupiſcentia, de quibus ſingillatim dicendum eſt; Ignorantia eſt triplex; nempe antecedens, concomitans, & conſequens; Ignorantia antecedens eſt, quæ eſt cauſa eius quod ignoranter fit, adeo vt ſi non eſſet ignorantia, & adeſſet ſcientia oppoſita actus non fieret, vt ſi ſciuiſſet ibi eſſe Patrem vbi putabam eſſe feram certe non emiſiſſem ſagittam, & non occidiſſem Patrem meum quem tamen ibi eſſe neſciens occidi. Ignorantia concomitans eſt cum quis peccando ignorat ſe peccare, ſed nihilominus peccaſſet, etiamſi notitiam habuiſſet, vt ſi ſitius hoſtem interrimat ignorans eſſe hoſtem ſuum quem ſi cognouiſſet libentius occidiſſet; Vnde ignorantia concomitans nec eſt effectus, nec Cauſa peccati, vt fit; Ignorantia conſequens eſt illa, quam voluntas vult, & amplectitur vel directe, & expreſſe, vel implicite, & indirecte, atque adeo potuiſſet, & debuiſſet eam repellere aquirendo ſcilicet, ſcientiam contrariam; Item ignorantia duplex eſt alia iuris, alia facti; Ignorantiam Iuris eſt, quando neſcitur extare aliquam legem prohibentem, vel Imperantem aliquid, vt V. gratia quando neſcitur, extare legem prohibentem delationem armorum, vel extare præceptum Ieiunij; Alia facti quando ſcitur quidem extare legem prohibentem actum; ſed an iſte actus numero talibus circumſtantijs veſtitus legi ſubdatur, ignoratur.

2. Ignoantia tā iuris quā facti eſt duplex: alia vincibilis, alia inuincibilis; vincibilis quæ poteſt impediri, vinci, ſuperari, & tolli, ſi debita adhibeatur diligentia, vt tollatur; Ignorantia inuincibilis eſt, quæ quacumque diligentia moraliter ſuperari non poteſt, ideo alio nomine dicitur iuſta, & probabilis; Poteſt vero circa eundem actum moralem eſſe ſcientiam, & ignorantiam inuincibilem, & conſequenter ter idem actus poterit eſſe peccaminoſus, & excuſatus à culpa vel pena, V. gratia Petrus ſcit homicidium eſſe peccatum, & ita occidendo clericum ſcit ſe peccare, vt occiſioni Clerici eſſe annexam excomunicationem poteſt ignorare, & ita excomunicationem non incurret; Poteſt item ſcire Adulterium eſſe peccatum, & inuincibiliter ignorare illam, cum qua rem habet eſſe coniugatam; Item poteſt ſcire rem habere cum perſona ſacra eſſe ſacrilegium, & inuincibiliter neſcire Perſonam cum qua rem habet eſſe ſacram; Ideo quatenus illa actio procedit à ſcientia, eſt peccaminoſa quia volita quatenus autem venit ab ignorantia non erit peccaminoſa; quia nihil volitum quin prius præcognitum; Hæc ignorantia inuincibilis dicitur iuſta, & probabilis quia illa laborans à ſacris Canonibus iuſte, & probabiliter excuſatur, dicitur etiam antecedens quia actum antecedit, & actus ita ſequitur, vt ſine illa non ſequeretur; E contra Vincibilis dicitur iniuſta, & improbabilis; quia illa mali affectus: nec iuſte, nec probabiliter poteſt excuſari: inmo à ſacris Canonibus, & legibus condemnatur, dicitur etiam conſequens eo, quod conſequatur actum vere peccaminoſum, vt dictum eſt, vt ignorantia ieiunij Quadrageſimæ ſequitur fractionem eiuſdem Ieiunij quod frangens vincibiliter ignorabat; Dicitur etiam culpabilis quia Ignorans per illam omittit illud, ad quod tenebatur ideſt omiſit diligentiam quam tenebatur adhibere ad ſuperandam, & vincendam talem ignorantiam. Dicitur affectata, quia qui illa laborat videtur illam affectare dum non nititur eam expellere cum debeat. Dicitur quoque Craſſa, quia qui illa laborat ſicut homines craſſi non mouentur n ſi tardæ ita, & iſte, vel tarde, vel nunquam mouetur ad illam remouendam, tandem dicitur ſupina, quia ſicut ignauiſſimos ſupine dormire dicimus, ita, & ignauiſſimos ex ſciendo dicimus ſupine ignorare, & ignorantia ignauiſſima dicitur Ignorantia ſupina.

3 Quod dictum eſt de ignorantia dicendum eſt de obliuione, & inaduertentia; eſt autem ignorantia, carentia, ſcien-

P 2 tiæ

tiæ nunquam habitæ; obliuio pariter eſt carentia ſcientiæ rei alias ſcitæ; Inaduertentia eſt carentia ſcientiæ rei alias, & nunc etiam ſcitæ; Sed ad eam actu non aduertitur. Exemplo res ſit clara; numquam ſciui manus violentas in clericum inijcere eſſe peccatum cum annexa excomunicatione iſta eſt ignorantia; ſciui aliquando cum iniectione mannum prædicta ad eſſe excomunicationem latam contra percutientem clericum, ſed nunc ita neſcio, vt poſita quacumque diligentia non poſſim recordare, iſta eſt obliuio; ſciui, & etiam ſcio nunc adeſſe talem excomunicationem, ſed dum clericum actu percutio non recordor, nec aduerto; Iſta eſt inaduertentia; Quæ omnes tam inaduertentia, quam obliuio, & ignorantia ſunt culpabiles quatenus nos priuant ea ſcientia quam tenemur habere, & inculpabiles quatenus eam non tenemur habere; Ignorantia antecedens probabilis iuſta, & inuincibilis (idem enim ſunt) tollit ſimpliciter voluntarium atque adeo excuſat à peccato, ſiue ſit ignorantia iuris, ſiue facti: quia quod omnino precedit actum voluntatis non poteſt eſſe voluntarium, ſed ignorantia antecedens omino præcedit actum voluntatis, ideo enim dicitur omnino antecedens, ergo talis Ignorantia non poteſt dici voluntaria, & quod ſit ex tali ignoratia, ſit deficiente debita cognitione requiſita ad voluntarium, vt ſupradictum eſt, idem dic de obliuione, & inaduertentia; Dixi ſiue Iuris ſiue facti intellige de quocumque iure humano, Diuino, & naturali, ſi de illis nunquam venit in mentem aliqua confuſa ſcientia, dubium, vel aduertentia, ita vt nullo modo aliqua cogitatio animum ſubierit teneri illud ſcire, quia de omnibus eſt eadem ratio, quod videlicet teneat inquirere, & ſcire debeo prius dubitare me teneri ſcire; alias quicquid aliter ſit eſt omnino, & ſimpliciter inuoluntarium; An autem detur ignorantia antecedens, & inuicibilis eorum, quæ pertinent ad proprium ſtatum, vt Religioſi, vel officium vt Parochi Confeſſari Iudicis, & ſimilium Moronus cum DD. ab ipſo relatis Reſponſo 56. n. 103. putat dari poſſibiliter, ſed quod actu detur putat valde difficile.

4 Etiam concomitans ignorantia ſi inuincibilis ſit, tollit voluntarium, & à culpa excuſat, quia vbi non eſt voluntarium, ibi nulla culpa eſt, ergo qui inuincibiliter ignorat hominem inimicum eſſe quem occidit, is non vult ea actione homicidium committere, nec peccat ſi putauit feram occidere; Neque obſtat quod homo ita affectus ſit, vt ſi Animum haberet, & aduerteret homicidium Inimici illud vellet, & approbaret; Deus enim non imputat homini peccata, quæ faceret, ſi hoc vel illud ſi veniret ei in mentem; ſed Diuinæ gratiæ ad ſcribendum eſt, quod id animo non incidat; Igitur Ignorantia concomitans inuincibilis quamuis operans habeat prauum affectum contra Inimicum neque tollit neque auget, neque minuit voluntarium Layman lib. 1. tract. 2. Cap. 4. n 8. Ignorantia iniuſta improbabilis, & vincibilis quæcumque illa ſit non tollit voluntarium nec excuſat opus à culpa, facit tamen culpam leuiorem quam ſi ſcienter patratum eſſet ita cum D. Thoma p. 2. q 76, art. 4. Doctores comuniter nam obiectum malum, & actus malus eatenus culpę imputatur, quatenus ſunt voluntaria, Ignorantia autem vincibilis voluntarium non tollit quidem, minuit tamen culpam, quare minus, leuiuſque puniendus qui inebrietate hominem occidit quam ſi prudens, & ſui compos; & minus peccat; Excipitur tamen à D. Thoma Ignorantia affectata; Hæc enim interdum profecta ex magna inclinatione voluntatis ad male agendum peccatum potius auget quam minuat, quod tunc accidit quando aliquis cognitionem præcepti, & obligationis ideo reſpuit, vt ablato eo quaſi rationis freno, ſiue conſcientiæ remorſu liberius peccet; Quæ ignorantia vincibilis, & affectata quatenus exiſtit in Intellectu præciſe non conſtituit peccatum,

ſed

ſed quatenus volita, & affectata.

5 Certum eſt ab Agente violentiam inferri exſtrinſece iuxta illud tertij Etich. Cap. 1. Violentum eſt cuius principium eſt extra nihil prorſus conferente eo, cui vis eſt illatas, vel vim paſſo. Hoc violentum differt aliquo modo à neceſſario quia neceſſarium eſt quid ſuperius, & poteſt diuidi *in violentum*, & *naturali* ſicut V. gratia *lapis* neceſſario deſcendit ratione grauitatis, & neceſſario aſcendit ratione impulſus, ſed deſcendit naturaliter, & aſcendit violenter, atque illa neceſſitas eſt inclinatione, hæc vero coactione; Violentum eſt duplex coactum dicitur quando cognoſcentibus violentia infertur; non coactum ijs infertur qui cognitione carent. Vnde lapis non dicitur coacte aſcendere, quia coactum ad appetitum *ſpectare* videtur; Dicitur enim coactum quaſi contra actum appetitus, ſiue naturalis, ſiue rationalis; Voluntas non poteſt neceſſitari ab intrinſeco quia eſt intrinſece libera, ſed ſolum ab extrinſeco, quia actus beatifici ſunt voluntarij, & tamen neceſſarij ex eo quod actus oppoſitos determinauit Deus cum ipſis non concurrere quæ neceſſitas eſt extrinſeca, ſi Creatura conſideretur ſecundum naturalem inclinationem poteſt à Deo violentiam pati; quia ſecundum illam reſiſtit contrariæ formæ à quocumque introducatur; ſi vero ſecundum inclinationem comunen creaturarum, ſic non, quia ſecundum illam connaturaliter ſubditur Deo; Nec mirum quia poteſt competere connaturale, & violentum eidem ſubiecto ſecundum diuerſam rationem, nam etiam motus progreſſiuus Animali eſt connaturalis, & naturalis ratione appetitus, & naturalis ratione appetitas, & violentus ratione grauitatis, vt dicit Ariſt. 8. phiſicorum.

6 Obijcies ergo vnio hypoſtatica, & quecumque alia forma ſuper naturalis connaturaliter recipitur in Creatura quia, ſubditur Deo; Reſpondetur hanc ſubiectionem obedientialem poſſe comparari ad duo primo ad formam ſecundo ad Deum, primo modo eſt ſubiectio ſiue potentia quaſi neutra quia nec naturalis, nec violenta, ſed ſupernaturalis, ſecundo vero eſt connaturalis quia connaturale eſt creaturæ Deo ſubijci, & obedire. Cum voluntas ex defectu Diuini concurſus non exit in actum ad quem inclinatur neceſſario, vt in amorem Dei clare viſi violentiam patitur; quia contra internum impetum à ſuo actu impeditur non ſecus ac ſi graue in loco ſuperiore detineatur; Cum voluntas ex defectu Diuini concurſus non exit in actum ad quem libere inclinatur vel ſi ex determinatione Diuina neceſſario exeat violentiam patitur non quantum ad actum, ſed quantum ad modum, quia connaturale eſt voluntati circa obiectum indifferenter propoſitum amare vel non amare quia libertas voluntatis ad vtrumque eſt ſecundum inter nam eius inclinationem, ergo non amare tam connaturale eſt atque amare ergo violentia non infertur voluntati quantum ad actum; In actibus à ſolo Deo productis violentiam pati poteſt voluntas non ſolum ſecundum appetitum Elicitiuum, ſed etiam ſecundum innatum actiuum non tamen ſecundum operatiuum.

7 Pro cuius notitia ſciendum eſt in noſtris potentijs conſiderari poſſe rationem virtutis actiuæ, & operatiuæ (vt interim paſſiuam omittamus reſpectu cuius certum eſt violentiam inferri non poſſe) actiua eſt reſpectu productionis actus, operatiua vero reſpectu productionis qua formaliter tendit in obiectum ſi ergo à ſolo Deo actus produceretur eſſet contra inclinationem potentiæ actiuæ vitalis cui connaturale eſt efficere, & producere ſuum actum, tamen ratione virtutis, & potentiæ operatiuæ connaturalis eſſet, quia in voluntate produci nequit niſi volitio aut nolitio, ſed hi actus connaturales ſunt voluntati, illiſque connaturaliter tendit in obiectum non ſecus, ac ſi ab ipſa eſſent producti, ergo voluntati vt eſt productiua non autem, vt eſt operatiua poteſt à Deo pati violentiam; Voluntas non poteſt violenter impediri ab Agendo neceſ-

neceſſarium eſt quod pati impedimentum ſit contra eius inclinationem, ſed voluntatem impediri ab actu, qui tantum eſſet elicitus non eſt contra aliquam inclinationem eius ergo non eſt ipſi violentum: maior conſtat ex definitione violenti, & minor probatur quia duplex eſt tantum inclinatio voluntatis: altera naturalis, quæ correſpondet ipſi, inquantum eſt principium liberum, ſed impediri ab actu illo non eſt contra priorem inclinationem: quoniam voluntas non eſt ex natura ſua inclinata ad exercitium alicuius ſtetus in particulari, neque contra poſteriorem, quia ex ſuppoſitione, nullum habet actum voluntas quo velit elicere illum de quo loquimur ergo abſolute non eſt contra aliquam inclicationem voluntatis.

8 In actibus Imperatis poteſt vis voluntati inferri ab extrinſeco medijs alijs potentijs à voluntate, quibus poteſt imperare, vt ad videndum, tangendum, audiendum &c. Quæ vis, ſeu violentia ſi eſt abſoluta, & ſimpliciter repugnans Imperio voluntatis tollit voluntarium, & conſequenter actio mala facta ex tali, & tanta violentia, & repugnantia Imperio voluntatis; Hinc eſt, vt Virgo violenter ſtuprata non peccet debet duo habere primo contrariam voluntatem non conſentiendo huiuſmodi copulæ nec delectationi conſequenti. Secundo impedire quantum in ſe eſt talem effectum violentum, alioquin cenſeretur conſentire. Ideo tenetur impedire, & clamare ſi poteſt; & alioquin non timeatur maius malum, aut ſcandalum; Item cum quis perducitur ad Idola, vt ſacrificet; ſi violenter ducatur non peccat, verum debet reſiſtere quantum poteſt etiam externis corporis facultatibus; at ſi vis inferatur etiam externis potentijs, vt ſi cogatur genua flectere thura offere, & ſimilia, tunc libererit ab omni peccato Azor. lib. 1. Cap. 9. q. 3. In donationibus Legatis, teſtamentis, pactis, & obligationibus, nihil valet quod fit per violentiam, quia tollitur ratio voluntarij, quæ in his neceſſario requiritur; Poteſt tamen aliqua pena tolli etiam ab inuito, vt excomunicatio ab eo, qui de ea non curat, idem de alijs cenſuris, & irregularitatibus; eodemque modo pro inuito poteſt quis appellare Azorius loco citato, & Filiutius tractat. 21, à num. 65, & 67. Pro coronide notandum eſt, quod cum quis compellitur videre, & alia externa opera aliarum potentiarum à voluntate exercere contra Imperium voluntatis, licet talis operatio dicatur violenta ſimpliciter quia fit renitente appetitu ſuperiori qui eſt voluntas non tamen reſpectu potentiæ externæ violenta eſt, ſed naturalis eſt, quia V. gratia potentia viſiua naturaliter videt auditiua audit; & ſic de alijs.

9. Metus ex Vlpiano lib. 1. ff. De eo quod metus cauſa &c. eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio; & metu id fieri dicitur quod mali declinandi cauſa aliquis facit alioquin non facturus. Metus duplex eſt, aliud eſt qui ab intrinſeco proficiſci dicitur cum ad auertendum malum ſeu ex cauſis naturalibus, ſeu ex quocumque alio infortunio exortum vltro aliquis medium eligit, quod alioquin nollet; vt ſi metu naufragij, pecunias abijcias, & merces caſtitatis, vel peregrinationis votum emittas. Item ſi quis ſupplicio afficiendus matrimonium puellæ pauperi ſpondeat, vt mortem euadat, vel pecuniam offerat, vt Iudicem ſibi conciliet. Alium vero metus qui ab extrinſeca perſona directe incutitur ad extorquendum conſenſum alicuius rei; quod dupliciter fieri poteſt, vel iuſte V. gratia ſi aliquis qui ſponſalia contraxit ab Epiſcopo compellatur ad Matrimonium comminata excomunicationis pœna; Vel iniuſte ſi V. gratia Maritus deprehendat adulterum cum vxore mortem minetur niſi pecunias det, vel filium ſuam vxorem ducat erit hic metus iniuſte incuſſus; cum ius occidendi ille non habeat, quapropter pecunia reſtituenda eſt, & Matrimonium eo metu extortum ipſo iure irritum

ritum

ritum eſt Sanchez lib. 4. de Matrimon. diſp. 9. n. 9. & de tali metu qui directe atque iniuſte incutitur intelligenda ſunt iura Canonica, & Ciuilia. De eo quod metus Cauſa &c. De his quæ vi &c. cum aiunt promiſſiones, & contractus graui metu infirmari aut infirmandos eſt; Metus ab extrinſeco iniuſte incuſſus duplex eſt, alius eſt Cadens in virum conſtantem, qui etiam dici ſolet metus grauis probabilis, & iuſtus; alius vero eſt metus cadens in virum non conſtantem qui etiam metus lenis, vanus, & iniuſtus dici ſolet.

10 Notandum tamen eſt quod metus cadens inconſtantem virum aliter explicari debet in ordine ad euitandam culpam; aliter vero in ordine ad euitandum obligationem ex promiſſione, & contractu nam; vt metu factum alioquin illicitum eius Cauſa exiſtit à culpa excuſet neceſſe eſt, vt ſit maioris mali quam ſit illud, quod metus cauſa ſuſcipitur ſecundum quam acceptionem metus etiam grauiſſimi mali V. gratia tormentorum, & mortis non cenſetur iuſtus ſi ob eum aliquis in peccatum quam vis minimum conſentiat, nam quælibet mala potius tolerare vir fortis debet quam in peccatum conſentire cum peccatum etiam minimum omnibus malis maius ſit: Vt vero metus infirmet promiſſiones, & contractus, qui eius cauſa inſtituuntur alioquin non inſtituendi ſufficit ſi ſit grauis mali metus atque vim, & iniuriam atrocem contineat, vt humanam voluntatem plerumque concutiat, & inclinet in rem aqua alioquin ab horret ita Nauar. Cap. 22. n. 5. Sanchez lib. 4. de Matrim. diſput. 2. Quare ſi quis ex metu graui V. gratia iniuſte, mortis grauis, infamiæ Matrimonium contrahat immo etiam conſumet irritum cenſeri debet, dummodo præſens, & nundum metus depoſitus metus ſit cauſa conſenſus in Matrimonium, & conſequenter mortaliter peccat qui ob talem metum in copulam quippe fornicatiam hoc caſu conſentit niſi ignorantia excuſetur; Ita comunior ſententia apud Layman lib. 1. tractatu 2. Cap. 4. n. 5. & licet à iure, & Doctoribus atrocia quædam mala numerentur, quorum metus iuſtus ac probabilis cenſeri debeat videlicet mortis, mutilationis, corporis cruciatus, ſeruitutis, exilij, captiuitatis, diuturni Carceris, grauis infamiæ, ſtupri, iniuſtæ excomunicationis, amiſſionis, omnium bonorum, aut magnæ partis, ſi talia vel propriæ perſonæ, vel alteri ſibi valde coniunctæ puta vxori filijs parentibus inferenda ſint, Iudicis tamen arbitrio definiendum eſt, vtrum in particulari alia mala exiſtant quorum metus grauis cenſendus ſit diligenter conſideratis maxime qualitate perſonarum tam inferentium metum puta, ſi ſerioſe inferant, vel tantum comminando aut ex ioco; Quam patientium talem metum, ſi fœminæ, ſi homines timidi ita DD. quos refert, & ſequitur Layman loco citato.

11 Ex dictis colligitur metum non tollere volontarium abſolute ſaltem pro loco tempore &c. quia id quod ſit ex metu eſt à principio intrinſeco, & cum deliberatione, ut V. gratia Mercator qui metu mortis proicit merces in Mare vere in eo caſu vult merces proijcere, quia vult vitam ſeruare, tollit tamen ſecundum quid voluntarium, quia ſublato metu non vellet proijcere merces, quare proiectio illa mercium non eligitur ſecundum ſe, ſed tantum ad euitandum maius malum; Hinc patet differentia inter metum, & uiolentiam; Primo, quia hæc affert abſolutam neceſſitatem uoluntati metus autem ſecundum quid modo explicato; Secundò quia violentia affert neceſſitatē uoluntati quoad actus imperatos hoc eſt aliarum potentiarum ab ipſa præcipue externarum, At metus quoad elicitos hoc eſt prodeuntes ab ipſa uolūtate nullā patitur violentiam; Rationem reddunt Theologi, quia metus non mouet effectiue ſicut uiolentia, ſed obiectiue quomodo uoluntas poteſt moueri à Creatura; Metus grauis iniuſte incurſus ad extorquendum contractum non irritat contractus eo ſactos ſe dualidos relinquit, qui

tamen

tamen ueniunt reſcindendi à patiente metum tactione; quod metus Cauſa, ſi res integra non ſit, poteſt agere contra iniuſtum detentorem, ut ſibi res tranſlata reddatur, ſi autem res integra ſit exceptione metus poteſt ſe tueri. Ita plures DD. quos refet, & ſequitur Caſtropalao tract. 2. diſp. 1. punct. 8. n. 4. & ratio eſt quia non obſtante iniuria per metum illata datur quicquid ad ualorem contractus neceſſario requiritur, iuſtus titulus, & uoluntarius conſenſus; ſed metus non tollit uoluntarium abſolute, neque excludit titullum dati, & accepti, donati, proſſimi, uenditi, empti, & ſimilium, ergo talis contractus iure naturæ ualidus eſt; Excipiuntur tamen contractus qui metu graui celebrati ipſo iure naturæ irriti ſunt, & inualidi; qui continentur his carminibus Tutor, Iudicium (ſeu Iuriſdictio) dos, ſacrum, copula, uotum, Hæc 6. ui facta de Iure ſcias fore nulla cætera ius patitur, ſed poſtea reſtituuntur, Hoc eſt auctoritas Tutoris per metum extorta non ualet, nec Iuriſdictio, nec dotis promiſſio, nec tradendi res ſacras Eccleſiæ, nec promiſſio Matrimonij, nec uotum; Hæc ſint obiter dicta, quia ex profeſſo ea tradere non eſt preſentis propoſiti.

12 In foro externo ſicut probabilius eſt metum grauem non annullare contractum iure naturæ ita à fortiori dicendum eſt leuem metum neque contractum reſcindere neque matrimonium annullare, Ratio omnium eſt, quia ſi ob metum leuem daretur actio reſcindendi contractum paci, & tranquillitati humanæ nimis repugnaret; In foro uero conſcientiæ omnes contractus tam lucratiuos quam oneroſos factos per metum leuem reſcindi poſſe probabilior eſt opinio; ſi eos reſcindere uelit metum paſſus, quia cogens tali metu contrahere iniuſtitiam committit, & infert; poteſt ergo metum paſſus iniuſtitiam repellere illatam in quantum poſſit; Ex hac doctrina infertur primo ſi mulier, uel filius metu reuerentiali ductus fidem iubeat non teneri in conſcientia ſoluere ex fidei iuſſione, etiam ſi fidei iuſſio ſolemnitates habeat à iure requiſitas; Item ſi promittat ſoluturum debita Patris, uel Mariti morientis non teneri ſoluere, & generaliter nullus tenetur ſtare contractui metu leui celebrato, ſed poteſt ſe tueri exceptione iniuriæ receptæ, & is qui aliquid ex tali contractu accepit reſtituere debet, quia metu reuerentiali conſentiens per iniuriam conſentit; poteſt ergo libertatem ſuam oppreſſam recuperare, & ſtando in iure naturali ſe tueri ecceptione iniuriæ acceptæ ſic Leſſ. lib. 2. Cap. 17. dub. 6. n. 48. Sanchez lib. 4. de Matrim. diſp. 9. n. 13. & 14. quare ſi donaſti aliquid tali metu ductus tibique non reſtituatur potes occulta compenſatione vti, ſi tamen iuraſti debes prius Iuramenti relaxationem petere quam poteſt Epiſcopus concedere; Secundo infertur idem eſſe dicendum de conſentiente precibus importunis, quæ crebro, & uehementer urgent conſentientem, & quarum moleſtiam minore incomodo repellere non poteſt, quia preces importunæ inuoluntarium mixtum conſtituunt, ut optime probat Sanchez lib. 4. de Matrim. tota diſput. 10. Quare, & ſi metus illatus non cadat in uirum conſtantem quia leuis eſt, tamen quia iniurioſus eſt ideo patiens illum non tenetur ſtare promiſſis, & inferens metum non poteſt accepta ex tali contractu retinere ſic Leſſius. & Sanchez loco citato.

13 Nomine concupiſcentiæ intelligimus paſſionem appetitus ſenſitiui proſſequentis bonum delectabile cuiuſmodi ſunt amor deſiderium ſpes gaudium ſiue uoluptas ita D. Thomas 1. 2. q. 77. Vaſquez 1. 2. diſp. 28. Cap. 1. Pro cuius rei intelligentia notandum eſt quattuor eſſe paſſiones principales duæ potentiæ concupiſcibilis ſcilicet gaudium, & triſtitia, & duæ potentiæ iraſcibilis ſpes ſcilicet, & timor gaudium eſt de bono preſenti, triſtitia de malo preſenti, ſpes de bono futuro arduo, timor de malo

futuro

futuro arduo; Dictum eſt eſſe quattuor paſſiones principales ſignificando alias eſſe minus principales; ſunt enim omnes vndecim 6. quidem potentiæ concupiſcibilis nempe amor, & odium deſiderium, ſeu concupiſcentia, & fuga ſiue renutus, gaudium ſiue delectatio, & triſtitia ſiue dolor, & 5. potentiæ craſcibilis ſcilicet ſpes deſperatio, *timor*, audacia, & ira, cui *nulla alia* paſſio opponitur. Obiectum potentiæ appetitiuæ concupiſcibilis eſt bonum, vel malum abſolute conſideratum, obiectum vero potentiæ iraſcibilis bonum, vel malum arduum ſiue difficile conſideratum ſub ratione arduitatis, & difficultatis; Harum omnium paſſionum ordo talis eſt; bonum abſolute conſideratum cauſat in potentia appetitiua quandam complacentiam ob conformitatem, quam habet ad illam, quæ complacentia dicitur amor prima paſſio, bonum autem amatum, & nundum habitum cauſat deſiderium adiſpiſcendi illud; quod eſt ſecunda paſſio deſiderij ſcilicet, vel concupiſcentiæ, bonum vero deſideratum iam adeptum ſiue obtentum parit in appetitu quietem quandam ex ipſo Bono adepto, quæ eſt tertia paſſio dicta delectatio; E contra malum abſolutè conſideratum cauſat diſplicentiam ob contrarietatem quam habet ad appetitum, & eſt 4. paſſio odium appellata contraria amore, malum vero cognitum, & exoſum nundum acceptum generat fugam, reſpuitionem, vel renutum ne eueniat quæ ex 5. paſſio contraria deſiderio, malum autem iam acceptum parit dolorem, vel triſtitiam. 6. paſſionem contrarium gaudio, vel letitiæ.

14 In potentia vero iraſcibili ſunt quinque, nam bonum apprehenſum, vt arduum propter bonitatem, quæ habet conformitatem ad appetitum generat ſpem primam paſſionem, Idem autem ſperatum, vt poſſibile, & nundum adeptum cauſat fiduciam, vel audaciam, quæ eſt, ſecunda paſſio, e contra malum, vt ineuitabile generat, & parit diſperationem que eſt, tertia paſſio, malum autem futurum apprehenſum, vt euitatu difficile generat, quartam paſſionem dictam timorem contrarium fiduciæ, & audaciæ, tandem quinta, & vltima potentiæ iraſcibilis paſſio eſt ira, quæ frequenter generatur ex malo iam accepto: Hæ paſſiones, & ſi non omnes malæ ſint etiam ſecundum ſe conſideratæ, vt volebant Stoici, qui eas vocabant Animæ morbos, & perturbationes, tamen ſi non ordinentur à ratione, & ab eius Imperio moderentur, facile trahunt ad peccatum; ſunt enim, vt funiculi quidam, quibus adhoc, vel illud quaſi vincti quodammodo aliquando homines trahuntur, & ſunt veluti quidam igniculi, quibus inflammamur, & accendimur; ſtimuli, qui nos frequenter pungunt, & angunt; ſunt veluti Nerui quos aliquando contrahimus, aliquando porigimus; Venti, quibus noſter Animus tanquam mare procelloſum exagitatur; Claui denique, quibus miſer homo configitur; Nubes, quibus mens, & ratio obſcurantur adeo, vt de illis dubitare poſſimus an penitus tollant, vel ſaltem impendiant voluntarium.

15 Quod iſtæ duæ potentiæ concupiſcibilis, & iraſcibilis reperiantur in appetitu ſenſitiuo etiam ſacræ ſcripturæ clare teſtantur, Danielis 13. dicitur de ſenibus Suſannam adamantibus exarſerunt in concupiſcentia eius (de inde) in concupiſcentia tui ſumus &c. Sapientiæ 4. inconſtantia concupiſcentiæ ſubuertit ſenſum, Idem Ecclic. 23. Prouerb. 9. Matth. 5. Galat. 5. clamat quoque experientia; quiſque enim delectabilia ſenſualia ſiue ordinate, ſiue inordinate deſiderat, & vtinam non deſideraret. In his enim genus humanum corrumpitur; De iraſcibili, quoque probatur, nam ira comuniter, à philoſopho definitur, quod ſit accenſio ſanguinis circa cor. 1. quia pars ſenſitiua incalexit, & dolorem atque paſſionem patitur ſi homo iraſcitur 3. quia ex bilis commotione ipſa oritur, eſt que etiam Brutis comunis Sap. 7. iras beſtiarum &c. & Cap. 11. Leones, aut noui generis Ira plenas ignotas beſtias;

Primi Machab. Cap. 4. is feræ beluæ iram gerens; neque de hoc eſt dubium, immo communiter putant homines ſolum appetitiuum ſenſitiuum eſſe capacem concupiſcibilis, & iraſcibilis eumque tantum iraſci; Nihilominus d'ari has duas potentias etiam in appetitu rationali, eſt certum ex Doctore ſubtili in 3. ſent. diſt. 34. §. notandum, & § his ſuppoſitis; De concupiſcibili probatur Anima enim ſeparata, & coniuncta poteſt iraſci, & concupiſcere ea, quæ non concupiſcit ſenſus ergo ſignum eſt, in ea eſſe has duas potentias iraſcibilem, & concupiſcibilem independentes à ſenſu.

16 Homo enim in via multa concupiſcit, quæ non ſunt obiecta ſenſuum, ſed mere ſpiritualia, & aliquando ordinate, & aliquando inordinate, nam Pſalm. 118. concupiſcit Anima mea deſiderare iuſtificationes tuas; ſap. 1.° fili concupiſcens ſapientiam &c. & cap. 24. tranxite ad me omnes, qui concupiſcitis me; Item concupiſcit vitam æternam; immo omnes actus ſpei proueniunt à concupiſcibili, rurſus concupiſcit dona ſpiritualia, virtutes; tam naturales, quam ſupernaturales, lumen gloriæ, Dei viſionem, & fruictionem, quæ neque poteſt apprehendere ſenſus; tandem quid eſt aliud concupiſcibilis quam potentia operans præuia cognitione deſiderans obiectum ſibi conueniens, Voluntas autem id habet, vt poſſit ſibi conuenientia; immo, & contra inclinationem ſenſus concupiſcere iuxta illud ad Gal. 5. ſpiritus concupiſcit aduerſus Carnem; Animæ, beatæ ne dum ſola in Dei viſione complacent, & concupiſcunt illius perpetuitatem, ſed etiam gloriam corporis concupiſcunt. Quæ autem in Purgatorio ſunt Animæ ſperantes vitam æternam, & cupientes liberari ab illis pęnis; Primi parentes concupierunt ſimilitudinem Dei independenter à ſenſu; ſimiliter Lucifer iuxta illud Iſaiæ 14. in Cœlum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum &c. & hæc de concupiſcibili. De ira patet in damnatis præcipue, qui contra Deum contra cauſas ſuæ damnationis, & contra ipſamet tormenta continuo iraſcuntur, & triſtantur; Primi quoque Parentes commiſſum peccatum, independenter à ſenſu, vehementer coteſtati ſunt, & contra ipſum irati obtinuerunt remiſſionem, ergo Anima ſecundum rationalem partem habet irabibilem, & concupiſcibilem; De ira Angeli patet Apocalip. 12. vbi de Diabolo dicitur iratus eſt Draco in mulierem, & paulo ante; factum eſt prælium magnum in Cœlo Michael, & Angeli eius pręliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius; ecce iraſcibilis præliantium Angelorum ſe que Inuicem tanquam offendentes propellentium.

17 Prædictæ paſſiones poſſunt diuidi in antecedentes, & conſequentes; antecedentes paſſiones, quæ naturaliter exurgentes omnem voluntatis deliberationem præueniunt, ac proinde in ſe, & ſecundum ſe nec peccati, nec meriti capaces ſunt; Paſſiones conſequentes ſunt, quæ voluntatis arbitrio excitantur, vt ad promptiorem, & expeditiorem operationem inſeruiant; Paſſiones antecedentes non faciunt actum, ad quem impellunt quia inuoluntarium, & inuitum agitur cum triſtitia, & auerſione appetitus; quod vero fit ex paſſione odij, uel amoris non fit cum triſtitia, & auerſione appetitus, ſuperant, & abſorbent triſtitiam ac merorem qui alioquin cum opere arduo coniunctus eſſe ſolet, ſic enim milites ſpe victoriæ, vel amore vindictæ, & libidinoſi amatores quæque moleſtiſſima iocunde perferunt; patet experientia, ergo non tollunt ſimpliciter voluntarium, minuunt tamen illud, ſicut, & virtutis meritum, & culpæ reatum, quia voluntarium, & liberum oritur ex Intellectu proponente obiectum cum indifferentia, ſed paſſio antecedens facit, vt Intellectus magis æſtimet, ac nimis ponderet rationes ſiue motiua occurrentia pro ea parte, ad quam appetitus ſenſitiuus inclinat, idque ob naturalem ſympatiam ſiue conſenſionem, quæ inter potentias ſenſitiuas exteriores, & potentias rationales; re-

reperitur. Hinc dici ſolet quemuis iudicare de rebus ſicut affectus eſt, & hominē amori deſiderio, iræ ſimilibuſq; affectibus obnoxiū nō idoneum eſſe adiudicandum, nec conſulendum, Immo aliquando huiuſmodi paſſio antecedens videtur tollere omnino voluntarium, vt in vehementiſſima paſſione triſtitæ, & iræ, in quā Intellectus adeo perturbatus eſt, vt obiectum non proponat cum debitis circunſtantijs, neque rationibus in vtramque partem indifferenter oſtenſis, ſed cum determinatione ad id, ad quod paſſio inclinat, exhibitis ſolum rationibus, quæ in eam partem pēdunt; hoc caſu voluntas non agit liberè, ſed naturaliter, & neceſſario ſine peccato, & meritò.

18 Paſſio conſequens non minuit, ſed potius auget voluntarium conſequenter moralem bonitatem, vel malitiam actionis, ſiue (magis proprie loquendo) ſignum eſt, magnitudinis peccati ſiue meriti, quia demonſtrat intenſiorem voluntatis affectum ad actum; quo ſenſu verum eſt, quod quanto quis cum maiori libidine, vel concupiſcentia peccat tanto magis peccet, puta ſi aliquis in ſe excitet magnum deſiderium vini, vt intēperantius bibere poſſit; & ſimilis eſt ratio, ſi paſſio excitetur ad operationem virtutis, vt ſi in te excites magnum miſericordiæ affectum, quo impellaris ad ſuccurrendum pauperi in ſuis neceſſitatibus. Ex his colligitur quoddam aduertendum à Confeſſarijs, dum pœnitentium audiunt confeſſiones, nam multi illorum confitentur ſe habuiſſe præfatas paſſiones odij, amoris ſpei, deſperationis &c. & non declarant ſatis, habuerint eas bene, vel male ordinatas; & ſi dicunt eas habuiſſe inordinatas, non ſatis declarant, quanta fuerit earum deordinatio, vt inde iudicari poſſit, an peruenerint ad mortale; Quare pœnitens, qui ſic generatim, & confuſe confitetur huiuſmodi paſſiones interrogandus eſt, num omnes illæ, vel quæ illarum fuerint tantæ, vt mouiſſent eum ad volendum potius tranſgredi legem ad peccati mortiferi pœnam obligantem, quam deſiſtere à proſſecutione huiuſmodi paſſionis amoris odij &c. Niſi confeſſarius ex qualitate perſonæ, vel modi confitendi tacite coniiciat paruitatem, vel magnitudinem malitiæ, vel vanitatis earum, vt frequenter videant Confeſſarij aduertant, & timeant, ne ſuccumbant.

De actibus humanis in particulari, & eorum Circunſtantijs. Articulus 3.

1 NVlli dubium eſt voluntatem in ſuis operationibus eſſe potentiam cœcum, ideoque indigere potentia intellectiua, quæ ei quaſi manum det, vt poſſit recte incedere, dum operari vult, Ideo etiam dicitur nihil volitum, quin præcognitum; Intellectus igitur proponere debet voluntati ſuum obiectum cum omnibus ſuis circumſtantijs, quod quidem nec ille præſtare poteſt, niſi præuia inquiſitione, & conſultatione, quæ in actionibus humanis neceſſaria eſt, in re dubia, nam rei planè certæ non eſt inquiſitio, aut conſultatio, Hinc ſequitur conſultationem re, & ſubſtantia eſſe actum intellectus, & rationis, ſicut enim electio eſt actus voluntatis ex iudicio rationis tanquam ex actu neceſſario præſuppoſito, ſic etiam conſultatio eſt actus Intellectus ex preſuppoſita intentione voluntatis in finem tanquam ex Imperio procedens. Nam intellectus primo ſimplici cognitione cognoſcit finem, deinde voluntas ipſum finem appetit ac vult, & per aliquod vtile medium curat eum obtinere; Ex hac intentione finis ratio mouetur ad conſultandum de eo, quod eſt vtile ad obtinendum finem; Conſultatione facta iudicat ratio, quid ſit vtile, aut inter multa quid reliquis ſit vtilius ad finem adipiſcendum, & tunc ſit electio voluntatis; Hinc ſequitur ſecundo nos nequaquam conſultare de fine

ſed ſolum de medijs ordinatis ad finem; Quare non conſultamus de bono honeſto, & iocundo, hoc enim bonum cognitum ſui gratia appetitur non alterius, & in conſultatione ac deliberatione cadit id, quod ad aliud conſequendum vtile apparet; Quamuis ad electionem mediorum voluntas indigeat conſultatione, poteſt tamen ad aliquid appetendum moueri ex ſola obiectæ rei cogitatione, & notitia ſimplici, quia non minus voluntas poteſt à ratione moueri, cuius conſilio regitur, quam appetitus Animalis ſenſitiua cognitione; ſed Animantes ad bonum feruntur & malum auerſantur, & fugiunt ex ſola imaginatione ſimplici, ſi quidem nihil affirmant, aut negant, non enim belue enunciationes affirmando, vel negando componunt, aut formant, vt falſo quidam arbitrati ſunt.

2 Animaduertendum tamen eſt ſimplicē rationis notitiā duplicē eſſe poſſe vna eſt, qua mens intelligēdo concipit rerum Imagines, & res ipſas tantūmodo, vt veras perſpicit nō vt bonas; & hęc ſimplex rei notitia notitia voluntatem ad operandum non mouet; Altera ſimplex notitia eſt, qua mens ſiue ratio cognoſcit, ac perſpicit aliquid, vt bonum homini, & conueniens, vt bonum honeſtum vtile, & delectabile ſiue iocundum, & huiuſmodi notitia quamuis ſit ſimplex, hoc eſt quæ nihil affirmat, aut negat non eſt abſque iudicio rationis, & hæc ſine vlla enunciatione ſufficit ad voluntatem mouendam, vt aliquid appetat tanquam ſibi conueniens, vel reſpuat tanquam ſibi perniciofum, noxium, & diſconueniens, quia facultas appetens ſe ſe confert in rem ſibi obiectam tanquam in finem ſuæ naturæ congruentem; ſed bonum cogitatione perceptum, vt boni rationem ſiue ſpeciem habet eſt voluntatis obiectum, ergo ſtatim atque eſt voluntati propoſitum, & iudicatum, vt bonum voluntas illud velle, & amore proſſequi poteſt; Et ita beatæ illæ mentes in patria Cœleſti vnico, & ſimplici aſpectu. Sicut cognoſcunt, ac iudicant Deum vnum, & trinum, ſic etiam intuentur, vt bonum, & ideo ſummo, quo poſſunt, amore, in ipſo condelectantur; Et quoniam cognoſcunt Deum, vt ſupremum omnium rerum Dominum, & Principem, ſic eum reuerentur, & colunt cum iſta ſimplici notitia ſine conſultatione voluntas humana poteſt libere operari, nec vllo modo impediri poteſt.

3 Explicatis actibus Intellectus quatenus concurrunt (dirigendo) ad actiones humanæ voluntatis, de ipſis actionibus dicendum eſt; Actus humanæ voluntatis ſunt duplices, alij dicuntur eliciti, qui nimirum ab ipſa voluntate immediate eliciuntur: & qui recipiuntur tanquam in ſede ſua nempe ſubiectiue in ipſa voluntate, à qua proxime producuntur. ſic ſunt velle, nolle amare, odiſſe, ſperare, & concupiſcere &c. Dicuntur eliciti, quia in ipſa volutatis poteſtate latentes quaſi foras educimus; Res enim cum primum voluntati ſub facie, & ratione boni obijcitur eandem excitat, mouet, allicit, & flectit, ac veluti impulſu quodam elicit ex ea ſui appetitionem ſicut ex ſilice ictu ferri ignita flamma, & corporum conflictu ſonus elicitur Alij dicuntur imperati, qui nimirum fiunt à voluntate miniſterio, & opera aliarum potentiarum, quæ eos actus proxime producunt. Ideo actus imperatus non recipitur, ſubiectiue in voluntate neque eidem inhæret, ſed in ea potentia, à qua proxime producuntur ſubiectantur, & tranſeunt interdum in materiam aliquam externam tales actus ſunt credere intelligere, videre, audire, loqui, comedere de ambulare, ſaltare, canere, occidere quocumque Imperio voluntatis fiant; actus voluntatis eliciti ſunt 6. nimirum velle intendere, frui, eligere, conſentire, & vti; Hi ſunt actus, in quibus eliciendis voluntas nullam patitur externam violentiam, & quidem negare non poteſt, quod voluntas ſit ſuarum actionum libera cauſa, alioquin (vt D. Damaſcenus lib. 2. de fide orthodoxa Cap. 26. & 27. & cæteri Patres cum tota Theologia euidenter

denter concludunt) nec laudem, nec vituperium futurum, nec præmium vllum benefactis, nec male factis ſupplicium fore aſſignandum quod cum Clarum ſit, & alibi oſtenſum, non eſt hic immorandum ad illud demonſtrandum.

4 Quemadmodum in intellectu dantur duo actus vnus aſſentiendi alicui vero cõplexo *propter ſe ſicut principio*, Alius quo aſſentitur alicui vero non propter aliud verum, ſicut Concluſioni propter principium ita in voluntate ſunt duo actus aſſentiendi bono, vnus quo aſſentitur ei propter ſe, & hic appellatur à Doctore ſubtili in 1. diſt. 1. q. 3. fruitio actus perfectus, & amor amicitiæ; Alius quo voluntas aſſentitur alicui bono propter aliud bonum, qui ab eodem vocatur amor concupiſcentiæ; vſus, vel actus imperfectus; ita ille loco citato §. quantum ad primum; qui mox addit, & ſicut in mente eſt duplex affirmatio propter ſe, & propter aliud, ita in appetitu eſt duplex proſecutio, vel adheſio, propter ſe, & propter aliud vide Scotum in 2. diſt. 6. q. 2. vbi dicit, duplicem eſſe actum voluntatis velle, & nolle, velle inquit eſt actus poſitiuus, quo acceptat aliquod conueniens voluntas ipſa, nolle vero eſt actus negatiuus volũtatis, quo volũtas fugit diſconueniens ſeu reſilit ab obiecto, primus actus voluntatis humanæ eſt velle, qui eſt veluti quidam ad bonum progreſſus, exit enim voluntas obuiam bono conuenienti, vt illud complectatur, vnde prouenit, vt optet ſe cum illo coniungi, quantum fieri poteſt, vt hoc modo ſit illi bonum, & bene illi ſit; Contra nolle eſt veluti quidam voluntatis a malo receſſus, ad primum enim mali conſpectum illud voluntas aduerſatur reſpuit, & refugit, ne ſe illi applicet, quo fiat ei malum. Sunt igitur duo voluntatis primi actus contrarij approbatio, & amplexus boni conuenientis in cognitionem mentis, & reprobatio, ſeu depulſio mali incurrentis in Animum: Ex his duobus actibus tanquam ex fontibus Cæteri veluti riuuli deriuant; alijs ſunt qui verſantur circa finem, vt amor, fruitio intentio: alij circa media, vt electio conſenſus, & vſus ita D. Thomas 1. 2. q. 7. & ſequentibus.

5 Amor in voluntate eſt actus, quo voluntas vult alicui bonum intelligentia, vel ratione conceptum ac iudicatum; eſt enim poſt velle primus voluntatis actus, quo res bona per rationem oblata voluntati placet, grata, & accepta habetur, quæ boni approbatio confirmata eſt amor, & veluti quidam corroboratus in animo voluntatis amplexus, ſiue complexus; Amor in noluntate eſt, duplex ſcilicet amor amicitiæ ſiue beneuolentiæ, & amor concupiſcentiæ; Amor amicitiæ, ſiue beneuolentiæ eſt quo voluntas vult bonum alicui propter ipſum, hoc eſt non quia ex eo vtilitas aliqua nobis obueniat, vel deriuetur, & hoc amore diligimus Deum, & amicos, cum eos Charitate complectimur abſque vllo comodi noſtri reſpectu; Amor vero concupiſcentiæ eſt, quo volumus bonum propter nos, hoc quia ex eo aliqua in nos ipſos utilitas manet non propter ipſum veluti cum Petrum diligimus, ut nobis conferat aliquod bonum non ſic diliguntur amici, qui ſe ſe diliguntur amore amicitiæ ob beneuolentiam non ob proprium comodum, ſic diligendi ſunt Inimici quatenus ſunt noſter proximus, quamuis ipſi nos viciſſim non ament; Item licet amicitia non ſit niſi ad alterum nos tamen ipſos Charitate, uel amore amicitiæ diligimus, vel beneuolentiæ, quia propter nos diligimus noſmetipſos; Inde ſequitur, ut honeſtatem, & uirtutes non amore amicitiæ ſimpliciter, ſed tantum amore concupiſcentiæ diligamus, honeſtati enim, & uirtutibus uolumus bonum, ideſt cupimus, ut ſint propter nos ipſos quoniam ſunt bona nobis comoda, & utilia; Et ſi Ariſtoteles cæterique Philoſophi comuniter docuerint honeſtatem, & uirtutes eſſe bona quæ propter ſe expetuntur, quia non propter aliud concupitum iocundum, vel

uel utile bonum , in quod reſſerantur , diliguntur. Hoc tamen non excludit quod non appetantur propter aliud bonum ; quod amore diligimus amicitiæ hoc eſt propter noſmetipſos , uel propter amicos , & proximum.

6 Si amor amicitiæ cum amore concupiſcentiæ conferatur eſt maior, & melior illo , & natura, cauſa , & origine, prior, quoniam amor concupiſcentiæ ex amore amicitiæ , manat , ac pendet, & in ipſo tanquam fine ſuo terminatur . Si uero duos amores amicitiæ inter ſe comparemus unus eſt maior altero , uel quia intenſior actus eſt , & uehementior , uel quia uni homini maius bonum quam, alteri uolumus , uel quia plura bona uni quam alteri cupimus , uel quia unus amor firmior eſt, aut feruentior, aut tenerior altero, aut denum quia amore unius , & non alterius libenter plura bona facimus, uel plura mala ſuſtinemus ; Ex quo efficitur, ut licet Charitate Deum, & hominem propter ipſos diligamus ipſum tamen Deum maiori amore diligimus, quia ei præſtantiora maiora , & plura bona uolumus , & cupimus. Volumus enim ipſum eſſe Deum omnipotentem , æternum , immenſum infinitum , & cætera bona habere, quæ in eſſe uel ratio naturalis oſtendit , uel fides Chriſtiana profitetur ; & ſacra Theologia docet ; & eiuſdem Charitatis ſtudio impulſi ducimur ad hoc, ut plura pro Deo difficilia, & dura patiamur , ita ut ſi Deum , & in hominem amorem deponere cogeremur potius amorem in hominem quam in Deum , aut negligere aut etiam exuere deberemus ; ſic diſcurrendum eſt de alijs amoribus amicitię qui in ſe erunt differentes in intentione &c. prout obiecta erunt differentia in rationibus amabilitatis per ſe.

7 Illi duo aſſeuſus (de quibus ſupra n.4. dictum eſt) Intellectus ſufficienter diuidunt aſcenſum Intellectus in comuni nec inter ipſos eſt aliquod medium, quia nulla eſt euidentia media ex parte obiecti, à qua poſſit accipi aliqua ueritas principij , uel conſequentis ; In uoluntate autem ſecus res ſe habet, quia præter illos duos aſſenſus . ſiue amores amicitiæ , uel concupiſcentiæ eſt aliquis aſcenſus medius ; quia uoluntati poteſt oſtendi aliquod bonum obiectum , bonum inquam abſolute apprehenſum non ſub ratione propter ſe boni nec propter aliud boni ; Voluntas autem circa tale obiectum ſic oſtenſum poteſt habere aliquem actum , & non neceſſario inordinatum , & mox infert Scotus ubi ſupra ergo poteſt habere aliquem actum uolendi illud abſolute abſque relatione ad aliud , aut abſque fruitione propter ſe, & tandem ulterius poteſt uoluntas imperare Intellectui , ut inquirat quale illud bonum ſit, & qualiter uolendum , & tunc illi poteſt aſſentire ſic, uel ſic , & tota ratio differentiæ hinc, & inde eſt libertas uoluntatis, & neceſſitas naturalis ex parte Intellectus ita Doctor ſubtilis in 1. diſt. 1. q. 38. quantum ad primum vbi , & partim in 2. diſt. 41. q. vnica habet voluntatem noſtram poſſe duobus modis conſiderari vnomodo ſecundum poteſtatem ſuam liberam , nudam ; & præciſam alio modo , vt coniunctam cum Caritate infuſa , vel aquiſita ; Actus ille medius quatenus elicitur à voluntate primo modo neque implicite , neque explicite , nec virtualiter eſt fruitio (quæ eſt vetus elicitus voluntatis, quò inheret alicui propter ſe) ſed neq; eſt amor concupiſcentiæ, neque participat vtrumque , ſed potius ſe gerit indifferenter inſtar Animalis reſpectu hominis , & bruti , & omnino abſtrahit , & præſcindit ab vtroque ; ſi autem ille actus medius elicitur, ſecundo modo à volnntate ſcilicet coniuncta cum Charitate , vel alijs virtutibus eſt implicite virtualiter , vel habitualiter quaſi determinate fruictio vel vſus.

8 Amor medius , & neuter elicitus à voluntate ſuam libertatem conſulente terminatus in Deum , vt in ſingulare bonum vniuerſaliſſimum notum cognitione confuſa non eſt fruictio implicite aut virtualiter ; ſimiliter Idem actus medius elicitus

citus

citus à voluntate, vt libera, & terminatus in particularem moralis virtutis actum, vel obiectum, vt ſingulare boni honeſti vniuerſalis notum cognitione confuſa non eſt vſus implicite aut virtualiter, & tota ratio conſiſtit in axiomate Scotico, quod in poteſtate voluntatis eſt ſic agere referendo, vel non referendo; *Poteſt voluntas, vt libera flectere* amorem *illud medium*, vel neutrum ad extremum, ſiue fruictionis, ſiue vſus indifferenter priuſquam detegat diligibilitatem propter ſe, vel propter aliud, nam ſi detecta boni creati diligibilitate, propter aliud poteſt illud amare propter ſe, & oſtenſam ſibi boni increati diligibilitate propter ſe poteſt illud amare, propter aliud multo melius id preſtare poterit antequam fiat talis oſtenſio. Amor ille neuter terminatus ad bonum primo cognitum cognitione diſtincta nempe ad conceptum boni tranſeuntem ſupra creatum, & increatum quantum eſt ex parte obiecti nequit eſſe fruictio, vel vſus; Quia ille talis conceptus præciſe, & directe neque eſt Deus, neque Creatura, ſed tranſcendens vtrumque, & præſcindens, ab vtroque, bene tamen ex libertate voluntatis; nam voluntas, vt libera poteſt talem tranſcendentalem conceptum boni diligere fruictione, & amore irreferibili, ſimiliter poteſt eundem diligere vſu referibiliter ad creaturam contractum per finitatem, & limitationem.

9 *Prædictus* amor neuter terminatus ad bonum primo cognitum cognitione confuſa, licet manente confuſione non ſit natus ex parte obiecti fieri fruitio, vel vſus detecta tamen caligine confuſionis mox quantum eſt ex parte obiecti in fruitionem, vel in uſum ruit, Amor præfatus neuter procedens à uoluntate coniuncta cum virtute Charitatis terminatus ad bonum, primo cognitum cognitione confuſa implicite, uel uirtualiter, vel habituater uere cenſetur eſſe fruitio, uel uſus; nam ſi illud 1. cognitum cognitione confuſa eſt Deus notus ratione boni abſoluti, & ignotus ratione Dei amor neuter, quem terminat erit fruitio implicite, patet quia mox, ut poſtea detegitur Deitas deſcendit in fruitionem explicitam. Amor ille neuter prodiens à uoluntate, vt libera adhuc oſtenſo per intellectum modo diligibilitatis per ſe, uel propter aliud ipſius obiecti poteſt permanere in ſua neutralitate preſcindendo nunc per inde, atque antea ab omni perſeitate, quia in poteſtate eius eſt ſic uel ſic agere referendo, uel non referendo; ſi actus ille neuter promanet à uoluntate excęcata, ſeu, ut cumque deordinata mox, ut intellectus imperio uoluntatis detegerit tale bonum eſſe Creaturam poteſt cadere in fruitionem, nixam Creaturæ tanquam ultimo fini apparenti. Ita ex doctrina Doctoris ſubtilis in primo ſent. diſt. 1. q. 3. & 4. ubi omnino uidendus, & ſtudioſe conſiderandus.

10 Deſiderium in uoluntate eſt actus illius, quo bonum futurum, & expectatum tamquam ſibi conueniens, & comodum uult; Vel eſt cupiditas aſſequendi bonum, ſi abſit, & conſeruandi ſi adeſt; & diſtinguitur deſiderium ab amore quia amor eſt boni præſentis, Deſiderium uero eſt boni futuri, & expectati, non enim deſideramus quę habemus. Sed ea diligimus; Item amor eſt tam perſonæ, quam rei, Deſiderium uero rei directe, optamus enim diuitias, decus famam, gloriam, uirtutes, dignitatum, & bonorum gradus, ualetudinem, potentiam, Imperium nobis, uel noſtris quos amamus; Hinc patet deſiderium eſſe idem cum amore concupiſcentiæ; Deſideium tamen non eſt ſpes, ſed cum eo in aliquo conuenit, & in aliquo differt; conuenit in hoc, quod ambo ſunt boni futuri, & abſentis; Item ſicut deſiderium eſt rei futuræ, & abſentis, ut nobis conuenientis, ſic etiam ſpes; ut uero ſpes à deſiderio diſtinguitur, quod ſpes eſt boni futuri, & abſentis cum certa quadam fiducia conſequendi, & poſſidendi quam fiduciam deſiderium non addit; Dicunt aliqui quod delectatio in uoluntate ſit actus elicitus ex amore boni præſentis exortus, ſed Doctor ſubtilis

in 3. diſt. 15. q. 1. §. aliter poteſt dici, & in 4. diſt. 49. q. 7. non admittit delectationem eſſe actum elicitum ſicut nec dolorem, nec triſtitiam, ſed eſſe paſſiones ab obiecto cogitatione percepto tanquam comodo, vel tanquam incomodo, & conuenienti, vel diſconuenienti naturæ genitus, & exortas. Item ſecundum Diuum Thomam 1. 2. q. 11. art. 1. dicitur frui eſſe ſuauiter, & iocundæ delectari, ita quod fruitionem putat eſſe idem cum delectatione. Scotus vero in 1. diſt. 1. q. 1. & 3. dicit frui eſſe amore inhærere alicui rei propter ſe ipſam de quare alibi dicendum eſt.

11 Intentio in voluntate eſt actus, quo uoluntas fertur in bonum tanquam in terminum, & finem aliorum quæ appetuntur propter ipſum; Quandocumque enim voluntas appetit bonum, vt finem dicitur finem illum intendere ideo applicat aliqua media ad illum obtinendum, nam intendere proprie, eſt velle per aliquid in aliud peruenire: pro quo nota intentionem dupliciter accipi à Theologis vno modo lato vocabulo, & ſic eſt actus, quo voluntas aliquid vult, nam eo ipſo tendit in eo, quod vult, & hoc modo omnis actus uoluntatis eſt intentio. Secundo accipitur, ut eſt actus, quo voluntas appetit finem, ut per aliqua media aſſequendum, tunc enim intendit ad finem ſibi propoſitum per aliqua peruenire, & ſic in præſentiarum accipitur intentio. Eſt res plana apud Theologos poſſe nos ſimul plures fines intendere quando unus ex illis, uel ſuapte natura refertur in alterum, uel ſaltem à nobis appetitur propter alium finem, ut ſi quis optet obitum Titij, ut eius hæreditatem obtineat, eſt enim naturæ ordo inter ſines talis, ut unus ſit ſua natura ſuperior altero, Intentio hoc habet comune cum alijs uoluntatis actibus, ut intendat finem poſt aliquam mentis, & rationis notitiam, ut dirigentem ipſam uoluntatem, quæ in ſuis actibus eſt cæca; Intentio eſt triplex actualis, virtualis, & habitualis; prima eſt actus uolendi elicitus erga id quod executioni eſt mandatum, ut uolitio comedendi; Secunda uirtualis eſt uolitio, quę nuper elicita fuit à uoluntate, & ſtatim occidit, manet tamen uirtualiter in opere, quod uirtute talis intentionis exercetur. Exemplum, eſt clarum, de intendente celebrare cuius intentio actualis iam euanuit, manet tamen in applicatione ueſtium ſacerdotalium, tertia habitualis eſt habitus inclinans ad talem actum humanum ueluti ad finem, & ſcopum eius; ad actum humanum prima intentio eſt ſufficiens, ſed non neceſſaria, ſecunda eſt ſufficiens, & neceſſaria, tertia eſt inſufficiens.

12 Electio eſt actus uoluntatis ex conſultatione proueniens pro quo notandum eſt, quod nos cum finem aſſequi uolumus ſtatim inquirimus ea, quæ ſunt utilia ad finem conſequendum, & in hac inquiſitione conſultamus quid ſit utili, & magis utile ad finem optatum, deinde iudicamus quid ſit utilius cæteris, & poſtquam iudicatum eſt uoluntas plura utilia eligit id quod utilius iudicatur; ex quo efficitur, ut electio in nobis duplicem reſpectum, & ordinem habeat vnum, ad finem, quoniam ex fine mouemur ad eligendum quod conducit ad finem, alterum, ad media inquiſita iam, & inuenta tanquam ad finem utilia, & conducibilia quibus comparatur, & præfertur id quod eligitur. Notandum eſt ſecundò electionem quattuor modis accipi poſſe, primo, ut eſt actus quo abſolute, & ſimpliciter inter plura unum amamus cæteris relictis etiam ſine conſultatione priori, & huiuſmodi electio conuenit Deo, de quo D. Damaſcenus inquit lib. 2. de fide orthodoxa Cap. 22. In Deo quidem uoluntatem dicimus at electionem proprie non dicimus, neque enim deliberat Deus, Ignorantis quippe eſt conſilia inire, hęc ille, Deus igitur eligit ſine conſultatione; ſecundo modo electio accipitur, ut eſt aliquid quo aliquid uolumus, ita

tamen, ut id poſſimus non uelle ideo libere volumus; & eatenus dicimus id bonum quod volumus eligere quia, cum alioquin poſſemus velle, & non uelle volumus, & hæc libertas ſufficit ad rationem cuiuſcumque peccati, & ſi nulla ſit rationis conſultatio, nam ſufficit integra rei oblatæ cognitio qua *poſita poteſt voluntas rem oblatam appetere, & reſpuere*. Tertio modo accipitur *electio* prout eſt *actus*, quo voluntas *ſibi obiectis*, atque propoſitis duobus bonis iocundis, uel duobus honeſtis tantum vnum appetit altero reiecto abſque alia conſultatione, & hæc libertas ſufficit ad peccati, vel meriti rationem in humanis actibus ponendam. Quarto modo accipitur quatenus eſt actus ex conſultatione, & deliberatione procedens, vt ſupra dictum eſt.

13 Conſenſus eſt actus voluntatis, quo voluntas approbat ſententiam ſibi placentem conſultatione rationis iudicatam nam recte docet D. Bonauentura in 2. diſt. 22. art. 2. q. 2. conſenſum eſſe concordiam voluntatis, & rationis ad aliquid agendum, ex quo efficitur, vt in Buluis, Pueris, & amentibus, in quibus nulla eſt ratio, conſenſus quoque non ſit; Conſenſus item proprie conſequitur conſultationem rationis, ſed de fine non conſultamus, ſed tantum de his, quæ ſunt ad finem ergo de eis ſolum eſt conſenſus; Vſus eſt uoluntatis actus, quo *ipſa voluntas aliquid aſſumit* tamquam Idoneum, & aptum ad aliquid aſſequendum, vti enim re aliqua eſt eam adhibere ad debitum ſuum finem, & abuti re eſt eam aſſumere ad finem ſuæ naturæ, & conditioni contrarium; Ex quo fit, quod uſus ſit in ijs bonis, quæ ſunt vtilia ad finem conſequendum, & obtinendum; Quare vti ſtricte, & proprie ſecundum comuniter Theologos ſecutos D. Auguſtinum lib. 83. Q. q. 30. & lib. 10. de Trinit. Cap. 1. differt à frui quod frui ſit bono deſiderato, & obtento cum delectatione, ſuauiter, & iocundè acquieſcere, ita tamen, vt huiuſmodi bonum ſit finis ſimpliciter vltimus, in quem vniuerſa referantur, & ipſum in nil aliud referatur nec dirigatur, & proinde ſolo Deo nobis perfruendum; Vti vero ſit actus, quo voluntas aliquid boni adhibet ad aliud conſequendum; & propterea rebus Creatis non autem Deo eſſe nobis vtendum alias, vt dicit idem ſanctus doctor ſumma peruerſitas eſt vti fruendis, & frui vtendis.

14 Hactenus explicuimus actus elicitos voluntatis, reliquum eſt, vt nō nihil de imperatis actibus diſſeramus; ſupponimus enim dari aliquod imperium voluntatis quo imperentur, & imperati dicantur, Per imperium voluntatis nihil aliud intelligitur, quā vſus actiuus (de quo ſupra) quo voluntas applicat alias potentias ſibi ſubiectas ad operandum; eſt enim volitio qua voluntas efficaciter vult, ut aliæ potentiæ operentur; Vnde ſequitur omnes illos actus eſſe imperatos à voluntate, qui ab alijs potentijs ex Imperio voluntatis eliciuntur; Additur voluntatem non tantum alijs potentijs, ſed etiam ſibi ipſi imperare poſſe, ac proinde tam actus uoluntatis, quam aliarum potentiarum imperatos eſſe; Quo ſenſu docent Theologi vnam virtutem V. gratia Charitatem, aut obedientiam imperare poſſe actus aliarum virtutum, quia nimirum voluntas poteſt ex motiuis vnius uirtutis elicere actum alterius virtutis; Duo tamen notanda ſunt, vnum eſt actus aliarum potentiarum, qui imperantur à voluntate, ſolum dicuntur Imperati non autem eliciti, nam eliciuntur ab alijs potentijs, ex imperio voluntatis, actus autem uoluntatis, qui ab eadem voluntate imperantur, non ſolum dicuntur imperati reſpectu uoluntatis quia ab ipſa imperantur, ſed etiam eliciti, quia ab ipſa eliciuntur; ſecundo notandum eſt, quod omnes omnino actus aliarum potentiarum quot quot liberi ſunt, fiunt ex Imperio voluntatis non enim aliunde, quam à voluntatis Imperio liberi eſſe poſſunt, nam ſola voluntas eſt potentia libera, vt omnes actus voluntatis

quot quot liberi ſunt fiunt ex imperio uoluntatis, nam primus inter eos qui liberi ſunt non poteſt imperari à voluntate, quia alioquin ſupponeret actum Imperij, qui etiam liber eſt ac proinde non eſſet primus anter eos qui liberi ſunt, Idem dicitur de ipſo imperio, non enim quod libet imperium imperatur à priori Imperio quia daretur proceſſus in Infinitum.

15 Sollemnis controuerſia verſatur inter Tomiſtas, & Scotiſtas, an præter imperium uoluntatis requiratur etiam imperium Intellectus. Scotus putat ſufficere Imperium uoluntatis. Tomiſtæ requirunt Imperium Intellectus, quod exprimitur hac voce fac hoc; ſed ſi bene perpendatur utraque opinio parum differunt inter ſe, quod, ut clarius appareat notandum eſt duplex eſſe Imperium, unum quoquis imperat alijs ſic uoluntas imperat alijs potentijs; Secundum, quod dici poteſt potius excitatorium, quo Intellectus urget, & excitat uoluntatem quando eſt negligens ad operandum, quæ excitatio in nullo lędit libertatem uoluntatis; Differunt igitur iſta duo Imperia, quia Imperium uoluntatis poteſt dici Imperium ſimpliciter, quia fūdatur in abſoluta uoluntatis libertate quæ eſt Regina in toto Regno Animæ; Imperium vero Intellectus ſecundum quid, quia fundatur in ordine potentiarum cuius actus non eſt neceſſarius ſimpliciter ſed ſolum excitare ſolam uoluntatem ſi torpeſceret non alias potentias; Ita quod Voluntatis Imperium conſiſtit in efficaci uolitione, Intellectus uero Imperium in quodam impulſu, ſuaſione, & hortatu, qui explicatur per fac hoc ſecundum Tomiſtas: quod quidem non eſt neceſſarium, quia ſine tali impulſu uoluntas ex ſe ipſa poteſt ſibi ipſi imperare, & ſe ipſam efficaciter excitare, & applicare alias potentias ad executionem proprij Imperij, vt ſentit Scotus, non negamus tamen huiuſmodi Imperium Intellectus, eſſe uoluntati utile, & proficuum, & tunc maxime quando uoluntas eligit aliqua media, quæ ipſi uoluntati quidem placent, ſed tamen habent annexas aliquas difficultates quæ retardant ipſam ab vrgenda executione, tunc enim utile eſt ſi intellectus hortetur uoluntatem, & uarijs modis conetur perſuadere, ut alacriter pergat ad executionem, nec ob ullam moleſtiam patiatur ſe impedire.

16 Explicata natura utriuſque Imperij uoluntatis ſcilicet, & intellectus recenſendi ſunt actus, qui poſſunt, uel non poſſunt à uoluntate imperari; & primo actus uoluntatis poteſt eſſe imperatus ab alio actu uoluntatis, atque, ita uoluntas ſibi ipſi imperare poteſt aliquando hoc eſt ex uno actu ſe ſe mouere, & applicare ad aliud uolendum, ſic ex amore, & timore ad Deum conuertimur, & propria peccata deteſtamur; Hæc deteſtatio eſt uoluntatis actus imperatus, ab alio actu eiuſdem nempe ab amore in Deum; Secundo actus rationis poteſt eſſe imperatus à uoluntate, hoc eſt ex motu et impulſu uoluntatis hac ratione actus credendi eſt quidem actus elicitus à ratione ſiue Intellectu. Sed imperatus à uoluntate, quoniam proficiſcitur ex pio affectu, & impulſu uoluntatis, quo quis credit, & præſtat aſſenſum; Quandocumque autem mens, uel ratio rei euidentia coniuncta aſſentitur non ſubijcitur ſpontaneo, & libero, tunc noſter aſſenſus pendet ex pio uoluntatis affectu, & impulſu; quia ratio, & argumentum probabile nequaquam nos euidenter, & manifeſte conuincit; Tertio actus facultatis concupiſcentis, uel iraſcentis poſſunt eſſe imperati licet interdum, & ſæpe omne voluntatis Imperium antecedant, quare imperio hoc eſt motu, & impulſu voluntatis poſſumus aliquando iraſci contriſtari dolere timere deſiderare delectari, & amare. Quarto actus virtutum ſentientium poſſunt eſſe imperari poſſumus enim ex motu voluntatis, & rationis conſilio, & Iudicio videre guſtare, audire, loqui odorare, & tangere.

17 Actus facultatis ſe mouendi localiter poſſunt eſſe imperati. Vis loco mouens

uens in Animantibus generatim eſt, qua- alia progrediuntur, alia natant, alia- uolant, alia humi ſerpunt; In hominibus vero eſt uis incedendi, & propterea- inceſſus hominis imperio voluntatis ſu- bijcitur, poteſt etiam homo Imperio voluntatis aliud corpus impellere, vel circumferre, vel proijſcere, uel ad ſe- trahere, aut aliò deferre, & portare- quæ ſunt quædam ſpecies motus in loco, uel circa locum; Actus vero in homine qui Imperio voluntatis non parent, per- tinent ad vires, quas Philoſophi, & Me- dici naturales, & vitales appellant, per- tinétes nimirum ad animam vegetatiuam; quemadmodum eſt facultas. generandi, nutriendi, augendi quæ quattuor alias ſibi habent tanquam adminiſtrantes, quę ſunt vis attrahendi, retinendi, conco- quendi, & expellendi, primum enim- attrahitur cibus, attractus retinetur, re- tentus, concoquitur, & quod ex con- cotione abundat expellitur; Illarum vi- rium actiones non ſunt voluntatis Impe- rio ſubiectæ; non eſt tamen negandum- Voluntatem ſuo libero Imperio poſſe- impedire applicationem materiæ prædi- ctarum maxime nutritiuæ poteſt enim vel- le, & nolle cibum ſumere &c. vellæ, & nolle dormire &c. alijſque modis ean- dem, & fouere, & adiuuare, ſed hoc imperare non attingit nutritionem niſi re- mote, & indirecte.

18 In ſomno abſque voluntate ſemen emittitur, & in nata eſt animantibus na- turalis coeundi, & generandi cupidi- tas quam Imperio ſuo voluntas pariter poteſt impedire, fouere, & adiuuare ſal- tem mediate; vitalis facultas eſt duplex vna quæ in motu ſpiritus per arterias conſiſtit, quem motum pulſum Medici ap- pellant, & huiuſmodi actus voluntatis imperium non ſequitur; Altera eſt reſpi- randi facultas quà ſpiritum ex pulmo- ne emittimus, ne nimium cor incaleſcat, & nouum attrahimus, vt cor refrigere- tur, & huius facultatis actio non eſt Im- perio Voluntatis ſubiecta, quia in ſom- no reſpiramus ſic Ariſt. ſed Medici Im- perio voluntatis eſſe ſubiectam arbi- trantur; atque experientia, & ratione confirmant, nam multi, vt ſub aquis diu- tius immorentur ad tempus ſpiritum com- primunt; Non nulli etiam, vt ſibi ipſis mortem inſerant diu reſpirando ſe ſe- continent; Denique ſponte ſua poteſt quis reſpirare, quamuis diu reſpiratio- ne repreſſa ſuffocatus intereat; ſi dicas nihil cogitantes reſpiramus; Reſponde- tur hoc minime impedire quin reſpira- tio poſſit eſſe voluntaria, nam, & ſi aliquando nihil cogitantes incedimus lo- quimur, & aſpicimus, & tamen ince- dere loqui, & aſpicere ſunt aliquando actus voluntarii. Poſtremo ſunt alij duo appetitus, qui Imperio voluntatis non- parent niſi ob materiam ſponte, & uo- luntarie ſubſtractam nempe ſitis, & fa- mes, ſitis eſt cupiditas (teſti Philoſo- pho 2. de Animantibus Cap. 16. frigidi, & humidi, fames vero eſt cupiditas calidi, & ſicci illa potionis, iſta tibi; Huiuſmodi cupiditates naturæ, neceſſi- tate, & conditione excitantur, & ſur- gunt, quæ poſſunt comprimi per ma- teriam ſubtractam, vt experientia; Vo- luntati tandem non obtemperant qui- dam naturales motus; & impetus qui ex affecto corpore excitati naſcuntur, vt meror, & luctus ex atrabili præmen- te; Lætitia ex liquido, & puro ſangui- ne, quo ſolet eſſe cor circunfuſum of- fenſio ex plaga accepta, ſternutamen- tum ex aliquo in nares coniecto, vel immiſſo, ſudor, ex agitatione corporis vehementi; Hi, & alij huius generis motus ita ſunt celeres, & rapidi, vt ante rationis Iudicium, & voluntatis Im- perium præcurrunt, & præuolant.

19 Circunſtantiæ humanarum actio- num apud Theologos ſunt ſeptem ſe- quenti verſu contentę, quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur quomodo, quando, Prima circumſtantia. Quis ſignificat qua- litatem perſonæ quę operatur, ſi ſacra, ſi prophana, ſi ſoluta, ſi ligata voto, ſeu Matrimonio, ſi ſanguine coniuncta con- ſanguinitate, ſiue affinitate; ſi Perſona-

 peccat

peccat cum fæmina ſi ſacra, & voto ligata commit Sacrilegium, ſi ſanguine conjuncta committit, inceſtum, ſi Matrimonio ligata adulterium, ſi ſoluta Virgo per vim ſtuprum, ſi ſoluta ſimpliciter ſimplicem fornicationem, que circumſtantia ſi inuincibiliter ignoretur, vel non aduertatur non erit voluntaria nec ſpecie variabit peccatum; Secunda circumſtantia. Quid, ſignificat quantitatem rei operatæ, & potiſſimè magnitudinem in furto; Vnde ſurripiens crumenam putans in eſſe tantum 10. aureos, ſi deinde reperiat 50. furtum quo ad illum exeſſum erit furtum inuoluntarium debebit tamen reſtituere 50. Tertia circumſtantia ſignificat locum fuerit ne ſacer, vel non; Quarta Circumſtantia; Quibus auxilijs ſignificat quo inſtrumento rem geſſerit, ſi percuſſerit pugno gladio baculo &c. Quibus item locijs inducendo illos ad furandum &c. Quinta Circumſtantia Cur, ideſt quo fine extriſeco V. gratia an furatus ſit ad finem fornicandi; Seſta circumſtatia Quomodo; qua intentione, vel deſiderio an furatus ſit 10. animo furandi 100. an percuſſerit animo occidendi. Septima Circumſtantia. Quando quo ſcilicet tempore ſi indie feſto ſeruile opus exercuerit, vel Iudicium, vel mercatum; & fuerit in Cauſa alijs ſimilia perpetrandi.

De bonitate morali humanorum actuum tam in Generali quã in particulari. Capit. quartum.

De bonitate morali humanorum actuum in comuni, & in generali. Art. 1.

1 ANtequam diſſeratur de bonitate morali tangendum, eſt aliquid de ipſo eſſe morali, Vnde aduertendum eſt quod moralitas eſt vocabulum deriuatum à more, ſeu amoribus; Hoc autem ex comuni Authorum tam ſacrorum quam prophanorum ſenſu aliquando ſignificat inſtitutum aliquod conſuetudine firmatum iuxta illud Gen. 19. 31. iuxta morem vniuerſæ terræ, & aliud Regum 1. Cap. 2. 16. incendatur prius iuxta morem adepſ. &c. & alibi ſæpe, & ſic conſuetudines, & inſtituta nationum, & Regionum vocantur mores. Aliquando ſignificat operationem perſonæ particularis laudabilem, vel vituperabilem ſiue operatio illa ſit conſuetudinaria ſiue rara, ac ſingularis iuxta illud Pſalmi 67. qui habitare facit vnius moris in Domo, & Actuum 13. 18. per annos 40. mores eorum ſuſtinuit in Deſerto, operationes ergo humanæ, & præſertim conſuetudinariæ appellantur mores; Et adhuc ex Galeno duplicis generis ſunt quidam innati, quidam aquiſiti primi generis ſunt, qui a complexione ſeu conſtitutione naturali cum Elementi prædominio proficiſcuntur, quidam uerò doctrina arte, ſeu conſuetudine parantur; ſicque iſti vere dicuntur morales, & ab iſtis moralitas, deſumitur quatenus eſt comunis, & indifferens ad bonam, & malam moralitatem; eſſe morale comuniter ſumptum conſiſtit efficienter in libertate, quia actio que nullo modo eſt libera, non procedit ab homine, vt ab agente morali conſequentia patet quia impoſſibile eſt actionem, vt actio eſt habere aliquam proprietatem, ſiue conditionem niſi eam participet ab Agente, atque adeo niſi in Agente præſuponat virtutem actiuam ſibi proportionatam, & nulla virtus eſt proportionata reſpectu eſſe moralis niſi ſuo modo ſit moralis, & vniuerſaliter quæcumque Cauſa efficiens debet continere aliquo modo eſſe quod dat effectui, alias non erit in actu reſpectu eius.

2 Si

2 Si vero ſit ſermo de formalitate eiuſdem eſſe moralis dicendum eſt non conſiſtere in libertate quia poteſt dari libertas ſine moralitate, vt patet experientia, ſed conſiſtere in habitudine regulabilitatis per dicta men rationis, quia in eo formaliter conſiſtit eſſe morali; quod preſupoſita libertate, vt fundamento eſt quid comune ad conformitatem, & difformitatem cum ratione, & præcedit alia in eodem fundamento, ſed talis eſt illa regulabilitas à ratione ſeu conformitas aptitudinalis, eſt enim relatio aptitudinalis diſtincta ab entitate actus in eſſe naturæ, & quatenus dicit ordinem ad ſuum principium; nomine Regulę rationis intelligigitur proprium iudicium rationis practicæ, cui debet eſſe conformis voluntas, vt ſit recta iuxta illud Doctoris ſubtilis in Prol. q. 4. notitia practica in ordine ad praxim conſiſtit in duplici relatione aptitudinali prioritatis, & conformatiuitatis, ſiue directiuitatis, nempe quod notitia practica ſeu Iudicium practicum aptum ſit præcedere, & dirigere praxim, quæ ſecundum eundem Doctorem ſubtilem loco citato eſt actus alterius potentiæ ab Intellectu naturaliter poſterior Intellectione nata conformari rationi rectæ, vt ſit recta, quę definitio praxis alibi declarata eſt, non enim opus eſt idem repetere abſque neceſſitate; hæc dicta de mortalitate in comuni, & indifferenti ad bonam, & ad malum.

3 Sæpiſſime idem Scotus. diſcurrit de bonitate morali actus humani, ex ſimilitudine ad bonitatem entitauam, & naturalem eiuſdem maxime in quolibeto 18. vbi ex D. Auguſtino colligit quod bonum entitatiuum dicitur dupliciter vno modo reſpectiue in ordine ad aliud, alio modo abſolute, ſeu in ordine ad ſe. Illud dicitur bonum primo modo, quod eſt conueniens, & expediens alteri, & eſt idem quod eſſe perfectionem alterius; ſic cibus ſuauis, eſt aptus ad iuuandam valetudinem hominis, eſt bonus ſcilicet ad valetudinem, uel fouendam, vel conſeruandam; Illud autem dicitur bonum ſecundo modo, quod in ſe habet omnia, quæ requiruntur ad ſuum eſſe completum, & perfectum ſiue eſſentiale, ſiue accidentale; ſicut ergo bonitas entitatiua eſt duplex ſic, & moralis nempe relatiua, & abſoluta; Relatiua conſiſtit in habitudine conuenientiæ actus, qui ab ipſa dicitur bonus moraliter ad id cui eſt bonus; De abſoluta autem bonitate morali Scotus docet bonitatem moralem conſiſtere in aggregato omnium, quæ ſecundum rectum rationem requiruntur ad bonitàtem actus, & ad quæ idem actus debet proportionari puta ad potentiam ad obiectam, ad finem, ad tempus ad locum, & ad modum; ſic ille in 1. ſent. diſt. 17. q. 2. Hinc apposite dicebat D. Dioniſius bonum eſſe ex integra Cauſa malum autem ex ſingulis defectibus, quaſi diceret Cauſa formalis boni, & bonitatis moralis debet eſſe integra ex omnibus partibus in quibus eſſentialiter conſiſtit, quod ſi vna deficiat iam non erit integra, & completa.

4 Bonitas moralis requirit, & preſuponit conformitatem formalem ad rectam rationem, & ad legem æternam, quia ratio formalis menſurabilis, vt tale eſt conſiſtit in commenſuratione, & relatione ad menſuram, vt patet in potentijs habitibus, & actibus, quorum rationes formales conſiſtunt in ordine ad obiecta, quia comparantur ad illa, vt menſurabile ad menſuram, & regulabile ad rationem rectam; Hæc bonitas non conſiſtit in hac conformitate præciſe, ſed in plenitudine aggregatorum, & concurſu atque conuenientia omnium, quæ ad actum bonum requiruntur; quod patet etiam in ente artificiali; Statua enim eſt bona, ſi habet omnes partes commenſurabiles in ordine ad ſe inuicem, & in ordine ad totam ſtatuam, & veritas in ſpeculabilibus conſiſtit in adequationis relatione ad obiectum. Fundamentum huius bonitatis actus eſt conuenientia eius ad ſubiectum intrinſece; extrinſece vero eſt conformitas ad obiectum; De conuenientia ad ſubiectum probatur quia bonitas moralis niſi conſiſteret inconuenientia ad naturam rationalem

lem, ſeu in conformitate ad ipſam iam non eſſet perfectio eius, omnis enim perfectio dicit conuenientiam ad ſuum perfectibile; De extrinſeca bonitate ad obiectū patet quia ſicut obiectū phiſicę cōſideratū ſolū extrinſece ſpecificat actum ſecundū Doctoré ſubtilé, ita, & moraliter pro quanto eſt conforme naturæ rationali Legi ęternæ, & Iudicio rationis. Non eſt neceſſe quod bonitas moralis in aliquo conſiſtat reali inhærente ipſi actui formaliter, ſed ſufficit quod conſiſtat in aliquo reali fundamentaliter; quia ſiue ſumatur bonitas pro concurſu, & conuenientia eorum, quę requiruntur in actu ad conſituendam talem bonitatem, qualem poſtulat regula quæ eſt ralatio mutuæ coniunctionis ſiue pro ipſa conformitate actuali vtrobique formaliter eſt relatio rationis.

5 bonitas moralis eſt, triplex, prima ſumitnr ex obiecto; Secunda ex fine extrinſeco tertia ex circūſtantijs ita D. Thomas p. 2. q. 18. art. 4. & Scotus in 2. diſt. 41. q. 1. ratio Scoti eſt quia bonitas moralis conſiſtit in integritate eorum omnium quæ requiruntur in actu ſecundum rectum rationem, ſed recta ratio dictat actum debere verſari circa bonum honeſtum obiectum propter honeſtum finem, & cum honeſtis circunſtantijs, nam ſi in aliquo illorum ſit aliqua turpitudo iam actus non erit honeſtus, ſed turpis ſecundum D. Dionyſium de Diuinis nominibus Cap. 4. de quo ſupra. Bonitas moralis ad huc duplex eſt vna dicitur formalis ſiue actualis, quæ reperitur quodammodo in ipſo actu ſubiectiue, & dicitur etiam intrinſeca quà actus dicitur formaliter bonus, altera obiectiua, quæ reperitur in obiecto, & conſtituit rem, in qua eſt obiectum bonæ actionis ideſt honeſte, & ſecundum rectam rationem amabile, obiectiue bonum moraliter; Hæc bonitas obiectiua eſt prior bonitate morali formali, non enim ideo cenſetur obiectum bonum, & honeſtum quia intellectus recte de eo iudicat, & voluntas recte illud appetit, ſed contra potius, quia obiectum per ſe bonum eſt, & honeſtum; Ideo voluntas recta eſt quia illud appetit, & iudicium rectum, quod de eo fertur; Itaque recti mores non faciunt obiectum bonum, & honeſtum, ſed è contrario bonitas obiectiua honeſta facit rectos mores, & ratio à priori eſt quia ſicut omnis actio voluntatis præſuponit iudicium de bonitate obiecti, ita Iudicium, vt uerum ſit, & rectum præſuponit veritatem talem, qualis requiritur, vt illi Iudicium verum, & certum, rectum conformari debet.

6 Pro prædictorum, & dicendorum notitia aduertendum eſt triplex eſſe bonum ſcilicet honeſtum vtile, & delectabile Scotus in 4. diſt. 46. q. 4. vbi ſic dicit bonum autem intellectuale in genere duplex eſt ſcilicet honeſti, & comodi, bonum quidem vtile quod ponitur tertium ad alterum illorum reducitur ſecundum quod ordinatur ad ipſum, & clarius in 2. diſt. 6. q. 2. vbi ait, aut igitur (Angelus) illud maximum comodum maxime concupiuit amore honeſti, vel vtilis, vel delectabilis; Verum tamen eſt ex loco citato in 4. colligi in opinione Doctoris ſubtilis vtilitatem qua talem non poſſe eſſe bonitatem formaliter quia vt ibi dicit bonum quidem vtile quod ponitur tertium ad alterum illorum reducitur, ſecundum quod ordinatur ad ipſum ergo vtile non habet diſtinctam rationem formalem bonitatis niſi participatam ab eo bono honeſto, vel delectabili cui ordinari poteſt; ſic nulla via quatenus via non poteſt eſſe terminus illius viæ neque alius terminus, ſed vtilitas quatenus vtilitas eſt via ad bonitatem honeſti, & comodi, ſeu delectabilis ergo quatenus vtilitas non poterit eſſe bonitas formalis diſtincta ab illis duabus bonitatibus diſiunctiue; Hinc ſequitur utile tantum eſſe obiectum materiale voluntatis, & per accidens motiuum ipſius, quia non per ſemetipſum, ſed per aliud mouet eam ad ſui amorem, quatenus ad aliud ordinatur, ergo non erit obiectum per ſe motiuum, ſed per accidens; Conceditur tamen vtile non

per accidens, ſed per ſe, eſſe obiectum terminatiuum voluntatis, ſequitur ſecundò hoc nomen bonum vniuocare honeſtum, & delectabile; vtile autem potius equiuocare patet ex eodem loco citato in 4. vt patet conſideranti verba Scoti ibidem.

7 Bonum comodi, ſeu delectabile eſt illud, *quod voluntatem afficit gaudio probatur per Ariſtotelem in Rethorica ad Alexandrum titulo de genere deſideratiuo* text. 60. dicentem iocuuda autem ſunt, quæ afficiunt gaudio nimirum effectiue, vel terminatiue; 7. Ethic. text. 30. vbi dicit iocunda ſimpliciter vocamus quæ integrum ſanumque corpus oblectant; Bonum delectabile comodi, vel iocundum eſt duplex vnum ex natura rei, & antequam amatum ſit; Alterum per operationem voluntatis, & poſtquam ſemel amatum eſt. Amanti enim malum, ſub ratione mali poſt quam ſemel amatum eſt erit ſibi voluptuoſum, & delectabile, Delectabile ex natura rei eſt duplex aliud primum, & per ſe, vt pulchrum viſui, reſpectu vero voluntatis, vt illuminationes, & alia ſpiritualia obiecta eius quietatiua, quæ omnia cum à Demone viris contemplatiuis ſubminiſtrari poſſent certum eſt quod non poſſant eſſe primo, & per ſe honeſta, ſed delectabilia, & iocunda; Aliud vero eſt delectabile concomitanter, & ſecundario, vt virtutes, & actus *boni morales, in quibus honeſtati comes eſt delectabilitas*. Honeſtum ſumitur dupliciter primo, & large pro eo quod decet naturam, cuiuſmodi ſunt ſanitas pulchritudo robur, bellicoſitas, ingenij acies, memoriæ tenacitas, 2. & ſtricte pro eo, quod decet mores, ſeu humanas actiones recta ratione gubernabiles, cuiuſmodi ſunt virtutes, & actus morales ex eis prodeuntes, ſeu earum generatiui, & cum ſint bona taliter honeſta ſunt etiam perſe amabilia ideſt non referibilia ad aliud creatum bonum in ratione perfectiui, dicitur perfectiui quia poſſunt referri ad ſuum ſubiectum tanquam ad ſuum perfectibile.

8 Honeſta large ſumpta ideſt honeſtate naturali prædita ſunt accidentia natura ipſam decentia quatenus natura eſt completa, & integra in ſuo naturali eſſe; Honeſta vero proprie, & ſtricte ſumpta ideſt moralia ſunt accidentia mores decentia de quibus ſcotus in 1. diſt. 17. q. 3. §. quantum ad iſtum articulum, vbi dicit bonitas moralis actus eſt quaſi quidam decor illius actus includens aggregationem debitæ proportionis; (& paulo poſt) bonitas eſt conuenientia actus ad rectam rationem, qua poſita actus eſt bonus; & in 2. diſt. 4. q. 2. §. de ſecundo, ait bonitas actus moralis eſt ex aggregatione omnium conuenientium actui. Secundum rectam rationem. Comoda, & delectabilia perſe primo Deum in obiectum ſibi vindicantia neceſſario ſunt honeſta ſaltem ex parte obiecti conſequenter, & ſecundario, ita Scotus in 4. diſt. 49. dicens nulla natura Intellectualis vltimate, & complete perficitur niſi habendo ſupremum appetibile, & hoc perfecte ſecundum poſſibilem ſibi modum habendi illud. Ex quo manifeſte ſequitur, quod æterna beatitudo conſiſtens in attingentia perfectiſſima ſupremi attingibilis perfectiui extrinſeci erit non ſolum comodi verum etiam bonum honeſtum ſecundario idqui neceſſario. Primo, & per ſe delectabilia creaturam reſpicientia, vt obiectum contingenter poſſunt eſſe nunc honeſta, nunc in honeſta ex ipſo obiecto, quia ſi tranſeunt in obiecta uetita erunt neceſſario inhoneſta, ſi obiecta non erunt prohibita erunt honeſta. Delectabilia directe tranſeuntia in obiecta non vetita etiam poſſunt fieri contingenter inhoneſta propter exceſſum, & nimietatem, ſeu propter malum finem; etiam delectabilia reſpicientia Creatorem pro obiecto poſſunt fieri inhoneſta ratione finis non recti, vel circumſtantiæ prauę.

9 Bonitas obiecti nec in vtilitate, nec in delectabilitate, ſed in honeſtate conſiſtit,

ſiſtit, ac proinde obiectum non dicitur bonum moraliter quia eſt vtile, vel delectabile, ſed quia eſt honeſtum; Ratio eſt, quia bonum vtile, & bonum delectabile poſſunt eſſe obiecta bonæ, & malæ actionis ergo ex ſe non habent, vt faciant actum moraliter bonum; & confirmatur, non amantur propter ſe, ſed propter aliud, vt ſupradictum eſt, ergo ſi eſt vtile ad conſequendum finem honeſtum poteſt recte amari ex hoc tamen non erit ex ſe honeſtum, ſed ſolum ex tali fine ergo numquam poteſt eſſe obiectum actus boni, niſi in odine ad finem honeſtum ergo tunc ſolum poteſt facere actum bonum quando eſt coniunctum cum extrinſeca honeſtate finis; Hinc ſequitur primo illud obiectum cenſeri moraliter bonum; quod eſt honeſtum, & conſentaneum rectæ rationi, & proinde hæc duo idem valere bonum morale, & bonum honeſtum, quia honeſtum in moralibus opponitur turpi, ergo quicquid in moralibus non eſt honeſtum hoc neceſſario eſt turpe, ſed nullum bonum morale poteſt eſſe turpe, ergo omne bonum morale debet eſſe honeſtum. Sequitur ſecundo bonum vtile, & delectabile debere reuocari, vel ad bonum honeſtum, vel ad bonum turpe, quia non datur medium in moralibus.

10 Obiectum, vt eſt in genere naturæ non dat actui ſpeciem boni quia indifferens eſt addandam ſpeciem boni, vel mali iuxta exigentiam ipſius actus, ergo actus, non ſumit bonitatem aut malitiam moralem, vt eſt in genere naturæ atque adeo ſumit eam ab ipſo, vt eſt in genere moris obiectiue, quia hæ ſolum duæ rationes poſſunt diſtingui in obiecto, quantum attinet ad propoſitum; bonitas obiectiua eſt ipſa natura, & entitas rei bonæ; & connotat tationem conuenientiæ cum natura rationali; prior pars patet, quia bonitas obiectiua eſt prior bonitate actus, & antecedit rectum iudicium Intellectus, ergo nec eſt ens rationis, nec extrinſeca tantum denominatio ab actu Intellectus, & voluntatis; Hoc autem reale nihil aliud eſt quam ipſa entitas rei, quatenus ex ſe talis eſt, vt poſſit eſſe obiectum appetitus recti, vel quatenus ex ſe digna eſt, vt ſecundum rectam rationem ametur; Poſterior pars probatur nimirum, quod bonitas obiectiua connotet rationem conuenientiæ cum natura rationali, quia ex eo, quod res in ſe digna eſt, quod ametur oritur quedam relatio conuenientiæ, qua res illa cenſetur congruens, & conueniens naturæ rationali; Ab obiecto ſolo in genere moris non ſumitur bonitas moralis, nec à conformitate ſeu conuenientia cum ipſo; prima pars probatur, quia idem actus ſtante eadem conuientia eius cum obiecto tranſit de bono in malum eo quod incipiat eſſe diſconueniens naturæ rationali ratione circumſtantiarum ergo. Secunda pars patet, quia obiectum non habet eſſe niſi ratione conformitatis cum natura rationali, & cum Iudicio rationis ergo actus prius eſt conformis naturæ rationali quam cum obiecto, ergo priorem rationem bonitatis ſumit ab ipſa vt à ſubiecto.

11 Actus interior ſiue elicitus à voluntate ſumit primam bonitatem moralem, ſeu ſpeciem virtutis moralis ex bonitate obiecti formalis non materialis; Duplex enim eſt obiectum materiale, & formale; Materiale eſt, id quod voluntas appetit, formale vero eſt propter quod voluntas appetit, quod etiam vocari ſolet ratio appetendi, vel motiuum; eſt enim ratio, quæ mouet ad hoc, vel illud appetendum; Hæc duo obiecta materiale, & formale aliquando realiter diſtincta, & ſeparata ſunt, vt fit in actu voluntatis, qui verſatur circa media, quæ appetuntur, formale eſt bonitas finis materiale eſt bonitas mediorum, aliquando non ſunt diſtincta realiter, vt fit in actu volutatis, qui verſatur circa finem tunc enim materiale obiectum eſt illa res, quæ appetitur per modum finis, & formale eſt bonitas eiuſmodi rei quæ mouet volun-

luntatem ad ſui amorem, ac deſiderium; & ſicut actus voluntatis ſumit bonitatem ab obiecto formali, ita ab illo ſumit differentiam eſſentialem; ratio eſt, quia hæc duo connexa ſunt in hac materia, actus ſumit eſſentialem differentiam, & ſpeciem ab obiecto, ſecundum actus includit eſſentialem ordinem ad obiectum ſub intellige formale; Hæc bonitas moralis deſumpta ab obiecto formali eſt eſſentialis actui interiori quatenus hic actus ſpectatur in genere moris, ſeu in genere virtutis.

12 An vero ſit illi eſſentialis in genere naturæ. Reſpondetur primo negatiue, quia manente tota entitate naturali actus poteſt mutari tota bonitas moralis etiam illa, quæ ſumitur ex obiecto; poteſt enim variari libertas aut finis extrinſecus, aut obligatio legis, his autem mutatis neceſſe eſt mutari bonitatem moralem ergo bonitas moralis non eſt eſſentialis actui in genere naturæ; Item eſſe morale, & eſſe naturale ſunt diuerſi ordinis; & vnum fundatur in alio ergo ſpecies vnius ordinis non eſt eſſentialis alteri ordini. Quibus tamen non obſtantibus reſpondetur affirmatiue, & quidem probabilius nempe bonitatem moralem ex obiecto deſumptam eſſentialem eſſe actui etiam in genere naturæ; probatur ex tribus principijs; quorum primum eſt, omnem actum voluntatis in eſſe naturæ habere differentiam aliquam vltimam eſſentialem, & conſtitui primum in aliqua ſpecie eſſentiali. Hoc enim comune eſt omni rei, & enti; pro cuius notitia recolendum eſt ex Logica omne ens finitum, & limitatum ſubſtantiale, & accidentale abſolutum, & reſpectiuũ eſſe indeterminato genere generaliſſimo, & ſpecie ſpecialiſſima, & ſic conſtitui, & metaphiſice componi ex genere, & differentia, ſic actus quilibet cuius vis potentiæ tam cognitiuæ, quam appetitiuæ; tam Intellectualis, quam ſenſitiuæ, quam appetiuæ; tam Intellectualis, quam ſenſitiuæ eſt ens limitatum accidentale abſolutum, & quale de prima ſpecie, & hoc in genere naturæ ergo eſt ſic compoſitum ex genere, & differentia, quæ etiam dicuntur partes eius eſſentiales; ſecundum principium eſt hanc primam eſſentialem ſpeciem actus Voluntatis in eſſe naturę neceſſario deſumi ex obiecto, quod etiam comune eſt omnibus actibus non ſolum voluntatis, ſed etiam Intellectus, & aliarum potentiarum; Tertium principium eſt hanc primam, & eſſentialem ſpeciem non ſumi ex obiecto materiali, ſed ex formali, ac proinde ex aliqua ratione boni, nam actus alicuius potentiæ. non ſumit ſpeciem ab obiecto niſi ſub ea ratione, quà tendit in illud, Voluntas autem tendit in obiectum ſub ratione formali, quia ſi prima, & eſſentialis ſpecies ſumeretur ex obiecto materiali iam actus fidei, ſpei, & Charitatis eſſent eiuſdem ſpeciei quia habent idem obiectum materiale. Ex his tribus principijs ſic concluditur; Quandocumque actus voluntatis verſatur circa bonum honeſtum ſub ratione honeſti tunc actus ille etiam in genere naturæ ſumit primam, & eſſentialem ſpeciem à bono honeſto, quatenus honeſtum eſt, ergo ſpecies virtutis eſt illi actui prima, & eſſentialis etiam in genere naturæ, at ſpecies, ſeu ratio virtutis eſt idem, quod bonitas moralis, & eſſentialis actui etiam in genere naturæ. Hęc de bonitate morali ex obiecto.

13 Quantum ad bonitatem moralem ex fine; præter multa ſcripta in ſecundo phiſicorum de multiplicitate finis notandum eſt duplicem eſſe finem voluntatis in actu ſuo vnus intrinſecus, & proxiſſimus, qui eſt idem cum obiecto, & ſolet vocari finis operis, Alter extrinſecus, & remotus, & poteſt dici finis operantis, qui differt ab obiecto, & eſt præcipua circunſtantiarum prior habet locum in amore, & intentione finis, poſterior in electione mediorum, nam amor, & intentio verſatur circa finem tamquam circa proprium, & immediatum obiectum; Electio circa finem non operatur, ſed circa media, ſed tamen refertur ad finem, vt ad aliquid extrinſecum. Quando actus voluntatis ex obiecto indifferens eſt, &

refertur ad finem bonum ſub ratione honeſti tunc ſumit ab illo bonitatem moralem in aliqua ſpecie virtutis; ratio patet ex oppoſito; quia quando refertur ad finem malum, & turpem tunc ſumit ab illo malitiam, & turpitudinem in aliqua ſpecie peccati; Vnde ſicut is qui vult ſtudere per inanem gloriam malefacit, ita is qui vult ſtudere ad Dei gloriam benefacit; Nam ſtudere eſt ex ſe actus indifferens, & poteſt in bonum, & malum finem referri, Confirmatur quia electio medij eſt eiuſdem ſpeciei cum intentione finis, quia eſt idem motiuum vtriuſque nempe bonitas finis; ſi ergo electio ſumit virtutis ſpeciem à fine, ſumit etiam bonitatem moralem; Quando actus voluntatis ex obiecto bonus eſt, & ſimul refertur ab operante in bonum finem, ita ut bonitas finis ſit diuerſæ ſpeciei à bonitate obiecti, tunc ſumit nouam ſpeciem bonitatis ab ipſo fine, quia actus ex obiecto indifferens ſumit bonitatem à fine vt dictum eſt, ergo etiam actus ex obiecto bonus, nam bonitas obiecti non obſtat quo minus à fine poſſit nouam bonitatem participare, & confirmatur ex oppoſito, quia actus ex obiecto malus ſumit nouam malitiam à fine malo, qui enim furatur propter adulterium magis adulter eſt, quam fur; ergo etiam actus ex obiecto bonus ſumit nouam bonitatem à fine bono; non enim minus efficax eſt intentio boni finis circa bonam electionem, quam intentio mali finis circa malam electionem.

14 Quando obiectum electionis quod per ſe bonum eſt non amatur vllo modo propter ſe, ſed ſolum propter finem tunc bonitas obiecti nihil ad rem facit, quando autem, & propter ſe amatur quatenus per ſe bonum eſt, & propter finem quatenus ad illum conſequendum vtile eſt tunc manet bonitas cum bonitate finis bonitas inquam obiecti; Hoc ſenſus dixit D. Thomas 1. 2. q. 19. art. 8. ad ſecundum ſola bonitas Intentionis non eſt tota Cauſa bonæ volontatis, & ratio eſt quia vna bonitas non repugnat alteri; ſicut nec virtus virtuti ergo licet noua bonitas ſuperueniat ex fine non ideo deſtruitur bonitas ex obiecto, & confirmatur, quia ſæpe ipſamet bonitas obiecti immo, & bonitas actus ex obiecto deſumpta refertur ad aliquem finem honeſtum, vt cum aliquis vult opus pium facere, vt aliquid obtineat à Deo, ergo manent ſimul ambæ bonitates alioquin inter illas non poſſet eſſe ſubordinatio ideſt vna non poſſet ordinari, ſeu referri ad alteram, quod tamen fieri ſupponimus; Hinc apparet quam improbabiliter aliqui aſſerant accedente bonitate finis non manere ſimul priorem bonitatem quæ eſt ex obiecto, & bonitatem obiecti nihil ad rem facere, quando accedit noua bonitas finis, nam ſequeretur actum vnius virtutis non poſſe imperari ab alia virtute, quod falſum eſt, nam actus aliarum virtutum poſſunt imperari à caritate, vel à Religione, vel ab obedientia; Item ſequitur omnes electiones ab eadem intentione profectas ſimpliciter æquales in bonitate ac proinde non melius eſſe amare amicum quam inimicum, Patrem, quam extraneum, Catholicum quam hæreticum, quod tamen falſum eſt, & contra ordinem Charitatis.

15 Quando finis eſt proximum, & totale motiuum propter quod eligitur medium tunc electio medij ſumit primum, & eſſentialem ſpeciem à fine quia quando quis proximum amat non propter bonitatem, quæ in ipſo eſt, ſed ſolum propter Deum, itaut totalis ratio amandi ſit Deus, tunc actus amoris eſſentialiter pertinet ad virtutem Charitatis Theologicæ, ſicut etiam aſſenſus fidei, quo intellectus aſſentit articulis fidei, quia Deus reuelauit accipit eſſentialiter ſpeciem à reuelatione Dei; nam hæc reuelatio eſt proximum, & totale motiuum aſſentiendi ex parte Intellectus. Tunc autem finis habet rationem proximi, & totalis motiui quando in obiecto electionis per ſe nulla eſt bonitas, aut ſi eſt aliqua, voluntas illam non curat; Vt ſi quis propter cultum Dei negligat opus delectabile; cogno-

gnoſcemus autem voluntatem non amare medium, quod eligit ex ſe, ſed ſolum propter bonitatem finis ex duplici capite; primo ex intentione operantis, ſecundo ex proportione medij ad finem; nam ſi medium eſt conſentaneum fini propter bonitatem, quam in ſe habet ſignum eſt non eſſe proxime, & totaliter volitum propter finem, ſed propter bonitatem propriam, & hoc maxime fit, quando actus vnius virtutis ordinatur ad finem alterius; ſi autem bonitas medij nihil confert ad finem intentum, tunc non mouet voluntatem, neque dat ſpeciem actui, ſed bonitas ſolius finis. Quando obiectum electionis eſt per ſe bonum, & propter ſe amatur proxime propter bonitatem ſuam cum relatione ad alium finem extrinſecum habentem bonitatem formaliter diſtinctam, tunc ſpecies deſumpta ex obiecto eſt illi actui eſſentialis, deſumpta vero ex fine eſt illi accidentalis ex D. Thoma 2.2. q.11. art. 1. ad ſecundum; quia bonitas obiecti ex ſe ſufficiens eſt dare actui ſpeciem virtutis, & ſemper manet, etiam mutata bonitate finis, quia quando quis vult dare eleemoſinam proxime ex motiuo Miſericordię, ſiue referat illum actum ad ſatisfaciendum propeccatis ſiue ad alium finem extrinſecum ſemper actus ille retinet ſpeciem virtutis miſericordiæ, & tamen ſpecies ex fine ſumpta mutabilis eſt.

16 *Voluntas* noſtra mouetur motione metaphorica circa bonum verum, & bonum apparens à reali, vel apparenti bonitate ipſius obiecti; Circa bonum autem prefixum nulla obiectiuali præuia, vel comite metaphorica motione mouetur, ſed viuifica ſuæ libertatis; probatur, & declaratur hæc aſſertio à Doctore ſubtili in 1. diſt. 1. q. 1. §. de tertio articulo dicente. De tertio articulo dico, quod obiectum fruictionis in comuni eſt finis vltimus, vel verus finis, qui ſcilicet eſt finis vltimus ex natura rei; Vel apparens, qui ſcilicet oſtenditur à ratione errante tanquam finis vltimus, Vel finis præxfius, ſiue præſtitutus, quem ſcilicet Voluntas ex propria libertate vult tanquam finem vltimum, hæc Scotus, qui manifeſte inſinuat dari in fine vero, & apparenti metaphoricam motiuitatem præuiam amori, vel deſiderio voluntatis eliciendo non autem in fine præfixo, & præſtituto; Prima pars probatur, quia finis verus, & apparens non ſolum eſt obiectum terminatiuum. Sed etiam motiuum metaphorica, & allectiua motione, quia mox, vt per intellectum oſtenditur voluntati eius realis bonitas vera, vel apparens conatur illam allicere, vt tanquam Cauſa totalis phiſica amorem verſus ipſum eliciat; Quod autem finis præſtitutus nullo modo moueat nec phiſice, nec metaphorice. Volunratem ad eius amplexum, patet quia ex ſe nihil eſt, & nihil habet, niſi id quod ei tribuit voluntas libertate ſua, qua vult eſſe verè finem, & bonitatem veri finis habere.

17 Dum finis verus, & apparens mouent metaphorice voluntatem, mouent per ſuam bonitatem veram, & apparentem non autem per ſimplicem oſtenſionem talis bonitatis, quæ tamen oſtenſio facta per Intellectum eſt condicio neceſſaria, & cauſa ſine qua non eliceretur amor, vel deſiderium finis veri, & apparentis; Bonitas præſtitutionis, vel prefixionis pertinet ad ſpeciem bonitatis comodi, ſeu delectationis, quia malum poſt quam ſub ratione à praua voluntate ſemel eſt iam amatum, & in ſtatum boni, & finis præfixi ex malitia voluntatis euectum vere eſt in comoditatem, & delectationem tali voluntati, ei que quatenus iam amatum, & dilectum valde familiare; Igitur illa talis dilectio recepta in voluntate erit delectabilis; Ex quò ſequitur rationem, & eſſentiam Cauſæ finalis vere in eſſe bono præſtituto; quia bonum comodi, & delectabile vere ſortitur rationem finis, ſed bonum præſtitutum directe pertinet ad ſpeciem comodi, & delectabilis, &

S 2 hoc

hoc totum prouenit, vt dictum eſt ex plena, & abſoluta voluntatis libertate dantis eidem fini eſſe obiectum, eſſe finem, eſſe comodum, & eſſe delectabile, ex quo ſequitur actum, quo voluntas fruitur tali fine ſibi præfixo eſſe inordinatum irregulatum dignum vituperio, & punibilem, ſecundum menſuram delicti; Hoc malo laborat fere totum genus humanum quod relicto vero, & ſummo bono in hæret ſummo malo, ſicque facit ſibi ciſternas diſſipatas, ciſternas quæ continere non valent aquas ſicut conquerebatur lamentabundus Propheta.

18 Sequitur circumſtantiarum bonitas conſideranda; & in primis certũ eſt omnes actus humanos habere ſuas circũſtantias, & ab eis ſumere bonitaté quæ augét bonitaté actus interioris intra eandem ſpeciem, quod claro exemplo probatur; Hic actus interior volo Deum colere eſt actus bonus ex obiecto pertinens ad ſpeciem, & virtutem Religionis; ſi accedat hæc circumſtantia; volo Deum colere cum maiori deliberatione, iam actus fit melior in eadem ſpecie virtutis; Quod autem ſint eiuſdem ſpeciei probatur, quia tunc duo actus ſunt eiuſdem ſpeciei, quando fiunt ex eodem motiuo. Sed velle Deum collere, & velle Deum colere cum maiori deliberatione fiunt ex eodem motiuo nempe ex honeſtate Religionis ergo ſunt eiuſdem ſpeciei; Hoc augmentum bonitatis ex circumſtantijs fit per extenſionem actus interioris nam, vt circumſtantiæ, aliquo modo bonitatem actus voluntatis augeant debent eſſe aliquo modo volitæ, igitur ex eo augetur bonitas actus interioris, quia ad plura honeſta obiecta ſe extendit, quo enim vult plura honeſta obiecta eo melior eſt; Principalis tamen eſt honeſtas, & bonitas ex obiecto, quod eſt tanquam fundamentum ſubſtantiale circumſtantiarum; Aliquæ circumſtantiæ addunt bonitatem ſpecie diſtinctam à bonitate obiecti, probatur quia aliquæ addunt malitiam ſpecie diſtinctam, vt patet ex Concil. Tridentino ſeſſ. 14. Cap. 5. & Can. 7. ergo aliquæ poſſunt addere bonitatem ſpecie diſtinctam cum ſit par ratio; Item quia bonitas, ſeu honeſtas circumſtantię poteſt pertinere ad diſtinctam virtutem, vt ſi quis vellet dare eleemoſinam Sacerdoti pauperi, quia illa condicio perſonæ ſpectat ad virtutem Religionis quę eſt diſtincta à virtute Miſericordiæ. Vnde actus ille, quo quis vult dare Eleemoſinam pauperi Sacerdoti eſt induplici ſpecie Religionis ſcilicet, & miſericordiæ; ſi tamen operans intendat honeſtatem vtriuſcue.

19 Actus ex deliberatione procedens ſecundum ſuam rationem ſpecificam poteſt eſſe indifferens ad bonitatem, & malitiam moralem, quia contingit duos actus eſſe eiuſdem ſpeciei quorum vnus eſt bonus moraliter non autem alius; Probabile eſt dicere, ſecundum Scotum quod actus humanus poſſit eſſe indifferens ad bonitatem, & malitiam moralem ſtricte ſumptam loquendo etiam de actu vt ſingularis eſt, quia ſecundum philoſophum iuſtitia generatur ex operibus iuſtis, ſed non iuſte factis; illa ergo opera non ſunt mala moraliter cum ſint iuſta nec tamen habent illam bonitatem, quæ eſt ex habitu virtutis, Item, vt dicit Doctor ſubtilis nulla videtur neceſſitas, quod homo habens habitum virtutis vtatur eo in omni actu, ſed ſolum quando imminet paſſio tam vehemens, quæ poſſet ſubuertere rationem; Item patet de actu naturali, qui nec bonus, nec malus eſt in genere moris. Poteſt eſſe actus Indifferés in ratione meritorij, & demeritorij; quia actus bonus in genere moris, nec eſt meritorius, neq; demeritorius, deinde poteſt eſſe actus nec formaliter nec virtualiter referribilis ad Deum, ſed habitualiter tantum qui a relatio habitualis non ſufficit ad meritum; ſupponitur hic, quod non ſit obligatio (quod poteſt contingere) ad exercitium talis actus; Actus exterior, ſeu imperatus habet bonitatem propriam d

ſtin-

ſtinctam à bonitate morali actus interioris eliciti ita Scotus quolib. 18. quia alia integritas eſt eorum, quæ ſecundum dictamen recte rationis debent conuenire actui interiori, & eorum quæ actui exteriori ergo alia bonitas moralis, conſequenter alia malitia; Confirmatur nam ſi ſit voluntas faciendi aliquod opus bonum, & non ſit facultas ex Impedimento; opus non eſt ita bonum ſicuti eſſet ſi actu poneretur in eſſe; Bonitas tamen, & malitia moralis primo eſt in actu interiori, & ſecundo in actu exteriori; quia actio humana eatenus eſt bona, vel mala quatenus eſt voluntaria, & libera, ſed ratio voluntarij primo, & formaliter competit actui Interiori, & ſecundario, & mediate actui exteriori.

De Bonitate morali Humanorum Actuum in particulari procedente à Virtutibus moralibus Art. 2.

1 PLures Theologi Morales, & ſummiſtæ diffuſe agunt de virtutibus Cardinalibus quatenus opus eſt ad illuminandam conſcientiam circa agibilia. Nos hic ne contingat actum agere ſatis putamus ex multis pauca breuiter perſtringere ſufficienter tamen ea que in hac materia videntur præcipua, & à Doctore ſubtili varijs in locis pertractata, & primo circa virtutes morales in generali non inquiritur hic an virtus moralis ſit poſſibilis, & an admittenda ſit, ſed ſupponitur ab omnibus Patribus, & Doctoribus; Philoſophis, & Theologis & (vt ita dicamus) ab omnibus ratione vtentibus; Nullus ſiquidem erit, qui actiones aliquas liberas dignas, & egregias non laudet; Virtus autem id facit, quia agentem perficit, & opus eius bonum reddit; Ideo Ariſtoteles 2. Cap. Ethic. 5. ſic eam definit. Virtus eſt quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit; Hæc definitio recipitur à Scoto in 1. diſt. 17. q. 2. §. hoc tenendo; & quamuis à puro philoſopho traddita, eſt tamen ſacris ſcripturis valde conformis; Eccleſiaſtici 44. dicitur laudemus viros glorioſos (& aſſignat qui ſint iſti) homines magni, & virtute, & prudentia; Hæc definitio conuenit virtutibus moralibus non tantum aquiſitis, ſed etiam infuſis ſidentur, Tradit idem Philoſophus aliam definitionem virtutis in eodem 2. Ethic. Cap. 5. ſic dicens; Virtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens; Virtus eſt habitus progenere virtutis, in hoc enim conueniunt omnes virtutes morales, omnes enim Virtutes morales ſunt propenſiones, & diſpoſitiones quædam difficile mobiles à potentijs, in eiſdem genitæ ex frequentatis actibus.

2 Dicitur in prædicta definitione. Electiuus, Electiuus in quam mediorum in ordine ad finem conſequendum. Additur. In mediocritate conſiſtens; Hoc enim eſt proprium virtutis inter duos affectus Animi extremos, quo alter nimius eſt alter modicus conſtituere ordinem, & modum, prout Prudentiæ ratio præſcribit, quia eius modi ordo, & modus à prudentia preſcribitur, quæ dicitur recta ratio agibilium; Scotus in 3. diſt. 26. in ſolut. 2. ſecundi principalis dubitat de hac ſecunda definitione an poſſit competere virtutibus ſuper naturalibus ratione mediocritatis, quomodo ſcilicet virtutes ſupernaturales, ſeu Thelogicæ debeant conſiſtere in medio, cum pati nequeant vitium exceſſus, quamuis poſtea in illis concedat medium, Pro vberiori docrina aduertendum eſt ex philoſopho 2. Ethic. Cap. 5. & ſequentibus medium eſſe duplex quodam abſolutum, & ex natura rei, quod nempe æque diſtat à quolibet extremo, & dicitur medium rei, quoddam vero proportionale nempe non in omnibus æquale medium ſecundum rem, & vocatur medium rationis, ſeu quoad nos; quia quod ali-

cui eſt medium poteſt alteri eſſe extremum V. gratia erogatio eleemoſinæ, vt decem poteſt eſſe alicui prodigalitas, quia ipſe non habet in bonis facultatem erogandi tantum; In alio autem poteſt eſſe medium; ſic de abſtinentia in perſona debili aliquis gradus poteſt eſſe exceſſus qui in alio erit medium, idem dic in alijs virtutibus moralibus.

3 Conſiſtere in medio ponitur à Philoſopho in definitione virtutis innuens ad eam eſſe tam neceſſarium, vt ad eam pertineat tamquam quid de eius eſſentia; immo finis virtutum peculiaris eſt regulare affectus, & paſſiones hominis, & efficere, vt actus illi, qui ob paſſionem iraſcibilis, aut concupiſcibilis eſſent vitioſi propter exceſſum, aut defectum corrigantur per reductionem ad medium ſic quælibet virtus moralis reſpicit medium ita Scotus in 3. diſt. 26. q. vnica D. Thomas 1. 2. qu. 64. art. 1. quos ſequuntur omnes Scholaſtici; Quod quidem medium in virtute iuſtitiæ eſt medium rei; ideſt Iuſtitiæ virtus tunc vere exercetur cum datur alicui quod ſuum eſt ad æqualitatem rei; In cæteris autem virtutibus eſt medium rationis, Videatur Ariſt. in 2. Etichorum Cap. 7. vbi virtutum, omnium mediocritates, & exceſſus ac deffectus deſcribit; Et Philo Iudeus lib. de migratione Abrahæ præcæteris de medio virtutis ait debere curare mens, ne modo, vt indeſeſſa, & intenta ſequatur Deum; verum etiam per callem rectum incedat, nec ad dexteram inclinans, nec ad ſiniſtram. Satius eſt enim per viam mediam incedere, vere dictam regiam, quam Deus muniuit in vſum Animarum virtutis ſtudioſorum; Quapropter qui manſuetam ſocialem qui colunt philoſophiam mediocritates virtutum dicunt eſſe quas in confinio locant, & medium temperamentum medium habetur perutile; Hæc Philo de medio virtutum moralium. Etiam virtutes Theologicæ reſpiciunt medium non ratione obiecti primarij quod eſt Deus, quia non eſt capax maioritatis, vel minoritatis ſicut obiecta virtutum moralium. Sed ſolum ratione obiecti ſecundarij, & ratione actuum ita Scotus in 3. diſt. 26. q. vnica §. ad primum. D. Thom. 1. 2. q. 64. art. 4. in corpore ſic circa fidem credendo plura, vel pauciora, circa ſpem eodem modo, & circa Charitatem.

4 Ex dictis colligitur quam ſit multiplex in ſignificando, & æquiuocum hoc vocabulum ſiue nomen virtus Ideo eius vera, & ad propoſitum noſtrum indaganda eſt ſignificatio per eſcluſionem ſuorum æquiuocatorum. Virtutis ergo proprie dictę nomine non venit primo magna aliqua potentia, ſeu robur iuxta illud Pſalm. 17. præcinciſti me virtute ad bellum; & Pſalm. 45. Deus noſter refugium, & virtus; ſecundo non venit operatio miraculoſa ſiue mirabilis inſueta naturæ. De qua Matth. 21. ſi Tyro, & Sidone factæ eſſent uirtutes &c. & 23. ſi in ſodomis factæ eſſent uirtutes &c. Tertio excluditur potentia faciendi miracula iuxta illud Lucæ 4. In poteſtate, & virtute imperat immundis ſpiritibus, & Cap. 5. & virtus erat ad ſanandum eos; Quarto excluditur rei energia, vel proprietas eius ad aliquid faciendum modo ſingulari iuxta illud Sapientiæ 7. 17. ipſe enim dedit mihi horum quę ſunt, ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutem elementorum; Quintum excluditur profeſſio ſtudium, vel ars alicuius de qua Matth. 25. vnicuique ſecundum propriam virtutem. Seſto nomine virtutis non veniunt Angeli, ſecundi ordinis primæ Hierarchiæ; qui vocantur virtutes Epheſ. 1. conſtituens ad dexteram ſuam in Cœleſtibus ſupra omnem principatum, poteſtatem, & virtutem; Septimo donum aliquod ſuper naturale à Deo datum ſeu infuſum. Actuum primo, accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in nos, & Cap. 4. virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium &c. Honor quoque, & dignitas de quibus Apoc. 5. dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere virtutem &c. Quibus omnibus excluſis nomine

virtu-

virtutis hic proprie venit qualitas, ſeu habitus exiſtens in potentijs Animæ inclinãs ad faciendos actus aliquot, qui inter homines dicuntur honeſti, ſeu boni laudabiles, & digni aliquo præmio.

5 Scotus in tertio diſt. 34. q. vnica diſtincte, & diffuſe docet virtutum numerum ſeptenarium eſſe; tres inquit eſſe, Theologales Fidem, Spem, & Charitatem, quattuor vero morales Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, & Temperantiam, quem numerum probat ſufficientem, in quà re omnes Theologi conueniunt; De Philoſophis non eſt multum curandum, qui virtutes Theologicas non agnouerunt; probatur ratione, nam omnes præfatæ virtutes habent nomen, & rem, ſeu definitionem virtutis, nam quælibet earum eſt habitus electiuus cum recta ratione habentem perficiens, & opus eius bonum reddens, quælibet eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, nec vna habet aliquid commune cum alia pertinens ad propriam rationẽ formalem vtriuſq; niſi aliquãdo ſubiectũ, & aliquando obiectum materiale, nũquam vero formale, cum per ipsũ formaliter diſtinguãtur de quare alibi Scotus ſufficientiam virtutum duplici modo aſſignat; primo quattuor moralium virtutum ſic in 3. diſt. 34. q. 1. §. ad primum quilibet habitus, vel perficit Intellectum, vel voluntatem hominis; ſi Intellectum, vel id facit circa ſpeculabilia, & ita ſunt habitus ſcientiarum, vel circa *operabilia moralia*, & ſic eſt prudentia ſi voluntatem, & tunc, vel in ordine ad aliud, & ſic eſt Iuſtitia, uel in ordine ad ſe, & ſic eſt temperantia, & fortitudo; talis eſt ſufficientia quattuor virtutum moralium ſecundum doctrinam Scoti loco citato.

6 Secundò Iſdem Doctor aſſignat ibidem ſufficientiam omnium ſeptem virtutum *ſic*. Illi tantum habitus ponendi ſunt in Viatore, quibus perficitur circa omne obiectum, quantum poteſt in via; Huiuſmodi ſunt ſeptem uirtutes in genere (non curando modo de ſpeculatiuis) ergo præter habitus ſpeculatiuos iſte tantum ſeptem virtutes ſunt in eo admittendæ; minor probatur, obiectum circa quod perfici poteſt Viator non poteſt eſſe niſi Deus, & Creatura per ſufficientem diuiſionem. At circa Deum ſufficienter perficitur tribus virtutibus Theologicis. Circa creaturam vero (exceptis ſpeculatiuis) quoad Intellectum perficitur per prudentiam, & ſi hæc ſit perfectiſſima reſpicit omne agibile; Quoad appetitum perficitur tribus virtutibus moralibus tam circa alium, & appetibile alteri, quam circa ſe, & appetibile ſibi; Quod uero circa Deum ſufficienter perficiatur per tres dictas virtutes Thelogales ſic probat, quia, vel reſpicit Deum immediate in via cognoſcendum, & ad hoc iuuatur per virtutem fidei, velç, vt diligibilem, & ad hoc iuuat Charitas, vel eum, vt mihi comodum, vel alteri, & ad hoc iuuat ſpes. Conſtat autem, quod nequit alios actus circa Deum habere viator immediate; quia cæteri ab his dependent, vt cultus Latriæ &c. ergo in ordine ad Deum ſufficienter perficitur per tres dictas virtutes Theologicas. Quod tandem circa Creaturam ſufficienter perficiatur per illas quattuor probatur, nam ſicut hæc habet duas potentias Intellectum cognitiuum, & appetitiuam voluntatem ita requirit uirtutes proportionatas eiſdem; Prudentia autem proportionatur Intellectui, aliæ autem tres proportionantur Voluntati; quam ſufficienter perficiunt aliæ tres, vel in ordine ad alium, ut iuſtitia, uel in ordine ad ſe, ut temperantia, & fortitudo. Vnde concludit Scotus non eſſe neceſſarium ponere in Viatore alias virtutes præter dictas ſeptem, quę quattuor morales ex tempore D. Ambroſij ceperunt appellari Cardinales, & hoc quia principales ſunt, uel quia Cardines, in quibus tota naturalis perfectionis sũma conſiſtit, uel tandẽ quia in ijs tanquam Cardinibus omnes aliæ uirtutes adhærent, & innituntur.

7 Circa connexionem uirtutum Doctor ſubtilis in 3. diſt. 36. quæſt. unica plura docet primum quod Virtutes morales ſecundum ſua genera ac ſpecies non ſunt

omnes

omnes inter ſe connexæ. Secundum quod uirtutes morales habent connexionem cum prudentia; Tertium quod uirtutes morales non ſunt neceſſario connexæ cum Theologicis nec è contra; Quartum quod non omnes Theologicæ ſunt neceſſario connexæ inter ſe; Quintum quod in perfecto morali quattuor morales ſunt connexæ. Sextum quod uirtus meritoria aliquam cum alijs connexionem habet; Ad horum intelligentiam notandum eſt connexionem eſſe, uel eſſentialem, uel accidentalem; Eſſentialis eſt quando aliqua ita ſe habent, ut unum nequeat exiſtere ſine alio, accidentalis eſt, quando unum exigit quidem aliud, ſed poteſt per aliquod tempus ſine eo ſtare; Item Connexio adhuc eſt duplex, uel formalis, uel diſpoſitiua, formalis eſt, quando unum exigit aliud ſecundũ eſſe actuale; Diſpoſitiua eſt, quando exigit aliud diſponẽdo ad illud quantũ ad primũ; plures philoſophi, & quidẽ uariarum ſectarũ docuerunt quattuor uirtutes morales eſſe ita cõnexa, ut qui una careat omnibus careat, ſic ſtoici Academici, & peripatetici; ſancti uero Patres Eccleſiæ Doctores, & Scholaſtici præcipui, & ſi docuerint quattuor uirtutes morales eſſe connexas tamen ex ſententia Philoſophorum id dixerunt, non tamen certo id affirmarunt, nec in omnibus, immò aliquando falſam hanc ſententiam, & non Apoſtolicam docuerunt; Hæc omnia cum ſint quid facti, probanda eſſent ſi non obſtaret breuitati prætenſæ.

8 Stat ergo ueritas ſecundum Scotum in 3. diſt. 36. q. unica, §. quantum ad iſtum Virtutes morales non eſſe, ita concatenatas, ſeu connexas, ut qui habet unum habitum uirtuoſum habeat omnes habitus uirtutum, & qui perdit unam perdat omnes; probatur. In nullo genere Cauſę uirtutes ſunt inter ſe inuicem dependentes neceſſario ergo ſecundum habitum non ſunt neceſſario connexæ. Antecedens probatur inductiue; non ratione cauſæ materialis proxime ſcilicet affectionis Animæ, quia una reſpicit iraſcibilem, ut fortitudo, aliæ autem duæ concupiſcibilem; neque ratione Materię remotæ nempe obiectorum, quia una reſpicit ardua, aliæ uoluptates, earumque uaria obiecta non ratione formæ, quia forma unius ſpeciei non eſt forma alterius, neque phiſice, neque metaphiſice; uirtutes autem ſunt ſpecies poſitæ, ſub genere habitus, & inclinatio unius non eſt inclinatio alterius; Neque ratione cauſæ efficientis, nam quamuis idem homo eadem, quæ potentia rationalis, ac ſenſitiua exerceat actus diuerſarum uirtutum, tamen aliæ concauſæ partiales (nempe obiecta) ſunt diuerſæ, & ita licet Intellectus idem aquirat ſcientiam matematicæ, & phiſice tamen quia obiecta ſunt diuerſa ſcientiæ differunt ſpecie; neque tandem ratione finis, quia licet finis primarius, & generalis operantis ſit perfectio humana, tamen iſta non eſt ſimplex, ſed aggregatum quoddam ex pluribus perfectionibus totalibus; Præterea exercens actus temperantiæ habet finem temperantiæ non autem iuſtitiæ, aut fortitudinis, immo neque finem temperantiæ omnis generis fieri enim poteſt, ut in uictu quis temperanter ſe gerat non in ueſtitu, nec in alijs concupicentijs.

9 Conceditur tamen quod quælibet uirtus Theologica diſpoſitiue cum morali eſt connexa, & è contra Virtus moralis cum Teologica ſe inuicem ad minaculantes, ſed differenter; Virtutes enim Theologicæ exigunt uirtutes morales aquiſitas, ut purius, & feruentius eliciant actum ſuum quia illi, in quibus non ſunt ſedatæ paſſiones appetitus ſenſitiui, quod fit per uirtutes morales, quarum munus eſt hoc præſtare non poſſunt ita pure tendere in cognitionem Diuinæ ueritatis, ſicut ſi in eis eſſent ſedatæ proprię paſſiones, ſimiliter uirtutes morales exigunt Theologicas in actibus ſuis, ad firmius enim reſiſtendum omni actu uitioſo uirtutes morales exigunt Charitatem, quæ quandiu manet excludit omne peccatum mortale, & per conſeqnens omnem actum uitioſum, in quo poſſit

tale

tale peccatum contingere, ac de natura virtutis aquiſitæ non eſt excludere omne peccatum dum ipſa manet, ſed ſolum facere, quod homo communiter, & regulariter reſiſtat actui vitioſo ſibi oppoſito, & ita patet quomodo virtutes iſte morales, & Theologicæ ſint ſibi connexę. Dictum eſt diſpoſitiuam eſſe connexionem hanc dictarum virtutum, quia virtutes Theologicæ non ſemper, aut neceſſario habent virtutes morales ſibi connexas, neque ſi Theologicæ ſimul conſiderentur, neque ſi diuiſim Scotus. in 3. diſt. 36. q. vnica, probatur. Virtutes morales ex 2. Ethic. Cap. 1. ſunt illæ, quæ more, & conſuetudine acquiruntur; ſed fieri poteſt, & ſæpe accidit, vt qui Theologicas habet more, & conſuetudine morales non aquiſierit, ergo &c. probatur min ſi ſermo ſit de paruulis euidens eſt aſſumptum ipſis enim (vt de fide eſt) infunduntur in Baptiſmo virtutes Theologicæ Fides, Spes, & Charitas ex Clem. de ſumma Trin. & fide Catholica, & ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. Cap. 7. & tamen iſti non ſe exercuerunt in materijs, & actibus Virtutum; ſi vero ſermo ſit de adultis Cathecumenis experientia pariter conſtat, vel non eſſe virtuoſos antequam accedant ad baptiſmum, vel non in omni morali virtute exercitatos, ergo cum recipiunt Teolohicas non habent de neceſſitate morales.

10 Cæterum loquendo de connexione eſſentiali, & formali virtutes perfectæ ſaluari poſſunt ſine Charitate ita Scotus in 3. diſt. 36. q. vnica §. de tertio declarans auctoritatem quandam D. Auguſtini lib. 4. contra Iulianum Cap. 2. qua aſſeritur nullam eſſe veram virtutem ſine Charitate quod eſt bene dictum de illis virtutibus moralibus, quæ conducunt ad verum, & vltimum finem ſalutis. Doctorem ſubtilem ſequuntur omnes fere recenciores probatur, quia virtutes morales ſine Charitate ſunt habitus electiui conſiſtentes in mediocritate ſupra exposita; Hæc autem eſt definitio, & quidditas virtutis ex Ariſt. 2. Ethic. Cap. 5. quoties autem ſpecies aliqua habet quidditatiua prædicata neceſſaria ad conſtitutionem illius eſt vera ſpecies, & natura, alias niſi ita eſſet ſequitur quod ſi iuſtus in Charitate exiſtens habeat etiam morales virtutes ſi per peccatum cadat à Charitate perderet etiam omnes morales, quod eſt abſurdum; Idem dicendum de virtutibus moralibus ſine fide; Infideles enim poſſunt honeſta opera facere, & in eis frequenter ſe exercere, & habitus talium operum aquirere ergo &c. Antecedens probatur exemplo Niniuitarum Infidelium ieiunantium, & vtiliter pęnitentium Ionæ Cap. primo, & tertio; Item Cornelij Centurionis Gentilis, & Infidelis laudabiliter, & fructuoſe eleemoſinas elargientis plebi Actuum 10. Item Romanorum Gentilium, & infidelium facientium virtutes bonas lib. 1. Machab. Cap. 8.; Item Philoſophorum, quorum virtutes paſſim celebrantur à Sanctis Patribus; Eſſet nimis longum recenſere virtutes morales Hereticorum Turcharum Perſarum Chinenſium, & aliarum innumerabilium nationum Infidelium.

11 Item nec virtus aliqua in gradu heroico exigit neceſſario connexionem omnium aliarum virtutum moralium ita Scotus in 3. diſt. 36. q. vnica. Pro cuius intelligentia notandum hominem in ſenſu Catholico (relictis Philoſophorum opinionibus) hæroem appellari hominem virtute aliqua ſublimi præcellentem; & virtutem illam, ipſum hominem conſtituentem in genere Hæroum appellari hæroicam, per id autem Virtus dicenda eſt hæroica, quando per eam quis ita ſupra cæteros eminet, vt nulli alteri aſſimiletur niſi Deo; ſed poteſt accidere, vt in fortitudine tantum, vel in iuſtitia, liberalitate magnificentia, puritate, vel alia eiuſmodi alios antecellat, vt Deo tantu in hoc aſſimiletur, ergo ratio hæroicitatis in virtute non fert ſecum connexionem virtutum aliarum ſecundum eſſentiam, ſeu habitus, in quibus talis hæros non fuit exercitatus;

Probatur Virtus quælibet quocumque modo, & per quamcumque Cauſam euadat hæroica, vel more, & conſuetudine ad eum gradum poteſt peruenire, vel ſimplici, & vnica productione ab homine, vel à Deo infundi; Quomodocumque id accidat, non habet alias virtutes annexas neceſſario, quia vnaquęque virtus in ſui productione neceſſario requirit, vel ſingularem infuſionem a Deo, vel ſingulare exercitium actuum circa proprium obiectum, ergo deficiente ſingulari infuſione Diuina, & ſingulari exercitio virtutes morales non inueniantur ſimul neceſſario vnitæ, & connexæ cum virtute hæroica, quia (vt optime cæcinit ille.) Virtutem poluere Dij ſudore parandam, arduus eſt ad eam longus que arduus Callis, cum ergo quis peruenit ad heroicitatem alicuius virtutis ob exercitium in eius aquiſitione adhibitum eam tantum habebit, & non alias in quib. non ſe exercuit.

12 In tribus caſibus conceduntur connexæ neceſſario virtutes, & vnitę. In primo Quælibet virtus moralis neceſſario habet prudentiam particularem annexam. Ita Scotus in 3. diſt. 36. q. vnica, nam non poteſt generare V. gratia Virtus temperantiæ niſi per multos actus temperantiæ dictatos à multis actibus Iudicij, ſeu rectæ rationis ergo ſicut generatur actus temperantiæ, ita, & habitus prudentiæ qui aliud non eſt quam recta ratio agibilium ex 6. Ethic. cap. 8. In ſecundo Caſu. In homine videlicet ſimpliciter, ſeu perfecte morali ſaluatur quod virtutes ſunt neceſſario connexæ nam huc collimat tota Ethica, & ſtoicorum, ſeu moralium ſapientia, & doctrina, vt hominem moralem efficiat; Id autem non euenit niſi affectiones Animi concupiſcentia, & irraſcibilitas refrenentur, ne terminos legis naturæ; vel poſitiuæ tranſgrediautur; at hæc moderatio non poteſt haberi niſi ſupernaturaliter Dei virtute, vel naturaliter more, & conſuetudine circa materias, & obiecta talium paſſionum, eiuſmodi autem conſuetudo virtutes parit ergo per eas perfectus moralis eſt moderatus in paſſionibus; Confirmatur exemplo Scoti; Animal inquit non eſt perfecte ſenſitiuus ſi aliquo ſenſu careat; eſto aliquem, vel plures haberet perfectos; ergo neque in genere moris, quis erit perfecte, & ſimpliciter moralis niſi habeat omnes virtutes morales. In tertio Caſu omnes virtutes morales quęlibet cum qualibet ſue ſunt eſſentialiter connexæ; hoc ſenſu, vt habens vnam virtutem alias habeat in pręparatione Animi, ſeu propoſito implicito, vel explicito, ſiue diſpoſitiue, ſiue concomitanter, vt ait Scotus, vbi ſupra, & D. Thomas 2.2. q. 152. art. 3. ad ſecundum. Hoc modo ſaluantur omnia dicta ſanctorum immo, & Philoſophorum, & quomodo abſque vlla inſtantia in contrarium àquiratur vna virtus perfecta in genere ſuo non aquiſita alia actu, & quoad actualem exiſtentiam, cum experientia conſtet ſic paſſim accidere ergo &c.

13 Virtutes morales ſecundum eſſe proprium formale, ſeu eſſentiale non inſunt homini à natura, ita Scot. 3. d. 36. q. vnica D. Thomas 2.2. q. 67. art. 1. D. Bonau. in 3. diſt. 35. qu. 15. Alenſis, & comuniter Theologi cum Ariſt. 2. Ethic. Cap. 1. decente Moralis virtus ex aſſuetudine fit, Vnde, & nomen habet parumper à natura declinans, ex quo manifeſtum eſt nullam moralium virtutum à natura nobis in eſſe concedit tamen Scotus in homine quolibet dari à natura morales virtutes incohatas; ſi nomine virtutis incohatæ intelligitur inclinatio ad virtutes; Concedit enim in Anima inclinationem ad omnem formam poſſibilem ſibi in eſſe etiam ſupernaturalem, Ita q. 1. Prol. ad primum argumentum principale, & in 4. ſent. diſt. 49. q. 11. vbi luoquitur de inclinatione ad beatam viſionem; Virtutes igitur morales Cardinales generantur in homine per frequentationem actuum ab ipſo homine elicitorum ex dictamine rectæ rationis circa materias proprias virtutum Scotus in 1. diſt. 17. q. 2. & in 3. diſt. 36. q. vnica

per

per totam, & in edem 3. diſt. 33. qu. vnica D. Thomas 2.2. q. 63. art. 2. & alibi, & eſt comunis Thelogorum. Probatur experientia; Qui in nullius virtutis materia ſe exercent nullum virtutis habitum poſſident; e contra vero qui in aliqua, vel aliquibus ſe exercet materijs virtutum illas, vel illam aquirit, Scotus in 3. diſt. 36. q. vnica art. 3. præter virtutes morales ſic acquiſitas non admittit regulariter in homine fideli virtutes morales infuſas, quia nulla eſt neceſſitas ponendi eas; omnia enim, ad quæ poſſent aſtrui neceſſariæ ſaluantur per ipſas aquiſitas directas à Theologicis Imperantibus, & vtentibus patet diſcurrenti.

14 Habitus inquantum virtus producit bonitatem moralem, vt coniungitur Prudentiæ; ſeu dictamini rationis vna cum prudentia, vt effectum comunem amborum quia habitus moralis, & prudentia ſe habent, vt duæ cauſæ in productione actus moralis prudentia, vt Cauſa prima habitus moralis, vt ſecunda. Hæc tamen Cauſalitas non competit habitui virtuoſo per rationem conformitatis ad prudentiam, ſed per rationem qualitatis, quia illa coexiſtentia ad prudentiam, ſeu coniunctio cum prudentia non eſt ſibi ratio agendi cum ſit ſola relatio ergo non producit bonitatem moralem in quantum exiſtit, vel coexiſtit cum prudentia, ſed in quantum qualitas reduplicatiue, licet non producat niſi, vt coexiſtit ſpecificatiue. Omnis virtus moralis in puro homine poteſt augeri; eſt comunis ſine controuerſia. Scotus in primo diſt. 17. q. 3. & in 2. diſt. 7. dictum eſt in puro homine ad differentiam Domini Noſtri Ieſu Chriſti, in quo non poterant augeri, quia erant in termino, & in ſummo, Scotus in 1. diſt. 17. q. 3. §. concedo docet virtutem, & quem vis habitum augeri per quamuis additionem gradus ad gradum in eodem ſubiecto; Ibidem pariter docet augumentum hoc fieri per gradus modo ſimiles intenſiue modo diſſimiles, & tandem ibidem inquit per omnem actum ſiue inteſiorem ſiue debiliorẽ alijs actibus præcedentibus habitũ virtutis augeri, quia quilibet actus ſiue intenſus ſiue remiſſus ſiue æqualis, ſiue inæqualis eſt actiuus.

15 Quælibet virtus moralis poteſt decreſcere, & minui, ſiue diminui Scotus in 3. d. 33. q. vnica eſt comunis nam virtus moralis eſt qualitas capax remiſſionis, & intenſionis patet experientia, ſi quis in virtute aliqua excellens vitijs contrarijs det operam omittit promptitudinem, & facilitatem quam in operam virtutis aquiſiuit, fit que ad ea tepidus, & tandem per habitus vitioſi inualeſcentiam totaliter amittitur, & deſtruitur; clarum exemplum eſt in Hæreticis, qui paulatim à virtutibus moralibus pietatis ac Religionis decidunt, & tandem eas perſequuntur; patet de Iouiniano lutero, & alijs ſimilibus; patet etiam per oppoſitionem vitioſorum habituum, qui impotentijs Animæ radicantur, & tamen corrumpuntur per oppoſitos aduenientes D. enim Paulus ex ſeuo Chriſti eiuſque legis Perſecutore factus eſt eiuſdem per totum Mundum prædicator eximius 1. ad Thimoth. 1. ad 6. Sal. 1. & alibi; Habitus virtuoſi diminuunt, & paulatim corrumpuntur per actus vitioſos eis contrarios Scotus in 3. d. 33. q. vnica, & in 4. diſt. 1. q. 1. in ſolutione argumentorum ante §. ad vltimum; Hoc patet experientia, vt ſupra oſtenſum; & tiam in naturalibus omnis enim qualitas minuitur, & corrumpitur per actiones continuas qualitatis contrariæ, vt patet de calore, & frigore; humiditate, & ſiccitate, ergo idem dicendum de virtutibus. Eſt etiam probabiliſſimum, immo certiſſimum quod virtutes poſſint minui, & corrumpi per ceſſationem ab actibus, eſt D. Thomæ p. 2. q. 53. art. 3. Nam virtutes per eaſdem cauſas conſeruantur per quas generantur ergo ſi deſint actus, virtutes quoque deficiunt, antecedens probatur experientia omnium artium ac ſcientiarum, quæ niſi actibus continuis nutriantur deficiunt.

 16 Vir-

16 Virtus moralis immediate non recipitur in nuda eſſentia Animæ, ſed in potentij Scotus in 3. diſt. 33. q. vnica per totam, & in 1. diſt. 17. q. 2. & in 2. diſt. 26. & 27. & in 4. diſt. 49. q. 11. quia virtus eſt principium actus laudabilis ergo eſt in ea portione Animæ quæ formaliter, & immediate eſt principium actus laudabilis Potentiæ autem ſunt huiuſmodi, ergo Intellectus vere, & proprie eſt ſubiectum virtutis prudentiæ nam recta ratiò, in ordine ad quam omnes virtutes habent ſuum eſſe eſt iudicium Intellectus, ex his autem frequentatis prudentia generatur, ergo nequit in alia potentia ſubiectari quam in Intellectu; Voluntas eſt ſubiectum aliarum virtutum moralium, ſeu appetitiuarum Scotus in 3. diſt. 33. q. vnica nam voluntas ſecundum ſe eſt indeterminata ad bene, & male operandum ergo, vt determinetur ad promptius operandũ circa bonum eſt ſibi neceſſarius habitus afferens talem promptitudinem; & quia Cauſa ob quam ponuntur virtutes in potentijs eſt, vt potentiæ (ſicuti eſt voluntas) quæ de ſe poſſunt recte, & non recte agere niſi regulentur, & determinentur ad bene agendum per virtutes; Inde ſequitur nullam virtutem moralem propriam, & veram non ſubiectari in parte ſenſitiua; Scot. in 3. diſt. 33. q. vnica. Conceditur tamen, quod ſi virtus late ſumatur pro habitu aquiſito ex actibus à virtute imperatis dici poteſt quod in appetitu ſenſitiuo eiuſque iraſcibili, & concupiſcibili ad ſint virtutes morales Scotus vbi ſupra qui ſic ait, poteſt concedi quod ſi voluntas volens poteſt imperare appetitui ſenſitiuo, vel moderando paſſionem eius, vel imperando proſecutionem, & fugam poteſt derelinquere ex imperijs rectis aliquem habitum in appetitu ſenſitiuo inclinantem ad hoc, vt appetitus ſenſitiuus delectabiliter moueatur ad ſenſibilia ex imperio voluntatis, qui habitus derelictus licet non ſit proprie virtutis, quia non habitus electiuus nec inclinans ad electionem, poteſt tamen aliquo modo eſſe virtus quia inclinat ad illa quæ ſunt conſona rectæ rationi.

17 Vnus eſt virtutum moralium finis proximus, ideſt moderatio paſſionum (de quibus ſuperius dictum eſt) eſt comunis, & potiſſimum Scoti in 3. diſt. 33. q. vnica; Homo enim per peccatum Adæ incurrit ſubiectionem, & ſeruitutem duarum crudelium Dominarum nempe concupiſcibilis, & iraſcibilis potentiæ appetitiuæ rationalis, & aliarum duarum crudeliſſimarum Dominarum concupiſcibilis, & iraſcibilis potentiæ appetiuæ ſenſitiuæ, quæ continue ipſum cogunt ad operandum contradictamen rectæ rationis, quibus occurrere nequit ſine virtutum moralium adiutorio; Paſſio quæ iam ſurrexit contra rectam rationem dupliciter poteſt frenari, vel non conſentiendo, ſed eam minuendo per remotionem obiecti, & applicationem ad oppoſitum; vel referrendo paſſionem illam in finem rectæ rationi conuenientem eſt comunis cum Scoto in 3. diſt. 33. q. vnica; Paſſio vero inordinata futura, quæ non in ſurrexit adhuc poteſt dupliciter frenari, vel fugiendo obiectum, quod natum eſt eam mouere, & afficere, vel aſſumendo aliud obiectum, quod aptum eſt actum ordinatum cauſare, eſt Scoti vbi ſupra; Frenatio, ſeu moderatio paſſionum ſiue inexiſtentium ne reſiſtant nec noceant, ſiue futurarum, ne inſurgant non cõpetit ſoli habituali virtuti, & habituato, & perfecto virtuoſo. Sed etiam actuali virtuti, ſeu eius dictamini, ſeu incipienti virtuoſo, ſeu ſe exercente pro habitus aquiſitione, ſeu aſſecutione.

18 Doctor ſubtilis præter generalem regulam in precedenti numero adductam de moderatione paſſionum per referrentiam, ſeu ordinationem earum quæ inexiſtunt ad rectum finem, & per diſtractionem, ſeu fugam obiectorum, ex quibus inſurgere poſſunt futuræ nullam aliam aſſignat; Ideo aliunde alia remedia colligenda ſunt; Primum comune remedium ordinis naturalis eſt conſideratio, & intentio excellentiæ, & dignitatis naturæ

à paſ-

à paſſionibus liberæ defecatę, & tranquillæ; Hoc eſt maximum, & ſingulare bonum quod Philoſophi omnes lumine naturæ tantum ducti intenderunt in virtutum aquiſitione. Secundum remedium eſt huic ſimile ſcilicet conſideratio, & intentio dominij ac ingenuæ libertatis in exercitio propriorum actuum. Secundus virtutum omnium finis immediatus eſt, vt Agentis naturalis opera cum deliberatione facienda ſint bona, ſeu honeſta moraliter patet ex definitione uirtutis moralis ſupra adducta. Hæc honeſtas, vel bonitas actuum moralium, vel eſt ab Habitu virtutis, vel adictamine virtutis etiam ſine habitu, patet prima pars nam ad hoc ordinati ſunt habitus virtutum, vt per eos homo virtuoſæ operetur; ſecunda etiam pars patet quia habitus virtutum generantur exactibus virtuoſis, ergo aliqui actus virtuoſi dantur ſine habitibus virtuoſis; Hæc bonitas, quæ habetur à virtutibus moralibus ſi ſit ex ſolis naturæ viribus, & ex fine naturali eſt pure naturalis; ſi vero ex auxilio, & fine ſupernaturali eſt ſupernaturalis. Tandem frenabuntur paſſiones per virtutes morales ſi earundem virtutum finis vltimus continue intendatur qui eſt ſummum bonum aquiſibile circa hoc ſumme laborarunt antiqui Philoſophi.

19 Obiectum formale, vt ſic cuiuſcumque virtutis Cardinalis eſt bonitas moralis actuum humanorum; eſt comunis ſine controuerſia; ſupponitur hic quam libet artem, ſcientiam virtutem, & vniuerſaliter quamcumque facultatem reſpicere ſuum obiectum, in quod tendit; quod quidem ſemper duplex eſt, Materiale, & formale; primum eſt quod vltimate conſideratur, & intenditur. Secundum eſt modus conſiderandi, & motiuum intendendi obiectum materiale. Proximum, & immediatum virtutis Cardinalis, vt ſic eſt aliquod opus, ſeu actus ab homine emanans, ſiue per modum affectus, ſiue per modum electionis; Obiectum enim materiale eſt fundamentum, uper quod fundatur obiectum formale; ſed obiectum formale virtutis moralis eſt bonitas moralis, quæ fundatur in actu humano, quà dicitur bonus formaliter, ergo actus humanus eſt obiectum materiale propinquum, & immediatum virtutis moralis. Obiectum vero materiale virtutum Cardinalium ſunt res ipſæ, ſeu materiæ; circa quas humani actus verſantur; ſic comuniter Theologi; & probatur. Id eſt obiectum materiale remotum, quod concurrit ad faciedum obiectum materiale propinquum, ſed eiuſmodi ſunt res, ergo; Minor probatur obiectum proximum ſunt actus, & affectus hominis dirigendi ſecundum rectam rationem actus autem, & affectus virtutum moralium verſantur circa res appetibiles, actus enim omnes, vel ſunt volitiones, vel motus aliarum potentiarum ab iſtis imperati, ſed volitio, & nolitio ſunt rerum præceptarum. & prohibitarum, ergo tales actus ſunt aliquarum rerum; probatur etiam exemplo omnis artis ſiue liberalis, ſiue mechanicæ obiectum uero formale eſt ratio ſub quà potentia tendit in obiectum materiale de quo alibi.

De Bonitate morali Humanorum Actuum in particulari procedente à Virtute Prudentia. Art. 3.

1 AMpliſſimum eſt nomen Prudentiæ ſicut, & ipſa virtus prudentiæ quæ non contenta limitibus ſuorum actuum liberè vagatur per alias virtutes morales, nulla enim eſt virtus moralis, quę in ſuis actibus bonis moralibus non indigeat dictamine rationis, & prudentiæ. Nos ſecundum inſtitutum non mittendi manus noſtras in meſſem alienam, & relinquentes alijs ſuas partes ea tantum tangemus de hac virtute, quæ ad con-

completam eius conſiderationem videbuntur opportuna noſtra breuitate contenti; In primis ergo dicimus prudentiam in comuni, & vſuali vocabulo ſignificare (relicta eius æquiuoca, & multiplici ſignificatione) vnam ex quattuor virtutibus moralibus exiſtentem in Intellectui regulantem actiones humanas, immo, & alias tres virtutes in proprio earum exercitiò. Huius virtutis neceſſitatem voluit Deus in ſcriptura inſinuare cum ad eam hortatur eamque Crebro inculcat Prouerbiorum 2. inclina cor tuum prudentiæ, & Cap. 4. poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam, quo clare docet prudentiam eadem conſiderare, ac ſapientiam, & ad illam pertinere conſiliari, Iudicare, & præcipere, & cum reprobatur in eiſdem ſcripturis prudentia, ſicut, & ſapientia; perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobabo 1. Cor. 1. 19. eſt ſermo de illa prudentia, quæ ſignificat calliditatem, ſeu aſtutiam, ſeu prudentiam carnis, nempe ſollicitudinem ſuperfluam temporalium, ratio autem. cur hic modus operandi vocatur prudentia eſt propter ſimilitudinem cum prudentia Chriſtiana; Hæc enim dirigit opera hominis tanquam media pro aſſecutione finis Spiritualis, & ſupernaturalis, ac proinde media ſunt ſpiritualia, & ſupra naturalia; Ita qui amat finem temporalem omni ſtudio conatur applicare media ad illum, qui ergo non pro fine ſupernaturali, ſed pro aliquo temporali contra legem omni ſtudio operantur callidi, aſtuti, & carnales prudentes appellantur.

2 Prudentia eſt habitus cum vera ratione actiuus ita Scotus q. 4. Prol. Dicitur habitus, quia de prudentia habituali ſiue infuſa à Deo, ſiue actibus aquiſita eſt nobis hic ſermo, & ſic habet quid comune cum alijs virtutibus quę habitus ſunt; Dicitur actiuus, quia (vt ſupponimus cum Scoto in 1. ſent. diſt. 17. q. 2.) habitus omnes ſunt actiui; præterea Ariſt. de prudentia in 6. Ethic. Cap. 8. ait, actiua quidem eſt. Dicitur; cum vera ratione, quia eſt habitus intellectualis habens pro obiecto verum poſſibile, ſeu verius agibile circa mores, & honeſtatem, quia ſic ab arte ſecernitur, & diſtinguitur; Prudentia diuerſa ratione eſt virtus tum Intellectualis, tum moralis, magis tamen eſt intellectualis probatur, primo; nam vt prudentia eſt in Intellectu eſt virtus Intellectualis, ut autem habet pro obiecto agibile rationi rectæ conſentaneum, atque adeo bonum, & conueniens appetitui recto, & ipſis homini eſt etiam uirtus moralis; prima pars probatur; nam quod prudentia ſit uirtus Intellectualis habet ex proprio ſuo ſubiecto ſcilicet Intellectu, & ex proprio atque immediato ſuo obiecto formali ſcilicet ex agibili quatenus hoc per conformitatem cum appetitu recto eſt formaliter uerum; Quod etiam ſit uirtus moralis, quæ eſt ſecunda pars probanda, habet quaſi ab extrinſeco, ſcilicet ab Appetitu recto per inclinationes moralium uirtutum mouetur, & excitatur Intellectus, ut per prudentiam agibile bonum conſequetur, & appetutui recto conſentaneum, ut eſt bonum hominis; Igitur prudentia magis Proprie eſt uirtus Intellectualis, cum ſit talis ex proprijs, moralis autem tantum ab extrinſeca motione appetitus in quo ipſa non eſt; Item Scotus in 3. diſt. 36. q. unica. Iterum definit Prudentiam quod ſit habitus conſiliatiuus de qua re infra.

3 Cum hic agimus de Prudentia agere intendimus de prudentia Chriſtiana propria fidelium Chriſti qui in ſuis actionibus reſpicientes finem ſupernaturalem, & ultimum, ad illum ordinant ſua media, quæ innixa auxilio Diuino, & ſupernaturali euadunt ſupernaturalia, & apta ad conſequendum talem, & tantum finem; Non aſpernamur tamen antiquos philoſophos, qui neſcientes alium finem ultimum præter naturalem, in ordine adhunc tantum definierunt prudentiam; quia nempe eſt

uirtus

uirtus directiua, & conſultatiua mediorum honeſtorum, quæ ducunt ad finem pariter honeſtum ſiue ultimum, ſiue non vltimū ad hoc uſque illi lumine naturę peruenire potuerunt; Prudentia igitur Chriſtiana eſt habitus cum uera ratione actiuus circa ea, quæ humana bona ſunt, & ad ultimum finem ſupernaturalem ſuo modo conducentia, & *probatur à fortiori*, prudentia *pure moralis*, ideſt quæ humanos actus dirigit ad ſine naturalem honeſtum ex ſupradictis eſt habitus cum uera ratione actiuus circa ea bona, quæ humana ſunt ad totius uitæ ſtatum dirigendum ex Ariſt. 6. Ethic. Cap. 6. Ergo cum prudentia Chriſtiana bona etiam moralia reſpiciat, & præter ea, bona etiam ſupernaturalia ſiue per modum mediorum, ſiue per modum finis. hic deſcribenda eſt; Confirmatur ex Lucæ 16. 8. ubi fit mentio de aſturia, & calliditate Villici ait ſaluator filij huius ſæculi ſunt prudentiores filijs lucis in generatione ſua Interlin. dicit carnali; Gloſſa Lirani ait ſunt prudentiores ideſt magis aſtuti, & feruidi in temporalibus negotijs peragendis, quam filij lucis qui ſpiritualibus negotijs deputati ſunt, & aſſignat duplicem rationem, quia natura corrupta promior eſt ad malum quam ad bonum; ſecunda ratio eſt, quia bona terrena ſunt ſenſibilia, & magis mouent, quam ſpiritualia, nam bonum non mouet niſi cognitum, ſenſibilia autem ſunt magis cognita.

4 Scientia moralis ſiue practica tam circa agibilia purè naturalia, quam ſupranaturalia differt à prudentia circa eadem uerſante quia illa docet, ſeu dictat agibilia in genere; Scotus enim in prol. ſent. q. 4 & in primo ſent. diſt. 38. docet ſcientiam practicam, ſeu moralem eam dici, quæ eſt directiua, ſeu regulatiua praxis operationis nempe uoluntatis; Prudentia uero conſulit iudicat, & præcipit, ſeu dictat. an quomodo hic, & nunc actiones ſingulares, ſeu contingentes exequendæ ſint iuxta eam ſcientiam; ita ex Scoto in 3. ſententiarum q. 36. qu. unica ubi diffuſe docet prudentiam regulare actus omnium uirtutum, & præſuponere habitum ſcientiæ moralis; probatur, nam ſcientia practica, ſeu moralis; tam apud Philoſophos doctrinæ ſupernaturalis ignaros, quam apud Theologos eſt illa, quæ in omni agibilium materia docet, ac inſinuat quæ agenda ſunt, & ob quem finem, & cum quibus circumſtantijs reſpiciens actiones hominum, ut ſic; non hanc, uel illam illius, uel huius hominis; Prudentia uero iuxta Regulas illas moralis ſcientiæ dirigit actiones ſingulares conſultando, ut fiant conformiter ad eam iudicando, & percipiendo nunc, & ſic eſt agendum; ergo; Antecedens probatur de omni ſcientia morali tam legiſlatiua quam politica Æconomica, & Monaſtica, ſeu priuatæ, perſonæ; iſtæ enim ſcientiæ tam apud Ethnicos quam apud Fideles continent generales agibilium pro eo ſtatu Regulas. Legantur omnes libri Politicorum, Æconomicorum de Regimine Principum confecti; Hi enim omnes generales tantum tradunt regendarum actionum Regulas non deſcendentes ad ſingulares actiones; & cum de ſingularibus; & earum circumſtantijs loquuntur, de ijs uage acceptis ſermo eſt; non uero de exercita actione ſi ſingularis aliqua perſona dirigenda eſt.

5 Prudentia habitualis ordinis naturalis hoc habet comune cum alijs uirtutibus moralibus quod non ineſt homini à natura ita Scotus in 3. diſt. 36. qu. unica D. Thomas 2.2. q. 47. art. 15 & eſt communis; nam conſtat experientia quod Iuuenes immo, & adultiores atque uiri ineſperti in negotijs politicis, ſiue æconomicis, ſiue Monaſticis, & in actibus moralibus nullam prorſus habent facilitatem aut promptitudinem in directione eorum; e contra uero experti, & quo magis experti eo maiorem poſſident facilitatem in eiſdem ergo non eſt à natura; multo minus prudentia Chriſtiana ac ſupernaturalis tam habitualis, quam actualis haberi poteſt à natura eſt de fide; probatur;

batur; Prudentia Chriſtiana eſt forma Intellectualis ſiue habitualis, ſiue actualis dirigens agibilia ſupernaturalia circa finem ſupernaturalem, ſed hæc forma non poteſt eſſe à natura alias Hæreſis Pelagiana hic haberet locum ergo, Minor probatur quia eſt repugnantia in adiecto, quod natura operetur aliquid ſupra ſe; Ité quia de fide eſt, ex 2. Cor. Cap. 3. non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt; Tertio quia omnia agibilia Chriſtiana, ſeu ſupernaturalia fidei magiſterio diriguntur ex Rom. 14. Quod non eſt ex fide peccatum eſt; Quarto quia in hoc conſiſtit auxilium Diuinæ gratiæ. Quod in Intellectu eſt illuminatio; Prætcrea Prudentia Chriſtiana habitualis, vel eſt habitus fidei, vel alius habitus Intellectus genitus ex frequentatis directionibus, ſeu dictaminibus rectæ rationis de operando legis aut conſiliorum Diuinorum opera ob finem ſuper naturalem; Actualis vero eſt ipſummet actoale dictamen de ijs faciendis; Neutrum horum eſt à natura, ſed vtrumque ex gratia, & dono Dei nam Ioann. 15. dicit Ieſus ſine me nihil poteſtis facere, & nemo venit ad me niſi Pater meus, qui miſit me traxerit eum, & contrarium dicere eſſet hæreſis Pelagij admittentis in natura ſola proximam poteſtatem eliciendi opera ſupernaturalia.

6 Conceditur tamen in natura abſque vlla prorſus arte adeſſe gradum aliquem ſeu lumen actualis prudentiæ circa aliqua operabilia mere naturalia. Ita Scotus in 2. ſent. diſt. 39. q. 1. & 2. vbi quęrens in qua potentia ſint ſynderesis, & conſcientia dicens que eſſe in Intellectu præceteris docet Intellectum lumine naturali cognoſcere prima principia agibilium, & concluſiones ex illis deducibiles; probatur exemplo inſignis illius Iuris prudentiæ, Corifæi Bartoli, de quo legitur quod ſæpeſſimè in arduis quibuſdam ſuæ profeſſionis reſolutionibus ruſticos, ac ſimplices homines ſibi ob uios, & ſæpe vicinum (vt dicunt) fabrum ferarium conſulebat, à quibus conſilia ſana, & prudentia hauriebat, iſque ad artem vtebatur; Illi autem non per doctrinam aut experimentum (quæ ex Ariſt. ſunt præciſe prudentiæ parentes) ſed a natura dictamina illa poſſidebant, ergo naturæ concedenda eſt aliqua actualis prudentia, dictamina ſcilicet actualia agibilium honeſtorum; Iuuenes etiam nedum in ſuis priuatis negotijs peragendis verum etiam in politicis dum cogitant, & diſcurrunt multa in ſe tempeſtiue experiuntur dictamina optima, & ſecundum Regulas, & leges ſuorum ſtatuum, & non ſolum de vniuerſalibus iudicant, ſed de ſingularibus etiam, cum tamen ipſi neque regulas aut ſcientias illas practicas calleant, aut Vnquam audierint, neque in eiuſmodi materijs experientias habuerint; In animantibus ſenſitiuis tantum non eſt concedenda vera prudentia, ſed ſolum ſimilitudinaria, quæ proprie potius inſtinctus eſt, quo ducuntur ad aliquid operandum: qui dicitur prudentia ſimilitudinaria, quia tempore congruo faciunt ea quæ ſibi ſunt ad vitam neceſſaria, & horrent nociua; & totum hoc habet etiam homo, ſed non ex hoc eſt prudens virtuoſe ac imputabiliter.

7 Prudentia habitualis neque Paruulis neque adultis eſt neceſſaria ad ſalutem eſt communis; Nam habitus Cardinalium virtutum non iuſtificant neque dant eſſe. Supernaturale, ergo; Antecedens probatur; Habitus ſoli Theologici ſimul infuſi perficiunt iuſtificationem, & ideo iſti ſunt ad ſalutem omni homini neceſſarij ex Concilio Vien. & habetur in Clem. de ſumma Trinit. §. fin. & in Concil. Trid. ſeſſ. 6. Cap. 6. Can. 11. Ideo de eadem prudentia habituali non datur præceptum Diuinum niſi comitanter ac per accidens, probatur prima pars. Omnia loca ſcripturæ quæ de præcepto Prudentiæ: adducuntur, intelliguntur de actuali; probatur ſecunda pars; ex prudentijs actualibus, ſeu ex actibus illius generatur habitus regulariter ex 2. Ethicorum, igitur præcipiens actus prudentiæ, comitanter

ac per accidens precipit aquiſitionem habitus, prudentia actualis tantum eſt neceſſaria ad ſalutem reſpectu eorum, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem debet eſſe communis probatur primo. In Adulto fides actualis eſt neceſſariam ſalutem, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo Hebr. 11. &c. Idem dicendum de ſpe, & Charitate, actus autem harum virtutum nequeunt fieri ſine recta rationem, hæc autem eſt Prudentia ex 6. Etnicorum ergo, diſcurre circa omnia neceſſaria ad ſalutem; De hac prudentia actuali exercenda datur præceptum Diuinum poſitiuum patet Prouerb. 2. inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. Et poſt aliqua ſubdit prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruerſe loquitur; & Matth. 10. eſtote prudentes ſicut ſerpentes &c. & alibi &c. Quod quidem præceptum non ſolum eſt Diuinum, ſed etiam naturale primi ordinis, nempe cuilibet exterminis notum; quia in quauis materia, operabili quilibet experitur in ſe conſcientiam dictantem, hoc eſt faciendum, hoc autem eſt præceptum naturale; Experitur pariter quilibet homo aliud lumen dicens operandum eſt ſecundum conſcientiam, ſeu dictamen rationis, hoc autem eſt præceptum naturale prudentiæ actualis exercendæ.

8 Tria ſunt munera, ſiue actus prudentiæ nempe bene conſultare, bene iudicare, & præcipere executionem; pro quibus aduerte, quod licet dicamus, prudentiam conſultare iudicare, & dictare agibilia hoc intelligitur non formaliter, & vitaliter, ſed habitualiter ſicut cæteri habitus dicuntur actus ſuos efficere, quia cum ipſa non ſit potentia vitalis, non poteſt facere aliquem actum vitalem, ſed adiuuat Intellectum ad faciendum præfatos actus conſultationis Iudicij, & dictaminis in quibus poſtulat diligentiam; Vnde bene conſultare dicitur cum diligenter inquirit, quæ media, & quæ circunſtantiæ, ſunt neceſſariæ, vt opus fiat honeſte, & ſecundum virtutem, operari enim, ſecundum virtutem eſt finis prudentiæ: Ad hunc finem quærit in ſingulis negotijs Idonea media per conſultationem; Deinde facta diligenti conſultatione mediorum venit ad ſecundum actum nempe ad recte iudicandum; Hoc autem fit quando poſt diligentem inquiſitionem, & conſiderationem rei concluditur quid, quoue modo, loco, tempore quibuſque alijs circumſtantij quid agendum, vt opus ſecundum virtutem fiat; Ad hoc iudicium maxime expedit in promptu habere ſententias ſapientum, & in primis quæ in Prouerbijs Salomonis in Eccleſiaſte, & Eccleſiaſtico; Hæ enim ad omnem prudentiam in omni vita hominem informant; Expeditis duobus muneribus Prudentia venit ad tertium quod eſt recte imperare, vel præcipere quo non intelligitur Imperium proprie dictum, (niſi loquamur de Prudentia Economica, vel Politica quæ reſpicit Inferiorem,) nemo enim ſibi ipſi proprie imperat dum aliquid facit, ſed dicitur Imperare, quia prudentiæ eſt præſcribere quid, & quomodo agendum, & mouere voluntatem ad conſenſum, & ad opus. Precipuus enim effectus atque adeo finis prudentiæ eſt vt opus fiat.

9 Reuertendo ad primum munus Prudentiæ, quod eſt bene conſultare de agibili iuxta illud Ariſt. 6. Ethic. cap. 7. Prudentis viri eſt bene conſulere poſſe circa ea, quæ ſibi vtilia ſunt; Quamobrem vir prudens eſt conſultatiuus, dicendum eſt conſultationem prudentiæ non eſſe qualemcumque perquiſitionem, & cogitationem; ſed ſolum alicuius boni vtilis ad vitam humanam, ita quod non eſt actus ſcientiæ ſimplicis aut opinionis, ſed eſt efficax inquiſitio tendens ad vtile in ordine ad finem vltimum; per hunc actum Prudens non conſultat de fine vltimo ſiue ſimpliciter, ſiue in aliquo negotio, ſed hic ſupponitur; Vniuerſaliter enim nemo conſiliatur de fine met ipſo, ſed omnis homo ſupponit finem quendam, & deinde quærit de illo, qualiter habeatur, & per quid; ita quod conſultatio prudentis regulariter eſt de medijs ad finem; patet diſcurrendo per homines cuiuſcumque

ſtatus prudenter operantes; quæ media non debent eſſe impoſſibilia, ſed agibilia, à nobis; patet experientia; Prudentes enim immo, & quicumque non fatui ſi finem aliquem appetunt non inquirunt, ſeu conſultant de impoſſibilibus neque phiſice, neque moraliter, ſed de ijs, quæ ſibi poſſibilia ſunt, & à ſe fieri poſſunt; non tamen conſultat de neceſſario euenientibus, ſed de contingentibus; hæc enim propter eorum variationem maxime cadunt ſub conſultatione, ſicut, & incerta quoad rationes indiuiduales circumſtantiarum, & vniuerſaliter Prudentia conſultat de omni agibili honeſto ſiue naturali, ſiue ſupernaturali, ſiue ſit de præcepto, ſiue de conſilio, ſeu ſuper erogationis, quia in his omnibus poteſt contingere error, ſeu exceſſus ac defectus, ergo de his conſultandum eſt, an ſint ſecundum Regulas fidei ac morum, quod enim non eſt ex fide peccatum eſt Roman. 14.

10 Secundum munus, ſeu ſecundus actus Prudentiæ eſt Iudicium de agibili natura ſaltem, & aliquando, ac ſæpe tempore poſterior actu conſultationis, quo Iudicio iudicatur medium, ſeu obiectum iam conſultatum eſſe bonum, & aptum iuxta regulas morum ad aſſequendum finem; nam conſultatio ſine iudicio fruſtratoria eſſet, ergo præter eam eſt neceſſarium Iudicium rei, ſeu electionis conſultatæ, probatur ex Ariſt. lib. 6. & hic: Cap. 8. vbi ſic ait, ſimpliciter autem bene conſulere dicendus eſt ille, qui, quod optimum eſt homini in rebus agendis id ratiocinando aſſequitur ergo proprium prudentis munus eſt in conſultatione, & inquiſitione iudicare quod eſt optimum homini in agibilibus; Obiectum huius Iudicij eſt res, ſeu electio, quæ in conſultatione aſpicitur ad finem apta, quia finis conſultationis eſt inuentio medij apti ergo id quod iudicatur aptum eſt Iudicij obiectum; quia conſultatio fit per comparationem, per combinationem, & conſiderationem legum, aliorumque morum regularium, quæ nam, ſcilicet media, & quibus circumſtantijs veſtita præſcribant pro aliquo fine obtinendo, cum vero in perquiſitione relucent media cum ijs, Intellectus iudicat illa eſſe ex numero præſcriptorum, & quieſcit in inuentione ſicut, cum ab alio inquirit, ac petit; quid in re aliqua ſit agendum, & ille dicit. Hoc agendum eſt tunc aſſentitur rei iam conſultatæ, & deinde cum recta ratione ex tali iudicio formata exit in actum eligendi, ergo Iudicium eſt neceſſarium. Quia vero hoc Iudicium non eſt mere ſpeculatiuum, & conſequenter non purus actus ſcientiæ, ſed practicum actus prudentiæ dicendus eſt.

11 Tertium munus, ſeu tertius actus Prudentiæ eſt præcipere, & quidem principale; nam ſcientia moralis numquam ponitur in vſu, & executione niſi ratio, ſeu Intellectus iudicans primo vrgere tempus executionis conſultet de omnibus requiſitis ad electionem, & indicet adeſſe, & omnia eſſe legibus morum, ſeu ſyndereſi conformia, & tandem intimet voluntati nunc, & ſic agendum eſt; hoc autem vocatur Imperium. Quod alio nomine vocatur recta ratio; Nam in prudentia habituali dantur iſtæ tres facultates, poſſe bene conſultare de agibili poſſe bene intelligere, ſeu iudicare de eius bonitate atque Idoneitati ad finem, & poſſe bene dictare, ſeu præcipere actu, dicendo hoc agendum eſt, ſed hic actus eſt præceptum, & recta ratio. Vlterius intimatio agibilis in omni politia, vel foro dicitur preceptum quamuis non intimans, ſed Princeps aut Iudex præcipiat quod intimatur, & comuniter loquendo qui citatur per Lictorem vere dicitur per eum habuiſſe præceptum, ſed hoc modo ſe habet Intellectus à prudentia regulatus dum in aliqua materia operabili diſcuſſis legibus morum quid agendum ſit, & fugiendum facta conſultatione, & Iudicio quod ſit, vel non ſit agendum voluntati intimat nunc hoc agendum eſt, hæc autem eſt recta ratio, ſed hoc

etiam

etiam eſt præceptum, ergo Dices; Hic actus eſſet Intellectus ergo nequit dici præceptum, nam præcipere competit non ſeruo, ſed Domino, Intellectus autem ſeruit voluntati, ergo nequit eidem præcipere; Reſpondetur negando conſequentiam; Ad probationem dicitur In diuerſo genere Intellectum præcipere, & obedire voluntati, in genere Regulæ præcipit; ſicque Imperium eius eſt directiuum; In genere obſequij, & dominij abſoluti obedit, & ſeruit.

12 Partes prudentiæ ſunt in triplici differentia aliæ enim ſunt integrales, aliæ potentiales, aliæ ſubiectiuæ; Integrales dicuntur non proprie, ſed per ſimilitudinem quandam cum partibus integralibus alicuius corporis, quæ ideo veredicuntur integrales, quia ſine ipſis corpus perſectum conſtare non poteſt; Ita partes Prudentiæ dicuntur integrales, quia ſine ipſis non eſt perfectus vſus prudentiæ, & huiuſmodi partes ſunt 8. ſcilicet memoria, Intelligentia, docilitas, ſolertia, ratio prouidentia, circumſpectio, & cautio; Memoria eſt recordatio eorum, quæ legimus audiuimus vidimus, aut aliter experti ſumus, ex his enim ſæpe numero facile colligimus quid in preſenti negotio expediat; Plurimum enim valent ad prudentiam tum exempla aliorum, tum experientia ipſa; Intelligentia eſt notitia præſentium, vt enim prudenter Iudices neceſſe eſt præſentem ſtatum rei tibi eſſe probe perſpectum; poteſt etiam hoc nomine ſignificari notitia principiorum moralium. Prouidentia eſt conſideratio futurorum euentuum, qui poſſent ſequi ex opere. Ratio dicitur promptitudo quædam ratiocinandi, & aliud ex alio colligendi; Docilitas accipitur pro affectu, & promptitudine ad diſcendum, Solertia, ſiue ſagacitas eſt medij (ideſt rationis alicuius curres ſit probanda, vel improbanda) inuentio tempore breuiſſimo; Circumſpectio eſt conſideratio circumſtantiarum, ne qua deſit in opere; Cautio eſt cura, vt vitentur incomoda, quibus res eſt expoſita V. gr. ne proximus offendatur, ne incidas in aduerſam valetudinem; Ex his Cautio, Circumſpectio prouidentia, & intelligentia ſunt actus Prudentiæ quia intrinſece includuntur in prudenti Iudicio, & executione; Memoria vero, ratio ſolertia, & docilitas tantum requiruntur ad aquirendam prudentiam, vel ad aquiſitæ perfectiorem vſum.

13 Prudentia tanquam in partes ſubiectiuas (non enim in ſe eſt ſpecies athoma aut ſpetialiſſima) poteſt rectè diuidi primo in naturalem, & ſupernaturalem ſiue in aquiſitam, & infuſam (ſi eſſet neceſſaria) naturalis eſt, quæ non excedit limites rationis naturalis, pendet ex ſindereſi, quæ eſt notitia principiorum practicorum; Hanc ſolam Philoſophi agnouerunt, ſupernaturalis (quæ eſt ſupradicta Chriſtiana) eſt, quæ limites notitiæ naturalis excedit pendet ex fide, & auxilio ſpeciali Diuino, ex illuminatione ſcilicet Diuina; Secundo diuiditur immediate in prudentiam perſonalem, ſeu ſolitariam, & in gubernatricem; Porro Gubernatrix diuiditur in quattuor ſpecies Æconomicam, Ciuilem, legislatricem, & militarem; ſolitariā, ſiue perſonalis eſt, quā quis in ſingulis actionibus ſpectāt quid agere debeat, & deceat proprium intendens bonum; Æconomica eſt qua quis recte gubernat familiam eius bonum ſolum ſpectans; Ciuilis, ſeu politica eſt, qua quis recte adminiſtrat Ciuitatem legesque ſeruari curat; Legislatrix eſt, qua quis Idoneas leges condit; Militaris eſt, qua militia rite adminiſtratur. Æquibus ſola prudentia Perſonalis abſolute dicitur prudentia, & hominem abſolute, & ſimpliciter prudentem conſtituit, vt docet Ariſt. 6. Ethic. Cap. 8. quia is ſolus abſolutè prudens eſt dicendus, qui ſua præceteris omnibus curat ſe ipſum omni virtute exornans; Prudentia enim perſe primo curat bonum ſuum ideſt ſui ſubiecti; Cæterę vero prudentiæ ſpecies non vocantur abſolute

ſolute nomine prudentię. Sed ſecundum quid, ſeu cum adiuncto, vt prudentia Æconomica &c. Quia non ſpectant bonum ſuum. Sed alienum, Vnde neque neceſſario poſtulant neque faciunt affectum alienum, vt patet diſcurrenti per ſingulas ſpecies ſupradictas.

14 Tres partes potentiales prudentiæ recenſentur Eubulia ſyneſis, & Gnomen; Per Eubuliam intelligitur habitus quidam, qui præbet facultatem recte conſultandi ideſt inueniendi bonum conſilium in rebus ambiguis, & perplexis; Hæc eſt prima pars prudentiæ quomodocunque nominetur, & probabiliſſime ſuſtineri poteſt; Quod Eubulia ſit virtus diſtincta à præceptiua in prudentia. Ita D. Thomas 2. 2. q. 51. art. 2. & poteſt etiam ex Scoto deduci in 3. diſt. 36. q. vnica vbi ex diuerſis difficultatibus operandi in diuerſis virtutibus concludit prudentias ſpecie diuerſas probatur. Conſultiua habet difficultatem diuerſam à iudicatiua, & præceptiua Inquiſitio enim, & inuentio eorum quæ ad actum complete bonum moralem ſunt neceſſaria maximam habet difficultatem, quæ quidem valde diuerſa eſt à difficultate iudicandi, & precipiendi ergo &c. Per ſyneſim habitus recte iudicandi de conſultatis, & quod dictum eſt de Eubulia proportionaliter dicendum eſt, & concludendum de ſyneſim; Per Gnomen intelligitur habitus iudicandi ex principijs quibuſdam altioribus contra tenorem Verborum Legis iuxta tamen mentem Legiſlatoris; & iuxta alias comunes leges naturales; & tunc ſemper eſt iudicium rectum ſic ex Ioſue 6. & 1. Machabeorum Cap. 2. facta eſt declaratio Legis Diuinæ de obſeruantia ſabbati, quando vrgebat bellandi neceſſitas; In Concilio Apoſtolorum; Actuum 15. facta eſt declaratio legis Diuinæ; quod abrogata, eſſet circumciſio, & tota Lex Moyſi circa legalia. Temporum ſucceſſu Eccleſia in multis interpretata eſt legem Diuinam poſitiuam, & naturalem circa iuramentum, votum homicidium ad ſui defenſionem, &c. legem inſolubilitatis Matrimonij quoad ratum tantum, & etiam quoad conſumatum Infidelium ac Iudeorum ſi veniant ad fidem; Declarauit inter fideles repudium dari non poſſe nec ſeparationem niſi quo ad Thorum, Cum valde difficilis appareat Chriſti oraculum Matth. 19. vbi de Dimiſſione per repudium interrogatus dixit non licere excepta Cauſa fornicationis, & tamen Eccleſia interpretatur de repudio imperfecto ſcilicet de ſeparatione Thori. Ita de alijs innumeris legis Diuinæ poſitiuæ, aut naturalis declarationibus, quas referre tædium, inutile eſt.

15 Obiectum materiale proximum virtutis prudentiæ ſunt omnes actiones morales in qualibet materia cuiuſcumque virtutis Moralis Scotus in 3. diſt. 36. q. vnica, obiectum vero materiale remotum prudentiæ ſunt res ac materiæ in quibus verſantur omnes virtutes; eſt comunis ſine controuerſia. Paſſiones Animæ ſunt obiectum materiale proximum virtutis prudentiæ eſt veritas bonitatis actuum virtutum ac affectum, ſeu paſſionum eſt quoque comunis nam ex muneribus, & actibus prudentiæ, qui ſunt conſultare, iudicare, & dictare attenditur veritas honeſtatis in ſingularibus virtutum actibus; & colligitur prudentiam reſpicere pro obiecto actus virtutum per modum mediorum ad aliquem finem, & non tantum virtutum moralium omnium, ſed etiam Theologicarum, vt obiectum dirigibile, quia actus Theologicarum virtutum circa obiecta ſecundaria poſſunt eſſe defectuoſi, ſecundum exceſſum, & defectum ergo ſunt regulabiles, & dirigibiles, & non niſi per prudentiam adiuncto tamen adiutorio ſupernaturali ſaltem actuali, vt eſt illuminatio circa ſingularia peragenda; Tandem Prudentia exerceri poteſt circa regimen multitudinis, ſeu comunitatis, & circa bonum illius iuxta illud 3. Reg. Cap. 3. vbi Salomon

lomon ſic orat; Dabis ſeruo tuo cordocile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum; quis enim poterit iudicare populum tuum hunc multum? & exauditus eſt; ideo in cap. 4. dicitur. Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam, nimis.

16 *Subiectum immediatum inhæſionis* in quo recipitur, & ſubiectatur prudentia eſt Intellectus, eſt comunis ſententia; nam in ea potentia ſunt habitus ſubiectiue quam adiuuant in ſuis actibus; Sed prudentia adiuuat Intellectum, ergo eſt in ipſo. Non eſt igitur in aliquo ſenſu exteruo, vel interno, nam nulli ſenſui competit conſultare iudicare, & præcipere ergo &c. ita Scotus in 3. diſt. 33. Subiectum quod, ſiue totale prudentiæ ſunt non ſolum homines, ſed etiam Angeli, Scotus ibidem, De hominibus patet ſuperius; Inſuper Prudentia eſt auriga, & directrix omnium virtutum, ſed aliæ virtutes in homine ſubiectantur ergo etiam prudentia. De Angelis etiam in via, quia poterant moderari. ſicut de facto moderati ſunt circa amorem, vt non concupiſcerent ſibi pluſquam debeant, ergo in eis fuit prudentia; Idem confirmatur per D. Bernardum qui in Pſalmum 90. de Sanctis Angelis cuſtodibus ait fideles ſunt prudentes, ſunt ergo habent virtutem prudentiæ; Idem dicendum de *alijs* beatis; quia habitus prudentiæ non *repugnat* ſtatui *illorum*, non enim dicit *imperfectionem*, ſed perfectionem; Nec in Beatis erit otioſa iſta prudentia ſaltem quo ad ornatum, nam erit eis tanquam proſſimum inſtrumentum, dum erant in via ad moderandas paſſiones, & conſequenter ad aquiſitionem tantæ fœlicitatis, qua modo gaudent, & lętantur ſecundum prudentialem menſuram meritorum. In homine iuſto tam ſuperiori quam ſubdito, quia vterque eſt ratione preditus reperitur proprie prudentia; quia in ſuis operationibus poteſt contingere defectus, & exceſſus dirigibilis, & regulabilis, ergo eſt Prudentia regulatiua,

17 Quattuor ſunt vitia, quæ per defectu ſunt oppoſita prudentiæ; primum eſt inconſideratio, id eſt in cogitatio, vel non ſatis attenta cogitatio earum veritatum, ex quibus eſſet iudicandum; Secundum eſt præcipitatio, ideſt conſilium non ſatis maturum, & circumſpectum pro qualitate negotij, aut etiam definitio plane inconſulta eius quod ſit agendum, quæ precipitatio ſi ex contemptu aliquo regulæ procedet peculiariter dicitur in propoſito temeritas; ſi autem ſolo impetu voluntatis dicitur ſolum præcipitatio, Tertium inconſtantia, ideſt inſtabilitas circa bonum conſultatum, & efectum proſequendum, vel ceſſatio ab eo rationis Imperio, & decreto, quod continuari, & vigere adhuc debeat, vel improbatio eius. Quartum negligentia ideſt rationis cunctatio, ſeu tarditas, & inefficacia in Imperando id, quod eſſet bene conſultandum, & Iudicandum; Peccata per exceſſum contra prudentiam; quæ idcirco ſpeciem prudentiæ imitantur, ſunt ſex Prudentia carnis, aſtutia, dolus, fraus, ſolicitudo temporalium, & ſollicitudo futurorum; Prudentia Carnis eſt machinatio rationis ſolers, & accomodata ad conſequendum prauum aliquem finem conformem deprauato oppetitui carnali; Aſtutia eſt excogitatio mediorum, quæ ad finem aliquem ſiue bonum, ſiue malum ſint ita Idonea, vt videantur quidem vere bona, ſed reuera ſunt falſa, & ſimulata. Dolus eſt quædam executio aſtutiæ, tum per Verba, tum per facta, fraus etiam eſt executio aſtutiæ, tum per facta determinate; ſolicitudo temporalium eſt ſtudium immoderatum circa res temporales, vel inordinatus timor ea perdendi, vel ijs carendi; ſollicitudo futurorum eſt cura, & ſtudium circa futura non quoduis, ſed intempeſtiuum; cum ſcilicet anteuertitur tempus, quo illa opportunè eſſent curanda; expectandum igitur eſt tempus, nam nimia fæſtinatio maturitatem fructuum moralium plurimum impedire ſolet.

De Bonitate morali Humanorum Actuum in particulari proueniente à Virtute Iuſtitiæ. Art. 4.

1 RElictis pluribus, quorum prolixus tractatus pertinent ad iuriſtas qui de iuſtitia, & iure cum Codicibus, & ſapientum reſponſis ampla volumina conficiunt; hanc virtutem aggredimur diſcutiendam more Theologico quantum ad virtutem ſpectat, & noſtra ordinaria breuitas permittit; Reſtringenda eſt lata ſignificatione huius nominis Iuſtitia nam nomine iuſtitiæ venit primo gratia ſanctificans, & ipſamet ſanctitas ex gratia proueniens iuxta illud Dan. 9.24. adducetur iuſtitia ſempiterna; & primæ Petri 2.24. vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. Secundo venit iuſtitia legalis ideſt, quę eſt bonitas conformis Legi cuicumque Matth. 3. ſic decet nos implere omnem iuſtitiam, & Cap. 5. niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum §.3. venit perfectio omnium virtutum Prou. 10. In vijs iuſtitiæ ambulo; Quarto venit proprio, & vſitato vocabulo; Iuſtitia particularis, quæ reuera datur ſecundum comunem ſententiam. Quam iuſtitiam Vlpianus L. iuſtitia ff. de iuſtitia, & iure; & Iuſtineanus Inſtit. eodem Titulo ſic eam definiunt; Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicui que tribuens, cuius ſenſus eſt; iuſtitia eſt virtus inclinans, & firmans voluntatem ad perpetuò tribuendum cuicumque ius ſuum; Hoc ſignificat, quæcumque aliæ definitiones quæ pluribus modis dari ſolent.

2 Iuſtitia Virtutis Cardinalis regulariter eſt ad alterum patet ex effectibus, & modo procedendi; omnis virtuoſæ iuſtitiæ tam commutatiuæ, quam diſtributiuæ, & punitiuæ, omnes enim iſtæ ad aliud exercentur præmiando, puniendo, & cômutando; reſpicientes ſemper ęquale dandum in præmium, in penam, & incommutatum, & poteſt contingere habentem iuſtitiam reſpicere ſe ipſum, vt diſtribuens præmia benemeritis poſſet ſibi accipere ſi eſſet vnus ex ipſis; Iuſtitia prima ſui diuiſione; diuiditur in legalem, & particulare quia Ius (à quo dicitur iuſtitia tanquam à ſuo obiecto) diuiditur in Ius legale, ſeu legitimum quod ſcilicet aliqua lege comuni eſt determinatum atque adeo debitum; & in ius particulare, ſeu ex particulari pacto. Ad legalem reducitur; Religio, quæ tribuit Deo debitum cultum, Secundo Pietas quæ parentibus, Patriæ, & Propinquis præſtat honorem debitum, Tertio obſeruantia, quę exercetur erga cæteros homines dignitate præſtantes, Quarto obedientia, qua obtemperamur ſuperioribus pręcipientibus; Quinto fidelitas, qua ſeruamus veritatem in promiſſis, & factis. Seſto Veritas, qua mendacia in cæteris omnibus vitamus. Settimo grattitudo, qua memorem animum gerimus erga benefactores, Ottauo Liberalitas, qua promptè, & gratis propriæ pecuniæ alijs comunicantur, Nono Benignitas; vel humanitas, qua in alios beneficia conferimus ſolum, quia boni ſunt, vel eorum perſonæ nobis placent; Decimo Miſericordia qua ſubleuamus Indigentiam aliorum; Vndecimo Hoſpitalitas, qua peregrinos, & aduenas bene excipimus, & liberaliter tractamus.

3 Ad iuſtitiam particularem reducitur primo commutatiua cuius materia diuitur in duas partes ſecundum Ariſtotelem 1. Ethic. Cap. 2. & D. Thomam 2. 2. art. 3. quædam enim complectitur commutationes vtriuſque voluntarias, altera continet commutatione inuoluntarias ex altera parte; Vtrinque commutationes inuoluntariæ ſunt, quæ tam ex parte eius, qui accipit quid piam ab alio, quæ ex parte eius, à quo accipitur ſunt voluntariæ, vt emptio §. & comprehendunt omnes ferè contractus, vt mutuum comodatum, de-

poſitum

poſitum, precarium, pignus, venditum, locatum, mandatum, ſocietatem, per mutationem, fidei iuſſionem donationem, tutelam, curam, & alia huiuſmodi. Commutationes vero inuoluntariæ ex altera parte ſunt, quæ ex parte eius, à quo quid piam accipitur non concurrit voluntas, vt furtum, & rapina, is enim, qui hæc patitur *contra propriam voluntatem patitur*, vel ex parte eius, qui accipit, vt flagellatio, & percuſſio, is enim, qui flagellatur, vel percutitur, contra ſuam voluntatem accipit: Hæ inuoluntariæ commutationes comprehendunt delicta, vel quaſi delicta, quibus fit iniuria alteri, vel infertur damnum veluti homicidium mutilatio &c. verberatio, percuſſio, falſum teſtimonium, vſura detruſio in Carcerem, regulatio, exilium, detractio, conuitium contumelia, adulterium, ſerui ſeductio, abdactio Animalium, & ſimilia. Secundò ad iuſtitiam particularem reducitur iuſtitia diſtributiua, quæ verſatur in diſtribuendis præmijs muneribus, dignitatibus, officijs, beneficijs, & cæteris omnibus communibus bonis; Vnde ad eam pertinet imponere tributa cenſus penſiones, & alia onera ſingulis Ciuibus; Inſuper imponit debitas pœnas pro delictis condignas, & ſecundum menſuram delicti; Qua parte hæc iuſtitia dicitur etiam iuſtitia vindicatiua, ſeu vindicatio, cui occurrit Clementia virtus; qua in pœnis taxandis vindicatio moderatur.

4 Iuſtitia virtus Cardinalis licet interdum reſpiciat medium, ſeu æquatem rei quia dictat tantum debere ſolui Creditori, quantum reuera ab eo acceptum eſt, nec plus nec minus, nihilominus a ratione regulanda eſt, & ſic vtrumque reſpicit medium rei, & medium rationis. Scotus in 4. d. 15. q. 2. Nam in omni fere reditione iuris alieni intercedit rationis ſtudium atque iudicium in medij conſultatione, patet diſcurrendo in omni ſpecie iuſtitiæ; Iuſtitia enim diſtributiua præmiorum in Republica non poteſt exerceri aliſque, eo, quod ratio æqualitatem decernat, & ſic de alijs actibus aliarum ſpecierum; Obiectum materiale remotum Iuſtitiæ Cardinalis ſunt res omnes, quæ perſonis debentur; eſt ſententia communis ſine controuerſia; Experientia de omni actu, & exercitio, in quo iuſtitia habet locum, tam in comutationibus, quam in diſtributionibus ſemper res dantur, & commutantur; Nomine autem rerum, nedum mortuæ res ſiue mobiles, ſiue immobiles, ſed etiam facta, obſequia, ac ſeruitia intelliguntur, ob obiectum formale iuſtitiæ Cardinalis eſt iuſtum; ſeu Æquum cuicumque debitum ſiue in rebus, ſiue in actibus rite ad alterum diſponendis; Scotus in 1. diſt. 17. q. 2. Hoc eſt obiectum formale, & primarium talis virtutis; Poteſt tamen iuſtitia ſecundario reſpicere paſſiones, quatenus moderatio earum eſt medium neceſſarium ad finem eius intrinſecum, qui eſt reddere cuicumque quod ſuum eſt; Quia omnis virtus ob finem ſuum intrinſecum poteſt quos uis externos actus aliarum virtutum ad illum Idoneos imperare, ſed moderatio paſſionum (vt nimij amoris pecuniarum aut nimij timoris ad illas pertinens) eſt medium Idoneum, & ſæpe neceſſarium ad finem intrinſecum Iuſtitiæ virtutis ergo iuſtitia poteſt illam moderationem imperare; Ita quæ illa moderatio tunc formaliter erit actus iuſtitiæ non temperantiæ, manſuetudinis, vel fortitudinis, quia immediate ſequitur ex affectu Iuſtitiæ.

5 Subiectum inhæſionis immediatum Iuſtitiæ virtutis Cardinalis eſt voluntas Scotus in 3. diſt. 34. q. vnica, & in 4. diſt. 46. q. 1. Dices iuſtitia eſt virtus ad alterum igitur ei potentiæ conuenit quæ ordinat ad alterum, ſolus intellectus eſt talis ergo; Reſpondetur minorem de ordinatione per cognitionem, & directionem veram eſſe; per intentionem aut imperium negandam eſſe; Ratio eſt, quia dum Intellectus proponit voluntati hoc dandum eſſe alteri cognoſcit tantum, & iudicat, quod illi competat: Voluntas vero vult, & imperat, vt detur illi; Huic

etiam

etiam potentiæ conuenit vere, & proprie ordinare, nam vult media propter finem ſine hereſi nō poteſt negari iuſtitia in Deo erga Homines Dan. 3. 27. iuſtus es Domine in omnibus, quę feciſti iuxta omnia, quæ induxiſti ſuper nos; & 2. ad Timoth. 4. 8. repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi Dominus in illa Die iuſtus Iudex; Iuſtitia hæc in Deo non eſt accidens in eo, ſicut in Creatura, ſed eſt ipſamet Dei voluntas recta vnicuique reddens ſecundum exigentiam operum ſuorum, & condecentiam voluntatis Dei, eſt Scoti in 4. diſt. 46. q. 1. Eſt propoſitio per ſe nota in fide, non caret tamen forti ratione; Nam habitus in Creaturis ponuntur, vt adiuuent potentias per ſe debiles ad opera quædam moralia exercenda, determinantes per inclinationem ad eadem, ſed hæc neceſſitas nequit in Deo aſſignari, cum ſit ex ſe, & à ſe ſumma perfectio, & fortitudo, & à nullo determinabilie niſi à ſe ipſo. Ergo iuſtitia, quæ ex ſacris litteris in Deo eſt, non eſt habitus.

6 Angeli boni erga Homines, & conuerſo homines poſſunt exercere iuſtitiam, quia viciſſim libenter cuſtodiunt illæſa bona cuiuſcumque illorum; patet, & non eget probatione vnusquiſque enim poteſt alterum lædere in honore, & fama, ergo non lædendo exercet iuſtitiam; Filij quoque poſſunt exercere veram iuſtitiam erga Parentes ſuos, & è conuerſo Parentes erga ſuos filios. Nam poſſunt ad inuicem, & debent conſeruare illæſa iura mutua in bonis corporis, & fortunæ ergo poſſunt in inuicem exercere veram iuſtitiam, nam in hoc conſiſtit eſſentia iuſtitiæ. Propter eandem rationem dicendum inter virum Maritum, & vxorem ſeruari poſſe veram iuſtitiam, & rigoroſam; ſimiliter inter Dominum, ſeruum, & è conuerſo; Omnes enim iſti habent proprijſſima iura Animæ Corporis, famæ, & fortunarum, & poſſunt ad inuicem lædi, & non lædi ergo poſſunt inter ſe exercere proprijſſimam iuſtitiam, & iniuſtitiam; Hæc omnia etiam apud iuriſtas in confeſſo ſunt; Videantur apud eoſdem iuriſtas iura propria parentum, filiorum vtrorumque coniugum, Item Dominorum, & ſeruorum, experientia enim ſit teſtatur apud Miniſtros iuſtitiæ, tam Eccleſiaſticæ, quam Laicæ produci diuerſas lites inter recenſitas perſonas reſpectiue, tam in materia Ciuili, quam in materia Criminali, & ab ipſis ſecundum leges terminari; Experientia etiam ipſiſſima dari in Eccleſia Eccleſiaſtica tribunalia ſuperiora; & inferiora, & ad quæ referuntur iura Eccleſiaſtica læſa, quæ ſecundum latas leges Eccleſiaſticas in eiſdem tribunalibus reſpectiue reintegrantur, & reintegrata conſeruantur.

7 Dictum eſt ſuperius, & docet Doctor ſubtilis in 3. ſent. diſt. 34. q. vnica, & in 4. diſt. 15. q. 2. dari iuſtitiam commuttatiuam ſic dictam quia exercetur in commutationibus commerciorum ad humanum conuictum pertinentibus, in quibus ſeruatur æqualitas ad alterum; Hæc iuſtitia commutatiua ſic poteſt deſcribi, quod ſit virtus inclinans ad dandum cuique æquale, ſecundum proportionem Arithmeticam in commutationibus, & Contractibus; Hinc ſequitur actum præciſum huius commutatiuæ iuſtitiæ eſſe volitionem dandi ipſamque (vt ita dicamus) dationem Iuris cuique debiti ratione commutationum, & dominiorum; Huius virtutis obiectum eſt ius; Quod cum oriatur ex dominijs rerum, in quas eſt; ideo numquam poterit hoc obiectum perfecte percipi, quouſque de dominio, eiuſque ſpeciebus, origine, & titulis dominiorum, nec non de rebus, in quas dominia cadunt aliqua prænoſceantur. Dominium igitur proprie eſt facultas, ſeu poteſtas diſponendi de re aliqua tanquam ſua, niſi lege prohibeatur, hæc vltima particula inuit quod Lex iſti poteſtati debet fauere, & aſſiſtere, ideo Pupillus quamuis ad rem habeat dominium ſuarum rerum, non tamen habet facultatem, & poteſtatem perfecte diſponendi de re ſua, quia pro tali circumſtantia lex ei

non aſſiſtit, ſed potius reſiſtit; Idem dic de alijs ſimilibus. Dominium primo diuiditur in Naturale, & politicum probatur ex libro 5. Ethic. Cap. 11. Ius diuiditur in naturale, & politicum ergo etiam poteſtas moralis, ſeu dominium, quod eſt ius, multa enim conueniunt homini iure naturæ V. gratia ante lapſum quilibet habebat dominium indiuiſum in omnia, & quilibet in ſuas actiones; Dominium ſiue Iuſpoliticum eſt, Ius indultum à legibus, vel à Gentibus, quæ rerum diuiſiones fecerunt, ex quibus rerum dominia emerſerunt.

8 Secundò Dominium diuiditur in Dominium proprietatis, & iurisdictionis; Dominium proprietatis eſt ius diſponendi de re aliqua tamquam ſua in ſuum comodum, quod dominium eſſe poteſt tum in comunitate, tum in priuata perſona, vel publica. Dominium iuriſdictionis conſiſtit in iure, ſeu poteſtate gubernandi, iudicandi; protegendi, nec non accipiendi à ſubditis emolumenta, quæ eadem debentur; & diuiditur in Eccleſiaſticum, & ſeculare; Dominium Eccleſiaſticum eſt poteſtas gubernardi apte ad finem ſupernaturalem inducendo media accomodata ad eum finem, talis eſt poteſtas Papalis, Primatialis, Patriarchalis, Archiepiſcopalis Epiſcopalis, & aliæ Inferiores. Seculare eſt poteſtas gubernandi accomodate ad finem naturalem, & humanam felicitatem, ad quam ſua natura ordinatur; talis eſt poteſtas Imperatoria, Regia, Ducalis, Marchionalis &c. Dominium proprietatis eſt duplex plenum, ſiue perfectum, & non plenum, ſiue Imperfectum Dominium plenum, & perfectum eſt ius ideſt legitima poteſtas, ſeu facultas aliquid faciendi, vel obtinendi, vel aliomodo ſe habendi, cuius violatio iniuriam conſtituit; facultas, ſeu poteſtas, quam quiſque habet vtendi V. gratia rebus ſuis vt comedendi proprium Cibum, propria veſte induendi, vel obtinendi, quod ſibi debetur, aut quia ſuum ius eſt titulo emptionis, vel donationis, vel alio modo ſe habendi, quibuſcumque ſcilicet modis, quibus ad aliquid dicitur quis habere ius; Cuius violatio iniuriam conſtituit; quia iniuria nihil aliud eſt, quam alieni iuris violatio; Dicitur dominium plenum ideſt non ab alio extra ſe dependens; Dominium vero non plenum, & Imperfectum, qnia ad ſunt ſocij, & participes in illo, vt cum plures ſunt hæredes eiuſdem rei, ſiue quia vnus eſt proprietarius, & alter vſufructuarius.

9 Hinc ſequitur altera Diuiſio dominij proprietatis indirectum, & vtile Dominium directum continet ſolam rei proprietatem, Vnde habens hoc dominium ſolet dici proprietarius; tale dominium eſt, quod habet filius familias in peculium, quod dicitur aduentitium, & Princeps in feudis, & quidat rem immobilem in Emphytheuſim; Quod Dominium ſolet etiam dici altum, & ſopranum quatenus eſt in Regibus, ac Principibus in res ſubditorũ Feudariorum; Dominium vtile continet ſolam rei comoditatem, & vtilitatem, tale eſt quod habet vſufructuarium, feudatarius, & Emphyteuta; & Dominium directum eſſet omnino in vtile iure ſtatutum eſt, vt certis quibuſdam Caſibus dominium vtile ad Dominum directum pertinere patet. Inſtit. de vſufructu Dominium vtile eſt triplex, ſcilcet vſus, habitatio, & vſusfructus, Vſus eſt ius vtendi alienare ſalua illius ſubſtantia; Dicitur ius vtendi non actus vtendi quia ſic durat tranſacto actu; Dicitur ſalua illius ſubſtantia, vt excludatur ius ad vſum quo res conſumitur, vel alienatur qui tamen etiam dicitur vſus. Sed non ita proprie; Is cui eſt conceſſus vſus alicuius rei non poteſt illam alteri locare, vel gratis concedere. Ex his colligitur in Vſu parum Iuris eſſe; Vnde qui habet ius vtendi alieno fundo, V. gratia ſolum poteſt capere poma, olera, flores, & ligna ad quotidianum vſum, poteſt ambulare, & comorari in eo, ita vt non ſit moleſtus Domino fundi. Non poteſt autem neque donare, neque vendere quicquam eorum alteri; ueque locare, aut concedere ius alteri ad ea, ad quæ ipſe habet.

10 Ius vtendi poteſt ſeparare ab vſu facti; Patet, primo nam omnes Religiones concedunt Religioſis ſuis, vt vtantur veſtibus, libris, & ſimilibus, quæ ipſis conceduntur; habent que tantum in particulari vſum facti, ita vt ad nutum ſuperioris reuocari poſſit abſque vlla iniuria ſic diſponente Religioſa paupertate reſpectu cuiuſcumque Religioſi in particulari; poſſunt ergo habere omnes Religioſi vſum facti abſque Dominio, & iure vtendi; ſecundo infratribus minoribus profitentibus ad litteram Regulam ſancti Franciſci obſeruare, qui non habent Dominium aut ius vtendi rerum, quæ vſu conſumuntur iuxta ſententiam Nicolai 3. & Clemetis 5. ſummorum Pontificum, & quoad ipſos dominium ſeparatur ab vſu tam in comuni, quam in particulari, quod euenit in omnibus Religionibus quo ad ius in particulari; nulla enim poteſt aſſignari differentia; Dices in quibus ergo erit Dominium quo ad fratres minores; Reſpondetur ſi Fideles, qui res illas largiuntur intendant illud ſibi reſeruare manebit apud ipſos; ſi vero non intendant tranſit ad ſedem Apoſtolicam, & quàuis Ioannes 22. à ſe illud abdicauerit tamen alij ſummi Pontifices ſucceſſores illud admiſerunt, vt habetur in priuilegijs minorum V. Paupertas; Quod ſi aliquis Pontifex denuo abdicaret dico remanſurum in largientibus, donec vſu res accipientes incapaces illius ſunt; ſequitur remanere in dantibus, Habitatio eſt vſus domus ſiue ius ad habitandum domum, eſt vſus quidam ſpecialis; In hac habitatione etiam eſt parum Iuris, ſed magis quam in vſu, nam qui habet ius habitandi, poteſt etiam locare alteri, & aquirere prętium locationis, at is qui habet tantum vſum domus, ipſe ſolus poteſt in ea habitare cum vxore, liberis, & familia non alius, in quem ipſe tale ius transferat.

11 Vſusfructus eſt ius vtendi, & fruendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia Inſtit. de vſufructu; Dicitur, eſt ius, quia hic non loquimur de vſu actuali, quem iuriſtæ vocant vſum facti, ſed de ipſo iure vtendi, & fruendi; Dicitur ius vtendi, vt excludatur ius quod habet creditor in pignore, vel depoſitarius in depoſito; Ij enim non poſſunt vti rebus illis alias tenentur ad extimationem vſus; Dicitur fruendi, vt excludatur nudum ius vtendi, quod non extendit ſe ad eius fructus percipiendos, ſicuti ius fruendi, quo non ſolum datur poteſtas vtendi re illa, inqua conſtitutum eſt, (V. gratia Equo domo, agro vinea &c.) ſed etiam fruendi, ideſt percipiendi omnes fructus, itaut hoc ipſo, quod eos colligit, aquirat in eis plenum Dominium, ſi tamen fructuarius prius quam eos colleggerit moriatur (etiam ſi iam ſint maturi) acquiruntur Domino proprietatis, non hæredibus Fructuarij; Inſtit. de rerum diuiſ., quia quandiu adhærent fundo cenſentur vnum cum eo; Quare ſi durante ſuo iure fructuarius non colegerit fructus, manebunt Domino fundi; Fructus autem dicuntur; In grege lana, Lac, fætus; In agro fęnum ſegetes, Virgulta ſalices; & omnes arbores cæduæ, non fructiferæ, Dicitur rebus alienis, quia in re ſua non conſtituitur vſusfructus, Dicitur ſalua rerum ſubſtantia, quia Vſufructuarius debet rem integram proprietario conſeruare; Hinc obligatur ad quattuor, quorum primum eſt; ſi habet vſumfructum Gregis collectiue, quamuis poſſit frui Lacte, lana fætu tamen in locum Capitum de mortuorum, vel inutilium ſubſtituere debet alia Capita. Secundo ſi vſusfructus ſit conſtitutus in ſilua, vel vinea tenetur fructuarius loco arborum fructiferarum, vel vitium demortuarem alias ſerere, niſi vi tempeſtatis, vel ſimili caſu eſſent euerſæ, quod enim fortuitò perit abſque culpa fructuarij proprietario perit. Tertio ſi in edibus ſit conſtitutus vſusfructus tenetur ad modicam earum reparationem proprio ſumptu, vt integræ permaneant, non tamen teneatur ad magnos ſumptus, vt efficiantur meliores; Quarto tenetur ad dandam cautionem proprietario ſe beni

viri

viri arbitratu vſurum, & fruitorum rei-ipſius, eamqne reſtituturum finito tempore præſcripto.

12 Vſusfructus amittitur multis modis: Primo ſi moriatur Vſufructuarius. Secundo ſi res ipſa pereat, vt ſi domus incendio conſumpta ſit; Tertio ſi tanto tempore non vtatur Vſufructuarius, iure ſuo, quanto opus eſt, vt Dominus directus contra eum præſcribat; Hoc autem tempus eſt decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. Quarto per maximam capitis diminutionem, quæ tunc erat cum Ciuitas ſimul, & libertas amittebatur, quod fiebat tribus modis, vel caſibus. Primo per condemnationem ad metalla, vel ad beſtias, vel generaliter ad mortem, ſæpe enim condemnatio ad mortem longo tempore antecedebat executionem; Secundo quando libertas ingratitudinis in Patronum condemnabatur, ideo qui rurſus in ſeruitutem reuocabatur, Tertio; & vltimo caſu, quando ſe patiebatur vendi, vt eſſet particeps pretij, Quinto modo amittebatur uſusfructus per medium capitis diminutionem, quæ eſt cum Ciuitas amittebatur, ſed libertas retinebatur; hoc autem fiebat duobus caſibus. Primo cum aliquis portabatur ad inſulam, Secundo cum aliquis preſcribebatur interdictus aqua, & igne; Aduerte hæc debere eſſe perpetua, & cum amiſſione omnium bonorum; alioquin non inducunt mediam Capitis diminutionem; Hi omnes dicuntur mortui ciuiliter, quia teſtari non poterant, & reſpectu bonorum proinde ſe habebant ac ſi mortui fuiſſent; Eodem pertinent damnati ad Carceres perpetuos. Per profeſſionem vero quamuis profeſſus ciuiliter moriatur non redit vſusfructus ad proprietarium, ſed tranſit ad Monaſterium, ſic eſt capax ſucceſſionis; Seſto ſi vſufructuarius cedit iuri ſuo, Settimo ſi aquirat rei proprietatem, quod conſolidatio appellatur. Ottauo ſi Pater fiat hæreticus hoc ipſo amittit vſumfructum in bonis aduentijs filij, quia iſque ſtatim coaleſcit cum dominio directo, & ratio eſt, quia propter Crimen Hæreſis paternum etiam ſi adhuc occultum filius omnino exijt patria poteſtate, efficiturque ſui Iuris adeo, vt nulla alia emancipatione indigeat, vt expreſſe habetur Cap. 2. de Hæreticis in 6. ſi nulla alia eget emancipatione, ergo etiam quo ad bona ſua eſt exemptus à Iure paterno; Vnde ſequitur illum vti occulta compenſatione ſi aliter ſuo iuri conſulare nequit. Vide Leſſ. lib. 1. Cap. 3. dub. 4. & 5.

13 Seruitus apud Iuriſtas accipitur dupliciter primo pro ſubiectione, & obligatione, quæ eſt in re alterius, vt ipſa quodammodo ſeruiat alteri; Secundo pro iure quod reſpondet illi obligationi, hoc modo eſt ius fruendi, vel aliquo modo vtendi re aliena, vel aliquid circa eam impediendi, ſicque eſt quid generalius, quam vſus, & vſusfructus; omne namque ius vtendi, vel fruendi eſt ſeruitus, non tamen e contra, nam ius impediendi, ne amplius attollas murum eſt ſeruitus non tamen eſt vſus, vel vſusfructus; ſeruitus pro obligatione ſumpta, eſt obligatio realis, qua res alteri eſt triplex, Alia perſonalis, vt ea, quæ à perſona debetur Perſonæ; Alia eſt realis, vt ea, quæ à re debetur alteri rei; ſic ager meus habet ius, vt per agrum tuum poſſit iri, vel iumentum meum, ſic que Ager tuus ſeruit agro meo; Alia eſt mixta quæ à re debetur, immediate Perſonæ; hæc extinguitur cum perſona cui debetur; talis eſt, eſt in re; qua poſſumus vti, vel frui immediate; ſeruitus realis alia ruſtica, quæ debetur prædio ruſtico, alia vrbana, quæ vrbano debetur; Prædium Vrbanum in iure vocatur omne habitaculum etiam ſi in villa ſit, & hortus annexus Cauſa amęnitatis; Ruſticum, quod vis aliud, vt ſtabulum, horreum, ager. Seruitutes igitur Vrbanæ ſunt V. gratia, vt edes tuæ non poſſint attolli altius, ne officiant vicini luminibus, vt in tuum parietem poſſit immitti lignum à vicino, & ſimilia; ſeruitutes ruſticæ V. gratia, vt liceat

X 2 tibi

tibi per fundum alterius ire in ſuum agrum, vel iumentum ducere, aut aquam deriuare, & ſimilia.

14 Poſſeſſio duplex eſt facti, & iuris; poſſeſſio facti eſt detentio rei corporis, & Animi, & iuris adminiculo; Dicitur dettentio rei ideſt apprehenſio rei, nomine, rei veniunt non ſolum res corporales, vt ager, vinea, domus &c. Sed etiam incorporreæ, vt cenſus beneficium ſeruitus &c. quæ dicuntur poſſideri; Dicitur corporis adminiculo ideſt pedibus, oculis, vel manibus, aut ſimili modo in ſe, vel in alio in quo cenſeatur contineri, Dicitur Animi adminiculo quia debet eam apprehendere animo poſſiſidendi; Vnde depoſitarius non dicitur poſſidere depoſitum, quia non detinet illud animo retinendi ſibi; Dicitur Iuris adminiculo; quia detentio contra ius non eſt vera, & legitima poſſeſſio, ad excludendam detentionem rei alienæ inuito Domino contra quam ius Ciuile, vel Eccleſiaſticum reclamat; Poſſeſſio iuris eſt ius inſiſtendi alicui tanquam ſuæ non prohibitę poſſideri, Dicitur ius, vt excludatur poſſeſſio facti, Dicitur; inſiſtendi rei, quia hoc ius in eo ſitum eſt, quod Poſſeſſor poſſit rem pacifice tenere, & iuris, & armorum remedijs tueri aduerſus perturbantes, Dicitur inſiſtendi rei tanquam ſuæ; quia ſi quis inſiſtat nomine alterius, vt tutor nomine Pupilli non poſſidet res Pupilli; Dicitur, non prohibitæ poſſideri; ſic detentio rei ſacræ, quæ fit à Laico non dicitur iuridica, & legitima poſſeſſio bonæ fidei præſcribit, ſi adſint alia requiſita, In dubijs poſt adhibitam diligentiam pro veritate inuenienda melior eſt conditio poſſidentis; In iudicio parit præſumptionem dominij, Vnde Poſſeſſor non debet probare rem eſſe ſuam, ſed alter, qui eam repetit, qui niſi id ſatis probet nihil obtinebit; Poſſeſſor expulſus poteſt armis ſuam poſſeſſionem repetere modo fiat confeſtim, & non ex interuallo; Dicitur autem fieri confeſtim, vel ex continenti quod fit quam primum comode fieri poteſt ſpectata rei difficultate, & Cæteris circunſtantijs; Vide Leſſ. lib. 2. Cap. 3. dub. 9. &c.

15 Ad aquirendum dominium regulariter duo requiruntur Titulus, & traditio Couar. lib. 2. Variarum Cap. 19. Titulus eſt id, in quo totum ius primitus fundatur, vt emptio, donatio, ſucceſſio hæreditaria &c. per hæc tamen nundum habetur dominium aut ius iure, ſed ſolum, ad rem niſi accedat quædam traditio, quæ eſt veluti conditio neceſſaria, vt ex vi prioris emptionis, vel donationis reſultet dominium; Porro titulus duplex eſt verus, & preſumptus; Titulus verus eſt, quando eſt vera radix dominij; vt quia quis vere emit rem ab alio cuius vere erat; Titulus præſumptus, cum preſumitur vera radix cum tamen non eſt vera, vt dominium ſub bona fide, vt cum quis emit bona fide rem aliquam, quæ alterius erat, qui ergo bona fide eam poſſidet dicitur poſſidere illam titulo non vero, ſed præſumpto, vel colorato; Item ius duplex eſt ius ad rem, & ius in re; Ius ad rem dicitur, quod conuenit per verum contractum ante traditionem; Item per electionem, poſtulationem, & præſentationem ab beneficium ante acceptationem.

16 Ius in re dicitur, quod tribuit actionem realem, ſeu quod rem obligatam habet; tale eſt ius, quod habetur per contractus ſecuta rei traditione, & per collationem beneficij ſecuta acceptatione; & alia ſimilia; Dictum eſt quod regulariter ad dominium aquirendum requiratur traditio, quia in aliquibus non eſt neceſſaria, primo in beneficijs, in quibus aquiritur ius in re, & quaſi dominium per collationem, & acceptationem Cap. ſi tibi abſenti de Prebendis in 6. Secundò in Hæreditate ſiue per teſtamentum, ſiue ab inteſtato; vbi ſufficit, vt hæreditas adeatur L. cum Hæredes ff. de aquirenda, vel amitt. poſſ. 3. in legato, vbi ſtatim quo hæres acceptat hæreditatem efficitur eius Dominus ex L. à Titio

ff. de

ff. de furtis; Quarto quando aliquid donatur, venditur aut relinquitur Ciuitatibus Eccleſijs, aut alijs pijs locis, aut in redemptionem Captiuorum L. vltima Cod. de Sacroſanctis Eccleſ. Quinto ſi Princeps cum aliquo, vel donet, vt intendat transferre dominium erit translatum abſque alia traditione; Titulus, ſeu Cauſa *Dominij cuiuslibet in actus ſuos liberos tam elicitos quam imperatos* eſt *ius naturæ*, ſeu poteſtas dominatiua ſibi à Deo indita iuxta illud Eccleſiaſtici 15, 14. Deus ab initio conſtituit hominem; & reliquit eum in manu conſilij ſua, quo iure, & poteſtate, potiſſimum vſus eſt in ſtatu innocentiæ, in quo omnia non ſolum, quæ illi intrinſeca erant, ſed etiam extrinſeca ſub eius plena erant poteſtate, nec dominia rerum erant, nec fuiſſent diſtincta; Sed omnia erant, & fuiſſent comũnia; ita Scotus in 4. diſt. 15. q. 2.

17 Quod mutatum eſt quantum ad extrinſeca, & rationabiliter diuiſa ſunt rerum dominia poſt lapſum nam Gen. 13. V. 2. dicitur Abraham erat diues valde in *poſſeſſione* auri, & argenti, & paulo poſt V. 5. dicitur, ſed, & Lot, qui erat cum Abram fuerunt greges omnium, & tabernacula &c. Ecce homines Sancti habentes dominia diuitiarum, & quidem rationabiliter, alias non fuiſſet pacifica habitatio; Ideo Ariſt. 2. Politic. docet non debere, eſſe omniam comunia; Dominiorum diuiſio non eſt inducta principaliter, & per ſe per legem naturalem, neque Diuinam, ſed per legem humanam, & Gentium Deo permittente, & approbante eſt comunis cum Scoto loco citato; Probatur ex Cap. Dilectiſſi nis 12. q. 1. vbi dicitur; per naturam omnia eſſe comunia; vt per hominum iniquitatem factas eſſe dominiorum diuiſiones; Hæc materia eſt à iuriſtis exactiſſi ne agitata, ad quos plura remittentes, nos tantum aliqua opportuna ad declarandam iuſtitiæ commutatiuæ obiectum attingemus omnes ergo titulos, ſeu Cauſas, quibus poteſt homo dominium alicuius rei primo aquirere declarabimus; Eiuſmodi autem Cauſæ aquirendi Dominium dici ſolent; ſumpta methaphora à modo, quo Imperatorum tempore Fiſcus aquirebat rerum dominia per confiſcationem; ſic enim fiebat ſuper domo, vel predio confiſcato appropriato apponebatur velum quoddam cum Imperatorijs Imagine, quod dicebatur Titulus, Inde tituli Eccleſiarum Romæ, quia in eis apponi cæperunt Imagines Crucis, per quas Deo ſacrabantur Baron. tom. 1. anno 112. Hac ergo vtentes ſimilitudine Iuriſtæ ac Theologi titulum appellant omnem Cauſam, qua quis poteſt dominium in rem aliquam adipiſci.

18 Primus titulus aquirendi dominium rerum fuit prima earum occupatio, quando ſub nullius ditionem ſunt, & hoc iure gentium, & poſtea poſitiuo humano ſtatutum eſt; Hoc probat progreſſus humanæ generationis à Noe, & filijs eius que ad hanc diem approbante Deo, & Legibus humanis Eccleſiaſticis, & Ciuilibus, Cap. ius naturale diſt. 1. & Inſtit. de rerum diuiſione §. ferè in quo omnes iuriſtæ docent bona, quæ nullius ſunt fiunt primo occupantis. Secundus titulus ſunt contractus humani, quibus homines dominia rerum aquirunt, & transferunt inter ſe ex Scoto, & comuniter ipſa experientia docente; Tertius titulus eſt vſucapio; Pro cuius intelligentia nota primo, quod vſucapio eſt aquiſitio dominij per continuationem temporis in poſſeſſione lege definiti, & determinati ff. de Vſucapione, non habet locum in rebus immobilibus, & vltra hoc requirit, vt ſit bona fides, iuſtus titulus Saltem præſumptus, vel coloratus; continua poſſeſſio per triennium, quod res ſit mobilis, & quod res tradatur, vel quaſi tradatur; Nota ſecundo, quod tituli vſu Capionis ſunt decem de quibus vide apud iuriſtas; primus eſt pro ſoluto quando quis credit, ei quæ dat, iſte autem credit totidem ſibi deberi, eſto in re aliter ſit, ſed neuter id ſcit certo. Secundum pro emptore, quando V. gratia quis

quis emit rem à Furioſo quem credebat ſanæ mentis, quem cum bona fide credebat eſſe idoneum, & habilem ad contrahendum. Tertius pro tranſacto quando ſcilicet traditur res, vt a lite recedat ille, qui credebatur Dominus; Quartus pro Hærede, quando ſcilicet eſt iuſtus hæres ſaltem probabiliter ſic exiſtimatus, ſermo eſt de hærede non extraneo; Quintus pro donato eſt que vera donatio. Sextus pro derelicto, quando quis poſſidet rem, quam putauit derelictam, immò neſcit à quo ſit derelicta; Septimus pro Legato, quando bona fide alicui legatur res aliena; Octauus pro dote quando ſcilicet bona fide datur alicui prodote res aliena. Nonus Pro ſuo dum quis bona fide credit aliquam rem eſſe ſuam; Decimus pro iudicato. Quando res ſcilicet per ſententiam, à quà per ſpatium decem dierum eſt adiudicata alicui, quia intra illud tempus non fuit appellatum, tunc enim tranſit in rem iudicatam.

19 Quartus titulus dominij eſt præſcriptio, quæ eſt aquiſitio rei immobilis per detentionem ipſius certo tempore à lege determinato; Differt ab vſucapione, quia hæc reſpicit rem mobilem, & poſſeſſionem continuam triennalem; perſcriptio vero rem immobilem, & poſſeſſionem longiorem nempe in rebus ſecularibus 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes; In rebus Eccleſiæ Romanæ 100. annorum; In rebus ordinis ſancti Benedicti, & omnium Religioſorum 60. annorum, requiritur in ſuperbo nam fides; quod ſcilicet præſcribens credat rem eſſe ſuam, & iuſtum habere titulum; Quintus Titulus eſt ſententia forenſis in re litigioſa; vel etiam pacifica laſa per legitimum Iudicem in re litigioſa quidem quia, vel iure naturæ, vel gentium, vel poſitiuo, vel ex omnibus introductam; eſt ab initio mundi, vt ſuperiores, & Iudices deciderent lites omnes hominum omnium tam circa obſequia, ſatisfactiones, & iniurias, quam circa temporalia bona; Sextus eſt bellum iuſtum contra ſententiam Manicheorum, & Lutheranorum, & aliorum Hæreticorum negantium dari bellum iuſtum, contra quos ſunt tot bella conuincentia; quemlibet obſtinatum ad concedendum iuſtum bellum, in quo capta de iure gentium fiunt capientium, ſeptimus eſt donatio pure liberalis ſuppoſito quod donans, & donatarius ſint capaces ad donandum, & recipiendam donationem; Immo etiam donatio ex turpi motiuo aut opere eſt iuſtus titulus in donatario, immortalis donatio non eſt liberalis, ſed ex iuſtitia oneroſa; Octauus titulus eſt Legatum teſtatoris iuxta Caput Rainaldus de teſtamentis; Dominuium enim Legatæ rei recta via ipſo iure tranſit in legatarium, poſtquam adita eſt hæreditas, & tunc Legatarius habet ius, petendi, & exigendi legatum ab Hærede poſtquam adiuit hæreditatem.

20 Omnia terrena, & omnia animantia cadere poſſunt, ſub dominium hominis iuxta illud Gen. 1. dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram; Homines etiam cadere poſſunt ſub dominium aliorum hominum, & hoc poſt peccatum iuxta illud. Pſalmi 65. impoſuiſti homines ſuper Capita noſtra, vbi interlinearis ait patimur ſuperiores; Hæc ſeruitus non reprobatur in nouo teſtamento, & dominium ſupra ſeruos ad Epheſ. 6. 5. Serui obedite Dominus Carnalibus, immo ne dum iure Ciuili; ſed etiam Iure Canonico approbatur, & quamuis ſic approbetur à iure Canonico huiuſmodi ſeruitus tamen ſolo iure gentium, & humano inducta eſt, Cap. ius gentium diſt. 1. hoc tamen fuit in penam peccati; Hinc D. Auguſtinus ſubtiliter ponderat, quod ante quam Hoc malediceret Cham, & in penam indecentis curioſitatis in aſpiciendo virilia Patris damnaret eius deſcendentes in ſeruitutem Sem, & Iaphet, Maledictus Canaam ſeruus ſeuorum erit fratribus ſuis; Nunquam per duo annorum millia fuerat auditum hoc nomen ſerui, neque enim legitur in ſcriptura, ergo poſt peccatum per-

permiſſum eſt dominium in homines, vt ſeruos. Fama propria eſt ſubdominio cuiuslibet Perſonæ Scotus in 4. diſt. 21. q. 2. cum comuni, quam tamen quilibet custodire debet, nam datur præceptum Diuinum de non infamando proximum, ergo, & de non infamando ſe, quoniam inquit D. Auguſtinus lib. 1. de Ciuit. Dei Cap. 17. Regulam diligendi proximum à ſe ipſo Dilector accepit dicens diliges proximum tuum ſicut te ipſum ergo Charitas propria eſt prima, deinde menſurat Charitatem proximi.

21 Si ſermo ſit de dominio rigoroſe nullus homo licite habet dominium in ſuam vitam, Animam, corpus, & membra, quo ad eorum, vel alicuius eorum ſubſtantiam, alias poſſet licite ſe occidere, & mutilare; quod eſt falſum, & impium; ſi vero ſermo ſit de dominio abſque poteſtate deſtruendi homo habet verum dominium vitæ, Animæ, corporis, ac membrorum; quia omnia prefata ita ſunt propria cuiuslibet, vt à nemine poſſint auferri, aut diminui ſine iniuria; Quilibet tamen poteſt ſe tradere alteri in obſequium, & ſeruitutem; Inſuper homo poteſt locare, donare, ac vendere opera prædictorum omnium, & de facto locat, vt famuli, & operari, & hæc, vel in perpetuum, vel ad tempus determinatum; & Coniugati quoad opera Matrimonij, in quibus inuicem ſui corporis poteſtatem tradunt ergo de illis non eſt dubium; Multi ſancti ſeipſos occiderunt multi pariter ſe mutilauerunt ob malum aliquod morale fugiendum, id autem non propria voluntate, ſed ex Diuino inſtinctu perierunt; D. Attanaſius in Apolog. refert multas ſanctas Virgines, dum Arij Hæreſis graſſaretur, & in eas ſectarij ſeuirent, in puteos ſe ipſas præcipitaſſe, & D. Griſoſtomus hom. de Sancta Pelagia. narrat nonnullas Sacras Virgines, vt pudicitiam ſibi ſeruarent, & perſecutorum rabiem declinarent laqueis, & gladijs ſe necauerunt; Extra hunc caſum Diuinæ iuſſionis nulli licet in nullo prorſus caſu ſe occidere, vel ſe mutilare etiam ob quoduis incomodum fugiendum nam de non occidendo adeſt præceptum Dei negatiuum, quod obligat ad ſemper; & pro ſemper, ſed tale præceptum reſpicit ſe magis quam alios, quia recta, & ordinata Charitas incipit à ſe ipſo.

22 Obiectum materiale remotum commutatiuæ iuſtitiæ. Sunt res ipſe, in quibus reperitur dominium iuxta dicta; Obiectum vero materiale proximum eiuſdem iuſtitiæ in commercijs ſpontaneis, & voluntarijs ſunt actus liberi perſonæ rationalis, quibus dominia, ſeu iura in ſuas res conſeruantur illæſa, & ad alios transferuntur; Obiectum formale eiuſdem iuſtitiæ commutatiuæ, eſt æqualitas rei Iuri, ac domino alterius commenſurata ſecundum proportionem aritmeticam; Pro quo nota quod æqualitas eſt duplex, altera rei ad rem, vt pretij ad merces rei reddendæ ſublatæ, vel peremptæ, quæ æqualitas dicitur eſſe ſecundum proportionem arithmeticam altera proportionis ad proportionem, vt cum eſt æqualitas inter proportionem rerum, quæ diſtribuuntur, & præmia, ſecundum quæ diſtribuuntur, quæ æqualitas dicitur eſſe ſecundum proportionem geometricam, eſt que obiectum formale iuſtitiæ diſtributiuæ de qua infra; Commercia inuoluntaria quæcumquæ ſunt quatenus talia neque ex parte agentis, neque ex parte paſſi ſunt obiectum formale, aut materiale iuſtitiæ commutatiua, nam ex parte vtriuſque reſpiciunt inequalitatem iuris, ac dominij, ergo ſunt potius obiectum formale, ac materiale vitij iniuſtitiæ, quia ſunt actiones, per quas tollitur æqualitas, & ponitur inæqualitas; vt furari rem alienam inuito Domino; occidere &c. Ideo iſta commercia inuoluntaria dicenda ſunt occaſiones, ſeu materiæ ob quas compenſandas exercenda eſt hæc iuſtitia commutatiua, cuius actus proprius eſt tollere inæqualitatem, vt dictum eſt; cui in hac re ſubſeruit vindicatiua, & penam applicat.

23 Plura de iuſtitia commutatiua, de contractibus reſtitutione, & alijs annexis, & atti-

& attinentibus in morali exacte diſcutiuntur; Ideo hic tantum prælibanda ſunt prout occaſionem miniſtrabunt; In primis Doctor ſubtilis in 4. diſt. 26. qu. 1. docet ex Vlpiano l. 2. ff. de Verb. ſignif. contractum eſſe duorum conſenſum vltro, citroque obligantem, dici autem contractum quaſi duarum voluntatum ad eundem finem tractum, nuda pacta non ſunt proprie contractus; Contractus eſt actus humanus, ideo requiſita debet habere, quæ requiruntur ad actum humanum, & vltra, quod ſit promiſſorius expreſſius aliquo ſigno ſenſibili, vt obligatio ſit Ciuilis modo humano; ſicque factus à legitimis contrahentibus parit obligationem in vtroque foro externo Ciuili, & Eccleſiaſtico, ad differentiam pacti nudi, quod non obligat in foro Ciuili, quia illi non aſſiſtit, nec dat actionem, ne lites multiplicentur; Nihilominus pactum nudum, vltra obligationem naturalem, quam parit in foro conſcientiæ, cui aſſiſtit ius canonicum habet alios effectus, quorum primus eſt vt pariat exceptionem, ſecundus eſt, vt impediat ſoluti repetitionem. Tertius vt tribuat ius compenſandi in foro conſcientiæ. Quartus, vt accedat fideiuſſor efficaciter obligetur. Quintus, vt poſſit retineri pignus; quæ omnia ſatis in iure nota ſunt; Actio, quam dat contractus perfectus, in foro externo eſt ius proſequendi aliquid in Iudicio, quod ſibi debetur; Vel actio eſt ius Ciuile, vel prætorium, quo debitum à te exigere poſſum, vel petere rem meam mihi reſtitui; Actio hæc duplex eſt, alia realiſque datur in rem aliquam, aut noſtram, aut nobis obligatam, vt habet quis ad veſtem ſibi furatam recuperandam; Altera perſonalis, quæ ſcilicet datur contra Perſonam nobis obligatam, talis eſt, quam habet quis ad recuperandum ius ad rem quod dat actionem contra Perſonam.

24 Quattuor modis perficitur contractus conſenſu, Verbis, ſcriptura, & reipſa primo modo conſenſu mutuo, & expreſſo aliquo ſigno externo ſenſibili, ſic emptio, venditio, locatio, conductio ſocietas, & mandatum, qui poſſunt fieri inter abſentes per Epiſtolas; Secundo modo Verbis; hoc eſt certa forma Verborum, ſic fit ſtipulatio, hoc eſt, contractus quò interrogat vna pars, promittis hoc, vel illud mihi daturum, vel facturum, & altera reſpondit promitto contrahitur obligatio; tertio modo ſcriptura, quia iure Ciuili aut Canonico proforma, & validitate requiritur ſcriptura, vt in Emphiteuſi Eccleſiaſtica. Quarto modo reipſa, hoc eſt traditione rei; ita perficitur donatio, mutuum, comodatum, depoſitum pignus, &c. Contractus primo diuiditur in oneroſum, in quo onus viciſſim imponitur, & interuenit recompenſatio, vt emptio uenditio, locatio, ſocietas, & lucratiuum, ſiue gratuitum, in quo nullum internenit pretium, aut merces, ſed mera liberalitas, vt donatio, mutuum comodatum, pręcarium, ſecundo Contractus diuiditur in obligatorium in vtroque fiero, quando ſcilicet ei aſſiſtit lex humana, & ſufficienter poteſt probari, & obligatorium tantum in conſcientia, ſic ſunt contractus imperfecti, qui alias uacantur pacta nuda, ut in antecedenti numero dictum eſt; tertio diuiditur contractus in nominatum, & innominatum; nominatus ille dicitur qui nomine generali pactionis, aut contractus non eſt contentus, ſed requirit proprium, & ſpecificum nomen, ut emptio uenditio &c. Contractus uero innominatus, qui proprio, & ſpecifico nomine contractus caret, & tales ſunt quattuor in genere ſcilicet do, ut des, do ut facias facio, ut facias facio, ut des, qui etiam dicuntur radices contractuum oneroſorum; Quarto diuiditur contractus in contractum qui fit in bonum dantis ſolius, ut depoſitum, & mandatum, & in contractum, qui fit in bonum ſolius recipientis, vt donatio, mutuum, & comodatum, & in contractum, qui fit in bonum utriuſque, ut emptio, uenditio &c.

25 Quinto diuiditur contractus in translatiuum dominiorum, ut uenditio emptio, mutuum donatio cambium &c. & in non translatiuum Dominij, ut locatio

Emphi-

Emphiteuſis feudum, vſusfructus &c. Sexto diuiditur in abſolutum, & condicionatum, in quo apponitur aliqua condicio adimplenda, & non ſortitur effectum niſi adimpleta condicione quamuis condiciones validæ non ſint, vel non habeantur pro appoſitis, quæ ſunt contra naturam contractus. Septimo diuiditur contractus *in contractum bonæ fidei*, & dicitur *ille, in quo procedimus*, ſecundum quandam æquitatem, & iuſtitiam beniginiorem, & inquo alter contrahentium tenetur alteri ad arbitrium boni viri hoc eſt, Iudicis de eo quod ex æquo, & beno præſtandum, vel reſtituendum eſt; & in contractum ſtricti Iuris, in quo ſcilicet Iudicis arbitrium non tantum poteſt, ſed iuxta id, quod conuentum eſt tenetur iudicare; bonæ fidei ſunt emptio, venditio, locatio, & conductio, negotia geſta, mandatum, depoſitum, commodatum pignus; ſtricti Iuris ſunt mutuum ſtipulatio, donatio, feudum; ſed notandum hoc loco bonam fidem non accipi, ſicut eum accipitur de Poſſeſſore bonæ, & malæ fidei, ſed accipi prout opponitur iuri rigoroſo, & prout ſignificat æquitatem quandam, & benigniorem interpretationem; Hæc ſatis pro noſtro inſtituto, quod eſt inquirere regulas iuſtitiæ commutatiuæ per æqualitatem rei ad rem, non autem diſingulis eiuſmodi contractuum iuſtitijs agere, ſed remittimus ad Theologos morales.

16 Rerum pretia iuſta breuiter, ſed diſtincte, atque exacte negotiorum locationum &c. naturam in genere decernit Doctor ſubtilis in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. attentis rerum penuria, difficultatibus, impenſis, periculis, quæ contingere ſolent in rerum aduectione; & cuſtodia; Ex cuius doctrina dicitur primo; In ijs, quæ iuxta locorum conſuetudinem venduntur pretio à communitate impoſito iuſtum eſſe quod Comunitas impoſuit; In omnibus enim ferè Ciuitatibus bene ordinatis pretia rerum ad vitam humanam neceſſariarum à comunitate imponuntur, & ſeruantur; Ergo illa iuſta ſunt; In qua re Comunitas, quantum poſſibile, debitam iuſtitiam ſeruare debet, & attendere rerum penuriam, ad vehendi difficultatem impenſas, & pericula in ſimilibus negotijs contingere ſolita; Hac regula vtuntur omnes ferè nationes in pretijs ſtatuendis, quod videtur naturæ conſonum, cum nequeat alia aſſignari iuſta mercandi regula, & tamen negociatio meritum eſt de iure gentium, & à nemine improbata tanquam iniuſta; qua regula etiam priuatus Mercator, in apponendo mercibus pretio. (ſi in hoc facto a comunitate non dependet, ſed ex ſe debet imponere, vti debet; Non eſt igitur bona regula dicere, aliquis indiget mea re ideo augere poſſum pretium; quod enim aliquis indiget mea re, hæc non euadit mihi pretioſior; Nam ex hoc inferretur iniuſte pretia augere poſſe adlibitum eos qui merces alicuius de longinquo venientis omnes ſimulemunt, & poſtea immediate; incipiunt carius vendere eo, quod res illæ apud alios non inueniantur, nullo enim fundamento ſe poſſunt tueri; ſed id tantum addere poſſunt, quod pro talium rerum conſeruatione, induſtria, labore, atque expenſis, honeſtaque ſubſtentatione iudicabitur rationabile, quod ſi hac menſura non ſint contenti ait Scotus exterminandi ſunt à Republica.

17 Qui in venditione, & locatione rei, damnificatur, poteſt rei pretium augere iuſte ad proportionem damni, eſt Scoti quia nemo tenetur damnum pati pro alterius comodo ergo poteſt illud compenſare in venditione, vel locatione; V. gratia compellitur quis locare propriam habitationem ſibi comodam, & aliam conducere ſibi incomodam poteſt in tali locatione tantum augere de pretio quantum ſufficit ad ſeruandum ſe indemnen; Hac ſola regula poſſunt ſe ab iniuſtitia tueri Campſores, mutuantes, Cuſtodes, & alij, qui pretium aliquod exigunt modo maius, modo minus; Hoc motiuum lucri ceſſantis, & damni emergentis, laboris, & periculi. Secundum omnes Canoniſtas liberat di-

ctos negotiantes à labe vſuræ; Prætium rerum, quæ non ad victum humanum, ſed ad ornatum, pompam, & luxum inſeruiunt, aliquando accipit iuſtitiam ex labore, induſtria ac periculis aquirendi, & conſeruandi, quia labor pericula &c. Sunt pretio æſtimabilia; vt V. gratia in prouiſione peregrinarum gemmarum, Auium, Equorum, Elephantum, Leonum &c. Aliquando accipit iuſtitiam à pacto, ſeu conuentione permutantium; nam aliquando peregrina quædam penes aliquem reperiuntur ſuntque ei Cariſſima, vt gemmæ, vel ſimilia, quæ abſque labore, & induſtria ſunt aquiſita, ſed vel empta, vel dono, aut legato obtenta; Hæc comuni ęſtimationi non ſubiacent, & proinde pretij æquitas, ſeu iuſtitia ex conuentione commutantium deſumenda eſt; In his enim affectus ad rem potius, quam res videtur æſtimari; neque vlli fit iniuria, ſi pretium augeatur. nam res illæ non ſunt mercimonio expoſitæ, ſed magna cum cautela, amore cuſtoditæ.

28 Dices, interdum comunitas ex odio Mercatorum, vel impudentia imponit pretia intra ſumman correſpondentem labori Induſtriæ, & eſpenſis; Interdum vero ex amore Mercatorum, & forte ex priuato lucro ab eis accepto imponit pretia ſupra menſuram ijs circumſtantijs corriſpondentem ergo Regula æſtimationis comunitatis non eſt ſufficiens ad ſtatuendam pretiorum iuſtitiam; Reſpondetur nos loqui de iuſtitia pretij pro foro externo, quo ſtandum eſt æſtimationi Ciuitatis, vel comunitatis quæ ſupponitur regulari dicta regula adhibito conſilio peritorum, ſi autem ex odio, vel amore pretia ſumma, & infima imponunt, Mercator in foro conſcientiæ poteſt accipere ſupra appoſitum ſi minus ſit, & conferendo labores induſtriam, & pericula, aliaque eiuſmodi proportionatum recipere; ſi autem imponatur maius ad eorum fauorem facta comparatione ad prædicta non poſſunt Mercatores in conſcientia illud accipere, quamuis ementes ex neceſſitate illud ſoluant; In hoc enim caſu aliquo modo ſimiles ſunt vſurarijs, licet enim, qui emunt, & accipiunt ad vſuram ex neceſſitate magna, vel quia aliter non poſſunt habere, excuſentur, quia ad vſuram purè materialiter concurrunt; Qui tamen dant vltra peccatum, quod committunt tenentur reſtituere vltra iuſtum acceptum; ex hac doctrina elicitur quam tirranice nedum iniuſtè tractant aliqui pauperes opreſſos indigentia, & neceſſitate viuendi, tempore penuriæ alimoniæ, qui videntes eos neceſſitate extrema ad ſua granaria, & horrea recurrere debere eos cogunt emere non ſolum cum pretio impoſito a communitate, ſed etiam cum à ſe addito.

29 Iuſtitiæ commutatiuæ actus eſt ęqualitatem facere, & conuerſare, vnde ſicut pluribus modis violatur ius alterius ſcilicet in bonis fortunæ, famæ, & uitæ, ſeu corporis, ac etiam Animæ, ita totidem modis conſurgit obligario reſarciendi ius violatum, & reſtituendi, quod ablatum eſt; nam non remittitur peccatum niſi reſtituatur male ablatum etiam ſi non cogatur à iudice eſt de fide, & principium naturale dictat, quod tibi vis fieri alteri ne feceris; Hæc reſtitutio dupliciter fit primo per ſententiam Iudicis æquantis omnia damna per iuſtitiam vindicatiuam de qua Iuriſtæ plura; Secundo voluntarie, in foro conſcientiæ, de qua egregie per extenſum agunt Theologi morales, Nos hic obiter dicamus pluribus modis, vel cauſis poteſt quis obligari ad reſtitutionem, ſicuti res aliena illicite multipliciter poteſt peruenire ad manum, ſeu poteſtatem alicuius, primo per vim contra voluntatem Domini, Secundo cum voluntate Domini, & hoc multis modis, vel enim danti, & accipienti eſt prohibitum, vel danti tantum dare, aut accipienti recipere 3. ſi per vim, & metum habuit 4. ſi per errorem perſonæ donantis, vel rei donatæ, 5. non quia aliquid eſt acceptum, ſed quia aliquod

quod damnum eſt alteri illatum; & hoc multiplicìter, 1. quia ex iuſtitia tenebatur impedire, 2. quia res alterius detenta erat fructifera, 3. quia ingerendis alienis negotijs fuit negligens, 4. quia per Animalia alterius bona ſunt læſa, 5. aliud præcipuum obligationis caput eſt turpe lucrum, & turpe lucri alieni impedimentum; de quibus alibi.

30 Iuſtitiam commutatiuam ſequitur diſtributiua quæ inclinat ad diſtribuenda bona comunitatis, cuique ſecundum proportionem geometricã dignitatis, gradus, ac muneris; ſine hac iuſtitia non poteſt Ciuitas, & Reſpublica, nec de nouo fundari, nec fundata conſeruari alias ſequeretur id, quod dicitur Eccleſiaſtici 10. 5. eſt malum quod vidi ſub ſole quaſi per errorem egrediens à facie Principis poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum; Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos; Hæc iuſtitia diſtributiua differt à commutatiua per obiectum materiale, & formale, quia illa reſpicit bona comunitatis diuiſibilia Perſonis illius pro eorum iure iuxta proportionem geometricam; Comutatiua vero bona propria iuxta proportionem arithmeticam; Præmiatiua iuſtitia non pertinet ad diſtributiuam, ſed ad commutatiuam, quia iuſtitia, quæ ſeruatur in præmiatione dat merenti proprium ac ſuum, cuius eſt Dominus ratione laboris ex L. *meorum ff. de Verb. ſignif.* at diſtributiua *non dat proprium*, ſed comunitatis bona inter ſocios ac ciues diſtribuenda; obiectum materiale remotum iuſtitiæ diſtributiuæ primo ſunt bona fortunæ, ſiue pecunia, ſiue agri, aliaque ſimilia communia Reipublicæ pluribus diſtribuenda, ſecundo ſunt officia, ſeu Magiſtratus, qui in Ciuitate, Republica, Monarchia ſiue Regno conferunt, & honores vocantur; obiectum materiale proximum iuſtitiæ diſtributiuæ ſunt ipſorum met bonorum, ac honorum comunitatis diſpenſationes per actum liberum, ſeu complexum ex bonis illis comunitatis, & actu diſpenſatiuo; Ad idem obiectum pertinent etiam bona Eccleſiaſtica tam mobilia, quam immobilia diuiſibilia eodem modo ſecundum diuerſitatem temporum, Item officia, dignitates, Prælaturæ infra Papatum; Idem dic de bonis comunibus; & officijs Religionum, ad idem pertinent onera, ſeu grauamina Ciuium.

31 Obiectum formale iuſtitiæ diſtributiuæ eſt iuſtum, ſeu æquale ſecundum proportionem geometricam Scotus in 4. diſt. 46. q. 1. In iuſtitia diſtributiua plura attendenda ſunt, primum eſt libertas Ciuilis, vt prædicta non dentur niſi liberis, nam ſeruus eſt vilis Perſona, hic igitur de ſeruitute legali, ſecundum eſt nobilitas cæteris paribus non innata ſola, ſed cumulata virtutibus; Moyſes enim ex Dei inſpiratione populum regens per 70. viros non pure nobiles elegit, ſed de omni plebe nobiliores quidem, eiſque gradus contulit, ſed ſapientes iuſtos veraces, non auaros, & probatæ conuerſationis. Tertium Non opulentia, ſed virtuoſa paupertas, eſſet nimis longum texere ſeriem virtuoſorum pauperum qui relictis opulentibus vocati ſunt ad regendum Rempublicam tam ſæcularem, quam Eccleſiaſticam; Quartum cæteris paribus Indigenæ cæteris præferendi ſunt; dictum eſt Cæteris paribus, nam ſæpe expedit exteros, & peregrinos aduocare; patet In Sede Apoſtolica in qua plures ſederunt, qui excelluerunt virtutibus, & meritis eximijs, & plures, qui tradiderunt Animam ſuam pro ouibus ſuis, & tandem in certaminibus profidei defenſione Martyrij gloria coronati ſunt; Virtus in iuſtitia diſtributiua principaliter attẽdenda eſt Virtus in quam primo Theologica, deinde moralis, quarum cum ſit proprium perficere habentem, & opus eius bonum reddere, bonam etiam adminiſtrationem Reipublicæ pariter reddent comitante ſapientia eximia peritiaque in muneribus exercendis, Diſtribuens bona comunitatis, ſi quem defraudat non dando ei, quod ex dignitate deberetur, ſiue pro ſe illud retineat, ſiue altero minus digno tribuat

tenetur ad reſtitutionem, eſt comunis.

De Bonitate morali Humanorum Actuum in particulari prouueniente à Virtute morali Fortitudinis. Art. 5.

1 HIc non eſt ſermo de illa fortitudine, quæ dicitur robur virium ad exercendum motus aliquos difficiles circa grauia, & inſiſtentia, & hoc tam in agente corporali, quam ſpirituali, quæ eſt naturalis, qualitas de ſecunda ſpecie, ſed ex ſermo de fortitudine, quæ ſignificat validitatem virium ſiue corporalium, ſiue ſpiritualium ad aliquid difficile agendum, vel patiendum; Fortitudo Animi firmans hominem ad aggrediendum impauide ardua, & ad toleranda patienter terribilia, & dolorifera eſt virtus; nam eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens; & eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, & eſt, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit; Hæ ſunt definitiones deſcriptiuæ virtutis ergo eſt virtus; & quidem moralis, eſt enim virtus non Intellectualis, ſed appetitiua, fundata in iraſcibili ad mores, ſeu actus humanes inclinans honeſtos, & influens ſeruat mediocritatem in timendo, & audendo ergo eſt virtus moralis, eſt etiam habitiſalis, quia aquiritur more, & aſſuetudine, ſicuti, & alij habitus; ex quibus poteſt formari vna expreſſiua fortitudinis definitio ſic. Fortitudo eſt qualitas inclinans, & iuuans ad ardua, & periculoſa aggredienda, & ad dolorifera, terribilia, & triſtia iam in exiſtentia toleranda.

2 Ad hanc virtutem hortabatur Ieſus Chriſtus Apoſtolos dicens Matt. 10. ecce ego mittouos ſicut oues in medio Luporum, cauete autem ab hominibus tradent enim vos in Conſilijs &c. ecce proponit ardua, & difficilia; Licet fortitudo quædam ſit generalis, & quædam ſpecialis; nomen tamen hoc genericum impoſitum eſt ad ſignificandum promptitudinem, & validitatem animi ad aggredienda difficilia, & pericula etiam grauia, vel ad ſuſtinendum mala quælibet accidentia, ſiue ab extrinſeco, vnde ſic idem importat quod ſpecialis virtus fortitudinis, vt in progreſſu magis patebit; Doctor ſubtilis in 3. d. 34. q. vnica, & 36. q. vnica cum Ariſt. & comuni docet mediocritatem fortitudinis in metu, & audacia, exigenda eſſe; Quantum ad metum dicitur, quod non omnis metus, omnis mali temporalis eſt extremum vitioſum quod declinat fortitudo, ſed metus turbans rationem, frangens Animum, & inducens ad deflectendam à lege, & recta ratione; prima pars probatur ex 3. Ethic. Cap. 9. vbi cum multa hominis mala enumeraſſet ait, ſed non videtur circa hæc omnia, fortitudo verſari nam ſunt quædam, quæ metuere honeſtum ſit non metuere turpe, veluti infamiam qui timet humanus eſt, & verecundus, qui non timet impudens (deinde) fortis timebit vt oportet fortis eſt; (& poſt) qui excedit nihil metuendo ſtupidus eſt, & inſanus; Confirmatur ſanctiſſimo, ſed ſolemni Chriſti exemplo; qui paſſionis tempore preuidens cruciatus pęnam, & mortem cæpit pauere, & tædere, & meſtus eſſe; Vnde in ſanctiſſima illa verba prorumperit triſtis eſt anima mea vſque ad mortem; & Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calixiſte, ergo timere mala, & mortem naturalem, aut violentam non ſemper eſt malum.

3 Probatur ſecunda pars ex Lucæ 12. 4. quæ in tenebris dixiſtis in lumine, dicentur, & quod in aure locuti eſtis, prædicabitur in tectis, dico vobis ne, terre animi ab his, qui occidunt corpus, vbi Gloſſa ordinaria ait, ne ex accidenti metu Deum, quem corde credit, negare cogatur, ideo dicit mortem corporis non eſſe timendam; Ideo in lapſis à fide vituperatur

peratur metus malorum, vt cruciatuum, & mortis, non quia mortem timuerunt, quia, hoc naturale humanum, & iuſtum eſt, ſed quia eo vſque creuerit, vt ad violationem præcepti confeſſionis externæ Diuinæ fidei adduxerit, timeat ergo homo omne malum ſenſibile, timeat mortem, timeat parum, timeat multum, timeat quantum *ſibi placet* dummodo à recta *ratione, vel à præcepti* obſeruatione non auertatur. Horrenda enim, & terribilia non poſſunt, non eſſe talia, & ideo non poſſunt, non timeri ſicut, & delectabilia non poſſunt, non delectari; vt exceſſus rationi rectæ contrarius, & ad violationem Legis inducens fugiatur; probatur; & ſcriptura prohibetur ſæpiſſime metus mali corporalis, vt ſemper in caſu obſeruandi legem aliquam, ergo ſolus ille mali metus eſt vitioſus, qui ad preuaricationem inducere poteſt, antecedens clarum eſt Deut. 1. 29. poſt præceptum de ingreſſu bellicoſo in terram Canaam ait Deus nolite timere, nec timeatis eos, & Cap. 7. 18. non parcet eis oculus tuus, ſi dixeris in corde tuo plures ſunt gentes iſtæ quam ego quomodo potero delere eos noli metuere, & Cap. 20. 3. Audi Iſrael vos hodie contra Inimicos veſtros pugnam committetis non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, & Ioſue 1. 9. ait Deus, Ecce præcipio tibi; confortare, & eſto robuſtus noli metuere, noli timere, & alibi ſæpe vbi patet, quod cum aliquid præcipitur faciendum prohibetur metus mali imminentis ex præcepti executione, ne impediat eam, ideoque ille tantum metus prohibetur, vt vitioſus, qui magnus eſt, & deterrere poteſt ab impletione præcepti.

4 Similiter non omnis auſus in arduis, & periculis eſt vitium fortitudini oppoſitum, nam aliqui auſus indifficilibus laudantur, & comendatur in pluribus locis ſacræ ſcripturæ maxime, 2. Paralip. 17. 6. de Ioſaphat dilecto à Deo, cum ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini excelſis, & lucos abſtulit; & 2. Corint. 11. 21. in quo quis audet, audeo, & ego ergo in ſacra Scriptura auſus interdum in bonam partem accipitur. E contra qui timore correpti aliquod opus agile arduum non perfecerunt vituperantur, quod non ſint auſi Gen. 35. 5. De Sichimitis dicitur, quod non ſint auſi perſequi Iſrael, & Ioſue 6. 1. De Ciuibus Ierico eſto munitis in Ciuitate clauſa dicitur ex timore filiorum Iſrael; nullus egredi audebat, ex quibus concluditur auſum aliquando in bonam partẽ accipi, & ideo non ſemper ſtare pro vitio, ſed tantum auſus immoderatus, qui facit operare ſupra vires, & contra regulam rationis, qui per anthonomaſiam dicitur audacia quæ in 4. Ethic. dicititur extremum alterum vitioſum contra virtutem fortitudinis oppoſitum per exceſſum; Confirmatur ex S. Ambroſio lib. 1. de officijs Cap. 27. vbi damnat eum, qui aggreditur, quod per vires non poteſt; In omnibus, quæ agimus non ſolum quod honeſtum, ſed etiam, quod poſſibile ſit quæramus, ne forte aggrediamur aliquid; quod non poſſimus per agere; Ex quibus colligitur extrema vitioſa, inter quæ mediat fortitudo ex parte defectus eſſe metum, timiditatem puſillanimitatem ac ignauiam reſpectu periculorum imminentium contra dictamen rationis delectionem animi; ac merorem exceſſiuum; dum venerint; Ex parte vero exceſſus eſſe excedentem audaciam contra rectam rationem ideſt eam affectionem, qua quis aggreditur aliquid ſupra vires (niſi faciat ex Dei inſtinctu) mediocritatem vero metus, & audaciæ ſecundum rectam rationem eſſe fortitudinem virtuoſam.

5 Fortitudo ſpecialis, vt ſic abſtrahens ab aggreſſione, & tolerantia conſiderata in ratione habitus, ſeu habilitatis tantum eſt vna genere non ſpecie, quia habitus, ſeu habilitates illæ aggrediendi, & tollerandi ſunt ſpecie diuerſæ, ergo habilitas ſuperior ad illas non poteſt eſſe vna ſpecie, antecedens probatur ex 2. Ethic. Cap. 1. habitus more, & aſſuetudine generatur, ſed actus aggrediendi, & actus

tolle-

tollerandi ſunt diuerſi ſpecie, ergo, & habitus ex illis generati, atque adeo Fortitudo, vt communis ad aggredientem, & tolerantem eſt vna non ſpecie, ſed genere, quia honeſtas, quam reſpicit communis eſt ad illas duas honeſtates ſpecificas. Omnia aggreſſionum genera in qualibet materia ſunt eadem ſpecificæ in ratione virtutis; ſimiliter omnes tolerantiæ; in quocumque malorum, atque dolorum genere in ratione virtutis ſunt eadem ſpecifice; probatur omnes aggreſſiones reſpiciunt idem obiectum proximum materiale, & formale, à quibus deſumitur vnitas ſpecifica virtutis, ergo ſunt ædem ſpecie in ratione virtutis; eodem modo probatur de tolerantijs prædictis, Non omnes aggreſſiones ſpectant ad eundem habitum, ſed pro difficultatum diuerſitate ſpecie diuerſarum diuerſos habitus reſpiciunt, aſſuetus enim in vno aggrediendi genere, vel materia; vt in bello, non ſemper promptus eſt ad aggrediendum in alijs materijs; Idem dic reſpectiue de tollerantijs reſpecta diuerſorum obiectorum. Non omnes tolerantiæ in omni dolorum aliorumque malorum genere ſpectant ad eundem actum tolerantię, ſed pro diuerſitate difficultatum ſpecie diuerſarum diuerſi dantur habitus; nam habituatus ad tolerandam amiſſionem filiorum &c. eiuſmodi, non eſt proinde habituatus ad tolerandos dolores Cruciatuum.

6 Ad Fortitudinem reuocantur eæ virtutes, quæ magnitudinem Animi præſtant vel in aduerſis malis ſubeundis, & ſuſtinendis; vel in aggrediendis periculis, & arduis ſuſcipiendis; Quare inter eius ſpecies, & partes. Primo proponitur fiducia ad aggrediendum, & ſuſtinendum; Secundò Magnificentia in pecunijs abundanter expendendis, & faciendis ſumptibus; Tertiò Magnanimitas in ſuſcipiendis arduis potiſſimum in paruifaciendis honoribus, & dignitatibus; Quartò Patientia in ſuperandis difficultatibus, quæ ſolent obijci; Quintò Peſeuerantia in victoria curarum, & ſolicitudinum, quæ contingere ſolent temporis diuturnitate; Fiducia eſt confidentia in valore proprio præſenti, vel futuro, atque etiam in alieno, & conuertitur cum ſpe ſpectat tamen ad fortitudinem Deut. Cap 32. Vbi ſunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? & alibi ſæpe in quibus Deus ex probat geſta Gentilium, qui multa operabantur contra Iudæos fortiter, quia in Dijs ſuis habebant confidentiam, & vbi de fiducia fit mentio ſemper coniungitur cum Animo magna aggrediente, vel in ex probationem, quia ſine viribus cum vana virium fiducia aliqua faciebant, vel in comprobationem, quod ex confidentia virium ſaltem externarum, & Dei difficilia fiebant; Apoſtoli enim, & alij diſcipuli, & confeſſores viriliter, & alacriter contradicentibus Infidelibus, & Tirrannis tanta fiducia Diuini auxilij ſine Cruciatuum, & mortis timore verbum Dei predicabant; Immo fiducia dici debet pars eſſentialis fortitudinis, quia eſt inſeparabilis à vera fortitudine; nam niſi cum tali fiducia nullus aggreditur difficilia, & periculoſa niſi temerarius.

7 Securitas eſt tranquillitas, ſeu quies Animi à timore alicuius rei Laertius lib. 4. Cap. 7. refert quod Pyrrus in tempeſtate quadam conſpiciens alios animo deiectos, cum ipſe immotus ſtare oſtendit porcellum, ſiue ſuem in naui ſecure edentem dicens oportere ſapientem eam Animantis imitari ſecuritatem; Hæc ſecuritas pertinet ad fortitudinem tam aggredientem, quam tolerantem, nam vtrumque expellit timorem, & ſi timor non expellatur nihil quiſquam aggreditur, neque tolerat; Ideo ſecuritas hæc eſt pars eſſentialis fortitudinis vtriuſque; Magnanimitas multa ſignificat diuerſis virtutibus conuenientia; ideo per id tantum ad fortitudinem ſpectat quod reſpicit magna pericula in magnis arduis que negotijs, & mala magna facit tolerare; probatur prima pars ex Ariſt. lib. 4. Ethic. a cap. 6. & deinceps, Magnanimitatem vero circa magna verſari, vel ex ipſo nomine conſtat,

Hæc Philoſophus, deinde, & ibi, & in ſequentibus declarat, quæ ſunt iſta magna, probatur Secunda pars, nam animus magnus in qualibet virtute, aut operatione denominat eam magnam, ita quod vere, & proprie magnanimitas in quauis virtute videtur gradum Heroicitatis attingere ergo omnia tributa magna non ſunt fortitudinis *propria; Probatur* Tertia pars; *Niſi enim reſpiciat magna*, & ardua cum periculis grauis damni, vel ipſamet damna ſuſtinenda non reſpicit obiectum materiale, nec proximum, nec remotum fortitudinis, vt ſic neque formale, & per conſequens non poteſt ad fortitudinem vllo modo ſpectare, ergo ſecundum eam preciſam rationem ad eam reducitur.

8 Nulli dubium eſt magnificentiam ad multa ſe extendere tamen ad fortitudinem non reducitur niſi quatenus magna, & ardua negotia obeunda, uel magna mala toleranda reſpicit; prima pars probatur; ſignificat enim primo erogationem, & ſumptum in opus aliquod celebre ac dignum, qui ſumptus non ſit comunis inter homines nec facile poſſit ſuperari; Secundò ſignificat effectionem cuiuslibet operis maximi, etiam ſi ſine ſumptu fieret (quod inter homines non video poſſibile, ſed Deo tantum competit Deuter. 32. 3. date magnificentiam Deo, Lib. 1. Paral. 29. 11. tua eſt Domine magnificentia, Pſal. 8. eleuata eſt magnificentia tua ſuper Cœlos, & Pſalm. 70. multiplicaſti magnificentiam tuam, & propterea Dei opera dicuntur magnalia Exodi 14. 13. videte magnalia Domini, & Pſalm. 70. fecit magnalia in Egipto &c. Tertio ſignificat quamlibet operationem magnam, & æſtimationem dignam facere Numer. 24. 11. decreueram magnificè honorare te; Quarto ſignificat omne id, quod magnanimitas, & dicuntur ad conuertentiam, qui enim magni animi eſt magna facit, & ideo magnificus dicitur, & magnificentiam demonſtrant, Eſter 1. 7. fit mentio de celeberrimo Conuiuio, & apparatu Aſſueri; & de vino dicitur, vt magnificentia regia dignum erat; Probatur ſecunda pars In ijs tantum caſibus reſpicit obiectum fortitudinis, maiora ſcilicet aggredi pericula, vel negotia periculoſa, & magna mala tolerare, & quo maiora ſunt mala oſtenditur excellentior virtus fortitudinis.

9 Longanimitas ex vi nominis ſignificat longam expectationem; & hæc aliquando eſt ſine vlla paſſione, & labore, & Deo ipſi ſæpe tribuitur, aliquando cum dolore paſſione, ſeu labore, Longanimitas eſt virtus quomodocumque ſpectetur, nam ſepe comendatur in ſacra Scriptura, & Deo ipſi tribuitur ad Rom. 2. an diuitias bonitatis patientiæ, & longanimitatis Dei contemnitis? commendatur etiam in homine ei que conſulitur ergo eſt virtus, nihil enim eſt in Deo, uel homini præcipitur niſi virtuoſum, ſeu honeſtum; Longanimitas in homine eatenus ad fortitudinem ſpectat quatenus ſuſtinentia eſt frænatio quædam iræ, quæ inquietare poteſt expectantem, nam ſpes, quæ differtur affligit Animam, Vnde ſaluator Lucæ 12. 50. de futura quam expectabat paſſione, ac redemptione hominis aiebat; Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur Interlin. dicit angor; igitur longanimitas ad fortitudinem ſpectat inquantum eiuſmodi laborē, ac paſſionem frenat, quæ aliquando tanta eſt quod (italice loquendo aſpettar e non venir e vna coſa da morir; quam quidem paſſionem omnes ferè in ſemetipſis experiuntur; Longanimitas non eſt ſpecies diuerſa fortitudinis, ſed ad tolerantem reducitur tanquam aliqua pars adiuncta, vel gradus aliquis accidentalis; nam non habet obiectum diuerſum neque materiale proximum, neque formale, nam tolerantia laboris, & anxietatis non differt ſpecie niſi materiali à tolerantia mali, & doloris; immo aſſuetus in tolerantia doloris, facile tolerat anxietatem, & laborem expectationis.

10 Patientia non ſemper ſignificat doloris, aut mali alicuius ſufferentiam, ſed dilationem vindictæ, & expectationem

alicuius delinquentis aut iniurioſi ad pœnitentiam, vel ſatisfactionem probatur ex innumeris ſacræ Scripturæ locis Deus dicitur patiens; ergo cum ipſe non ſit capax doloris aut triſtitiæ ſequitur non ſemper ſignificare ſuſtinentiam doloris, ſed expectationem ad penitentiam, & vindictæ dilationem; Patientia prout in homine conſideratur eſt vera virtus. Iacobi 1. 3. probatio veſtræ fidei patientiam operatur, patientia autem opus perfectum &c. quæ prout reſpicit mala grauia, & terribilia eſt ſpecies fortitudinis, quæ dicitur tolerantia cum diuturnitate; Iob. 4. 6. vbi eſt fortitudo tua, patientia tua? prout vero reſpicit incomoda grauia, & terribilia, quæ ſolent animum frangere non reducitur ad fortitudinem ſpecialem, ſeu Cardinalem, ſed ad fortitudinem generalem, quæ eſt firmitas Animi in omni virtute, & precipue ad conſtantiam; Quæ conſtantia quomodocumque ſumatur, eſt virtus nam eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, & eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, habentem perficit, & opus eius bonum reddit, ergo conſtantia eſt virtus antecedens patet in ſingulis; ſiue enim ſumatur pro conſtantia, Intellectus ſcilicet pro firmo aſſenſu ſiue pro conſtantia voluntatis ſcilicet pro firmitate ac tenacitate volendi ſemper ſtat cum mediocritate, nam recedit à mobilitate, & obſtinatione, perficit habentem, & reddit opus laudabile; Quatenus conſtantia, eſt perſiſtentia aduerſus omnia impedimenta in arduis ac terribilibus reducitur ad ſpecialem fortitudinem.

11 Perſeuerantia ſignificat primo diutinam durationem alicuius actionis, vel paſſionis ſiue naturaſis, ſiue moralis, ſiue bonæ, ſiue malæ, perſeuerantia eſt virtus in fidelibus maxime ſi ſit vſque ad finem eſt donum Dei ſupernaturale, & ſi omne genus perſeuerantiæ, in bono reduci poſſit ad generalem fortitudinem, tamen ad fortitudinem ſpecialem ſola perſeuerantia in aggreſſione arduorum, & tolerantia terribilium poteſt reduci. Probatur prima pars nam omnis firmitas cuiuſcumque virtutis in ſuo exercitio pertinet ad fortitudinem generalem, at duratio in ea firmitate non mutat ſpeciem firmitatis, immo per hoc à conſtantia differt perſeuerantia in ratione recte conſiderata ac firmitate quia conſtantia dicit firmitatem tantum, perſeuerantia durationem firmitatis vſque ad finem negotij, igitur ſi illa reducitur ad virtutem fortitudinis generalis ad eadem reducitur perſeuerantia; probatur ſecunda pars habitus, & præcipue virtutis ſpecificatur ab obiecto, & actu igitur cum ardua, periculoſa, & terribilia ſint obiectum fortitudinis aggredientis, & tollerantis eatenus perſeuerantia ad fortitudinem reducitur quatenus circa ea obiecta, & circa aggreſſionem, ac tollerantiam verſatur; Perſeuerantia tamen in aggreſſione, & tolerantia terribilium non eſt ſpecies diuerſa neqne pars eſſentialis neceſſaria fortitudinis ſpecialis, ſed accidentaria, probatur prima pars, non reſpicit obiectum diuerſum nec genere, vel ſpecie, vt patet, ſecunda pars de eſſentiali patet quia accidere poteſt, vt aggreſſio, vel tolerantia non egeat diuturnitate, & conſequenter diuturnitas eſt accidentalis fortitudini ſpeciali; Quod autem dici poſſit ad ſummum integralis probatur, quia quælibet aggreſſio, vel tolerantia vſque ad finem negotij durans eſt integrans fortitudinem ſpecialem in ſua latitudine conſideratam.

12 Non eſt dubium, (vt docet Scotus in 3. diſt. 34. q. vnica) terribilia eſſe fortitudinis obiectum, & ad reſiſtendum illis, ne rationem deturbent eſſe neceſſariam hanc virtutum fortitudinis, circa quod verſatur metus, & audacia, quæ per fortitudinem ſunt moderanda; ſed hæc ſunt omnia mala ſenſibilia, & triſtritiam inducentia; inter quæ connumerentur ardua, & pericula bellica, ſi bellum ſit iuſtum tam in offenſiuo quam indefenſiuo, hæc enim tanquam materia apta ad aquirendam virtutem fortitudinis poſſint recte aggredi iuxta dictamen rectæ rationis, Ideo in ſacra ſerpitura multa laudantur

præ-

prælia multique preliantes de fortitudine comendantur, Ardua difficilia, & pericuſa in bello iniuſto ſcienter non ſunt materia veræ, & virtuoſæ fortitudinis, ſed tantum ſimilitudinariæ; quia actio iniuſta, Bellum iuſtum Chriſtianorum cum Saracenis alijſque fidei hoſtibus etiam pro temporali ditione eſt materia veræ fortitudinis non indiget probatione; Idem dic de bello iuſto inter Catholicos, & eo maxime contra Hæreticos quoſcumque. Cauſæ, iuſte belli ſunt prima ſi bellum inferatur contra Ciuitatem aliquam in qua Deus blaſphematur per Idolatriam Deut. 12. ſecunda ſi à Dei cultu recedatur Deut. 13. tertia ſi temporalis Domini deſeratur fidelitas lib. 4. Regum Cap. 3. Quarta ſi moueatur, & excitetur rebellio ex lib. 2. Regum Cap. 20. Quinta ſi defendatur iniquus Malefactor ex lib. Iudicum Cap. 20. ſexta ſi Principi irrogatur publica iniuria ex 2. Regum Cap. 10. ſeptima quando recuperari non poteſt res erepta ex 2. Reg. Cap. 3 octaua ad repellendum hoſtem ex 2. Reg. Cap. 10. nona ſi hoſtis inſurgens in proprijs bonis opprimatur lib. Numerorum Cap. 21. Decima, quando aliquis iuuat hoſtem ex 2. Regum Cap. 8. vndecima ad liberandum amicum, & ſocium ex lib. Gen. 14. duodecima quando Princeps exercet Tyrranidem ex lib. 1. Machab. vide Lyranum in Cap. 31. Numerorum.

13 Omnia mala, tam quæ proueniunt à natura vt morbi graues, & ipſa mors, quam quæ acciddunt caſualiter, vt vulnera, bonorum amiſſio, aut cognatorum; vel amicorum mors, & ab Inimicis illata, & hæc omnia ſiue repentina, ſiue præuiſa quæ regulariter terrere perturbare ſeu (vt dicitur) animum frangere ſolent, cum accidunt ſunt materia fortitudinis in tolerantia, ſeu in ſufferentia; In hoc maxime commendantur in ſacris litteris præditi tali tolerantia; Idem dicendum de infamia, & paupertate inuoluntaria; Paupertas enim voluntaria, & religioſa eſt materia fortitudinis tam in aggreſſione, quam intolerantia; Nullum Duellum priuata poteſtate initum ſiue à prouocante ſiue ab acceptante poteſt eſſe veræ, & virtuoſæ fortitudinis materia, ſed ſimilitudinariæ tantum; probatur; actio pro habita à iuſta lege non poteſt eſſe materia veræ fortitudinis quia non dictata à recta ratione; ſed duellum prędictum eſt actio prohibita à Iulio 2. conſt. 18. incipit Regis Pacifici, à Leone 10. conſtit. 31. quæ incipit: Quam Deo; Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. Cap. 9. à Pio 4. conſt. 21. Incipit. Ea quæ; à Greg. 13. conſt. 78. incipit. Ad tollendum, & à Clem. 8. conſt. 11. incipit; Illius: Idem dic de Duello, quod pro ueritate aliqua ſiue delicti, ſiue Innocentiæ probandæ ſuſcipitur olim Leg. Ciuili alicuius Regni erat permiſſum; Duellum vero quod in prçlijs pro fine prçliorum de comuni conſenſu Inimicorum exercituum ſolet committi ad terminandum bellum, ſi à Legibus eſt permiſſum (quod valde dubium; & controuerſum) eſt materia virtutis fortitudinis niſi ex fine, vel alia circumſtantia deturpetur.

14 Torneamentum ideſt belli ſimulachrum (Volgo gioſtra) quod inter equites aliquando loci, aliquando exercitij gratia ad probationem virium fieri ſolet, aliquando ex iræ, & vindictæ motiuo. Haſtiludium ideſt aliud belli ſimulacrum inter paucos commiſſum; Gladiatoria ars ideſt ludus quidam in ſpectaculis olim fieri ſolitus, in quo aliqui gladijs ceriabant ſi ſerio, & cum Vulnerum aut mortis periculo etiam ſi ad exercitium fiant, non poſſunt eſſe materia veræ fortitudinis, ſed tantum ſimilitudinariæ, quia nullum eorum eſt rectæ rationi conforme quia eſt prohibitum quodlibet lege Canonica; Idem dic de agitationibus, ſeu pugnis cum beſtijs cum tauris, & alijs feris vide Cap. 1. de torneamentis, & conſtitut. 48. Pij quinti &c. Ex dictis colligitur duos eſſe actus virtutis fortitudinis ſpecialis primus eſt aggreſſio difficilium, ſeu arduorum cum grauis mali periculo ſine timore ſecundum rectam rationem; ſecundus actus fortitudinis ſpecialis eſt terribilium, ſeu doloriferorum, & triſtium

ſtium iam præſentium patientia, & ſine querela tolerantia; Quorum potior ac perfectior eſt actus tolerandi, ſeu perferendi terribilia, quam audendi ardua & periculoſa; omnes milites ſine timore aggrediuntur, cum tamen vulnerantur, non omnes tolerant, ſed admodum pauci, dolore enim ſenſum afficit, & triſtitiam Cauſat, quod non efficiebat aggreſſio, ergo in hoc actu maior, & perfectior fortitudo reſplendet ergo non eſt mirum quod ſint tam mira, & celebria martyria mulierum puerorum, & adoleſcentium, immo, & omnium in tolerantia, ſeu inſufferentia, quod ſine querela, aut murmuratione immo gaudentes, & quaſi ad epulas inuitati dira tormentata patiebãtur ſequentes ſuum Ducem qui tanquam ouis ad occiſionem ductus fuit, & tanquam agnus coram tendente ſe obmutuit; plura ad hoc eſſent dicenda de Iob qui ſine exemplo fuit tolerantiæ omnibus exemplar lucidiſſimum.

15 Datur quoddam genus fortitudinis ſimilis veræ, ac virtuoſæ cuius prima ſpecies, ſeu modus eſt non timere quæ vere timenda ſunt; ſecunda ſpecies eſt ferocia in aggrediendo, tertia ſpecies eſt exceſſus in tolerando quando quis ita tolerat, ac ſi abſque ſenſu eſſet, quarta ſpecies, ſeu modus eſt appetere mortem ad euitandam paupertatem, vel aliquid ſimile, quinta ſpecies eſt ciuilis illa, qua ſcilicet ciues multa ardua, & periculoſa ſubeunt non ex honeſtate rerum, ſed ob honores, & dignitates obtinendas in Republica, vel ad fugiendas pœnas, aut Infamiam, quæ incurrerent ſi opera illa non peragerent, ſexta ſpecies eſt quando ex Animi concitatione, ſeu impetu, aut dolore ſubeuntur pericula, ſeu verius irruitur in illa; ſeptima ſpecies eſt, dum quis peritus in arte aggrediendi ſciens non ad eſſe grauia pericula aggreditur, & in expertis illius artis videtur magna ſubire pericula, octaua ob experimentum ſuperandi ardua; ex ea fiducia aggreditur ſimilia; Nona ſpecies eſt eorum, qui ex ignorantia magnitudinis periculorum ea ſubeunt præcipitanter. Ex his autem omnibus infertur primo generale corrolarium pro diſtinguenda fortitudine vera à ſimilitudinaria in omni materia, & eſt quando Animi auſus, aut tolerantia eſt circa obiecta ardua, & terribilia, quæ oportet ſubire, ideſt quæ à lege, vel præcipiuntur, vel conſuluntur, vel permittuntur, & quando oportet ideſt in tempore opportuno, & vt oportet ideſt non excedatur in modo, vt adſit ferocia, vel ſtupiditas, & cuius gratia oportet, ideſt ex fine debito, & hæc à prudentia dictentur, tunc eſt vera, & virtuoſa fortitudo; E contra autem quando, vel hæc omnia deficiunt, vel eorum aliquid auſus ille aut tolerantia eſt fortitudo ſimilitudinaria ideſt in aliquod veræ fortitudinis ſimilis.

16 Non igitur deſunt vitia oppoſita veræ fortitudini quorum primum eſt exceſſus in audendo dictum audacia, nam fortitudo ex 3. Ethic. Cap. 9. eſt mediocritas in metuendo, & audendo, excedens autem in audendo non ſeruat mediocritatem auſus, ergo eſt audacia ſecundum vitium fortitudini oppoſitum eſt timor excedens dictum timiditas, ſeu ignauia, quia autem inquint Ariſt. loco citato cap. 9. metuendo excedit timidus, Tertium Fortitudinis ſiue aggredienti, ideſt abiectio omnis metus, quod vitium à philoſopho dicitur inominatum, & ſtupiditas; hoc vitio laborarunt, qui recenſetur in Hiſtorijs duo res ſummos ſic toleraſſe ac ſi inanimes, & inſenſati eſſent (modo vera ſint quæ narrantur) vt de Mutio ſceola coram Porſenna refert Liuius qui immobilis, & velut ſenſus expers, dexteram libere porrigens, & nullo ligamine vinctus eam comburi paſſus eſt veluti in aduertentia reum, quod in alium vice regis iaculum collimaſſet; Quartum vitium fortitudini tolleranti oppoſitum eſt mollities eſt comunis: Ex ſacra ſcriptura, improperantur delicati, ac molles; Iſaiæ 47. 8. & nunc audi hæc delicata;

licata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo alius textus ait, mollis pro delicata; Ierem. 49. 4. quid gloriaris in vallibus, defluxit Vallis tua filia delicata, quæ confidebas in Theſauris tuis; Hi ergo qui delicijs aſſueti ſunt, dolores ſufferre nequeunt, & propterea delicati, & molles dicuntur Hiergo quam dolores, & Cruciatus non ſuſtinent, ſed impatientes remurmurant; reprehenſione digni ſunt quia fortes non ſunt, ſeu conſtantes.

De Bonitate morali Humanorum Actuum in particulari prouenientte à Virtute Temperantiæ. Art. 6.

1 HOc nomen Temperantia ſecundum Scotum in tert. diſt. 34. duplex habet ſignificatum vnum generale aliud ſpeciale, generale eſt omnis virtus; ſpeciale vero eſt virtus ſpecialis dicta temperantia reſpiciens ſpeciale obiectum, Idem nomen Temperantia gramaticaliter ſumptum ſignificat moderationem, ſeu mediocritatem in qualibet re, ita vt nec excedat nec deficiat reſpectu alicuius determinatæ menſuræ. Medici enim conſtitutionem complexionis ex proportionem qualitatum temperamentum appellant, & quælibet moderata conſtitutio temperies vocatur, Temperantia in moralibus generaliter ſumpta, ſignificat modificationem, ac mediocritatem cuiuslibet paſſionis, animi, & actionis in omni materia cuiuſcumque virtutis circa omnem voluptatem humanam tam Animæ, quam corporis; nam omnis paſſio in qualibet humana operatione poteſt eſſe bona ſi mediocris ſit, & mala ſi excedat, & in omni materia, ſeu agibili morali, ergo datur generalis temperantia reſpectu omnium actuum moralium; ſed relinquamus generalitatem nominis, & virtutis; & dicamus temperantiæ nomen proprie, & in rigore reſtrictum eſſe ad ſignificandam affectionem, ſeu qualitatem moderatiuam voluptatum maxime ſenſibilium guſtus, & tactus; ſic enim Philoſophi ex Ariſtotele, & Theologi ex eodem eam accipiunt, & appellant; videatur Ariſt. in 3. Ethic. cap. 12. vbi ait temperantia eſt virtus irrationabilium partium (deinde) eſt mediocritas circa voluptates; & poſt multa dicit; Temperantia circa eiuſmodi voluptates, conſiſtit quæ alijs animalibus comunes ſunt, & quo fit, vt ſeruiles beſtialeſque videantur, ſunt autem hæ tactus, & guſtus; (immo paulo poſt ait) quod totum fit per tactum in cibis, & potibus, & venereis &c.

2 Datur igitur Temperantia ſpecialis dicta Cardinalis, quæ corporis preſertim voluptatem moderatur, probatur nam datur quędam affectio ſpecialis moderatiua concupiſcentiæ circa ſpeciale obiectum cum ſpeciali difficultate ſpecialiter præcepta à lege tam poſitiua, quam naturali, ergo; euidens eſt conſequentia; ex obiecti enim ſpecialibus, & ſpecialibus difficultatibus, ac legibus oritur ſpecialitas honeſtatis, & virtutis; Antecedens probatur de primo ſcilicet de obiecto concupiſcentiæ ſenſus (cui nata eſt condelectari voluntas) circa venerea, cibum, potum, & veſtitum eſt aliquod ſpeciale moderabile in quo eſt difficultas ſpecialia, & grauior quaſi in alijs concupiſcentiarum moderationibus; De ſecunda ſcilicet de lege patet, quia ſpecialis lex datur de non concupiſcendo vxorem proximi ſpecialis prohibens crapulam, & ebrietatem, & ſic de alijs voluptatibus; Hæc temperantia ſpecialis, quæ omnes voluptates præſertim corporeas moderatur eſt virtus, nam hæc Temperantia habentem perficit, & opus eius bonum reddit, & eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, quæ ſer-

uanda eſt circa voluptates corporales; De temperantia, quo ad voluptates carnis multocies fit mentio in ſcriptura, aliquando in laudem Virginitatis, aliquando in laudem continentiæ coniugalis, aliquando præcipitur Caſtitas, aliquando damnatur Luxuria, & in remedium concupiſcentiæ datum eſt matrimonium; igitur eſt Virtus; & quidem Cardinalis ea eſt, ad quam multæ reducuntur, at ad temperantiam plures reducuntur, vt manſuetudo, liberalitas, grauitas, triſtitia, ſeueritas, verecundia vrbanitas amicitia, beneuolentia, concordia, amor, pax, continentia, clementia, pudor, Virginitas, Caſtitas, pudicitia, honeſtas, moderatio, taciturnitas, frugalitas, parſimonia, & puritas.

3 Temperantiæ obiectum materiale remotum eſt concupiſcibile ad quod ſequitur voluptas quæcumque hæc ſit; obiectum vero materiale proximum non eſt voluptas tantum duorum ſenſuum guſtus, & tactus, vt voluit Ariſtoteles; neque ſolæ omnium ſenſuum, ſed voluptas, vt ſic complectens omnes ſiue appetitus voluptes ſenſitiui, ſiue rationalis ita colligitur ex Scoto in 3. diſt. 34. q. vnica. §. his ſuppoſitis, vbi docet concupiſcibile aptum cauſare delectationem, ſeu voluptatem, ipſas que voluptates, & delectationes eſſe obiectum temperantiæ, & quia duo videntur eſſe primo concupiſcibilia honor, & voluptas, ſeu delectatio ſtricte ſumpta ideo, due ſunt primæ temperantiæ ſpecies vna temperat circa honorem, & dicitur humilitas alia circa voluptates, & retinet genericum nomen temperantiæ, ſub qua tamen diuerſæ ſunt ſpecies ab inuicem ſeparabiles ita ex Scoto, quo preſuppoſito probatur aſſertum; omnes voluptates contentæ, ſub voluptate generice hoc modo acceptæ ſiue paſſiones ſint, ſiue actiones, ſiue vtræque egent moderatione, vt ſint rectæ rationi conformes, ergo voluptas ſic late accepta eſt adæquatum temperabile, & ſic danda eſt vna virtus quæ, eam reſpiciat; minor probari poſſet inductione per ſingulas; ſed quia eſt ſatis euidens, ideo propter breuitatem ſupponitur nota; ſed hic aduerte nullum eſſe inconueniens ſi obiecta virtutum latiora, vel reſtrictiora admittamus, quam Ariſtoteles ſic adhuc ſuadet ratio ex ſcriptura deſumpta, nam etiam in philoſophia Scotus, & Scotiſtæ docent obiectum eius eſſe ſubſtantiam finitam, cum tamen Ariſtoteles ſtrictius poſuerit; Adde quod fines virtutum non ſemper ijdem ſunt cum ijs, quos agnouit Ariſtoteles, & dicam cum Hieronymo, curandum eſt de mente Pauli potius quam de mente Ariſtotelis.

4 Formale obiectum temperantiæ eſt honeſtas, ſeu mediocritas voluptatum in omni materia iuxta dictamen rectæ rationis; nam Scotus in 3. diſt. 34. q. vnica docet temperantiam moderari delectationes, ſeu voluptates omnium potentiarum Animæ; tam circa intelligibilia, quam circa ſenſibilia, vt tales ſint quales præcipit recta ratio; & exceſſus voluptatum in omni materia vituperatur in ſacra ſcriptura, ſobrietas autem ſeu mediocritas comendatur, ergo; ſed mediocritas non poteſt ab alio regulari quam à recta ratione, hæc eſt formale obiectum temperantiæ probatur ex D. Auguſtino lib. de moribus Eccleſiæ Cap. 19. vbi ait munus temperantiæ eſt in coercendis ſedandis que cupiditatibus, quibus inhiamus in ea, quæ nos auertunt à legibus Dei, & à fructu bonitatis eius quod eſt vita beata, nam ait Apoſtolus eſt cupiditas, quam quidam ſequentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis; & in Cap. 21. in fine ait, habet igitur vir temperans in huiuſmodi rebus mortalibus, & fluentibus vitæ regulam vtroque teſtamento firmatam, vt eorum nihil diligat nihil per ſe appetendum putet; ſed ad vitæ huius, atque ad officiorum neceſſitatem, quantum ſatis eſt vſurpet vtentis modeſtia non amantis affecta, ergo mediocritas voluptatum, & cauſarum earumdem, nempe cupiditatum eſt obie-

ctum

ctum formale temperantiæ; Hoc D. Auguſtinus; Præterea dicit vero lib. 3. de vita contemplatiua Cap. 19. Temperantia tēperantem facit abſtinentem parcum ſobrium moderatum pudicum hæc virtus ſi inſ animo ad ſit libidines frenat affectus temperat &c.

5 Circa voluptates prohibitas ex obiecto dari non poteſt honeſtas temperantiæ conſiſtens in medio, ſed ſi qua datur temperantia conſiſtit in extremo per defectum nempe in carentia eius, & fuga nam in ſententia Scoti, & aliorum, qui omnes etiam Animæ voluptates temperantiæ ſubijciunt; Dantur quædam voluptates prohibitæ ex obiecto quæ nequeunt honeſtari ergo in his non eſt inuenire honeſtatem neque mediocritatem, & temperantia nequit in ea conſiſtere, ſed in earum fuga; Antecedens probatur de voluptate, de proximi damno, de ſcientia magica, de honore Tyrannico. In ſolis voluptatibus licitis, ac in Indifferentibus dari poteſt mediocritas, ſeu honeſtas temperantiæ; probatur à ſufficienti; Hæc virtus conſiſtit in mediocritate voluptatum, at non in prohibitis, ergo in non prohibitis; Hæ autem ſunt, vel licitæ, & honeſtæ, vel indifferentes; ergo licet honeſtas temperantiæ frequentius per receſſum ab exceſſu voluptatum attendatur; tamen debet etiam in multis attendi per receſſum à defectu, ita vt extrema huius mediocritatis ſint exceſſus, & defectus de exceſſu patet de defectu patet diſcurrenti; Dantur homines qui voluntarie pereunt in edia non vtentes cibis; Alij ſrigore nolentes vti veſtibus; Alij coniugati nolentes reddere debitum, hi omnes errant in voluptatibus guſtus, & tactus per defectum ergo regulabiles ſunt per mediocritatem Temperantię; ſicuti qui nolunt ſcire neceſſaria; Mediocritas voluptatum, quam exigit temperantia in licitis penes rectam rationem reſpicientem neceſſitatem vitæ naturalis atque Ciuilis eſt attendenda nam recta ratio nequit aliter formari, niſi attenta lege Diuina naturali, aut poſitiua, vel humana, & circumſtantijs loci temporis perſonarum &c.

6 Actus temperantiæ generalis, omnique virtuti comunis eſt moderatio omnium moralium affectuum in omni materia concupiſcibilis, & iraſcibilis, omnique humana imputabili actione, hoc de ſe patet; Actus vero genericus Temperantiæ ſpecialis, ſeu Cardinalis eſt moderari voluptates omnes ſiue ſenſuales, ſiue rationales, eaſque ad mediocritatem exercite reducere; nam illi cenſendi ſunt alicuius virtutis actus, ad quos virtus inclinat, & ex quibus ipſa eſt genita; ſed ad moderationem voluptatum inclinat temperantia pr. &c. Actus temperantiæ quidam ſunt eliciti, quidam Imperati; Nam plerique homines internos, tantum habent actus temperantiæ circa Cibos potum Venerea, pompas &c. & tamen aliquando executionem non habent, iſti elicitos tantum efficiunt, actus imperatos vero nequaquam; Aliquando vero etiam executionem, & tunc vtroſq; vt quilibet in ſe poteſt experiri; ergo ſpecies actuum temperantiæ, totidem ſunt quot ſpecies huius virtutis; nam ideo difficultates exercendi diuerſos temperantiæ actus ſunt diuerſæ, & ſuperata vna non ſunt omnes ſuperatæ, quia habituatus vna ſpecie temperantiæ non eſt omnibus habituatus; ergo diuerſitas, & multiplicitas actuum huius virtutis numerati poteſt ex numero ſpecierum ipſius Confirmatur habens temperantiam, ſeu ſtudioſitatem circa ſententias non propterea habet facilitatem circa actus humilitatis, & è contra.

7 Temperantiæ ſpecies ſunt duæ omnium primæ, & immediatiores, nempè ea, quæ moderatur voluptates corporis; & ea quæ moderatur voluptates Animi; prima huius ſecundi generis eſt ſtudioſitas quæ eſt moderatiua Intelectus in ſcientijs, ſeu auiditate earum tam intenſiua, quam extenſiua; eſt que virtus Cardinalis Temperantiæ, quia comendatur in ſacra ſcriptura Roman. 12. 3. non plus ſapere

pere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem; Huic virtuti ſtudioſitatis vitium oppoſitum propric eſt, exceſſus, qui dicitur curioſitas, ſeu ſuperflua auiditas ſciendi tam intenſiue, quam extenſiue obiecta non neceſſaria, nec vtilia damnatur, & vituperatur in ſacra ſcriptura Eccleſiaſtici 3. & 22. dicitur altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit Deus illa cogita ſemper; Præcipitur enim homini addiſcere quæ ſibi ſunt neceſſaria ad ſalutem, & vitam honeſte tranſigendam; & conſulitur etiam, aut permittitur addiſcere alia, quæ communitati, & aliorum vtilitati ſunt vtilia, & neceſſaria; & prohibetur eidem, vt moderationem in his non excedat; Alterum vitium ſtudioſitati oppoſitum per defectum eſt Ignorantia, & negligentia vincibilis eorum quæ homini neceſſaria ſunt ad vitam ſupernaturalem, & Ciuilem; quæ negligentia ſepiſſime improbatur, Iſaiæ 5. & 13. propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam Baruch. 3. 28. quoniam non habuerunt ſapientiam perierunt propter ſuam incipientiam, & alibi ſæpe; vide Scotum 3. diſt. 34. qu. vnica.

8. Moderatus amor ſui eſt vera virtus nam ſic præcipitur Math. 5. diliges proximum tuum ſicut te ipſum; & eſt ſpecies temperantiæ reſpicit enim voluptatem moderandam in voluntate, & conſiſtit in mediocritate inter extrema, quæ ſunt exceſſus, & defectus; quoad primum, frequentiſſimus eſt amor proprij corporis, & temporalium; eſt enim cauſa, vt Deus, & ſalus ſpiritualis, ſeu vita eterna huic temporali preponatur; Aliud extremum per defectum (& ſi rarum) eſt odium ſui deficiens nimirum à neceſſaria corporis animique cultura, nam ſicuti illicitum eſt ſeipſum interimere ergo, & illud deficere; Per accidens enim ſe habet, quod, quis ferro, veneno, inediaſiti, frigore, aut alio quouis modo interimat, dummodo interitus ex ijs procedat; Vide Scotum in 3. diſt. 34. & ſi humilitas in ſacra ſcriptura in malam partem accipiatur, Voluntaria tamen humilitas tam Chriſtiana, quam purè moralis eſt virtus celeberrima, & Deo maxime placens, & ſpiritualis ædificij fundamentum L. cæ 1. depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles, & alibi ſæpe in ſacra ſcriptura laudatur, & conſiſtit in contemptu propriæ excellentiæ à recta ratione dictato; Ieſus Chriſtus Magiſter, & Doctor in humilitate clamabat, diſcite à me quia mitiſſum, & humilis corde, omnes autem actus humilitatis Chriſti in ſui diectione, & contemptu honoris mundani conſiſtebant ergo &c. Humilitas duplex eſt quædam eſt comunis, & omni homini neceſſaria ſuperbiæ contraria, quod eſt vitium maxime fugiendum, nam Eccleſiaſtico 10. 7. dicitur, odibilis coram Deo, & hominibus ſuperbia; quædam eſt perfectorum tantum, quæ nedum fugit exceſſum gloriæ, ac honoris, ſed etiam mediocritatem, quę mundanis videtur ſtultitia, & tamen eſt perfectiſſima virtus.

9 Mira de virtute humilitatis dicunt ſancti, & de eius gradibus, & de actibus verè humilis qui compendioſe hic referuntur, primus eſt ſui contemptus quo quis ſe, & ea, quæ à ſe habet nihil facit, ſecundus eſt ille, quo reputat ſe donis omnibus Diuinis, & humanis indignum; tertius quo cupit non haberi in pretio ab alij, nec laudari, nec honorari, ſed omnem laudem Deo, & alijs dandam eſſe vult, quartus quo optat etiam vilis haberi, & contemni, quintus quo dolet de proprio honore qui illi exhibetur; Ex his licet colligi qualis ſit in conuerſationibus, in conceſſibus, in colloquijs, & alijs huiuſmodi, Hæc virtus etiam, ipſis philoſophis fuit nota quatenus eſt virtus moralis moderatiua tam in aduerſis, quam in proſperis inclinans cum omnibus etiam æqualibus, & inferioribus modeſte ſe gerere, nec loca, nec officia honoratiora petere, iniuriarum non recordari, non cupere laudari. Hæc Ariſt. lib. 4. Ethic. à Cap. 6. vſque ad 11. Hæc humilitatis purè moralis differt

fert à Chriſtiana multipliciter; ratione principij, dictaminis, finis, & aliquarum materiarum; Principij, quia Chriſtiana aquiritur ſpeciali auxilio Diuino Chriſti exemplo, documento, & merito; purè moralis, ſolo lumine naturali, ſicque diuerſo dictamine; fine etiam quia Chriſtiana recipit finem ſupernaturalem non ſic moralis; Denique Chriſtiana exercetur, circa imperfectiones, quæ ex peccato Adę, & originali prouenerunt homini, quas Philoſophus purus lumine ſolum naturali non potuit cognoſcere; Humilitas purè philoſophica reſpicit pro obiecto honorem, ſeruatque mediocritatem, fugiens ſuperfluum, & remiſſum tanquam extrema, appetens tantummodò debitum ſecundum rectam rationem; Humilitas vero Chriſtiana comunis admittit mediocritatem honoris debiti, & fugit indebitum; Perfectorum autem admittit honorem debitum officio, ſecundum perſonam vero omnem honorem reſpuit etiam minimum ſeruando tamen mediocritatem.

10 Procuius Intelligentia obſeruandum, quod humilis perfectus videt ſe peccatis oneratum, mole huius mortalis corporis agrauatum, terrenis curis intricatum, carnalium deſideriorum fæce infectum, cæcum in bono, atque infirmum; multis erroribus implicitum, mille periculis expoſitum, mille timoribus trepidum, mille difficultatibus anxium, mille ſuſpicionibus obnoxium, mille neceſſitatibus erumnoſum, ad vitia procliuem, & ad virtutes inualidum; Has ergo imperfectiones conſiderans iudicat ſe nullo dignum honore; Immo omni dignum vituperio, & ſic mediocritatem tenet, quia pro dignitatis gradu ſe iudicat tractandum; Omni homini ſiue ſuperiori, ac Prelato, vel Principi ſiue Inferiori, ac ſubdito, poteſt competere hæc Virtus humilitatis; Nam Chriſtus Rex Regum Apoſtolis qui Prelati totius Mundi erant futuri, & omnibus dicit Math, 11. diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde; honores Prelatis, Principibus cæteriſque ſuperioribus, debiti humilitati eorum non præiudicant cum exhibentur, & acceptantur, ſi iſti non ratione perſonæ, & meriti proprij, ſed ratione ſtatus, muneris, Prælationis, ſeu officij eos accepterent; Ad aquirendam humilitatem iuuabit contemplatio proprij figmenti, ſeu conceptionis, ac materiæ ex qua factus eſt; ſecundo finis naturalis, ſeu corporalis hominum non tantum ſimilis, ſed peioris, quam beſtiarum, tertio miſeriarum dictarum ſuperius in principio huius numeri quarto Principibus, Poteſtatibus, Magnatibus contemplatio ſerioſa vanitatis, & caducitatis rerum Mundanarum.

11 Abſtinentia, ſeu ſobrietas ex comuni vſu ſignificat moderationem in cibo, & potu; plurimum in ſacra ſcriptura comendatur Ecclesiaſtici 37. qui abſtinens eſt, adijciet dies, & infra Propter crapulam multi perierunt; Hæc abſtinentia, ſecundum rectum dictamen rationis eſt virtus, nam in ſacra ſcriptura comendatur conſulitur, & precipitur; Numer, 6. 3. de ijs, qui ſe erant ſanctificari dicitur. A vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt, Deus autem non comendat niſi virtutem, ergo abſtinentia eſt virtus, & moralis, quia ei competunt definitiones virtutis moralis ſuperius aſſignatæ, & eſt ſpecies temperantiæ, nam abſtinentia eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens; at non eſt prudentia; quia non eſt habitus intellectualis; non eſt iuſtitia, quia non eſt ad alterum, nec fortitudo, quia non eſt arduorum aggreſſio, & tolerantia terribilium, ergo abſtinentia in cibis eſt ſpecies diuerſa a fortitudine; immo abſtinentia in cibis eſt ſpecie diuerſa in potu nedum phiſice, ſed etiam moraliter, nam habituatus in parcitate cibi non eſt habituatus in parcitate potus, & experientia conſtat maxime in abſtemijs Crapulonibus; & in ebrioſis in edacibus; Item fames, & ſitis, ſunt ſpecies diuerſæ, ita, & abſtinentia, in illis; Abſtinentia circa quantitatem Cibi reſpicit pro medio non voluptatem primo ſed neceſſitatem naturæ, pro extremis autem exceſſum, & defectum eidem naturæ nocivos

vos; Aſtinentia comunis nullam reſpuit qualitatem ciborum (dummodo in tempore non prohibito ſumantur) neque preparationes, aut condimenta; ſed mediocritas à condicione, & neceſſitate perſonæ, attenditur, vt extremum per exceſſum à neceſſitate menſuretur.

11 Abſtinentia perfectorum ne dum quantitatem ſuperfluam cibi reſpuit, ſed qualitatem, & pretioſitatem, ac voluptuoſam preparationem, attendens tantum in ſimplicibus cibis mediocritatem iuxta puram neceſſitatem, ac vitæ ſubſtentationem. In cuius rei comprobationem poſſent adduci multa exempla ſanctorum, & ſanctarum; ſed ad inſtar omnium ſufficit cibus D. Ioannis Baptiſtæ, qui ex Math. 3. 4. erant locuſte vilia, & parua Animalia; & mel ſilueſtre, quod erat in truncis arborum, & herbarum; Abſtinentia comunis circa potum vini non reſpicit omnimodam potationem vini, ſed ſolum ſuperfluitatem, & defectum in caſu neceſſitatis; & ſic mediocritas à neceſſitate querenda eſt; Chriſtus vinum bibebat; Ideo Matth. 21. à Phariſæis abſtemijs in contumeliam appellatus eſt potatur vini vino pariter vſi ſunt Apoſtoli; Abſtinentia perfectorum quorumdam vinum omnino reijcit, patet ex Eccleſiaſte 2. & 3. cogitaui in corde meo abſtrahere à vino, carnem meam, vt Animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam, donec viderem quid eſſet vtile filijs hominum; Hæc erat vna ex condicionibus Nazareorum, qui in veteri lege continebantur, vt vinum, aliud que potens in Ebriare non biberent toto tempore ſeparationis Num. 6. Talis tamen abſtinentia perfectorum in neceſſitate vinum admittit iuxta indigentiam ſic docet D. Paulus 1. ad Timoth. 5. eundem ſuum diſcipulum Timotheum dicens vtere modico vino propter ſtomachum, & frequentes infirmitates tuas Gloſſæ dicunt immoderatam eſſe intemperantiam, ſi quis neceſſitatis tempore adeo debilitetur, vt nequeat Deo ſeruire,

13 Datur virtus quæ dicitur Caſtitas Virginalis moderatrix Venereorum eſt comunis de fide 1. Cor. 7. qu. Matrimonio iungit Virginem ſuam bene facit; Hoc non ſolũ laudabile apud Chriſtianos, verũ etiam apud infideles, qui virginitatem coluerunt; & virgines veſtales apud Romanos Diuæ ipſorum Veſtæ quam Noe vxorem putabant, conſecrarunt; Perfectior eſt Caſtitas Virginalis, que ne dum mixtionem cum alio, ſed alios etiam carnales actus, tactus oſcula &c. à ſe reijcit, ſed perfectiſſimam eſt Virginalis Caſtitas, quæ ne dum commixtionem, alioſque externos impudicos neſcit actus, ſed etiam mentales conſenſus ad eoſdem; Præter hanc datur alia Caſtitas poſt commixtionèm, ſeu Vidualis, quæ dicitur continentia ab illicito concubitu cum alieno. Quilibet harum eſt ſpecies virtutis Cardinalis Temperantiæ tam virginalis, quam Vidualis, & coniugalis prohibens concubitum alioſque venereos motus, tam circa tertiam perſonam, quam circa coniugem, & etiam circa ſeipſum; Dices Caſtitas Virginalis, & Vidualis non conſiſtunt in mediocritate, quia vtraque conſiſtit in totali negatione Venereorum; Reſpondetur concedendo vtramque caſtitatem omnia venerea reijcere ergo non eſt virtus negatur conſequentia, & ratio eſt quia alique virtutes dantur, quæ nihil admittunt de obiecto, quod in ſequuntur, eo quod tale obiectum non eſt capax bonitatis, patet de iuſtitia commutatiua circa reſtitutionem iuris alieni circa prohibitionem furti, iniuriæ contumeliæ &c.

14 Eutrapelia nomen græcum dicitur latine bona conuerſatio, ſeu Vrbanitas eſt virtus inclinans ad dicta iocunda faceta, & iocoſa iuxta regulam rationis ad relaxandum Animum; eſt Virtus inquam, nam in ſacra ſcriptura multa eiuſmodi referuntur geſta à ſanctis Viris, qui ad imitationem nobis in ceteris proponuntur Gen. 26. 8. Iſaac viſus eſt iocans cum Rebecca, & alia ſepe; Eutrapeliæ mediocritas in dictis, & factis conſiſtit in hoc, quod iniurioſa non ſint, non multa non obſcena, vel illiberalia, quæ faciunt exceſſum,

& ne

&ne tanta ſit auſteritas, vt omne iocoſum dictum, vel factum caueatur quod conſtituit defectum; Dicit Apoſt. Epheſ. 5.4. nec nominetur in vobis ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet; Interlinearis dicit ſcurrilitas ſtulta curſalitas dicitur, quæ riſum mouere ſolet; Quoad alterum eſtremum ſcilicet defectum, & auctoritatem in dictis, & factis iocundis, probatur Prou. c.7.22. comendatur letitia Animi, & improbatus triſtitia; Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, qui autem numquam verbum ioconum profert, nullumque actu ludificum facit vix durabilis eſt, iuxta illud; quod caret altera requie durabile non eſt; Et rupitur interdum nimium, qui tenditur arcus; & Colloſſ. 4. 6. Sermo veſter ſemper in gratia ſit ſale coraditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere; interlinearis, in gratia ait vt gratus ſit auditoribus.

15 Modeſtia ſumitur aliquando generaliter protentione modi, ſeu honeſtate in materia cuiuſcumque virtutis, vt vero eſt ſpecialis virtus dici poteſt conſiſtere in modo, ſeu moderatione Verborum, & motuum externorum, Ad Epheſ. 5. 3. fornicatio, & omnis immundicia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtuloquium, aut ſcurilitas, quæ ad rem non pertinet; Liranus turpido indiſſoluto geſtu, ſtultiloquium in turpi affatu, collige autem ex his, quod omnis loquendi modus, omniſque membrorum geſtus, aut motus, qui bonis moribus iuxta comunem honeſtorum hominum placitum diſformes ſunt, immodeſtum ſonant, Virtus autem, quæ illos ad mediocritatem, & honeſtatem reducit ſpecialis Modeſtia dicitur. Manſuetudo eſt affectio, ſeu qualitas iræ moderatrix, & eſt virtus, quæ reducitur ad temperantiam, non reijcit omnem iræ gradum, ſed tenet medium in ea tam quoad exceſſum, quam quoad defectum; Mediocritas iræ Manſuetudinem exigit, vt quis iraſcatur, pro quibus oportet, contra quos oportet, & vt oportet quando, & quanto tempore oportet ideſt cum debitis circumſtantijs. Extremum manſuetudinis per exceſſum eſt iracundia de qua Prouerb. 15. 18. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas; Alterum Manſuetudinis extremum per defectum eſt inominatum, & dici poteſt ſegnities, ſeu ſtoliditas, contra quam eſt Pſalmus 4. craſcimini, & nolite peccare, vbi Iſidorus Peluſ. lib. 2. Epiſt. 2. 39. ait ſic, & vtiliter iraſci, vel ob Dei gloriam, vel ob eos, quibus iniuria infertur, vel vt proximi ad meliorem vitam reuocentur; & infra, cum autem de Diuina gratia, vel deuindicandis eorum, qui læduntur iniurijs agitur, ſi metum, & quietem fingimus, mutique, ac torpidi ſumus, atque ita affecti, vt nihil inter nos, & ſaxa interſit; Hæc ignauia, & ſegnities eſt Propterea nobis inſita eſt ira non vt peccemus, ſed vt peccantes prohibeamus.

16 Ornatus, ſeu affectio inclinans ad moderatum cultum corporis iuxta conditionem perſonæ eſt virtus; nam de Moderatione ornatus multæ leges tam apud Gentiles quam apud Chriſtianos prodierunt; Lex autem de honeſtis eſt, & ipſa honeſta reſpicit; Hæc Virtus ad Temperantiam reducitur, quia diſcurrendo per ſingulas nequit ad aliā Cardinalem reduci, vnum extremum ornatus dicitur Luxus in ornatu, qui à Patribus ſumme reprobatur. In quo valde admirandum eſt quod dum eum improbant ſemper de mulieribus dicuntur, & non de uiris, quaſi earum tantum, & non iſtorum ſit vitium; Alterum extremum ornatus, extremum per defectum, quod inominatum eſt, & dici poteſt ſordities niſi ad mortificationem à Perfectis exerceatur, quorum eſt ingens numerus; Ornatus mediocritas ex ſtatu, ſeu conditione perſonæ; & ex conſuetudine regionis, & alijs circumſtantijs ad iudicium boni viri, & prudentis firmanda eſt; Circa oculorum voluptates eſt neceſſaria ſpecies aliqua temperantiæ licet ſit inominata, quia in voluptatis oculorum poteſt homo excedere, & peccare, & vt nam non poſſet

ergo in illis eget virtute moderate: Idem dic circa auditus, & olfactus voluptates; In quibus omnibus Clemens Allexandrinus lib. 2. Pedagog. Cap. 8. qui intemperans eſt vndequaque ducitur, ac trahitur, & à cibo, & à ſtrato, & à conuerſatione, & ab oculis, & ab auribus, & a maxilis atque adeo etiam à naribus; & D. Ciprianus lib. de ſpectaculis, non licet adeſſe Chriſtianis fidelibus, non licet omnino nec illis quos ad oblectamenta aurium: ad omnes vbique Græcia inſtructos ſuis vanis artibus mittit.

17 Continentia accepta etiam, vt Caſtitate ſecernitur eſt virtus non eſt tamen de rigore diſtincta à temperantia, ſed eſt gradus quidam, qui eſt initium, & diſpoſitio ad temperantiam, & eſt proprie illa qualitas, ſeu affectio, qua homo abſtinet à voluptatibus immanibus, & brutalibus ex naturali impetu concupitijs immo etiam à voluptatibus ex genere, ſeu ex obiecto prohibitis; Temperantia vero ab alijs ex circumſtantijs tantum prohibitis; Continentia accepta pro qualitate frenatrice paſſionum brutalium, & efferatarum circa omne delectabile in omni materia eſt gradus tribus virtutibus moralibus comunis tanquam diſpoſitio reſpectu habitus, ſeu tanquam imperfecta virtus, & incohatio reſpectu habitus, ſeu tanquam inperfecta virtus; & incohautio reſpectu triplicis virtutis, ita tamen, vt debeat dici reſpectu Iuſtitiæ, & fortitudinis, cum addito illius, reſpectu vero Temperantiæ, fine addito, ſed abſolutè; probatur ex Ariſtotele, qui ſemper probare ſolet pluralitatem ſpecierum vnius generis virtutis per pluralitatem ſpecierum vitiorum eis oppoſitorum, vt de iuſtitia, & fortitudine; immo, & de temperantia; De continentia autem ſic loquitur in 7. Ethic. Cap. 6. eorum, quæ voluptatem efficiunt quædam ſunt neceſſaria, & per ſe experenda tamen exceſſum habentia, neceſſaria dico, quæ ad corpus pertinent quæ circa alimenta, venerea, & indigentiam, & alia huiuſmodi ad corpus ſpectantia, circa quæ temperantiam poſuimus, & intemperantiam non neceſſaria vero, ſed expetenda dico, ſeu uictoriam, honores, diuitias, & eiuſmodi talia bonorum, & delectabilium; qui igitur in his vltra rectam rationem, quæ in ipſis eſt incedunt eos non dicimus incontinentes ſimpliciter, ſed adiungimus pecuniarum incontinentes, lucri, honoris, &c. & iræ, ſimpliciter autem non quaſi alios quoſdam, & per ſimilitudinem dictos, ſed ſine addito, & abſolute; &c. Hactenus de bonitate morali &c.

De malitia morali humanorum actuum, tam in generali, quam in ſpeciali Caput Quintum.

De Malitia morali Humanorum Actuum in generali, & de Peccato Originali. Art. 1.

1 CVm bonitas moralis, & malitia moralis opponantur priuatiue, & dictum ſit in præcedentibus bonitatem moralem coſiſtere in aggregatione omnium, quæ ſecundum rectam rationem requiruntur ad bonitatem actus, & in carentia eorum, quæ recta ratio prohibet; ſic per oppoſitum dicendum malitiam moralem conſiſtere in priuatione requiſitorum ad rectitudinem actus, vel in poſitione alicuius contrarij tali rectitudini; ex quo colligitur differentia inter bonitatem moralem, & malitiam moralem quod ad Bonitatem moralem conueniant copulatiue requiſita; ad malitiam autem moralem ſatis eſt carentia vnius illorum

iuxta illud vulgatum ex D. Dionyſio Bonum eſt ex integra Cauſa malum ex ſingulis defectibus; Hinc verum eſt bonitatem eſſe aliquid reale, & poſitiuum, per quod homines ipſi, & eorum actiones à parte rei dicuntur bonæ, & laude dignæ, malitia vero eſt tantum quid priuatiuum, vt pote nagatio priuatiua bonitatis realis, ſicut cæcitas in homine eſt negatio priuatiua viſus; Tenebræ priuatio Lucis quamvis dicantur eſſe à parte rei fundamentaliter; Hinc eſt etiam quod Deus non eſt Cauſa malitiæ, aut peccati formaliter ſumpti; quia Deus non eſt Cauſa niſi entis, & rei poſitiuæ; Agit enim ſemper integre, & perfecte; Voluntas autem noſtra dicitur Cauſa malitiæ, & peccati, quatenus eſt Cauſa deficiens, & imperfecta; de qua re infra redibit ſermo ex intentione, Malitia moralis non tantum reperitur in actu poſitiuo voluntatis, ſed etiam in ommiſſione illius; quia non tantum contra rationem eſt velle aliquid quod turpe, & prohibitum eſt, ſed etiam non velle quod honeſtum, & preceptum eſt.

2 Malitia peccati actualis non ſumit ſuam ſpeciem, & diſtinctionem à precepto, cui peccatum aduerſatur; ſed ab honeſtate, & bonitate cuius intuitu actus precipitur, nam ideo præcepta diſtincta ſunt quia præcipiunt diſtinctos actus bonos, & prohibet diſtinctos actus malos, malitia igitur proxime ſumit ſuam ſpeciem ex honeſtate virtutis, cui opponitur malitia ex obiecto circa quod verſatur, prior pars patet, quia malitia nihil aliud eſt quam priuatio honeſtatis, ſeu rectitudinis, quæ deberet in eſſe actui; hæc autem priuatio ſumit ſpeciem ab honeſtate cuius priuatio eſt, & cui priuatiue opponitur; poſterior pars probatur quia honeſtas virtutis proxime ſumitur ex obiecto, ſed malitia ſumit ſuam ſpeciem ab honeſtate virtutis, vt dictum eſt, ergo conſequenter etiam ab obiecto, & non à præceptis. Malitia moralis non ſolum dependet ab obiecto, ſed etiam à fine, & alijs circumſtantijs ſicut ex oppoſito dictum eſt de bonitate morali ex fine, & circumſtantijs; Certum eſt apud Theologos, actum interiorem non poſſe ſimul eſſe bonum, & malum ſimpliciter, & omnimodo, ita D. Thomas, & alij, non indiget alia probatione; Dubium eſt an poſſit eſſe bonus ex vna parte, & ſimul malus ex alia parte, ideſt an actus ex obiecto malus poſſit eſſe bonus ex fine; Quæ quæſtio intelligitur potiſſimum de electione medij, & intentione finis, vt ſenſus ſit, an electio boni medij poſſit eſſe ex intentione boni finis, vel è contra an electio boni medij poſſit eſſe ex intentione mali finis; Item poteſt quæri an actus ex obiecto malus poſſit eſſe bonus ex circumſtantijs, vel actus ex obiecto bonus eſſe poſſit malus ex circumſtantijs, quibus ſic ſtantibus.

3 Dicendum eſt primo electionem mali medij factam ex intentione boni finis, vt ſi eligas furtum ex intentione dandi Eleemoſinam non accipere vllam bonitatem à tali fine, quia, vt inquit Apoſtolus Rom. 3. 8. non ſunt facienda mala, vt eueniant bona; & D. Auguſtinus lib. contra Mendacium Cap. 7. inquit intereſt quidem plurimum qua Cauſa quo fine, qua intentione quid fiat; ſed ea, quæ conſtat eſſe peccata nullo bonæ Cauſæ intuitu, nullo quaſi fine, nulla velut bona intentione facienda ſunt, ita D. Auguſtinus; probatur etiam ratione ſic; Quandocumque intentio finis honeſta eſt tunc etiam electio mediorum honeſta eſt, ergo mala electio numquam conſiſtit cum bona intentione, & proinde non poteſt aliquam bonitatem ab ea ſumere; Antecedens patet, quia intentio finis eſt cauſa electionis mediorum, impellit enim voluntatem ad eligenda media, quibus finis obtineri poſſit; at honeſta finis intentio non poteſt impelleri ad agendum contra honeſtatem, ergo non poteſt impellere ad malam electionem mediorum; & confirmatur quia virtus non eſt virtuti contraria, ſed ſi bona intentio eſſet Cauſa malæ electionis iam eſſet contraria bonæ

tæ electioni eo ipſo; quod impelleret ad malam electionem; Confirmatur, ſecundo ex veris principijs non poteſt colligi, nec inferri mala concluſio ſecundum rectum diſcurſum; ergo ſimiliter ex bona intentione non poteſt ſequi mala electio.

4 Dicendum eſt ſecundo electionem boni medij, vel generaliter actum habentem obiectum bonum ſi procedat ex intentione mali finis, vt ſi quis velit dare eleemoſinam ex intentione vanæ gloriæ nullam recipere bonitatem ab obiecto bono, ac proinde non eſſe ſimul bonum ex obiecto, & malum ex fine, & ratio eſt, quia actus, qui procedit ex mala intentione non poteſt verſari circa ſuum obiectum, ſub ratione boni honeſti, ergo ab illo non poteſt ſumere ſpeciem honeſtatis, antecedens patet, quia alioquin Idem actus haberet duo motiua repugnantia nempe malum finem, & honeſtatem obiecti; Dices hoc non videtur impoſſibile; quia experimur nos poſſe velle aliquid per ſe bonum, & ſimul propter laudem humanam, ſicut poſſumus velle orare, & propter cultum Dei, & propter lucrum temporale; Reſpondetur hoc non poſſe fieri vno actu quando motiua ſunt repugnantia poſſe tamen fieri diuerſis actibus, vt ſiquis velit dare eleemoſinam propter honeſtatem obiecti, ſeu ex motiuo virtutis, & poſtea ſubrepet appetitus humanæ, & inanis gloriæ circa eandem eleemoſinam, in tali caſu poſterior actus, qui malus eſt non tollit prioris bonitatem, quod non tantum, non ponit repugnantiam, cum non ſit vnus actus, ſed duo actus, ſed etiam infert, & manifeſtat libertatem voluntatis quæ idem vno actu poteſt approbare, & alio actu reprobare.

5 Dicendum eſt tertio actum ex obiecto malum ſicut nullã recipit bonitatem à fine bono, vt dictum eſt, ita nullam recupit ab alijs circumſtantijs etiam ſi bonæ videantur; quia duplices ſunt circumſtantiæ, quædam conferunt bonitatem niſi ſuppoſita aliqua bonitate ſcilicet obiecti, vt patet, hic autem nulla ſupponitur bonitas; Poſteriores vero non conferunt bonitatem niſi aliquomodo ſint intentæ per modum finis, ſed finis bonus non confert bonitatem malæ electioni; ergo nec circumſtantiæ bonæ quæ habent ſe per modum finis, Dicendum quarto actum ex obiecto bonum non poſſe habere maliciam ex defectu alicuius circumſtantiæ, vel condicionis, quæ neceſſaria, vt ad obiectum virtutis conſtituendum, non eſt ſermo de circumſtantijs, quæ mere circunſtantiæ ſunt, & nullum ordinem per ſe habent ad obiectum, vt ſunt circumſtantiæ pure naturales, ſed de his, quæ requiruntur ad completum virtutis obiectum, nam ſi vel vna ex his circumſtantijs auferatur iam obiectum deſinit eſſe obiectum virtutis, & nunc actus non poteſt eſſe bonus ex obiecto; ſi autem eſt bonus ex obiecto iam non poteſt deeſſe aliqua circumſtantia, quæ neceſſaria ſit ad obiectum virtutis conſtituendum.

6 Quæres, An ſaltem ſucceſſiue idem actus interior; poſſit eſſe bonus, & malus Reſpondetur quod actus interior qui ſemel eſt obiecto bonus non poteſt fieri malus, quia bonitas deſumpta ex obiecto eſt eſſentialis, ergo actus interior, qui ex obiecto bonus eſt neceſſario, & eſſentialiter bonus eſt, quod autem eſſentialiter eſt tale, ſemper eſt tale; Hic non eſt ſermo de circumſtantijs, ſed de bonitate, vel malitia actus reſpectu obiecti; Dices ſi quis feria 5. prope mediam noctem velit temperate, & honeſtate veſci Carnibus; & poſt mediam noctem in eodem actu perſeueret, iam idem numero actus, qui antea bonus erat poſtea fit malus circa idem obiectum; Reſpondetur cum diſtinctione, vel aduertit mutationem eſſe factum, & iam non licere, quod antea licebat, vel non aduertit; ſi aduertit, & nihilominus perſeuerat in actu interiori neceſſario mutat intentionem, ſi prior actus erat honeſtus, iam ſecundus, qui ei ſuccedit eſt malus, & inhoneſtus, ſed hoc eſt extra quæſtionem; ſi. non aduertit

uertit iterum diſtinguendum, nam ſi non aduertit incolpabiliter poteſt in eadem voluntate perſeuerare ſine peccato ſicque manet, idem actus cum ſua bonitate, quod facit ignorantia; vel inaduertentia inuincibilis, ſi autem culpabiliter non aduertit, neceſſe eſt mutare intentionem, & interiorem actum, ſi antea erat honeſtus, & bonus, qui ſequitur eſt inhoneſtus, & malus, quia ignorantia, ſeu inaduertentia vincibilis, & culpabilis non ſinit eum durare in priori bonitate, & honeſtate, vel potius iſte ſecundus actus malus non ſinit priorem in ſua bonitate, & honeſtate perſeuerare.

7 Actus interior qui ſemel ex obiecto malus eſt non poteſt poſtea fieri bonus, niſi forte obiectum deſinat eſſe malum Ratio prioris partis eſt, non quod malitia ſit eſſentialis differentia, ſicuti eſt bonitas, ſed quia libera volitio obiecti mali non poteſt non eſſe mala, quandiu obiectum manet malum; Ratio poſterioris eſt, quia obiectum quod prius erat malum ex eo præciſe quia prohibitum poteſt poſtea ceſſante prohibitione non eſſe malum, ſed indifferens, vt manducare carnem ante mediam noctem eſt malum, ſed poſt mediam noctem talis diei non eſt malum, ergo ſimiliter actus, qui prius erat malus durante prohibitione, poteſt poſtea ablata prohibitione fieri indifferens, ac deinde poteſt ab operante referri in bonum finem, & ſic erit bonus; Actus interior qui ex obiecto indifferens eſt poteſt ſucceſſiue eſſe bonus, & malus ex fine extrinſeco, quia actus uoluntatis, quo volo ſanitatem tanquam bonum quoddam naturale eſt indifferens ex obiecto, at hic actus poteſt perſeuerare per aliquod tempus ergo ſi in priori parte illius temporis, referatur ad malum finem erit malus, ſi poſtea referatur in bonum finem erit bonus; ſimile eſt de actu, quo quis vult ſtudere, ambulare &c. nam hæc obiecta ſunt ex ſe indifferentia poſſunt ergo appeti, vel ob turpem, vel ob honeſtum finem, ac proinde actus voluntatis, quo appetuntur erit indifferens ex obiecto. Sed turpis, aut honeſtus ratione finis.

8 Omnis humana malitia ortum habuit, habet, & habebit à primo peccato Adæ quo defecit ab illa naturali rectitudine in qua conditus fuit, quod quidem peccatum fuit illi Adæ perſona ſe, homini autem ex Adam per propagationem naturalem deſcendenti dicitur originale, quia in ſua originale illud contrahit, & hoc loco de illo inſtituendus eſt ſermo; in primis dicendum, quod grauiſſima eſt controuerſia de peccato originali, nec naturali ratione conſtare poſset hanc culpam eſſe per originem traductam, niſi Deus id reuelaſſet, prout dicit D. Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum, quod probatur, nam quo pacto nobis poterit conſtare humana ratione primum parentem accepiſſe donum illud iuſtitiæ, originalis pro ſe, & pro tota poſteritate; aut quod Adam fuerit caput in eſſe morali totius naturæ humanæ, itaut per ipſum ad poſteros ſuos deriuarentur principia bene operandi ſcilicet iuſtitię originalis, & virtutis; Itaut ſicut ex ipſo pendebat generatio humanæ naturæ in eſſe naturali, ſic etiam ab eodem tamquam ab Agente morali penderet illius ſtatus conſeruatio, vel amiſſio; Aut quo pacto ratione naturali, nobis conſtare poterit, quod peccante Adamo peccauerunt omnes poſteris eius, qui nedum eſſent nati niſi prius ſupponatur fides eorum quæ diximus, & ea ſuppoſita excogitemus congruas Theologicas rationes ad hanc rem explicandam, & aperiendam; quarum vna eſt, quod ſemper in Eccleſia ab initio peccati hominis fuit remedium aliquod ad expiationem peccati originalis in paruulis tam in ſtatu legis naturæ, quam in lege ſcripta, & gratiæ ergo manifeſtiſſimum ſignum eſt Eccleſiam ſemper tenuiſſe, & docuiſſe eos contrahere peccatum originale; aliter ſequeretur, quod forma baptiſmi in paruulis eſſet falſa, ſi non

non eſſet in illis originale peccatum quod per ipſum baptiſmum deleretur quod eſt hæreticum.

9 Et ne procedamus in æquiuocis pro nunc obſeruandum eſt quod originale peccatum poteſt tripliciter accipi primò actiue, atque ita dicitur originale peccatum, quod fuit in alijs origo peccati, & hoc modo dicit Vgo de Sancto Victore, & Magiſter ſententiarum quod peccatum Adæ, ideſt quod commiſit Adam fuit originale, quia fuit omnium peccatorum Cauſa; ſecundo modo dicitur peccatum originale quod ab origine in eſt, ideſt immediate poſt Animæ infuſionem, atque ita Adam, & Eua non habuerunt peccatum originale. Tertio modo dicitur peccatum originale, quod in alijs ab alio traducitur ſiue quod in origine ipſa, ſeu generatione contrahitur, vel quia ab origine, hoc eſt primo parente deriuatur, & hoc modo accipitur in propoſito, ſic que acceptum originale peccatum negarunt in principio Eccleſiç, & vſque nunc negant Hæretici in luce meridiana cæcutientes quorum primus fuit Carpocrates, impuriſſimus vicinus Apoſtolorum temporibus, quem poſtea ſecuti ſunt Pelagius ſic refert D. Auguſtinus lib. 1. de peccatorum meritis Cap. 18. & 20. Armeni ex Caſtro aduerſus Hereſes V. Peccatum Hereſ. 1. Albanenſes teſte D. Antonino p. 4. tit. 11. Cap. 7. §. 5. Zuinglius. Anabatiſtæ, Iacobus Faber ſtapulenſis. Caluinus, Beza, & alij. Hanc hæreſim damnauit Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. ſic inquiens, ſi quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli; & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, acceptam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam, quam perdidit ſibi ſoli, & non nobis etiam eam perdidiſſe, aut inquinatum illud per inobedientiæ peccatum, mortem, & penas corporis tantum in omme genus humanum tranſfudiſſe non autem, & peccatum quod mors eſt Animæ. Anathema ſit; Ita Concilium Tridentinum.

10 Sacra quoque ſcriptura tum veteris quam noui Teſtamenti declarat hanc hæreſim omnimode falſam, ne tempus inutiliter conteramus omnia loca referendo, pro veteri teſtamento ſuſſiciat Regius Propheta, qui ſuam miſeriam rectius quam Pelagius, & Caluinus, agnoſcens ait Pſalm. 50. ecce enim in Iniquitatibus conceptus ſui, & in peccatis concepit me Mater mea; petens enim à Deo miſericordiam, quo facilius eam Impetret allegat ſuam miſeram inclinationem, & in peccatum pronitatem quam à parentibus contraxerat; ac ſi dixiſſet; Ideo miſereri mei debes, quia non ex malitia, ſed ex infirmitate peccaui, hanc autem infirmitatem in ipſo Matris vtero conceptus paſſus ſum; ſi nullum eſt peccatum originale oſtendant Hæretici, quæ nnn ſit illa Iniqnitas, & quod eſt illud peccatum quod habet Infans in vtero Matris; Item pro nouo teſtamento primo ſit Beatus Paulus qui in ea quæ eſt ad Romanos Epiſ. Cap. 3. ait, omnes peccauerunt, & egent gratia Dei, ſi omnes peccauerunt ergo, & Paruuli peccauerunt, non autem peccauerunt peccato actuali, quia ad vſum liberi arbitrij nundum peruenerunt ergo peccato originali; & in eadem Epiſtol. Cap. 5. ait; ſicu per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors per tranſijt, in quo omnes peccauerunt, ſi per peccatum mors intrauit in omues homines ergo iniuſte paruuli moriuntur quoniam illi antequam ad annos diſcretionis perueniant nullum iuxſta iſtorum hæreticorum doctrinam, peccatum habent; ſi ergo Deus non eſt iniuſtus ſic puniens paruulos morte, & alij pænis relinquitur quod illi quamvis paruuli habeant aliquod peccatum: non actuale, ergo originale; Item in ſecunda ad Corint. Cap. 4. ait ſi vnus pro nobis mortuus eſt Chriſtus, ergo omnes mortui ſunt, ſed Chriſtns pro paruulis mortuus eſt ergo paruuli mortui ſunt, non ſunt autem mortui propter peccatum actuale, ergo propter originale.

11 Plura nomina ſortitum eſt peccatum originale ob diuerſam eius comparationem

...ationem ad plura nempe ad Deum ad animam ad corpus, & actus delectabiles; per comparationem ad Deum tripliſci nomine appellatur, ira mors, & Inimicitia, ira quidem quatenus prouocat Deum ad puniendum, & iram exercendam; mors etiam quatenus priuat viſione Diuina, in qua eſt vera vita; Inimicitia tandem quatenus priuat iuſtitia originali, gratia diuina, qua homo Deo gratus, & amicus Dei conſtituitur. Vt comparatur ad animam primo dicitur Infirmitas, quia Animam impotentem reddit, ad reuocandum illicitos motus, ſecundo dicitur pronitas, quia continet, & fouet appetitum ad malum, iuxta illud Gen. 8. ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt &c. Tertio dicitur fœditas, ſiue macula, quia per illud fœdatur, & maculatur, & fœtida efficitur, Quarto dicitur corruptio bonæ valetudinis naturæ naturam inhabilem reddens ad bene operandum, & priuat bono vſu ſui, vt declarat Scotus in 2. diſt. 37. Quinto vocatur vitium quatenus cauſat in homine quandam opoſitionem ad virtutem, Sexto vocatur languor Animi à quo cupiebat priuari D. Paulus quando dicebat, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius; Per comparationem ad corpus dicitur lex carnis, & membrorum, quia mouet organa corporis ad opera concupiſcentiæ, de qua Lege loquitur D. Paulus ad Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis &c.* Secundo vocatur Tyrranus; quia concupiſcentia ex originali peccato contracta habet in homine dominium quaſi violentum de quo D. Paulus ad Rom. 7. video aliam legem in membris meis captiuitatem me in legę peccati. Ideo etiam dicitur fomes, & ſtimulus carnis; Per comparationem ad actus delectabiles, Primo dicitur concupiſcentia, ideſt immoderata inclinatio ad concupiſcendum delectabilia, Secundo dicitur abſtractio qua ſuper talem concupiſcentiam abſtrahitur quodammodo à ratione, & inuoluitur in rebus concupiſcibilibus iuxta illud Iacobi 1. vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.

12 Præmiſſo quid nominis ad quid rei peccati originalis deueniendum eſt, & relictis pluribus definitionibus diuerſorum Doctorũ, ad Doctorem ſubtilem recurrendum eſt pro exacta ratione difinitiua, qui ſecutus D. Anſelmum in lib. de caſu. Diaboli Cap. 16. & in lib. de conceptu Virginali in 2. diſt. 32. docet totam rationem peccati originalis conſiſtere in priuatione, ſeu carentia iuſtitiæ originalis, atque adeo peccatum originale eſt carentia, & priuatio originalis iuſtitiæ debitę ineſſe, ſunt enim omnes filij, & filiæ Adam ſecundum legem propagationis geniti, ſeu genitæ iuſtitiæ originalis debitores; Cum enim peccatum formaliter ſit iniuſtitia, & iniuſtitia non ſit aliud quam carentia iuſtitiæ debitæ ſecundum Anſelmum loco citato; ſequitur quod peccatum originale ſit carentia, & priuatio iuſtitiæ debitæ in eſſe in primo parenti acceptæ, & in ipſo amiſſæ; quia Adam originalem iuſtitiam nedum pro ſe, ſed etiam pro tota natura, quæ in ipſo erat accepit, atque Adamo iuſtitiam originalem accipiente; ipſa originalis iuſtitia data eſt etiam eius filijs voluntati antecedente hoc eſt quantum eſt ex parte Dei, dummodo non eſſet impedimentum, ſtatuit namque Deus dando Adæ iuſtitiam originalem dare etiam cuilibet Adæ filio iuſtitiam originalem, atque ita accepit Adam eam pro ſe, & tota poſteritate ſua, atque ex illa collatione Adam, & tota eius poſteritas facti ſunt iuſtitiæ originalis debitores, quam ſtatuit Deus, quaſi naturaliter propagatis conferre, dummodo non poneretur ob ex non quod Pater eam transfudiſſet, quia donum ſupernaturale eſt, ſed quod Deus regulariter cooperaretur naturæ dando iuſtitiam propagato, ſicut modo Animam intellectiuam creat organizato corpore; Quapropter Deus voluntati Adæ tribuens formaliter originalem iuſtitiam dedit etiam eam virtualiter, & voluntate antecedenti toti eius poſteritati; & cum Pater Adam transgreſſus eſt

præceptum nedum nudauit ſe originali iuſtitia debita verum etiam totam poſteritatem ſuam, atque adeo omnis poſteritas eſt debitrix originalis iuſtitiæ, quam debet habere, & ea caret.

13 Ex dictis colligitur ſecundum comunem Theologorum ſententiam aſſerendum eſſe peccatum, & non ſolum reatum, & obligationem, atque adeo aſſerere peccatum originale in paruulo non eſſe proprie peccatum neque, vere, & proprie culpam eſt omnino erroneum; Dices. In paruulo non eſt voluntarium, negantur, nam ſatis eſt ad hoc quod in puero originale peccatum ſit voluntarium primum Parentem fuiſſe Auctorem totius naturæ; & voluntarie peccaſſe, & illud idem, quod in primo parente formaliter fuit voluntarium, interpretatiue eſt voluntarium in puero; In quare omnes homines in Adam ſunt vnus homo, à quo propagati ſunt; Colligitur ſecundo peccatum originale non eſſe aliquam maculam Carnis, nec priuationem alicuius qualitatis in carne per quam qualitatem fuiſſet caro ſpiritui ſubdita, & priuatione illius poſita in carne, caro eſſet rebellis ſpiritui partes, & viro etiam Inferiores ſuperioribus, peccatum enim eſt iniuſtitia caro autem non eſt capax talis iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ. Colligitur; Tertio peccatum originale non eſſe eſſentialiter concupiſcētia ſi ſumatur pro inclinatione naturali ad malum, ſeu pro fomite, ſiue pro motu concupiſcentiæ voluntario, vel inuoluntario, quia concupiſcentia habitualis eſt appetitus ſenſitiuus concupiſcibilis, ſeu in appetitu ſenſitiuo ob eandem rationem, quia cum peccatum Originale ſit formaliter iniuſtitia, neque in carne neque in appetitu ſenſitiuo, poteſt reperiri; Et cum ſancti dicunt peccatum originale eſſe concupiſcentiam, non loquuntur de peccato originali pro formali, ſed materiali ideſt, iſta concupiſcentia eſt materia circa quam verſatur ille homo qui eſt in peccato originali.

14 Nulla eſt Cauſa efficiens peccati originalis, ſed cauſa deficiens quæ triplex eſt altera demeritoria altera moralis altera naturalis; Quod non habeat cauſam efficientem, patet peccatum originale non conſiſtit formaliter; niſi in priuatione, cuius non eſt aliqua cauſa à efficiens; De Cauſa deficiente demeritoria ſatis patet, quod peccatum, ſeu tranſgreſſio Adę eſt Cauſa demeritoria peccati originalis in poſteris, fuit etiam Cauſa moralis; Dices dum peccauit Adam nos non fuimus ergo non fuit cauſa peccati in nobis; Nec modo dum contrahitur peccatum originale Adam reperitur ergo non eſt Cauſa; Ad primum reſpondetur, quoad Adam peccante nos non fuimus quod eſſe phiſicum, ſed quoad eſſe morale; pro quanto pro ſe accepit, & pro nobis iuſtitiam Originalem; Reſpondetur ad ſecundum quod cauſa moralis non neceſſario debet coexiſtere quando producit ſuum effectum, maxime ſi effectus non ſit res phiſica. Sed moralis tantum, vt aperte patet in iuribus, & dominijs; Nam Proles in primo inſtanti ſuæ conceptionis accipit iura, & dominia ex vi contractus paterni qui initus eſt ante, multos annos; De cauſa etiam naturali patet; quia peccatum originale cauſatur ab Adamo mediante ſemine; Cauſatur ab eo tanquam non principali, ſed inſtrumentali cauſa, atque adeo diminutiua; Quantum ad ſubiectum peccati originalis, Anima eſt ſubiectum, in qua remote ſubiectatur peccatum originale, ſecundum ſuum eſſe formale, quia totus homo eſt ſubiectum totale peccati originalis non ratione carnis ergo ratione Animæ; Proximum, & immediatum ſubiectum peccati originalis eſt voluntas, ita vt ſubſtantia, & eſſentia Animæ participet illud media voluntate tanquam ſubiecto quo immediato; quia peccatum in tantum eſt peccatum, in quantum eſt voluntarium ergo peccatum quod reſultat in homine reſoltat ſemper media voluntate, vt ſubiecto proximo; Dices cum Thomiſtis, peccatum originale vocatur peccatum naturæ ergo primario eſt in natura, Reſpondetur ideo vocari peccatum naturę quia per natura-

lem

lem generationem deriuatur in poſteros non autem ideo, quia eſt primo in natura.

15 Ad hoc quod peccatum originale traducatur, ſeu contrahatur, requiritur primo, quod caro ſit traducta à primis parentibus transgreſſoribus, quia certum eſt, quod originale peccatum in eſt homini ex eo quod à primis parentibus poſt quam transgrediendo preceptum Dei peccauerunt traducitur, & inde deriuatur in filijs; ex quo ſequitur quod ſi Deus formaret nunc vnum hominem de terra ſicut fecit Adam non de carne primorum parentum iſte non contraheret peccatum originale. Secundo ſequitur quod ſi Adam non peccaſſet, ſed aliquis filiorum, vt Cain ab eodem genitus peccaſſet non contraxiſſet originale peccatnm, ſed filij ipſius Cain ab ipſo geniti peccatum originale contraxiſſent, quia eſſent à Parente transgreſſore geniti, quod intelligendum eſt ſi Cain ſicut Adam iuſtitiam originalem proſe, & filijs ſuis accepiſſet. Secundo Ad hoc quod contrahatur originale peccatum requiritur quod ab ipſis primis parentibus fiat naturaliter propagatio ex viri, & mulieris ſemiuibus, nam ſi quis (ſicut Chriſtus Dominus Spiritu ſancto operante ſupernaturaliter conciperetur ex Virgine non contraheret originale peccatum; ſed ponamus caſum quod Dęmon incubus, & ſuccubus ſuſceptum ſemen viri in mulierem transfunderet ſicut de Merlino narratur in Hiſtorijs, homo genitur peccatum originale contraheret, quia eſſet de ſemine humano; nec talis hominis Pater eſſet Dæmon, ſed ille homo cuius Dæmon, ſuccubus ſemen ſuſcepiſſet.

16 Anima contrahit peccatum originale mediante carne ab Adam ſeminaliter propagata, quod non eſt intelligendum inquit Scotus quod caro per quandam qualitatem in ea cauſatum cauſet peccatum iſtud in Anima, vt quidam dicere voluerunt, ſed ex hoc, quod caro concupiſcibiliter ſeminatur, & ex ipſa formatur corpus organicum cui infunditur Anima conſtituens perſonam, quæ eſt naturalis filius Adæ debitor iuſtitiæ originalis datæ à Deo ipſi Adamo, pro omnibus filijs, quia iuſtitia, originali caret peccatum originale peccatum habet; Rima ergo, per quam ingreditur peccatum originale eſt caro infecta concupiſcibiliter ſeminata, per quam maculatur Anima, quæ immaculata Creatur à Deo; patet ex reſponſione D. Auguſtini ad quæſitum Iuliani; Dum enim ille quærit per quas rimas ingreſſum peccatum originale. Reſpondet D. Auguſtinus, quid queris rimatum cum habeas apertum Ianuam; per vnum hominem aït Apoſtolus intrauit peccatum in mundum, quaſi vellet dicere, non eſt quærere alias rimas, nec alias Cauſas niſi peccatum Adami, & naturalem propagationem carnis infectæ, à qua morali efficientia inficitur Anima neque tamen propagatio abſolute eſt Cauſa, quia illa fuiſſet in ſtatu Innocentiæ, ſed libido, non libido accepta pro improba voluntate, quia ſine illa contingit frequenter generare vt in Matrimonio, vel libido ſumpta pro inordinata delectatione in actu generationis quoniam ſiue immoderata delectatione interdum generare contingit licet rarò, & forte vix ſine ea generetur. Sed libido ſumpta pro corruptione vicioſa, quam dicimus eſſe in ſemine, & in virtute generatiua, quę dicitur corrupta, & infecta, ſine qua numquam contingit generare, atque ita dicimus quod oportet libidinem eſſe in peccato originali dum contrahitur.

17 Quamuis Parentes ſint mundati à peccato originale per ſacrum Baptiſmum, nihilominus peccatum originale transfunditur in filios, nec dici poteſt, quod peccent generando quia in actu Matrimonij cum debitis circumſtantijs non committitur peccatum; ſed ratio eſt, quia generatio filiorum eſt ab Adam ſecundum eſſe naturæ corruptæ in qua ſumus omnes membra Adæ, non autem ſecundum eſſe gratiæ quod habemus per baptiſmum, in quo ſumus membra Chriſti, atque adeo quando generans in quantum huiuſmodi generat ſibi ſimile in eſſe naturæ originali iuſti-

tia deſtitutæ cum debito habendi eam, ſic que transfundit in filium originale peccatum, & facit illum filium, & Membrum Adam non membrum Chriſti; Hoc peccatum originale in omnibus eſt vnum ſpecie, vel ſecundum ſpeciem, quia formaliter eſt priuatio iuſtitiæ originalis, quæ eſt vna in omnibus ſecundum ſpeciem, tum quia vnica fuit inobedientia, tum etiam, quia totam ſpeciem humanam ad vnam penam ſpecie obligat ſcilicet ad carentiam viſionis Dei, atque ita in quolibet indiuiduo reſpondet ſibi vnum peccatum in ſpecie, & in Indiuiduis tot ſunt peccata originalia, quot generantur filij Adæ eo modo, quo ſupradictum eſt, ſic que vnus quiſque filius, & vna queque filia dicere poteſt cum Dauid Pſalm. 50. Ecce enim iniquitatibus conceptus ſum; Vbi dicit gloſſa quod iniquitates ſunt peccata originalia; Peccatum originale non infligitur à Patre, vel Matre, tum quia ipſi mundati ſunt in baptiſmo, atque adeo non dant quod non habent; tum quia frequenter contingit Patrem mori antequam filius animetur, in qua animatione peccatum contrahitur.

18 Item non infligitur à carne infecta in Animam agente cum omne agens ſit patiente præſtantius quod nequit in carne ſuper Animam reperiri; Vnde ſicut ſolis radius cum ſit præſtantior nullum inquinamentum à rebus temporibus ſordidis recipere poteſt, multo minus Anima cum ſit ſpiritualis præſtantiſſima à carne corrupta infici valet; Infligitur ergo cauſaliter ab ipſa Diuina lege, & iure regnante ex eo, quod Diuina lex ordinauit, & ſuper nos hoc decretum poſuit, quod quilibet homo deſcendens ab Adam modo ſeminali contrahat originale peccatum niſi ſpeciali priuilegio eximatur, ſicuti exemptam credimus, atque preſuponimus B. Virginem Dei Matrem. Si quis querat; Quando contrahitur hoc originale peccatum; Dicimus breuiter quod in primo inſtanti in quo Anima creatur, & infunditur corpori; Obſeruandum tamen eſt quod in hoc inſtanti ſunt quattuor ſigna; primum eſt, in quo corpus organizatur; Secundum in quo anima creatur, Tertium in quo Anima infunditur, Quartum in quo ex vnione Animæ ad corpus peccatum oritur ſiue contrahitur peccatum originale; & iſta quattuor ſigna naturæ ſunt in eodem inſtant temporis, in quo ex anima, & corpore fit perſona, quæ ex debito in Adam tenetur habere iuſtitiam originalem, qua tamen caret, quæ carentia ſiue priuatio ſic appellatur, quia tamen caret, quæ carentia ſiue priuatio ſic appellatur; quia eſt in perſona apta nata habere prædictam iuſtitiam, & non ſolum eſt apta habere, ſed habet debitum eam habendi.

19 Humana natura per peccatum originale aliquo modo fuit corrupta, & debilitata iuxta illud Pſalm. 40. ego dixi Domine miſerere mei ſana Animam meam, quia peccaui tibi; Nam bonum humanæ naturæ tripliciter accipitur primo pro principijs naturæ; ex quibus ipſa natura conſtituitur; & conſtat, & proprietatibus ex his principijs emanantibus; vt ſunt potentiæ Animæ, & huiuſmodi; Secundo pro inclinatione quam homo habet ad virtutem; tertio pro dono originalis iuſtitiæ; quod in primo homine collatum fuit toti naturæ humanæ; Primum bonum nec tollitur nec minuitur per peccatum; Tertium eſt omnino oblatum per peccatum primi hominis noſtri Parentis; Secundum minuitur per peccatum quiam per actus humanos peccaminoſos fit inclinatio ad actus ſimiles; ſed oportet, quod ex hoc aliquid inclinatur ad vnum contrarium minuatur inclinatio eius ad oppoſitum; Vnde cum peccatum contrarietur virtuti ex hoc ipſo quod homo peccat minuitur bonum naturæ, quod eſt inclinatio ad virtutem; Hæc vero corruptio naturæ conſiſtit in defectu boni ſupernalis ſcilicet originalis iuſtitiæ; quod tamen naturale homini dici potuit pro vt naturæ humanæ congenitum erat a principio

cipio, & ei congruebat, vt perficeretur ad recte exequendas operationes humanæ naturæ debitas, vt patet, nam ſcriptura dicit illud donum quo homo eſt priuatus fuiſſe donum naturæ humanæ debitum ſuper addit, vt Pſalm. 48. Homo cum in honore eſſet non intellexit.

20 Conuenienter ponuntur quattuor vulnera naturæ humanæ per peccatum primum inflicta Ignorantia, Infirmitas malitia, & concupiſcentia carnis Probatur ex Beda in Lucam 10. nam facultas illa, quæ iuſtitiam præſtabat in erat in quattuor potentijs Intellectu, voluntate, concupiſcibili, & iraſcibili; Ideo dicitur natura accepiſſe quatuor vulnera ſcilicet ignorantiam in Intellectu malitiam in voluntate concupiſcentiam in appetitu concupiſcibili, infirmitatem in Iraſcibili; Confirmatur; nam per iuſtitiam originalem ratio perfecte continebat vires Inferiores Animæ, & ipſa ratio à Deo perficiebatur, vt ei perfecte ſubijceretur; quæ iuſtitia ſubtracta eſt per peccatum primi Parentis; Ideo omnes vires Animæ remanent quodammodo deſtitutæ proprio ordine, quo ordinantur ad virtutem, quæ deſtitutio dicitur vulneratio; Quatuor vero ſunt potentiæ. Animæ quæ poſſunt eſſe ſubiecta virtutum, ſcilicet ratio ſiue intellectus in qua eſt prudentia, Voluntas in qua eſt Iuſtitia; Iraſcibilis, in qua eſt fortitudo; concupiſcibilis, in qua eſt temperantia; Quatenus ergo ratio deſtituitur ſuo ordine ad verum vulneratur ignorantia, quatenus voluntas deſtituitur ſuo ordine ad bonum vulneratur malitia, quatenus iraſcibilis deſtituitur ſuo ordine ad arduum vulneratur Infirmitate, quatenus concupiſcentia deſtituitur ſuo ordine ad delectabile ratione moderatum vulneratur concupiſcentia; Hæc vulnera propter peccatum originale, & augentur per peccatum actuale; quatenus ratio hebetatur in agendis voluntas induratur ad bonum, difficultas in ſupperandis arduis accrexit, & concupiſcentia magis exardeſcit.

21 Pœnalitates originalis peccati ſunt ſex; Prima ſenſus, & carnis rebellio, nam, vt dicit Nicolaus de Lira ſuper Epiſtolam ad Romanos 5. Quandiu Adam fuit obediens Deo, & ſenſus erat ſubditus rationi, & corpus Animæ, ſed poſtquam Adam comedendo de ligno vetito contra Dei præceptum factus eſt Deo inobediens; vires inferiores rebelles fuerunt rationi, & corpus Animæ; Secunda fuit corporis fatigatio, & labor inquærendo ſibi Cibum, & alia neceſſaria ad vitę ſuſtentationem; Tertio fuit carnis dolor, & afflictio, vt ſunt fames ſitis, frigus calor, laſcitudo, & Infirmitas; Quarta fuit carnis, & Animæ ſeparatio, quæ omnes pœnæ, & penalitates conſequuntur conditionem humanæ naturæ, & non ex aliaqua mala qualitate transfuſa in nos à parentibus noſtris; & per inde atque in nobis fuiſſent, ſi fuiſſemus creati in puris naturalibus; Dices quomodo ergo prædicta habent in nobis rationem pœnæ; Reſpondetur, quia hos defectus Deus reformauerat per iuſtitiam originalem quam perdidimus propter peccatum, Ideo ad amiſſionem iuſtitiæ originalis ſecuta eſt amiſſio reformationis, & reductio ad ſtatum in puris naturalibus, Idem dicendum de debilitatione liberi arbitrij, reſpectu eiuſdem iuſtitiæ originalis, & Diuiuinæ gratiæ, quibus roborabantur vires illius. Sexta pœna, ſeu pænalitas fuit Animæ alienatio à Diuina viſione omnium poſterorum Adæ, niſi ad eam rehabilitarentur per Dei, & hominum Mediatorem Ieſum Chriſtum Dominum Noſtrum; Paruuli, & infantes puniuntur pæna damni ſcilicet priuatione viſionis beatificæ ſi decedant cum peccato originali eſt de fide; Nam Chriſtus Dominus in Euangelio dicit, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto non poteſt introire in Regnum Dei; & iuxta Cap. maiores de Baptiſmo vbi definitur pœnam peccati originalis eſſe carentiam viſionis Diuinæ non puniuntur tamen pœna ignis, vel ſenſus.

22 Concilium Tridentinum vocat peccatum originale mortem Animæ, & merito, nam certum eſt Animam rationalem habere in ſuæ Creationis propriam eſſentiam, & naturam, Intellectum, & voluntatem, ceteraque naturalia quæ conſequuntur naturam, & certum quoque eandem Animam habere mediantibus ſuis naturalibus potentijs ſuas naturales operationes circa propria obiecta, tamen certiſſimum quoque eſt non habere veram vitam, ad quam in ſua Creatione ordinata eſt, hæc autem eius vita incipit in via per gratiam, & conſumatur in termino par gloriam; Vita enim Animæ nullo alio cibo poteſt nutriri, & conſeruari niſi cibo ſpirituali, qui eſt gratia Dei dum eſt in via, & gloria cœleſti dum erit in gloria hoc cibo confortata cibata, & alita exit in operationes vere vitales informatas Diuina gratia Dei eſt ſeminarium gloriæ: Dum igitur ſacrum Concilium Tridentinum vocat peccatum originale mortem Animæ inſinuauit pœnam damni nempe priuationem viſionis Dei; & hoc vniueſaliter, tam quoad Adultos, quam quoad Infantes; quamuis Adultis propter propria eorum peccata correſpondebunt penæ ſenſus, quando ſecundum menſuram delicti erit, & plagarum modus; Peccatum tamen non eſt per ſe cauſa mortis, nec prædictorum Vulnerum, aut pœnalitum, quia erant condiciones naturæ cum quibus fuiſſet conditus; ſi conditus fuiſſet in puris naturalibus; Peccatum tamen fuit cauſa per accidens mortis corporalis, & prædictornm Vulnerum, quia fuit Cauſa amiſſionis Iuſtitiæ originalis, quæ prædicta impediebat, prohibebat, & non permittebat ea dominari.

De Malitia Humanorum Actuum in particulari; hoc eſt de Peccatis Actualibus. Art. 2.

1 PLura ſunt quæ homini videntur facilia cognitu, & tamen difficilia ſunt inueſtigatu; nihil enim facilius videtur poſſe cognoſci quam peccatum, & tamen nihil difficilius quam eius natura poteſt inueſtigari, quid enim ſit vix ſatis à ſacris Doctoribus exponi poteſt & exprimi; D. ſiquidem Tomas p. 2. queſt. 21. art. 6. dicit quod peccatum nihil aliud eſt, quam actus humanus malus; Alij vero Doctores dicunt totam rationem formalem peccati eſſe malitiam conſiſtentem in ſola priuatione rectitudinis debitæ ſic Alenſ. 2. p. q. 94. Membr. 2. Richardus in 2. diſt. 34. q. 7. art. 1. Scotus in 2. diſt. 37. D. etiam Bonauentura in 2. diſt. 35. dub. 6. dicit quod de peccato eſt loqui materialiter, & quia formaliter loquendo priuatio eſt, materialiter vero ſubſternit ſibi actum Ideo aliquando definitur per priuationem aliquando per poſitionem ſicut videre eſt apud Sanctos Patres, & Doctores ſcholaſticos; Nunc pro maiori intelligentia declaranda ſunt varia nomina; quibus appellari ſolet: Primo, & quidem impropriè nominatur hoſtia pro peccato oblata; ita frequenter in veteri teſtamento vſurpatur, & D. Paulus more Hæbreorum appellauit Chriſtum peccatum, qui culpam non fecit, pro nobis peccatum fecit ideſt hoſtiam pro peccatis.

2 Accipitur etiam peccatum pro eo, quod eſt effectus, vel ſequela, ſeu pena peccati, vel quod trahit, vel allicit, vel inclinet ad peccatum ideo à D. Paulo vocatur concupiſcentia carnis propterea

ita quia eſt effectus, & pena peccati, vel quia trahit, & inclinat ad peccatum non autem quod crediderit eam, vere eſſe peccatum, ideſt Diuini Mandati traſgreſſionem; ſed proprie peccatum dicitur macula, Vitium, Crimen, culpa, ſcelus, nephas. Primo dicitur macula, quatenus dicit deformitatem partis ſuperioris, vel inferioris Animæ; & ita ponit defectum boni naturæ; quia peccatum ſignificat conuerſionem ad apparens bonum, quod non eſt bonum. Crimen vero, & culpa reſpiciunt ad id, quod exterius eſt, nam crimen eſt peccatum accuſatione dignum; culpa vero pœnæ obligatorium; ſcelus vero, & Nephas aggrauationem ſuper peccatum indicant, nam ſcelus dicitur, quod ſpecialiter in Dei iniuriam eſt cum maxime Deus offenditur; nephas autem quando maximæ Perſonæ illicitum infertur; fas enim idem eſt, quod licitum; Dicicitur etiam peccatum auerſio, ſiue elongatio à Deo, & offenſa, & iniquitas, & impietas. De Auerſione latius dicitur alibi; Dicitur offenſa, quia peccans mortaliter conſtituit vltimum finem in Creatum ſpreto Deo, quod eſt maxima Dei offenſa; vocatur Iniquitas, quia fit contra æquitatem ſiue debitum, quo omnis creatura ſuo Creatori obligatur, Impietas quoque nuncupatur, quia facit contra affectum amoris, & gratitudinis Deo debitum.

3 Ratio formalis peccati non conſiſtit in aliquo poſitiue alias ſequeretur Deum eſſe auctorem peccati (quod impiiſſimum eſt aſſerere, vt oſtendetur in ſequenti articulo) cum enim actionis cuiuſcunque creatæ Deus ſit Auctor ſecundum omnem modum realem ipſius ſi peccatum conſiſteret in aliquo poſitiuo reali, vt ſunt omnes actus Voluntatis creatæ, Deus eiuſdem peccati eſſet Auctor; Item bonum, & ens conuertuntur; ergo de quocumque prædicatur ens prædicatur, & bonum, ſi igitur peccatum eſſet ens poſitiuum eſſet etiam conſequenter bonum; cum igitur nihil boni in ſe formaliter habeat, nec poterit dici ens poſitiuum; Item peccatum formaliter non conſiſtit in poſitiuo, & priuatiuo ſimul, quia peccatum eſt vnum per ſe, quia alias non definiretur, nec de eo eſſet ſcientia, ſed ex poſitiuo, & priuatio non fit vnum per ſe, nam ad hoc, vt ex duobus fiat vnum per ſe neceſſe eſt alterum ipſorum eſſe actum, & alterum potentiam, ſed poſitiuum, eſt priuatiuum non ita ſe habent, quia poſitiuum eſt formaliter ens, & priuatiuum ſimiliter non ens ergo &c. Item peccatum formaliter loquendo de peccato commiſſionis non conſiſtit in denominatione extrinſeca ſumpta à regula rationis quatenus ſcilicet dictatur, aut regulatur ab ea; Hoc dictum probatur quoad primam partem nam bonitas moralis eſt intrinſeca actui bono morali, nam ex hoc quod actus habeunt conformitates cum regula rationis habent in ſe ipſis formaliter pulchritudinem, & bonitatem moralem ergo talis bonitas non conſiſtit in denominatione extrinſeca ergo ſimiliter malitia moralis erit aliquid intrinſecum quod inſit actui malo moraliter, ſicut, & deformitas naturalis eſt aliquid intrinſecum ipſi deformi; Probatur ſecunda pars nam illa relatio rationis ſupponit malitiam moralem tanquam fundamentum ipſius, nam ex eo quod actus malus formaliter caret rectitudine dicit reſpectum rationis ad Regulam ergo talis reſpectus ſupponit actum ergo non conſtituitur, malum morale in eſſe mali moralis per illam relationem.

4 Reſtat ergo, vt dicamus peccatum formaliter conſiſtere in priuatione, quæ priuatio ſecundum Doctorem ſubtilem in 2. diſt. 37. §. iſtæ Queſtiones non eſt boni ſubiecti in quo eſt, nec boni gratiæ ſupernaturalis, nec priuatio virtutum, ſeu aquiſitorum habitum, non priuatio naturalis boni illius: in quo eſt, quia cum tale bonum ſit finitum per ablationem alicuius boni finiti ab eo aliquoties factam totaliter poſſet conſumi, eo maxime

xime, quia peccator de facto tantam multitudinem peccatorum committit, Confirmatur quia bonum Animæ eſt incorruptibile, ſicut, & ipſa Anima, non priuatio boni ſupernaturalis ſcilicet gratiæ, quia ſequeretur, quod peccatum ſecundum non eſſet peccatum, ſi primum eſſet formaliter priuatio gratiæ primum enim peccatum illam totaliter corrupiſſet, & conſequenter gratia nulla ſupereſſet; confirmatur, nam gratia eſt à ſolo Deo per Creationem, & ab eo ſolo conſeruatur quando deſtruitur annihilatur, quia cuius productio eſt Creatio, eius deſtructio eſt annihilatio; Vnde ſicut ab ipſo ſolo poteſt Creari, ſic à nullo alio poſſet deſtrui; confirmatur, ſecundo quia peccata omnia mortalia eſſent eiuſdem rationis formaliter, quia priuationes non habent ſpecificam differentiam, niſi ab Habitibus; ſed gratia eſt vna ſpecie ergo eius priuatio eſt vna, ſpecie, quod denique non ſit priuatio virtutum, ſeu habituum aquiſitorum patet, quia licet tales habitus non ſint penitus incorruptibiles ſicut bonum Animæ naturale, nec per vnicum tantum peccatum mortale corrumpantur, vt bonum ſupernaturale gratiæ, peccatum tamen non eſt per ſe priuatio talium habituum; quia habitus poſſunt ſtare tam in iſto peccante, quia habitus virtutis aquiſitæ; non corrumpitur per vnum actum contrarium, nec ab vno actu, ſed ex iteratus actibus, habeant tandem deperdi, ſicut, & oppoſitis virtutis actibus habent oppoſiti habitus aquiri.

5 Ratio formalis peccati conſiſtit in carentia, & priuatione rectitudinis debitæ in actu ſecundo, ideſt Peccatum auctuale eſt priuatio iuſtitiæ actualis, quæ deberet in eſſe actui ſecundo nempe operationi, quam vocant actum ſecundum, quia potentia, ſeu forma eſt actus primus; Mendacium formaliter, ſeu priuatio veritatis dicendæ, Et furtum eſt formaliter carentia, ſeu priuatio reſtitutionis rei alienæ. Odium Dei eſt formaliter carentia dilectionis Dei; Dices ſi peccatum eſſet pura priuatio omnia peccata non different ſpecie; illa preſertim quæ ſunt vni, & eidem virtuti oppoſita, cum ſint priuationes vnius boni, & priuationes nullam habeant ſpecificam diſtinctionem; Dices ſecundò, nihil, quod eſt pura priuatio intenditur, & remittitus, quia vnum peccatum eſt maius altero, ergo peccatum non eſt pura negatio; Dices tertio, ſi peccatum eſſet pura negatio, iam voluntas non eſſet libera, probatur ſi peccatum non eſſet quid poſitiuum voluntas non concurreret actiue, ſed ſolum paſſiue ad peccatum ergo non libere; Dices quarto ſi peccatum eſſet pura negatio inde ſequitur hominem propter priuationem, & nihil damni, Reſpondetur ad primũ negando conſequentiam, cum priuationes diſtinguantur ſpecie ex diſtinctione ſpecifica habituum, & numero ex diſtinctione numerica habituum; ſic peccata, quæ ſunt priuationes rectitudinum, quæ deberent in eſſe actibus, diſtinguntur formaliter ex diſtinctione talium rectitudinum ſi ſpecie, ſpecie numero ſi num. Ad ſecundum reſpondetur ſimiliter ſi rectitudo cuius peccatum eſt priuatio intenditur, & remittitur, vel ſuſcipit magis minus etiam peccatum intenditur, & remittitur, & ſuſcipit magis, & minus; Ad tertium reſpondetur negando conſequentiam nam licet non concurrat poſitiue voluntas peccantis ad formale peccati, cuius non datur Cauſa efficiens concurrit tamen poſitiue ad materiale peccati ideſt ad illum actum ſecundum, cui voluntas deberet dare debitam rectitudinem non dando deficit; Ideo voluntas quo ad actum ſecundum dicitur cauſe efficiens, quo ad priuationem illius rectitudinis, quam deberet dare actui Secundo dicitur Cauſa deficiens; Ad quartum reſpondetur, diſtinguendum de nihil ſumitur enim dupliciter negatiue, & priuatiue; priuatio enim non dicit nihil abſolute, ſed aliquid fundamentaliter, & ideo non propter nihil ſimpliciter, ſed propter carentiam rectitudinis debitæ, & oppoſitionem voluntati Diuinæ, & dictamini rationalis natu-

ta ſupplicijs deputatur æternis.

6 Peccatum non ſolum in actu ſecundo eſt formaliter carentia rectitudinis debitę, ſed etiam in actu primo ſcilicet in voluntate prout potens eſt, & tenetur actum elicere rectum; nam voluntas eſt principium actiuum deficienter agens caret per modum principij ſua actiuitate in efficiendo, quia ita operatur ac ſi non haberet virtutem potentem producere actum ſecundum, ergo in actu primo eſt illa priuatio rectitudinis in eliciendo actum non rectum, ideſt rectitudo quæ in voluntate eſt non habet rationem cum principijs ſicut V. gratia habet voluntas habitum Charitatis, vel auxilium ſupernaturale, quibus redditur potens actū eliciendū dilectionis ex tunc enim ſi elicit actum prauum, ita operatur tunc ac ſi non haberet habitum Charitatis, neque auxilium ſupernaturale, nam cum ex illo habitu, vel auxilio habeat rationem Principij, quia ſine illis non poterat habere talem rationem; In eliciendo actum peccati ita ſe habet ac ſi non haberet habitum Charitatis, neque auxilium; Ideo eliciendo actum peccati habet carentiam rectitudinis per modum principij; Voluntas reſpectu actus peccati eſt principium defectuoſum ergo habet carentiam principij, & per conſequens carentiam rectitudinis per modum principij, probatur conſequentia nam eo ipſo quo aliqua voluntas, quæ tenetur elicere actum rectum, & conformem legi potens eſt elicere talem actum ſicut habet conformitatem cum lege, ita ſimiliter habet conformitatem cum lege, ita ſimiliter habet rectitudinem conformitatis, & per conſequens operationis, at ſi non haberet illam potentiam ad exequendum actum conformem legi, dicitur in ratione illa principij carere conformitate cum lege, & per conſequens rectitudine conformitatis, ergo carentia rectitudinis non ſolum reperitur in actu ſecundo, ſed etiam in voluntate prout eſt actus primus, & principium actus ſecundi. . . . .

7 Omnia vitia, & peccata ſunt contra naturam rationalem quatenus contrariantur illi, quod eſt conforme, & conueniens rationali naturæ Hæc aſſertio comunis eſt, & probatur ex D. Dioniſio Cap. 4. de Diuinis nominibus vbi docet Angelum mutatum eſſe à ſtatu, qui eſt ſecundum naturam, in eum, qui eſt contra naturam (& hoc) per peccatum, quia vitium contrariatur virtuti, ſed virtus eſt ſecundum naturam hominis, nam ratio virtutis conſiſtit in hoc, quod is, qui habet illam ſit diſpoſitus ſecundum conuenientiam propriæ naturæ, cum virtus ſit diſpoſitio perfecti ad optimum ergo cum vititium, & peccatum contrarientur virtuti, contrariantur etiam naturę hominum non qualitercumque, ſed vt homines ſunt, non ſecus quam ęgritudo naturæ Animalis, & frigus naturæ ignis; Omnia peccata, & vitia, quæ opponuntur virtutibus aquiſitis ſunt contra naturam humanam quantum ad inclinationem eius innatam naturalem; Pro quo nota quod inclinatio naturalis quædam dicitur elicita, quedam vero innata; elicita eſt quidam actus productus ab aliqua potentia, qui quoniam eſt motus in ſuum obiectum dicitur inclinatio eius, & quoniam elicitur à potentia dicitur elicita inclinatio, & quia talis motus eſt neceſſarius, vel quo ad exercitium, vel quoad ſpecificationem dicitur naturalis, innata dicitur ipſa res, vt propenſa ex natura ſua ad formam, ſeu operationem ſibi connaturalem ſicut natura cuiuſcumque rei naturaliter inclinatur ad ſuas potentias, & quęlibet potentia ad ſuas operationes ſibi connaturales, atque ita inclinatio naturalis innata conuenit naturæ rationali; nam vnum quodque naturaliter inclinatur ad illam operationem, cuius principium habet a propria forma; ſed actus virtutum conueniunt hoc modo, rationali naturæ quia Anima rationalis eſt propria forma naturæ rationalis, & habet principium actiuum virtutum ſcilicet aſſenſum principiorum

piorum moralium ergo natura rationalis habet naturalem inclinationem ad actus Virtutum.

8 Peccatum eo ipſo quod eſt contra rationem humanam, eſt contra Deum, quoniam illud quod eſt contra Cauſam ſecundam in genere Cauſæ efficientis eo ipſo eſt contra Cauſam primam, cui Cauſa ſecunda illa ſubordinatur, ſed dictamen rationis, & lex naturalis eſt Cauſa ſecunda in genere Regulæ; & Deus ſiue lex æterna eſt cauſa prima, ergo quod eſt contra legem naturalem neceſſario erit contra legem æternam; Peccatum quamuis eadem priuatione, auferat rectitudinem rationis, & auertat etiam à Deo, alia tamen ratione auertit à Deo, quia quandocumque aliqua forma ordinatur ad aliquid extrinſecum; tanquam ad aliquod obiectum vel finem neceſſario per illam comparandum priuatio, quæ aufert talem formam aufert etiam id, quod eſt illius obiecti, aut finis, ita tamen, quodlicet ſit eadem priuatio vtriuſque non tamen eadem ratione, ſicut V. gratia viſus eſt forma, quæ ordinatur ad colorem tanquam ad obiectum, & ad videre tanquam ad finem, cecitas tamen quæ eſt priuatio coloris tanquam obiecti illius formæ, & eſt etiam priuatio ipſius videre tanquam finis, ergo cum rectitudo rationis ſit forma quæ ordinatur in Deum tamquam finem, peccatum quod eſt priuatio rectitudinis per modum obiecti, erit etiam priuatio ipſius Dei tanquam finis, ergo diuerſa ratione peccatum priuat rectitudine, & auertit à Deo; Plura alia exempla de varijs formis, & varijs earum priuationibus adduci poſſent, ſed pro nunc datis eſt.

9 Si homo eſſet conditus in puris natura non eſſet eleuata ad Deum finem ſupernaturalem peccatum mortale eſſet formaliter carentia rectitudinis ſupernaturalis; nam peccatum formaliter eſt carentia rectitudinis debitæ, & priuatio illius, ſed homini exiſtenti in puris naturalibus, & condito in natura non eleuata non eſt debita rectitudo ſupernaturalis, ergo peccatum non erit priuatio talis rectitudinis; patet conſequentia, quia priuatio dicit ſubiectum aptum natum, ſed homo exiſtens in puris naturalibus non eſt ſubiectum aptum natum, quia quamuis reſpectu formæ ſuper naturalis habeat capacitatem nullam tamen actiuitatem habet, ergo peccatum quod eſt formaliter priuatio non eſt formaliter carentia rectitudinis ſupernaturalis, peccatum mortale huiuſmodi hominis in puris naturalibus conſtituti fundamentaliter contrariatur non ſolum rectitudini naturali, ſed etiam rectitudini ſupernaturali maxime ſi eſt de re mala intrinſece, nam illa quæ ſunt prohibita, quia mala ex natura ſua dicunt repugnatiam, & cum ratione naturali, & cum ſupernaturali, ergo huiuſmodi peccata mortalia in naturalibus puris facta ſemper dicunt prædictam contrarietatem fundamentalem, nam tales actus nullo modo, & nulla ratione poſſunt honeſtari, nec diſpenſari, vt remaneant boni in genere moris quando ſunt de re intrinſece mala.

10 Peccata diuiduntur per varias comparationes ad Cauſam; maculam, ad penam, ad motiuum, ad actum ſubſtractum; ad Perſonam, quæ offenditur; ad mandatum, ad vitia, ad virtutem, ad concupiſcentiam; ad malitiam, qua perpetratur, ad obiecta, & modum agendi; Per comparationem ad Cauſam, Vnde peccatum habet ſua originem, & ortum diuiditur in Perſonale, & originale; Perſonale habet ortum à perſona; Originale à primo Parente Adamo; Per comperationem ad maculam permanentem diuiditur in actuale, & habituale; Per comparationem vero ad penam quæ ſubſequitur im mortale, & veniale, Mortale liquidem meretur pęnam æternam, venialem vero pęnam temporalem, Per comparationem ad reſtituum, quo excitatur in peccatum ex amore, & peccatum ex timore mouetur in peccatum ex amore, & peccatum ex timore, mouetur enim animus, vel ad bonum aſſequendum, vel ad malum

lum fugiendum ex primo naſcitur amor ex ſecundo timor; Per comparationem ad Perſonam, quæ offenditur in offenſionem Dei, Proximi, & ſui ipſius; Per comparationem ad mandatum quod tranſgreditur in Delictum, & commiſſum, ſeu in peccatum ommiſſionis, & commiſſionis, quia delictum eſt contra preceptum affirmatiuum, commiſſum vero contra negatiuum; Per comparatione ad vitia, quæ ex ipſo; oriuntur peccato; in ſeptem vitia capitalia, Per comparationem ad virtutem cui peccatum opponitur, ſunt vitia per exceſſum, & defectum.

11 Per comparationem ad concupiſcentiam, qua mouetur in concupiſcentiam carnis, in concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ iuxta illud 1. Ioan. 2, 16. per comparationem ad malitiam, qua perpetratur diuiditur in peccatum ex malitia, Infirmitate, & ignorantia per comparationem ad modum in peccatum cum alia perſona; tandem per comparationem ad obiecta in peccata corporalia, & ſpiritualia; peccata corporalia dicuntur illa quæ uerſantur in circa obiecta carnaliter delectantia, & illa obiecta dicuntur carnaliter delectare, quæ efficiunt delectationem, quando corporaliter complentur in carne, vt gula, & luxuria, quæ homini ſunt comunia cum brutis Peccata vero dicuntur ſpiritualia illa, quæ verſantur circa obiecta per intellectum apprehenſa, & à voluntate amplexata modo homini propria, ſic ſunt vitia, quæ verſantur circa pecunias honores, & dignitates. De peccatis iſtarum diuiſionum longo ſermone agunt Theologi Morales, ad quos remittimus Lectorem ſtudioſum, nos tamen aliquas, hic tangemus, provt noſtro propoſito videbitur conuenire; peccata recte ſpecifice diuiduntur ſecundum ſubſtractum actum, ſiue materialem in peccata cordis, oris, & operis, iuxta illud Diui Auguſtini Peccatum eſt dictum, factum, & concupitum contra Legem Dei, nam aliud eſt peccatum, quod preciſe conſumatur corde, vt odium Dei, & proximi, Inuidia ſuperbia; moroſæ delectationes omnium rerum illicitarum, Hæreſis, Inuidiæ, Luxuriæ, & aliarum ſimilium; & aliud eſt peccatum quod ore completur, vt mendacium blaſphemia, & detractio, aliud quod perficitur opere, vel facto, vt furtum homicidium, ſed iſta peccata diſtinguntur pluſquam ſpecie ergo &c.

12 Dices; Accidit ſæpe, quod iſta peccata ſint in ſeparabilia quando quis vult vccidere Petrum afficit illum verbis contumelioſis, & occidit ergo non ſunt ſemper diſtincta ſpecie; Reſpondetur, vel ſunt ſeparabilia prędicta peccata ex natura rei, vel ſunt ſeparabilia ex ratione operationis, vt dum quis delectatur in cogitatione venerea ibi ſiſtendo, alius in locutione, alius in fornicatione, ſic ſunt ſeparabilia ex natura rei differunt ſpecie, & debent explicari in confeſſione; ſi vero ex intentione operantis, vt in Exemplo dicto de Homicidio differunt ſecundum magis, & minus intra eandem ſpeciem, quia vnum peccatum ſcilicet cordis eſt initium, alterum, vt progreſſio, & tertium, vt conſumatio; Diuerſitas reatur, & obligationis ad penam non conſtituit diuerſitatem ſpeciei in peccatis, quia nihil conſtituitur per id, quod eſt poſterius ſeipſo, vt homo per riſibile; ſed diuerſitas pœnæ eſt poſterior peccato, nam ex eo, quod peccamus; ſumus digni pœna, & etiam quia ordinatie ad pœnam eſt ab extrinſeco ideſt à iuſtitia Vindicantis, quæ ſecundum diuerſas condiciones peccatorum diuerſas penas imponit; Diuerſitas reatus, & obligationis ad æternam pęnam, & temporalem aliquando reperitur in peccatis ſpecie diſtinctis, nam peccatum mortale ex obiecto, vt eſt homicidium differt à Veniali ex obiecto, vt eſt Verbum otioſum. & differunt etiam ſecundum reatum; Aliquando reperitur in pecatis intra eandem ſpeciem, quia furtum in leui materia, & in re graui ſunt eiuſdem ſpeciei, primum eſt veniale, cui correſpondet pœna temporalis, ſecundum eſt mortale quod ordinat ad pęnam æternam.

recta, ſed peccatum actuale eſt moralis cauſa illius auerſionis, & conuerſionis habitualis, quæ quoque eſt terminus eiuſdem Cauſæ moralis ergo prædicta diuiſio eſt recta.

16 Diuiſio peccati in mortale, & veniale eſt ex natura rei, quia peccatum mortale eſt grauis Dei offenſa, & conſequenter efficit hominem indignum amicitia Dei, & eius Inimicitia dignum; Item priuat Animam gratia Dei, & Charitate, quæ eſt vita Animæ ex D. Auguſtino ſuper Pſalmum 43. & inducit ad mortem ſecundam, vt dicitur in Apocalipſi nam prima mors Animæ eſt peccatum, ſecunda eſt Infernus; Veniale autem eſt infirmitas, quæ non excludit Animam à vita ſpirituali; nec inducit pœnam æternam. ſed ſalua amicitia Dei committitur; Hæc diuiſio eſt analogi in analogata; quia per prius peccatum dicitur de Mortali, & per poſterius de veniali; & quamuis peccatum veniale diſponat ad mortali; Veniali tamen idem numero, & vt ſic non poteſt fieri mortale; Quod tamen eſt veniale ex genere poteſt fieri mortale ſimuletur voluntas, vt ſi ad conſenſum non plene deliberatum poſtea accedat deliberatio; Circonſtantia ſola non facit de Veniali mortale niſi illa circumſtantia tranſeat in obiectum mutans ſpeciem; De veniali enim ex genere non eſt dubium quin poſſit Deus illud prohibere ſub pęna æterna, & tunc ratione violationis præcepti eſſet grauis iniuria, mortalis. Peccatum mortale quantumcumque graue nunquam habet malitiam infinitam nam peccatum mortale (formaliter loquendo) vel eſt caremtia rectitudinis debitæ, vel ordo poſitiuus ad obiectum diuiſſonum rationi, ſed ex neutro horum poteſt habere malitiam infinitam ergo, magior patet, minor probatur quia priuatio tanta eſt quanta eſt rectitudo, ſed rectitudo, quam non dat peccator actui non eſt infinita formaliter licet remote terminet ad Deum, ergo peccatum quantumcumque graue non poteſt habere malitiam infinitam intrinſecam, licet obiectiue, & extrinſece poſſit aliquo modo dici infinita.

17 Hæc diuiſio peccati in mortale, & veniale habet aliquas hæreſes ſibi contrarias, & oppoſitas, quarum prima fuit aſſerens omnia peccata eſſe paria, hanc hæreſim tribuit Beatus Auguſtinus Iouiniano Monacho; contra quam Ieſus Chriſtus in Euangelio Matth. 5. ex diametro opponitur dum dicit; Ego dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit Iudicio, qui autem dixerit fratri ſuo Racha reus erit Concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis; His verbis oſtenditur aperte peccatorum differentia ex differentia reatus; Peius eſt enim eſſe reum gehennæ ignis, quam eſſe reum Iudicio, aut eſſe reum concilio, ergo peius eſt etiam dicere fatue quam dicere Racha; Propterea Matth. 10. loquens Chriſtus diſcipulis ſuis de illis, qui noluiſſent eos hoſpitio recipere ait, Amen dico vobis tolerabilius erit terræ ſodomorum, & Gomorrheorum indie Iudicij, quam illi Ciuitati; ſi tolerabilius, ergo erit minus eorum peccatum reputandum quoniam iuxta menſuram delicti erit plagarum modus; Item peccatum in ſpiritum ſanctum grauius eſt quam peccatum in Patrem aut filium, quod ex eo conuincitur, quod illud non remittitur neque in hoc ſæculo, neque in futuro, hoc autem remittitur, ergo differunt; Deinde idem veritatis Magiſter Chriſtus Pilato loquens ait, qui me tradidit tibi maius peccatum habet; Ecce apertiſſimum teſtimonium, quo conuincitur peccatorum inæqualitas.

18 Ex dictis tamen non licet colligere verum dixiſſe Armenos, quando aſſeruerunt eſſe aliqua peccata prorſus irremiſſibilia, adducentes pro ſe citatum Matth. 12. vbi Chriſtus ait qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, ſed errant Armeni dum ex hoc loco inferunt aliqua peccata eſſe irremiſſibilia ex ſe; Fatemur enim, & nos eſſe aliquod peccatum quod numquam remiſſum eſt, neque remittetur; Hoc autem eſt duri-

tia cordis, qua homo renuit vſque ad finem vitæ remiſſionem peccati per pęnitentiam accipere; Tale inquam peccatum numquam remittetur, non quod irremiſſibile fuerit, ſed quia numquam de illo Peccator egit pænitentiam ideo in hac vita nunquam remittitur; poſt mortem vero etiam ſi peniteret non remittetur, quoniam à mortuo, velut qui non eſt, perijt confeſſio. Quam diu autem peccator viuit; Illum (ſicut dicit Apoſtolus) patientia Dei expectat ad penitentiam; & ſi pænitentiam egerit, & à ſacerdote abſolutionem recipere non contempſerit eius peccatum licet graue fuerit abſque dubio in hoc ſæculo remittetur, nam omnibus Apoſtolis dicitur Ioan. 20. (& conſequenter omnibus Confeſſarijs) quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cœlo; ſi vero perſeuerat in iniquitate (ſicut ibi ſubiunxit Apoſtolus) ſecundum duritiam, cordis ſui, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iuſti Iudicij Dei, huic tali non remittitur in hoc ſæculo; neque in futuro, & hoc modo interpretatur Diuus Auguſtinus illum Matthæi locum Epiſt. 50.

19 Sed dum pugnamus contra errores, Armenorum non eſt recticendus alter de hac re eorundem exceſſus, & quidem hæreticalis, docent enim (prout eis tribuit Gnido Carmelita) omnes homnines ante paſſionem Chriſti fuiſſe damnatos propter peccatum primorum parentum, & quod huiuſmodi peccatum fuerit adeo noxium, vt toti Poſteritatis vſque ad paſſionem Chriſti nocuerit; & eam in Infernum traxerit non quidem propter originale peccatum, quod à primis Parentibus deduxerit naſcentes, quia illud nullum eſſe dicunt, ſed propter propriorum primorum parentum peccatum etiam ſi ipſi in ſe nullum habuerint peccatum; Hæc hæreſis adeo eſt demens, & ſarua, vt ſola narratio ſufficiat ad illam exterminandam; Nam de multis ſacra ſcriptura aperte teſtatur, eos fuiſſe iuſtos, vt de Abel Enoch, Abraham, Moiſe, Dauide, nullus ergo illorum damnatus eſt; Confirmatur Abraham ſiquidem Iſaac, & Iacob ante Chriſti paſſionem per multas annorum centurias fuerunt, & tamen de ipſorum ſalute Chriſtus aperte teſtatur Matth. 8. multi (inquit) venient ab oriente, & ab occidente, & recumbent cum Abraham Iſaac, & Iacob in Regno Cœlorum ergo numquam fuerunt in Inferno damnati, quoniam alias numquam inde exiuiſſent, cum in Inferno nulla ſit redemptio; Item Chriſtus oſtendens, quam latum ſit diſcrimen inter Diuitem, & pauperem; dixit Diuitem Epulonem poſt mortem eſſe ſepultum in Inferno cum tamen Lazarus mendicus fuiſſet deportatus ab Angelis in ſinum Abrahæ; ſi vterque damnatus, quod ergo diſcrimen inter ipſos? vnus ab Angelis deportatur, alter autem à Dęmonibus ſepelirur, ſi Lazarus damnatus eſt quomodo poterat digito ſuo intingens linguam diuitis illius ardorem temperare?

20 Iouinianus Monachus teſte D. Hieronymo lib. 2. & Pelagius teſte D. Auguſtino docuerunt hominem qui ſemel per gratiam fuerit iuſtificatus non poſſe amplius peccare; Hanc eandem Hæreſim poſt multa tempora ſuſcitarunt Begardi, & Beguinæ quamuis non ita in vniuerſum de omni iuſto aſſeruerunt provt Iouinianus, & Pelagius fecere, ſed contractius loquentes dixerunt poſſe hominem tantam virtutis perfectionem in hac miſera vita aquirere, vt reddatur prorſus impotens ad peccatum, & certe ſi Begardi, & Beguinæ hoc dicerent poſſe fieri ex quodam particulari priuilegio, & ſpecialiſſimo Dei adiutorio alicui conceſſo nullus illos propter hoc de Hæreſi notaſſet; Poteſt enim Deus ex quodam inſigni priuilegio ſic aſſiſtere voluntati alicuius hominis, vt numquam illam permittat in peccatum labi; Nam multi, & illuſtres Theologi fatentur hoc fuiſſe conceſſum Dei paræ Virgini poſtquam Vnigenitum Dei filium in vtero concepit, è quibus vnum proferum Ricardum de Sancto Victore,

qui

qui lib. 2. de Emanuele Cap. vltimo, ita dicit. Quod de exterminio peccati in B. Virgine Maria factum creditur, futurum in omnibus ſanctis ſperatur; futurum, inquam, ſed non in corpore eorum adhuc mortali; Prius ſiquidem oportebit corruptibile hoc induere immortalitatem; ſed hoc fuit in B. Virgine ſupra modum mirabile, & præ cęteris omnibus ſanctis ſingulare quod in ea ſimul conuenire potuit tanta corruptibilitas cum tanta incorruptibilitate, & tanta incorruptibilitas cum tanta corruptibilitate, corruptibilitas in his, quæ pertinent ad pęnam, incorruptibilitas in his quæ pertinent ad culpam Hæc Richardus.

21 Sed reuertamur ad hæreſim conuincendam; Hoc priuilegium tam ſingulare B. V. Mariæ conceſſum propter Excellentiam volunt impij Begardi, & Beguinæ; hoc poſſe quemlibet hominem in hac vita aquirere, ſi per profectum virtutum deuenerit ad illum perfectionis gradum, quem illi aſſignant, & propter hoc merito damnati ſunt in Concilio Viennenſi ſub Clemente Quinto iuxta Clement: ad Noſtrum de Hereticis ſententiam vero hęreticam Iouiniani, & Pelagij, quibus poſt 11. centurias annorum aſſociatus eſt Lutherus, qui ita loquitur (vt teſtatur Ecchius in Catalogo errorum illius) Prorſus non dubitemus nos eſſe ſaluos poſt quam baptizati ſumus, quia promiſſio ibi facta non eſt mutabilis vllis peccatis; Vnde baptizatus etiam volens non poteſt perdere ſalutem, quia nulla peccata poſſunt eum damnare niſi Incredulitas, cætera omnia per fidem abſorbentur, Hæc Lutherus, & hanc erroneam doctrinam cœleſtiam ſimul, & terreſtria expugnant, Nam Dæmones in gratiam Creati à Deo non fuerunt in ea ſtabiles, neque in veritate; immo in illis inuenta eſt iniquitas Iob. 4. Videbam inquit Chriſtus Lucæ 10. Sathanam ſicut fulgur de Cęlo cadentem; Quid ergo nobis futurum putas? & in Angelis ſuis Deus reperit prauitatem quanto magis in illis qui habitant domus luteas, qui terrenum habent fundamentum, hi certè cōſumētur velut atinea, ſi in cęlo ruinæ quanto magis in terra; nūquid fortiores homines quam Angeli? Abſit vt hoc aliquis de ſe preſumat, ſed iam ad homines deſcendamus Deus creauit hominem rectum, & tamen poſtea contempto Dei præcepto, vt placeret Vxori comedit de fructu ligni vetiti; eſſet in innumerabiles procedere ſi de poſteris Adæ vellemus circa hoc propoſitum exemplificare; merito de omni homine dicitur, qui ſtat videat, nec adat, & ſi dixerimus quia peccatum non habemus nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, & fruſtra nos docuiſſet orare, & precepiſſet nos dicere dimitte nobis debita noſtra Vide plura apud à Caſtro contra omnes hæreſes Verbo gratia hæreſi 2. & Verbo peccatum hæreſi 9.

22 Lutherus primus fuit qui docuit nullum eſſe peccatum niſi incredulitatem, quem poſtea ſecuti ſunt Philippus Melancton, Ioannes Caluinus, & Martinus Butherus, & omnes Luthærani, hunc errorem deducit Lutherus ex alio illius peſtilentiſſimo errore, qui eſt fons vberrimus ex eo innumeri prodeuntes, & ſcaturientes errores; dicit enim ſolam fidem iuſtificare, & illam ſolam eſſe ſatis ad vitam æternam aſſequendam, opera vero non eſſe neceſſaria ad iuſtificationem, neque ad vitæ æternæ conſecutionem, Ex iſta ſententia euidenter colligitur, ſolam incredulitatem eſſe verum peccatum mortale, quod vere tollat iuſtificationem, & gratiam; Nam ſi aliquid aliud præter infidelitatem eſſet verum peccatum mortale inde euidenter ſequeretur aliquid aliud preter fidem eſſe neceſſarium ad iuſtificationem, & per conſequens ad vitam æternam conſequendam; Quoniam ſi illud quod præter infidelitatem dicitur vere peccatum eſt alicuius operis omiſſio, ergo opus illud omiſſum erat neceſſarium ad iuſtificationem, alioquin non peccaſſet, qui illud omiſiſſet; ſi illud peccatum fuit alicuius mali operis perpetratio ergo abſtinere

ſtinere ab illo opere fuit neceſſarium ad iuſtificationem conſeruandam alioquin non peccaſſet, qui illud ſcelus commiſit; Conſtat ergo nullum eſſe dicendum mortale peccatum niſi ſolam Infidelitatem ſi concedatur ſolam fidem iuſtificare quod falſiſſimum eſt, & hęreticum; quod ſit falſiſſimum tota ſacra Scriptura teſtatur; ſed breuiter audiamus quid circa hoc dixerit Magiſter veritatis Chriſtus qui adoleſcenti petenti quid faciendo vitam æternam poſſideret reſpondit ſi vis ad vitam ingredi ſerua Mandata Matth. 19. ecce hic vides obſeruantiam mandatorum exigi tanquam neceſſariam ad vitæ æternæ conſecutionem, nihil clarius; Quod ſit quoque falſiſſimum audiamus ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. Canone 27. vbi ſic decernitur; ſi quis dixerit nullum eſſe peccatum mortale niſi Infidelitatis, aut nullo alio quantum vis graui, & enormi præterquam Infidelitatis peccato ſemel acceptam gratiam amitti. Anathema ſit.

De Cauſa Malitiæ moralis in particulari humanorum Actuum hoc eſt Peccati Actualis. Art. 3.

1 CErtum eſt peccatum eſſe actum inordinatum elicitum, vel imperatum à voluntate, & ex parte actus debere habere Cauſam agentem per ſe, ſicut, & quilibet alius actus pro materiali, ſeu ſubſtrato, & ex parte inordinationis (cum ſit priuatio) habere Cauſam non effectiuam, ſed deffectiuam, de qua modo inquirimus. Circa quam plures Nepharij ac ſceleſti fuerunt Hæretici qui aliquo modo talem defectum in Deum tranſtulerunt, Nullus tamen ex Antiquis ita vecors fuit, vt Deum totaliter auctorem peccati fecerit Licet enim Simon Magnus hęreticorum vertex malorum, ſcelerum, unpietatum flagitiorumque noſtrorum auſus ſit dicere auctorem Deum, Deinde Cerdoniſtæ teſte Tertulliano in præſcriptionibus, Poſtea Marcioniſtæ teſte Irænco lib. 1. Cap. 29. Manichei etiam teſte D. Auguſtino de Legibus. Cap. 49. Priſcilianiſtæ quoque teſte D. Leone Epiſt. ad Turpium 93. Cap. 6. Alijque plurimi hac erroris nota fuerint iniuſti non tamen Deum aſtruebant primarium peccati auctorem, vt malum morale eſt, ſed ſolum quia eſt Creator omnium, vel quia nonnulli eorum duo principia ponebant, vnum boni, alium mali, & ſic vnum Deum dicebant bonum alium malum; Nullus tamen auſſus eſt, quod auſi ſunt Nouatores noſtri temporis Hęretici Deum aſtruere vere, ac proprie peccati Auctorem non ſolum permiſſiue, ſed etiam commiſſiue, & inductiue, vt *Zuinglius* ſerni- de Prouidentia Cap. 5. vbi dicit quod Deus mouet Latronem ad occidendum Innocentem, & multa id genus nephanda.

2 Caluinus vero omnium Hęreticorum peſſimus plures alias impijſſimas blaſphemias euomuit contra Deum tam bonum, & omnium peccatorum vindicem adeo, vt ex eius impijſſima Doctrina inferri liceat nullm vnquam tam impie de Deo ſenſiſſe quam ipſum; Nam inter eos, qui male ſenſerunt de Deo, alij dixerunt otioſum eſſe, vt Epicurus, & alij impotentem, vt Lucianus, Alij auctorem mali, vt Cerdoniſtæ, Marcioniſtæ Manichei, Alij miſerum, & ſe affigentem, vt Talmudiſtæ, at omnium peſſime Caluinus; Hoc ſigillatim oſtenditur conferendo illum cum ſingulis. Ac primus Epicurus teſte Cicerone fingebat Deum nihil agentem nullis occupationibus implicatum; rectius ſane, quam Caluinus, qui non otioſum, ſed iniuſte fingit negotioſum; Quid enim Auctore Caluino agit? Prædeſtinat homines ad æternam mortem, incitat, & impellit ad homicidia, furta, adulteria, periuria, mendacia, ſacrilegia, hortatur, & inſtigat omnes Diabolos, vt ſe iuuent in hoc opere, ipſe in omnibus principatum tenens,

&

& Capitaneatum, Lucianus, qui officio fabulator eſt fingit Iouem ſuum Impotentem eo quod cupidinem ſuum ſuperare non potuerit, ſed ab eo victus ſit; Caluinus autem, qui officio Theologus haberi vult, & quidem Theologus Chriſtianus Luciano deterior; obtrudit ſuis Auditoribus non pro fabula (quod eſſet tolerabile) ſed pro articulo fidei Deum non poſſe naturam ſuperare; nec efficere, vt idem corpus exiſtat ſimul in diuerſis locis.

3 Cerdon, Marcion, Manichæi quanquam docerent Deum eſſe auctorem peccati non tamen bonum, ſed malum Deum intelligebant; At Caluinus cum agnoſcat vnum (quamquam non recta fide) mirum eſt, quod illum, & bonum eſſe, & peccati Auctorem eſſe auſus ſit affirmare; Thalmudiſtæ inſigniter quidem delirant, quando commenti ſunt Deum dolere, & ſe affligere ſolitum, eo quod Hieroſolimæ templum, & Ciuitatem deſtruxiſſet; Sed parum ad Caluini deliria; Illi enim aſſerebant ideo eum dolere, quod cum bonus eſſet, tanti mali fuiſſet Auctor: At Caluinus cum omnium ſcelerum ac flagitiorum, quæ in Mundo fiunt ſit auctor, & predeſtinator tantum abeſt, vt aliquo dolore, ac commiſeratione tangatur, vt potius ſibi laudi ducat, quod hoc modo ſuam potentiam, & ſeueritatem in vindicandis ſceleribus poſſit manifeſtare, ac mundo patefacere; Quanta quæro eſt differentia inter Deum, quem fingit Caluinus, & Deum verum quem agnoſcunt, & adorant Catholici; Deus Caluini, & Caluiniſtarum ab eterno ſtatuit duo decreta, quæ eodem Caluino teſte ſunt horribilia; Alterum quo decreuit maiorem hominum partem ſine vlla ipſorum culpa in perpetuum damnare, & æternis ſupplicijs deuouere. Alterum quo predeſtinauit eos ad peccatum, vt haberet occaſionem illos damnandi, & ſeuere puniendi; In priori Crudelis eſt, qui tot millia Innocentum ex mera puniendi libidine ad ęternas pęnas deſtinauerit; In poſteriori iniuſtus, qui nulla neceſſitate, ſolo ſuo arbitrio decreuerit, vt homines iniuſte agant occidant, adulterentur, fornicentur, & ex bonis iniuſti efficiantur, tanta eſt prouidentia Dei Caluini, & Caluiniſtarum, vt totus ſit in malis preordinandis.

4 Hæc decreta exequitur iſte Deus ad hunc modum, primo eos, quos ab æterno morti, ac ſupplicijs deſtinauit tum per ſe, tum per Sathanam impellit incitat, & commouet ad omnia flagitiorum genera perpetranda, ſecundo eos excæcat, & obdurat in peccatis, tertio omnia ſalutis præſidia ipſis negat; Quarto deſtitutis omni auxilio miſerrime illudit ſimulans ſe velle bene illis facere, & nihil minus in Animo ſentiens exterius offerens ſuam operam, & interius meditans ruinam ipſorum, ac perniſciem, & vt verbis Caluini vtamur vocem ad eos dirigit, ſed vt magis obſurdeſcant, Lumen accendit, ſed vt reddantur cæciores; Doctrinam profert, ſed qua magis obſtupeſcant, remedium adhibet, ſed ne ſanentur. Quis non miretur ad hoc Diabolica, quæ cum ſint propria Sathanæ, & ad eius officium pertinentia audet Deo tribuere; nonne proprium, officium Diaboli eſt tentare, ſeu incitare homines ad peccatum; Vnde, & tentator appellatur. Matth. 4. accedens tentator dixit ei &c. Actuum 5. cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te ſpiritui ſancto cur ergo Deus Caluiniſticus excercet officium Diaboli proprie tentando homines, & eos interno inſtinctu, & operatione incitando, & impellendo ad omnium flagitiorum genera perpetranda; Ita paſſim fatetur Caluinus in ſuarum Inſtitutionum libris, Merito igitur iam pridem multi obiecerunt Caluino quod ipſe Deum in Diabolum transformauerit; vt ex Lutheranis Tilmanus, Hesbriſius in lib. de erroribus Caluini; ex Catholicis Ioannes Maldonatus in Cap. 4. Matthei, Ex Caluini diſcipulis Sebaſtianus Caſtalio in lib. de Predeſtinatione ad Caluinum.

5 Non ſic procedit verus Deus quem Catholici colunt, & adorant fixit enim,

&

& ipſe duo alia decreta longe ab his diuerſa; Vnum quo ſtatuit omnes homines ad vitam æternam Creare, & reipſa perducere, ſi ipſi ſuo vitio non impedirent Alterum quo (præuiſo primi Parentis, & omnium poſterorum lapſu) voluit omnibus (quantum in ſe eſt) ſuccurrere; Hoc autem exequitur in hunc modum; Primo mittit filium vnigenitum, qui pro omnibus mortem oppetat, omnes e poteſtate mortis, & Diaboli eripiat, & omnibus ianuam Regni Cæleſtis aperiat, ſic Deus (Ioan. 3.) dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret; & 2. Corinth. 5. pro omnibus mortuus eſt, & ad Timoth. 2. qui dedit in redemptionem ſemetipſum pro omnibus, & 1. Ioannis 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius Mundi; ſecundo proponit omnibus vitam ætenam tamquam præmium, & brauuium per Chriſti merita, & noſtram cooperationem obtinendam; Tertio offert auxilia gratiæ, quibus hoc præmium aſſequamur; Quarto paterne hortatur, vt oblatam gratiam acceptemus, & ſtrenuè cooperemur, Quintto ſeuerè prohibet, ne in hoc negotio aut negligentes, ac tepidiſſimus, aut in alia vitia, & peccata dilabamur. Sexto relinquit nihilominus cuique ſuam libertatem, vt ſi velit bene agere vitam æternam aſſequitur; ſin male, in eternum crucietur, Atque hinc patet aliam eſſe mentem Deo Catholicorum quem ſacrę Litterę agnoſcunt, aliam Deo Caluiniſtarum qui in inſtitutionibus Caluini depingitur; Hic natura crudelis eſt, ad puniendum, & vindicandum propenſus ad miſerendum parcus, Ille contra Miſerator, & Miſericors Dominus longanimis, & multum miſericors. qui non vult aliquem perire, ſed omnes ad pænitentiam reuerti, cui Laus, honor, & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

6 Ex his, & alijs impiiſſimis blaſphemijs (quibus abundant Caluinianæ Inſtitutiones) licet colligere multum preſtare nullum Deum, quam talem credere, ac proinde atheum, quam Caluiniſtam eſſe; D. Baſilius in homilia. Quod Deus non eſt Auctor malorum ait eandem eſſe dementiam negare Deum, & peccati auctorem aſſerere; nam ſi peccati auctor eſt, vtique bonus non eſt, & ſi bonus non eſt vtique nec Deus eſt; Immo tolerabilius eſt negare Deus quam peccati Auctorem aſſerere; nam ſi Deus omnino non eſt certe culpabilis non eſt; ſi autem Deus eſt, & ſcelerum omnium auctor eſt, & quorum auctor eſt ſimul etiam vindex eſt quomodo culpabilis, & iniuſtus non eſt Lucetiæ publice exuſtus eſt Gode fridus à Valle anno Chriſti 1572. Hic libellum ſcripſit de arte nihil credendi in quo, inter cætera hoc vnum verum dixit oportere prius Caluiniſtam fieri, qui atheus eſſe volet; fuerat ille antea Caluiniſta fuit poſtea atheus; ſi ergo vnicuique in ſua arte credeudum eſt, certe in hac re illi credendum eſt; Cur autem dixit eum, qui atheus eſſe volet oporteret prius Caluiniſtam fieri, non videtur eſſe aliud, niſi quod putaret tam fædam, & profligatam eſſe Caluini ſectam, vt qui eam prope aſpexiſſet mallet nullam, quam talem ſectam profiteri; Et hæc ſatis de Impietatibus Caluini; Qui voluerit plura videre cum citationibus locorum Caluinianæ Doctrinæ Videat Martinum beccanum in opuſc. De Auctore peccati vbi hanc rem egregie expendit; nobis ſatis eſt hæc principaliora letigiſſe.

7 Concludimus ergo Deum nullatenus Cauſam peccati dici poſſe, genus enim peccati; quodlibet, & malitiæ in ſola priuatione conſiſtit mediante relatione conuenientiæ, vel inconuenientiæ cum natura rationali, atque Ideo ſummo bono tribui non poteſt, quia malitia moralis non conſequitur actum pro vt actus eſt ſed prout malus, vel male relatus aut deficiens a debita rectitudine, vnde quamuis actus ſit à Deo; defectus; tamen à Deo eſſe non poteſt qui eſt ſumme perfectus; Dicitur enim Gen. 1. quod vidit Deus cuncta quæ fecerat; & erant valde bona quamuis enim ibi loquatur de rebus natu-

natu-

naturalibus, eodem tamen modo concurrit in cæteris omnibus; Vnde ſi illa omnia erant valde bona, ita cætera omnia ab ipſo prouenientia; Item dicitur Deuter. 32. Deus fidelis, & abſque Iniquitate, ſi autem eſſet auctor peccati, vel incitator non poſſet dici abſque Iniquitate; Iniquitas enim maxime refertur in Auctorem, nec poſſent negari eſſe filij eius, qui peccauerunt ei, ſi eum imitarentur tanquam primariam peccatorum ſuorum cauſam; Item D. Paulus Rom. 3. numquid iniquus eſt Deus abſit, & ad Rom. 9. numquid iniquitas apud Deum? abſit, & 1. Ioan. 3. peccatum in eo non eſt, ſi autem alios in peccatum impelleret, vt vuult Caluinus non poſſet à peccato, & iniquitate excuſari, & immunis eſſe, cum primum ſui auctorem maxime habeat inquinare; Inſuper ſapientiæ 12. dicitur nihil odiſti eorum; quæ feciſti, & tamen ſapientiæ 14. ſubditur odio eſt Deo impius, & impietas eius. & Pſal. 5. odiſti omnes qui operantur Iniquitatem; & tandem D. Iacobus Cap. 1. nemo (inqnit) cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur Deus enim intentator malorum eſt.

8 Dicet Caluinus Gen. 45. Venditus Ioſeph excuſauit fratres ſui venditores dicens illis; non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, & Cap. 50. nolite timere num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? quibus in locis videtur refundere ſuam venditionem in Diuinam voluntatem, & non in eorum peruerſitatem; Reſpondetur ipſum met Ioſeph optime declarare ſe ipſum dicendo vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, & ſaluaret multos populos Vnde ait non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum oſtendens aliud fuiſſe conſilium fratrum, & aliam voluntatem Dei; Illud etiam quod ſuper additur num Dei poſſumus reſiſtere voluntati Dei fuiſſe impulſos ad peccandum, ſed ipſum Ioſephum voluntati Dei fuiſſe ſubditum, ſicut, & Chriſtus in ſua paſſione, de quo dicitur Actuum 4. Illum ſcilicet definito conſilio, & præſcientia Dei traditum, (& rurſus) conuenerunt in Ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuernnt fieri, Pro completa reſolutione notandum eſt quod quattuor modis aliquis dicitur impelli, vel inclinari ad malum. Primo proprie, & per ſe phiſice non ſolum, ſed etiam moraliter loquendo, quod quidem de Deo impium eſt dicere; ſecundo imperando conſulendo, excitando, & hoc etiam modo blaſphemum eſt dicere, quod Deus excitet hominem ad peccatum; Tertio permittendo, & hoc modo dicitur Deus commouiſſe Dauid aut precepiſſe ſemeo, &c. quemadmodum vſitati dicimus à Venatore immiſſum fuiſſe Canem in Leporem, quamuis venator ſolum funem laxauerit, qno canis tenebatur obſtrictus; Quarto denique dicitur commouere præcipiendo, &c. quia vtitur malis impiorum voluntatibus tanquam inſtrumentis non peruertendo voluntatem, ſed peruerſam in bonum finem vtendo.

9 Sed quæres quomodo poteſt eſſe, vt actus peccaminoſus, cum procedat à Deo ſecundum eſſe materiale, & non ſecundum eſſe formale; ſecundum eſſe poſitiuum, & non ſecundum eſſe priuatiuum. Varij varias afferunt rationes, Scotus in 2. diſt. 37. §. ad ſolutionem iſtorum dicit quod quando duæ Cauſæ partiales concurrunt ad comunem effectum ambarum poteſt eſſe defectus in productione effectus ex defectu vnius concurrentis præciſe, & non alterius, exemplum patet in Intellectu, & voluntate libera poteſt enim eſſe defectus in actu ex ſolo voluntatis defectu, licet non præcedat defectus in cognitione, ita in propoſito cum ad eundem actum concurrant duæ voluntates Creata ſcilicet, & increata poteſt eſſe defectns in ipſo velle ex ſolo defectu voluntatis Creatæ, & hoc quia iſta Cauſa poſſet rectitudinem dare

actui quam tenetur dare, & tamen non vult; Alia autem nempe Diuina licet non teneatur dare, tamen quantum eſt ex parte ſua illam daret ſi voluntas creata cooperaretur; Hoc confirmatur ex ratione cauſæ vniuerſalis, & particularis; Cauſa enim vniuerſalis, cum ſit indifferens ad hanc, & illam actionem non poteſt dici quod actio ſit ſpecialiter ab illa, ſed ſolum à particulari, à qua procedit licet vniuerſalis concurrat; Cum igitur deformitas, quæ cernitur in peccato conſequatur actionem particularem, non poteſt in Cauſam vniuerſalem refundi, quæ eſt voluntas increata, ſed proprie in particularem referri; quæ eſt voluntas creata; Certe cum oriuntur monſtra nemo dicit Cauſam in Cælum, vel in ſolem referri debere, ſed ſolum in Cauſam propinquam, & immediatam, non enim magis cauſa vniuerſalis in hunc quam in illum influit effect[u]m, ſed ſolum particularis; ſicut igitur peccatum naturæ attribuitur Cauſæ proximæ; per Cælum, & aſtra non ſtetit quin perfectus produceretur effectus puta homo, ſed impedimentum in cauſa proxima extitit, ſic quamuis Deus concurrat cum homine ad actionem quam libet in particulari, vt Cauſa vniuerſalis eodem ſemper modo ſe habens tanquam immutabilis, & inuariabilis facile poteſt intelligi, quomodo, & actionis Cauſa, & Cauſa peccati non ſit.

10 Armeni aliter opinati ſunt de Auctore peccati dicentes (prout Guido Carmelita illis impingit) nullum fuiſſe futurum peccatum ſi Dæmones non fuiſſent, qui omnes homines tentatione ſua ad peccandum impellerent; quapropter dicunt peccatum eſſe ſimpliciter à Dæmone; Hoc conuincitur eſſe falſum quoniam, & ſi primum hominis peccatum proceſſit à tentatione Dæmonis, tamen homo potuiſſet tunc peccare, etiamſi Demon non tentaret, quia homo fuerat liber creatus à Deo quapropter bene, & male agere poterat. Accedit ad hoc quod malorum Angelorum peccatum à nullo alio Demone proceſſit ſed à ſuo libero arbitrio, ſi ergo primum peccatum Dæmonis commiſſum eſt abſque vlla alterius Dæmonis tentatione ergo etiam homo potuiſſet peccare etiam ſi nulla Demonis tentatio præceſſiſſet quoniam multo maior eſt vis Angelorum quam hominum ergo ſi Deus in Angelis ſuis reperit prauitatem quanto magis in hominibus qui habitant domos luteas corporum, quorum inclinatio, & procliuitas eſt ad peccandum, & vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia abſtractus, & illectus non eſt ergo opus tentatione Demonis, vt peccatum committi poſſit. Demum ſi peccatum eſſet à Dæmone fruſtra ſuaderetur homini, vt non peccaret, ſed hoc ſi poſſibile foret eſſet perſuadendum Dæmoni a quo eſt peccatum, Hinc Chriſtus eidam quem ipſe à languore ſanauerat ait ecce iam ſanus factus es iam amplius noli peccare.

11 Concedimus quidem quod Diabolus plura poteſt operari, & operatur ad malum hominis poteſt ludificare ſenſus exteriores, & interiores, vt optime docet D. Bonauentura in 2. diſt. 8. art. 1. & indirecte malas cogitationes immittendo non producendo in Intellectum eius, ſed obijciendo tantum mala phantaſmata, vt inde Intellectus formet malas cogitationes omnium hominum potiſſime mulierum animis inſidiatur propter meſtruum ſanguinem, ex quo aſſidue ſpiritus infecti, & corrupti Cerebrum ſubeunt; Vapores enim fumi, & mali humores ita inde ex halant, vt varias viſiones, varias phantaſmata tanquam phrenetici, varias etiam cogitationes cogantur producere, quæ nullum verum fundamentum habent, nec valet intrare ſecretum, & intrinſecum ſacrarium voluntatis humanæ, eo quod ſit proprium Dei, poteſt tamen impellere proponendo illecebras appetitus ſenſitiui tam interioris, quam exterioris, nam certum eſt talem eſſe connexionem voluntatis cum appetitu ſenſitiuo, vt ipſa concupiſcibilis potentia videatur eſſe pars voluntatis, & vix ac ne vix quidem poſſe diſtingui; hoc contingit hominibus qui non rationabiliter, ſed omnino

bino brutaliter viuunt aſſerentes non poſſe aliter fieri. Nihilominus adhibita quacumque ſuggeſtione, & arte non poteſt Diabolus eandem voluntatem renitentem contradicentem, & repugnantem cogere, & neceſſitare ad operandum iuxta illud D. Auguſtini primo retractat: Cap. 22. vbi dicit quod nihil tam eſt in poteſtate voluntas quam ipſa voluntas quod Scotus in primo diſt. 192. dicit intelligi debere quantum ad actum elicitum eiuſdem voluntatis, ergo quoad hunc actum Dœmon non poteſt illum cogere, quia neceſſitas coactiua non ſtat cum libertate quæ eſt de intrinſeca ratione voluntatis.

12 Ex his omnibus concluditur complete contra Armenos Diabolum non eſſe Cauſam peccati directe, & per ſe, ſed ſolum per modum ſuadentis, vel proponentis appetibile qua perſuaſione, & propoſitione facta eſt ſemper in poteſtate liberi Arbitrij aſſentire, & diſſentire contra Impios, Manichæum, Lutherum, & eorum ſequaces negantes liberum Arbitrium contra quos omnes pugnat ſapiens eccleſiaſticus is vbi ait, Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit in manibus conſilij ſui, adiecit mandata, & precepta ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te. Concluditur ſecundo Voluntatem eſſe proprie, & preciſe peccati Cauſam deficientem quia elicit actum carentem rectitudine debita quam eidem actui deberet dare, & non dat; Dicendum eſt igitur nihil poſſe eſſe peccatum niſi in voluntate, Immo actus voluntatis ſunt primo, & formaliter peccata actus vero aliarum potentiarum in tantum ſunt peccata inquantum participant de Voluntario; & ſi verum eſt quod dicit D. Auguſtinus libro de duabus Animabus, vbi ait nuſquam eſt peccatum niſi in voluntate.

13 Conſtat enim actum voluntatis eſſe duplicem elicitum, & imperatum, actus elicitus eſt ille qui immediate producitur à voluntate circa ſuum naturale obiectum precognitum tamen ab Intellectu, actus vero imperatus eſt ille qui ex Imperio voluntatis producitur ab alijs potentijs ſibi ſubiectis; De hoc actu, vel de his actibus intelligendus eſt Scotus in quolibeto 18. vbi expreſſe ſentit bonitatem, & malitiam moralem inueniri in actibus aliarum potentiarum. Quando autem Doctor ſubtilis dicit actus aliarum potentiarum ab Anima non eſſe formaliter peccata, ſed materialiter intelligit de illis actibus, vt comparantur ad proprias potentias producentes tanquam cauſas, quoniam tales actus ab illis ſuum eſſe naturale accipiunt, quod eſt ſubiectum, & materiale rationis formalis peccati ſibi prouenientis ex imperio voluntatis deficientis: Pro pleniori dictorum notitia nota ex D. Bonauentura in 2. diſt. 36. nouem gradus voluntarij penes quos peccata dicuntur voluntaria ſecundum magis, & minus; Primo enim principaliter dicitur voluntarium id quod eſt à voluntate nullo inclinante interius, & exterius ſicut fuit peccatum Luciferi; Secundo modo voluntarium dicitur quod eſt à voluntate aliquo ſuggerente exterius, ſed nullo inclinante interius, & ſic peccata primorum parentum fuerunt voluntaria Tertio modo appellatur voluntarium, quod eſt à voluntate aliquo inclinante interius, & exterius cuiuſmodi eſt peccatum mortale quod perpetratur poſt lapſum naturæ concupiſcentia interius, & illecebra exterius inclinantibus.

14 Quatro modo vocatur aliquid voluntarium non quidem voluntatem, ad illud directe mouente, ſed ex conſequenti in illud trahente, ſicuti eſt peccatum ommiſſionis, quo quis omittit officium debitum, vel votum perſoluere. Quinto aliquid eſt voluntarium, quod quidem eſt à voluntate licet ad illud non mouente directe nec nec trahente ex conſequenti, ſed refugiente ſicuti eſt peccatum. mortis timore; ſexto modo dicitur voluntarium quod eſt à voluntate non plene, & perfecte id quod agit aduertente, ſed negligente diſcurrere, vel diſquirere, cuius modi eſt peccatum ex ignorantia culpabili: Septimo vocatur voluntarium, quod licet non ſit directe, nec indirecte intentum, ad aliud

tamen voluntarium ſubſequitur, vt ſunt peccata ebrietatem voluntariam conſequentia, ſiue ſubſequentia, & alia huiuſmodi; Octauum vocatur voluntarium, quod eſt ab aliquo potente, & debente prohibere, & non prohibente, vt ſunt peccata venialia, & mortalia, quæ negligenter tranſcurantur, cum tamen debitum ea impedire debere; Nono modo aliquid dicitur voluntarium, quod non propria voluntate; ſed ab aliena eſt introductum, vt cum quis ratum habet homicidium ab alio perpetratum, aut cum alieno aliquo modo participat peccato cuiuſmodi eſt peccatum originale, quia nos omnes in Adam peccauimus; & in omnibus peccandi modis aliquas ratio voluntarij reperitur, Vnde cum ferme nullum ſit peccatum, quod non ſit voluntarium vno prædictorum moderum ex D. Bonauentura nullum erit peccatum quod aliquo modo non dependeat à voluntate tanquam cauſa, proprie tamen, & principaliter in duobus primis peccandi modis idem Sanctus Doctor rationem voluntarij inueniri docet.

15 Motus concupiſcentiæ præuertentes aduertentiam rationis conſenſumque voluntatis: fingunt Lutherus, Caluinus, & alij Heretici eſſe proprie dicta peccata, & quidem mortalia ex natura ſua, ſed ſolis infidelibus, ſeu impijs imputari, vt mortalia; Iuſtis verò, ſeu fidelibus venialia ſolum; ſed hæc nulla prorſus peccata eſſe ne quidem infidelibus ex eo quod ſint actus puræ naturales, ac neceſſarij non autem liberi, vel in hominis poteſtate. Rom. 7. 16. quod nolo facio, & iam non operor illud. At qui, vt aliquid ſit peccatum debet tale eſſe, vt homini poſſibile ſit, & liberum, ab eo abſtinere, vt docet D. Auguſtinus. Alioquin Lex Dei eſſet plane impoſſibilis, cum tamen ſit iugum ſuaue Matth. 11. 30. nec vllus perfecte iuſtificaretur, nec Apoſtolus dicere potuiſſet 1. Cor. 44. nihil mihi conſcius ſuum; Item nihil damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu Rom. 8. 1. Denique Iacobus Cap. 1. 15. ſolum dicit concupiſcentiā parere peccatum, Iam vero id quod gignit diſtiguitur ab eo, quod gignitur, & nonne per baptiſmum tollitur quicquid eſt peccatum ex Tridentino ſeſſ. 5; & tamen motus concupiſcentiæ manet etiam poſt baptiſmum. Quando Paulus ad Rom. 7. 7. concupiſcentiam vocat peccatum, & dicit repugnare legi mentis, & legi non concupiſces ac proinde ſe illam odiſſe verſu is loquitur de ſolo materiali, & improprie dicto quod quia ex obiecto malum eſt odiſſe debemus, vt quævis alia peccata proximi noſtri, & ſi prohibere non poſſumus, & digne quidem eam odiſſe debemus, quia ortum habet à peccato, & ad peccatum inclinat Porro quod ex Deo non ſit 1. Ioannis 2. 16. non arguit eſſe peccatum quia etiam mala quæ peccatum Adami conſecuta, & mortem ipſam Deus non fecit, nec tamen ſunt peccata.

16 Homines igitur voluntate ſua ſunt Cauſa ſuorum peccatorumque, omnia non ſunt æqualia, aut paria, vt dicebant ſtoici Nouatianus, Iouinianus, & nouiter Sebaſtianus Francus: probat D. Ioannei 1. ep. 5. 16. Quædam peccata ſunt ad mortem quædam non ſunt ad mortem, & Chriſtus Ioan. 19. 11. Qui me tradidit tibi maius peccatum habet; Hæc omnia peccata natura ſua ſunt mortalia (vt docent Lutherus Melancthom Magdeburgenſes, & Caluinus) ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit Eccl. 7. 21.; non eſt homo iuſtus, 1. Ioan. 8. ſi dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus. Iacobi 3. 2. in multis offendimus omnes ergo dantur peccata leuia quæ non impediunt quominus ſit iuſtus qui facit ea Porro non ex ſola Diuina miſericordia non imputante ſunt leuia, & venialia, ſed ex ſe, & natura ſua quia etiam in Impijs leuia reperiuntur, vt verba, & mendatia Iocoſa, & alia ſimilia; ergo non omnia impiorum, ſiue fidelium, ſiue Infidelium opera ſunt peccata mortalia, vt contendunt Vvicleph Lutherus, & Caluinus, neque enim ex natura rei, vt iam vidimus, neque ex imputatione Dei quia gra-

uitus rem imputare quam ex ſe mereatur, repugnat iuſtitiæ. Nonne Paulus laudat Gentilium Barbarorum humanitatem quā Naufragis exibebuut actorum 28. 1. Nec Chriſtus improbat ethicorum Charitatem fraternam Math. 5. 47. Neque omnia peccata electorum, ſeu predeſtinatorum ſunt venialia (vt ijdem Heretici volunt, ſed multa ſunt mortalia, & quidem graviſſima, patet ex peccatis Adami Gen. 3. 6. 7. Dauijs 2. Reg. 12. 7. Magdalenę Lucæ 8. 2. Latronis Crucifixi Luc. 23. 40. Petri Matth. 26. 74. Pauli 9. 1. & tot aliorum, & An Paulus de ſolis reprobis ait 1. Cor. 6. 9. neque fornicarij, neque Adulteri, neque Fures, neque Ebrioſi &c. Regnum Dei poſſidebunt ſtat ergo veritas Deum indurare peccatorem peccata permittendo, Peccatorem verò indurare ſe ipſum peccata commitendo.

LIBER SEXTVS.

De CHRISTO Saluatore, & Redemptore humani Generis, Vbi de eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti prædicatis abſolutis, & reſpectiuis, quibus explicabuntur opera Redemptionis humanæ tàm in generali, quàm in particulari.

De Cauſa diſpoſitiua, & meritoria Dominicæ Incarnationis. Caput Primum.

De merito Chriſti, Beatiſſimæ Virginis Matris, & Sanctorum Veterum Patrum reſpectu Dominicæ Incarnationis. Articulus Primus.

1 ARiſtotelis documentum eſt perfectam alicujus rei cognitionem eſſe tunc, cum Cauſæ primæ, & per ſe eiuſdem rei cognoſcuntur, & principia prima vſque ad elementa; Alioquin enim ſcire non eſſet rem cognoſcere propter quam res eſt; Vnde Incarnationis miſterium (Deo bene auxiliante) pertractaturi à Cauſis ipſis exordiendum eſſe duximus; & primo quidem ab ipſa Cauſa meritoria tanquam preuia, ad cuius integram cognitionem duo ſupponenda ſunt cum ſuis probationibus; Quorum primum eſt, Quod ſtatim poſtquam peccauit Adam Verbum incarnari non

non debebat, ſed eius Incarnatio differri debebat, ſecundum ſupponendum. Quod nullm fuit meritum de condigno, quo tantum donum daretur humano Generi. Quantum ad primum Reſpondent D Thomas, & D. Bonauentura, quod Verbum Dei non debuit poſt Lapſum primi hominis ſtatim incarnari quia (vt inquit idem ſeraphicus Doctor in 3. diſt. 1. art. 2. q. 3.) ſic congruebat, vt morbus melius curaretur. Morbus enim ſpiritualis non curatur debite, niſi infirmus eum prius agnoſcat, & pro eius curatione gratus exiſtat, ſecundò propter ordinem vniuerſi ſeruandum quia enim hoc erat plenum, & maximum beneficium differi debuit. Tertio fuit propter hoc Incarnationis beneficium amplius commendandum, quod enim amplius differtur, & diutius deſideratur pretioſiu reputatur, atque adeò beneficium Incarnationis; quod eſt inter Dei beneficia præcioſiſſimum, & preſtantiſſimum, prius debuit eſſe deſideratum, & expectatum, quam exhibitum; hæc, & alia D. Bonauentura.

2 His addit D. Thomas in 3. p. q. 1. articulo 5. quod tantum miſterium debuit differri, vt hominis peccatum innoceſceret, & qui ex ſuperbia peccauit ſe liberatore indigere cognoſcens humiliaretur, & infirmitatem agnoſcens medicum quereret, & inueniret; ſecundò vt Verbi dignitas, ideſt Chriſti regia Maieſtas clareſceret, præconizando eius aduentum per plures Patriarchas atque Prophetas; Vnde dicit gloſſa ſuper illud ad Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis &c. Quãto maior Iudex veniebat, tanto Præconum ſeries longior præcedere debebat; Tertio propter ordinem promotionis in bonum ſecundum quem ab Imperfecto proceditur ad perfectum; Vnde Apoſtolus dicit. 1. Corith. 15. non prius quod ſpirituale, ſed quod Animale deinde quod ſpirituale, & Vgo de Sancto Victore inquit ſicut Medicus corporalis Ægroto quædam præparatoria præbet medicamenta ante quam propinet Medicinam perfectam, ſic Deus antequam mitteret filium ſuum, tanquam perfectam Medicinam præmiſit imperfecta præparatoria ſcilicet legem, & ſacrificia, inueteri teſtamento; quæ ex ſe non valebunt curare morbum, nec conferre ſanitatem; Tandem addi poteſt ex Caietano hoc factum eſſe, ob fidei ſoliditatem, & firmitatem; ſi enim Verbum fuiſſet ſtatim incarnatum, reputaretur antiquorum fictio; at nunc poſt tam longam expectationem; Prophetarum oracula, & vaticinia intelligunt homines eiuſmodi miſterium non eſſe figmentum, ſed à Diuina prouidentia præparatum, atque excogitatum, nec non ſcripturis Sacris pronunciatum.

3 Debuit igitur hoc maximum beneficium differri non tamen vſque ad finem Mundi ob tres rationes; Prima eſt, quia ſi tamdiu Chriſtus venire diſtuliſſet fidei veræ notitia, Maieſtatis Diuinæ reuerentia, Deuotio, morumque honeſtas extincta fuiſſent interris; Nam, vt inquit D. Hieronymus Mundus quanto creſcit ætate tanto decreſcit deficiendo à bonitate, quod maxime erit in fine quando abundabit iniquitas, & refrigeſcet Charitas; vt inquit Saluator Matth. 22. Secunda ratio eſt, vt prius per Chriſtum. Mundo daretur gratia, quæ eſt via ad gloriam, ſicut ergo tempus iuuentutis, ſenectutem præceſſit ſecundum D. Auguſtinum, ita tempus gratiæ, tempus gloriæ, tertia ratio eſt, quia in fine Mundi erit tempus perfectæ gloriæ in reſurrectione gloriæ ſcilicet Animæ, & corporis, ergo ante illud tempus venire debuit, vt per Chriſti gratiam homines prepararentur ad tantam gloriam; Ideo Abacuh tertio dicitur In medio annorum notum facies, non quidem in medio punctuali, ſed in medio inter principium Mundi, & finem eius. Vſque ad illud igitur medium differenda, erat illa ſuper Excelſa Incarnatio filij Dei; Quod quidem medium Apoſtolus Paulus ad Galatas 4. vocat plenitudinem temporis; inquit enim, At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex Muliere factum ſub lege.

4 Pro quo notandum eſt, quod D. Paulus, quando dicit At vbi venit plenitudo temporis intelligit primo tempus Incarnationis eſſe plenitudinis tempus; quia Deus per Incarnationem filij ſui impleuit, quod præfinierat, vt inquit Gloſſa ſuper illum locum completum eſt (inquit) tempus quod præfinierat Pater quando mitteret filium ſuum; Secundò propter impletionem promiſſionis, quia ille nobis datus eſt, qui fuerat promiſſus; Vnde ſuper illud Ioannis 1. Plenum gratiæ, & veritatis dicit Gloſſa quoad impletionem promiſſorum; tertio quoad completionem figurarum, nam in Chriſti aduentu figuræ illæ, quæ erant in Veteri teſtamento impletæ ſunt veritate. Vnde Matth. 5. inquit Saluator, non veni ſoluere legem, ſed adimplere; quarto propter plenitudinem gratiæ exiſtentis in Chriſto, quæ fuit omnium plenitudinum principium. Vnde ad Coloſſ. 2. dicitur In Chriſto habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter; quintò propter plenitudinem generationis, cum enim quadruplex ſit generationis modus ſcilicet nec de viro nec de muliere, ſed diterra; De ſolo viro, De viro, & muliere; Et de ſola muliere; Primus modus generationis completus fuit in Adam, qui abſque viro, & muliere immediate à Deo de terra conditus fuit. Secundus fuit completus in eua, quæ de ſolo viro fuit formata; tertius completur communiter in omnibus naturaliter propagatis; At Quartus in Chriſti incarnatione eſt conſumatus; Sextò quia tempus Incarnationis eſt tempus ſextæ ætatis in qua eſt plenitudo, & perfectio, vt ſicut Mundus in 6. die eſt conſumatus, ita in 6. ætate ſit reparatus; Prima ætas fuit ab Adam vſque ad Noe, ſecunda à Noe vſque ad Abraham, tertia ab Abraham vſque ad Moyſem, quarta à Moyſe, vſque ad Dauid, quinta à Dauid, vſque ad Chriſtum Sexta vſque ad finem Mundi.

5 Quantum ad ſecundum ſupponendum, ſcilicet quod nullum fuit meritum de condigno quo tantum bonum daretur humano generi, & certiſſimum, cum namque in merita de condigno reddatur aliqua operis æquiualentia (vel ex acceptatione Diuina, vel ex promiſſione præuia, ſeu pacto, & conuento inter Deum, & hominem) cum ipſo præmio, ſeu remuneratione operis, & nullum ſit opus tam excellum, quod poſſit vnionem perſonalem ſeu. Hipoſtaticam cum immenſo Deo promereri, finiti ſiquidem ad infinitum nulla eſt proportio nullo videntur opere Incarnationem Verbi Dei merito condigni homines promereri potuiſſe; Inſuper quod eſt principium meriti illius non poteſt eſſe terminus, nec effectus aut finis, vt patet de gratia, quæ cum ſit meriti principium ſub merito cadere non poteſt. Incarnatio autem non ſolum eſt principium meriti, ſed etiam gratiæ; cum omnis gratia ex prætioſa Incarnatione omnibus hominibus collata ſit Iuxta illud Ioan. 1. gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, ſi igitur gratia ſub meritum nequit cadere, multo igitur minus fons, & origo totius gratiæ, ipſa Verbi Diuini Incarnatio, Rurſus cum eadem mirabilis incarnatio Verbi Diuini ſit totius humanæ naturæ, deperditæ reſtauratio, illa neutiquam ſub alicuius hominis meritum cadere poteſt, bonum ſiquidem puri hominis non poteſt eſſe Cauſa totius naturæ reſtauratæ, alioquin, & ſuæ ipſius naturæ; cum ipſe ſit de numero totius.

6 Incarnationis beneficium non cadit ſub merito de congruo ratione prædeſtinationis, & excellentiæ dignitatis miſterij, quia ſi antiquo Patres meruiſſent Incarnationis Miſterium, hoc fuiſſet, vel gratia intuitu Chriſti, & meritorum eius accepta, vel ſine tali intuitu à Deo ſolo ſuſcepta, aut ſine vlla prorſus gratia, non tertium, quia ſine gratia impoſſibile eſt tale, & tantum miſterium promereri; non ſecundum quia nihil gratiæ conceſſum fuit antiquis Patribus niſi intuitu meritorum Chriſti, nec etiam primum, quia ſequeretur primo, quod principium meriti caderet ſub meritum, quod eſt inconueniens, meritum ſiquidem ſanctorum cum procederet ex gratia conferenda per Chriſtum

præſupponeret illam tamquam præhabitam ante meritum, vt ipſius meriti principium; gratia rurſus eo quod eſſet collata intuitu meritorum Chriſti præſuponeret præuiſam incarnationem tamquam principium meritorum ſanctorum Patrum conſequenter etiam ipſa merita incarnationem præuiſam præſuponerent; Ita quod daretur circulus in cauſis eiuſdem generis, ſi merita Sanctornm Patrum fuiſſet Cauſa aliquo modo ipſius Incarnationis, & eadem Incarnatio eſſet canſa meritorum præceſſiſſent Vnio Verbi Diuini non fuiſſet ſimpliciter gratuita, quia non eſſet omnino gratis data, vt inquit Apoſtolus ad Titum tertio apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos; Confirmatur, quia omne meritum antiquorum Patrum fundabatur in fide Chriſti venturi, præſuponebat igitur Chriſtum venturum, & conſequenter iam prædeſtinatum eius aduentum; Deinde ipſi non petebant, vt Deus prædeſtinaret aduentum Chriſti, ſed vt illum prædeſtinatum exhiberet; ſatis igitur conſtat nullum beneficium ſaltem ſupernaturale adipiſci poſſe, niſi mediante beneficio gratiæ Diuinæ; & omnem gratiam Diuinam merito vnionis Verbi Diuini cum natura humana, & eius intuitu ſit hominibus collatam, ipſa igitur Incarnatio Verbi in ratione cauſæ omne meritum præcedit (ſaltem obiectiue) quamquam meritum tantum ſit de congruo; quia neque etiam de congruo quicquam ſupernaturale mereri poſſumus ſine gratia.

7 Licet Patres non meruerit de congruo Incarnationis Miſterium quo ad ſubſtantiam, & predeſtinationem; tamen de congruo meruerunt executionem incarnationis, & circumſtantiarum temporis, loci, & Perſonæ, Quoad Perſonam patet Abraham meruiſse de congruo, vt ex ſemine ius deſcenderet Chriſtus Gen. 22. ſic enim Deus loquitur; pec memet ipſum iuraui; quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter quæ benedicam tibi, &c. & in ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ, quod de Chriſto interpretatur eſt D. Paulus ad Galatas 4. ſimiliter Dauid, de quo in Pſalm. 131. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui, iurauit Dominus Deus, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, Quoad locum etiam Prophætæ videntur meruiſſe, quod Chriſtus naſcereretur in Iſrael; Salus enim ex Iudæis eſt, vt ait Chriſtus; & Prophetam ſicut me ſuſcitabit Dominus ait Moiſes ad Populum & alibi ſæpe, Quoad tempus etiam reſponſum acceperat ſimon non viſurum ſe mortem donec videre Chriſtnm Domini, quod quidem reſponſum precibus à Deo obtinuiſſe credendum eſt, Quoad executionem denique; ſi enim Nullus vnquam, nec de condigno, nec de congruo meruiſſet aot mereri voluiſset diſpoſitiue ad incarnationem Verbi, profecto non appareret cur Deus incarnari debuiſset, aut voluiſſet; fuiſset enim redimere non ſolum immeritos, & indignos, ſed etiam ſalutem inferre perire volentibus; quod videtur abſurdum; Requiritur ergo aliquis concurſus ſaltem diſpoſitiuus ex parte Sanctorum, vt Incarnationem Verbi mererentur obtinere.

8 Obijcies; Decretum Dei eſt immutabile, & contrarium ei expetere potius eſt impium, quam meritorium, ſed Deus præſciendo ab æterno Incarnationem ſimul preſciuit qno in loco, quo in tempore, & qua in ſtirpe eſset futura, ergo petere eius accelerationem, aut alio in loco, & alia in ſtirpe eius excutionem potius eſt impium, quam meritorium, quia eſt velle mutare decretum Diuinum; Quod ſi dicas eodem tempore, ſtirpe, & loco fuiſse decretum quo petitum; nihil igitur impetratum, nec acceleratum, aut promerſum; Reſpondetur eo quidem tempore loco, & ſtirpe ab æterno fuiſſe decretum Miſterium Incarnationis exhibendum quo exhibitum; & tamen aliquo modo fuiſſe promeritum; quia Deus ita prædeſtinat res provt videt eſſe futuras: nam ſi futuras eſſe non præuideret, non vtique prædeſti-

naret;

Vnde ipſæ preces licet non ſint Cauſæ poſitiuæ prædeſtinationis, ſunt tamen Cauſa ſine qua non; Et preterea licet Decretum Dei ſit æternum, non deſinit tamen in actibus humanis eſſe meritum; multa enim decreuit tempore loco, & certis perſonis mediante Sanctorum oratione facere velle, quæ niſi fieret, non vtique Deus beneficia tempore, & loco concederet; Obijcies tertio ſi miſterium fuit predeſtinatum non intuitu meritorum prius, ſed ex ſola Dei voluntate, & liberalitate fieri non potuit, vt ipſa poſſet merita in tempore exhibita vim habere aliquam ad impetrandum executionem, ita vt in executione ex meritis dari diceretur, quia ex priori illa voluntate omnia poſtea ſunt in tempore per acta, nec aliter, quam Deus præſciuit, & prædeſtinauit, Reſpondetur, quod quamuis voluntas Dei ſit ſimpliciſſima ſicut, & eius Intellectus, ſolent tamen in illa quædam aſſignari ſigna prioris, & poſterioris (vt alias viſum eſt, & infra videbitur) ita vt prius intelligatur velle finem, quam media ad illum diſponentia, & ſic prius voluiſſe incarnationem, quam merita Sanctorum Patrum ad illam diſponentia, & quamuis etiam daretur merito fuiſſe præuiſa, non tamen ſequitur totalem fuiſſe cauſam prędeſtinationis ſed ſolum aliquam diſpoſitionem executionis.

9 An vero Beata Virgo meruerit de condigno aut de congruo, vt eſſet Mater Dei; Omnes fere Patres videntur ſentire Beatiſſimam Virginem promeruiſſe; Matrem fieri filij Dei ſic D. Ambroſius Epiſt. 38. D. Hieronimus ad Euſtochium D. Auguſtinus lib. de natura, & gratiam Cap. 36. & alij paſſim; Aliqui Scholaſtici dixerunt illam meruiſſe eſſe Matrem Dei ita Gabriel in 3. diſt. 1. art. 3. dub. 3., & alij meruiſſe ſolum de congruo; ita Vaſquez in 3. p. diſp. 26. Cap. 2. Suarez. ibidem diſp. 10. Sect. 7. ex Antiquis Richardus in 3. d. 4. q. 1. art. 3.; Pro intelligentia, & reſolutione notandum eſt aliud eſſe mereri de condigno aliquam dignitatem; aliud vero diſpoſitionem requiſitam ad illam vt digne, & decenter recipiatur talis dignitas in tali ſubiecto; Separantur enim, hæc duo, præſertim quando diſpoſitio, & dignitas non ſunt inter ſe neceſſario connexa, & quaſi phiſice ſed ſolum ſecundum quandam decentiam moralem; Poteſt enim quis ſic diſpoſitus eſſe ad illam, dignitatē, & ex iuſtitia nō debeatur, & per conſequens non mereatur illam de condigno; ſi quidem meritum de condigno annexam habet obligationem iuſtitiæ; Hoc prænotato dicendum eſt Beatiſſimam Mariam fuiſſe condigne diſpoſitam, vt eſſet Mater Dei, quam diſpoſitionem D. Bonauentura vocat meritum de digno, Ait enim D. Ambroſius lib. 2. de Virginibus parum poſt principium; Quid in ſingulis moror? Virgo Beata, quæ digna fuit, ex qua filius Dei naſceretur, & ratio eſt, nam ad Diuinam bonitatem, & ſapientiam ſpectat conuenienter, digne que ordinare, ac diſponere perſonam, quam elegit ad talem dignitatem, ſed elegit Beatam Virginem; ergo Beatiſſima Virgo fuit diſpoſita; vt decebat ad tantam dignitatem habendam vt ſcilicet in vtero ſuo ſuum filium portaret.

10 Beatiſſima Virgo peruenit ad hanc diſpoſitionem partim ex Diuina gratia eam præueniente, & partim per propria, & merita de condigno; probatur hoc dictum prænotando hanc diſpoſitionem ad eſſe Matrem Dei multa comprehendere; primo enim comprehendit habitualem gratiam, & eximiam Sanctitatem, qua præuenta fuit Virgo à primo inſtanti ſuæ conceptionis cum multis donis, & habitibus infuſis, & hæc fuere ei gratis data, ſecundò etiam alia dona, & priuilegia, vt quod ſemper Innocens eſſet, & quod fomite careret, & alia ſimilia, quæ ſimiliter ſunt gratis ei conceſſa; Tertio augmentum gratiæ, & virtutum, quas conſecuta eſt vſque ad tempus, quo concepit filium Dei, quibus magis, ac magis diſponebatur ad talem dignitatem; & huiuſmodi augmentum conſecuta eſt Beata Virgo ſuis operibus meritorijs de condigno; Quarto ad complendam hanc diſpoſitio-

nem cooperata eſt Beata Virgo aliquibus actibus ſuis, & præcipue illo, quando præbuit conſenſum Angelo, vt Dei Mater fieret; Hoc poſito ſatis patet veritas dicti, quia iam certum eſt omnia hæc quæ requirebantur ad eſſe Matrem Dei non potuiſſe conſequi Beatam Virginem, niſi Deus gratis conceſſiſſet illi prædicta requiſita; Et certum eſt etiam, quod quibuſdam acceptis gratijs, & donis ipſis poſtea ſuis operibus cooperata fuit, ac meruit de condigno complementum diſpoſitionis ad talem dignitatem.

11 Non tamen meruit de condigno maternitatem Dei vt docet D. Thomas, & fere omnes Scholaſtici, & probatur; gratia Creata, & operæ, quæ ab illa manant ſolum tendunt ad conſummationem ipſius gratiæ, videlicet ad conſecutionem beatitudinis, quam recipiunt vt condignum, & proportionatum præmium ergo nullis meritis de condigno mereri poteſt dignitas Maternitatis; Contra hoc dictum Gabriel in 3. diſt. 4. q. vnica dub. 3. ita arguit, ille meretur de condigno aliquod præmium, qui habet ſufficiens principium ad Cauſandum operationem liberam æqualem illi præmio, ſed B. Virgo habet tale principium in ordine ad maternitatem Dei, ergo; Minor probatur, quia ab inſtanti ſuæ conceptionis accepit B. Virgo gratiam, qua ordinabatur vt eſſet Mater Dei ergo confirmatur Eſſe Matrem Dei non eſt præmium excedens Virginis merita, ſi quidem beatior fuit concipiendo Deum mente, quam corpore, vt docet D. Auguſtinus ſuper illa Verba Lucæ 11. Quinnimo beati qui audiunt Verbum Dei; Reſpondetur negando minorem, & ad probationem dicitur; quod gratia Virginis fuit gratia ſingularis Perſonæ, & einſdem rationis cum gratia aliorum Sanctorum præter Chriſtum qui habuit gratiam Capitis; atque ita ex Diuina ordinatione gratia cuiuſcumque ſolum habet pro præmio Beatitudinem de condigno, Ad probationem negatur antecedens, & ad probationem dicitur, quod maius quid eſt hoc totum ſimul gloria, & Maternitas Diuina quam beatitudo ſola; ergo licet Beatiſſima Virgo meruerit tanquam præmium adæquatum ſuis meritis Beatitudinem, non tamen meruit Vtrumque ſcilicet Beatitudinem, & Maternitatem Dei; quia hoc totum Beatitudo, & Maternitas Dei eſſet præmium nimis excedens.

12. Dicamus ergo cum communi ſententia Beatam Virginem Mariam meruiſſe de congruo vt eſſet Mater Dei, atque ita omnia dicta Sanctorum inſinuantia Beatam Virginem meruiſſe eſſe Matrem Dei intelligenda ſunt de hoc merito de congruo ſic D. Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis fere in fine dicens; Propone tibi Mariam, quæ tantæ extitit puritatis vt Mater Domini eſſe mereretur; & D. Anſelmus de Laudibus Virginis Cap. 8. inquit Sanctiſſima puritas, & puriſſima ſanctitas pectoris eius omnis creaturæ puritatem, & Sanctitatem tranſcedens incomparabili ſublimitate hoc promeruit, vt reparatrix prædicti orbis pleniſſime fieret; & D. Bernardinus Senenſis ſerm. 5. dicit Beatam Virginem eo actu quo conſenſit Angelo nunciante plus meruiſſe, quam omnes Angelos, & homines omnibus ſuis actibus, quod dictum vt verum ſit dicendum eſt, quod illo actu meruit eſſe Mater Dei non de condigno, ponitur autem meritum in hoc actu præcipue, quia fuit veluti vltima diſpoſitio ad illam formam ſeu dignitatem. Quod ſi Abraham meruit de congruo (vt ſupra dictum eſt) vt Chriſtus ex illo deſcenderet iuxta illud Gen. 22. quia fecis ſi hanc rem, & non pepercilli filio tuo propter me benedicam tibi (deinde) benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes, hic in ſemine tuo intelligitur Chriſtus Dominus ſicut ait Apoſtolus ad Galatas, ergo etiam B. Virgo meruit eſſe Mater Dei, ſiquidem fuit ſantior, & eo quo ſanctior; dignior; & fuit ipſi Chriſto propinquior, & modus, quo Chriſtus deſcendit ex illa fuit excellentior, tum etiam quia ipſa longe amplius ad hoc diſpoſita erat.

13 Poſt meritum B. Virginis in ordine ad Maternitatem, & conſequenter ad incar-

car-

carnationem filij Dei cogimur indagare, an Chriſtus vt homo meruerit vnionem hypoſtaticam; & conſequenter filiationem naturalem Dei ad retundendam antiquorum Hereticorum petulantiam Photinus ſiquidem teſte D. Thoma 3. p. q. 4. art. 11. dicit quod Chriſtus primo fuit purus homo, & poſtea per meritum bonæ vitæ obtinuerit eſſe filius Dei; Origenes etiam 2. Periarchon. Cap. 6. Animam Chriſti prius fuiſſe Creatam, quam aſſumptam dixit, & ſic per bona opera moralia prius facta meruiſſe incarnationem; Eiuſdem etiam erroris fuiſſe Neſtorium teſtatur Suarez in eundem D. Thomæ locum; Oppoſita tamen ſententia eſt omnium Scholaſticorum ſententia Chriſtum nimirum vt purum hominem vnionem hypoſtaticam non ex meritis antecedentibus aut ſubſequentibus ipſam vnionem ſed ex gratia fuiſſe aſſecutum, & quidem quoad merita antecedentia probatur ex Sacra Scriptura. Quid eſt homo (inquit Dauid pſalm. 8.) quod memor es eius aut filius hominis quoniam viſitas eum? vbi his verbis vult oſtendere Pſaltes hominem nullius fuiſſe meriti precedentis quod memor illius eſſet; Quod confirmatur ex D. Auguſtino in Enchir. Cap. 36. Quidnam (inquit) natura humana in homine Chriſto meruit, vt in vnitatem Perſonæ vnici filij Dei ſingulariter eſſet aſſumpta, quæ bona voluntas, cuius boni propoſiti ſtudium, quæ bona opera preceſſerant quibus mereretur iſte homo vt vna fieret Perſona cum Deo? hoc D. Auguſtinus; quid clarius?

14 Probatur ratione; nam merita Chriſti, vt hominis non potuerunt vnionem anteceſſiſſe, quia non prius fuit homo, quam Deus; Audiamus ad huc D. Auguſtinum ſic loco citato loquentem, ex quo homo eſſe cepit (ſub intellige Chriſtus) non aliud eſſe cæpit, quam Dei filius, & hic vnicus, & propter Verbum, quod illo ſuſcepto caro factum eſt, vtique Deus, &c. Deinde ſequitur, Inde cæpit, & inde incæpit, & ſuſceptione factus eſt; Verbum enim caro factum eſt, vt habitaret in nobis; Verbum Dei, Vnicus filius Dei aſſumpſit Animam, & carnem hominis, non antea ex ſe promerentis, nec ad illam ſublimitatem virtute propria laborantis, ſed omnino gratis; ſic D. Auguſtinus; Igitur Humanitas Chriſti prius naturaliter, quam vniretur nõ fuit ſuppoſitũ, nec ſubſiſtẽs ergo nec capax operationis nec meriti; & quamuis ſubſiſtentia non ſit formale principiũ operandi, eſt tamen condicio ex natura rei prerequiſita in operante, quod prius exiſtat, & ſubſiſtat, quam operetur; quia complementum rei in proprio eſſe ſubſtantiali ſecundum naturæ ordinem operationem antecedit; non enim potuit prius operari, quam ſubſiſtere, quia non poteſt eſſe, quin ſubſiſtentia ſit magis intrinſeca, & ex natura ſua anterior operatione, & conſequenter non potuit mereri homo Chriſtus Ieſus ante quam ſubſiſteret, ſubſiſtentiam autem natura Humana Chriſti non habuit niſi in ſuppoſito Diuino, igitur antequam illi vniretur pro mereri non potuit, ſicque ſatis reſtat probatum intentum propoſitum Chriſtum nimirum vt hominem non meruiſſe ſua vnionem Hypoſtaticam meritis precedentibus eandem vnionem.

15 Quod etiam ex ſubſequentibus actibus iſtud non meruerit; patet meritum enim cum ſit Cauſa premij aliquo modo debet præcedere, ſed præcedere non potuit, cum ſubſequatur ex operibus vnionem conſequentibus ergo illam vnionem promereri non potuit confirmatur, quia Cauſa meritoria mouet vt exiſtens ſaltem in præſcientia præmiantis, quæ moraliter æquiualet reali exiſtentiæ, quia participat aliquomodo rationem Cauſæ efficientis, ſed merita Incarnationem conſequentia mouere non potuerunt ad vnionem faciendam vt exiſtentia, quia nundum erant, nec etiam in præſcientia præmiantis vt præcedentia voluntatem conferendi gratiam vnionis; alioquin hæc gratia quæ eſt omnium maxima iam non eſſet gratia quia ex præſupoſitis meritis præexiſtentibus in mente Diuina; non igitur potuit eſſe Cauſa huius vnionis meritoria; Confirmatur ſecundum, quia Cauſa meritoria

cenſetur aliquid conferre ad effectum, & quaſi de ſuo aliquid ponere, vnde eſt quaſi medium ad aſſequendum finem, & conſequenter debet precedere, Vnde ſi gratiæ vnionis fuiſset aliqua Cauſa meritoria, iam proprie non eſset, gratia, cum ex meritis fuiſset collata; ſed obijcies id Pſalm. 44. dilexiſti iuſtitiam, & odiſti Iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo Lætitiæ præ conſortibus tuis, prædictum enim locum intelligit D. Paulus ad Hæbr. 1. De Chriſto qui ratione humanitatis ſuæ vnctus dicitur; Reſpondetur ex Nazianzeno orat. 4. de Theologia num. 7. ſi. propter ea non ſignificare Cauſam meritoriam, ſed finalem ac ſi diceret propterea vnxit te Deus vt ſcilicet diligeres iuſtitiam,& odio haberes Iniquitatem;&c.

16 Obicies 2. Apoc. 5. vbi dicitur; Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere virtutem, & Diuinitatem, ſed Diuinitatem non accepit niſi per vnionem Verbi; ergo ſi dignus eſt eam accipere qui occiſus eſt cum occiſus ſit vt homo non vt Deus videtur; quod illam ſit pro meritus vt homo, ex meritis ſcilicet ſubſequentibus paſſionis, & mortis; Reſpondetur primo non negare Chriſtum vt Chriſtum hoc promereri potuiſse, ſed non vt ſimplicem hominem ſine ſuppoſito Diuino; quamuis enim paſsus ſit vt homo; non vt Deus, ille tamen, qui paſsus eſt, non ſolum erat homo, ſed, & Deus; & quamuis ſuppoſitum Diuinum non ſit paſsum, qui tamen paſsus eſt non eſt paſsus in ſuppoſiio humano ſed Diuino, cum humanum non haberet ſuppoſitum, & ideo non negamus, quid ſic promereri potuerit accipere Diuinitatem, immo non negamus Deus hunc hominem aſsumpſiſse præceteris omnibus, quia preuidebat eum magis iuſtum futurnm; & ſic potuit Deus ex preuiſis paſſionis, & meritis digno hunc hominem donare ſuppoſito, non tamen ſequitur hunc purum hominem promeruiſse vnionem cum tali ſuppoſito meritis ſubſequentibus paſſionis, & mortis, quia talis homo purus non eſset paſsus in ſuppoſito Diuino, ergo Deus eundem hominem purum tanto non donaſset ſuppoſito ob prædicta merita ſic præuiſa.

17 Chriſtus morte, & paſſione ſua (& hæc ſit ſecunda reſponſio ad Argumentum ſupradictum) reſurrectionem ſuæ humanitatis promereri potuit, & conſequenter vnionem rediuiuam partium prius ab inuicem ſeparatarum, quæ quidem (ſi tertiam dicit vltra partes entitatem, vt vult Scotus) cum fuiſset per mortem deperdita, per reſurrectionem fuit reſtaurata, & cum Verbo Diuino denuo vnita; & ſic dignus fuit Agnus, qui occiſus eſt accipere Diuinitatem; Quamuis enim Diuinitas nunquam fuerit ſeparata à corpore exanimi in Sepulchro iacente, nec ab Anima in Limbo degente, fuit tamen ſeparata ab vnione partum, quia partes non erant ſimul iunctæ, & tamen talis vnio Animæ, & corporis conſtituit humanitatem; Vnde ab ipſa humanitate, quæ ex illis ſimul iunctis reſultat videtur fuiſse ſeparata per mortem, & reunita per reſurrectionem; nec enim Anima ſeorſum eſt humanitas, nec corpus ſeorſim, & ideo poteſt dici meruiſse in paſſione Diuinitatem; nam ſicuti ſuis operibus meruit condigne gloriam corporis; ita etiam reſurrectionem illius, immo etiam perpetuitatem,vnionis, vt quod ſemel aſſumpſit nunquã dimitteret neque enim vbi Deus eſt ſemel per gratiã, ibi ſemper manet niſi correſpondeat meritum, vt patet in iuſtificatis quando collabuntur in peccatum, Deus enim eos deſerit; meruit etiam Chriſtus, vt in ipſo Sanctificarentur omnis homines tam eius Incarnationem præcedentes, quam conſequentes, ex meritis ſiquidem præuiſis, has illis omnes contulit gratias ſed de merito Chriſti infra fuſus erit ſermo.

18 Eſt mos in quibuſcunque mutationibus naturalibus quibus forma ſubſtantialis educitur de potentia materiæ præcedere diſpoſitiones eiuſdem materiæ, ſed vnio hypoſtatica cum ſit mutatio ſubſtantialis ſupernaturalir, qua natura humana vnitur Verbo Diuino, inquiritur hic an in tali natura fuerit neceſsaria aliqua diſpoſitio; & illa fuerit gratia: pro cuius diffi-

culcatis reſolutione ne laboremus in æquiuocis notandum eſt, quod gratia Sumitur multipliciter primo pro gratuita Dei voluntate, Seu Diuino beneplacito conferente gratis aliquod beneficium; ſecundò Sumitur pro dono ipſo gratis dato, quo pacto eſſe perſonale Verbi Dei dicitur gratia vnionis hypoſtaticæ, quia in hac vnione datum eſt eſſe perſonale Verbi naturæ humanæ; Tertio Sumitur proipſa mutatione, ſeu aſſumptione paſſiua qua humanitas Chriſti trahitur ad eſſe perſonale Verbi, & dicitur iſta tractio paſſiua gratia vnionis; Quarto pro quodam dono ſupernaturali à Deo conceſſo creaturæ rationali, quo eſt illi Deo coniuncta, & illi amica, & dicitur gratia gratum faciens, ſecundum, quod per eam ordinatur homo ad vnionem cum Deo, & reddit eum conſortem Diuinæ naturæ, & de gratia in hac ſignificatione inquiritur, vt ſupra; & de hac Scholaſtici controuertunt in reſponſione; nam abſque alia controuerſia omnes conueniunt ſecundum alias ſignificationes gratiæ iam explicatas; Nam certum eſt gratiam primo modo eſſe Cauſam huius Vnionis iuxta illud Ioan. 3. ſic Deus dilexit mundum, & filium ſuum vnigenitum daret, &c. ſecundò certum eſt gratiam ſecundo modo non fuiſſe medium ſed potius terminus illius vnionis; tertio certum eſt quod ſi gratia ſumatur in tertia ſignificatione ſcilicet pro aſſumptione paſſiua vnio humanitatis ad Verbum facta eſt per hanc gratiam, ſicut ſolemus dicere, quod fieri eſt via, & medium ad factum eſſe, & mutatio ad terminum.

19 De gratia autem in quarta ſignificatione eſt (vt dixi) controuerſia inter Scholaſticos Doctores nam aliqui volunt, quod gratia habitualis fuit diſpoſitio, & medium ad hoc, quod Verbum aſſumeret naturam humanam; at quoniam tripliciter intelligi poteſt diſpoſitionem aliquam ad vnionem concurrere, Ideo tribus modis dicitur, quod gratia habitualis fuit diſpoſitio, & medium ad hoc, quod Verbum aſſumeret naturam humanam. Primo modo tanquam ex natura rei ita neceſsario, vt vnio habeat cum illa naturalem connexionem, ſicut connexa eſt infuſio Animæ rationalis cum organizatione corporis; De hac diſpoſitione intellexit Gabriel in 3. Sent. diſt. 2. ſed improbabiliter, ſecundò tanquam omnino neceſsaria ad vnionem non quia ex illa neceſsario ſequatur, ſed quia illum neceſsario præſuponit, ſic Alexander Alenſis 3. p. q. 3. art. 1., & q. 11. Membro vltimo, quia (inquit) natura non eſt de ſe eleuata, nec apta ad hanc vnionem ergo debet eleuari, & fieri apta per aliquam diſpoſitionem, quam Alenſis vocat gratiam vnionis; Tertio modo ponitur ſolum vt congruus ornatus humanitatis Verbo vniendæ, iuxta quem modum talis diſpoſitio non eſt proprie phiſice attingens ipſam Vnionem, ſed eſt quaſi ex decentia quadam prærequiſita, & hoc modo ponunt hanc diſpoſitionem, quam dicunt eſse gratiam habitualem perfectiſſimam ita D. Bonaû. in tertio diſt. 2. art. 3., & alij, quorum fundamentum eſſe poteſt, quia optime fieri potuit vt humana natura, priuſquam aſsumeretur, per gratiam, vel alias bonas qualitates ornaretur, & hoc decuit ergo ita factum, qua de ſe ac nude ſumpta videtur non eſse decenter præparata ad tam excellentem vnionem.

20 Scotus autem in 3. diſt. 2. q. 2. art. 2. §. quantum ad ſecundum articulum hanc opinionem reijcit, & impugnat; prima autem, & principalis ratio Scoti eſt hæc; In eo inſtanti nature humana perſonatur à Verbo, in quo perſonata fuiſset perſonalitate creata propria ſi non fuiſset aſsumpta à Verbo at ſi perſonata fuiſset perſonalitate creata propria prius natura perſonata fuiſset quam habuiſset quemcunque habitum ergo nunc perſonata fuit perſonalitate Verbi antequam reciperet habitum gratiæ; Maior eſt euidens, minor probatur, quia habitus gratiæ eſt principium operandi, & per conſequens eſt perfectio eius cui competit operari operari autem eſt ſuppoſiti, ſiue Perſonæ ergo prius naturaliter natura ſingularis eſt perſona, quam habent gratiam, vel habitum aliquem, qui ſit tantum principium operandi, eſſe enim

eſt

tamen voluntarium ſubſequitur, vt ſunt peccata ebrietatem voluntariam conſequentia, ſiue ſubſequentia, & alia huiuſmodi; Octauum vocatur voluntarium, quod eſt ab aliquo potente, & debente prohibere, & non prohibente, vt ſunt peccata venialia, & mortalia, quæ negligenter tranſcurantur, cum tamen debitum ea impedire debere; Nono modo aliquid dicitur voluntarium, quod non propria voluntate; ſed ab aliena eſt introductum, vt cum quis ratum habet homicidium ab alio perpetratum, aut cum alieno aliquo modo participat peccato cuiuſmodi eſt peccatum originale, quia nos omnes in Adam peccauimus; & in omnibus peccandi modis aliquas ratio voluntarij reperitur, Vnde cum ferme nullum ſit peccatum, quod non ſit voluntarium vno prædictorum moderum ex D. Bonauentura nullum erit peccatum quod aliquo modo non dependeat à voluntate tanquam cauſa, proprie tamen, & principaliter in duobus primis peccandi modis idem Sanctus Doctor rationem voluntarij inueniri docet.

15 Motus concupiſcentiæ præuertentes aduertentiam rationis conſenſumque voluntatis: fingunt Lutherus, Caluinus, & alij Heretici eſſe proprie dicta peccata, & quidem mortalia ex natura ſua, ſed ſolis infidelibus, ſeu impijs imputari, vt mortalia; Iuſtis verò, ſeu fidelibus venialia ſolum; ſed hæc nulla prorſus peccata eſſe ne quidem infidelibus ex eo quod ſint actus puræ naturales, ac neceſſarij non autem liberi, vel in hominis poteſtate. Rom. 7. 16. quod nolo facio, & iam non operor illud. At qui, vt aliquid ſit peccatum debet tale eſſe, vt homini poſſibile ſit, & liberum, ab eo abſtinere, vt docet D. Auguſtinus. Alioquin Lex Dei eſſet plane impoſſibilis, cum tamen ſit iugum ſuaue Matth. 11. 30. nec vllus perfecte iuſtificaretur, nec Apoſtolus dicere potuiſſet 1. Cor. 44. nihil mihi conſcius ſuum; Item nihil damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu Rom. 8. 1. Denique Iacobus Cap. 1. 15. ſolum dicit concupiſcentiā parere peccatum, Iam vero id quod gignit diſtiguitur ab eo, quod gignitur, & nonne per baptiſmum tollitur quicquid eſt peccatum ex Tridentino ſeſſ. 5; & tamen motus concupiſcentiæ manet etiam poſt baptiſmum. Quando Paulus ad Rom. 7. 7. concupiſcentiam vocat peccatum, & dicit repugnare legi mentis, & legi non concupiſces ac proinde ſe illam odiſſe verſu is loquitur de ſolo materiali, & improprie dicto quod quia ex obiecto malum eſt odiſſe debemus, vt queuis alia peccata proximi noſtri, & ſi prohibere non poſſimus, & digne quidem eam odiſſe debemus, quia ortum habet à peccato, & ad peccatum inclinat Porro quod ex Deo non ſit 1. Ioannis 2. 16. non arguit eſſe peccatum quia etiam mala quæ peccatum Adami conſecuta, & mortem ipſam Deus non fecit, nec tamen ſunt peccata.

16 Homines igitur voluntate ſua ſunt Cauſa ſuorum peccatorumque, omnia non ſunt æqualia, aut paria, vt dicebant ſtoici Nouatianus, Iouinianus, & nouiter Sebaſtianus Francus: probat D. Ioannei 1. ep. 5. 16. Quædam peccata ſunt ad mortem quædam non ſunt ad mortem, & Chriſtus Ioan. 19. 11. Qui me tradidit tibi maius peccatum habet; Hæc omnia peccata natura ſua ſunt mortalia (vt docent Lutherus Melancthom Magdeburgenſes, & Caluinus) ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit Eccl. 7. 21.; non eſt homo iuſtus. 1. Ioan. 8. ſi dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus. Iacobi 3. 2. in multis offendimus omnes ergo dantur peccata leuia quæ non impediunt quominus ſit iuſtus qui facit ea Porro non ex ſola Diuina miſericordia non imputante ſunt leuia, & venialia, ſed ex ſe, & natura ſua quia etiam in Impijs leuia reperiuntur, vt verba, & mendatia Iocoſa, & alia ſimilia; ergo non omnia impiorum, ſiue fidelium, ſiue Infidelium opera ſunt peccata mortalia, vt contendunt Vvicleph Lutherus, & Caluinus, neque enim ex natura rei, vt iam vidimus, neque ex imputatione Dei quia grauius

nius rem imputare quam ex ſe mereatur, repugnat iuſtitiæ. Nonne Paulus laudat Gentilium Barbarorum humanitatem quã Naufragis exibebunt actorum 28. 1. Nec Chriſtus improbat ethicorum Charitatem fraternam Math. 5. 47. Neque omnia peccata electorum, ſeu predeſtinatorum ſunt venialia (vt ijdem Heretici volunt, ſed multa ſunt mortalia, & quidem grauiſſima, patet ex peccatis Adami Gen. 3. 6. 7. Dauijs 2. Reg. 12. 7. Magdalenę Lucæ 8. 2. Latronis Crucifixi Luc. 23. 40. Petri Matth. 26. 74. Pauli 9. 1. & tot aliorum, & An Paulus de ſolis reprobis ait 1. Cor. 6. 9. neque fornicarij, neque Adulteri, neque Fures, neque Ebrioſi &c. Regnum Dei poſſidebunt ſtat ergo veritas Deum indurare peccatorem peccata permittendo, Peccatorem verò indurare ſe ipſum peccata commitendo.

LIBER SEXTVS.

De CHRISTO Saluatore, & Redemptore humani Generis, Vbi de eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti pradicatis abſolutis, & reſpectiuis, quibus explicabuntur opera Redemptionis humanæ tàm in generali, quàm in particulari.

De Cauſa diſpoſitiua, & meritoria Dominicæ Incarnationis. Caput Primum.

De merito Chriſti, Beatiſſimæ Virginis Matris, & Sanctorum Veterum Patrum reſpectu Dominicæ Incarnationis. Articulus Primus.

1 ARiſtotelis documentum eſt perfectam alicuius rei cognitionem eſſe tunc, cum Cauſæ primæ, & per ſe eiuſdem rei cognoſcuntur, & principia prima vſque ad elementa; Alioquin enim ſcire non eſſet rem cognoſcere propter quam res eſt; Vnde Incarnationis miſterium (Deo bene auxiliante) pertractaturi à Cauſis ipſis exordiendum eſſe duximus; & primo quidem ab ipſa Cauſa meritoria tanquam pręuia, ad cuius integram cognitionem duo ſupponenda ſunt cum ſuis probationibus; Quorum primum eſt, Quod ſtatim poſtquam peccauit Adam Verbum incarnari

non

non debebat, ſed eius Incarnatio differri debebat, ſecundum ſupponendum. Quod nullum fuit meritum de condigno, quo tantum donum daretur humano Generi. Quantum ad primum Reſpondent D. Thomas, & D. Bonauentura, quod Verbum Dei non debuit poſt Lapſum primi hominis ſtatim incarnari quia (vt inquit idem ſeraphicus Doctor in 3. diſt. 1. art. 2. q. 3.) ſic congruebat, vt morbus melius curaretur. Morbus enim ſpiritualis non curatur debite, niſi infirmus eum prius agnoſcat, & pro eius curatione gratus exiſtat, ſecundò propter ordinem vniuerſi ſeruandum quia enim hoc erat plenum, & maximum beneficium differi debuit. Tertio fuit propter hoc Incarnationis beneficium amplius commendandum, quod enim amplius differtur, & diutius deſideratur preticſiu reputatur, atque adeò beneficium Incarnationis; quod eſt inter Dei beneficia præcioſiſſimum, & preſtantiſſimum, prius debuit eſſe deſideratum, & expectatum, quam exhibitum; hæc, & alia D. Bonauentura.

2 His addit D. Thomas in 3. p. q. 1. articulo 5. quod tantum miſterium debuit differri, vt hominis peccatum innoceſceret, & qui ex ſuperbia peccauit ſe liberatore indigere cognoſcens humiliaretur, & infirmitatem agnoſcens medicum quereret, & inueniret; ſecundò vt Verbi dignitas, ideſt Chriſti regia Maieſtas clareſceret, præconizando eius aduentum per plures Patriarchas atque Prophetas; Vnde dicit gloſſa ſuper illud ad Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis &c. Quãto maior Iudex veniebat, tanto Præconum ſeries longior præcedere debebat; Tertio propter ordinem promotionis in bonum ſecundum quem ab Imperfecto proceditur ad perfectum; Vnde Apoſtolus dicit. 1, Corith. 15. non prius quod ſpiritale, ſed quod Animale deinde quod ſpiritu ale, & Vgo de Sancto Victore inquit ſicut Medicus corporalis Ægroto quædam præparatoria præbet medicamenta ante quam propinet Medicinam perfectam, ſic Deus antequam mitteret filium ſuum, tanquam perfectam Medicinam præmiſit imperfecta præparatoria, ſcilicet legem, & ſacrificia, in ueteri teſtamento; quæ ex ſe non valebunt curare morbum, nec conferre ſanitatem; Tandem addi poteſt ex Caietano hoc factum eſſe, ob fidei ſoliditatem, & firmitatem; ſi enim Verbum fuiſſet ſtatim incarnatum, reputaretur antiquorum fictio; at nunc poſt tam longam expectationem; Prophetarum oracula, & vaticinia intelligunt homines eiuſmodi miſterium non eſſe figmentum, ſed à Diuina prouidentia præparatum, atque excogitatum, nec non ſcripturis Sacris pronunciatum.

3 Debuit igitur hoc maximum beneficium differri non tamen vſque ad finem Mundi ob tres rationes; Prima eſt, quia ſi tamdiu Chriſtus venire diſtuliſſet fidei veræ notitia, Maieſtatis Diuinæ reuerentia, Deuotio, morumque honeſtas extincta fuiſſent interris; Nam, vt inquit D. Hieronymus Mundus quanto creſcit ætate tanto decreſcit deficiendo à bonitate; quod maxime erit in fine quando abundabit iniquitas, & refrigeſcet Charitas; vt inquit Saluator Matth. 22. Secunda ratio eſt, vt prius per Chriſtum Mundo daretur gratia, quæ eſt via ad gloriam, ſicut ergo tempus iuuentutis, ſenectutem præceſſit ſecundum D. Auguſtinum, ita tempus gratiæ, tempus gloriæ, tertia ratio eſt, quia in fine Mundi erit tempus perfectæ gloriæ in reſurrectione gloriæ ſcilicet Animæ, & corporis, ergo ante illud tempus venire debuit, vt per Chriſti gratiam homines prepararentur ad tantam gloriam; Ideo Abacuh tertio dicitur In medio annorum notum facies, non quidem in medio punctuali, ſed in medio inter principium Mundi, & finem eius. Vſque ad illud igitur medium differenda, erat illa ſuper Excelſa Incarnatio filij Dei; Quod quidem medium Apoſtolus Paulus ad Galatas 4. vocat plenitudinem temporis; inquit enim, At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex Muliere factum ſub lege.

4 Pro

4 Pro quo notandum eſt, quod D. Paulus, quando dicit At vbi venit plenitudo temporis intelligit primo tempus Incarnationis eſſe plenitudinis tempus; quia Deus per Incarnationem filij ſui impleuit, quod præfinierat, vt inquit Gloſſa ſuper illum locum completum eſt (inquit) tempus quod præfinierat Pater quando mitteret filium ſuum; Secundò propter impletionem promiſſionis, quia ille nobis datus eſt, qui fuerat promiſſus; Vnde ſuper illud Ioannis 1. Plenum gratiæ, & veritatis dicit Gloſſa quoad impletionem promiſſorum; tertio quoad completionem figurarum, nam in Chriſti aduentu figuræ illæ, quæ erant in Veteri teſtamento impletæ ſunt veritate. Vnde Matth. 5. inquit Saluator, non veni ſoluere legem, ſed adimplere; quarto propter plenitudinem gratiæ exiſtentis in Chriſto, quæ fuit omnium plenitudinum principium. Vnde ad Colloſſ. 2. dicitur In Chriſto habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter; quintò propter plenitudinem generationis, cum enim quadruplex ſit generationis modus ſcilicet nec de viro nec de muliere, ſed de terra; De ſolo viro, De viro, & muliere; Et de ſola muliere; Primus modus generationis completus fuit in Adam, qui abſque viro, & muliere immediate à Deo de terra conditus fuit. Secundus fuit completus in eua, quæ de ſolo viro fuit formata; tertius completur communiter in omnibus naturaliter propagatis; At Quartus in Chriſti incarnatione eſt conſumatus; Sextò quia tempus Incarnationis eſt tempus ſextæ ætatis in qua eſt plenitudo, & perfectio, vt ſicut Mundus in 6. die eſt conſumatus, ita in 6. ætate ſit reparatus; Prima ætas fuit ab Adam vſque ad Noe, ſecunda à Noe vſque ad Abraham, tertia ab Abraham, vſque ad Moyſem, quarta à Moyſe, vſque ad Dauid, quinta à Dauid, vſque ad Chriſtum Sexta vſque ad finem Mundi.

5 Quantum ad ſecundum ſupponendum, ſcilicet quod nullum fuit meritum de condigno quo tantum bonum daretur humano generi, & certiſſimum, cum namque in merita de condigno reddatur aliqua operis æquiualentia (vel ex acceptatione Diuina, vel ex promiſſione præuia, ſeu pacto, & conuento inter Deum, & hominem) cum ipſo præmio, ſeu remuneratione operis, & nullum ſit opus tam excellum, quod poſſit vnionem perſonalem ſeu. Hipoſtaticam cum immenſo Deo promereri, finiti ſiquidem ad infinitum nulla eſt proportio nullo videntur opere Incarnationem Verbi Dei merito condigni homines promereri potuiſſe; Inſuper quod eſt principium meriti illius non poteſt eſſe terminus, nec effectus aut finis, vt patet de gratia, quæ cum ſit meriti principium ſub merito cadere non poteſt. Incarnatio autem non ſolum eſt principium meriti, ſed etiam gratiæ; cum omnis gratia ex prætioſa Incarnatione omnibus hominibus collata ſit iuxta illud Ioan. 1. gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, ſi igitur gratia ſub meritum nequit cadere, multo igitur minus fons, & origo totius gratiæ, ipſa Verbi Diuini Incarnatio, Rurſus cum eadem mirabilis incarnatio Verbi Diuini ſit totius humanæ naturæ, deperditæ reſtauratio, illa neutiquam ſub alicuius hominis meritum cadere poteſt, bonum ſiquidem puri hominis non poteſt eſſe Cauſa totius naturæ reſtauratæ, alioquin, & ſuæ ipſius naturæ; cum ipſe ſit de numero totius.

6 Incarnationis beneficium non cadit ſub merito de congruo ratione prædeſtinationis, & excellentiæ dignitatis miſterij, quia ſi antiquo Patres meruiſſent Incarnationis Miſterium, hoc fuiſſet, vel gratia intuitu Chriſti, & meritorum eius accepta, vel ſine tali intuitu à Deo ſolo ſuſcepta, aut ſine vlla prorſus gratia, non tertium, quia ſine gratia impoſſibile eſt tale, & tantum miſterium promereri; non ſecundum quia nihil gratiæ conceſſum fuit antiquis Patribus niſi intuitu meritorum Chriſti, nec etiam primum, quia ſequeretur primo, quod principium meriti caderet ſub meritum, quod eſt inconueniens, meritum ſiquidem ſanctorum cum procederet ex gratia conferenda per Chriſtum

præſup

præſupponeret illam tamquam præhabitam ante meritum, vt ipſius meriti principium; gratia rurſus eo quod eſſet collata intuitu meritorum Chriſti præſuponeret præuiſam incarnationem tamquam principium meritorum ſanctorum Patrum conſequenter etiam ipſa merita incarnationem præuiſam præſuponerent; Ita quod daretur circulus in cauſis eiuſdem generis, ſi merita Sanctornm Patrum fuiſſet Cauſa aliquo modo ipſius Incarnationis, & eadem Incarnatio eſſet canſa meritorum præceſſiſſent Vnio Verbi Diuini non fuiſſet ſimpliciter gratuita, quia non eſſet omnino gratis data, vt inquit Apoſtolus ad Titum tertio apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos; Confirmatur, quia omne meritum antiquorum Patrum fundabatur in fide Chriſti venturi, præſuponebat igitur Chriſtum venturum, & conſequenter iam prædeſtinatum eius aduentum; Deinde ipſi non petebant, vt Deus prædeſtinaret aduentum Chriſti, ſed vt illum prædeſtinatum exhiberet; ſatis igitur conſtat nullum beneficium ſaltem ſupernaturale adipiſci poſſe, niſi mediante beneficio gratiæ Diuinæ; & omnem gratiam Diuinam merito vnionis Verbi Diuini cum natura humana, & eius intuitu ſit hominibus collatam, ipſa igitur Incarnatio Verbi in ratione cauſæ omne meritum præcedit (ſaltem obiectine) quamquam meritum tantum ſit de congruo; quia neque etiam de congruo quicquam ſupernaturale mereri poſſumus ſine gratia.

7 Licet Patres non meruerit de congruo Incarnationis Miſterium quo ad ſubſtantiam, & predeſtinationem, tamen de congruo meruerunt executionem incarnationis, & circumſtantiarum temporis, loci, & Perſonæ, Quoad Perſonam patet Abraham meruiſse de congruo, vt ex ſemine ius deſcenderet Chriſtus Gen. 22. ſic enim Deus loquitur; per memet ipſum iuraui; quia feciſti hanc rem, & non pepeciſti filio tuo vnigenito propter quo benedicam tibi, &c. & in ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ, quod de Chriſto interpretatur eſt D. Paulus ad Galatas 4. ſimiliter Dauid, de quo in Pſalm. 131. Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui, iurauit Dominus Deus, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, Quoad locum etiam Prophætæ videntur meruiſſe, quod Chriſtus naſceretur in Iſrael; Salus enim ex Iudæis eſt, vt ait Chriſtus; & Propheram ſicut me ſuſcitabit Dominus ait Moiſes ad Populum & alibi ſæpe, Quoad tempus etiam reſponſum acceperat ſimon non viſurum ſe mortem donec videre Chriſtnm Domini, quod quidem reſponſum precibus à Deo obtinuiſſe credendum eſt, Quoad executionem denique; ſi enim Nullus vnquam, nec de condigno, nec de congruo meruiſſet aut mereri voluiſset diſpoſitiue ad incarnationem Verbi, profecto non appareret cur Deus incarnari debu'iſet, aut voluiſſet; fuiſset enim redimere non ſolum immeritos, & indignos, ſed etiam ſalutem inferre perire volentibus; quod videtur abſurdum; Requiritur ergo aliquis concurſus ſaltem diſpoſitiuus ex parte Sanctorum, vt Incarnationem Verbi mererentur obtinere.

8 Obijcies; Decretum Dei eſt immutabile, & contrarium ei expetere potius eſt impium, quam meritorium, ſed Deus præſciendo ab æterno Incarnationem ſimul preſciuit qno in loco, quo in tempore, & qua in ſtirpe eſset futura, ergo petere eius accelerationem, aut alio in loco, & alia in ſtirpe eius excutionem potius eſt impium, quam meritorium, quia eſt velle mutare decretum Diuinum; Quod ſi dicas eodem tempore, ſtirpe, & loco fuiſse decretum quo petitum; nihil igitur impetratum, nec acceleratum, aut promeritum; Reſpondetur eo quidem tempore loco, & ſtirpe ab æterno fuiſſe decretum Miſterium Incarnationis exhibendum quo exhibitum; & tamen aliquo modo fuiſſe promeritum; quia Deus ita prædeſtinat res prout videt eſſe futuras; nam ſi futuras eſſe non præuideret, non vtique prædeſtinaret;

Vnde ipſæ preces licet non ſint Cauſæ poſitiuæ prædeſtinationis, ſunt tamen Cauſa ſine qua non; Et preterea licet Decretum Dei ſit æternum, non deſinit tamen in actibus humanis eſſe meritum; multa enim decreuit tempore loco, & certis perſonis mediante Sanctorum oratione facere velle, quæ niſi fieret, non vtique Deus beneficia tempore, & loco concederet; Obijcies tertio ſi miſterium fuit predeſtinatum non intuitu meritorum prius, ſed ex ſola Dei voluntate, & liberalitate fieri non potuit, vt ipſa poſſet merita in tempore exhibita vim habere aliquam ad impetrandum executionem, ita vt in executione ex meritis dari diceretur, quia ex priori illa voluntate omnia poſtea ſunt in tempore per acta, nec aliter, quam Deus præſciuit, & prædeſtinauit, Reſpondetur, quod quamuis voluntas Dei ſit ſimpliciſſima ſicut, & eius Intellectus, ſolent tamen in illa quædam aſſignari ſigna prioris, & poſterioris (vt alias viſum eſt, & infra videbitur) ita vt prius intelligatur velle finem, quam media ad illum diſponentia, & ſic prius voluiſſe incarnationem, quam merita Sanctorum Patrum ad illam diſponentia, & quamuis etiam daretur merito fuiſſe præuiſa, non tamen ſequitur totalem fuiſſe cauſam predeſtinationis ſed ſolum aliquam diſpoſitionem executionis.

9 An vero Beata Virgo meruerit de condigno aut de congruo, vt eſſet Mater Dei; Omnes fere Patres videntur ſentire Beatiſſimam Virginem promeruiſſe; Matrem fieri filij Dei ſic D. Ambroſius Epiſt. 28. D. Hieronimus ad Euſtochium D. Auguſtinus lib. de natura, & gratiam Cap. 36. & alij paſſim; Aliqui Scholaſtici dixerunt illam meruiſſe eſſe Matrem Dei ita Gabriel in 3. diſt. 1. art. 3. dub. 3., & alij meruiſſe ſolum de congruo; ita Vaſquez in 3. p. diſp. 26. Cap. 2. Suarez. ibidem diſp. 10. Sect. 7. ex Antiquis Richardus in 3. d. 4. q. 1. art. 3.; Pro intelligentia, & reſolutione notandum eſt aliud eſſe mereri de condigno aliquam dignitatem; aliud vero diſpoſitionem requiſitam ad illam vt digne, & decenter recipiatur talis dignitas in tali ſubiecto; Separantur enim, hæc duo, præſertim quando diſpoſitio, & dignitas non ſunt inter ſe neceſſario connexa, & quaſi phiſice ſed ſolum ſecundum quandam decentiam moralem; Poteſt enim quis ſic diſpoſitus eſſe ad illam, dignitatē, & ex iuſtitia nō debeatur, & per conſequens non mereatur illam de condigno; ſi quidem meritum de condigno annexam habet obligationem iuſtitiæ; Hoc prænotato dicendum eſt Beatiſſimam Mariam fuiſſe condigne diſpoſitam, vt eſſet Mater Dei, quam diſpoſitionem D. Bonauentura vocat meritum de digno, Ait enim D. Ambroſius lib. 2. de Virginibus partim poſt principium; Quid in ſingulis moror? Virgo Beata, quæ digna fuit, ex qua filius Dei naſceretur, & ratio eſt, nam ad Diuinam bonitatem, & ſapientiam ſpectat conuenienter, digne que ordinare, ac diſponere perſonam, quam elegit ad talem dignitatem, ſed elegit Beatam Virginem; ergo Beatiſſima Virgo fuit diſpoſita; vt decebat ad tantam dignitatem habendam vt ſcilicet in vtero ſuo ſuum filium portaret.

10 Beatiſſima Virgo peruenit ad hanc diſpoſitionem partim ex Diuina gratia eam præueniente, & partim per propria, & merita de condigno; probatur hoc dictum prænotando hanc diſpoſitionem ad eſſe Matrem Dei multa comprehendere; primo enim comprehendit habitualem gratiam, & eximiam Sanctitatem, qua prænenta fuit Virgo à primo inſtanti ſuæ conceptionis cum multis donis, & habitibus infuſis, & hæc fuere ei gratis data, ſecundò etiam alia dona, & priuilegia, vt quod ſemper Innocens eſſet, & quod fomite careret, & alia ſimilia, quæ ſimiliter ſunt gratis ei conceſſa; Tertio augmentum gratiæ, & virtutum, quas conſecuta eſt vſque ad tempus, quo concepit filium Dei, quibus magis, ac magis diſponebatur ad talem dignitatem; & huiuſmodi augmentum conſecuta eſt Beata Virgo ſuis operibus meritorijs de condigno; Quarto ad complendam hanc diſpoſitio-

nem cooperata eſt Beata Virgo aliquibus actibus ſuis, & præcipue illo, quando præbuit conſenſum Angelo, vt Dei Mater fieret; Hoc poſito ſatis patet veritas dicti, quia iam certum eſt omnia hæc quæ requirebantur ad eſſe Matrem Dei non potuiſſe conſequi Beatam Virginem, niſi Deus gratis conceſſiſſet illi prædicta requiſita; Et certum eſt etiam, quod quibuſdam acceptis gratijs, & donis ipſis poſtea ſuis operibus cooperata fuit, ac meruit de condigno complementum diſpoſitionis ad talem dignitatem.

11 Non tamen meruit de condigno maternitatem Dei vt docet D. Thomas, & fere omnes Scholaſtici, & probatur; gratia Creata, & opera, quæ ab illa manant ſolum tendunt ad conſumationem ipſius gratiæ, videlicet ad conſecutionem beatitudinis, quam recipiunt vt condignum, & proportionatum præmium ergo nullis meritis de condigno mereri poteſt dignitas Maternitatis; Contra hoc dictum Gabriel in 3. diſt. 4. q. vnica dub. 3. ita arguit, ille meretur de condigno aliquod præmium, qui habet ſufficiens principium ad Cauſandum operationem liberam æqualem illi præmio, ſed B. Virgo habet tale principium in ordine ad maternitatem Dei, ergo; Minor probatur, quia ab inſtanti ſuæ conceptionis accepit B. Virgo gratiam, qua ordinabatur vt eſſet Mater Dei ergo confirmatur, Eſſe Matrem Dei non eſt premium excedens Virginis merita, ſi quidem beatior fuit concipiendo Deum mente, quam corpore, vt docet D. Auguſtinus ſuper illa Verba Lucæ 11. Quinimo beati qui audiunt Verbum Dei; Reſpondetur negando minorem, & ad probationem dicitur; quod gratia Virginis fuit gratia ſingularis Perſonæ, & eiuſdem rationis cum gratia aliorum Sanctorum præter Chriſtum qui habuit gratiam Capitis; atque ita ex Diuina ordinatione gratia cuiuſcumque ſolum habet pro præmio Beatitudinem de condigno, Ad probationem negatur antecedens, & ad probationem dicitur, quod maius quid eſt hoc totum ſimul gloria, & Maternitas Diuina quam beatitudo ſola; ergo licet Beatiſſima Virgo meruerit tanquam præmium adæquatum ſuis meritis Beatitudinem, non tamen meruit Vtrumque ſcilicet Beatitudinem, & Maternitatem Dei; quia hoc totum Beatitudo, & Maternitas Dei eſſet præmium nimis excedens.

12 Dicamus ergo cum communi ſententia Beatam Virginem Mariam meruiſſe de congruo vt eſſet Mater Dei, atque ita omnia dicta Sanctorum inſinuantia Beatam Virginem meruiſſe eſſe Matrem Dei intelligenda ſunt de hoc merito de congruo ſic D. Hieronymus Epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis fere in fine dicens; Propone tibi Mariam, quæ tantæ extitit puritatis vt Mater Domini eſſe mereretur; & D. Anſelmus de Laudibus Virginis Cap. 8. inquit Sanctiſſima puritas, & puriſſima ſanctitas pectoris eius omnis creaturæ puritatem, & Sanctitatem tranſcedens incomparabili ſublimitate hoc promeruit, vt reparatrix prædicti orbis pleniſſime fieret; & D. Bernardinus Senenſis ſerm. 5. dicit Beatam Virginem eo actu quo conſenſit Angelo nunciante plus meruiſſe, quam omnes Angelos, & homines omnibus ſuis actibus, quod dictum vt verum ſit dicendum eſt, quod illo actu meruit eſſe Mater Dei non de condigno, ponitur autem meritum in hoc actu præcipue, quia fuit veluti vltima diſpoſitio ad illam formam ſeu dignitatem. Quod ſi Abraham meruit de congruo (vt ſupra dictum eſt) vt Chriſtus ex illo deſcenderet iuxta illud Gen. 22. quia fecis ſi hanc rem, & non pepercilti filio tuo propter me benedicam tibi (deinde) benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes, hic in ſemine tuo intelligitur Chriſtus Dominus ſicut ait Apoſtolus ad Galatas, ergo etiam B. Virgo meruit eſſe Mater Dei, ſiquidem fuit ſantior, & eo quo ſanctior; dignior; & fuit ipſi Chriſto propinquior, & modus, quo Chriſtus deſcendit ex illa fuit excellentior, tum etiam quia ipſa longe amplius ad hoc diſpoſita erat.

13 Poſt meritum B. Virginis in ordine ad Maternitatem, & conſequenter ad incar-

carnationem filij Dei cogimur indagare, an Chriſtus vt homo meruerit vnionem hypoſtaticam; & conſequenter filiationem naturalem Dei ad retundendam antiquorum Hereticorum petulantiam Photinus ſiquidem teſte D. Thoma 3. p. q. 4. art. 11. dicit quod Chriſtus primo fuit purus homo, & poſtea per meritum bonæ vitæ obtinuerit eſſe filius Dei; Origenes etiam 2. Periarchon. Cap. 6. Animam Chriſti prius fuiſſe Creatam, quam aſſumptam dixit, & ſic per bona opera moralia prius facta meruiſſe incarnationem; Eiuſdem etiam erroris fuiſſe Neſtorium teſtatur Suarez in eundem D. Thomæ locum; Oppoſita tamen ſententia eſt omnium Scholaſticorum ſententia Chriſtum nimirum vt purum hominem vnionem hypoſtaticam non ex meritis antecedentibus aut ſubſequentibus ipſam vnionem ſed ex gratia fuiſſe aſsecutum, & quidem quoad merita antecedentia probatur ex Sacra Scriptura. Quid eſt homo (inquit Dauid pſalm. 8.) quod memor es eius aut filius hominis quoniam viſitas eum? vbi his verbis vult oſtendere Pſaltes hominem nullius fuiſſe meriti precedentis quod memor illius eſſet; Quod confirmatur ex D. Auguſtino in Enchir. Cap. 36. Quidnam (inquit) natura humana in homine Chriſto meruit, vt in vnitatem Perſonæ vnici filij Dei ſingulariter eſset aſsumpta, quæ bona voluntas, cuius boni propoſiti ſtudium, quæ bona opera preceſserant quibus mereretur iſte homo vt vna fieret Perſona cum Deo? hoc D. Auguſtinus; quid clarius?

14 Probatur ratione; nam merita Chriſti, vt hominis non potuerunt vnionem anteceſſiſse, quia non prius fuit homo, quam Deus; Audiamus ad huc D. Auguſtinum ſic loco citato loquentem, ex quo homo eſse cepit (ſub intellige Chriſtus) non aliud eſse cæpit, quam Dei filius, & hic vnicus, & propter Verbum, quod illo ſuſcepto caro factum eſt vtique Deus, &c. Deinde ſequitur, Inde cæpit, & inde incæpit, & ſuſceptione factus eſt; Verbum enim caro factum eſt, vt habitaret in nobis; Verbum Dei, Vnicus filius Dei aſſumpſit Animam, & carnem hominis, non antea ex ſe promerentis, nec ad illam ſublimitatem virtute propria laborantis, ſed omnino gratis; ſic D. Auguſtinus; Igitur Humanitas Chriſti prius naturaliter, quam vniretur nó fuit ſuppoſitũ, nec ſubſiſtẽs ergo nec capax operationis nec meriti; & quamuis ſubſiſtentia non ſit formale principiũ operandi, eſt tamen condicio ex natura rei prerequiſita in operante, quod prius exiſtat, & ſubſiſtat, quam operetur; quia complementum rei in proprio eſse ſubſtantiali ſecundum naturæ ordinem operationem antecedit; non enim potuit prius operari, quam ſubſiſtere, quia non poteſt eſse, quin ſubſiſtentia ſit magis intrinſeca, & ex natura ſua anterior operatione, & conſequenter non potuit mereri homo Chriſtus Ieſus ante quam ſubſiſteret, ſubſiſtentiam autem natura Humana Chriſti non habuit niſi in ſuppoſito Diuino, igitur antequam illi vniretur pro mereri non potuit, ſicque ſatis reſtat probatum intentum propoſitum Chriſtum nimirum vt hominem non meruiſse ſua vnionem Hypoſtaticam meritis precedentibus eandem vnionem.

15 Quod etiam ex ſubſequentibus actibus iſtud non meruerit; patet meritum enim cum ſit Cauſa premij aliquo modo debet præcedere, ſed præcedere non potuit, cum ſubſequatur ex operibus vnionem conſequentibus ergo illam vnionem promereri non potuit confirmatur, quia Cauſa meritoria mouet vt exiſtens ſaltem in præſcientia præmiantis, quæ moraliter æquiualet reali exiſtentiæ, quia participat aliquomodo rationem Cauſæ efficientis, ſed merita Incarnationem conſequentia mouere non potuerunt ad vnionem faciendam vt exiſtentia, quia nundum erant, nec etiam in præſcientia præmiantis vt præcedentia voluntatem conferendi gratiam vnionis; alioquin hæc gratia quæ eſt omnium maxima iam non eſset gratia quia ex præſupoſitis meritis præexiſtentibus in mente Diuina; non igitur potuit eſse Cauſa huius vnionis meritoria; Confirmatur ſecundum, quia Cauſa meritoria

Ee 2 cen-

cenſetur aliquid conferre ad effectum, & quaſi de ſuo aliquid ponere, vnde eſt quaſi medium ad aſſequendum finem, & conſequenter debet precedere, Vnde ſi gratiæ vnionis fuiſset aliqua Cauſa meritoria, iam proprie non eſset, gratia, cum ex meritis fuiſset collata; ſed obijcies id Pſalm. 44. dilexiſti iuſtitiam, & odiſti Iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo Lætitiæ præ conſortibus tuis, prædictum enim locum intelligit D. Paulus ad Hæbr. 1. De Chriſto qui ratione humanitatis ſuæ vnctus dicitur; Reſpondetur ex Nazianzeno orat. 4. de Theologia num. 7. ſi. propter ea non ſignificare Cauſam meritoriam, ſed finalem ac ſi diceret propterea vnxit te Deus vt ſcilicet diligeres iuſtitiam, & odio haberes Iniquitatem; &c.

16 Obicies 2. Apoc. 5. vbi dicitur, Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere virtutem, & Diuinitatem, ſed Diuinitatem non accepit niſi per vnionem Verbi; ergo ſi dignus eſt eam accipere qui occiſus eſt cum occiſus ſit vt homo non vt Deus videtur, quod illam ſit pro meritus vt homo, ex meritis ſcilicet ſubſequentibus paſſionis, & mortis; Reſpondetur primo non negare Chriſtum vt Chriſtum hoc promereri potuiſse, ſed non vt ſimplicem hominem ſine ſuppoſito Diuino; quamuis enim paſsus ſit vt homo; non vt Deus, ille tamen, qui paſsus eſt, non ſolum erat homo, ſed, & Deus; & quamuis ſuppoſitum Diuinum non ſit paſsum, qui tamen paſsus eſt non eſt paſsus in ſuppoſiio humano ſed Diuino, cum humanum non haberet ſuppoſitum, & ideo non negamus, quid ſic promereri potuerit accipere Diuinitatem, immo non negamus Deus hunc hominem aſsumpſiſſe præceteris omnibus, quia preuidebat eum magis iuſtum futurnm; & ſic potuit Deus ex preuiſis paſſionis, & meritis digno hunc hominem donare ſuppoſito, non tamen ſequitur hunc purum hominem promeruiſse vnionem cum tali ſuppoſito meritis ſubſequentibus paſſionis, & mortis, quia talis homo purus non eſset paſsus in ſuppoſito Diuino, ergo Deus eundem hominem purum tanto non donaſset ſuppoſito ob prædicta merita ſic præuiſa.

17 Chriſtus morte, & paſſione ſua (& hæc ſit ſecunda reſponſio ad Argumentum ſupradictum) reſurrectionem ſuæ humanitatis promereri potuit, & conſequenter vnionem rediuiuam partium prius ab inuicem ſeparatarum, quæ quidem (ſi tertiam dicit vltra partes entitatem, vt vult Scotus) cum fuiſset per mortem deperdita, per reſurrectionem fuit reſtaurata, & cum Verbo Diuino denuo vnita; & ſic dignus fait Agnus, qui occiſus eſt accipere Diuinitatem; Quamuis enim Diuinitas nunquam fuerit ſeparata à corpore exanimi in Sepulchro iacente, nec ab Anima in Limbo degente, fuit tamen ſeparata ab vnione partum, quia partes non erant ſimul iunctæ, & tamen talis vnio Animæ, & corporis conſtituit humanitatem; Vnde ab ipſa humanitate, quæ ex illis ſimul iunctis reſultat videtur fuiſse ſeparata per mortem, & reunita per reſurrectionem; nec enim Anima ſeorſum eſt humanitas, nec corpus ſeorſim, & ideo poteſt dici meruiſse in paſſione Diuinitatem; nam ſicuti ſuis operibus meruit condigne gloriam corporis; ita etiam reſurrectionem illius, immo etiam perpetuitatem, vnionis, vt quod ſemel aſſumpſit nunquā dimitteret neque enim vbi Deus eſt ſemel per gratiā, ibi ſemper manet niſi correſpondeat meritum, vt patet in iuſtificatis quando collabuntur in peccatum, Deus enim eos deſerit; meruit etiam Chriſtus, vt in ipſo Sanctificarentur omnis homines tam eius Incarnationem præcedentes, quam conſequentes, ex meritis ſiquidem præuiſis, has illis omnes contulit gratias ſed de merito Chriſti infra fuſus erit ſermo.

18 Eſt mos in quibuſcunque mutationibus naturalibus quibus forma ſubſtantialis educitur de potentia materiæ præcedere diſpoſitiones eiuſdem materiæ, ſed vnio hypoſtatica cum ſit mutatio ſubſtantialis ſupernaturalir, qua natura humana vnitur Verbo Diuiuo, inquiritur hic an in tali natura fuerit neceſsaria aliqua diſpoſitio; & illa fuerit gratia: pro cuius diffi-

culcatis reſolutione ne laboremus in æquiuocis notandum eſt, quod gratia Sumitur multipliciter primo pro gratuita Dei voluntate, Seu Diuino beneplacito conferente gratis aliquod beneficium; ſecundò Sumitur pro dono ipſo gratis dato, quo pacto eſſe perſonale Verbi Dei dicitur gratia vnionis hypoſtaticæ, quia in hac vnione datum eſt eſſe perſonale Verbi naturæ humanæ; Tertio Sumitur proipſa mutatione, ſeu aſſumptione paſſiua qua humanitas Chriſti trahitur ad eſſe perſonale Verbi, & dicitur iſta tractio paſſiua gratia vnionis; Quarto pro quodam dono ſupernaturali à Deo conceſſo creaturæ rationali, quo eſt illi Deo coniuncta, & illi amica, & dicitur gratia gratum faciens, ſecundum, quod per eam ordinatur homo ad vnionem cum Deo, & reddit eum conſortem Diuinæ naturæ, & de gratia in hac ſignificatione inquiritur, vt ſupra; & de hac Scholaſtici controuertunt in reſponſione; nam abſque alia controuerſia omnes conueniunt ſecundum alias ſignificationes gratiæ iam explicatas; Nam certum eſt gratiam primo modo eſſe Cauſam huius Vnionis iuxta illud Ioan. 3. ſic Deus dilexit mundum, & filium ſuum vnigenitum daret, &c. ſecundò certum eſt gratiam ſecundo modo non fuiſſe medium ſed potius terminus illius vnionis; tertio certum eſt quod ſi gratia ſumatur in tertia ſignificatione ſcilicet pro aſſumptione paſſiua vnio humanitatis ad Verbum facta eſt per hanc gratiam, ſicut ſolemus dicere, quod fieri eſt via, & medium ad factum eſſe, & mutatio ad terminum.

19 De gratia autem in quarta ſignificatione eſt (vt dixi) controuerſia inter Scholaſticos Doctores nam aliqui volunt, quod gratia habitualis fuit diſpoſitio, & medium ad hoc, quod Verbum aſſumeret naturam humanam; at quoniam tripliciter intelligi poteſt diſpoſitionem aliquam ad vnionem concurrere, Ideo tribus modis dicitur, quod gratia habitualis fuit diſpoſitio, & medium ad hoc, quod Verbum aſſumeret naturam humanam. Primo modo tanquam ex natura rei ita neceſſario, vt vnio habeat cum illa naturalem conneſtionem, ſicut connexa eſt infuſio Animæ rationalis cum organizatione corporis; De hac diſpoſitione intellexit Gabriel in 3. Sent. diſt. 2. ſed improbabiliter, ſecundò tanquam omnino neceſſaria ad vnionem non quia ex illa neceſſario ſequatur, ſed quia illum neceſſario præſuponit, ſic Alexander Alenſis 3. p. q. 3. art. 1., & q. 11. Membro vltimo, quia (inquit) natura non eſt de ſe eleuata, nec apta ad hanc vnionem ergo debet eleuari, & fieri apta per aliquam diſpoſitionem, quam Alenſis vocat gratiam vnionis; Tertio modo ponitur ſolum vt congruus ornatus humanitatis Verbo vniendæ, iuxta quem modum talis diſpoſitio non eſt proprie phiſice attingens ipſam Vnionem, ſed eſt quaſi ex decentia quadam prærequiſita, & hoc modo ponunt hanc diſpoſitionem, quam dicunt eſse gratiam habitualem perfectiſſimam ita D. Bonau. in tertio diſt. 2. art. 3., & alij, quorum fundamentum eſſe poteſt, quia optime fieri potuit vt humana natura, priuſquam aſsumeretur, per gratiam, vel alias bonas qualitates ornaretur, & hoc decuit ergo ita factum, qua de ſe ac nude ſumpta videtur non eſse decenter præparata ad tam excellentem vnionem.

20 Scotus autem in 3. diſt. 2. q. 2. art. 2. §. quantum ad ſecundum articulum hanc opinionem reijcit, & impugnat; prima autem, & principalis ratio Scoti eſt hæc; In eo inſtanti nature humana perſonatur à Verbo, in quo perſonata fuiſset perſonalitate creata propria ſi non fuiſset aſsumpta à Verbo at ſi perſonata fuiſset perſonalitate creata propria prius natura perſonata fuiſset quam habuiſset quemcumque habitum ergo nunc perſonata fuit perſonalitate Verbi antequam reciperet habitum gratiæ; Maior eſt euidens, minor probatur, quia habitus gratiæ eſt principium operandi, & per conſequens eſt perfectio eius cui competit operari operari autem eſt ſuppoſiti, ſiue Perſonæ ergo prius naturaliter natura ſingularis eſt perſona, quam habent gratiam, vel habitum aliquem, qui ſit tantum principium operandi, eſſe enim eſt

eſt prius, quam operari, ergo habitus gratiæ non potuit eſſe medium, quo natura humana viniretur ſiue perſonaretur Verbo: Secunda ratio principalis Scoti eſt; Quod ineſt alicui in ſe, & ex ſe prius ineſt, quam illud quod ineſt illi per accidens, ſed perſonari ineſt naturæ in ſe, & ex intrinſeca ratione, habitus vero gratiæ ineſt per accidens ergo prius naturaliter natura ſingularis fuit perſonata quod habuerit gratiam; Perſona autem Diuina præuenit actionem naturalem ne perſonaretur propria perſonalitate, ergo natura humana Chriſti fuit prius perſonata quam habuerit gratiam.

21 Tertia Ratio Scoti; Ratio propter quam Chriſtus habuit tantam gratiam fuit, quia erat filius Dei, ergo prius facta eſt vnio, & poſtea infuſa eſt gratia; quia Cauſa ſemper præcedit effectum; probatur Antecedens Ioan. 1. vbi dicitur vidimus gloriam eius quaſi gloriam vnigeniti à Patre ergo videtur dicere, quod Chriſtum eſſe Vnigenitum Patris ſit proxima ratio congruentiæ, quare ipſe habeat plenitudinem gratiæ; Quarta ratio Scoti; Exiſtentia accidentis præſuponit ordine naturæ exiſtentiam ſubiecti, ſed gratia eſt accidens, & ſubiectum eius eſt Anima, ergo gratia prius natura præſuponit exiſtentiam Animæ; at Anima rationalis Chriſti nunquam habuit exiſtentiam actualem; & realem niſi in Verbo; ergo gratia non potuit in eſſe Animæ priuſquam vniretur Verbo; minor eſt clara, quia ſi aliquando habuiſſet exiſtentiam, & non in Verbo vel manſiſſet, & non vnita corpori, tunc non habuiſſet ſuum eſſe intrinſecum ſubſtantiale completum, & ſic non fuiſſet diſpoſita ad gratiam quatenus medium vnionis; His rationibus poſſumus addere quintam; ſi illa vnio fieret in aliquo habitu gratuito cum corpus non ſit illius habitus ſuſceptiuum ſequeretur, quod corpus non eſſet vnibile, ſed hoc factum eſt, quia corpus ſaltem in triduo fuit vnitum Diuinitati, & hoc non mediante gratia cuius non eſt ſuſceptiuum, ergo ipſa pariter Anima gratia non indiget tanquam medio neceſſario, & diſpoſitione praua ad vnionem faciendam.

De vera Diuinitate, & De vera humanitate Chriſti. Art. 2.

1 CHriſtus nomen eſt vnius perſonæ duas naturas habentis Diuinam, videlicet, & humanam; Hanc enim eſſe fidem rectam Athanaſius ait, & Catholica prædicat Eccleſia, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, Deus, & homo eſt, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus, & homo eſt ex ſubſtantia Matris in ſeculo natus; Ex hac fide, & confeſſione tria nobis occurrunt pertractanda contra aduerſarios contradictores primum eſt Meſſiam futurum verum Deum contra Aduerſarios Iudæos, ſecundum eſt eundem futurum Meſſiam naſciturum ex Virgine contra eoſdem Iudeos, tertium eſt talem Meſſiam iam veniſſe, ipſum que eſſe Dominum noſtrum Ieſum, in quo concurrunt omnia requiſita ad verum Meſſiam tum quo ad Diuinitatem, tum etiam quoad humanitatem; Quæ ita pertractabimus, vt cum noſtra conſueta breuitate veritas ipſa eluceſcet contra Iudæos, Mahometanos, & potiſſimum contra Hæreticos, qui cum dederint nomen ſuum Ieſu Chriſto, & ab eo acceperint eſſe Chriſtiani non verentur tamen de vera eius diuinitate, & humanitate male ſentire, & peſſime loqui; hac occaſione illuminabuntur plura, quæ in toto hoc libro conſideranda ſunt.

2 Quantum ad primum ideſt ad Diuinitatem Meſſiæ Micheas Diuinus Vates Cap. 5. hanc veritatem aperte demonſtrat dicens, & tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis; Hæc

quin dicantur de Meſſia Rege Iudæi minime negare poſſunt, nam Caldaica tranſlatio apud ipſos magnæ auctoritatis hunc interpretans locum ſic inquit Ex te egredietur Meſſias; Principes quoque Sacerdotum, & Scribæ Iudaici populi cum Herodes Rex à Magis edoctus ab eis ſciſſitatus eſſet vbi Chriſtus naſceretur, Reſponderunt; In Bethleem ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam, & tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda, ex te enim exiet Dux qui regat populum meum Iſrael hoc ipſum allegantes Micheæ vaticinium Matth. 2. In quibus verbis Propheta non obſcure ſed aperte declarat Meſſiam Regem à Deo mittendum, & hominem, & Deum eſſe debuiſſe, inquit enim, & tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, in quibus verbis humanitas exprimitur; cum autem addit, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis eius Diuinitatem oſtendere voluit, ſi enim ſolum dixiſſet, (ab initio) poſſet equidem per Iudeos dici non propter hoc æternitatem ſignificari, ſed ſolum temporis Initium, cum autem poſt illam dictionem (Initio) addiderit, à diebus eternitatis, quod ſignificat tempus ſine principio manifeſte indicat ſe intellexiſſe, & dicere voluiſſe, quod à principio à diebus æternitatis hoc eſt à Deo Patre, qui eſt initium filij, quod idem eſt dicere, quod abſque principio fuit, igitur ſemper fuit, & ſi ſemper fuit, ergo eternaliter fuit, ſed nihil eternaliter fuit niſi Deus; ergo Meſſias eſſe debeat, & eſt Deus.

3 Alter Diuinus Propheta Ieremias Cap. 14. hanc dicens veritatem ſic ait; Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis, qui non poteſt ſaluare? Sane ex his verbis Prophetæ Deum quandoque humanam naturam aſſumpturum eſſe, & hominem fieri debere faciliime percipitur, quod profecto completum eſt atque conſumatum, cum Deus in ſimilitudinem carnis factus iam diu aduenerit vt mortales vita donaret immortali, & cum homines hac mortali vita priuarunt, & ſatis, quidem humilis, & abiectus apparuit. Ideo vagus dicitur quia Chriſtus vt Deus de terra natus non fuit colonus ſtabilis, ſed tanquam aduena, & peregrinus viator declinans ad manendum quia Chriſtus nuſquam proprium vel ſtabile habuit domicilium; Vaguſque inſuper vel (vt hæbrei dicunt) pauidus, ita vt non fuerit ſpecies ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus Iſaias 53. fortis tamen extitit ad omnes contumelias ignominias, languores, & ægritudines ſuſtinendas, & demum in ligno crucis affigi, ſequitur vates, qui non poteſt ſaluare, quia dum pateretur, virtutem ſuam, atque fortitudinem, quam in humanitate tenebat incluſam noluit aliter (vt fecit) manifeſtare; Et quid inde ei euenit? Reſpondet Iſaias Cap. 52. dicens exaltabitur, eleuabitur, & ſublimis erit valde, quod per Caldaicam translationem ſic interpretatur, quod Meſſias exaltari debeat pluſquam Abraham eleuari pluſquam Moyſes, & ſublimari ſuper omnes Angelos Dei, quia Angelis Dei nullus eſt ſublimior niſi ſolus Deus, quod reuera ad impletum eſt in Chriſto poſtquam ſurrexit à mortuis.

4 Idem Iſaias iterum non obſcuram oſtenſionem fecit huius veritatis Cap. 12. dum dixit notas facite in populis ad inuentiones eius, memento te quoniam Excelſum eſt nomen eius, Cantate Domino, quoniam magnifice fecit annunciate hoc in vniuerſa terra, exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Iſrael hic excelſus Propheta vocat omnes populos, inuitat omnes tribus Iſrael ad contemplandum Deum, & adinuentiones, & facta eius inſignia, & mirabilia quas operatus eſt in medio eorum reſuſcitando mortuos, & innumeros ſanando varijs languoribus; & quis eſt iſte cuius nomen eſt tam excelſum, & tam Sanctus, & prodigioſus in medio Iſrael niſi Dominus Ieſus, cuius virtus ſanabat omnes; & talia operabatur, quæ non niſi Deus operari poterat; Hinc etiam Zacharias

rias Propheta rem noſtram Cap. 8. explicat dicens. Hæc dicit Dominus exercituum vſquequo veniant populi, & habitent in Ciuitatibus multis, & vadant Habitatores vnus ad alterum dicentes eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum; vadam etiam ego? Hic Deus loquitur, &quid ait; Inquit, vadam etiam ego ſcilicet in Ieruſalem, & vere quidem quia in humana Carne aſſumpta iuit in Ieruſalem, & quidem pluries, & ibi cum hominibus habitauit atque quam plurima operatus eſt miracula; Addit Propheta, & venient populi multi, & gentes robuſtæ ad querendum Dominum exercituum in Ieruſalem, & deprecabuntur faciem Domini, & quis poteſt eſſe iſte Dominus, niſi qui venturus eſt à Deo, ideſt Meſſias, & Dominus Ieſus Chriſtus, in quo omnia dicta ſunt veraciter adimplera, & completa; confirmatur per illud pſalm. 85. Videbitur Deus Deorum in Syon carne ſcilicet aſſumpta; Nam in Syon hoc eſt in templo Dei, ſcilicet qui miſſurus eſt Meſſias ſaluator noſter, & Deus pluries fuit viſus, & auditus eſt, quia populo publice pluries concionatus eſt legem, docens, & exponens, & ſe Diuinum eſſe ſcilicet Dei filium, & Verbis, & operibus (hoc eſt lignis, & miraculis comprobauit.

6 Petrus Galatinus in ſuis arcanis lib. 3. Cap. 2. dicit duo primum eſt quod in vno Chriſto tres confitemur eſſe ſubſtantias. Diuinitatem ſcilicet Animam rationalem, & corpus humanum, ſecundum eſt quod tria hæc Diuinitas Anima, & corpus conſtituunt vnum Meſſiam in lege promiſſum qui aliud non eſt niſi iſta tria, ergo eadem eſt eſſentia, & ſubſtantia vtriuſque Meſſiæ ſcilicet, & Chriſti, ergo eædem operationes ergo demonſtrato Meſſia, oſtenditur pariter Chriſtus, quo notato pergamus ad vlteriora; Baruch Diuinus Propheta in fine tertij capitis eandem veritatem oſtendit dicens. Hic eſt Deus noſter, &non æſtimabitur aduerſus eum, hic ad inuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo poſt hæc interris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, nam in primis, quod Deus eſſet his oſtendit verbis; Hic eſt Deus noſter, & quod ipſe ſit verus Deus ſatis exprimit dicendo, & non eſtimabitur alius aduerſus eum, nam alij falſi ſunt Dij; poſtea vero Vates ipſe ex his alijs Verbis ſcilicet in terris viſus eſt cum hominibus conuerſatus eſt eius Meſſiæ oſtendit humanitatem, tunc enim cæpit cum hominibus conuerſari, cum viſibiliter voluit de Virgine naſci; educari, adoleſcere, baptizari, predicare, comedere, & habere, & alia præſtare, quæ comuniter per aſſuntur per homines.

7 Moyſes quoque Propheta, & Legifer filium Dei humanitatem aſſumpturum, & cum hominibus conuerſaturum in terra prædixit Leuitici 26. his verbis; ambulabo inter vos, & ero Deus noſter, vos que eritis populus meus, Verba hæc verba Dei ſunt, & dum dicit ambulabo inter vos, &c. ſummus Deus ſe ipſum hominem quandoque fieri debere demonſtrat corporalibus greſſibus cum hominibus ambulaturum, & conuerſaturum in terris, nam Deus cum ſpiritus ſit nequaquam greſſibus corporalibus ambulare potuiſſet; ſi igitur ipſe Deus greſſibus corporalibus erat inter nos ambulaturus neceſſe, erat vt corpus aſſumeret, cum autem inter creata nullum animal ſit homine dignius, & præſtantius oportebat igitur vt humanum corpus aſſumeret; quod autem ex hoc textu conſtet etiam apud Iudæos Deum quandoque hominem fieri debuiſſe Rabbi Moyſes Gerundenſis ſuper his Verbis ambulabo inter vos, &c. declarat hæc de Meſſia Rege eſſe intelligenda addens in futuro tempore pueri Iſraelitici Deum ſunt digito demonſtraturi, iuxta illud Iſaiæ Cap. 25. ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſalutabit nos, iſte Dominus ſuſtinuimus eum exultabimus, &c. Item, & Antiqui noſtri dixerunt, futurum eſt quod Deus exercebitus, cum iuſtis in hoc ſæculo, quæ quidem promiſſiones non fuerunt adimpletæ, ſed implebuntur in tempore perfectionis; Ita ille

Rubinus

Rubinus in lib. 6. Sacerdotum ; Hæc omnia adimpleta ſunt in Chriſto Saluatore vero qui verus Deus erat , & humana Carne aſſumpta verus homo inter homines apparuit fuit que digito à pueris Hæbreorum demonſtratus , & maxime quando clamauerun oſſanna filio Dauid.

8 Non tranſeamus Dauid , quia forſitan tanqaam Propheta præceteris de miſterijs , fidei clarius illuminatus huic veritate ſuam claritatem oſtendet audiamus eum ſic enim ait pſalmo 8. quid eſt homo , quod memor es eius aut filius hominis quoniam viſitas eum minuiſti eum paulominus ab Angelis gloria , & honore coronaſti eum , & conſtituiſti eum ſupera manum tuarum omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ; In hoc pſalmo agitur de Meſſia Rege vt Saluator noſter Matth. 21. teſtatur vbi dicitur. V. indentes autem Principes Sacerdotum , & Scribæ mirabilia quæ fecit , & pueros clamantes in templo , & dicentes oſſanna filio Dauid , &c. indignati ſunt , & dixerunt , audis quid iſti dicunt ; Ieſus autem dixit eis , Vtique nunquam legiſtis , quia ex ore Infantium, & lactentium perfeciſti laudem , qui verſiculus eſt in hoc 8. Pſalmo vbi Dauid Meſſiam Regem ; qui Deus erat hominem quoque futurum eſſe prædicit ; Quod homo futurus eſſet oſtendit his verbis , quid eſt homo quod memores eius aut filius homines id eſt glorioſæ ; Virginis , quoniam viſitas eum ? quaſi dicat modicæ reputationis eſt ; Quis ſit tamen egregiè Paulus Rabinorum maximus ad Hebreos 9. cap. 2. explicat dicens quid eſt homo , quod memor es eius ? vt filius hominis quia reputas eum ? Minuiſti eum paulominus ab Angelis gloria ; & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum , omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ? In eo enim quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum illi , eum autem qui modicum quam Angeli minoratus eſt videmus Ieſum propter paſſionem meritis gloria , & honore coronatum ; vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem ; Pergit idem Paulus ad Philip. 2. Cap. 2. , & clarius propoſitum noſtrum explicat dum inquit ; Hoc enim ſentite in vobis quod , & in Chriſto Ieſu , qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo , ſed ſemetipſum exhinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus , & habitu inuentus vt homo ; Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem mortem autem Crucis , propter quod , & Deus exaltauit illum , & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen , vt in nomine Ieſu omne genu flectatur Cæleſtium terreſtrium , & inferorum , & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris ; In qua Pauli ſententia exprimitur Chriſti Diuinitas , cum dicitur , qui in forma Dei eſſet , & humanitas aſſumpta , & exaltata , & glorificata vt patet in verbis ſequentibus.

10 Iſaias ad huc confirmat , & declarat eandem veritatem Cap. 45. vbi loquens de Chriſto Meſſia inquit tantum in te eſt Deus , & non eſt Deus abſque te , vere tu es Deus abſconditus ; Deus Iſrael Saluator , & vere abſconditus fuit , qui aſſumpta humanitate apparuit vt homo deſpectus captus , & à Iudæis occiſus. Quod autem Verba dicti Capituli dirigantur ad Chriſtum Meſſiam Rabbi Salomon hoc ipſum edocens ſuper hoc eodem capite inquit. Magiſtri noſtri ſic dixerunt Deus Sanctus , & benedictus dicit Meſſiæ ſuo igitur cum omnia ſuperius dicta , & adducta de Chriſto dicantur cogimur (ipſa veritate vrgente) credere , ſentire atque fateri Chriſtum procul dubio eſſe Deum , qui Cælum , Mundum què facti, qui hominem creauit , qui cuncta regit atquo gubernat ; Sed Iudæi , & qui ſequuntur Hiſtoriam hoc in loco dicere poſſent Prophetam Iſaiam non de Chriſto Meſſia , ſed de Cyro Perſarum Rege dicere voluiſſe ; ſed faciamus in Cyro eſſe Deum , & non eſſe alium præter eum , qui ſit in Cyro Deus , quomodo Cyri Perſonæ dicit conuenient , vere tu es Deus abſconditus Deus Iſrael Saluator ;

 Quo-

Quomodo Cyrus erat abſconditus cum ipſe vt bellicoſus Monarcha Perſarum in toto oriente erat Celeberrimus; tempore tamen Iſaiæ, nec erat famoſus nec abſconditus, quia nundum erat in rerum natura; Reſtat igitur veritas aperta quod de Chriſto loquatur, qui Deus appellatur abſconditus propter aſſumpti corporis Sacramentum, & Deus Iſrael Saluator ideo dictus eſt Ieſus.

11 Itē propheta Zacharias quoque fauet propoſitæ ſententiæ, dicens exulta ſatis filia Syon iubila filia Ieruſalem ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator ipſe pauper aſcendens ſuper Aſinam; Iuxta Rabinorum Iudæorum ſententiam de nullo alio recte, & veraciter exponi poteſt niſi de Meſſia Rege, quoniam per Prophetam hoc in loco duæ Meſſiæ Regis oſtenduntur naturæ, & dicens aperte, qæod in nullo alio fieri poteſt; Nam per hæc Verba pauper, & aſſendens ſuper Aſinam eius oſtenditur humanitas, in qua ſicut pauper cum hominibus conuerſatus eſt; Per hæc autem alia verba ſequentia, Rex iuſtus, & Saluator excellentior in eo natura oſtenditur, per quam ſaluare poteſt, & regnare; quia in quantum pauper nec regnare, nec ſaluare poterat, & ideo fuit in vnum ſimul diues, & pauper ſcilicet Diues in natura Diuina, & pauper in natura humana, & quoniam Propheta addidit, & diſpergam Quadrigam ex Ephraim, & equum de Ieruſalem, & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus, & poteſtas eius à Mari uſque ad mare, & à fluminibus vſque ad terminos terræ ex quibus Verbis patet Meſſiam venturum fuiſſe Iehoſolymæ tanquam inopem, & ſuper Animam, Regnumque eius fere æternum, quod non niſi ſpirituale, quia nihil temporale, & corporale regulariter poteſt eſſe æternum, & ſalutem ab eo expectatam futuram potius Animarum, quam corporum; Hec interpretatio iſtius loci eſt ita germana, quod nulla alia dari poteſt quin ſit aliena à ſenſu Prophetæ.

12 Relictis alijs plurimus Sacrarum Scripturarum teſtimonijs quibus prædicta veritas amplius confirmari poteſt ſufficiet iſdem Vates Zacharias qui in Cap. 12. dicit, & effundam ſuper domum Dauid, & habitatores Ieruſalem Spiritum gratiæ, & precum, & aſpicient ad me, quem confixerunt; Hæc Verba vatis huius ſunt ſine dubio verba Dei loquentis per Zachariam nam ſuperius ſcribitur, Dixit Dominus extendens Cælum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo; Cumque effundere ſpiritum gratiæ nullius officium ſit niſi Dei iuxta illud pſalmi 83. gratiam, & gloriam dabit Dominus, Igitur loquitur hic Deus; dicens vlterius, quem confixerunt, ex quibus Verbis neceſſario concluditur, quod ille, qui gratiam infudit, eſſet aliquando traſfigendus, quod quidem tantæ Maieſtati, atque potentiæ, competere nullo modo poſſet, niſi per aſſumptionem Carnis humanæ, & niſi vna ſit cum Diuinitate humanitas, cum Deus in Diuina eſſentia ſpiritus ſit, & ideo transfigit non poſſit; Quod actum fuit, atque conſumatum, quando Chriſti pectus, ſeu latus nequiſſimus ille lancea in Cruce transfixit, & ideo dicitur effundam gratiam ſcilicet tanquam Deus, & poſtea in me quem transfixerunt tanquam hominem, & de quo Propheta locutus eſt, vt etiam Rabinus Salomon huiuſmodi Verba declarans; & alij Thalmudiſtæ obſcuris tamen Verbis, ne Iudeorum turba in ſcandalum Idolorum cultus orriretur, qui potiſſimum viguit temporibus eiuſdem Prophetæ hæc ſatis de Diuinitate, & humanitate Meſſiæ.

13 Quantum ad ſecundum ſcilicet Meſſiæ natiuitatem ex Virgine Meſſias Rex, ne peccati alicuius labe peccati coinquinaretur vt conſonum eſt rationi; ex coitu minime concipi, & naſci debuit, immo nec potuit, quia Patrem nullum in humanis habere potuit aquo tanquam Deus neſci poteſt, nemo enim dat, quod non habet, & omne ſimile naturaliter generent ſuum ſimile in natura, probatur, nam pſalmo 58. ait Domine ſine inquitate cucurri, & direxi; hoc dixit in perſona

Meſſiæ,

Meſſiæ, de ſe ipſo enim dicere non potuit, nam cum de ſe loquitur profitetur ſe natum peccatorem pſalm. 50. vbi dicit ecce in Iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me Mater mea; non enim ex adulterio natus erat Dauid ſed legitimo thoro, & tamen ſe in Iniquitate conceptum fuiſſe, & in peccatis natum eſſe gemebat; Dices eum intellexiſſe de peccato originali quo omnes homines naturaliter geniti coinquinantur, Reſpondetur, ſi de originali tantum dicere voluiſſet in plurali numero locutus non fuiſſet, ſed in ſingulari, cum autem in plurali locutus ſit, neceſſe eſt vt preter originale alia quadam labe coinquinatus fuerit. Hinc ſequitur coitum etiam legitimum non carere macula: Nam Moyſes etiam Diuinus Vates exodi 19. volens populum mundare, quando Dominus eum erat allocuturus iuſſit, vt ſua lauaret veſtimenta, & vt paratus eſſet ad diem tertium, & quod interim ſuis non appropinquaret Vxoribus ſatis inſinuans carnalem copulam etiam in Matrimonio aut nullo modo, aut abſque maxima difficultate ſine labe eſſe non poſſe poſtquam ab ea prius mundari oportebat, quia niſi inquinata mundantur.

14 Quattuor modis à Deo homo produci poteſt. Primo ſine Patre, & ſine Matre ſic Adam fuit productus; Secundo modo mediante Patre, & Matre ſic quiſlibet alius homo regulariter; Tertio ex Patre ſine Matre ſic Eua ex Adam formata eſt; Quarto ex Matre ſine Patre ſic productus eſt Meſſias ex Virgine ſine Patre; Hic vltimus modus apparet facilior primo, & tertio, & minus repugnans, ergo ſic de facto Deus produxit hominem dictis modis primo, & tertio cur negant Iudæi hoc quarto modo Deum produxiſſe Meſſiam, cuius productio, & natiuitas debuit eſſe ſingularis. Confirmatur quotidiana experientia, & probatiſſimis Hiſtorijs plura Animalia produci, & naſci ex putri ſine Patre, & ſine Matre, cur ita mirantur Iudæi, cum nos Chriſtiani dicimus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex Virgine fuiſſe natum, & adeo ad mirantur vt nos penitus inſanire arbitrentur; Quod tamen confirmat aperte Rabbi Gioſue Ægiptius in Medras Echa hoc eſt in Comentarijs Lamentationum Ieremiæ Cap. 15. ſuper orationem Ieremiæ in illud Pupilli facti ſumus abſque Patre, ibi namque predictus Rabbi Ioſue aſſerit Rabbi Zachariam dixiſſe quod Deus videns Iudæorum ſingultum, & anguorem inquit, Vos dictis, Pupilli facti ſumus abſque Patre, ſic itidem erit Redemptor Mundi ſiue Redemptor veſter; quem ego ſuſcitabo ex vobis quia orietur quemadmodum puer abſque Patre; Quid clarius dici poteſt?

15 Moyſes inſignis Propheta apud Iudæos pandat ipſe, & in lucem edat quid de huiuſmodi re audierit ab omni potente Deo; locutus que eſt Dominus ad Moiſen dicens (inquit ipſe Moyſes Leuitici 12.) Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperint Maſculum immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ, & die 8. circumciditur infantulus; Hæc Lex eſt condicionalis per ly ſi ſuſcepto ſemine, qua condicione Lex patitur aliquam exceptionem, cum enim Deus omnipotens illam ſtatuerit Legem ſi ſuſcepto ſemine, &c. per eandem condicionem voluit nobis manifeſtare duo, primum quod mulier aliqua erat maſculum (non ſuſcepto ſemine) quando que paritura, & per conſequens Virgo; Alterum vero; quod ea tantum mulier immunda eſſet, quæ ex virili concepiſſet ſemine, & peperiſſet, non autem ea, quæ abſque virili ſemine concepiſſet, cum ipſa ex lege ab immondicia immunis eſſet, non enim fruſtra Deus apposuit illam condicionem; Voluit igitur ipſe Deus nobis veraciter prædici, & præmonſtrari per ſuum maximum Prophetam Moyſen futurum eſſe vt aliqua mulier ſine ſeminis Virilis ſuſceptione, & per conſequens Virgo eſſet maſculum quando que paritura, & non eſſet inmunda; talis Mulier fuit Beata Virgo Maria in conceptione, & parturitione Ieſu Chriſti veri Meſſiæ vt teſtatur D. Lucas in Euangelio.

Ff 2 16 Ie-

16 Ieremias eleuatus Propheta egregie oſtendit Chriſtum Meſſiam eſſe ex Virgine naſciturum Capite enim 31. ſuarum reuelationum dicit. Reuertere Virgo Iſrael reuertere ad Ciuitates tuas iſtas, vſquequo diſſolueris delicijs filia vaga, quia Creauit Dominus nouum ſuper terram, fæmina circundabit virum; Hoc eſt Incarnationis miſterium, & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem Prophetiæ; vt eſt ſepiſſime Prophetarum mos; Quid autem fuerit illud nouum, de quo Propheta intellexit, nihil aliud fuit, niſi vnum nouum quod multa noua, & mirá complectitur inquit D. Bernardus hom. 2. ſuper miſſus eſt, quia in eo inquit agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita profunditas plana, ibi agnoſcitur lux non lucens, Verbum infans, aqua ſitiens panis eſuriens; vide ibi plura alia ſimilia; In hoc Nouo ſeptem miracula agnoſcuntur, Primum eſt Virgo integra Virginitate concepit; Secundum Spiritus Sanctus Virginem obumbrat corpus infantis temporis puncto efformat Animamque mirabilem infundit; Tertium corpus, & Anima eodem temporis puncto cum Verbi perſona copulantur; Quartum Deus ſit homo; Quintum infans omni ſapientia pollet; Sextum abſque peccato originario omni gratia plenus concipitur; Septimum Infantis Sanctiſſima Anima protinus vt Creata eſt Dei eſſentiam videt, ſimulque ſe Deo ad Crucem, & mortem pro hominibus offert; Quænam vnquam maiora miracula orbis vidit?

17 Femina circumdabit virum ideſt Chriſtum; Primo quia cum Deus ſit nullis locis aut terminis concludi poteſt; Secundo, quia licet Chriſtus qua homo conceptus eſt naſcens ſtatura, & ætate vt Infans eſt tamen à primo ſuæ conceptionis inſtanti vir ſapientia, gratia, & gloria perfectus; Tertio quia Chriſtus puer eſt vir fortis, qui iam Dæmonem, & omnem hoſtem proſtrauit; ſi nouum eſt feminam circundare virum, vtique, & femina debet eſſe noua, ſi enim Mulier circundet virum ideſt maſculum non eſt nouum ſed quotidianum; nouum autem eſt ex has parte quod Virgo circundet maſculum; Vnde Rabbi Elias apud Galatinum lib. 7. Cap. 14. roganti quod tam dici aduentum ſuum diſtuliſſet Meſſias? Reſpondit, quia ante Beatam Virginem non erant in Iſrael Virgines ex quibus naſceretur, omnes enim corruptæ erant, vel à Maritis, vel à Mechis; Audiens hæc Iudæus inſurgit furibundus dicens locum iſtum Ieremiæ non intelligi niſi de illa famoſa Vidua Iudith quæ magno, & forti Animo inexpugnabilem Holofernem ingenio ſuo atque ſapientia circundatum, quam facillime ſuperauit, ſed fallitur iſte furioſus, nam hoc factum Iudith. non fuit nouum quamuis glorioſum quando quidem mulieres aliæ quam plurimæ, & natura, & Animo præſtantiſſimæ ante Iudith fuerint quæ in viros magnanimos maiorem, & difficiliorum actionem ſubierint, & vt de alijs taceam dicam de Semiramide Arſiriorum Regina, & Nini Regis vxore quæ mortuo marito regnare cæpit ſimulans ſe Nini filium, ſicque ſexum mentitum magnas res geſſit, & in prelijs ſemper, & ſauguine verſata eſt, & 42. annis Regnum adminiſtrauit ſicque pluribus victorijs locupletata meruit fæminarum prodigium appellari.

18 Fauet huic noſtro propoſito confirmando Iſaias qui Cap. 7. inquit, ecce Virgo concipiet, & pariet filium in his Verbis includitur ſignum quo certificatur Domus Dauid, & Domus Iuda de liberatione Regni Iuda ad oppreſſione ſibi imminente à Rege Iſrael, & Rege Syriæ confederatis contra Achaz Regem Iuda Idolatram, & impiiſſimum quem tamen Deus volebat liberare ab illo periculo ob bonitatem Iohatan Patris, & Oziam Aui eius; Obtulit primo Clementiſſimus Deus eidem Achaz vt de certitudine peteret aliquod ſignum dicens illi per Iſaiam Prophetam; Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo (non ab Idolis) in profundum Inferni (ideſt per ſuſcitationem alicuius mortui) ſiue in excelſum ſupra (per aliquam

noua

notabilem immutationem faciendam in Cælis (vt de huius periculi euaſione certui ſias Achaz quia Idolatra peſſimus renunciauit oblationem dicens non petam, Hinc Iſaias dedignatus, dirigens orationem ad domum Dauid, inquit audite ergo domus Dauid, &c. dabit ipſe Dominus vobis ſignum; Ecce virgo concipiet, & pariet filium quibus Verbis Propheta ipſam manifeſtiſſime concepturam, & pariturum filium oſtendit Aliter non eſſet inſolitum ſignum, & ſupernaturale, ſi de Iuuencula non Virgine intellexiſſet Propheta, & conſequenter nihil probaſſet quia paſſim Iuuenculæ coitu naturali concipiunt, & pariunt; Hoc ſignum igitur fuit de Virgine cuius conceptus, & partus potuit à Deo ſolo procedere, vt pote ſuperans omnem virtutem, & potentiam creatam, quod quidem ſignum habuit ſuum ſignatum in Virgine Maria conceptione Diuinitus, & pariente Chriſtum verum Meſſiam ſalua integritate Virginali.

19 Confirmat hoc idem, iſdem Iſaias Cap. 71. ſic dicens, & egredietur de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet; omnes Doctores tam Chriſtiani, quam Hæbrei exponunt de Chriſto Meſſia ea omnia, quæ in hoc capite continentur. Iudæi tamen hoc expectant futurum, ſed Chriſtiani in Saluatore adimpletum fuiſſe aſſerunt; Quod autem in hoc capite ſermo fiat de Meſſia; teſtis eſt translatio Caldaica vbi ſic dicitur exurget vel exibit Rex de filijs Iſai, & Meſſias de filijs filiorum eius, & requieſcet Spiritus Domini ſuper eum, & in libro Inſuper qui dicitur Migdraſtilom ſuper illis Verbis eiuſdem cap. 11. In die illa, radix ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum ipſum Gentes deprecabuntur; Rabbi Auna ſic ait, iſte eſt Rex Meſſiach; qui non venit niſi vt legem atque præcepta Gentibus præbeat; Ex quibus omnibus conſtat etiam ſecundum Hebreos in hoc 11. Cap. Iſaiæ tractari de Meſſia, loquens igitur Propheta metaphorice inquit, Egredietur Virga de radice Ieſſe, ideſt Maria Virgo per virgam metaphorice deſignata deſcendent de ſtirpe Ieſſe, qui fuit Pater Dauid, & dicebatur etiam Iſai; Habetur Matth. 1. Booz autem genuit Obed ex Rucht Obed autem genuit Ieſſe, Ieſſe autem genuit Dauid Regem; & dicitur hoc in loco Virga quaſi gracilis, paupertate, & humilitate, flexibilis pietate; & flos de radice eius aſcendet, ideſt Chriſtus, qui dicitur flos ratione puritatis quia peccatum non fecit; & quia noſtræ ſalutis fructum attulit.

20 Hoc ipſum Miſterium quod Meſſias, & Chriſtus naſceretur ex Virgine confirmat Propheta Daniel Cap. 2. abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram, Lapis iſte eſt Chriſtus Meſſias etiam apud Iudæos, vt conſtat ex dictis Rabinorum Iudæorum in Bereſidraba, vbi hæc Danielis allegatur littera, abſciſſus de Monte hoc eſt de ſtirpe Regia, ſeu Sacerdotali, quæ mons ob dignitatem, & excellentiam dicitur, ſine manibus hoc eſt ſine virili ſemine vel opera natus, ſed Diuino ſpiritu cooperante; (& ſequitur Propheta) & factus eſt mons magnus, quia Chriſtus Meſſias exaltari debebat pluſquam Abraham eleuari pluſquam Moyſes, & ſublimari pluſquam omnes Angeli; & impleuit vniuerſam terram inquit ad huc Daniel; dogmantibus ſuis, Religione, & Sacrificio, mediante Apoſtolorum predicatione, & Miniſterio, Pſalm. 18. nam illis predicantibus in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, ſicque ſatis probatum Meſſiam etiam ſecundum Iudæos debuiſſe de Virgine naſci, quod in Chriſto vere fuis adimpletum, quod in ſequentibus clarius, apparebit Meſſiam iam veniſſe.

22 Quantum ad tertium Meſſiam ſcilicet iam veniſſe, & eſſe Ieſum Chriſtum Iudæi, & maxime moderniores tenent Meſſiam ſemel tantum venire debuiſſe, & eum ad huc non veniſſe, & ideo eum expectant; Nos autem Chriſtiani duos dicimus ac profitemur, Meſſiæ Regis aduen-

uentus futuros fuiſſe primum in paupertate, & humilitate ad ſaluandum, cui aduentui accomodatur illud *Zachariæ* Prophetæ Cap. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator, & ipſe pauper, & aſcendens ſuper Aſinam, & ſuper pullum filium Aſinæ, & hunc aduentum iam diu præterijſſe dicimus, & ab eo huc vſque fluxiſſe annos 1676. Alterum eius aduentum generoſum quidem, & regium dicimus in Maieſtate, & poteſtate futurum ad iudicandum, & cuilibet ſecundum merita, & demerita retributurum, cui aduentui conuenit illud Danielis Cap. 7. aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce in nubibus Celi quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & Regnum, & omnes populi, & tribus, & linguæ ſeruient ei; Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius quod non corrumpetur, & libri aperti ſunt, qui aduentus erit in nouiſſimis diebus; quando fiet Iudicium Generale, & vltimum iuxta octauum fidei noſtræ articulum Vbi dicitur. Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos; Hec controuerſia internos Chriſtianos, & Iudeos terminanda eſt in preſenti, oſtendendo primum Meſſiæ aduentum iam fuiſſe.

22 Ad hanc veritatem de actuali aduentu Meſſiæ probandam primus ſit Iſaias qui Cap. vltimo inquit antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit Maſculum; Commentaria Hebreorum antiquiſſima hæc Prophetæ verba ſic exponunt ſcilicet, antequam natus fuiſſet ille qui Iudeos in vltimam redegit ſeruitutem, eorum iam natus erat Redemptor; Quis autem ille fuerit qui Iudæos vltima oppreſſit ſeruitute, nemo eſt qui neſciat, & ignoret; Fuit namque Veſpeſianus, ſeu Titus eius filius, qui Dei nutu, & voluntate ob Chriſti mortem de Iudeis omnibus penas exercuit Ante enim Veſpeſiani natiuitatem Redemptor (hoc eſt Chriſtus verus Meſſias) natus eſt, Vnde Caldeus textus hoc in loco habet Ad huc non erat ei veniens anguſtia, & ad huc non venit ei tremor cum doloribus propter partum reuelabitur Meſſias; In hoc ipſo Caldæo textu Hebreus Ionathas inquit antequam veniret ei anguſtia ſalua facta eſt, & antequam venirent partus dolores Meſſias reuelatus eſt; ſimiliter ſapiens Rabbinus Samuel Bernaham in Bereſid raba inquit Vnde ſiue vbi probatur quod in die qua fuit deſtructio templi natus eſt Meſſias? & reſpondit, ob id quod habetur Iſaiæ Cap. vltimo antequam parturiret, antequam veniret partus eius peperit Maſculum, in eadem hora, qua facta eſt templi deſtructio, exclamat Iſrael tanquam parturiens, dolor enim, & anguſtia partus maximam exprimunt calamitatem, quam Iudæi in obſidione Titi, & Veſpeſiani ſubſtinuerunt, igitur ante obſidionem illam, & calamitatem ſiue miſeriam vt Chriſtus veniſſet neceſſe eſt cum hæc nemini niſi Chriſto conueniant, Venit ergo Meſſias ante Ciuitatis, & templi deſtructionem, quæ facta eſt ſub Tito, & Veſpeſiano.

23 Non eſt opus Prophetarum maxime Danielis vaticinia adducere ad propoſitam veritatem oſtendendam cum clarum, & manifeſtum ſit, prout veraciter conſtare poteſt ex clamoroſa fama quibuſcumque recte ſentientibus videlicet primum Meſſiæ Regis aduentum tamdiu elapſum fuiſſe, & in præteritum iuiſſe, & maxime, cum iam mille ſexſentis, & 76. annis talis fama orta ſit, & celerrime per totum penè terrarum orbem ſparſa diuulgata fuerit, atque in hodiernum vſque diem perſeueranter continuata, & eo magis, quod in eius temporis exordio omnes qui confitebantur hunc preterijſſe aduentum, & minis non paucis, & non ordinarijs, & corporalibus tormentis, & plagis vſque ad ſanguinis effuſionem, & ipſam mortem publice, & impune torquebantur hac vnicà tantum, & ſola Cauſa, vt fama ipſius Meſſiæ Ieſu Chriſti ſopiretur, & ab hominum memoria omnino deleretur Quo

non

non obſtante fama ipſa (veritate vrgente, & cogente) non ſolum conſtanter durauit, ſed magis, ac magis ex Sanctorum Martyrum patientia tolerantia, ac ſanguinis effuſione, & morte aucta ſemper fuit, & excreuit, quæ vtique ſi falſa fuiſſet per tantum temporis ſpacium minime perſeuerare, & continuare potuiſſet; Adde etiam quod temporibus illis Meſſiæ aduentus à ſummo Deo deſignatus, & prefixus apud omnes ſaltem legis Peritos ad eſſe, & imminere videbatur, & ideo omnes cogebantur veritatem fateri, & de longe venire ad eum adorandum, vt notum eſt de illis Magis, qui ex oriente Stella duce venerunt in terram Iſrael vt magnis muneribus eundem Meſſiam venerarentur, & adorarent iam recenter natum; quos poſtea ſecuti ſunt qui Legis periti, & Iudeorum Principes veluti Nathanael Nicodemus, & alij Ioan. 1.

24 Ioannes Baptiſta magnæ apud Hebreos authoritatis veraciter negauit ſe eſſe Meſſiam, & veraciter verbis, & digitis demonſtrat Ieſum eſſe Meſſiam, & filium Dei, Andreas eiuſdem Ioannis Diſcipulus audiens à Magiſtro ſuo, quod Meſſias venerit inueniens fratrem Petrum ait ad eum inuenimus Meſſiam, & adduxit eum ad Ieſum; Ioan. 1., & ipſemet Meſſias Samaritanæ fatetur ſe eſſe Meſſiam; Ioan 4., & Ceco nato ab eo liberato fatetur ſe eſſe filium Dei Ioan. 9. Gamaliel vnus ex *primoribus Rabinis illius* temporis reddidit bonum teſtimonium de Meſſia Ieſu, & eius Doctrinæ; Cum enim Sacerdotum Principes, Seniores Populi, & Scribæ conarentur prohibere ne Apoſtoli Ieſum fuiſſe Meſſiam predicarent intuit ipſe Gamaliel; Viri Iſraeiitæ attendite vobis ſuper hominibus illis quid acturi eſtis, Ante hos enim dies extitit Theodas dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occiſus eſt, & omnes, qui credebant in eum diſſipati ſunt, & ad nihilum redacti. Poſt hunc exſtitit Iudas Galileus in diebus profeſſionis, & auertit populum poſt ſe, & ipſe perijt; & quot quot conſenſerunt ei diſperſi ſunt, & nunc ita dico vobis diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos, quoniam ſi eſſet ex hominibus conſilium hoc, aut opus diſſoluetur ſi vero ex Deo eſt non poteritis diſſoluere, ne forte, & Deo repugnare videamini exitus acta probauit; nam Ieſu Chriſti fama, quod fuerit Meſſias perſtitit, & viget, & continue, & perſeueranter per tot annos durauit quia ex Deo erat hoc opus, ideo recte concludi poteſt Regem Meſſiam iam diu veniſſe, & per conſequens tempus ſui primi aduentus iam elapſum eſſe, & fuiſſe iam ab Anno 1676.

25 Si Iudei proprium ſtatum à tunc temporis vſque ad hodiernum diem contemplati fuerint, & contemplen tur idem confitebuntur niſi à propria perfidia retrahantur ſtatus namque Iudæorum iam à multis ſeculis non ſolum deteriorauit, ſed omnino auerſus eſt, & contrarius ab eo ſtatu iniquo ipſi Iudei fuerunt antequam ex promiſſionis terra expellerentur; hoc multa non indiget probatione cum ipſimet Iudæi etiam ſi confiteri nollent, celare, & negate minime poſſent; adeo aperta; & manifeſta omnibus eorum miſeria; Magna namque, & diuturna malorum, & infortuniorum experientia verum eſſe comprobant Iudæi, & in dies magis ac magis ſentiunt. Dicite Queſo Iudei quando in promiſſionis terra Summi Dei mandata ſeruabatis nonne omnia vobis proſpera, & fauorabilia eueniebant, & ſuccedebant? & ſi aliæ Gentes bella inferentes, vos infeſtabant Deus ipſe vos vt plurimum tuebatur, & defendebat, immo interdum pro vobis pugnabat; Quando autem Dei mandata non ſeruabatis; Sed eorum violatores eratis, licet ipſe vos aliqua pæna efficeret, & puniret vel affligi permitteret, immo etiam in aliquam captiuitatem vos duci, & detineri ſineret; numquam tamen ſic à vobis auerſus fuit, & alienus, quin eo ipſo calamitatis veſtræ tempore vobis viam, & modum oſtenderet, quibus mediandian-

diantibus ab ipſis calamitatibus liberari, & erui poſſetis, mittebat enim ad vos conſolatores ſuos Sanctos Prophetas, qui & vos docerent quomodo in priſtinam Dei gratiam reſtitui poteſtis, & futuræ ſalutis ſpem pollicerentur, & malorum veſtrorum finem predicerent.

26 Hæc omnia cum in ſacris litteris manifeſta ſint ſuperuacuum eſt ea ex alijs hiſtorijs velle oſtendere; Nota enim ſunt ſigna varia, & diuerſa portenta quibus Deus, & benignus ſe ipſum vobis propitium, & fauorabilem fore oſtendebat, & demonſtrabat; Nam in babilonica captiuitate vobis ad fuerunt Daniel Aggeus; Zacharias, Baruch, & alij, Ieremias etiam Epiſtolam quandam Hebræis in Babiloniam detentis miſit, illis ſignificans quod completis 70. annis ab ea ſoluerentur captiuitate vt pl. Ieremiæ 29.; Vnde ergo eſt o Iudæi, quod ab annis 1600. circiter et in ipſa Ieroſolyma maiori Ciuitate Iudææ, & ab ea eiecti, et expulſi, et non in vno tantum loco congregati, et vniti eſtis, ſed per totum fere terrarum orbem ſparſi, et vagabundi tot mala, tot miſerias, et tot infortunia patimini, et ſuſtinetis tanquam à ſummo Deo tam pio, et tam miſericordi deſtituti, et derelicti? Vnde eſt inquam tanta Diuini fauoris deſtitutio, et derelictio? Nam in primis in ipſis Ieroſolymis antequam in hanc eiiceremini Captiuitatem à Veſpeſiano, et Tito eius filio Romanorum Ducibus à quibus rebellaueratis in longa detenti eſtis obſidione, in qua tum fame tum peſte, et ferro vndecies centena millia ex veſtris perierunt; Captiuorum vero omnium qui toto bello comprehenſi ſunt nonaginta, et ſeptem millia; Hec quiſquam de tanto admiretur numero, cum à tot regionibus ad comedendum Paſcha, et ad azimorum diem feſtum congregati bello ſubito circumfuſi fuerint; Vt Ioſephus de bello Iudaico ſcribit in Cap. 25.

27 Nec defuere horrenda portentam Diuinam vobis iram indicantia teſtante eodem Ioſepho Hebreo libr. 7. de bello Iudicio Cap. 17. ad illum remittitur curioſus Lector; Quot inſuper mala in ipſa Ciuitatis, et templi conflagratione, et euerſione emerſerint mortuorum, et captiuorum magnus (de quo ſupra) numerus indicat; Mulier quoque præ fame proprium interemit filium partemque coxit, et comedit, et partem reſeruauit; ſed poſtquam e patria expulſi fuiſtis ò Iudæi, et vili etiam pretio in magna parte venundati, ſiue, et illuc vagabundi, ac per totum pene orbem terrarum diſperſi; Dicite quæſo quam habuiſtis conſolationem? quod Diuinum auxilium? quæ ſigna felicitatis? quam lætitiam? quos Prophetas? Horum nempe nihil dicere poteſtis? Cum Chriſtianis Principibus, et Regibus ſeruiatis abiecti, et exoſi, omni dignitate, et honore priuati, ſine Rege, ſine Duce vel ſine Principe, ſine templo ſine altari, ſine Sacrificio, ſine Propheta, per quos de huius captiuitatis veſtræ, et exitu certiores effici poſſitis? Vbi eſt locus ſacrificiorum à Deo conſtitus, in quo Paſcha, vere celebrare; et Diuinam iram placare poſſitis; vbi eſt Archa Dei vbi valeatis Diuinam voluntatem conſulere ad euadendam tantam miſeriam? Vnde igitur oritur tanta ſtatus veſtri mutatio ò Iudei? Vnde tanta contrarietas?

28 Dicam ego ſi vos dicere recuſatis; orta eſt tanta mutatio ex illo horrendo Patrum veſtrorum ſcelere quo contra ſe Diuinam iram irreconciliabiliter prouocarunt, Nam cum Meſſias à Deo promiſſus in hunc Mundum veniſſet Iudæi omnes ipſum tanquam Regem ſuum à maioribus ſuis tantopere expectatum maximo cum honore, et lætabundi cum, vt Deum ſuſcipere, venerari, accolere debuiſſent, ipſi Deo tanti muneris infinitas gratias reddentis, cum ipſi vt eos ſaluaret adueniſſet; Ipſi vero Iudæi contra ingrati, et rebelles cum non ſolum (vt debebant) non venerati ſunt, verum etiam multis affectum contumelijs turpiſſima, et crudeliſſima morte, et condemnarunt, et occiderunt; Hinc igitur omnia Iudæorum oriuntur, atque dependent infortunia, Hinc omnium malorum ſuorum origo. Hinc eorum

ram

rum ſeruitus tam miſera, & diuturna, Hinc omnis Iudæorum dementia, & totalis excæcatio, Inquit enim Moyſes Deu. 28. percutiat te dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in meridie, & non dirigas vias tuas; Quæ mala omnia Maiores veſtri ò Iudæi vno ore, & alta voce clamantes reſponderunt Pilato Preſidi Romanorum dicenti Innocens ego ſum à Sanguine iuſti huius, reſponderunt in quam ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtrus, ſicque imprecati ſunt dicta mala ſibi, & vobis eorum deſcendentibus; Volenti enim, & conſentienti nulla fit injuria; Maiores veſtri ſic voluerunt, & conſenſerunt in ſuam, & veſtram miſeriam, & vos viciſſim impletis menſuram Patrum veſtrorum.

29 Quibus tamen non obſtantibus Iudæi diſſipati ſunt nec cum puncti, ſed decepti Rubinorum ſuaſionibus expectant non ſolum aduentum Meſſiæ verum etiam rędificationem templi, ſed ipſius Ciuitatis Ieroſolymæ. De Meſſiæ actuali aduentu ſatis oſtenſum eſt; Quod vero nec templum nec Ciuitas redificanda ſit, pluſquam certum eſt; Duo templa Ieroſolimis eodem in lo à Iudeis edificata docent ſacræ littere. Alterũ à Salomone ante Babilonicã captiuitatem Alterũ à Zorobabele, & Ieſu filio Ioſedech. Summo Sacerdote cæteriſque Iudæis; Tertium non eſſe extruendum. Indicatur Aggei 2. Magna inquit erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primo. Loquitur autem Vates de ſecundo templo, nouiſſimum que appellat; Non ergo aliud tertium à Meſſia extruetur. Vnde Aggeus eodem Capite; Veniet (inquit) deſideratus cunctis ſentibus ſcilicet. Meſſias, & implebit domum iſtam gloriam dicit Dominus. Quanta gloria; nempe Diuina Meſſiæ qui in eo templo oblatus eſt, & docuit, atque curauit; Idque oſtendit etiam Malachias 3.; Statim inquit veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis 3 ad templum in quam ſecundum nec mentio eſt de tertio aliquo extruendo; Huc tendunt Verba Ieremiæ dicentis nolite confidere in Verbis mendacij dicentes Templum Domini Templum Domini, Templum Domini; tria hic ſperantur templa ſed vana ſpe; Ideo dicitur nolite confidere in verbis Mendacij de tertio templo extruendo.

30 Conati ſunt Iudei Templum tertium excitare quartum relicturi Meſſiæ, extruendum Iuliano Apoſtata iubente. at miris modis conatus hic e Cælo eſt impeditus, vt memoriæ prodidit Theodoretus Hiſtor. tripart. cap. 43. Cum enim materiæ, & calcis multa modiorum millia congregaſſent, venti, ac procellæ quicquid congregatum fuerat diſperſerunt; Ignis præterea ex fundamentis exiliens multos exuſſit, nocte quoque dormientes in vicina porticu corrues porticus oppreſſit plurimos ſubitò. Alio vero die, quæ Dei erga Iudæos miſericordia eſt, in Cælo Crux ſplenduit; Iudæorumque veſtibus eiuſdem Crucis ſignum Chriſtianæ Religionis proteſtans ſummam veritatem impreſſum apparuit; Iulianus apoſtatauit à fide, & ad idem compellebat plures Chriſtianos præcipue Ioannem, & Paulum, qui ſpreto Iuliano vitam ipſam cum ipſo ſanguine pro fide Chriſti profundere non timebant, putauerat Iudeos in ſuam deducere ſententiam, tentauit illos allicere extructione cuiuſdam magni templi, & alijs fallacibus medijs, quæ omnia irrita, & inania Ieſus Chriſtus ſucceſſiue reddidit; Vnde Iulianus compulſus eſt Diuinam virtutem confiteri illis verbis; vicisti Gallilee.

31 Sicuti nec Templum, ita nec Ciuitatem edificabit Meſſias nam de Ieruſalem omnino actum eſt; Nam Ieremias celeberrimus Vates Tren. 1. nomine eiuſdem Vrbis magna lachrimarum vi deplorans clamauit Dedit me Dominus in manu de qua non potero ſurgere; eo enim caſu corruit, vt nullo vnquam tempore reparari poſſit; eandem ruinam incurriſſe experitur antiquus illa Reipublicæ Iudaicæ ſtatus, illud Regnum, ille Ponti-

ficatus, illæ leges, illa Iudicia, illi ritus, illa ſacrificia, illæ Vmbræ Meſſiæ ſplendore illuminatæ, ita abſcecerunt vt rediture nunquam ſint; De Iudeis ſic irreparabilibus ſic prenunciat Regius Propheta Pſalm. 2. tanquam vas figuli confringes eos; Vas aureum, vel argenteum ſi frangatur reparari poteſt; Fictile in mille fragmina comminutum reſici nequit, Iudæorum fictilis ille ſtatus, vt vas figuli contritus, in mille fragmenta per orbem totum diſſipatus coagmentari numquam poterit; nam vt D. Paulus p. ad Theſal. Cap. 2. dicit; Peruenit ira Dei ſuper illos vſque in finem.

32 Sicut Deus Adamum primum illum hominem, eius que vxorem Euam eo quod inobedientiæ ſcelere ſe contaminarunt ex amæniſſimo horto, in quo illos collocauerat, in has, quibus diuerſamur calamitates ita exturbauit, vt nulla illis de reditu in terreſtrem Paradiſum ſpes relicta ſit ſic Iudæos propterea quod perfidiæ in Meſſiam ingente ſe flagitio obſtrinxere ex terra illa Patribus promiſſa filiis que tradita in hoc, quod patiuntur, exilium, in has erumnas ſic eiecit, vt omnem redeundi in priſtinum ſtatum ſpem præciderit; ſi reuerſus eſt in Paradiſum terreſtrem Adamus, reuertentur in Paleſtinam Iudæi; at preclusus eſt aditus terreſtris Paradiſi tam ipſi Adamo peccanti, quam Poſteris quos ſuo peccato inquinauit, ita etiam præcluſus eſt antiqui illius Regni, & ſplendoris aditus Iudæorum Parentibus qui ſcelus commiſerunt, & eorum poſteris, qui perfidiam à Patribus veluti fontibus hauſerunt; Diuina enim iuſtitia petit, vt qui Meſſiam vita priuarunt; ipſi natali ſolo omnique Regni ſplendore priuentur, & in Criminis luendas pænas per omne tempus irremiſſibiliter detrudantur.

33 Hoc ſupplicium ex ſententia D. Auguſtini Pſalmo 58. predicitur illis verbis; Deus oſtendit mihi ſuper Inimicos meos, ne occidas eos, diſperge illos in virtute tua; & depone eos Protector meus Domine; Ne funditus pereat hic Populus (precatur Chriſtus, ſaluat tamen pænas, diſperſus, & à Regno expulſus; Diſperge, inquit) eos, & depone à dignitate, & Imperio; Subijcitur Cauſa; Ne quando obliuiſcantur Populi mei; Vbicumque enim Iudæi ſunt, dum Meſſiam expectant, dum venturum prædicant, eum populum liberaturum fatentur; dum in ſcripturis promiſſum teſtantur. Chriſti memoriam excitant, Chriſtianæ que veritati inuiti teſtimonium afferunt D. Auguſtinus in Epiſt. 59. ad Paulinum; Diſperge inquit eos in virtute tua; vt Chriſti cuius fuerunt negatores; perſecutores; Interfectores vbique ſint teſtes per ipſam legem, quam non obliuiſcuntur, in qua ille prophetatus eſt, quem non ſequentur, & Serm. 3. de Epiphania; Propter hoc Gens Iudæorum Regno ſuo pulſa eſt, & diſperſa per terras vt eius fidei cuius ſunt Inimici vbique teſtes fieri cogerentur.

34 Item per orbem vagantur Iſraelitæ vt teſtentur Chriſtianis Meſſiam iam veniſſe; Huius enim exilij tam diuturni Cauſam inueſtigantes nullam aliam reperiri poſſunt Chriſtiani, aut reddere Iudæis, quam vero Meſſiæ illatam necem; Ipſum ergo Iudæorum ſuppliciumMeſſiam veniſſe, mortem pro vniuerſo hominum genere opetiuiſſe clamat; Quemadmodum facinoroſi hominis Cadauer in plures aliquando partes diſſectum, & in varijs vrbis locis ſuſpenſum commiſſum crimen cunctis magno cum terrore denunciat; Sic Iſraelitici populi multitudo in multas partes diſſecta, & per varias mundi plagas diſperſa ſuſceptum aduerſus Meſſiam ſcelus omnibus nationibus magno clamore prædicat. Et quemadmodum columnæ exære, vel lapide excitatæ aut vituperationes, aut erumnas, aliquorum continentes prætereuntibus illas ſpectandas exhibent; Sic totus terrarum orbis; per quem Iudæi diſperſi ſunt, & cultus eorum extinctus; & Ieroſolymæ ſolum, quod vixiam agnoſcitur inſtar columnæ predicant quæcumque hor-

horrenda illis acciderint. Vox ſanguinis Abel e terra clamabat in quam effuſus eſt Gen. 4. Vox vero Sanguinis Chriſti ex Iudæis clamat per quos effuſus eſt; Nam quod illi Matth. 27. petierunt euenit, Sanguis eius ſupernos, & ſuper filios noſtros.

35 Conluſum eſt ſatis contra Iudæos Meſſiam debuiſſe eſſe Deum, & hominem, naſci ex Virgine, & quod talis Meſſias fuerit, & ſit Dominus Ieſus Chriſtus, in quo prædicta reperiuntur punctualiter adimpleta aduentus q; Meſſiæ iam præterierit; Nunc conuertendus eſt ſermo contra Hæreticos aliquos, quorum impietas maior fuit impietate, & perfidia Iudæorum, nam aliqui negarunt Chriſtum fuiſſe Deum ſed ſolam naturam habuiſſe humanam; primus illorum Ebion cuius Cauſa (vt dicit B. Hieronymus lib. Scriptoribus de Eccleſiaſticus) Ioannes omnium nouiſſimus ſcripſit Euangelium rogatus ab Aſiæ Epiſcopis; Ebionem ſecutus eſt Theodotus Bizantinus; Deinde Artemon quidam, Paulus Samoſatenus in Syria, cui ſucceſſit Photinus eius diſcipulus; Iſtorum ergo omnium comunis fuit error Chriſtum purum hominem fuiſſe ex vtroque ſexu natum, nec ante Mariam eius Matrem fuiſſe; iſtis poſſumus annumerare Neſtorium in hoc, quod dixerit Chriſtum fuiſſe hominem purum, qui deinde meruerit fieri filium Dei adoptione, & negauit Mariam fuiſſe Matrem Dei, ſic que omnes in neganda vera Diuinitate Chriſti, conuenerunt. Quod cum ſit vnum ex præcipuis noſtræ fidei fundamentis, Chriſtum videlicet eſſe verum Deum Dei filium natura non adoptione, illud oportet oſtendere eſſe firmiſſimum, & pluribus ſacræ Scripturæ, teſtimonijs roboratum.

36 Et primo ſic; Baptizatus Ieſus (ait Mattheus 3.) confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt Cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, & venientem ſuper ſe, & ecce vox de Cælo dicens; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui; eadem vox audita eſt in Monte Tabor ſuper Chriſtum transfiguratum, vt teſtantur Mattheus 17. Marcus 9., & Lucas 9. ecce duplex teſtimonium de Cælo prolatum voce Patris Diuini; ſed expreſſiuis audiamus teſtimonium Chriſti per eundem D. Marcum relatum 14.; Dum enim Chriſtus inſtante ſua ſacratiſſima morte in ſuo examine habito coram ſummo Sacerdote interrogaretur ab eodem, Rurſus (inquit D. Marcus) ſummus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei; Tu es Chriſtus filius Dei Benedicti. Ieſus autem dixit illi; ego ſum; nullum certe expreſſius teſtimonium poteſt ad ferri pro hac fide confirmanda. Lucas item ennarrans Gabrielem Archangelum de cælo ad Virginem miſſum, verbaque eiuſdem Archangeli ad Virginem referens ſic ait Cap. 1. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, (& parum infra) & quod naſcetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei, ecce auditur voce Angelica Chriſtum eſſe filium Altiſſimi, & filium Dei, mirum eſt quomodo in tanta claritate cæcutierint prædicti Hæretici; Martha à Chriſto interrogata, an in ipſum crederet, Ait illi; Vtique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei, qui in hunc mundum veniſti, Ioan. 11. Præterea Chriſtus interrogans Petrum, quid de ſe ſentiret audiuit reſponſum, tu es Chriſtus filius Dei viui, quod quidem non reprehendit, ſed potius laudauit Mattheum 17.

37 D. Paulus omnibus ſuis epiſtolis agnoſcit Diuinitatem Chriſti, & vbique eam confitetur aperte cuius vices velle recenſere eſſet nimis longum, & tædioſum, ad inſtar omnium, ſit illud ad Philip. Cap. 2. vbi ſic ait; Hoc ſentite in vobis quod, & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; & in Epiſt. ad Titum 2. ſic admonet dicens ſeruos ſubditos eſſe Dominis ſuis, in omnibus placentes, non contradicentes non frandantes, ſed in omnibus fidem bonam oſten-

dentes vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei honorent in omnibus; Hæc Paulus ibi; apertiſſime vocat Saluatorem Deum: Beatus etiam Petrus huius rei teſtimonium ſæpe repetit. In priori equidem Epiſtola dicit Chriſtum ſedere in dextera Dei profectum in Cælum ſubiectis ſibi Angelis, & poteſtatibus, & virtutibus; Beatus Ioannes Apoſtolus, & Euangeliſta in ſua prima Canonica Epiſtola de hac re apertiſſimum profert teſtimonium dicens; Et ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deum verum, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto hic eſt verus Deus, & vita æterna; Quid hic garrire poſſunt Heretici dicentes Chriſtum eſſe filium Dei non natura ſed adoptione? Vide quoties vno contextu eos reijciat Apoſtolus; Preterea ipſemet Chriſtus ait opera quæ ego in nomine Patris mei ipſa teſtimonium perhibent de me Ioan. 10. Videamus ergo opera eius, & diſcutiamus, num ex eis poterimus conuincere Chriſtum eſſe Deum.

38 Primo quidem peccata dimittit; patet in illo Paralytico, ab aliquibus Chriſto oblato, vt ab eo ſanaretur, eorum fidem vt vidit Ieſus dixit remittuntur tibi peccata ſua Luce 5. nam remittere peccata authoritatiue, & virtute propria ſoli Deo conuenit, quod ſi Sacerdotes etiam peccata remittant hoc ſolum faciunt miniſterialiter non propria ſed Diuina virtute, Præterea cognoſcit cogitationes hominum; Cum enim Phariſæi, & Scribæ, audiſſent Chriſtum Paralytico dicentem remittuntur tibi peccata tua ceperunt cogitare dicentes quis eſt, qui loquitur blaſphemias quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus, vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum reſpondens dixit ad illos, quid cogitatis in cordibus veſtris, &c. At ſolus Deus eſt qui illas aſpicere valeat Lucæ 5. homo enim ex primo Regum videt ea, quæ foris patent Dominus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. Rurſus miraculorum Claritas, quæ Chriſtus operatus eſt eandem aſtruit naturæ Diuinæ in Chriſto fidem; A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæcinati, qualiter Chriſtus imponens lutum ſuper oculos eius, qui poſt modum in vtroque homine iam ſanus dicebat niſi eſſet hic à Deo non poterat facere quicquam Ioan. 9. veriorem habet fidem de Chriſto hic cæcus, quam Cherintus, aut Ebion, aut Paulus Samoſatenus; aut alij ſimilis farinæ.

39 Et vt alia miracula omittamus de mortuis ab eo ſuſcitatis dicamus; Suſcitauit Lazarum verbo ſolo dicens Lazare veni foras Ioan. 11. Suſcitauit filium Viduæ etiam ſolo verbo dicens Adoleſcens tibi dico ſurge Lucæ 7., & filiam archiſinagi non ſolum Verbo, ſed tactu manus Matth. 9. ſic enim ait Mattheus, & cum eiecta eſſet turba intrauit, & tenuit manum eius, & dixit Puellæ Surge, & Surrexit Puella; Iam videamus quis eſt, qui poteſt ſolo imperio, & Sermone à morte reuocare ad vitam, niſi ſolus Deus; Quoniam, & ſi homines quoque ſuſcitauerint mortuos non in ſua tamen virtute hoc fecerunt, ſed in Chriſti nomine, aliud ſiquidem eſt rogare aliud imperare, aliud eſt mereri aliud donare, Helias quidem ſuſcitat, ſed orans. Heliſæus etiam cum filium Sunamitis ſuſcitat, orando ſuſcitat, 4. Reg. 4. Petrus etiam cum Tabitam ſuſcitauit prius poſitis genibus orauit, & poſtea corpus aſpiciens dixit Tabita ſurge, Dicent Hæretici Chriſtus etiam rogat Patrem, & hoc non tantum ſemel aut iterum verum ſæpiſſime facit; fatemur quidem quod obijciunt; Rogat quidem Chriſtus vt homo imperat vt Dei filius; Rogat etiam propter circumſtantes, cum videlicet aliquid coram eis acturus erat, ne ſiniſtrum quid ſuſpicarentur cum aliquid coram eis magnificum, & illuſtre operatus erat, rogat Patrem vt crederent illa Dei virtute operari; Rogat ergo Patrem vt homo, qui poterat imperare vt filius Dei, opera namque eius perhibent teſtimonium de ipſo.

De

De Prædeſtinatione Chriſti. Articulus 3.

1 Acerrima eſt inter Sacros Theologos concertatio circa hanc propoſitam difficultatem, & vnuſquiſque ferme in ſuo ſenſu abundat; Nos doctrinam Doctoris ſubtilis ſequentes quid ille ſentiat hic, & alibi aperientes abſtinendo ſecundũ propoſitum noſtrum ab inutilibus diſputationibus; & in primis certum eſt prædeſtinationem, vel ſupponere, vel includere actum Intellectus, & voluntatis, ſupponit enim voluntatem efficacem Dei, & dicit rationem mediorum, per quæ voluntas illa adimplenda eſt; Eſt autem predeſtinatio ex Doctore ſubtili, in 3. diſt. 17. præordinatio alicuius Creaturæ Intellectualis ad gloriam principaliter, & ad gratiam, & admerita in ordine ad gloriam minus principaliter facta à Voluntate Diuina; Dicitur preordinatio, quia predeſtinatio non eſt aliud formaliter quam actus voluntatis Diuinæ, quo ordinat ſtatuit, vult, & determinat dare alicui gloriam non propter merita, quæ præuidit facienda à tali Creatura; ſed ex mera ſua bonitate, & liberalitate; Dicitur alicuius Creaturæ intellectualis quia ſola talis creatura eſt predeſtinabilis, quia ſola eſt beatitudinis capax, cum ſit imago Dei; Dicitur ad gloriam principaliter, quia primo primitate intentionis his, qui prædeſtinati ſunt vult dare gloriam, quæ eſt prædeſtinationis ipſius obiectum, & finis Dicitur tandem ad gratiam, & ad merita in ordine ad gloriam; quia Prædinatio non conſequitur ordine executionis ſine gratia, & Meritis, quæ ex ordinatione Diuina ſunt diſpoſitiones ad gloriam.

2 Prædeſtinatio dicit anteceſſionem, & illam poteſt tripliciter ſignificare vel in Deo, vel in homine, vel in ſuppoſito Dei, & hominis ſimul ſi in Deo dicat anteceſſionem, quocunque formetur propoſito ſemper erit falſa; quia Deus nullo modo eſt prædeſtinabilis, ſi in homine omnis propoſitio facta erit vera ſi inſuppoſito vtriuſque diſtinguendum eſt, ſi enim ſignificat incohationem talis ſuppoſiti abſolute tunc erit falſa ſi vero ſecundum quid vt reſpectu ſubſiſtentiæ humanitatis tunc erit vera; ſed clarius proponitur tribus ſequentibus propoſitio Prima talis eſt, Chriſtus Dominus (ſimpliciter, & abſoluit loquendo eſt ab æterno proprie prædeſtinatus eſt comunis omnium Theologorum probatur ratione, Chriſtus in quantò homo ab eterno eſt à Deo dilectus, & ordinatus ad perfectiſſima dona gratiæ, & gloriæ quæ illi vt omni ab æterno præparata ſunt, ergo proprijſſime poteſt dici predeſtinatus, & confirmatur, quia Chriſtus in quantum homo eſt filius Dei naturalis ratione gratiæ vnionis ſicut ergo hæc vnio ab æterno prædeſtinata eſt ita, & Chriſtus vt homo prædeſtinatus eſt; quamuis enim repugnet Perſonæ Diuinæ ſecundum ſe prædeſtinari Chriſtus nihilominus dicitur ſimpliciter predeſtinatus ratione naturæ humanæ; ſicut quamuis repugnet Deo ſecundum ſe crucifigi, Paulus tamen dicit Dominum gloriæ, crucifixum fuiſse.

3 Secunda propoſitio; Quia filium Dei nihil inter creata antecedit, filius Dei non poteſt dici ſimpliciter predeſtinatus ita comuniter Theologi; nam vt docet Alexander de Ales 3. p. q. 3. Membr. p. in hac voce predeſtinatum eſſe ratione præpoſitionis, præ, notatur anteceſſio alicuius ad illud, quod dicitur predeſtinatum, non eſt autem anteceſſio alicuius reſpectu filij Dei, atque adeo non eſt abſolute concedendum, filius Dei eſt predeſtinatus, & hoc eſt quod vult dicere D. Auguſtinus ſuper illud ad Rom. 8. quos predeſtinauit, hos & vocauit dicens, predeſtinauit non exiſtentes, vocat auerſos, & eodem modo intelligitur quod dicit Origenes, Deſtinatur qui eſt, predeſtinatur qui nundum eſt, non eſt ergo abſolute concedendum filium Dei aliquando non extitiſſe, ergo, nec prædeſtinatum eſſe; Vnde de rigore ſermonis poteſt

ſe intelligenda explicandum eſt , multipliciter enim Grauiſſimi Doctores , & Sancti illam exponunt.

6 Primo Græci Doctores vbi noſtra vulgata dicit prædeſtinatus legunt qui declaratus eſt ; atque adeo non de Chriſti prædeſtinatione ſed de eius manifeſtatione hunc locum intelligunt , atque ita dicunt ſenſum D. Pauli eſſe quod licet Chriſtus factus ſit ſecundum carnem tamen declaratus eſt filius Dei in virtute ſcilicet miraculorum , & in ſpiritu Sanctificandi homines per doctrinam , & per Imperium efficax , & per meritum , & Sanctificationem ſuam , & per virtutem mittendi ſpiritum Sanctum , & Tertio per Reſurrectionem ſuam ex mortuis ita D. Griſoſt. Theophilatus Theodoretus, & Alij Græci exponentes prædictum locum D. Pauli , quæ expoſitio probabilis eſſet niſi obſtaret Concilium Tridentinum Seſſ. 4. vbi definitur , quod Vulgata Latina , eſt nobis pro authentica habenda in diſputatiooibus concionibus , & ſermonibus , non ſolum non licet eam relinquere, ſed omninò debemus eam retinere, atque ita ab Antiquis Patribus latinis legitur , & intelligitur de propria prædeſtinatione ; eſſet nimis proliſſum eoſdem Patres citare cum ſuis locis ideo , quia facile etiam poſſunt inueniri , relinquuntur , ſuppoſito igitur quod ſecundum noſtram vulgatam latinam lectionem loquatur D. Paulus de predeſtinatione Chriſti ſunt plures expoſitiones iſtius loci quibus relictis vnam ſequemur , quæ nititur omni verborum proprietati nempe vt ille idem homo qui factus dicitur ſecundum Carnem dicatur prædeſtinatus ab æterno vt in tempore vere , & proprie ſit filius Dei naturalis.

7 Hæc expoſitio eſt D. Auguſtini D. Bernardi Bedæ Gloſſæ interlini. Lyrani Carthuſiani D. Thomæ D. Bonauenturæ ; Alenſis , & Doctoris ſubtilis in 3. diſt. 7. qu. 3. quæ expoſitio optime accomodatur Verbis D. Pauli , prius enim præmiſit Apoſtolus , qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem , & deinde ſubiungit; Qui prædeſtinatus eſt filius Dei vbi relatiuum illud ; Qui refert Chriſtum ſecundum eandem condicionem ſeu determinationem ſecundum quam factus denominatur , hoc eſt in quantum hominem , & vt ſic dicitur predeſtinatus filius Dei ; Additur vero In virtute , ideſt in potentia , & Maieſtate veri filij Dei ; vel alio modo in virtute ſecundum Spiritum Sanctificationis ideſt vt haberet virtutem ad Sanctificandos homines ; Atque adeo verus , & proprius ſenſus huius locutionis eſt Chriſtus , vt eſt hic homo predeſtinatus eſt vt ſit filius Dei naturalis , cuius predeſtinationis obiectum eſt hic homo vt ſic , in cuius proprio conceptu non includitur , ſuppoſitum filij Dei ſed ſolum id , quod ſubſiſtit in hac humanitate ; quia de ratione huius nominis non eſt hoc ſuppoſitum , ſed ſolum ſubſiſtens in hac humanitate vt ſic , terminus autem huius prædeſtinationis eſt eſſe filius Dei ; præ concipitur igitur hic homo vt ſic prius ratione , quam concipiatur eſſe filius Dei , & hic ordo rationis ſufficit ad hanc prædeſtinationem intelligendam , quia non oportet vt obiectum predeſtinationis in re ipſa prius naturaliter exiſtat quam habeat illud eſſe ſeu formam quæ eſt terminus predeſtinationis ſed ſatis eſt , vt in ratione ſua formali , & conceptu veluti obiectiuo ſit prius.

8 Huc vſque ſatis probatum eſt Chriſto conuenire prædeſtinatum eſſe ratione naturæ humanæ , quia ratione ſuppoſiti Diuini , aut naturæ Diuinæ id illi conuenire non poteſt nunc reſoluendum ; an Humanitati Chriſti , & quomodo conueniat prædeſtinari , negatiuam docuit Medina maxima pompa , In 3. enim partem q. prima art. 3. inquit ; eſt etiam quidam Nouitius Theologus , qui affirmat predeſtinationem ad beatitudinem eſſe quidem Perſonæ , ſed quod predeſtinatio ad vnionem hypoſtaticam , ſed iſte (inquit) non intelligit , quid dicat, ſed contra Medinam Dicendum primo non ſolum ipſi Chriſto conuenire proprie,

&

& vere eſſe prædeſtinatum rationæ naturæ humanæ, ſed etiam ipſi naturæ humanæ conuenit proprie, & vere eſſe predeſtinatam, nam prædeſtinatio eſt preordinatio Creaturæ rationalis ad gloriam ſed natura humana Chriſti fuit ordinata à Deo ad tantam beatitudinem quantum modo habet, ergo ſibi competit eſſe prædeſtinatam Item Deus ab æterno, & ante omnia merita præuiſa abſoluta, & efficaci voluntate decreuit, vt humana natura Chriſti æterna eius beatitudine, & gloria frueretur. & illi preparauit gratiam, & gloriam, & alia ſupernaturali à beneficia ergo recte poteſt dici, ad hæc omnia prædeſtinata, & confirmatur quia teſte Diuo Auguſtino Prædeſtinatio nihil aliud eſt quam preparatio gratiæ, & gloriæ, & Beneficiorum Dei.

9 Dicendum ſecundo, Naturæ humanæ Chriſti conuenire proprie eſſe predeſtinatam ad hoc vt vniretur hypoſtatice probatur ex D. Auguſtino libro de predeſtinatione Sanctorum Cap. 15. vbi ait; predeſtinata eſt humana natura, & tam excelſa ſubuectione eleuata vt quo attolleretor vlterius non haberet; Secundò probatur ratione, quia quamuis nullus predeſtinetur, ad hoc vt conſtituatur in eſſe naturali, quia hoc preſuponitur in predeſtinato, tamen quia prædeſtinari dicit ordinari ad aliquod, eſſe ſupernaturale, & vniri Deo hypoſtatice ſit eſſe Diuinum, & ſupernaturale ſequitur, quod natura humana Chriſti, quæ predeſtinata eſt vnionem cum Verbo vere, & proprie, & ſimpliciter dicatur prædeſtinata 3. probatur; Prædeſtinari, ad gratiam, & gloriam eſt predeſtinari ſimpliciter, vere, & proprie ergo, & predeſtinari ad vnionem cum Verbo, probatur conſequentia, quia gratia vnionis eſt maxima gratia ſecundum D. Auguſtinum 9. de Trinit. Cap. 9. dicentem, in rebus per tempus ortis nulla maior gratia quam quod fieret Deus homo; pro clariori notitia aduertendum eſt quod ſub predeſtinatione ne dum cadit electio alicuius ad gloriam, ſed etiam ad omnia; quæ ad talem gloriam ordinantur, atque ita Deus ab æterno non tantum prædeſtinauit Petrum ad gloriam ſed etiam predeſtinauit eum ad gratiam, & ad merita quæ ſunt media ad conſequendam gloriam vt patet ex Scoto in primo diſt. 41., & breuiter quando quis predeſtinatur ad gloriam principaliter, predeſtinatur etiam ad omnia requiſita ad gloriam, & ſermo eſt non tantum de requiſitis ex natura Rei ſi talia ſunt, ſed etiam de requiſitis ex beneplacito voluntatis Diuinæ.

10 Plura dicenda ſunt in ſequentibus de meritis tam de condigno, quam de congruo hic tangentur ſolum ea, quæ ad propoſitum præſens opportuna iudicabuntur; In primis certum eſt quod ſi fiat ſermo de merito de condigno nullus meruit predeſtinari quia prædeſtionis nulla eſt Cauſa, nec meritum, cum enim prædeſtinatio ſit ordinatio ad gloriam, & preparatio ad gratiam, & merita propter quæ confertur gloriam, ſequitur, quod prædeſtinatio ſit Cauſa meritorum, & per conſequens merita cadunt ſub prædeſtinatione; licet collatio gloriæ effectus ſit meritorum tamquam Cauſæ meritoriæ quia gloriæ collatio eſt etiam prædeſtinationis effectus. Verum vt meritum recte intelligatur notandum eſt meritum poſſe dupliciter accipi materialiter ſcilicet, & formaliter primo modo eſt actus elicitus à voluntate cum auxilio Diuino confirmiter rectæ rationi, & ſic precise includit ſubſtantiam, & intenſionem actus, & alias circumſtantias ſupernaturales; Poſteriori modo accipitur meritum vt includit actum eſſe elicitum cum auxilio Diuino ab habente Charitatem, & ſecundum inclinationem Charitatis, & acceptationem paſſiuam, qua talis actus acceptatur vt condignus vita eterna vt patet à Doctore ſubtili in p. diſt. 17.

11 Primo modo accipiendo meritum dicitur meritum de congruo, quia vt ſic acceptatur à Diuina voluntate, ſicut etiam

dicimus

dicimus, quod attentio eſt diſpoſitio de congruo ad gratiam ex 4. ſent. diſt. 14. q. 2. & hæc modo accipiendo meritum cadit ſub prędeſtinatione ad hunc ſenſum, quod Deus primo ordiuauit perſonam ad vitam æternam, & ſecundò ordinauit acceptare talia, & talia opera, vt diſpoſitiones de cõgruo ad tantam gloriam, ita quod illa opera, vt priora acceptatione paſſiua dicuntur diſpoſitiones de cõgruo, vt acceptentur à Diuina voluntate ad tantam gloriã, ipſa autem opera, vt ab æterno acceptata, & poſteà facta cum dictis circumſtantijs, & requiſitis dicuntur cadere ſub prædeſtinatione de condigno; dicuntur autem cadere, ſub prædeſtinatione de congruo, pro quanto Deus ab æterno ordinauit acceptare in ordine ad gloriam: ſicque omnis congruitas, ſiue ad gratiam, ſiue ad gloriam eſt ſimpliciter ex determinatione Diuinæ voluntatis, & nullo modo ex parte rei, nam enim opera noſtra ſunt accepta, quia bona, ſed quia accepta, ſiue de congruo, ſiue de condigno ſunt bona; Ita quod tota eorum bonitas conſiſtit in acceptatione Diuina.

12 Sicut igitur attritio non eſt ex natura rei diſpoſitio ad gratiã de congruo, ſed ex eo dicitur diſpoſitio de cõgruo, quia Deus ordinauit acceptare illam, vt diſpoſitionẽ de cõgruo ad gratiam, ita vnio naturæ humanæ ad Verbũ non erat ex natura rei diſpoſitio ad ſummam gratiã, nec ad ſummã gloriam, ſed tantũ ex ordinatione Diuinæ voluntatis, quæ ab æterno ordinauit talem vnionem diſpoſitionem eſſe ad ſummam gratiam, & ad ſummam gloriam; Ex dictis ſatis clare apparet Medinam ſuprà n. 8. citatum nullo ſolido fundamento, tam libere locutum fuiſſe, quia ſi antiquos conſuluiſſet Theologos alicui Nouitio Theologo non tribuiſſet dictam ſententiam nimirum prædeſtinationem conuenire, non tantum ſuppoſito, ſed etiam naturæ; neque dixiſſet talem nouitium Theologum eſſe locutum, quæ neſciebat, nam hæc ſententia eſt expreſſe ipſius D. Th. in 3. diſt. 10. q. 3. quæſtiuncula prima; D. Bonau. 3. d. 10. art. 1. q. 1. Doctoris ſubtilis in 3. diſt. 7. q. 3. & ante eos Alexandri Alenſis 3. p. q. 3. Memb. 1. prærerquam quod vnio proprie conuenit naturæ non Perſonæ, atque adeo prædeſtinatio ad vnionem, non poteſt propriæ de nominare perſonam, ſed naturam; Deinde hæc vnio prædeſtinata eſt ab æterno, ergo aliquid poteſt dici vere prædeſtinatum ad hanc vnionem, quia vnio non eſt mere abſoluta, ſed reſpicit vnibilia ergo ſicut Verbum dicitur prædeſtinatum, vt vniatur Carni, ita caro poteſt dici prædeſtinata, vniri Verbo. Cõfirmatur, quia gratia vnionis in tempore humanitati confertur, ergo & ad illam ſuſcipiendam eſt ab æterno ordinata, ſeu prædeſtinata, & non in alio, ſeu per aliud.

13 Clarificat hanc veritatem celebris illa controuerſia inter D. Th. & Doctorem ſubtilem qua partim cõueniunt, & partim diſtinguũtur; An ſcilicet humanitas Chriſti principaliter prædeſtinata ſit ad Beatitudinem, & ſecundario ad vnionem hypoſtaticam, vel è conuerſo; In qua re certiſſimum eſt vtrumque Doctorem conuenire in ſuppoſito nempè humanitatem Chriſti eſſe prædeſtinatum ad Beatitudinem, & ad vnionem hypoſtaticam, quod eſt intentum præſens nimirum prædeſtinationem paſſiuam proprie conuenire naturæ; diſcrepant verò circa illud aduerbium, Principaliter, Nam D Th. 3. p. q. 24. art. 1. cum ſuis diſcipulis tenet, quod prædeſtinatio humanitatis Chriſti fuit principaliter ad vnionem hypoſtaticam, & non ad Beatitudinem; primò quia prędeſtinatio ſolum eſt ad ea, quæ conueniunt prædeſtinato ex gratia, & non ad ea, quæ cõueniunt ex natura, ſed gratia, & gloria conueniunt Animæ ad Chriſti naturaliter propter vnionẽ hypoſtaticam ergo eius prædeſtinatio nõ fuit ad gratiam, & gloriam, ſed ad vnionem hypoſtaticam cum Verbo Dei, quod datum eſt humanitati Chriſti ex maxima gratia, vt ait D. Auguſtinus.

14 Secundò; quia prædeſtinatio humanitatis Chriſti eſt præſtantior prædeſtinatione omnium ſanctorum, & Angelorum ergo habet præſtantiorem terminũ, ſed ſi beatitudo eſſet terminus, tam non haberet

Præſtantiorem terminum, quia etiam gloria eſt terminus prædeſtinationis aliorum ſanctorum, ergo vnio hypoſtatica eſt terminus prædeſtinationis Chriſti; tertiò quia maius bonum non ordinatur ad minus, ſed potius è contra, ſed vnio hypoſtatica eſt maius bonũ quàm beatitudo Animæ Chriſti, ergo vnio hypoſtatica non ordinatur, ad beatitudinem Animæ Chriſti, & per conſequens vnio hypoſtatica non eſt medium; ſed potius terminus prædeſtinationis Chriſti; quarto ſi naturæ aſſumptæ præuidebatur prius beatitudo Animæ quam vnio eius ad Verbum; ergo Beatitudo Animæ eſt maius bonum vnione hypoſtatica, conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens; conſequentia patet, quia poſterius preuidetur, & ipſamet ſit propter gloriam; falſitas conſequentis probatur per illud Apoſtoli ad Hebreos 1. loquentis de Chriſto; tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.

15 Scotus ex altera parte diſt.7.q.3. tertij ſent. ſuſtinet, & quidem verius, & probabilius humanitatem Chriſti principaliter prædeſtinatam eſſe ad beatitudinem, & ſecundario ad vnionem hypoſtaticam; probatur ſic efficaciter; Prædeſtinatio principaliter reſpicit finem, & ſecundario media in ordine ad finem; ſed vnio hypoſtatica eſt medium in ordine ad beatitudinem humanitatis Chriſti, ergo humanitas Chriſti, primò, & principaliter prædeſtinata eſt ad gloriam, & ſecundario ad vnionem hypoſtaticam; Minor probatur, quia non haberet tantam gloriam, niſi hypoſtatice eſſet Verbo vnita iuxta illud Ioan. 1. vidimus gloriam eius gloriã quaſi vnigeniti à Patre; quaſi dicat, quod data eſt tanta gloria, quia erat filius Dei per vnionem hypoſtaticam; & licet vnio hypoſtatica nõ ſit meritum de condigno ad tanta beatitudinem, eſt tamen quid congruũ, vt tali humanitati tanta conferatur beatitudo; Secundò probatur, ordo in exequendo eſt contrarius ei, qui eſt in intendendo ex cõmuni philoſophorum ſententia, & ipſamet experientia, ſed Deus prius ordine executionis vniuit Verbo Diuino naturam humanam, quam cõtulerit ſibi ſummam gratiam, & ſummam gloriam, ergo ordine intentionis prius ordinauit illam ad ſummã gratiam, & ſummam gloriam, quam ad vnionem hypoſtaticam; minor probatur, qui actus primus præſupponitur actui ſecundò, ſed vnio humanitatis ad verbum ſpectat ad actum primum; beatitudo verò ad actum ſecundũm ergo priùs natura fuit natura humana Verbo vnita, quam frueretur Verbo.

16 Nec obſtant rationes in contrarium; non prima, quia minor eius eſt falſa: non enim ſequitur neceſſario beatitudo ad vnionem hypoſtaticam, Immò potuiſſet Deus aſſumere naturam ſine gratia habituali, & ſine viſione beatifica, & cum Decreto firmiſſimo non tribuendi illi viſionẽ beatificam in perpetuum, Nec obeſt ſecũda ratio. Nã prædeſtinatio Chriſti, vel eius humanitatis eſt prȩſtantior prædeſtinatione aliorum Sanctorum, quia fuit ad maiorẽ gloriam, fuit enim ad ſummam beatitudinem, nõ ſic autem cæteri ſancti; Nec tertia officit; nam neutra vnio ſcilicet hypoſtatica, & beatifica eſt maior altera, ſeu maius bonum, quia ſunt diuerſæ rationis, & cõparatio debet fieri in his, quæ ſunt eiuſdẽ rationis; Vel ſecundo reſpondetur, quod vnio hypoſtatica eius maius bonũ, quoad eſſe, quia eſt ad eſſe perſonale Verbi Dei, vnio verò beatifica eſt maius bonũ quoad operari, & ſic quo ad hoc ordinari potuit vnio hypoſtatica ad vnionem beatificam; Quod autem vnio beatifica quoad operata ſit præſtantior patet, tum quia eſt actus vitæ, tum quia vnio per gloriam includit plura obiecta, ponit enim in Intellectu lumen gloriæ, & in voluntate Charitatem, quare operationes procedentes à natura ſic eleuata ſunt ſuper naturales ſecundum ſubſtantiam; operationes verò procedentes à natura vnita tantum hypoſtaticæ, & non ſimul beata eſſent naturales ſecundum ſubſtantiam.

17 Vel poteſt dici tertiò quod vna iſtarum vnionum poteſt altera dici perfectior vel ratione termini, vel ratione ſui priori

modo

modo vnio hypoſtatica eſt perfectior vnione beatifica, quia habet pro termino Deum, ratione cuius termini natura vnita denominatur Deus; poſteriori modo vnio beatifica eſt perfectior, quia eſt actus ſecundus & vitalis, vnio autem in ſe eſt relatio; & licet vnio beatifica ſit ad Deum, vt ad terminum tamen hac vnione Beatus non denominatur Deus; *Vel poteſt dici quarto, (& hoc ad abundantiorem doctrinam)* has duas vniones, ſe habere ad inuicem ſicut excedens, & exceſſum, nam vnio hypoſtatica comparata ad vnionem beatificam eſt maioris perfectionis dignitatis, & excellentiæ, quam vnio beatifica; & vnio beatifica eſt vtilior melior, & diligibilior quam vnio hypoſtatica; nam licet maior ſit dignitas eſſe Regem quam martyrem, tamen melior eſt eſſe Martyrem quam Regem, vel Summum Pontificem; Ita eleuari ad eſſe perſonale Dei eſt ſumma dignitas; ſed frui Deo eſt ſumma fælicitas; Deinde in ratione finis vnio beatifica eſt perfectior, quam vnio hypoſtatica, quæ ordinatur ad vnionem beatificam in ratione finis, ſed reſtat paruula difficultas, nam ſupra dictum eſt ex Scoto Animam Chriſti fuiſſe prædeſtinatam ad ſummam gloriam ex vi vnionis, & quod ſine hac vnione non habuiſſet tantam gloriam ergo videtur naturam humanam fuiſſe prius prædeſtinatam ad vnionem, quam ad gloriam, quomodo ergo verum eſt ex doctrina Doctoris ſubtilis naturam humanam Chriſti prius prædeſtinatam fuiſſe ad gloriam, quā ad vnionem; Reſpondetur quod Doctor intelligit ſimpliciter aliquā prius prædeſtinari ad tantam gloriam, & gloriā in communi, cum ſint eiuſdem rationis, quam prędeſtinetur ad merita, & ad vnionem atque adeo Deus prædeſtinauit prius Animam Chriſti ad ſummam gloriam ordine intentionis habendam per vnionem ordine executionis.

18 Nec prædeſtinatio Chriſti tum ad gratiam, & gloriam, tum ad vnionem hypoſtaticam præceſſit in aliquo priori in Intentione Diuina, quamcumque aliam prædeſtinationem tam Angelorum, quam hominum. Ita ex Doctrina Scoti in 3. diſt. 7. q. 3. & diſt. 21. ad eo quod iuſta eam, in ſecundo ſigno naturæ, in quo Deus reſpicit Creaturas poteſt huiuſmodi ordo preſcribi, & excogitari; vt primo produxerit Deus omnes Creaturas in eſſe obiectiuo; ſecundò in eſſe cognito; tertiò in eſſe poſsibili, & in illo ſigno, in quo intellexit Creaturas, ſed quidditates Creaturarum Voluntas Diuina nullum actum habuit circa illas, niſi actum complacentiæ, quo in illis quidditatibus ſe complacebat, in tertio ſigno prædeſtinauit hos ad gloriam, & gratiam, & circa alios habuit actum negatiuum non prædeſtinando, & in iſto ſigno, ſunt plura ordinata; nam primo prædeſtinauit ad gloriam naturam illam rationalem, quæ ex ordinatione Diuina immediatior erat ipſi vltimo fini, atque ita prædeſtinauit primo naturam à Verbo aſſumendam, & deinde alias creaturas ordinate prædeſtinauit ad gloriam abſolut. 19. Secundò prædeſtinauit vnionem naturæ ad Verbum, cui de congruo correſpondet tanta gloria, nimirū ſumma gloria, & ſumma gratia, atque ita prædeſtinauit; Tertiò naturam illam ad ſummam gloriam, deinde alijs Creaturis prædeſtinauit gratiam, & merita in ordine ad gloriam, vel de cōgruo, vel de condigne, quanta meritis prę uiſis correſpondebat, & in iſto tertio ſigno fuit tantum præuiſio gloriæ & eorum quæ ad gloriam ordinabantur; & nulla fuit prę uiſio, nec de peccatis, nec de pæna, quia in iſto ſigno nullum actum poſitiuum circa reprobatos habuit; In quarto ſigno præuidit peccatum Adæ, & omnes (quantū erat ex ſe in Adam caſuros, & in iſto ſigno voluit Diuina voluntas permittere eos cadere in peccatum, atque ita in iſto ſigno Intellectus Diuinus præuidit omnes illos caſuros, quos voluntas voluit permittere in peccatum cadere; in Quinto ſigno præordinauit, ſiue prępuidit remedium quomodo ſcilicet fieret redemptio per Chriſti paſſionem; ſicque Chriſtus cum omnibus alijs electis prius præuidebatur, & prædeſtinabatur ad gratiam, & gloriam, quam præuideretur paſſio Chriſti, vt medicina contra

lapſum, atque ita prius fuit Chriſtus prædeſtinatus, quam fuerit peccatũ Adæ præuiſum, atque adeo prædeſtinatorũ electio, & potiſſime Chriſti nedum peccati præuiſionem, ſed etiam permiſſionem preceſſit.

20 Ex dictis colligitur Deũ primaria intentione, & prima voluntate, qua voluit ſe creaturis communicare voluiſſe myſterium Incarnationis, & Chriſtum Dominũ Deum ſimul, & hominem, vt eſſet Caput, & finis omnium Diuinorũ operum, ſub ipſo Deo, hoc oſtenditur ex D. Paulo ad Col. vbi loquens de Chriſto Redẽptore noſtro dicit quod imago inuiſibilis Dei, primogenitus omnis Creaturæ, per quẽ, & propter quem cõdita ſunt omnia, & quod eſt ante omnia, &c. & Concil. Sardicenſe, Epiſt. ad omnes fideles, & ſumitur ex Conc. Epheſino to. 1. c. 4. & 5. & to. 4. c. 26. vbi Chriſtus dicitur vnigenitus, vt Deus, primogenitus, vt homo quã expoſitionẽ loci Pauli cit. D. Hier. & D. Anſel. habent; De Chriſto ergo intelligitur, de quo dixerat Paulus, quod eſt primogenitus Creaturæ, & primogenitus ex mortuis cõcedit, quod eſt in omnibus primatum tenens, & eſt ante omnia, & quod propter ipſum ſunt omnia, & quod omnia in ipſo conſtant; Idem dicit Rup. Abbas, lib. 3. de Gloria, & honore filij hominis in Matth. & lib. 13. de gloria Trinitatis, & proceſſione Spiritus ſancti, cap. 20 vbi inter alia inquit; Religioſe dicendum, reuerenterque eſt audiendũ, quia propter hunc hominẽ, gloria, & honore coronandũ Deus omnia Creauit, & infra. Rectius dicitur non hominẽ propter Angelos, ſed propter quondam hominem Angelos quoque factos eſſe, &c. omnia; Hæc Rupert. ibi.

21 Ideo non ſunt audiendi Thomiſtæ Caiet. in 3. p. q. 1. art. 3. qui ex natura, & ordine ipſarum rerum, quæ ſcientiæ, & voluntati Diuinæ obijciuntur colligit, non ſolum prædeſtinationem Chriſti, verum etiam noſtrã prædeſtinationem, & reprobationem præcedere in Deo ex parte rei cognitæ ſcientiam viſionis peccati originalis; Diſtinguit enim tres ordines rerum naturæ, gratiæ, & vnionis hypoſtaticæ, & primum ordinem dicit ſupponi, ſecundò vt fundamẽtum eius, & ſimiliter ſecundũ tertio; Vnde cõcludit omnia, quæ pertinẽt ad ordinem naturæ, in quo dicit contineri omnia peccata, etiam peccatũ Adæ, omnia in quam illa priùs præuideri à Deo, quam videantur, vel prædeſtinẽtur ea, quæ pertinent ad ordinẽ gratiæ; & loquitur aperte Caietanus de ſcientia viſionis, & non tantũ de ſcientia ſimplicis intelligentiæ; Quid ſenſerit D. Th. non aperte conſtat, Ceterũ hæc ſententia videtur omninò abſurda, quod primo patet multis exemplis, nam mors prædeſtinati ſpectat ad ordinem naturæ, & tamen preſcientia illius mortis in Deo non antecedit electionem talis hominis ad gloriam, cum potius talis mors, cum talibus circumſtãtijs ſit effectus talis prædeſtinationis, & electionis, ſimiliter peccatum crucifigentium Chriſtum pertinet ad ordinem naturæ, vt ipſe Caietanus dicit; Quis autem intelliget præuidiſſe Deum peccatum crucifigentium Chriſtũ, quam ipſum Chriſtum prædeſtinauerit?

22 Chriſtus Dominus nõ ſolum fuit primogenitus omnis Creaturę, eo modo, quo dictũ, & expoſitũ, atque probatum eſt ſup. n. 20. ſed eius prędeſtinatio fuit cauſa meritoria noſtræ æternæ prædeſtinationis, & electionis iuxta illud D. Pauli ad Epheſ. 1. P[...]ſentis, elegit nos in ipſo vt eſſemus ſancti ante Mundi conſtitutionem, quem locũ omnes ſancti intelligunt de æterna noſtra prædeſtinatione quæ antecedit omnia opera noſtra, non enim dicit quia eramus ſancti, ſed vt eſſemus ſancti, & ibidem ait; qui prædeſtinauit nos in adoptionẽ filiorum per Ieſum, vbi li Per. dicit cauſam meritoriam; & ratio eſt, quia Chriſtus meruit nobis omnes effectus prædeſtinationis, per quos ordinamur ad æternam vitã ergo, & ipſam prædeſtinationem; probatur antecedens; quia Chriſtus meruit nobis non ſolum gratiam, & gloriam noſtrã, ſed etiam fidem, & omnes diſpoſitiones, quæ proximè, vel remotæ antecedunt noſtram iuſtificationem; quod quidem certiſſimum eſt, & veluti de fide tenendum, quod infra cum erit ſermo de merito Chriſti clare probabiliter.

De

De Cauſis Incarnationis Dominicæ. Caput II.

De Cauſa finali Incarnationis Dominicæ. Art. 1. 121.

1 NVlli dubium eſt Deum agere propter finem; Nam omnes agens per intellectum, & voluntatem prius agit ex intentione finis; ſed Deus agit per Intellectum, & voluntatem ergo agit ex intentione finis; finis autem operum Dei eſt communicatio ſuæ bonitatis, & gloriæ; nullus rurſus effectus eſt, in quo magis eluceat, & communicetur Diuina bonitas, quam opus Incarnationis ergo videtur primario intentum; Confirmatur; ſi enim finis ſimpliciter eſt communicatio, & manifeſtatio Diuinæ bonitatis vbi eſt maior communicatio illius ibi eſt maior ratio finis, & conſequenter primaria, & principalior intentio, ſed in natura aſſumpta non ſolum eſt maior communicatio bonitatis Diuinæ, quam in cæteris Creaturis; ſed etiam tota & plenaria diffuſio. In ipſo enim placuit omnem plenitudinem Diuinitatis inhabitare corporaliter, ergo videtur fuiſse prima, & potiſſima ipſius Dei intentio; Deinde communicatio Dei ad extra ſiue ſit per naturam, ſiue per gratiam, ſiue per gloriam quomodocumque ſit vel ſe habet ad Deum tanquam Mediũ ad finem vel tanquam finis proximus operum Dei; ſi priori modo Incarnatio eſt opus quo Dei ſapientia, & bonitas ſumme Manifeſtatur, ergo eſt primum in ordine ad Deum, quod autem eſt in ordine ad Deum primario fuit ab ipſo ordinatum ergo primario fuit ordinata Incarnatio.

2 Si poſteriori modo conſideretur talis communicatio; ſic etiam Incarnatio eſt perfectior omni fine proximo, quia proxime illi accedit, immo & illi vnitur; Item totius mundi Creatio diſpoſitio, & gubernatio videtur eſse principaliter propter electos, quorum primus eſt Chriſtus, ſed finis his omnibus eſt prior, quæ ſunt ad finem, ergo ipſe Chriſtus propter quem potiſſimum omnia condita ſunt videtur eſſe primus in Intentione Diuina ſicut, & inter electos; Igitur excellentia ipſius Miſterij Incarnationis, & alia bona ipſum immediate ſequentia fuit primaria ratio à parte rei cur Deus voluit incarnari primitate ſaltem originis reſpectu redemptionis ſubſecutæ, in Voluntate enim Diuina (ſecluſa omni imperfectione, quæ in ſucceſſione, & multitudine actuum conſiſtit) hæc omnia eſſe poſſunt, quæ à nobis iuxta captum noſtrum ſecundùm ordinem, & diſtinctionem rationis conſiderantur, vt alibi demonſtratum eſt, Quod autem attinet ad extrinſecam rationem euidens eſt hoc myſterium per ſe amabilius, & præſtantius fuiſſe, quam ſint homines vel Angeli non ſolùm in eſſe naturæ ſed etiam in eſſe gratiæ, & gloriæ. Quia illud opus eſt maius, & excellentius immò quodammodo eminenter; & virtute in hoc continentur cetera omnia præſtantiora Dei opera ergo euidenter concluditur huiuſmodi Myſterium primarium fuiſſe in Intentione Dei inter omnia opera eius.

3 Inſuper licet Diuina voluntas ſit libera nullus tamen auſit negare illam omnia ſapientiſſime operari ergo ſicut vniuerſas res per ſe voluit primario propter perfectiones eorum, ita multo magis credendum eſt hac ratione primario Miſterium Incarnationis voluiſſe; Rurſus recta voluntas diligit vnumquodque quatenus diligibile eſt, ſed quod præſtantius eſt, & perfectius eſt magis diligibile; ſed excellentia Incarnationis cæteris omnibus præſtat Dei operibus ergo fuit magis à Deo dilecta; & conſequenter primario intenta quia quod magis diligitur magis intenditur. Confirmatur, quamuis enim Angeli dicantur in miniſterium hominum Creati, hæc tamen non fuit primaria Creationis eorum ratio, ſed potius vt ſeipſum Deus eis communicaret, & quandam ſui ſimilitudinem, ac maiorem perfectionem communicauit homini per Incarnationem, quam vlli alteri Creaturæ ergo quamuis dicatur Incarnatus, vt homines redimeret

videtur tamen hoc effeciſſe; vt abundantius ſe ſe communicaret.

4 Idem concludit ab abſurdo D. Cirillus lib. 5. Theſauri cap. 8. vbi contra Arianos ita argumentatur, ſi (vt Hæretici dicunt) vt nos produceret Deus. Filium produxit, eritque propter nos factus non nos propter ipſum, cur ergo nobis non aget gratias, qui propter nos eſt? erit etiam ipſe gloria noſtra, ſicut fæmina viri, non vir Creatus eſt propter fæminam, ſed fæmina propter virum (& infra) ſi propter nos filius eſt factus non nos propter ipſum primi nos erimus apud Deum; ſic enim Deus nos primo deinde filium propter nos incendiſſe videbitur. Hæc omnia, & alia abſurda ibidem infert D. Cirillus cótra Arianos, quæ tamen æque ſequuntur in propoſito ſi ad Chriſtum, vt hominem applicentur, & propter nos primario dicatur intentus & prædeſtinatus; ex dictis facilis eſt reſolutio illius celeberrimæ controuerſiæ quæ vertitur inter Theologos primarios vtrum ſcilicet ſi homo non peccaſſet filius Dei Incarnatus fuiſſet vtraque pars negatiua, & affirmatiua non caret ſuis patronis ſolemnibus qui eas defendant, & ſuis rationibus, quibus fulciantur, quarum tamen ventilatio remittitur ad controuerſiſtas, nos contenti erimus ſubſtantialia, & vtiliora tetigiſſe.

5 Affirmatiuam Alexander Alenſio 3. p. q. 2. membro 13. Alb. Magn. in 3. diſt. 20. art. 4. Scot. in 3. diſt. 7. q. 28. ſed hic ſunt & diſt. 19. q. vn. & plures alij defendunt; & quidé rationabiliter; Ná Incarnatio facit ad perfectionem hominis, & cóſequenter etiam ad perfectionem vniuerſi, in hoc quod vltimum humano generi affert complementum, & ſecundum naturam, & ſecundum gratiam, & ſecundum gloriam; Secundum naturam quia in Incarnatione omnis modus eſt completus ducendi hominem in eſſe; Quidam enim homo fuit eductus nec de viro nec de femina vt Adamus, quædam de viro, & non de fæmina, vt Eua, quidam de viro, & de fæmina, vt cæteri, eius Nepotes, Reſtabat igitur quartus modus educendi hominem de fæmina, ſed non de viro; Quiquidem fuit per Incarnationem Verbi complendus, & præterea cum Dei opera debeant eſſe perfecta, ad perfectionem naturæ humanæ videbatur conuenire, quod qui fuerat ad imaginem Dei conditus, ipſi Imagini naturali eſſet vnitus, & qui erat vnitus inter opera Dei coniungeretur cum ſuo principio.

6 Secundum gratiam etiam quia per Incarnationem, Chriſtus non ſolum vt Deus, ſed etiam vt homo debebat eſſe caput totius Eccleſiæ; ad hoc autem, vt hęc illi membra poſſent eſſe addita, & coniuncta debuit habere gratiam Capitis gratiam ſingularis perſonæ, & gratiam vnionis hypoſtaticæ. Hæc autem triplex gratia non fuiſſet in Chriſto ſi humanam naturam non aſſumpſiſſet cum Deus, vt Deus non ſit capax recipiendæ gratiæ; ſed potius illam conferendæ cumulus itaque defuiſſet ſi Chriſtus humanam naturam non aſſumpſiſſet; immò & vltimum meriti complementum; Humana ſiquidem merita propendent ex meriti Incarnati Verbi ſicut & omnis gratia ex gratia vnionis hypoſtaticæ videtur confluere, & emanare vt in confeſſo eſt apud omnes Theologos. Secundum gloriam denique imperfecta remanſiſſet natura humana ſi à Verbo Dei non fuiſſet aſſumpta; Cum enim homo duplici conſtet ſubſtantia corporea ſcilicet, & ſpirituali corpore nimirum, & Anima, ad hoc vt ſit perfecta eius gloria ſecundum vtramque debuit beari; Hoc eſt enim duplex ſtola quæ paſſim in ſacris pœnis hominibus eſt promiſſa, & de qua loquitur etiam Chriſtus dicens, egredientur & ingredientur, & paſcuam inuenient egredi autem ad contuendam humanitatem non poſſent ſi illa non eſſet aſſumpta. Beatitudo igitur hominis aliquo modo remanſiſſet diminuta immò maxima ex parte plus enim eſt vniri Deo in perſona quam per gloriam, & beatitudinem, quia illa vnio eſt eſſentialis ita accidentalis.

7 Denique noſtra natura ad ſummum non eſſet prouecta apicem ſummus enim humanæ naturæ totius vertex eſt quod in vtroque ſexu omnes Angelorum ordines, & Hie-

& Hierarchias humana natura tranſcendat quatenus Chriſtus vt hoc exaltatus eſt ſuper omnes Choros Angelorum;& Beata etiam Virgo Maria tanquam eius Mater, horum autem nihil contigiſſet, ſi Filius Dei Incarnatus non fuiſſet, nec enim vllus homo ad tantum gloriæ apicem aſpirare potuiſſet. Vnde maximum propter peccatum obueniſſet homini emolumentum, quod iuſto, & Innocenti fuiſſet interceptum; Quin cum nunc temporis gloriari peſſimus hominem eſſe Deum, & Deum eſſe hominem,hoc vtique bono, quod penè infinitum eſt priuatus fuiſſet hoc quantum vis iuſtus, quo tamen fuit donatus quantumuis peccator; Iuſtus igitur cum ſit Deus, non videtur hoc iuſto denegari debuiſse,quod iniuſto præbuiſset; Quamvis noſtræ iuſtitiæ, tantum bonum nunquam potuiſset promereri,& nunquam ex iuſtitia ſed ex ſola gratia illud beneficium fuiſset impenſum, ita enim omnem iuſtitiæ humanæ rationem excedit, vt nulla poſſit Deo inferri iuſtitiæ ratio ad illud conferendum; tamen ſecundum noſtrum modum intelligendi iuſtius videtur iuſto quam iniuſto tantum beneficium conferre;& ideo Scotus cum ſuis Aſseclis non exoticum, nec à ratione alienam aſtruit doctrinam.

8 Vlterius probatur ex parte Diuinæ voluntatis & prædeſtinationis, quia cum ſcriptum ſit; Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri voluntate antecedenti; Vnde prædeſtinatio cuiuſcumque hominis precedit naturaliter preſcientiam peccati ex parte obiecti; ſequitur ergo quod multo magis predeſtinatio eſt Animæ Chriſti ab Eterno ad ſummam gloriam, Vnde prius voluit naturaliter Deus gloriam Animæ Chriſti inter omnes predeſtinatos, ergo ſi homo non peccaſset Anima Chriſti glorificata fuiſset quod eſt noſtrum intentum; Item ſi Deus predeſtinaſset Chriſti Incarnationem tantummodo propter aliorum redemptionem de lapſu plura ſequerentur inconuenientia; Primum quod tam ſummum bonum ideſt ſumma Chriſti gloria, eſset ordinatum in entibus propter minus bonum ideſt propter lapſi hominis reparationem,quod non eſt veriſimile, ſecundum quod Deus præordinans Adam & Chriſtum prius præordinaſset Adam quam Chriſtum, quod etiam non eſt veriſimile. Tertium quod Deus prius preuidiſset Adæ lapſum quam Chriſtum prædeſtinaſset, quod eſt abſurdiſſimum; ſi enim ſic preuiſus eſset Chriſtus ſolum propter hoc quia Adam erat caſurus ſequeretur. Quartum inconueniens quod Anima Chriſti gaudium haberet de Lapſu Adæ.

9 Poteſt ergo dici quod Deus prius natura preelegit ad illam Celeſtem curiam omnes, quos voluit habere, & Creare Angelos & homines indeterminatis gradibus prius in quam natura quam præuideret circa peccatorem de peccato vel de penitentia; Vnde nullus eſt predeſtinatus ſolum propterea quia alius eſt caſurus vt ſic nullum oporteat gaudere de lapſu alterius;nec reportare comodum, & vtilitatem de peccato ſicut homo reuera retuliſset ſi ipſo peccante filius Dei Incarnari debuiſset; Hæc veritas huc vſque oſtenſa adhuc confirmari poſset ex reuelatione facta Adæ in ſtatu Innocentiæ de hoc miſterio abſque vlla ſignificatione peccati vel redemptionis prout Ambroſius, & Anſelmus ſuper Geneſim ſecundo Griſoſt.hom.20.in Epiſt.ad Eph. D. Auguſtinus Serm.5. de Nat. Domini, & alij exponunt illud Gen. ſecundo hoc nunc os ex oſſibus meis; Præſciuit ergo Adam Incarnationem futuram,& tamen non præſciuit eum futuram propter ſuam redemptionem,quia non fuit præſcius ſui caſus ex D. Auguſtino lib.11. ſuper Gen. ad litteram cap. 18. ſicut ergo Adamo reuelatum eſt hoc Miſterium abſque vlla ſignificatione peccati vel redemptionis, ita intelligi poteſt definitum eſse à Deo ante permiſſionem peccati, & primam rationem prædeſtinationis non fuiſse redemptionem peccati, ſed fuiſse illam, quæ pertinet ad dignitatem Miſterijs Incarnationis.

10 Partem negatiuam nempè quod ſi homo non peccauit filius Dei Incarnatus

on fuiſset, & vnicam rationem ſuæ Incarnationem, & Cauſam nempe prolapſi hominis redemptionem defendunt D. Th. 3. p.q. 1. art. 3. Caietanus, & ferè omnes Thomiſtæ probat D. Thomas loc. cit. nam ea quæ ex ſola Dei voluntate ſupra omne debitum naturæ proueniunt nobis innoteſcere non poſſunt, niſi quatenus in ſacra ſcriptura traduntur, per quam nobis ad Diuinam voluntatem cognoſcendam pateſcit aditus (addiderim) niſi Eccleſiæ authoritas, aut Patrum vniformis conſenſus vel approbatorum Conciliorum decretũ, aut ſummorum Pontificum declaratio, vel Apoſtolica traditio vbi deeſt ſcriptura intercedat; Hæc enim omnia poſſunt eſſe ſufficiens nota voluntatis Dei: Cum igitur horum nullum dicat Incarnationem Verbi Diuini alia de cauſam quam propter peccatum hominis factum eſſe videtur quod peccato non exiſtente, voluntas Dei non fuiſſet carnem humanam aſſumere; & quidem quoad auctoritatem ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum Patrum magis congruere videtur filium Dei Incarnatum fuiſſe propter peccatum hominis delendum, quam vlla alia de Cauſa. Lucæ enim 19. dicitur venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. Vnde D. Auguſt. Serm. 8. de Verbis Apoſtoli, ſi homo non periiſſet filius hominis non veniſſet; & ipſe Chriſtus Ioan. 3. ſic teſtatur; ſic Deus dilexit Mundum vt filium ſuum Vnigenitum daret; & 1. ad Timoth. 1. Erit Chriſtus in hunc Mundum peccatores ſaluos facere vbi D. Auguſtinus inquit nulla Cauſa fuit Chriſto veniendi niſi peccatores ſaluos facere.

11 Verum hæc opinio quamuis piiſſima non cogit ob ſuas rationes diſcedere à prima opinione; Scripturæ ſiquidem loquuntur de facto præſupoſito Adami peccato; ſancti verò Patres poſſunt exponi quod Chriſtus non veniſſet in Carne mortali, & paſſibili nec vt Redemptor, ſed vt ſanctificator, & Glorificator, nec in contrarium reperiuntur Summorum Pontificũ decreta, aut Eccleſiæ Catholicæ traditiones aut Conciliorum Canones licet enim in Niceno dicatur; quod propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis debet intelligi prout res ſunt de facto non de poſſibili vt fuiſſent, Dices; ſecundum hanc rationem, & cauſam magis comendatur Diuina miſericordia quod filius Dei potius voluerit Incarnari propter hominem peccatorem quam propter Innocentem; quod enim iuſto conferratur gratia vel gloria non tantæ videtur aut Miſericordiæ quantæ iniuſto, & peccatori gratiam, & gloriam deperditam reſtituere. Reſpondetur vltro concedendo, ſed cauendum eſt ne inde ſequatur defectus iuſtitiæ, quia iuſtitia & miſericordia æqualiter ſunt Deo attribuendæ; Quicquid ſit ſoli Diuinæ ſcientiæ, & voluntati referendum eſt.

12 Dices ſecundò ſi Deus voluiſſet tam magnificare hoc Miſterium quare ad hoc non aſſumpſit naturam Angelicam, quæ cũ à tota ſpecie ſit perfectior natura humana aptior fuiſſet ad oſtendendam huiuſmodi magnificentiam Albertus magnus D. Bonauentura, & D. Thomas varie reſpõdent, & nimis longum eſſet, & tediofum eorum reſponſiones recenſere; ſatis erit dicere ſi aſſumpſiſſet naturam Angelicam fuiſſet aliud Miſterium quam Incarnationis; ſic quid aliud, & aliud incenſum Deus debuiſset habere, Deinde Deus in ſuis donis elargiendis non ſolet reſpicere naturalia nec ſecundum menſuram naturalium ea partiri, immò ſecundum Apoſtolum 1. ad Cor. 1. ſolet aſſumere ignobilia, & contemptibilia ad ſublimia, & nobiliſſima opera perpetranda, inſpiciamus oculis fidei Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius Beatiſſimam Matrem eſſe eleuatos ſuper omnes Angelorum Choros, quamuis eorum natura humana fuerit naturaliter inferior quacumque infima natura Angelica, natura igitur Angelica fuit quidem aſſumptibilis, Deus tamen (vt D. Paulus docet Hæbreos 1.) non Angelos apprehendit, ſed tamen Abrahæ. Quare hoc? quia ſic ſibi placuit.

13 Huc vſque dicta ſatisfaciunt dubitationi vtrum ſi Adam non peccaſſet filius

Dic

Dei Incarnatus fuiſſet, & ob quam cauſam; Hunc ſuppoſito lapſu primorum Parentum certo tenendum eſt Filium Dei aſſumpſiſſe naturam humanam, & veniſſe in Mundum propter peccatores redimendos & ſaluandos; non enim (inquit ipſe Chriſtus) veni vocare iuſtos ſed peccatores;& rurſus non eſt opus bene habentibus medico ſed male habentibus; ex quibus verbis magnum reſultat dubium reſoluendũ; nimirum: An Chriſtus principalius venerit ad originale an verò ad actuale tollendum, ſupponitur vtrumque; certum eſt enim prout D. Thomas docet quod Chriſtus non ſolum per ſuum Aduentum originale deleuit,ſed etiam actuale; dummodo Aduentus eius remedium efficaciter per fidem, & Sacramenta applicetur; eſt enim de ſe ſufficiens ad quodlibet peccatum expungendum, & ideo perſpecto effectu videtur quod non ſolum ad originale delendum, ſed etiam ad actuale tollendum venerit; Hoc dubium eſſe poteſt maximum vtrum principalius propter vnum quam propter aliud venerit; ex quo laboretur aliud,ſcilicet ſi peccatum tantum reperiretur originale ſine alio mortali Chriſtus fuiſſet Incarnatus, & vice verſa ſi mortale ſine originali reperiretur ipſe Chriſtus adhuc Incarnatus fuiſſet.

14 Pro horum intelligentia conſiderandum eſt potiſſimum Incarnationis rationem fuiſſe prout nunc de facto contingit, humanæ naturæ reparationem: Illud igitur peccatum quo natura humana erat magis infecta potiſſima videtur eſſe in cauſa cur Incarnatio Verbi Diuini ſit facta; iam ergo aliquod peccatum poteſt genus humanum magis inficere dupliciter; aut ſecundum numerum, & pondus, aut ſecundum radicem, & quidem ſecundum radicem originale peccatum magis naturam humanam inficit; Ab vno ſiquidem homine progreſſum per totum genus poſteritatis eius diffunditur, immò eſt fons omnium aliorum peccatorum; ex originali ſi quidem mortalia ſcaturiunt, cum hominem iuſtitia originali ſpoliauerit, & eam reliquerit ſuis affectibus inordinatis (tanquam extrinſecũ)ſubiectũ,cetera verò mortalia peccata ſunt quidem plura ſecundum numerum, qui ſæpius ſunt repetita, & ſæpius commiſſa, Vnicum eſt enim originale, quod eſt per omnes diffuſum; iſta verò multa, & crebra, ſunt etiam grauiora ſecundum pondus ſi ſingule conſiderentur Perſonæ,quamuis enim in Adamo peccatum originale fuerit grauiſſimum, hoc tamen fuit, quia in ipſo erat actuale, in cæteris verò originale, in quibus eſt diſperſum non videtur tantæ eſſe atrocitatis, ſicut ſunt multa mortalia in Deum nefarie commiſſa.

15 Iam ergo ſi ex altera parte ponderemus peccatorum numerum, & grauitatem, cum reparatur venerit, vt vbi maior erat neceſſitas ibi oportunius conferret beneficium & remedium, ſic videtur non ſolum propter originale delendum, ſed etiam propter mortalia tollenda filium Dei carnem humanam aſſumpſiſſe, quid enim profuiſſet ab originali liberari, niſi & actualibus poſſemus erui,in hominibus ſaltem Adultis, & peccato aliquo mortali irretitis; ſi verò ex altera parte peccati infectionem attendamus, cum peccatum originale non ſolum perſonam, ſed etiam naturam inficiat; actuale vero ſolum perſonam,& non naturam communem,immò cum originale ſit cauſa ſaltem prauia omnium actualium in nobis, actuale verò numquam cauſa originalis niſi in ſolo Adamo; videtur quod originale peccatum fuerit cauſa præcipua cur aduenerit redemptor; Tanto enim principalius ad alicuius peccati deletionem Chriſtum venit, vt eſt ait D.Thom. 3.p.q. 1.art.4. quanto illud peccatum maius. Dicitur autem aliquod peccatum maius dupliciter vno modo intenſiue ſicut eſt maior caliditas, quæ eſt intenſior, & per hunc modum maius eſt peccatum actuale, quam originale quia plus habet de ratione voluntarij; Alio modo dicitur aliquid magis extenſiue ſicut dicitur albedo, quæ eſt in maiori ſuperficie, & hoc modum peccatum originale per quod totum genus humanum inficitur eſt maius quolibet peccato

to actuali, quod eſt proprium ſingularis perſonæ, & quo ad hoc Chriſtus principalius venit ad tollendum peccatum originale quam actuale in quantum bonum Gentis dignius, & eminentius eſt, quam bonum vnius.

16 Recoligendo ergo dicendum eſt ad propoſita dubia quod Chriſtus venit in carne mortali præcipue ad peccatum originale delendum, & quaſi ex conſequenti ad tollendum etiam actuale quod inde profluxerat, nam illud potiſſimum venit Chriſtus redimere, & reſtaurare quod aſſumpſit, vt in ipſo tanquam viuificante viuificaretur quod aſſumptum fuerat, ſed Chriſtus naturam humanam aſſumpſit, & non perſonam ergo ipſam potiſſimum venit viuificare naturam, peccatum autem naturæ eſt originale, & actuale eſt perſonæ ergo. Si tamen ſolum actuale fuiſset, & non originale licet non ſolum vnam aut alteram perſonam infeciſſet, ſed plures immò licet multa peccata mortalia à multis fuiſsent perpetrata, non arbitramur propterea Chriſtum in carne mortali venturum fuiſse; quia tota natura non fuiſset infecta; ſed ſi peccatum mortale in omnibus hominibus regnaſset, aut ab omnibus contractum fuiſset arbitramur, tunc Chriſtum æque in carne venturum ad reſtaurandam totam ſpeciem deperditam ſicuti nunc; niſi forſan grauitas facinoris iuſtitiam potius ad vlciſcendum quam benignitatem Diuinam ad commiſerandum prouocaſset, qui enim peccat actualiter cum ex pleno voluntatis dominio auertatur à Deo magis iram ad vlciſcendum accendit longe quam qui ſolum peccat originaliter, cum voluntas proprie non concurrat; Denique ſi ſolum fuiſset peccatum originale, & nullum peccatum actuale adhuc Chriſtum arbitramur in carne venturum, vt totum humanum genus per tale peccatum redimeret.

17 Quamuis ſit certiſſimum nihil eorum quæ ſunt ad extra imponere poſse Deo neceſſitatem; nihilominus non inferioris notæ Doctores videntur aſtruere fuiſse neceſsarium Deum Incarnari, quibus tamen non obſtantibus, communis eſt Sanctorum Patrum, & Theologorum conſenſus non fuiſse neceſſarium Chriſtum Deũ Incarnari; Diſtinguendum tamen putamus; Nam neceſſitas multis modis poteſt ſumi; eſt enim neceſſitas abſoluta, reſpectiua, conſequentis, conſequentiæ, coactionis, prohibitionis, exigentiæ indigentiæ, ineuitabilitatis, & immutabilitatis; &c. neceſſitas abſoluta eſt quando aliquid abſolute, & ſimpliciter eſt neceſſarium; vt Cauſa efficiens ad effectum producendum; reſpectiua quando aliquid non eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed ex ſuppoſitione, vel relatione, & ſecundum quid; neceſſitas conſequentis, quando neceſſe eſt aliquid ita ſe habere, conſequentiæ vt ſi currit, mouetur; coactionis, vt quando violenter aliquid mouetur, vel impellitur ab alio cui non poteſt obſiſtere; prohibitionis, quando è contrario prepeditur à fortiori cuius reſiſtentiam non poteſt infringere; exigentiæ, quando ita neceſſario res exigit; Indigentiæ, quomodo dicitur neceſſarius cibus ad vitam, ineuitabilitatis ſicut mori neceſſe eſt; & immutabilitatis ſicut ſolet eſse decretum Diuinum.

18 Concludimus ergo non fuiſſe neceſſarium Chriſtum Incarnari ſimplici, & abſoluta neceſſitate, ſed ſolum reſpectiua, & ex ſuppoſitione, ſeu ſecundum quid ſuppoſito ſcilicet decreto Diuino, nec neceſſitate conſequentis, quia ex ſe poterat aliter ſe habere, ſed ſolum neceſſitate conſequentiæ facta illatione ex voluntate Diuina; nec neceſſitate coactionis, aut prohibitionis ſed ſolum indigentiæ vel exigentiæ ex parte hominis, Indigebat enim mediatore natura humana, & exigebat glorificatorem licet Deus aliter potuiſſet ſupplere indigentiam, & exigentiam, nec rurſus ex neceſſitate ineuitabilitatis, hoc enim Deus poterat euitare, ſed ſolum immutabilitatis conſilij Diuini; quamuis enim illud in ſuo fonte ſit liberum illo tamen ſemel ſancito, cum factum ſit ex clara rerum indagine, & notitia nunquam ſolet reuocari, non quod cogatur Deus illud explere, ſed quod ſponte velit

Velit, & nunquam pigent; ſponte enim oblatus eſt, quia ipſe voluit, & ſecundum magnam miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit ergo non ſecundum neceſſitatem mi. ſericordia enim ex libero propoſito miſerendi procedit.

19 Præter prædictos fines Dominicæ Incarnationis, nempe promotionem hominis in bonum, & erectionem eiuſdem à malo, alij ſubalterni aſſignari poſſunt; quorum primus eſt ad augendam fidem eiuſdem hominis, certior enim redditur ex hoc quod ipſi Deo loquenti credit. Ita D. Auguſtinus 11. de Ciuit. Dei Cap. 2. vbi dicit, vt homo fidentius ambularet ad veritatem, ipſa Deitas filius homine aſſumpto conſtituit, atque fundauit fidem; Secundus ad excitandum ſpem quæ per humanitatem aſſumptam; Hinc D. Paulus inquit ſi proprio ſuo filio non pepercit, ſed pro omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum *illo* nobis omnia donauit? *Tertius* ad Charitatem fouendam, quæ maxime per hoc ſuccenditur, quod Charitatem Dei tantam erga nos homo conſiderat quod noſtram naturam in vnitatem perſonæ voluerit aſſumere, ideo D. Auguſtinus de Catechizandis rudibus cap. 4. ait quæ maior eſt cauſa aduentus Domini, niſi vt oſtendet Deus dilectionem ſuam in nobis? & poſteà ſubdit ſi amare pigebat ſaltem redamare non pigeat; Quartus ad prebendum exemplum bonorum operum. Ideo benedixit Chriſtus exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ità & vos faciatis, ſicut & propheta prius prænunciauerunt dum dixit erunt oculi tui videntes paſtorem tuum, & audies Verba poſt terga monentis. Hi & alij fines Dominicæ Incarnationis, ſed iſti noſtræ breuitati ſufficiant.

De Cauſa efficiente Dominicæ Incarnationis. Art. 2.

1 NOn erit difficile inquirere, & inueſtigare Cauſam efficientem huius excelſi Miniſterij, cum enim opus Incarnationis ſit opus ad extra, certum eſt eſſe opus totius Trinitatis, cuius omnes perſonæ æqualiter concurrunt ad opera ad extra, ideò ſicut vere ſunt, ita vere dicuntur opera Trinitatis indiuiſa; Quæ ſanctiſſima Trinitas cum ſit vere omnipotens eius omnipotentia reſpicit omne poſſibile tam phyſicum quam logicum; pro cuius intelligentia notandum ex Doctore ſubtili in primo diſt. 2. q. 7. quod poſſibile duplex eſt ſcilicet logicum, & reali ſiue phyſicum; Poſſibile logicum eſt modus compoſitionis ab Intellectu formatæ illius quidem, cuius termini nullam includunt contradictionem, & nullum inuoluunt repugnantiam, atque hoc modo hæc propoſitio Deus eſt, Deus eſt Deus poſſibilis appellari poteſt. Poſſibile reali ſiue phyſicum dicitur, quod ab aliqua potentia in re accipitur velut à potentia alicui inherente, vel ad illud tanquam ad terminum terminata. In propoſito vtroque modo vnio hypoſtatica eſt poſſibilis priore quidem; quia hæc propoſitio eſt poſſibilis; naturam humanam poſſibile eſt Verbo vniri; poſteriori etiam modo accipi poteſt pro reali poſſibilitate, quia vnio naturæ ad ſuppoſitum fuit realiter cauſata atque adeo terminus eſt potentiæ realis; vt infra magis videbitur.

2 Et ne procedamus in æquiuocis notandum eſt ſecundò quod nomine Incarnationis intelligitur ineffabilis vnio qua humanitas Verbo Diuino vnita eſt, à qua humanitate, & Verbum eſt homo, & Deus eſt homo, & ſimiliter hic homo Chriſtus eſt Deus à Deitate; Quare cum Verbum Dei ſubſiſtat in duabus naturis Diuina ſcilicet, & humana, vt de fide tenendum eſt; Ideoque de Chriſto Domino vero Deo conueniunt, & ea quæ ad humanam pertinent naturam, vt in ſuppoſito. Secundò enim quod Deus eſt, dicitur de Deo quod eſt æqualis Patri, quod eſt immenſus, omnipotens æternus, & cætera quæ de Deo dicuntur; Secundum verò, quod eſt homo dicitur de eo quod eſt minor Patre, quod eſurierit, quod ſitierit, quod fatigatus ſit, flagellis cæſus, obbrobrijs ſaturatus crucifixis

fixus mortuus & ſepultus, quod reſurrexit & ad Cœlos aſcenderit, & ſi nihil; Vnde quando de illa ſublimia, & excelſa prædicantur ad Diuinitatem referenda ſunt; Quando verò infima, & abiecta ſecundum hominis rationem ſibi conuenire penſare debemus; Quod quidem ſubſiſtens in duabus naturis Diuina, & humana dicitur Chriſtus, Vnde Chriſtus idem eſt ac Perſona in qua Diuina natura, & humana vnicæ ſunt; De qua vnione plura dicenda ſunt in ſequenti articulo.

3 Non tamen imaginandum eſt illas duas naturas eſſe in tali ſuppoſito quodam confuſo modo per conuerſionem ſcilicet perſonæ aut naturæ Diuinæ in naturam humanam, ita vt Deum Incarnari ſit Deum Incarnari conuerti, neque etiam eſt perſonam Diuinam miſceri cum humana natura ad conſtituendum aliquod tertium ſicut elementa vniantur in mixtorum compoſitione; ſed Deum Incarnari eſt Deum vniri naturæ humanæ in vnitate Diuinæ perſonæ, ita vt natura humana, cui Verbum Diuinum vnitum eſt non ſubſiſtat propria perſonalitate, ſed perſonalitate Verbi Diuini; Quod D. Athanaſius teſtatur in ſimbolo dicens Chriſto vnus non conuerſione Diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum, vnus omnino non confuſione ſubſtantiæ; ſed vnitate perſonæ: per quam vnionem fit vt Deus dicatur, & ſit vere homo ſicut homo dicitur albus, quia ſibi vnita eſt albedo, & non ſignificatur quod hominis ſubſtantia conuerſa ſit in albedinem velle contra: ſed quod homo ſubſtentificet albedinem ſibi vnico, ſimiliter quando dicitur Deus homo ſignificatur Verbum Diuinum quod Deus vere eſt eſſe ſuppoſitum naturæ humanæ ſibi vnitæ.

4 Hæc vnio hic aliqualiter expoſita eſt poſſibilis ex parte Verbi Diuini, nec inuoluit aliquam repugnantiam, nam omne illud eſt Deo poſſibile, quod non includit aliquam contradictionem, ſed Deum Incarnari non includit contradictionem ergo Deum Incarnari eſt poſſibile; Maior probatur ex dicto Angeli Gabrielis dicentis Mariæ apud Lucam 1. non eſt impoſſibile apud Deum omne Verbum quaſi dicat, quicquid non repugnat Intellectui eſt poſſibile, Verbum enim ibi dicit mentis conceptum, ſiue id quod non repugnat Intellectui, ſed quicquid non repugnat Intellectui eſt poſſibile, & non impoſſibile apud Deum, ergo omne verbum eſt poſſibile apud Deum probatur minor primi argumenti; ſi Verbo Diuino repugnaret terminare ſic talem dependentiam aut hoc eſſet in quantum eſt Perſona Diuina, aut in quantum eſt hæc Perſona, ſed per nullum iſtorum hoc ſibi repugnat ergo, &c. Maior patet à ſufficienti diuiſione, & minor oſtendetur, quoad omnes partes; & primo quod non repugnet Verbo; vt eſt perſona Diuina, quia ſi repugnaret ex eo eſſet, quia hæc Vnio vel terminare hanc dependentiam poneret in Perſona Diuina compoſitionem, vel potentialitatem, ſiue limitationem, ſed nullum iſtorum aduenit Verbo Diuino ex Incarnatione ergo Verbo, vt eſt Perſona Diuina non repugnat hanc dependentiam terminare; minor probatur, quia Verbum dum vnit ſibi talem naturam, nec eam informat, nec informatur ab eo, ſed ſufficit quod Verbum ſit independens independentia perſonali.

5 Neque repugnat Verbo Diuino Incarnari, aut terminare talem vnionem quatenus eſt hæc Perſona Diuina probatur, quia licet reſpectus conſequens naturam Diuinam, vel terminare talem reſpectum ſit commune tribus, quia natura terminans eſt communis tribus tamen terminare reſpectum qui conſequitur entitatem perſonalem, non eſt commune tribus, quia hæc perſona non eſt communis tribus, atque ita poterit hæc perſona terminare abſque hoc, quod alia terminet; omnis enim reſpectus, qui immediate fundatur in Deo ſiue in aliquo communi tribus perſonis, vel qui terminatur ad Deum, ſiue ad aliquid commune tribus Perſonis, tam reſpectus fundatus, quam terminare ipſum ſemper eſt communis tribus; Reſpectus vero qui fundantur in entitate perſonali, vel ad entitatem perſonalem terminan-

minantur non ſunt communes tribus, ſed proprij illius perſonæ, ad quam terminantur. Sed vniri ſibi naturam humanam in vnitate perſonæ, ſiue ſuppoſiti eſt reſpectus conſequens entitatem perſonalem Verbi Diuini; ergo eſt proprius eiuſdem entitatis perſonalis Verbi Diuini, in qua ad terminandum nihil aliud requiritur niſi independentia perſonalis, atque adeo nulla reperitur repugnantia ex parte Verbi Diuini ad terminandam dependentiam naturæ humanæ.

6 Argues cum Scoto; Inter ea quæ vniuntur debet eſſe aliqua proportio, ſed inter finitum, & infinitum nulla eſt proportio ergo repugnat verbo Infinito, vniri finito ſcilicet naturæ. Argues ſecundò minus repugnant contraria in eodem quam æternum, & temporale ſiue finitum, & infinitum, ſed contraria non poſſunt conuenire in eodem ſubiecto. Ergo minus poterunt conuenire, ſimul natura humana, & Verbum Diuinum, ſiquidem Verbum eſt æternum, & infinitum, & natura humana eſt finita, & temporalis ergo, &c. Maior probatur, quia æternum, & Infinitum non eſt in eodem genere cum finito, & temporali, contraria autem ſunt in eodem genere, ſed minus repugnant, quæ magis conueniunt, ergo minus repugnant contraria, quam æternum, & temporale; patet quia æternum, & temporale ſunt primo diuerſa ſaltem ſubiectiuè, licèt non obiectiuè, vel in conceptu, vt qui ex Scoto in 1. diſt. 8. q. 2. contraria verò ſunt idem ſubiectiuè, & obiectiuè ideſt conueniunt in realitate ſubiectiua, & obiectiua min. patet per Ariſt. 4. Metaph. text. Com. 9. & 27. vbi arguit quòd ſi contraria eſſent ſimul in eodem contradictoria eſſent ſimul vera; ſi ergo contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto, cum minus repugnent ergo Diuina natura, & humana non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſuppoſito, eſſent autem ſimul ſi Verbum aſſumeret naturam humanam.

7 Reſpondetur ad primum, quod multiplex eſt proportio prima eſt quantitatiua, qualis eſt vnius quantitatis, cum alia quantitate, & hæc duplex eſt; ſecundum quod quantitas eſt duplex, ideſt molis, & virtutis, prima notiſſima eſt; ſecunda eſt commenſuratio vnius entitatis ad aliam, & vnius perfectionis ad aliam, qualis proportio reperitur, in Creatis non autem inter finitum, & infinitum, quia inter ea nulla eſt entitatis commenſuratio; ſecunda eſt actiui ad paſſiuum, vel ad paſſum, & hæc non dicit commenſurationem, aut ſimilitudinem, ſed potius diſſimilitudinem; actiuum enim proportionatur paſſo non in agendo, ita quod tantum poſſit in agendo; Agens producere quantum paſſum recipere, ſed proportionatur in hoc, quod non plus agat agens quam paſſum recipiat actu; quia multoties Agens (maximè ſi eſt infinitum) plus poteſt agere, quam paſſum recipere; & huiuſmodi proportio inuenitur inter finitum, & infinitum.

8 Tertia proportio eſt actus ad potentiam, v.g. potentia Intellectiua proportionatur ſuæ Intellectioni non in entitate; ſed ſic quod talis actus non poteſt eſſe ab alia potentia; quia non à voluntate. Quarta proportio eſt inter actum, & obiectum infinitum, quæ conſiſtit in hoc quod actus quo intelligo Deum terminatur ad Deum, atque ita dicitur proportio terminandi ad terminans; Quinta proportio eſt inter potentiam, & obiectum infinitum, quæ conſiſtit in attingentia, quia potentia finita mediante ſua operationem poteſt attingere infinitum illud intelligendo. Sexta proportio eſt dependentis ad id, ad quod dependet, quæ proportio inuenitur inter vnibile, & id quod terminat vnionem, quæ non requirit commemorationem entitatis, ad entitatem, ſicque poteſt reperiri inter finitum, & infinitum, & inter naturam humanam, & Verbum Diuinum; quia natura humana aſſumpta dependet ad Verbum Diuinum tanquam ad ſuppoſitum, quod in illa ſubſiſtit, vel cuius ſubſiſtentia natura humana ſubſiſtere dicitur; Ad argumentum ergo negatur minor, & ad probationem patet, quid ſit dicendum.

9 Ad ſecundum reſpondet Scotus in 3. diſt. 1. q. 1. quod aliud eſt minus conueni-

re

re aliud verò magis repugnare contingit enim quod ea, quæ magis conueniunt, magis repugnent quam ea, quæ minus conueniunt; num duo contraria, quæ magis conueniunt, quam duo diſparata, magis repugnant, albedo enim, & nigredo conueniunt, magis, quam ſuperficies, & albedo quia conueniunt in eo lem genere proximo ſcilicet in colore, ſuperficies autem, & albedo, nec conueniunt in genere proximo, nec in generaliſſimo, & tamen contraria magis repugnant quam diſparata, magis enim repugnant albedo, & nigredo, quam albedo, & ſuperficies; nam albedo, & nigredo non poſſunt ſimul vniri in gradibus intenſis, nam ſummè album non poteſt eſſe nigrum, nec è contra, ſicut ſummè calidum non poteſt eſſe frigidum, licet enim aqua tepida ſit calida, & frigida hoc eſt tantum in gradibus remiſſis. Superficies autem, & albedo poſſunt ſimul vniri, vt patet; ſimiliter minus conueniunt ſubſtantia, & accidens quam duæ ſubſtantiæ; & tamen repugnat quod vna ſubſtantia completa v. gr. Petrus vniatur alteri ſubſtantiæ completæ; nempe Ioanni non tamen repugnat quod accidens vniatur ſubſtantiæ completæ.

10 Vnde ex ratione minoris conuenientiæ non licèt inferre maiorem repugnantiam; prouenit enim repugnantia ex ratione formali extremorum, quæ enim repugnant, ſuis rationibus formalibus repugnant, vt docet Scotus in primo diſt. 2. q. 1 nam vnum negat aliud; album enim negat nigrum; & hinc eſt quod ſi eſt album ſimpliciter non erit nigrum ſimpliciter; poſſe autem ſimul vniri prouenit ex proportionibus ſupradictis, Vnde in rebus quæ nullo modo conueniunt non eſt repugnantia ac vnionem, & ad ſimul eſſe, ſi inter ipſa ſit proportio quæ ad vnionem talem requiritur; In rebus autem, quæ in genere conueniunt, vt in contrarijs, reperitur repugnantia, quia deficit talis proportio; Quamuis igitur Verbum, & natura humana non conueniant in aliqua realitate ſubiecti, nec in aliquo conceptu generico tamen minus repugnant quàm duo contraria. Ad argumentum ergo, quando dicitur duo contraria non poſſunt eſſe ſimul propter eorum repugnantias conceditur maior, ſed natura humana, & Perſona Diuina magis repugnant, quam duo contraria negatur minor, & ad probationem dicitur, quod æternum, & temporale non ſunt in eodem genere benè ſequitur quod minus conueniant, quam duo contraria, ſed non ſequitur quod magis repugnent.

11 Oſtenſa poſſibilitate Incarnationis Dominicæ ex parte Verbi aſſumentis, videnda eſt modo poſſibilitas ex parte naturæ aſſumptibilis, quod eſt valdè difficile oſtendere inquit Scotus; quia oſtendere oportet aliquam eſſe diſtinctionem inter naturam creatam ſingularem, & eius perſonalitatem, ſiue id; quo natura ſingularis conſtituitur in eſſe perſonæ; nam certum eſt non ſolum apud Doctorem, ſed fere apud omnes Theologos naturam humanam perſonatam, vt talem eſſe prorſus inaſſumptibilem perſona enim, vt perſona eſt alteri incommunicabilis, vt quo, & vt quod vt ex Doctrina Scoti in 1. diſt. 2. & 23. & 28. & in quol. 9. & 19. ſuppoſito tamen quod inter ſingularitatem naturæ, & eiuſdem perſonalitatem ſit diſtinctio; videndum eſt quomodo natura ſingularis, vt præſcindit à perſonalitate poſſit aſſumi, ad quod oſtendendum Doctor inquirit in 3. diſt. 1. q. 1. ſi quo natura Intellectualis dicatur perſona; pro cuius Intelligentia plurima ſunt aduertenda, quibus animaduertis facilis eam erit aſſignare poſſibilitatem prætenſam.

12 Primum aduertendum eſt, quod his nominibus vti ſolent tam Phyloſophi, quam Theologi videlicet ſubſtantia, natura, indiuiduum ſingulare, prima ſubſtantia, hypoſtaſis, ſuppoſitum; & perſona; ſubſtantia ſignificat eſsentiam rei; ſecundò ſignificat quamcumque rationem obiectiuam; tertiò ſolet pro eo, quod non eſt accidens; quartò pro ſubſtantia completa, quæ non eſt pars, vltimò pro primis ſubſtantijs; Natura idem ſignificat quod eſsentia; ſiue ſit terminus ſingularis, ſiue vniuerſalis; differunt tamen quia eſſentia

ſentia, vel ſubſtantia pro eſsentia magis vſurpatur in vniuerſalibus, quam in ſingularibus natura verò æque in ſingularibus, ſicut in Vniuerſalibus; quod eſt in Cauſa quare potius quæratur, quid inter naturam, & ſuppoſitum inter ſit, quam quid inter ſuppoſitum, & ſubſtantiam, ſiue eſsentiam; Cætera nomina aliquo modo idem ſignificant, aliquo modo differens; dicunt quidem eandem rem, quia pro eodem accipi poſsunt videlicet pro natura ſingulari ſubſtantiali indiuidua, quæ prima ſubſtantia hypoſtaſis ſuppoſitum, & perſona ſit.

13 Eſt autem inter hæc nomina hoc diſcrimen, quod ſingulare, & indiuiduum non ſolum de ſubſtantijs, ſed etiam de accidentibus, dicuntur eſt enim ſingulare quod in plura indiuidua non dicuntur, & eſt quod vltimæ ſpeciei ſubijcitur, vt docet Porphyrius c. de ſpecie. Indiuiduum idipſum dicit; Indiuiduum enim eſt quod eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum ab omni alio; Reliqua quatuor reperiuntur in prædicamento ſubſtantiæ. Prima ſubſtantia dicit naturam ſubſtantialem ſingularem vt accidentibus ſubſtat, quæ neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt ſecundùm Ariſt. Cap. de ſubſtantia; quæ diffinitio ſecundum Theologos conuenit etiam eſsentiæ Diuinæ, quæ (vtpote omni ex parte ſingulariſſima) non ſolum non dicitur de ſubiecto, ne eſt in ſubiecto, immò nec ſubijcitur accidentibus quod primis ſubſtantijs conuenire non poteſt: Hypoſtaſis dupliciter accipi poteſt primo pro ſuppoſito; ſecundò pro natura, & hoc ſecundò modo accepit D. Paulus ad Hebreos, primo dicens de Chriſto Domino, qui cum ſit ſplendor Gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, & in Græco habetur figura Hypoſtaſis eius; Quo pacto etiam accipitur ſubſtantia aliquando, vt in Concilio Epheſino Can. 2. vbi dicitur. Si quis in vno Chriſto duas ſubſtantias poſt vnitatem diuidit, Anathema ſit, & tamen de fide eſt, quod in Chriſto ſunt duæ naturæ, & duæ eſsentiæ, quia tamen erat vnica ſubſiſtentia definit Concilium non eſse duas ſubſtantias accipiendo ſubſtantias pro ſubſiſtentijs.

14 Secundùm aduertendum eſt ſuppoſitum eſse ſubſtantiam completam incommunicabilem, vt Petrus incommunicabilem inquam, vt quo, & vt quòd vt magis patebit infra eſt tamen communicabile accidentibus per modum ſubiecti. Perſona idem eſt quod ſuppoſitum; hac ſola differentia quod ſuppoſitum reperitur in omnibus naturis prædicamenti ſubſtantiæ Perſona verò in ſola natura intellectuali; Quid ſit Perſona ſecundum Boetium, & ſecundum Richardum in ſecundo libro dictum, & declaratum eſt: ſubſiſtentia demum eſt principium illud formale quo ſuppoſitum, vel Perſona per ſe ſubſiſtit; natura enim eſt ſingularis ſingularitate, & eſt exiſtens exiſtentia, ſubſiſtens autem non eſt niſi ſit ſuppoſitum, ſeu Perſona quare alio principio ſuperaddito eſt ſuppoſitum, & hoc principium, quod dicitur quærimus, quid ſit, quia illo ſuppoſitum conſtituitur, & à natura ſingulari diſtinguitur; de qua re ſunt duæ ſollemnes opiniones ambæ probabiles, prima eſt Caietani, & aliorum Thomiſtarum dicentium illud eſse quoddam poſitiuum, cui adhæret Lichetus Scotiſta in 1. diſt. 28. q. 2. & in 3. diſt. 1. q. 1. Secunda opinio ſuſtinet nihil poſitiuum reale addere niſi ſolùm duplicem incommunicabilitatem actualem, & aptitudinalem. Ita Scotus in 3. diſt. 1. q. 1. & quolib. 19. & fere omnes Scotiſtæ.

15 Doctores vtriuſque ſententiæ plura pro tuenda propria opinione congerunt ad quos remittimus curioſos ſtudioſos, nos contenti erimus ſi ſufficientia adducemus ad indagandam veritatem; Totum fundamentum primæ ſententiæ, eſt quod nulla negatio poteſt alicui conuenire, niſi per aliquam affirmationem; & ratio eſt, quia negatio formaliter eſt mihi, ſed ſuppoſitum (v. gr. Petrus) formaliter dicit quid poſitiuum, ergo non conſtituitur per negationem; probatur conſequentia, quia nihil conſtituitur in entitate perfectiori, quam ſit entitas quæ conſtituit; ſi ergo nega-

negatio conſtituit, ſuppoſitum formaliter eſt nihil, vel ſi aliquid eſt, conſtituitur per aliquid quod aliquam entitatem realem, dicat ergo per poſitiuum, & non per negatiuum, & probatur prior maior, per negationem non conſtitur aliquid in entitate perfectiori, quam ſit entitas poſitiuum, quæ præponitur negationi, ergo ipſa negatio eſt de ſe formaliter nihil; Hæc entitas poſitiua addita naturæ ſingulari, & conſtitutiua perſonæ eſt intrinſeca, ipſi Perſonæ in ſenſu formali, & reduplicatiuo in quantum eſt ſuppoſitum, vel perſona, quia vt ſic nec ſuppoſitum, nec perſona non poteſt eſſe, neque concipi, aut intelligi, ſine tali entitate, & poſitiuo.

16 Illa eadem entitas, quam ſuppoſitum, vel Perſona dicit vltra naturam ſingularem eſt modus taliter, ſi habendi ipſius naturæ ſingularis, ſcilicet incommunicabiliter exiſtere, vel eſſe per ſe ſeorſum, & ſeparatum, quod dicitur ſubſiſtere probatur, quia ex definitione perſonæ tradita à Richardo, Perſona eſt Intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia, ergo eſt natura incommunicabiliter, ſed hoc pacto exiſtere dicit modum rei ergo Perſona addit modum naturæ. Secundò probatur ſuppoſitum per ſe ſubſiſtit natura verò, vt ſingularis, vt talis non ſubſiſtit, ergo ſuppoſitum vltrà naturam dicit ſubſiſtere, vel ſubſiſtentiam, ſed ſubſiſtentia eſt modus ſingularis naturæ ſubſtantialis ergo, &c. Tertiò probatur ex Scoto in primo diſt. 23. dicente, Perſona dicit incommunicabilitatem, & dat intelligere naturam intellectualem in qua eſt, & parum infra ait, Perſona dat intelligere duplex poſitiuum, ſcilicet naturam, & medium habendi eam.

17 Illa entitas poſitiua, ſiue ille modus additus naturæ ſingulari conſtitutiuus ſuppoſiti, vel perſonæ eſt extrinſecus ipſi naturæ, & ex natura rei diſtinctus. Quod ſit extrinſecus ipſi naturæ probatur; Illud ſine quo res exiſtere patet per aliquam potentiam eſt illi extrinſecum, ſed natura humana, poteſt abſque tali modo exiſtere ſaltem per potentiam Diuinam, vt patet de natura humana Chriſti ergo eſt illi extrinſecus; Probatur etiam quod talis modus diſtinguatur ab eadem natura ſingulari, non quidem realiter, ſed ex natura rei; Illa, quæ diſtinguuntur realiter, ſicut res, & res poſſunt ad inuicem, & mutuo ſe ſeparari, ſicut accidens, & ſubiectum; ea verò quæ tantum ex natura rei ſicut res, & modus eius, ſic ſe habent, quod quamuis res poſſit eſſe ſine modo modus tamen, non ſiue re, cuius eſt modus, ſed natura, & perſonalitas, ita ſe habent, quod ſeorſum abinuicem non poſſunt eſſe, quia non datur perſonalitas, ſeorſum ſola exiſtens ergo non diſtinguuntur realiter, ſicut res, & res; tunc vltra, ſic autem ſe habent, quod licet perſonalitas nequeat eſſe abſque natura, natura tamen poteſt per Diuinam potentiam eſſe abſque perſonalitate propria, ergo diſtinguuntur ex natura rei, ſicut res, & modus rei, & ſic ſecundum iſtam opinionem, quam etiam Scotus iudicat probabilem, patet poſſibilitas Incarnationis Dominicæ ex parte naturæ aſſumptæ, vel aſſumptibilis.

18 Idem oſtendetur etiam iuxta ſecundam opinionem, ſi prius aliqua prænotabuntur, primum prenotandum, quod communicabile eſt duplex, ſcilicet, vt quo, & vt quod communicabile, vt quod, illud appellatur, quod ſuis communicatur Inferioribus per identitatem adeo, quod id cui communicatur eſt ipſum, & hoc modo quodlibet ſuperius communicatur ſuis Inferioribus. Communicabile verò, vt quo id dicitur, quod alicui communicatur per modum formæ inhærentis, vel informantis, vel dependentis, vt hæc albedo communicatur parieti per modum formæ inhærentis, cum accidentis proprium ſit inhærere, Anima communicatur corpori per modum formæ informantis, ſed non inherentis, & natura humana Verbo Diuino communicatur tertio modo, vt poſterius dependens ad priùs ſuſtentificans. Secundum notandum, quod incommunicabile, eſt etiam duplex ſcilicet, vt quod, & vt quo Incommunicabile, vt quod eſt

illud,

illud quod nulli communicatur, quod ſit ipſum neque de alio Inferiori in recto prædicatur ſic Indiuidua,& ſingularia naturæ dicuntur in communicabilia, natura enim quæ de ſi erat communicabilis hoc modo per indiuiduationem facta eſt incommunicabilis,vt quod, atque adeo ſingulare de Inferioribus nequaquam prædicatur, quia ſingulari diuidi in plura repugnat, quorum quodlibet ſit ipſum Incommunicabile autem, vt quo illud eſt, quo nullius poteſt eſſe forma, aut pars, ſiuę forma partis, ſiue forma totius.

19 Tertium prænotandum, quod hæc duplex incommunicabilitas, vel actualiter,vel aptitudinaliter ineſſe poteſt,ita vt aliquod incommunicabile ſit,vt quo,& vt quod actualiter tantum, & non aptitudinaliter, vel è contra aptitudinaliter, & non actualiter,vel ſimul ſit incommunicabile, vt quo, & vt quod actu, & aptitudine; *verb. gr.* Anima ſeparata tantùm actu eſt incommunicabilis,vt quo, & vt quod, quia eſt ſingularis, & actu non informat corpus, bene tamen ad illud informandum habet aptitudinem, atque adeo non eſt incommunicabilis, vt quo aptitudine, ſed tantum actu; Rurſus ſi natura Creata per Diuinam potentiam, ſuppoſito alterius naturæ actu communicaretur, vt ſi natura æqui vniretur ſuppoſito Leonis, & vt modo natura humana Diuino ſuppoſito eſt vnita,tunc quidem talis natura aptitudine tantum illi ſuppoſito non communicaretur,vt quo,quia ad ſic communicari aptitudinem non habet; & denique natura in proprio ſuppoſito exiſtens, ne aut actu, neque aptitudine alteri ſuppoſito communicatur, ſicque eſt pænitus incommunicabilis alteri ſuppoſito, & vt quo, & vt quod.Quartum prænotandum eſt,quod ſingulare ratione ſingularitatis habet, quod neque actu, neque aptitudine communicatur,vt quod immò habet, quo talis communicatio ſibi repugnat; Poteſt autem adeſt ſibi non repugnat communicari, vt quo non vt forma partis, ſed vt forma totius ſuppoſito proprio, vel alieno, potenti illam ſuſtentificare; & hoc pacto natura humana aſſumpta à Verbo eſt ſingularis, & illi communicata, vt quo, eo modo ſcilicet, quo natura communicatur ſuppoſito.

20 Quintum prænotandum quod dependentia, & communicabilitas (vt ad propoſitum ſpectat) idem ſunt atque adeo negatio dependentiæ,& negatio communicabilitatis ſunt idem,& per conſequens ſicut triplex eſt dependentia, ſcilicet actualis,potentialis,& aptitudinalis, ita triplex eſt communicabilitas; Dependentia,ſeu communicabilitas actualis eſt,qua aliquid actu ab alio dependet, vel actu ei communicatur;dicimus enim aliquid actu dependere ad aliud quando dependentia, talis terminatur actu, ſicut albedo actu à pariete dependet,quando actu ad illum terminatur,quod tunc eſt,quando illi actu communicatur, & eſt formaliter in eo. Dependentia apthudinalis ea eſt, quæ (quantum eſt de ſe) eſſet in actu,eo modo quo graue aptum natum eſt eſſe in Centro,vbi(quantum de ſe) eſſet ſemper; Dependentia potentialis eſt,vbi nulla eſt repugnantia,aut incompoſſibilitas terminorum, ſicut dicimus lapidem potentia aſcendere ſurſum, quia vt comparatur alicui potentiæ, potenti illum mouere ſurſum, & in loco eſſe minime ſibi repugnat,& huiuſmodi poſſibilitas, poteſt eſſe quandoque reſpectu potentiæ actiuæ naturalis,vt quando forma,ad quam eſt in potentia per agens naturale induci poteſt,interdum autem reſpectu agentis ſuper naturalis, velut quando forma ad quam eſt in potentia per agens naturale induci non poteſt, quemadmodum dicemus de potentia paſſiua Animæ; quæ eſt in potentia ad fidem,& Charitatem,& ad Cæteros habitus ſupernaturalis.

21 Sextum prænotandum,quod per oppoſitum triplex,etiam datur negatio ſcilicet negatio dependentiæ actualis aptitudinalis,& potentialis, negatio dependentiæ actualis eſt pura, & nuda negatio, exemplum eſſet de ſuperficie, ſi nullum haberet colorem, diceretur enim tunc non alba, quia ſolam negationem albedi-

nis haberet; Negatio dependentiæ aptitudinalis eſt negatio cum inclinatione ad oppoſitum, vel cum inclinatione contraria, quemadmodum lapis ſurſum exiſtens naturaliter ad eſſe deorſum inclinatur; Negatio dependentiæ potentialis dicit repugnantiam ad actum, nam cui negatur potentia, ei repugnat actus; Exemplũ Angelus eſt non albus, ſeu non eſt potentia albus, quia albedo ſibi repugnat; Ex his negationibus ſola negatio actualis non ſufficit ad hoc, quod aliquid dicatur in ſe perſonatum, vel perſona; probatur, quia tunc Anima ſeparata eſſet perſona; Anima enim D. Petri nunc talem negationem habet, quia actu à corpore non dependet, & tamen non eſt perſona, cum ſit communicabilis, vt quo tanquam forma partis; Nec ſufficit ſola negatio dependentiæ aptitudinalis, quia natura aſſumpta à Verbo, cum ſit eiuſdem rationis cum natura mea aptitudinem habet eiuſdem rationis, atque ita ad ſubſiſtendum in ſe aptitudinem habet, ſi enim natura ad ſubſiſtendum in ſe, & in propria perſonalitate aptitudinem non haberet ſequeretur; quod quando propria perſonalitate eſſet perſonata, quod violenter perſonaretur atque quieſceret.

22 Negatio duplicis dependentiæ, ſiue communicabilitatis, vt quo, & vt quod actualis, & aptitudinalis conſtituit ſuppoſitum, ſeu Perſonam creatam ſic eſſe ſuppoſiti, vel perſonæ; Ideſt quod vltra naturam ſingularem, quæ hecceitate conſtituta eſt per quam natura reddita eſt incommunicabilis, vt quod actu, & aptitudine, id quod ſibi aduenit, vt vltionum completiuum, & vt ratio perſonæ eſt incommunicabilitas, vt quo actu, & aptitudine, ita vt nunc neque communicetur alteri ſuppoſito, neque ad talem communicationem habeat aptitudinem, vel neque dependeat, neque habeat aptitudinem ad dependendum ad alienum ſuppoſitum; Dicitur enim communicatio alteri ſuppoſito dependentia, eo quod illi non poteſt communicari, quia dependeat, atque ita negatio dependentiæ, actualis vt, quo, & negatio dependentiæ aptitudinalis, vt quo eſt formaliter completiuum, & ratio ſuppoſitalis in ſuppoſitis Creatis, & ratio Perſonæ in Perſonis Creatis; Cum hoc tamen ſtat quod negatio dependentiæ potentialis in nulla natura Creata perſonabili inuenitur, quia nulla eſt Creatura, vel entitas Creata, cui contradictoria repugnet dependere ad Verbum, immo quæcumque entitas poſitiua in natura Creata perſonabili exiſtens eſt in potentia obedientiali, vt dependeat ad Verbum, atque adeo negatio illa Perſonam Creatam non conſtituit; Ex dictis pro ſecunda opinione ſatis cõſtat, ſecundum eandem opinionem nullam reperiri repugnantiam, aut contradictionem quæ impediat poſſibilitatem Incarnationis Dominicæ ex parte naturæ aſſumptæ, vel aſſumptibilis.

23 Non eſt ſic ſentiendum hanc poſſibilitatem ex quacumque parte conſideretur, poſſe euidenti demonſtratione probari, quia eſt de ijs, quæ directè pertinent ad fidem, ergo eſt ſupra omnem demonſtrationem naturalem; Item Intellectus Creatus non poteſt clare, & euidenter cognoſcere per demonſtrationem, quicquid Deo eſt poſſibile; Cum enim omne quod contradictionem non includit ſit Deo factibile, multa autem ſunt, quorum connexionem nos reputemus impoſſibilem re tamen vera non eſt impoſſibilis, vt etiam inſipientibus multa reputantur impoſſibilia re tamen vera non eſt impoſſibilis, vt etiam inſpicientibus multa reputantur impoſſibilia, quæ à ſapientibus reputantur poſſibilia ex Scoto in 1. diſt. 3. q. 4. Item non poteſt euidenti demonſtratione probari huiuſmodi Incarnationem eſſe impoſſibilem; Quia Incarnationem eſſe poſſibilem eſt de fide ergo veriſſimum eſt eſſe poſſibilem ergo non poteſt probari eſſe impoſſibilem, quia ad ſolum demonſtrabile eſt quod verum eſt, de ratione enim demonſtrationis, quod procedat ex veris, ex veris autem nonniſi verum inferre poteſt; cum ergo falſum ſub Incarnationem non eſt poſſibilem; omnis demonſtratio nitens probare eſſe impoſſibilem

ſibilem aſſumet aliquod falſum, atque ita falſum probabit.

24 Hinc ſequitur nos non poſſe oſtendere demonſtratiuè, & euidenter, quod rationes, quæ adducuntur ab Infidelibus, ſint falſæ ex parte materiæ, quia non poſſumus euidenter, & demonſtratiue ſoluere argumenta niſi oſtendendo, quod oppoſitum fidei noſtræ eſt Impoſſibile, quod ſi hoc oſtenderemus eadem ratione eſſet oſtenſum id, quod docet fides noſtra eſſe poſſibile, hoc autem oſtendi non poteſt, vt dictum eſt ergo non poſſumus, ita diſſoluere rationes contrarias fidei, vt oſtendamus demonſtratiuè, & euidenter illas eſſe falſas; ſequitur ſecundò erraſſe Petrum Abailardum hæreticum contra quem D. Bernardus Epiſt. 129. ex Caſtro de Hæreſibus V. fides hæreſi 1. aſſerentem nullum articulum fidei eſſe à nobis ſuſcipiendum, niſi oſtenderetur primum quod verus eſſet ratione naturali, quia vt ait ſapiens, Qui citò credit leuis eſt corde, Verum hac nota non ſunt digni Credentes rebus fidei, quia ſatis eſt, vt non dicamur leuiter Credere, quod ſimus perſuaſi, & quod cognoſcere poſſumus articulos eſſe credibiles. Eſt enim (vt ait Ariſtoteles) pertinaciſſimi ingenij ad omnia demonſtrationes quærere, ſed ſufficit, quod iuxta ſubiectum materiam faciant maximam probabilitatem.

25 Rationes adductæ, à Doctoribus ad hoc miſterium probandum ſunt maximè probabiles, & reddunt ipſum miſterium probabiliſſimum, ita vt conuincant Infideles ad hoc quod credant illud tanquam probabiliſſimum: quia ratio naturalis adiuta lumine fidei poteſt exemplis reddere hoc miſterium veriſimile, atque ita probabiliſſimum oſtendere, & hoc fecerunt ſancti; ſicut enim confitentur, quod eſſentia eſt in tribus ſuppoſitis, ſic etiam vna perſona in duabus naturis, & inſuper quia hæc miſteria ſupernaturalia miraculis comprobata ſunt; quæ ſunt teſtimonia ſupernaturalia; Quod ſi Infidelis nolit adhuc credere donec ſibi afferatur ratio euidens peccabit mortaliter, quia res fidei non ſunt capaces huius euidentiæ, per ſolum naturale lumen. Quare D. Auguſt. tract. 27. in Ioannem aſſerit, quod Theologica ſcientia non illo modo comparatur, quo ſcientia naturalis, in qua ex cognitione peruenimus ad perſuaſionem, ſecus autem in Theologia, in qua ex fidei perſuaſione peruenimus ad cognitionem iuxta illud Iſaiæ 7. niſi credideritis non intelligetis, & ſi infidelis admittat partem, & locum aliquem ſcripturæ, vt ſunt Iudæi, & Hæretici ex vno teſtimonio ſacræ Scripturæ, & ex vno articulo fidei conuinci poteſt ad alium.

26 Quamuis non poſſumus demonſtratiue, & euidenter probare illud eſſe falſum, & impoſſibile, quod contra Articulum fidei ab Infideli, ſiue Iudæo, ſiue hæretico concluditur, poſſumus tamen ſufficienter ſoluere argumentum factum contra fidei articulum, ſine hoc quod probemus illud eſſe falſum, & impoſſibile, quod tali argumento probatur; Nam (vt inquit Caietanus p. p. q. 1. art. 8.) minus requiritur, & ſufficit ad hoc, vt ſoluat argumentum contra ſe factum, quam ad hoc quod oſtendat id quod præ ſupponitur in argumento eſſe falſum, vel impoſſibile, atque ita licet abſolutè non nos tendamus argumenta infidelium (quicumque illi ſint) eſſe falſa, & impoſſibilia, poſſumus tamen ex quadam ſuppoſitione hoc oſtēdere videlicet ſuppoſito de fide aliquo articulo, vel loco Sacræ Scripturæ ab infidelibus conceſſo, ſicut Chriſtus confutauit argumenta Iudæorum negantium ipſum eſſe Deum verum, & negantium Incarnationem, & oſtendit eſſe falſa adducens illud Pſal. 109. ab eis conceſſi. Dixit Dominus Domino meo vbi Dauid Meſſiam venturum Dominum appellauit, quo teſtimonio conuicti ſunt concedere Meſſiam Deum eſſe ſimul, & hominem.

27 Non tantum homines non potuerunt euidenter viribus naturæ cognoſcere poſſibilitatem Miſterij Incarnationis, ſed nec ipſi Angeli cognitione naturali ad illam peruenire, ſic docet D. Paulus ad Epheſ. 3. vbi vocat hoc Miſterium inueſtigabiles

diuitias Chriſti, & Sacramentum abſconditum à ſæculis in Deo, & ad Coloſſenſes 1. vocat Miſterium abſconditum à ſæculis, & generationibus, & Iſaias 45. vocat Deum abſconditum, quod dixit (vt ait D. Hieronimus ;propter aſſumptionis Sacramentum. Omnes hæ auctoritates non ſolum de hominibus, quibus naturaliter abſconditum eſt hoc Miſterium, ſed etiam de Angelis intelligendæ ſunt; Ea probatur ratione; Cognitio Angeli eſt, vel per eſſentiam ſuam, vel per ſpecies innatas, ſiue concreatas, vel etiam aquiſitas, vt docent Theologi, ſed Miſterium Incarnationis, neque ex Angeli eſſentia pendet, neque ex naturalibus ſpeciebus, ſed ex ſola voluntate Dei ergo Angelus non potuit cognoſcere hoc Miſterium, probatur conſequentia, quia Angelus naturaliter ignorat voluntatem Dei; Secundò probatur Perſona Diuina, neque ab Angelo comprehenditur, neque vt in ſe eſt cognoſcitur, non ergo naturaliter poterit cognoſcere, quo pacto ſine ſui mutatione poterit hæc ſit Perſona vnire ſibi aliam.

28 Angeli beati cognouerunt cognitione beatifica Deum eſſe incarnandum, ſub ratione Generali videlicet Deum futurum eſſe hominem licèt ſpecialiter ignorauerint hanc peculiarem humanitatem aſſumpturum eſſe, & ex hac Virgine, & ſimilia, ita D. Thomas 1.p.q.57.art.5. probatur; Quilibet Beatus cognoſcit omnia, quæ ad ſuum pertinent ſtatum, ſed ad ſtatum beatorum pertinet cognoſcere Incarnationem ergo; probatur minor, quia prædeſtinatio Chriſti eſt Cauſa prædeſtinationis omnium prædeſtinatorum, ſed ad ſtatum beatorum pertinet ſuæ beatitudinis cauſam cognoſcere ergo ad ipſum pertinet cognoſcere prædeſtinatum à Deo, & ordinatum eſſe quod Verbum Incarnandum eſſet; Item Chriſtus eſt caput hominum, & Angelorum, ſed ad cuiuslibet ſtatus pertinet cognoſcere ſuum caput ergo, Tertio probatur; Myſterium Incarnationis fuit reuelatum ſanctis Patribus, ſed reuelatio hæc fiebat per Angelos, er go fuit Angelis cognitum, ſed quod fuerit cognitum ſub ratione generali probatur ex D. Dionyſio de Cœleſti Hierarchia, qui exponit illud Iſaiæ 63. quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de Boſra, quibus reſpondit Deus, ego qui loquor iuſtitiam, ergo quamuis Angeli omnes à principio ſuæ beatitudinis in generali cognouerint myſterium Incarnationis ſpecialiter tamen poſtea didicerunt.

29 Clarior probatio poſſibilitatis Incarnationis Dominicæ deſumitur à facto ad potentiam; ſic Verbum Diuinum caro factum eſt actualiter ergo potuit fieri, caro ergo potuit Incarnari, ergo potuit aſſumere ad ſe naturam humanam in vnitate ſuppoſiti, ergo Perſona Diuini Verbi potuit terminare dependentiam naturæ ſingularis humanæ, omnes iſtæ conſequentiæ ſunt plures ſecundum eſpreſſionem ſed vnica eſt ſecundum realitatem D. Ioannes Euangeliſta dum dixit, & Verbum caro factum eſt accepit partem pro toto per figuram ſynecdochen hoc eſt Verbum factum eſt homo, & Gen. 6. dicitur omnis quippè caro corruperat viam ſuam, ideſt omnis quippè homo corruperat, viam ſuam, atque ita in Concilio Niceno pro eodem accipitur dicere, & Incarnatus eſt, & homo factus eſt, nec dicenda eſt locutio barbara; nam nouis inuentis rebus, noua licet ad inuenire vocabula quibus ſignificentur; Vnde cum hoc Miſterium ſit illud nouum, quod vaticinatus eſt. Hieremias cap. 31. Nouum fecit Dominus ſuper terram, fæmina circumdabit virum; Hinc eſt quod Eccleſia Latina, hoc nomen inuenit aptiſſimum ad hanc mirabilem vnionem ſignificandum; Idem etiam fecit in Euchariſtia, in quo ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertitur, ad quam conuerſionem ſignificandum ad inuenit aptiſſimum nomen tranſubſtantiatio.

30 Vnde quamuis huiuſmodi voces apud Ciceronem, alios qui Latinæ linguæ peritos non inueniantur non eſt cur non liceat Theologis illis vti, quia Cicero alijque Philoſophi Ethnici hoc myſte-

rium non agnouerunt. Ideo non eſt miſterium, quod neque talibus ſint vſi vocibus, quibus Sancti Doctores (qui non minoris auctoritatis ſunt in lingua Latina) vtuntur, videlicet D. Ciprianus lib. 2. contra Iudæos, cap. 2. Lactantius Firmianus lib. 4. Diuinarum Inſtitut. cap. 11. D. Ambroſ. ſuper Pſalm. 33. D. Hieron. ſuper c. 1. Marci D. Auguſtinus in pluribus locis Cyrillus lib. de Incarnat. Vnigeniti, Damaſcenus lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 13. & lib. 3. cap. 6. & alijs quamplurimis locis; Iſti Patres, alijque Sanctiſſimi, Doctiſſimi, & Latiniſſimi his vocibus vſi ſunt; & tandem ſic locutus eſt Spiritus Sanctus per os Ioannis cap. 1. (vt dictum eſt) dicens Verbum caro factum eſt, &c. à quo Diuino Spiritu edocta Sancta, & Catholica Eccleſia canit in Symbolis Nicæni, & Athanaſij, in illo, & Incarnatus eſt; in iſto autem; vt Incarnationem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, &c. Vox ergo Incarnatio non barbara, ſed Latina, & Chriſtiana, & aptiſſima ad hoc Myſterium ſignificandum habenda eſt.

31 Non caſu Spiritus Sanctus adinuenit hanc vocem ad hoc propoſitum, ſed valde rationabiliter; Primo quidem, quia magis exageratur Dei bonitas eiuſque amor erga nos, ex quo amore hoc mirabile opus factum eſt, iuxta illud Ioan. 3. ſic Deus dilexit Mundum, vt filium ſuum Vnigenitum daret; ſumendo carnis noſtræ Infirmitatem in vnitatem ſuæ Diuinæ Perſonæ. Secundò quia Chriſtus, vt nos liberaret à peccato per ſuam Paſſionem, atque ita non ſolum debuit aſſumere noſtram naturam, & Carnem, ſed etiam noſtras Infirmitates iuxta illud Iſaiæ 53. dolores noſtros ipſe tulit, & labores noſtros ipſe portauit; Vnde quando nomine Carnis ſignificatur hæc vnio oſtenditur, quod Deus factus eſt homo, vt ſubiectus omnibus eius Paſſionibus, & infirmitatibus famis, ſitis, frigoris, & ſimilibus inuolutus. Tertiò, quia ſic magis huius rei veritas exprimitur, ſi enim ab Anima diceretur animatio, & non Incarnatio poſſet aliquis ſuſpicari præſertim in re tam difficili, quod Deus diceretur factus homo tantum affectu Animæ, & non ſecundum veram naturam humanam; Quarto quia Animatio non ſolum ſignificat vnionem Animæ cum corpore, ſed Animam informare corpus; In hoc autem Myſterio forma non informat Verbum Diuinum non ergo per Animationem ſignificanda fuit hæc vnio; ſed per Incarnationem.

32 Inſuper hac Ioannis auctoritate, omnes Hæreticorum errores, qui circa Verbi Dei Incarnationem fuerunt eliminantur, & exterminantur. Primus error fuit Cherinti (vt refert Irenæus lib. 1. cap. 25.) qui Chriſtum purum eſſe hominem affirmabat, & tunc incepiſſe quando natus, ſeu conceptus eſt homo; huiuſmodi error coarguitur prima voce Verbum, quaſi dicat Chriſtus non homo tantum, ſed Verbum erat, & Verbum, quod erat Deus, & quod erat in principio apud Deum; Secundus error fuit Valentini (vt inquit Tertullianus lib. de Carne Chriſti) qui dicebat Corpus Chriſti eſſe naturæ, & ſubſtantiæ Cæleſtis, & non de noſtra ſubſtantia; ſed hunc errorem conuincit vox illa; Caro, non enim Verbum Corpus tantum, ſed etiam caro factum eſt, caro autem non eſſet, ſi corpus illud naturæ Cæleſtis fuiſſet; Tertius error fuit Manicheorum de quibus ſcribit D. Auguſtinus lib. de Hæreſibus cap. 46. quod veritatem Carnis negauerint in Chriſto, affirmantes carnem illam apparentem fuiſſe non veram, ſed hunc errorem confutat Ioannes dicens Caro factum eſt, ſi Caro factum non apparenter, ſed verè factum; Quartus error fuit Neſtorij, de quo D. Gregorius lib 4. Epiſt. 32. Is duas perſonas in Chriſto fatebatur Diuinam, & Humanam, negabat in vnitate Perſonæ naturarum vnionem, ſed hunc errorem euertit alterum Verbum factum eſt; ſi enim duæ Perſonæ eſſent in Chriſto fieri non poſſet, vt Deus eſſet homo aut homo Deus, vt patet diſcurrenti.

33 E contra ex eadem D. Ioannis au-

ctoritate multi motiuum ſuorum ſumpſerunt errorum, nam ex ea eutyches occaſionem errandi accepit, dicens quod ex Verbo, & Carne facta eſt vna natura, ſicut & vna Perſona, aiebat enim quod Chriſtus conſtabat ex duabus naturis, ſed non in duabus naturis, ita quod ſecundum ipſum ante vnionem duæ præceſſerant naturæ, at poſt vnionem conſlata eſt ex duabus vna natura, atque ita Eutyches quamvis Chriſtum eſſe Deum, & hominem verbis aſſereret re, tamen ipſa negabat, quoniam ſi Chriſtus non habebat niſi vnicam naturam, minimè poterat eſſe Deus ſimul & homo; ſed iſte error condemnatus eſt in Concilio Epheſino primo in explicatione fideiCan. 1. 6. & 13. & in Concilio Chalcedonenſi action. 5. in Decreto Fidei, & in Concilijs Conſtantinopolitanis 2. & 3. & in multis alijs Concilijs; ex eadem auctoritate errauerunt Arrius, & Apollinaris, nam Arrius dicebat, quod ex Carne, & Verbo non eſt facta vna natura: ſed ipſum Verbum carnem, quidem aſſumpſiſſe, ſed non Animam, quia ſecundum ipſum Verbum Animæ locum ſupplet: Appollinaris verò dicebat Verbum aſſumpſiſſe Carnem, quia Animam ſenſitiuam, quæ dat eſſe carnis, aſſumpſit, ſed non Animam Intellectiuam; cum Verbum ſit maximè Intellectiuum, atque ita ſolum Verbi Intellectum poſſebat in Chriſto; ſed huiuſmodi errores condemnati fuerunt in Concil. Epheſino 1. Can. 13. in Chalcedonenſi act. 5. in Conſtantinopolitano ſecundò act. 4. Can. 4. & in Conſtantinopolitanis 3. Action. 1. Allucinati ergo ſunt omnes iſti Hæretici ex eo, quod ſignificatum huius vocis non intellexerit.

34 Verbum ergo Caro factum eſt; In qua Diuina Incarnatione inquit Magiſter ſententiarum lib. 3. diſt. 1. nihil efficienter operatus eſt Filius Dei, quod non ſimul operati fuerint Pater, & Spiritus Sanctus, & probat ex D. Auguſtino 1. de Trinit. cap. 6. & lib. 13. cap. 11. dicente quod opera Trinitatis ſunt indiuiſa; quia in quibus eſt indiuiſa, vna poteſtas ad operandum, vna etiam eſt indiuiſa operatio, ſed in Tribus perſonis eſt vna indiuiſa poteſtas ideſt Diuina voluntas ergo, &c. & per conſequens nullum opus exterius in hoc Myſterio operatus eſt Filius Dei, qui ſimul ab alijs Perſonis Diuinis operatum ſit; ſed quid fecerint in hac Myſterioſa Incarnatione eſt controuerſia inter Doctores Theologos, quæ vt intelligatur, aduertendum eſt primò Terminum vnionis humanitatis Chriſti, cum Verbo duplicem eſſe alterum intrinſecum illum ſcilicet, qui per actionem productus eſt; Alterum extrinſecum, & præexiſtentem illum ſcilicet ad quem trahitur illud quod vnitur, ſeu aſſumitur, qui ſignificatur optimè per Verbum illud aſſumo, vel ad ſe ſumit; & talis terminus eſt extrinſecus in vnitione, ſeu in factione vnionis ad quem aſſumitur, & de hoc termino non eſt præſens controuerſia, ſed de termino intrinſeco.

35 Secundò aduertendum eſt, quod hoc nomen vnio eſt variæ ſignificationis, in primis vnio ſignificat actionum, per quam res aliquæ vniuntur, quæ ſolet appellari vnitio; Secundò ſignificat vnitatem, quæ ex rebus vnitis reſultat, & hæc vnitas aliquando eſt accidentia, ſi alterum eorum, quæ vniuntur ſit accidens: aliquando ſubſtantialis, ſi ambo vnibilia ſunt ſubſtantia. Tertiò ſumitur, vt importat relationem, quæ conſequitur actionum, qua aliquæ res vniuntur, & ex vnitate quæ eſt terminus totalis illius actionis, & de vnione hoc tertiò modo accepta eſt controuerſia inter Scotiſtas, & Thomiſtas in quo ſit vt in fundamento an in ipſa humanitate immediate an in aliquo abſoluto nouo in ipſa humanitati exiſtente; Tertiò aduertendum eſt quod res dupliciter poſſunt inter ſe vniri, vno modo ſic, vt ex illis fiat aliqua vna natura diſtincta à rebus vnitis, ſicut contingit in vnione materiæ, & formæ accipiendo naturam, vt dicit eſſentiam, & quidditatem, & ſi talis natura eſt ſubſtantialis, vt quæ fit ex prædictis materia, & forma cum naturaliter non poſſit ſuppoſitum ab ea ſe-

ea ſeparari, tunc efficitur etiam ſuppoſitum, vt quando generatur Petrus, & tunc res illæ vniuntur in natura. Secundò modo dicuntur vniri in perſona, ſiue in ſuppoſito, & hic modus non dicit, quod fiat de nouo aliquod ſuppoſitum ex ſic vnitis, quia iam dicerentur vniri in natura, & non in ſuppoſito eo quòd ſuppoſitum non eſt nouum productum niſi natura ſit de nouo producta, ſed hic modus dicit, quæ ſic vniuntur in aliquo præexiſtendi ſuppoſitio vniri ad hoc, quod in illo exiſtant, & eius ſubſiſtentiam participent; ſi non habent, nec poſſunt habere proprium.

36 Relictis varijs opinionibus circa terminum intrinſecum iſtius actionis vnitiuæ Caietanus cum omnibus Thomiſtis in 3.p.q.2.art.7.& 8. (De opinione D.Th. ſatis conſtat) dicit quod actio Incarnationis terminata eſt per ſe, primò ad eſſe ſubſtantiale abſolutum, & non ad relationem, quod eſſe abſolutum eſt Deum eſſe hominem, vel Chriſtus; & relationem reſultare ſicut, & Cateræ relationes, probatur omnis mutatio ſuam ſpeciem ſumit à termino ad quem, ſed iſta vnio actio terminat ad ſubſtantiam ergo ab ipſa ſumit ſuam ſpeciem; Secundò probatur per Incarnationem effectum eſt vt Deus ſit homo, hoc autem eſt ſubſtantiale ergo primus terminus huius actionis eſt eſſe ſubſtantiale probatur conſequentia primus, & proprius terminus alicuius actionis eſt quem per ſe primò intendit agens in illa actione, ſed quod Deus primò intendit in actione Incarnationis eſt eſſe ſubſtantiale non reſpectiuum ergo Probatur 3. ex Concilio Conſtantienſi Can. 4. vbi definitur, ſi quis dixerit ſecundum relationem vnitionem Verbi Dei ad humanitatem factum eſſe Anathema ſit, ex quo Canone ſic arguitur vnitio idem eſt, quod actio vnitiua quæ eſt Incarnatio, ſeu aſſumptio, & hoc ſecundum Concilium non eſt ſecundum relationem facta, ſed ſecundum ſubſtantiam ergo terminus huius actionis eſt eſſe ſubſtantiale, & abſolutum.

37 Ex oppoſita parte ſtat Doctor ſubtilis in 3. diſt. 1. q. 1. cuius opinio in hoc dicto conſiſtit; terminus immediatè productus per actionem Diuinam, quæ dicitur vnitio eſt relatio illa vnionis quæ producta eſt in humanitate, vt in ſubiecto, & proximo fundamento, à qua natura habet quod ſit vnita perſonaliter Verbo Dei; Hoc dictum tres præcipuas habet partes, prima eſt quod terminus productus per vnitionem eſt relatio, ſecunda pars quod huiuſmodi relatio immediatè fundata eſt in natura humana abſque alio nouo præ-requiſito, Tertia pars quod talis vnio eſt perſonatio, atque ita illa relatione natura humana eſt, & dicitur perſonata, prima pars probatur ille eſt terminus vnitionis, qui per illam productus eſt, & antea non erat, ſed ſola relatio vnionis naturæ humanæ ad Verbum facta eſt per hanc actionem, & ſola illa eſt, quæ antea non erat, ergo relatio vnionis eſt terminus productus per vnitionem. Maior eſt notiſſima, & minor probatur, quia in Chriſto poſt aſſumptionem ſolum ſunt tria hæc ſcilicet Diuina perſona humanitas integra, & relatio vnionis, ſed per Incarnationē nō eſt facta Perſona neq; humanitas, quia ſaltē ordine naturæ præſuponitur vnioni, vt notū eſt ergo ſola relatio eſt, quæ fit per hāc actionē.

38 Probatur ſecunda pars; ſi aliquod abſolutum præponi deberet in natura, vt in ipſa fundaretur huiuſmodi relatio, tale abſolutum eſſet aſſumptum à Verbo, ſed nullum tale potuit tunc aſſumi ergo, &c. Probatur ſequela; quia Verbum aſſumpſit omnem entitatem priorem relatione, immò maximè aſſumpſiſſet tali; ſiquidem eſt ratio recipiendi talem relationem in humanitate, ſed hoc non poteſt cōcedi, quia illud abſolutū eſſet neceſſariò vnitū Verbo quod eſt falſum, nam ſicuti impoſſibile eſt vnionē illam eſſe, & non eſt ad Verbū, vt ad terminū, ita impoſſibile eſt abſolutū illud quod eſt neceſſarium fundamentum vnionis eſſe, & nō eſſe Verbo vnitū, quod autem hoc non ſit concedendū, probatur quia nulla eſt entitas abſoluta in Creatura, quæ neceſſariò ſit Verbo vnita, quia ſi-

cut Verbum contingenter, ſibi naturam humanam vniuit, ita contingenter omne abſolutum aſſumpſit, ergo illud abſolutum (naturam humana aſſumendo) potuit non aſſumere, quod tamen fieri non poſſet, nam illud abſolutum poneretur fundamentum, quo poſito neceſſario poneretur vnio Probatur. Tertia pars ſcilicet, quod talis vnio ſit perſonatio; Nihil aliud eſt naturam vniri in perſona Verbi niſi aquirere perſonalitatem Verbi, ſed hoc fit ipſa vnione; eſt enim vnio talis quod facit naturam vniri ſic ideſt perſonari, non dicimus, quod vnio hæc ſit ipſa Perſonalitas Verbi, ſed quod vnio dicit ordinem, quem habet natura ad perſonalitatem ipſam actu perſonantem, ita quod non ſtat neque intelligibile eſt ſine hoc quod humanitas habeat Verbi Diuini perſonalitatem, & hoc eſt maximè notandum propter Thomiſtas, qui cenſent aliud eſſe relationem vnionis aliud verò naturam humanam perſonaliter vnitam eſſe Verbo Dei.

39 Reſpondendo ad rationes Caietani, dicimus ad primam, quod quando dicit quod omnis mutatio ſumit ſpeciem à termino ad quem, conceditur maior; ſed iſta vnio eſt ſubſtantialis diſtinguitur minor; ſi per vnionem ſubſtantialem intelligat vnionem productiuam alicuius nouæ ſubſtantiæ non præexiſtentis, ſed potius ex vnitis ſcilicet Verbo, & natura humana reſultantis, negatur minor, quia tale dictum eſt hæreſis Eutichetis; ſi verò intelligat, quod eſt vnio ſubſtantialis in hoc ſenſu, quod natura vnitur ad ſubſiſtendum ſubſiſtentia perſonali Verbi Dei, ex quo Idiomata vtriuſque naturæ de Diuino illo ſuppoſito prædicantur: conceditur minor, ſic enim eſt propoſitio de fide, ſed non eſt ad propoſitum Caietani, ideò male infert dicens ergo terminus eſt ſubſtantia de nouo producta, quia productio ſubſtantiæ nouæ, dari nequit in rebus quæ vniuntur; Ad ſecundum conceditur maior, & minor diſtinguitur, ſicut in præcedenti ſi intelligat eſſe nouum aliquod ſubſtantiale productum ex Verbo, & natura humana reſultans, negatur minor tanquam Hæreſis Eutichetis, ſi verò intelligat, quod natura humana aquiſiuit de nouo antiquum eſſe perſonale Verbi concedit Fides Catholica; hæc autem aquiſitio eſt ordo quidam inter ipſam humanitatem, & Verbum; & ratio eſt, quia entitas Dei, & Deus non poteſt aliter aquiri niſi per ſpecialem ordinem ex quo ordine prouenit, quod Deus ſuppleat ſua perſonalitate perſonalitatem Naturæ humanæ. Ad Concilium Conſtantienſe; Reſpondetur quod Concilium intendit reprobare hæreſes, quæ ortæ fuere videlicet Hæreſim aſſerentem in Chriſto duas eſſe perſonas per affectum, & per quandam relationem nimis extrinſecam, duntaxat vnitas ſicut veſtis veſtito. Nos autem cum Eccleſia Catholica confitemur hanc vnionem factam eſſe ſecundum ſubſtantiam, ſeu ſubſiſtentiam ex eo inquam quod natura humana non propria ſubſiſtit ſubſiſtentia, ſed ſubſiſtentia Verbi Dei, & hoc eſt fieri vnionem ſecundum ſubſtantiam.

40 Dices ſi non admitteretur illud nouum abſolutum in natura humana ad hoc vt à Verbo perſonaretur, ſequeretur quod noua relatio aquiri poſſet ſine noua alicuius abſoluti aquiſitione, vel deperdi ſine noua alicuius abſoluti deperditionem, vel in ſe, vel in alio atque ita poſſet eſſe motus, vel mutatio ad relationem, primò, quod eſt contra Philoſophum 5. Phyſicorum tex. Can. 10. Reſpondetur, quod pro nunc triplex reperitur, relatio nimirum tranſcendentalis, prædicamentalis intrinſecus adueniens, & prædicamentalis extrinſecus adueniens, tranſcendentalis eſt ſine qua ſuum fundamentum non poteſt eſſe abſque contradictione, quia neque relatio talis poteſt eſſe ſine proprio termino; tales ſunt relationes Creaturæ, inquantum Creatura ad Deum inquantum Creator, & huiuſmodi relatio identificatur realiter ſuo fundamento; Relatio verò Prædicamentalis intrinſecus adueniens eſt illa, quæ reſultat ex extremis fundamento ſcilicet, & terminis

poſitis etiam, in quantumque diſtantia, vt poſito vno albo Romæ, & altero Patauij ſtatim reſultat ſimilitudo, & alijs huiuſmodi de quibus eſt vera ſententia. Ariſt. 5. Phyſic. Relatio tandem prædicamentalis extrinſecus adueniens, quæ poſitis extremis non ſemper reſultat ſe ad hoc requirit, quod extrema ponantur in apta diſpoſitione poſito enim igne, & ſtuppa nimis ſeparata ad inuicem non ſequitur actio, & paſſio combuſtionis, niſi ſtuppæ ignis approximetur, & ſic de alijs ſimilibus, quæ non requirunt in altero extremorum ponere aliquod abſolutum nouum, & ſi ſit relatio noua, & de his non loquitur Ariſt. 5. Phiſicorum de quartum numero eſt etiam vnio hypoſtatica.

De Cauſa formali Dominicæ Incarnationis. Art. 3.

1 VErè miſterium abſconditum, & vnio ineffabilis eſt vnio hypoſtatica Verbi Dei cum natura humana, & extrinſecus ſumus, ſi lumine naturali ad eam peruenire tentabimus; Ideo firmiter teneamus certum quod nos fides docet, deinde inſpiciamus quid nobis de ea tradant Sacræ Scripturæ, vt ex illis colligere valeamus ſaltem aliquam confuſam notitiam; ſed caueamus errores; Quia nulla ſimilis vnio inuenitur in natura Creata, & quecumque vnio, quæ inuenitur in Creaturis magis dicit diſſimilitudinem, quam ſimilitudinem ad hanc Eminentem vnionem Algazel ſiquidem in ſua Metaph. diuidit vnum in vnum ſimpliciter, & vnum ſecundum quid vnum ſimpliciter diuidit in tres differentias primò in vnum, in quo non eſt multitudo nec actu, nec potentia vt eſt punctus, & vnitas numerica; ſecundò in vnum in quo non eſt multitudo actu, quamuis ſit in potentia ſicut contingit in linea, quæ quamuis ſit vna, poteſt tamen diuidi in plures partes; tertiò in vnum, in quo tamen eſt multitudo actu, & potentia vt in Corpore vbi ſunt plura membra, Vnum etiam ſecundum quid in 5. diuidit differentias, videlicet in vnum genere in quo conueniunt plures ſpecies; Secunda in vnum ſpecie, vt Socrates, & Plato ſunt vnum ſpecie; Tertia in vnum accidente vt nix, & lac conueniunt in candore; Quarta in vnum proportione vt auriga, & Nauta; Sexta in vnum ſubiecto, ſicut dulce, & album conueniunt in aliqua ſubſtantia.

2 Ariſtoteles etiam in prima Philoſophia diuidit vnum in vnum per ſe, & in vnum per accidens; vnum per accidens eſt illud quod conſtatur ex accidente, & ſubiecto; Vnum autem per ſe dicitur nouem modis; Primò continuatione, ſic ea ſunt vnum quorum terminus eſt vnus; Secundò forma ſic multa membra faciunt vnum corpus, quæ habent vnam formam totalem, Tertiò vnum definitione, ſic ſunt illa, quæ habent eandem definitionem; vel quorum vnum eſt definitio alterius; Quartò vnum generatione, ſic qui ex eadem progenie, & familia; Quintò vnum numero, vt ſingulare, Sextò vnum indiuiſibilitate, vt inſtans punctus, & mutatum eſſe; Septimò vnum ſimplicitate, vt eſſentia; Octauò vnum perfectione, vt circulus; Nonò vnum aggregatione vt cumulus; vnum materia, vt omnia corporalia; Scotus Doctor ſubtilis in 1. diſt. 2. quæſt. 7. ponit multiplicem vnitatem, ſcilicet vnitatem aggregationis, vnitatem ordinis vnitatem per accidens, vnitatem compoſiti eſſentialis vnitatem ſimplicitatis, & vnitatem formalem; ſub quarum numero non continetur hæc Sacratiſſima, vnio Verbi Diuini cum natura, vt patebit ſequentibus numeris.

3 In omni vnione naturali, omnia hæc reperiri licet videlicet actio vnitiua agentis, quod vnit. Secundò res, quæ vniuntur, quæ plures eſſe debent, quia nihil ſibi, ſed alteri vnitur; Tertiò inuenitur relatio vnionis in ipſis rebus vnitis, quia vnum extremum dicitur alteri vnitum eſſe, & è contra; Quartò inuenitur, id quod reſultat ex tali vnione ex-

nè extremorum, & ſi extrema mediatè vniuntur inuenitur medium illud, ſeu vnitio quæ talia copulat extrema; ver. gr. in Reſurrectione alicuius hominis inuenitur actio vniens Animam corpori, inuenitur corpus, & Anima, quæ vniuntur, inuenitur relatio, quæ eſt in corpore à qua denominatur Animæ vnitum, & etiam relatio in Anima, à qua denominatur corpori vnita, inuenitur etiam compoſitum ex his reſultans; ſcilicet vnus homo, & ſi hæc vnionum eſſet immediata inueniretur etiam medium, & coniunctio in quo illæ partes vnitæ fuerunt, vt de clauo iungenti Tabulas verificari poteſt; Omnia hæc ſignificari ſolent hoc nomine (vnio) ſignificat enim actionem, & tunc vnio proprius eſt verbum, quam nomen, & dici ſolet vnitio; ſignificatque actionem vnientem extrema; ſignificat etiam res vnitas, & tunc dicitur vnio materialiter; ſignificat tertiò relationem vnitorum inter ſe, & hoc eſt ſignificatum formale, & principale huius nominis vnio, ſignificat quòd reſultat vnum factum, quam proprius vnum quàm vnio.

4 In vnione Hypoſtatica aliqua, vel fortè omnia hæc reperiri licet; Inuenitur enim actio Trinitatis vniens, inuenitur natura humana vnita verbo Diuino, & Verbum vnitum naturæ humanæ inuenitur etiam, id quod factum eſt per talem vnitionem videlicet Verbum homo, vel Deus homo, vel Chriſtus, & ſi præter hæc inueniatur medium iungens, hæc extrema (quod non datur in propoſitum) diceretur vnio; Rurſus actio Diuina dicitur vnio ſiue vnitio, natura humana, & Verbum Diuinum dicuntur vnio materialiter, ideſt res vnitæ; relatio etiam inter naturam humanam, & Verbum Diuinum, dicitur formaliter relatio vnio, & tandem Chriſtus, ſiue Deus homo per hanc vnionem factus, dicitur vnio, ſiue propriæ vnus, ſiue vnitas, quia in vnitate Perſonæ vnita eſt humanitas; Hæc vnitas non eſt vnitas aggregationis cum talis ſit minima, & imperfectiſſima; Hæc autem præter Diuinam vnitatem trium perſonarum, ſit maxima, vt inquit D. Bernardus; Secundò hæc non eſt vnitas per accidens, quia hæc vnio ſubſtantialis, & non accidentalis appellari debet; Tertiò non eſt vnitas per ſe compoſiti, quia in tali vnitate aliquid ſe habet per modum potentiæ paſſiuè receptiuæ, & per modum formæ receptæ, vt patet in compoſito naturali, ſed in hac vnione naturæ humanæ cum Verbo, nec Verbum eſt potentia receptiua, quia ſic redundaret illi in maximam imperfectionem, & aliquid de nouo reciperet, neque eſt actus, ſiue forma naturæ humanæ; quia Verbum nullius poteſt eſſe Cauſa formalis, neque eſt vnitas ſimplicitatis, in qua quæ ſic ſunt vnum tranſit alterum in alterius perfectam identitatem realem ſicuti eſt in Deitate reſpectu omnium intrinſecorum Dei, vt natura humana, & Verbum non ſunt idem realiter, nec eſt vnitas formalis, quia nec natura humana eſt de quidditate Verbi, nec Verbum eſt de quidditate naturæ humanæ.

5 Patres vt aliquo modo declarent hoc ineffabile Miſterium vtuntur exemplis deductis ex rebus Creatis, & ſenſibilibus; Primum eſt veſtis cum homine. Ita D. Auguſtinus lib. 83. Quæſtionum q. 73. in illud D. Pauli ad Philip. 2. in ſimilitudinem hominum factus, & habitum inuentus vt homo, vbi vult quod humanitas Verbo vnita, aſſimiletur veſtimento vt ſenſus ſit Verbum indutum fuiſſe humanitate, quod quidem eſt ſimile in tribus; Primò ſicut veſtimentum aduenit enti completo, & præexiſtenti ſcilicet Perſonæ veſtitæ, & coaptatur illi permutationem veſtis, ita natura humana aduenit Verbo Diuino ab æterno præexiſtenti, & enti completiſſimo Deo verò ſine eius mutatione per ſolam humanitatis mutationem; Secundò, quod ſicut in vnione Veſtis, cum veſtito non ſit aliqua permixtio, & confuſio, ſed natura veſtiti, & veſtis inte-

græ

græ manent, ita etiam Diuinum Verbum, & natura humana integræ manent, & ſine permixtione, & confuſione; Tertiò quod ſicut homo videtur per veſtem, ita & Verbum Diuinum, per humanitatem; Deficit tamen exemplum; quia Vnio veſtis, cum veſtito eſt accidentalis, quamuis ſit inter ſubſtantias, & prædicatur Veſtis de Veſtito accidentaliter, vnio autem Verbi cum humanitate eſt ſubſtantialis, & humanitas de Verbo Dei prædicatur ſubſtantialiter; & oppoſitum damnatur in 6. cap. cum Chriſtus extra de Hæreticis.

6 Secundum exemplum eſt vnionis artificis cum inſtrumento, quo vtitur Damaſc. lib. 3. de fide Orthodoxa Cap. 15. vbi inquit, quod caro Chriſti eſt Diuinitatis inſtrumentum; De hoc cautè loquendum eſt, quia illo vtuntur, & ad Neſtoriani, vt ſuam confirment hæreſim, & dicunt vnionem Verbi cum humana natura eſſe ſicut ſi vniretur cum inſtrumento, atque ita accidentaria, ita ſcilicet quod maneant vnitæ Perſona Diuina, & perſona humana; Vnde ponunt in Chriſto duas perſonas; Hic autem error condemnatus eſt in Concilijs Generalibus Epheſino 1. & Calcedonenſi; Ad explicationem huius exempli obſeruandum eſt quod Inſtrumentum eſt duplex aliud ſeparatum, vt calamus aliud coniunctum, vt manus, & partes ſubſtantiales integrales, & potentiæ dici ſolent inſtrumenta totius, vt docet Scotus in 4. diſt. 6. quæſt. 5. Hic autem eſt Sermo de Inſtrumento coniuncto, & non de ſeparato; Inſtrumentum enim coniunctum non ſolum eſt vnitum mouenti ipſum, ſed hæc vnio, eſt vnio ſubſtantialis, & hypoſtatica, quia videlicet tale inſtrumentum vnitur in ſuppoſito illius, cuius dicitur Inſtrumentum, non ſic autem inſtrumentum ſeparatum, quia hoc omninò accidentaliter, & extrinſecè vnitur.

7 Tertium exemplum eſt vnio rami inſiti in Arbore, quo vtitur D. Baſilius Homil 25. ex varijs, & D. Leo Serm. 1. de Natiuit. iuxta quod exponitur illud D. Iacobi Cap. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum Verbum, quod poteſt ſaluare Animas veſtras idest ſuſcipite Dei Filium humanæ naturæ vnitum; nam ſicut ſurculus Piri vnitur Arbori cui inſeritur, ita natura humana Verbo, & ſicut ſurculus Piri, & troncus mali, cui inſeritur; ita ſe habent quod in huiuſmodi in ſitione ſeruatur vtriuſque natura, nec vnquam Pyrus fiet malum, ita in hac vnione Perſona Diuina, cum ſit prædominans trahit humanam naturam ad ſum hypoſtaſis vnitatem ſeruata integritate vtriuſque naturæ; pro cuius intelligentia; Notandum eſt quod dupliciter poteſt ramus inſeri, vel enim inſeritur ramus eiuſdem ſpeciei, vel alterius, ſi primò modo fit vnio rami inſerti cum arbore, cui inſeritur, & non ſolum fit vnio in eodem ſuppoſito, ſed etiam in eadem natura, per continuationem rami inſerti cum alijs ramis arboris, & ſi vnio humanitatis ad Verbum comparetur, huic vnioni ſic ſumptæ differt ab illa, quia hic non fit vnio in natura, magis tamen conuenit, cum inſitione rami alterius naturæ, in qua non fit vnio in Natura; in qua pariter eſt alia diſſimilitudo, nam ramus inſitus eſt ante vnionem, ſed humanitas Chriſti, non erat ante vnionem; Item ramus inſitus non vnitur toti arbori, at humanitas vnitur tot Verbo.

8 Quartum exemplum eſt vnionis Animæ ad corpus, hoc vtitur Diuus Athanaſius in Symbolo Leo Papa Epiſtola 11. ad Iulianum, & alij P.P. & Caietanus vocat hoc exemplum omnium commodatiſſimum: Cautè nihilominus illo vtendum eſt, ſolum enim in hoc ſtat ſimilitudo, quod cum ſint diſtinctæ naturæ, vna ſpiritualis, & altera corporea eſt tamen vna ſola Perſona Diuina

ſubſi-

ſubſiſtens in natura Diuina, & humana, ſic Anima, & corpus ſic vniuntur, quod ſubſiſtunt ſubſiſtentia vnius ſuppoſiti in illis ſubſiſtentis; & ſicut Anima operatur per corpus tanquam per Organum, ſibi ſubſtantialiter coniunctum ita Verbum Dei per humanitatem, ſed eſt Maximum diſcrimen; quia ex Anima rationali, & corpore non ſolum reſultat vna perſona, ſed etiam vna natura diſtincta ab illis; Anima enim, & corpus ſunt naturæ imperfectæ, & eſſentiales partes, atque adeo non tantum vnam Perſonam, ſed etiam vnam naturam componunt, Perſona autem Diuina & humana natura ſunt naturæ integræ, & perfectæ atque adeò non poſſunt inter ſe ad vnam naturam componendam immediatè coniungi. Ex Verbo enim, & humanitate non reſultat natura, neque Perſona de nouo, ſed præexiſtenti ab æterno vnitur humanitas.

9 Quintum exemplum eſt vnionis ipſius Dei cum templo quod videlicet, ita ſit Verbum in humana natura, ſicut in quodam templo, & ita ipſemet Dominus de ſe fatetur dicens Ioan 2. ſoluite Templum, &c. quo in loco loquebatur Chriſtus (vt inquit Euangeliſta) de templo corporis ſui; Hoc exemplum explicat quomodo Verbum ſingulariter habitet in ea humanitate in eaque excellentius adoretur, & colatur quam in omni alio loco; In eo tamen eſt maxima diſſimilitudo, quoniam Templum Deo hypoſtaticè non vnitur, ſed natura humana vna fit cum Dei Verbo Perſona, Sextum exemplum eſt de vnione viri cum vxore. Ita D. Gregorius Homil. in Euangelium Matth. cap. 22. dicit ſimile factum eſt Regnum Cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias Filio ſuo, inquit S. Gregorius tunc Deus Pater Deo Filio ſuo nuptias fecit, quando hunc in vtero Virginis humanæ naturæ coniunxit; Hoc exemplo magis explicatur vnio affectuum, & quomodo humanitas aſſumpta eſt à Verbo, vt ab illo regatur, & ditetur, nobilitetur, & exaltetur ſuper omnes alias naturas Creatas, atque adeo licet ſit ſimilitudo, quantum ad vinculum non eſt tamen ſimilitudo quantum ad terminum, vel diſtantiam vnibilium.

10 Exemplum ſeptimum eſt vnionis, quæ eſt in ferro candenti inter ferrum, & calorem; ſicut enim calor ille vnitus eſt ferro ſic Verbum humanitati; Hoc exemplo vtuntur. B. Dionyſius Epiſt. 4. Origenes ſecundo Periarchum cap. 6. B. Baſilius Homil. 25. ex Varijs, quæ eſt de humana Chriſti generatione, & D. Damaſc. lib. 3. de fide Cap. 11. In hoc exemplo denotatur, quod diuerſæ illæ operationes, quas Diuinum Verbum operabatur. Secundum quod erat verus Deus, & verus homo vniformiter eidem conueniebant ſuppoſito inſeparabiliter, ſicut idem ferrum candens ſcindit, & calefacit ſecundum diuerſa principia talium operationum, quæ in vno ſuppoſito continentur eſt etiam ſimilitudo in hoc quod ſicut ferrum illuſtratur ab igne, & ab eo potitur, & vim agendi calefaciendi, & igniendi accipit, ita humanitas politur, & illuſtratur à Diuinitate, & vim agendi accipit; ſed eſt diſſimilitudo maxima, quia illa eſt vnio accidentaria ſeparabilis, & de facto ſeparatur; Hæc verò vnio Verbi cum humana natura eſt (vt ſæpè dictum eſt) ſubſtantialis inſeparabilis, & permanens; plura alia exempla ſimilia reperiuntur ad hoc Miſterium Incarnationis, ſed quia plurimum diſtant à ſimilitudine ideò meritò relinquuntur.

11 Non eſt relinquendum exemplum Scoti de vnione accidentis cum ſubiecto; Inquit enim Doctor ſubtilis hic in 3. diſt. 1. quæſt. 1. in hanc vnione plurimum ſimilitudinis reperiri cum vnione Hypoſtatica Verbi Diuini, ſi amputentur imperfectiones, quæ tam ex parte accidentis, quam ex parte ſubiecti reperiuntur; Pro cuius expoſitione notandum eſt, quod accidens duplicem

habet

habet ad ſubiectum habitudinem vnam informantis ad informatum, & iſta neceſſario in ipſo ſubiecto informato notat imperfectionem nempe potentialitatem reſpectu actus, vel formæ accidentalis, quæ dat eſſe ſecundum quid, ſicut forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter; Alteram habitudinem habet accidens ad ſubiectum nempè vt poſterioris naturaliter ad prius, à quo dependet non vt ab aliqua cauſa, quia ſi habet ſubiectum pro aliqua cauſa, habet ipſum pro cauſa materiali, & hoc in quantum informat ipſum; ſi igitur iſtæ duæ habitudines accidentis ad inuicem diſtinguantur, hoc eſt ſi ſeparemus per Intellectum ab accidente reſpectum informantis ad informatum, ita quod accidens ſit ſubiecto vnitum, & tamen non informet ipſum, ſolum habitudinem poſterioris ad prius naturaliter remanebit, quæ habitudo in ſubiecto nullum imperfectionem neceſſario ponit, ſed tantum prioritatem naturalem reſpectu accidentis, & ſuſtentationem eiuſdem accidentis.

12 Huic ſimillima eſt (inquit Doctor ſubtilis) iſta habitudo, quæ eſt dependentia naturæ humanæ ad perſonam Diuinam quæ eſt extra omnem dependentiam cauſati ad cauſam, quia relatio cauſati ad cauſam ad naturam, in quantum naturam terminatur, nam quod eſt cauſa eſſendi alicuius eſt etiam cauſa terminandi relationem ad ipſum Scotus in Quol. q. 8. Inter vnionem autem accidentis cum ſubiecto, & vnionem naturæ humanæ cum Verbo non vna, ſed plures poſſunt aſſignari conuenientiæ, ſeu ſimilitudines; nam ſicut ſubiectum ſuſtentat accidens, & accidens à ſubiecto ſuſtentificante dependet ſic Verbum Diuinum ſuſtentat naturam humanam, & natura humana dependet ad illud, vt ad ſuſtentans; Secundò eſt ſimilitudo, quia ſicut ſubiectum, & accidens non ſunt duo ſuppoſita, ſed vnum, non enim homo albus dicit duo ſuppoſita, vnum quod ſit homo, & aliud quod ſit album, ſed ſolum eſt vnum, & idem ſuppoſitum, ſic in vnione Incarnationis non ſunt duæ Perſonæ, vna quæ ſit Deus, & altera, quæ ſit homo, ſed vna, & eadē Perſona eſt Deus, & homo. Tertiò eſt ſimilitudo, quia ſicut accidens aduenit ſubiecto iam exiſtenti, ſic natura humana aduenit Verbo, quod ab æterno eſt. Quartò eſt ſimilitudo, quia ſicut accidens non eſt de eſſentia ſubiecti, ſic humanitas non eſt de eſſentia Verbi Dei. Quintò, quia ſicut natura ſubiecti, & accidentis non confunduntur. Sed vtraque manet integra ſic etiam natura humana, Verbum, & natura Diuina manent integra. Sextò, quia ſicut proprietates accidentis in concreto communicantur ſubiecto, & è contra, ita etiam contingit inter Verbum, & humanitatum; ſicuti enim homo eſt albus, & album eſt homo, ita Verbum Diuinum eſt hic homo, & hic homo eſt Verbum Diuinum, & Deus &c.

13 *Hæc* vnio hypoſtatica Verbi Dei cum natura humana non dicit per ſe aliquod abſolutum; pro quo nota, quod triplex eſt abſolutum nempè à cauſa, à ſubiecto, & à termino abſolutum à cauſa eſt quod cauſam non habet, abſolutum à ſubiecto, quod ſubiecto caret, abſolutum à termino eſt, quod termino caret ad quē dicatur; Hæc autem vnio nullo iſtorum modorum eſt ens abſolutum, non enim eſt ens abſolutum à cauſa, nam cauſam habet ſcilicet Deum cuius potentia, hæc vnio facta eſt; nec eſt ens abſolutè à ſubiecto, quia habet naturam humanam, in qua eſt ſubiectiuè, nec demum eſt ens abſolutum à termino; Quia Verbum humanæ naturæ dependentiam terminat, Per oppoſitum autem triplex eſt relatiuum, ſcilicet effectiuè atque ita omnis creatura eſt relatiua; ſubiectiuè, & illud eſt ſic relatiuum, quod à ſubiecto dependet, & ſic omne accidens eſt relatiuum, & denominatiuè, & formaliter, & eſt id, quod refertur, vel quo aliquid refertur, & hoc modo natura humana Verbo vnita eſt denominatiuè relatiua, & vnio eſt formaliter relatio, qua mediante natura humana vnita refertur ad Verbum; iſtis prænotatis iterum dicimus hanc vnionem non eſſe formali-

ter

ter abſolutam, atque ita non dicit per ſe aliquid abſolutum; alias poſſet Deus illam producere in vno extremo, altero non producto hoc autem eſt impoſſibile in hac vnione, quod ſit aliquod vnitum ſi ipſum ſit ſolum, ſed neceſſario debet eſſe alteri vnitum, ergo vnio non eſt abſolutum conſequentia probatur, quia quamcumque formam abſolutam poteſt Deus producere in vno ſubiecto non producto alio.

14 Vnio iſta qua natura humana dicitur Verbo vnita eſt formaliter relatio; probatur; Vnio non eſt quid abſolutum, vt probatum eſt neque eſt nihil, ergo eſt relatio quædam conſequentia eſt manifeſta, quia ens immediatè diuiditur per ens abſolutum, & reſpectiuum, & hæc vnio eſt ens, ergo cum non ſit ens abſolutum erit relatio; Non eſt tamen relatio communis, quæ ſit eiuſdem rationis in vtroque extremo qualis eſt ſimilitudo, hoc eſt dictum relatio vnionis inter humanitatem, & Verbum eſt relatio diſquiparantiæ, quia omnis relatio in vno extremo, cui in altero eiuſdem rationis relatio non reſpondet debet relatio diſquiparantiæ appellari, ſed relationi naturæ humanæ ad verbum in altero extremo, ſcilicet in Verbo relatio realis non corriſpondet ergo vnio, qua natura humana Verbo vnitur eſt relatio diſquiparantiæ, teſtanti Doctore ſubtili, cum inquit, quia non eſt habitudo eiuſdem rationis vi natura aſſumpta, & Perſona aſſumente; Pro cuius rei intelligentia quod ad relationem Equiparantiæ duo neceſſario requiruntur; primum quod vtraque ſit realis, ſecundum quod eandem tribuat, denominationem vtrique extremo; Ad relationem verò diſquiparantiæ, ſi vna ex his conditionibus deficiat ſatis eſt verb. gr. ſimilitudo eſt ratio Equiparantiæ, quia eſt relatio realis in vtroque extremo, & eandem tribuit denominationem vtrique extremo, ſimile enim eſt ſimili ſimile, Pater verò, & filius non ſic, quamuis enim vtraque relatio ſit realis tamen non tribuit eandem denominationem vtrique termino, ideo eſt diſquiparantiæ; Creator & Creatura, quia vtraque condicio deficit, vno vero inter humanitatem, & Verbum, & ſi eundem tribuat denominationem vtrique extremo tamen, quia non eſt realis non eſt Equiparantiæ.

15 Hinc Verbum Diuinum dicitur vnitum naturæ humanæ relatione rationis; eſt dictum commune in vtraque ſchola D. Thomæ, & Scoti; & ratio eſt, quia ſi in Deo eſſet relatio realis ad creaturam exigeret aliquid extra ſe ad quod dependeret, ſed hoc eſt impoſſibile ergo, & illud ex quo ſequitur, probatur conſequentia eſſe relatiuum eſt eſſe ad aliud, & dependere ad aliud, & coexigere aliud, quo poſito ponatur, & quo dempto domatur ergo, ſi Deus eſſet reale relatiuum ad creaturam dependeret ab illa, ſed hoc non eſt ponendum in Deo, ergo è contra vnio in natura aſſumpta eſt relatio realis, qua humanitas dicitur realiter Verbo vnita; nam natura humana realiter eſt vnita, ergo vnio in ipſa eſt relatio realis, conſequentia probatur, nulla forma vltra gradum ſuæ latitudinis, ſiue perfectionis, & entitatis poteſt denominationem habere, at ſi hæc vnio eſſet rationis in natura humana, & ipſam vniri Verbo realiter denominaret tam denominatio eſſet extra naturam ſuæ rationis cum ergo humana natura, ſit Verbo realiter vnita, relatio quæ eſt vnio eſt realis non rationis; Item ad relationem realem requiritur, quod extrema ſint actu entia realia, & quod ſint realiter diſtincta, & quod ſubiectum talis relationis ſit aptũ ad illam recipiendam, ſed omnia hæc habentur in humanitate ad præſens ergo in ipſa eſt relatio realis.

16 Dices; Natura humana eſt realiter vnita perſonæ Diuinæ; & Perſona Diuina realiter eſt vnita abſque opere Intellectus ergo quemadmodum refertur natura humana relatione reali ad Verbum, ita & Verbum ad naturam humanam; probatur conſequentia, quia tunc relatio eſt realis, quando extrema ſunt realia, & realiter diſtincta, tunc enim non eſt maior ratio quare in vno extremo ſit realis; quam in altero,

altero, & hoc ipſum dicendum eſt in vnione naturæ humanæ ad Verbum; Reſpondetur, ideo in Verbo Diuino non eſſe relationem realem, quia ei deficit vna ex conditionibus requiſitis ad hoc quod oriatur in ipſo relatio realis, & conditio eſt quod ſubiectum ſit capax talis relationis. Ratio autem quare Verbum non eſt capax talis relationis ea eſt, quia non poteſt mutari at ſi reciperet relationem realem mutaretur, ita docet Scotus in 1. diſt. 30. & D. Thomas 1. p. q. 13. art. 7. Quod quotieſcumque inter Deum, & Creaturam eſt aliqua relatio ex tempore talis relatio eſt in Creatura realis, & in Deo eſt rationis, quia talis relatio realis innaſcitur in aliquo ex mutatione facta in ipſo, in Deo autem non poſſet fieri mutatio iuxta illud Malachiæ 3. ego Deus, & non mutor, cum ergo Deus non ſit capax motus, neque eſt capax relationis realis ad Creaturam.

17 Dices adhuc; ens rationis non denominat ſecluſa operatione Intellectus; ſed ſecluſo omni opere Intellectus Verbum Diuinum eſt vnitum humanitati ergo relatio talis vnionis Verbi, eſt realis, & non rationis. Reſpondetur primo, quod cum relationes inter Deum, & Creaturam ſint tertij Generis, & talia ideo ſunt relatiua, quia vnum ad alterum extremum refertur tantum, & non è conuerſo, vt Creator, & Creatura, ſicut non dicitur Creator realiter à relatione rationis, quæ in ipſo eſt præciſe, ſed quia terminat relationem Creaturæ, & ſimiliter ſcibile dicitur realiter, quia terminat relationem ſcientiæ; ita Verbum Diuinum dicitur vnitum humanitati, quia terminat relationem vnionis humanitatis; Secundò reſpondetur ſupponendo, quod entia rationis ſunt multiplicia; Vnum genus eſt, quod nullum in re habet fundamentum proximum, aut remotum, & huiuſmodi entia rationis ſunt fictitia vt Chimera; Secundum genus entis rationis, quod habet fundamentum remotum in re, & proximum in ſola Animæ apprehenſione, ſiue intellectione, & huiuſmodi ſunt intentiones logicæ, & hæc entia rationis non poſſunt denominare, abſque Intellectus opere, quia neque ipſa habent eſſe abſque Intellectus operatione; Tertium genus entis rationis eſt illud, quod habet proximum, & remotum fundamentum in re, extrinſecum tamen, vt eſſe dextrum dicitur de columna per relationem rationis ad animal, cuius fundamentum eſt in Animali; Quartum genus eſt quod habet vtrumque fundamentum in re, & intrinſecum, ſicut Cæcitas habet fundamentum in Animali extra operationem Intellectus, entia rationis tertij, & quarti modi ſiue generis denominant ſubiectum abſque opere Intellectus, modo relatio rationis Dei ad Creaturam eſt tertij, vel quarti generis, atque ita abſque opere Intellectus denominat Deum Creatorem conſeruatorem vnitum, &c.

18 Relatio, quæ eſt in natura humana, qua dicitur vnita Verbo Diuino eſt relatio ordinis non cauſati ad cauſam, neque cauſati poſterioris ad cauſatum prius, vt hoc intelligatur notandum eſt quod relatio ordinis eſt ipſemet ordo, ordo autem eſt poſterioris ad prius, vel vt ad cauſam, vel vt ad cauſatum prius, vel vt ad independens; Primum patet, quia relatio cauſati ad cauſam eſt relatio, quæ ex natura rei ſequitur in cauſato ad cauſam, poſito ipſo cauſato in effectu, & quia cauſa in ſuo eſſe eſt prior cauſato in ſuo eſſe, ideo relatio cauſati ad cauſam, dicitur ordo poſterioris, & eſſentialiter cauſati ad cauſam; Prioritas igitur, & poſterioritas, ſtat in abſolutis cauſæ, & cauſati: Secundò nota, quod independentijs eſſentialibus multiplex eſt ordo vnus eſt poſterioris ad prius tanquam effectus ad ſuam immediatam cauſam; ſecundus eſt effectus poſterioris cauſati ad alium effectum cauſatum prius, vt caloris ab igne, & ignis ab alio igne, vel à Deo, vel vt alterationis ad generationem; qui ſunt effectus habentes ordinem ab eadem cauſa, nam generans naturaliter prius alterat, quam generet cum proceſſus naturalis ſit ſemper ab imperfecto iſti duo ordines non inueniuntur in prædicta vnione, quia Verbum non eſt cauſa-

cauſatum vllo modo, nec eſt preciſa cauſa naturæ humanæ, ſed eſt tota Trinitas; Tertius eſt tanquam effectus ad aliquid tanquam ad cauſam, ſine qua non quamtamen præexigit neceſſario, licet ab illa non habeat eſſe, quemadmodum compoſitum præexigit partium vnionem; Quartus eſt alicuius poſterioris natura ad prius natura, vt accidentis ad ſubiectum.

19 Hoc quarto ordine natura humana dependet à Verbo, & relatione ordinis dependentiæ huiuſmodi dicitur eidem Verbo vnita, vt ſuſtentificata ſuo ſuſtentificanti, vt hoc quoque intelligatur, pariter notandum eſt; quod humana natura, quæ in ſuppoſito proprio nata eſt ſuppoſitari poteſt, iuxta hunc ordinem contemplari; cum enim generatur, verb. gratia franciſcus; Primò conſideratur humana natura in ſe; Secundò fit hæc, & ſingularis, Tertiò quantum eſt de ſe ſuppoſitaretur in proprio ſuppoſito, niſi præueniretur ab alio, & ratio eſt, quoniam natura ſingularis, quæ vt ſic eſt communicabilis, vt quo, in ſe ſtare non poteſt, ſed neceſſariò ad ſuppoſitum, vel eiuſdem, vel alterius naturæ dependet, & tunc ad ſuppoſitum dependet eiuſdem naturæ, quando ſuppoſitum tale quidditatiuam illius naturæ prædicationem recipit, vt cum dicitur; Franciſcus eſt quidditatiue homo; ad ſuppoſitum verò dependet alterius naturæ, quando ſuppoſitum tali prædicationem per ſe, & quidditatiuam naturæ illius non recipit, velut ſi humana natura ſuppoſitaretur in lapidis ſuppoſito, hæc non eſſet per ſe, & quidditatiua hic lapis eſt homo; atque ita contingit in propoſito de Verbo, & humana natura; Natura humana ſingularis, quæ in ſuppoſito propriæ naturæ ſuppoſitari debuit in eodemmet inſtanti, in quo ſuppoſitari debebat in proprio ſuppoſito preuenta fuit à Verbo Diuino dependentiam ipſius naturæ terminante; atque ita humana natura in Verbo ſuppoſitata fuit, vt in ſuppoſito alterius naturæ, ex quo patet, quod vnio naturæ humanæ ad Verbum eſt tantum vnitas ordinis in natura humana tanquam in poſteriori fundati, & terminati ad ſuppoſitum Verbi tanquam ad prius in ratione ſuſtentantis, vel ſuppoſitantis, aut in ſe perſonantis ipſam humanam naturam.

20 Vt ſciamus quomodo ſe habeat iſta vnio hypoſtatica ad alias vniones Creatas, quarum plurimas recenſet D. Bernardus lib. 5. de conſideratione ad Eugenium, & Scotus vbi ſupra in 1. diſt. 2. p. 2. q. 5. notandum eſt, primò quod vnio proprie dicta eſt inter extrema realia realiter diſtincta; Qua propter licet in Diuinis ſit perfectiſſima vnitas aliquorum inter ſe, vt eſſentiæ Diuinæ, Diuinorum attributorum, & proprietatum perſonalium non eſt tamen vnio proprie dicta, ſed ſunt vna ſimpliciſſima res; Secundò notandum quod vnio aliquorum conſiderari poteſt, vel ex parte eorum quæ vniuntur inter ſe, vel ex parte illius, in quo vniuntur; Exemplum primi, vt materia, & forma, quæ ſe ipſis vniuntur ad conſtituendum tertium; Exemplum ſecundi, vt plures lineæ vniuntur in Centro; In prima harum vnione maior vnio attenditur penes modum, quo inter ſe vniuntur, vt illa dicatur maior vnio illorum, quæ magis interſe vniuntur, & hoc, vel quia extrema vnibilia magis identificantur, & minus diſtinguuntur, vt videre eſt inter vnibilia metaphiſicalia ſcilicet inter realitates generis, & differentiæ ad conſtituendam ſpeciem; vel quia ex vi vnionis extrema in pluribus ſunt vnum, vt materia, & forma quæ ſunt vnum in natura, & in ſuppoſito, quia ex illis natura, & ſuppoſitum reſultat; In ſecunda vnione attenditur maior vnitas illius, in quo vniuntur extrema, vt illa dicatur maior vnio illorum, quæ in aliquo magis vniuntur.

21 Tertiò notandum, quod cum in Chriſto Domino ſint duæ naturæ Diuina, & humana in Verbo vnitæ poſſumus agere, vel de vnione Diuinæ naturæ, cum humana, vt inter ſe vniuntur, vel vt vniuntur in Verbo Diuino tanquam in ſuppoſito commune; ſi conſideremus vnionem naturæ Diuinæ, & humanæ, quatenus inter ſe vniuntur, & ex parte horum extremorum

morum inter ſe talis vnio eſt minima, quia ex illis nullum prorſus vnum reſultat, ideſt nullum vnum, neque per ſe, neque per accidens. Vnio vero naturæ Diuinæ, & humanæ, vt ſunt vnitæ in Verbo eſt maxima inter omnes vniones Creatas. Ita D. Bernardus, de conſideratione ad Eugenium lib. 5. cap. 20. vbi dicit, quod maxima omnium eſt vnio trium Perſonarum in vna eſſentia, & ſecunda eſt vnio duarum naturarum in vna Perſona, eo enim dicitur, maior vnio illorum, quæ in aliquo vno vniuntur, quo illud vnum eſt magis vnum, & magis indiuiſibile, ſed natura Diuina, & natura humana vniuntur in vna ſimpliciſſima perſona, quæ eſt magis vna, quam quæcumque alia Creata Perſona; nulla enim reperitur Perſona Creata, quæ comparata ad ſummam illam ſimplicitatem Diuinarum perſonarum non admittat aliquam compoſitionem.

22 Item quia vnitas perſonæ Verbi in qua vniuntur natura Diuina, & humana eſt vnitas increata per ſe ſubſiſtens, & completiſſima, vnitas verò cuiuſcumque Creati eſt vnitas per participationem, natura enim Diuina eſt, vna ſimpliciſſima res cum perſona Verbi, & natura humana licet ſecundum eſſentiam diſtinguatur à perſona Verbi tamen in eſſe perſonali non diſtinguitur, quia natura humana non habet propriam perſonalitatem, ſed ipſa Perſona Verbi, eſt perſona naturæ humanæ, cum qua non facit aliquam compoſitionem, ergo vnio illa erit maior, quia in magis vno vniuntur. Vlterius hæc vnio Incarnationis dignitate eſt, maior omnibus vnionibus Creatis, ſi enim loquamur ex parte eorum, quæ vniuntur vnum extremum eſt infinitè perfectum, ſcilicet eſſentia Diuina, & altera eſt ſubſtantia perfecta, ſcilicet natura humana, quæ licèt ſit in ſe finita, tamen ex vnione cum altero extremo per communicationem Idiomatum ſit perfectiſſima, quia eſt Deus, ſi etiam loquamur ex parte eius in quo vniuntur apparet, quod ſit infinitæ dignitatis, quia Perſona Diuina eſt verè Deus ad quam dignitatem, nihil pure Creatum poteſt accedere, atque adeo D. Bernardus loco ſuprà citato dixit, quod hæc vnio eſt præſtantior alijs præter vnionem Trinitatis, quæ tamen non eſt vnitas propriè, ſed potius identitas eſſentialis, & quidem perfectiſſima.

23 Si vnio hypoſtatica comparetur cum vnione beatifica, ſe habent inter ſe ſicut excedens, & exceſſum ob dicta alibi, tamen de facto in Chriſto ſunt inſeparabiles, & numquam, vt homo fuit ſine vtraque vnione, ſemper enim fuit eſt, & erit ſimul Deus, & beatus; non tamen ex vitalis vnionis hypoſtaticæ, ſequitur neceſſariò naturam Humanam Verbo, vel Diuina eſſentia frui, ſic quod oppoſitum inuoluat contradictionem. Ita Scotus in tertia diſt. 2. quæſt. 1. contra Henricum Quolibet 6. quæſt. 6. quia ex vi vnionis ſolùm Verbum eſt præſens Animæ aſſumptæ, ſecundum eſſe perſonale, ergo ſi ex vi talis vnionis eſt præſens in ratione obiecti immutantis Intellectum Animæ aſſumptæ ex eo non plus habetur, niſi quod ex vi vnionis ſolum Verbum immutet Intellectum Creatum, & non tota Trinitas, quod tamen eſt falſum, quia opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, Ita Scotus in 2. d. 1. quæſt. 1. ex D. Auguſtino; Item poſito fundamento totali, ac completo ex vna parte, & termino ex alia poteſt poni reſpectus inter illa omni alio excluſo, ſed natura ipſa per ſeipſam eſt totale fundamentum reſpectu vnionis hypoſtaticè, & Verbum eſt terminus, nec ad hoc concurrit aliquo modo fruitio, ergo poſita tali natura, & ſuppoſito terminante, poteſt poni talis vnio ſine fruitione, quæ impertinenter ſe habet ad ipſam; Immò viſio beatifica poteſt ſupernaturaliter ſeparari ab actuali fruitione, non enim repugnat ex parte Dei, quia ad extra agit liberè, & contingenter, nec ex parte viſionis, & fruitionis, quia viſio beatifica eſt

prior fruitione ex 1.d.1. q.1. & 4. diſt.49. q.4.& 3.diſt.1.q.2.nec aliqua connexione neceſſaria inter eas intercedit; & ab inuicem diſtinguuntur; ergo viſio beatifica poteſt à fruitione ſeparari: Immò poteſt dari fruitio Diuinæ eſſentiæ ſine viſione, quia fruitio eſt quædam forma abſoluta, non dependens à viſione, niſi in genere Cauſæ quodammodo efficientis, ergo Deus de ſua potentia abſoluta poteſt illam cauſare in voluntate Creata ſine viſione, quia poteſt vicem, cuiuſcumque Cauſæ extrinſecè ſupplere.

De termino vnionis Hipoſtaticæ in Incarnatione Dominica. Artic.4.

1 Dictum eſt huc vſque vnionem hypoſtaticam terminari ad Verbum Diuinum; ſed cum in Verbo Diuino reſpectu talis vnionis hypoſtaticæ naturæ humanæ duo termini conſiderandi ſint vnus totalis, & alter formalis, terminus totalis eſt ipſum Verbum,ſed dubium eſt, quis ſit terminus formalis; Nam ſicut in omni Agente eſt principium quod, & principium, quo principium quod eſt ſuppoſitum agens principium quo eſt forma, qua agens producit, vt in igne generante ignem principium,quod eſt ſuppoſitum ignis; principium quo eſt forma ignis, ſiue natura eius, ſicut etiam in Diuinis principium, quod generationis eſt Pater, principium quo eſt eſſentia; Ita in propoſito, cum in Filio ſint eſſentia, & relatio qua conſtituitur in eſſe perſonæ puta filiatio (ſuppoſito, quod principium, quod terminans hanc vnionem ſit Perſona Filij) quæritur de ratione formali terminandi iſtam vnionem an ſit eſſentia, an proprietates hypoſtatica quæcumque illa ſit, vel abſoluta, vel relatiua, ſecundum duplicem modum dicendi de perſonarum conſtitutione, vt viſum eſt in ſecundò libro; Hoc dubium poteſt moueri, vel de facto, vel de poſſibili; de poſſibili quidem, an natura Diuina terminare poſſit immediatè hanc dependentiam, ita quod natura humana immediatè eſſet vnita naturæ Diuinæ, vel de facto; An Incarnatio Verbi Dei, quæ facta eſt terminata ſit ad perſonalitatem Verbi Dei, quæ facta eſt terminata ſit ad perſonalitatem Verbi Dei primò, & immediatè, & quomodo; In vtroque ſenſu dubium reſoluendum eſt in præſenti articulo.

2 Durandus in 3. diſt. 1. q. 2. voluit primarium terminum huius vnionis eſſe ipſammet Diuinam eſſentiam ſecundarium verò Diuinam Verbi Dei perſonalitatem tali motus ratione per illud competit Perſonæ Diuinæ vniri aſſumptæ naturæ, per quod ei competit naturæ aſſumptæ dependentiam terminare; ſed Perſonæ Diuinæ competit terminare eius dependentiam ratione eſſentiæ, ergo naturæ Diuinæ competit primò vniri naturæ humanæ, quam Perſonæ Diuinæ; Maior probatur, quia ſicut natura aſſumpta vnitur, quia dependet, ita perſona aſſumens eam ſibi vnit; quia terminat eius dependentiam; minor etiam probatur Perſona Diuina eo terminat, quo ſubſiſtit, ſed ſubſiſtere non conuenit ei quatenus perſona, ſed ratione eſſentiæ Diuinæ ergo ratione eſſentiæ Diuinæ terminat, maior huius diſcurſus patet, minor probatur; ſubſiſtere dicit eſſe ſecundum perfectiſſimum modum eſſendi, ſed perfectiſſimus modus eſſendi eſt eſſe in ſe, vel ad ſe, vt patet ex D. Auguſtino 5. de Trinit. cap.7. dicente, omnis res ad ſe ſubſiſtit quantò magis Deus? ergo talis perfectiſſimus modus eſt proprius eſſentiæ, & non perſonæ, ſi igitur conuenit Perſonæ conuenit illi ratione eſſentiæ, & non ratione ſuæ perſonalitatis cuius eſt ſubſiſtere in ordine ad aliud.

3 E contra Alexander Alenſis 3.p. q.4. Memb.1. D. Thomas 3.p. q.3. art.1. & 2. D.Bonau. in 3. diſt.1. q.2. Richardus in 3. diſt.1. art.1. q.2. Doctor ſubtilis in 3. diſt. 1. q. 5. & ferè omnes Theologi præter paucos ſentientes cum Durando, oppo-

ſitum ſentiunt, quorum ſententia his tribus propoſitionibus explicatur, quarum prima eſt negatiua, quæ eſt iſta; eſſentia Diuina non eſt ratio formalis terminandi vnionem; Secunda eſt affirmatiua, quæ eſt talis. Verbum Diuinum terminat primò, & immediatè vnionem humanitatis ad ipſum proprietate eius perſonali ad eo, quod perſonalis proprietas eſt formalis, ratio terminandi hanc vnionem; Tertia propoſitio, quæ eſt etiam affirmatiua talis eſt; eſſentia Diuina prout eſt in Filio terminat ſecundariò, & mediatè iſtam vnionem; Hæc ſententia ſic explicata eſt adeo certa, vt contraria probabilis nullo modo exiſtimanda ſit; & ferè expreſsè habetur in Concilio Toletano 6. & 11. in principio, vbi ſic dicitur ſolus Filius aſſumpſit humanitatem in eo, quod proprium eſt Filij, non quod commune eſt Trinitati; quid clarius? Alterum enim affirmat, & alterum apertè negat, & in 6. Synodo act. 8. ſub fine dicitur ſolum Verbum eſſe Incarnatum, quia Pater, & Spiritus Sanctus (hæc ſunt Verba Concilij) nihil in Incarnatione habent commune, niſi benigniſſimum voluntatem; Quorum Verborum ſenſus manifeſtus eſt; effectionem Incarnationis eſſe communem tribus perſonis, quia per aliquid illis commune illam efficiunt ſcilicet per voluntatem; Incarnari verò non eſſe commune, quia non ad aliquid commune terminatur.

4 Prima propoſitio ſic probatur; In quocumque ſuppoſito eſt formalis, ratio terminandi iſtam vnionem ipſum terminat eam, ſed Pater, in quo eſt eſſentia Diuina non terminat eam, ergo eſſentia Diuina non eſt terminandi, probatur maior propoſitio iſtius argumenti; ſuppoſitum non terminat, niſi quia in ſe habet rationem terminandi, nam cuicumque competit, ratio formalis proxima ad aliquid illud ſibi competit, nihil enim amplius requiritur, ſicut quia principium Creandi eſt in tribus perſonis, ideò tres perſonæ creant; ſi ergo eſſentiam eſſet tale principium terminandi omnes tres Perſonæ terminarent, ſed non terminant, vt patet ergo eſſentia Diuina non eſt formalis, ratio terminandi; Hæc ratio Scoti ſtat in hoc, quoe ſi eſſentia Diuina eſſet formalis, ratio terminandi vnionem, cum eadem eſſentia numero ſit in Patre, etiam ante huiuſmodi terminationem ſequeretur, quod Filius non poſſet terminare hanc dependentiam, quin terminaret, & Pater, & patet exemplo; nam ſi ponamus aliquam albedinem in tribus ſuppoſitis, quæ ſit ratio formalis ſimilitudinis ad aliud album, impoſſibile eſt, quod vnum ſuppoſitum per illam albedinem, tanquam per rationem formalem, & fundamentalem ſimilitudinis dicatur, ſimile quin etiam ſecundum, & tertium ſuppoſitum ſecundum illam dicantur ſimilia, ita in propoſito.

5 Secunda propoſitio, Verbum Diuinum terminet primò, & immediatè vnionem humanitatis ad ipſum proprietate eius perſonali; Nam natura humana eſt vnita Verbo Dei in vnitate perſonæ, ergo proprietas eius perſonalis eſt; ratio terminandi hanc vnionem; Probatur antecedens, quia hæc vnio eſt perſonalis, & hypoſtatica, ergo eſt in vnitate perſonæ, & probatur conſequentia, quia quæ vniũtur perſonaliter ex eo ſic vniuntur, quia ſubſiſtunt ſubſiſtentia, illius ſuppoſiti in quo vniuntur, neque aliud eſt Intelligibile, ſed ſic vniri eſt, quod ſubſiſtentia illius ſuppoſiti terminet dependentiam naturæ vnitæ in tali perſona; Præterea in Verbo non ſunt niſi eſſentia, & relatio perſonalis, ſed eſſentia non terminat proximè, & immediatè hanc vnionem, vt iam probatum eſt, ergo relatio perſonalis eſt; ratio formalis terminandi; Tertia propoſitio, eſſentia Diuina provt eſt in Filio, terminat ſecundario, & mediatè iſtam vnionem, ita omnes Theologi, & probatur Natura Diuina non diſtinguitur ſubſtantialiter, & hypoſtaticè à Perſona Diuina Verbi; ergo impoſſibile eſt, quod Natura humana, quæ vnita eſt Perſonæ Verbi proximè, & immediatè, non ſit etiam vni-

ta naturæ Diuinæ ſubſtantialiter, & hypoſtaticè, ſubſtantialiter tanquam natura ſubſtantialis naturæ ſubſtantiali hypoſtaticè, ideſt in vna, eademque hypoſtaſi, & perſona Verbi, ergo ſecundario, & mediatè eſsentia à Diuina terminat hanc dependentiam.

6 Ex hac tertia propoſitione ſequitur, primò quod Pater, & Spiritu ſancto non poſsunt dici, homo ratione iſtius vnionis humanitatis ad Diuinitatem, quia quamuis natura Diuina terminet mediatè iſtam vnionem non terminat tamen illam abſolutè, & ſecundum ſe, ſed ratione Verbi, & prout eſt in Verbo, & non vt eſt in Patre, & Spiritns Sanctus; ſequitur ſecundò, quod ex vnione naturæ humanæ, quæ modo facta eſt in perſona Verbi naſcitur, quod natura Diuina dicitur propriè aſsumpſiſse naturam humanam, quia ad hoc requiritur ſolum, quod principium, & terminus aſsumptionis ſint idem ſuppoſitum, ſed natura Diuina eſt idem cum Verbo, & Verbum fuit principium, & terminus, ergo natura Diuina in quantum eſt eadem cum Verbo dicitur aſsumpſiſse, atque ita concedi poteſt hæc propoſitio natura Diuina aſsumpſit naturam ad perſonam Verbi non tamen natura Diuina aſsumpſit naturam ad ſeipſam, quia in hac ſignificatur, quod natura Diuina ratione ſui, & non ratione Verbi aſsumpſit, quod eſt falſum; eodem modo concedenda eſt; Hæc altera propoſitio Natura Diuina eſt Incarnata, quia ſic Docent Athanaſius Cyrillus, & Damaſcenus ſemper tamen intelligendo, quod natura Diuina non primariò, & ratione ſui dicitur Incarnata, ſed in quantum eſt idem cum ſuppoſito Verbi; non tamen concedenda eſt, hæc eſsentia Diuina generat, quia hæc eſt damnata in cap. Damnamus de Summa Trinit. & fide Cath. & ratio eſt, quia ex conceſſione huius ſub oriretur ſuſpicio, quod qui illam concederet aſsereret plures eſse Deos alterum generantem, alterum genitum.

7 Pater, & Spiritus Sanctus, æquè potuit aſsumere humanam naturam ſicut, & Filius, quia ad vnionem humanæ naturæ cum Diuina Perſona faciendam non plura exiguntur, quam extrema vnibilia, & omnipotentia vnientis, ſed Perſona Patris, ſicut Perſona filia eſt vnibilis, & Perſona Patris æqui eſt vna, & Perſona Spiritus Sancti, ita vna ſicut, & filij, & omnipotentia Sanctiſſimæ Trinitatis vnientis reſpectu trium Perſonarum æquè eſt eadem, ergo ſicut potuit Filius naturam humanam ſibi aſsumere, & vnire ſic potuit Pater, & Spiritus Sanctus; confirmatur, tota enim difficultas vniendi prouenit, vel ex diſtantia, ſeu repugnantia extremorum vnibilium ad inuicem, vel ex imbecillitate virtutis vnientis, ſed non poteſt aſſignari maior diſtantia, vel repugnantia inter vnam perſonam, quam inter aliam, nec rurſus maior eſt imbecillitas reſpectu vnius, quam reſpectu alterius, ſed eſt æqua Omnipotentia, ergo ſi vna potuit naturam humanam aſsumere potuit pariter, & alia ſic igitur eſt poſſibilitas ex parte Patris, & Spiritus Sancti, ſicut ex parte Filij.

8 Si Obijcies proprium vnius Perſonæ in Diuinis, impoſſibile eſt alteri conuenire, ſed filiatio eſt propria filij, ergo impoſſibile eſt, quod conueniat Patri, vel Spiritui Sancto, ſed illis conueniret, ſi carnem humanam aſsumpſiſſent, eo modò quo Filius ergo eſt impoſſibile Patrem, & Spiritum Sanctum aſsumpſiſse; Reſpondetur non eſse impoſſibile proprietatem vnius alteri conuenire diuerſo reſpectu, & ſecundum proprietatem diuerſæ naturæ, ſed ſolum eſse impoſſibile, ſecundum eandem naturam, & eundem omninò reſpectum, & ideò quamuis filiatio ſit proprietas, Filij ſecundum æternam generationem potuit tamen Patri, & Spiritui Sancto conuenire ſecundum generationem humanam; ſi obijcias adhuc Incarnari, nihil aliud eſt quam in carnem mitti, ſed Pater non poteſt mitti, quia mitti dicit

ſub

ſub authoritatem; ergo Pater non potuit Incarnari; Reſpondet D. Bonau. quod Incarnari, nihil aliud eſt, quam in carnem mitti, ſi intelligatur de Filio, ſed ſi Incarnari accipiatur ſecundum ſuum conceptum ſolum ſignificat carni vniri, vnde licet Pater non poſſit mitti, quia tamen poteſt carni vniri, ei optimè competit Incarnari.

9 De facto falſiſſimum eſt dogma Sabellianorum, qui cum nullam facerent Perſonarum diſtinctionem ſecundũ rem, ſed ſolum ſecundum nomen, quia eundem eſſe dicebant Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum nomine tantum diſtinctum negarunt vnam perſonam Incarnari poſſe ſine alia, ac proinde non tantum Filium, ſed & Patrem, & Spiritum Sanctum Incarnatum fuiſſe; Refert etiam Socrates lib. 2. Hiſt. cap. 19. coactum fuiſſe Concilium contra Hæreticos Patripaſſianos, qui totam Trinitatem Incarnatam, & paſſum eſſe dicebant tempore etiam D. Anſelmi hic error cæpit repullulare ab inferis reuocatus, per quendam Clericum, & in Concilio Rhemenſi damnatus, vt ipſe refert lib. de Incarnatione Verbi; Iterumque à Gilberto Porretano excitatus, & damnatus in alio Concilio Rhemenſi, ſub Eugenio tertio; qui iam ante in quinta Synodo Collat. 8. cap. 5. In Concilio Lateranenſi ſub Martino primo Conſult. 5. Can. 5. & 10. in alio Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio 3. & habetur Cap. Firmiter de Summa Trinitate, & Fide Cathol. in Concil. Cartaginenſi in Formacienſi iam fuerat anathematizatus; Symbola quoque Apoſtolicum, Nicenum, & D. Athanaſij nihil apertius definierunt, quam realem Trinitatem Perſonarum in Diuinis, & Filij Dei humanam Incarnationem.

10 Sed audiamus, quid dicat Concilium Toletanum ſextum, cuius Verba ſic ſe habent cum tota Trinitas cooperata ſit formationem ſuſcepti hominis; quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis, ſolus tamen Filius ſuſcepit humanitatem in ſingularitate perſonæ, non in vnitatem Diuinæ naturæ, ideſt in eo quòd proprium eſt Filij, non quod commune eſt Trinitati; nam ſi naturam hominis; Deique alteram in alteram confudiſſet, tota Trinitas Corpus aſſumpſiſſet, quoniam conſtat naturam Trinitatis eſſe, vna non tamen perſonam, quid clarius? Audiamus pariter D. Auguſtinum, qui in Libro de Fide ad Petrum, dicit reconciliati ſumus ſecundum Carnem per ſolum Filium, ſed non ſibi Filio ſecundum Deitatem, Trinitas enim nos ſibi reconciliauit, per hoc quod ſolum Verbum Carnem, ipſa Trinitas ergo aſſumptionem Caruis facit, ſed Verbo non Patre, & Spiritui Sancto; ſi enim Pater, ſibi & Filius ſibi, vel Pater filio, & Filius Patri Carnis aſſumptionem operatus eſſet, iam non eadem eſſet operatio vtriuſque, ſed diuiſa, ſicut autem inſeparabilis, & indiuiſa eſt ſubſtantia trium ita, & operatio. Ita D. Auguſtinus; Diſtinguendum igitur eſt, quod aſſumptio duo ſignificat nempè actionem aſſumentis, & terminum huius actionis, nempè ad ſe vnientis, licet ſecundum rationem actionis hoc aſſumptio ſit communis toti Trinitati propter vnitatem naturæ, quæ eſt ratio agendi; Secundum tamen terminum ad ſe vnientis, cum nec ad Patrem, nec ad Spiritum Sanctum, ſed ad ſolum Filium terminata ſit vnio humanæ naturæ, ſolus Filius verè dicitur humanam naturam aſſumpſiſſe.

11 Quòd verò de facto potius perſona Filij, quam alia humanam naturam aſſumpſerit, D. Thomas 3. p. quæſt. 3. art. 8. & D. Bonauentura in 3. d. 1. q. 3. art. 2. varias Cauſas, & rationes adducunt; nos contenti erimus, tres rationes aſſignare; Quarum prima eſt, quia Filius eſt in Trinitate medius, magis enim decet Perſonam mediam tenere rationem Mediatoris quam aliam; Incarnatio autem eſt ordinata ad Officium mediatoris, & ideò magis decuit Filium eſſe Mediatorem, quam

 alium,

alium, vt qui eſt medius inter Patrem, & Spiritum Sanctum, ſit etiam medius inter Deum, & homines quàm rationem videtur attigiſſe D. Paulus dum ait Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, Secunda eſt ratione modi, & ordinis; Fecit enim hoc Diuina ſapientia inquit Magiſter in 3. diſt. 2. vt Deus, qui in ſapientia ſua Mundum condiderat iuxta illud omnia in ſapientia feciſti Domine, quæ in Cœlis ſunt, & quæ in terris, omnia etiam per ipſam inſtauraret; Cum igitur Filius ſit ſapientia Patris, iure, & meritò omnia per ipſum primitus fuerunt condita, & ideo cum homo ſit Microcoſmos, & perfectio totius vniuerſi, omnis enim creaturæ nomine intelligitur homo, vt dicit D. Gregorius Hom. de Aſcenſ. homine deperdito, omnia videbantur deperdita, & illo reparato reſtaurata, quia omnia propter ipſum facta ſunt, & ideo filius cui attribuitur ſapientia Diuina, ad vniuerſam in homine reſtaurandum humanam naturam videtur potiſſimum aſſumere debuiſſe.

12 Tertia denique, quia congruentius mitti debebat, qui eſt ab alio, quam qui eſt à nullo, mitti enim dicit ſub authoritatem, aut emanationem ab alio, & hinc eſt quod Pater non mittitur, quia ab alio non emanat cum ſit fons emanationum Diuinarum, cum igitur Incarnari ſit in carnem mitti, & Filius ſit à Patre; Pater verò à nullo, ergo Filius debuit in Carnem mitti, & non Pater; Verum aliquis forſan, dicet hanc rationem competere Spiritui Sancto, ſed perpendat velim, quòd illi primam competit miſſio, cui primam competit emanatio, Cum igitur Filio in Diuinis competat emanatio, primò etiam illi in hominem competit miſſio, & hinc eſt primo miſſus eſt Filius in carnem, deinde Spiritus Sanctus in mentem addamus; Quartam, quæ deſumi poteſt ex occaſione peccati primi parentis, & ratione medelæ ſapienter per Incarnationem humano generi à Deo allatæ, peccauerat enim primus homo appetendo ſcientiam, vt patet ex Verbis ſerpentis ſcientiam boni, & mali promittentis, Vnde conueniens fuit, vt per Verbum veræ ſapientiæ homo reciperetur à Deo, qui per inordinatum ſcientiæ appetitum à Deo receſſerat, vt vnde mors oriebatur inde vita reſurgeret.

13 An verò plures Perſonæ Diuinæ poſſint eandem naturam humanam aſſumere eſt contróuerſia inter Doctores; Affirmant Alexander Alenſis 3. p. q. 2. Membr. 4. D. Thomas in 3. p. q. 3. art. 6. cum ſuis Thomiſtis Henric. Gandau. quol. 6. Ocham in 3 art. 3. q. 1. & alijs; D. Thomas loco cit. dicit, quod talis eſt Perſonarum Diuinarum condictio, quod vna earum non excludit aliam à cõmunione eiuſdem naturę, ſed ſolum à communione eiuſdem perſonæ; Vnde cum in myſterio Incarnationis tota ratio facti ſit ſola voluntas facientis magis circa hoc eſt iudicandum ſecundum conditionem Diuinæ perſonæ aſſumentis, quam ſecundum conditionem naturæ aſſumptæ, ſic ergo (inquit) non eſt impoſſibile Diuinis Perſonis, quod duæ, vel tres aſſumant vnam, & eandem naturam. Scotus verò docet oppoſitum in 3. d. 1. q. 2. Albertus Magnus q. 1. art. 10. D. Bonauentura in 3. diſt. 1. art. 1. q. 3. vbi dicit, quod plures Perſonæ non poſſunt vnum, & eundem hominem aſſumere non propter defectum potentiæ; ſed propter repugnantiam contradictionis implicitæ; Huic igitur ſententiæ ſine præiudicio Diuinæ omni potentiæ ſubſcribimus, & dicimus repugnare ex parte naturæ eandem à pluribus Perſonis Diuinis in vnitatem Perſonæ aſſumi, & ſic probamus cum Doctore ſubtili.

14 In omni dependentia eſſentiali vnũ dependens non dependet præciſè niſi ab vno, quòd totaliter terminat eius dependentiam, ſed in tali vnione eſſet dependentia eſſentialis naturæ humanæ, & vna perſona terminaret totaliter, eam igitur non poſſet dependere ſimul à pluribus perſonis; probatur maior in omni dependentiam cauſati ad Cauſam, quia impoſſibile eſt idem cauſatum habere plures cauſas totales in eodem genere cauſandi, à quibus dependeat; ſequeretur enim

quod

quod eſſentialiter dependeret ab vno, quo tamen non exiſtente nihilominus dependeret ab alio, & ſic vtrumque eſſet Cauſa totalis, & neutrum; Idem etiam euidetur argui poſſe de omnibus dependentijs, quæ non ſunt Cauſatorum ad cauſas, quod cum dependentia alicuius fuerit totaliter terminata ad vnum, non poteſt totaliter terminari ad aliud; ſi igitur effectus vnionis hypoſtaticæ, ſiue etiam dependentia relationis ex tali vnione conſurgentis terminaret totaliter ad vnã perſonam, impoſſibile videtur totaliter terminare ad aliam, eadem enim repugnantia vtrobique apparet, quia ſupponitur eadem dependentia terminare ad duos terminos totales; quorum ſi vnus adæquate, & præcisè terminat, alter nihil facit ergo alter erit ſuperfluus, & non terminabit, & ſic non erit terminus totalis.

15 Secundò idem probatur; Implicat contradictionem eundem effectum, ſimul conſtitui per plures formas adæquatas, ſed vnio naturæ humanæ ad perſonam Diuinam eſt effectus ergo implicat contradictionem conſtitui per plures formas adæquatas, conſtitueretur autem ſi vniretur tribus perſonis in vnitatem perſonæ, hoc igitur videtur impoſſibile; Tertiò ſequeretur plures perſonas eſſe vnam perſonam; omnis enim vnio terminatur ad aliquam vnitatem, cum ex omni vnione aliqua vnitas reſultet, vel igitur terminaretur ad vnitatem perſonæ, vel ad vnitatem naturæ, vel ad aliquam aliam, quia nulla alia eſt niſi gratiæ; vel inhabitationis, &c. quæ non ſunt eiuſdem rationis cum vnione, de qua loquimur, non in vnitatem naturæ, quia natura humana non poteſt fieri vna cum Diuina, nec vnitas ex vtraque reſultaret, contra Eutichem, nec denique ad vnitatem perſonæ, quia implicat plures perſonas fieri vnam perſonam, ergo impoſſibilis videtur talis vnio; Denique ſi plures perſonæ Diuinæ, vnam aſſumerent naturam, aut hoc fierit vnica vnione, aut pluribus, ſi vnica cum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus non communicent niſi in eſſentia, vnio illa eſſet in aliquo communi, & non in perſona; ſi pluribus vnionibus, ergo plures eſſent Incarnationes, reſpectu vnius carnis, ſed Incarnatio non numeratur niſi ratione carnis, ergo cum vna, & eadem eſſet caro non poſſent eſſe plures Incarnationes.

16 Vt hæc veritas magis eluceſcat; ei oppoſitum obijcitur, quo amoto habebitur intentum; & primo ſic; ſicut prius poteſt eſſe ſine poſteriori abſque contradictione, ita poteſt idem manere plurificato poſteriori, prior autem eſt ratio ſingularitatis, ſiue indiuiduationis in natura Creata, quam ratio perſonæ quod apparet, quia Verbum aſſumpſit naturam atomam non tamen perſonatam, igitur poteſt manere, eadem indiuidua natura licet multiplicentur, ſuppoſita ſeu perſonæ extrinſecè reſpectu illius naturæ; Reſpondet Scotus, quod licet Indiuiduatio poſſit eſſe ſine perſonalitate, non tamen ſequi, quod vna, & eadem Indiuiduatio poſſit eſſe cum pluribus perſonalitatibus, tunc enim concludi poſſet, quod vna, & eadem indiuiduatio naturæ eſſe poteſt in pluribus perſonis Creatis cum natura ſit prior perſona: negat igitur Scotus hoc axioma vniuerſaliter eſſe verum, multiplicari poſſe poſterius non multiplicato priori, præſertim ſi diſtinctio poſterioris concludat in priori aliquid ſibi repugnans, vt in præſenti contingit, vbi tres perſonæ eſſent vna perſona, ſi vna, & eadem natura humana aſſumeretur à tribus perſonis in vnitatem perſonæ.

17 Obijcitur ſecundò; Natura humana antequam aſſumatur, & aſſumptibilis à quacumque Perſona diuiſim ſupponatur igitur quòd omnes agant ſimul in eodem inſtanti ad aſſumptionem eius, aut aſſumetur ab omnibus, & habebitur intentum, aut à nulla, & hoc eſt inconueniens, ſi agunt ad aſſumptionem in quantum poſſunt, quia Creatura eſt imperfecta obedientia reſpectu Creatoris, aut aſſumetur ab aliqua tantum perſona, quod etiam eſt inconueniens, quia non eſt maior, ratio cur potius aſſumatur ab hac, quam aſſumatur

matur ab hac quam aſſumatur ab illa, cum æqualiter qualibet attentet, ſibi vnire, & æqualiter natura aſſumptibilis diſtet à ſingulis, ac in æquali ſit obedientia reſpectu cuiuslibet perſonæ Diuinæ; Reſpondet adhuc Scotus, quod ſi omnes tres perſonæ agerent ſecundum vltimum ſuæ potentiæ ad illius naturæ aſſumptionem, non agerent ad aſſumptionem eius à tribus, quia eſſent tres termini trium aſſumptionum, ſed ad aſſumptionem ab aliqua, vna ſicuti de facto contingit, quia licet tres agant, vna tamen tantum terminat illam aſſumptionem, illa ſcilicet ad quam volunt naturam humanam vnire; Negat igitur Scotus poſſibile eſſe quamlibet perſonam, ſimul attentare eam naturam ſibi vnire, quia impoſſibile eſt, vt ſimul vniatur pluribus, & ad incompoſſibilia non poſſunt ſimul agere.

18 Obijcitur tertiò; Vna & eadem natura Diuina poteſt eſſe, ſimul in tribus ſuppoſitis, & à pluribus terminari, ergo pariter vna, & eadem natura humana; Reſpondetur negando paritatem, quia natura Diuina eſt infinita, & ideo non implicat in pluribus eſſe ſuppoſitis; humana verò finita eſt, & limitata, & ideò in vno tantum poteſt eſſe ſuppoſito, quia ſi in pluribus illam oporteret multiplicari, & rurſus, quamuis Diuinitas ſit vna natura in tribus perſonis, ita tamen eſt vna, quod ſit omninò eadem, & identificata cum ſingulis, nam dicitur Pater eſt eſſentia, filius eſt eſſentia, Spiritus Sanctus eſt eſſentia, & vice verſa eſſentia eſt Pater, &c. Humanitas verò numquam poſſet identificari cum Perſonis Diuinis, quamuis eſſet vna in tribus perſonis; Non enim Pater poſſet dici natura humana, ſicut nunc Filius, non dicitur humana natura, quia cum natura humana ſit compoſita, non poteſt omninò identificari cum ſummè ſimplici, ideo habet multiplicari ad multiplicationem ſuppoſitorum, quo enim res magis eſt ſimplex, & vna, & eadem poteſt eſſe in pluribus, vt patet de conceptu entis, & quo magis compoſita eo in paucioribus, vt patet de generibus, & ſpeciebus inter medijs. Nam Indiuiduum, quod omnium maximè eſt compoſitum non poteſt eſſe niſi in vno, cum ſit indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio natura, igitur humana in Atomo prout aſſumpta eſt à Verbo, non poteſt eſſe, niſi in vna perſona.

19 Si implicat ſecundum Doctorem ſubtilem tres perſonas Diuinas ſimul, & ſemel aſſumere eandem numero, naturam humanam, non tamen repugnat vnam, & eandem Perſonam plures naturas poſſe ſimul aſſumere, immò conueniunt omnes Theologi in concedenda iſta poſſibilitate; naturæ enim omnes creatæ, ſunt aſſumptibiles à qualibet perſona Diuina ſeorſum, ita quod ex parte ipſarum nulla reperitur repugnantia, nec etiam ex parte Perſonæ aſſumentis, quæ cum ſit ſimpliciſſima ſicut, & natura Diuina; Ideo quemadmodum natura Diuina poteſt pluribus perſonis communicari non repugnat, quin & ipſa perſona pluribus naturis communicari poſſit, cuius exemplum poteſt præbere punctus in centro circuli, qui cum ſit ſimplex, & impartibilis, atque adeò vnam tantùm lineam terminare debere videri poſſet, multas tamen, immò infinitas terminare poteſt, nec vnam vnquam, ita terminat, quin poſſit ſemper, & aliam terminare. Ita igitur Diuina perſona cum ſit ſimpliciſſima, numquam ſic afficitur, natura aſſumpta, quin poſſit aliam aſſumere, & terminare; ſi enim nunc natura Diuina, & humana, quæ multò magis inter ſe diſtant, quam omnes naturæ Creatæ non excludunt à communione eiuſdem Diuinæ Perſonæ, multo minus, ſe ſe excluderent naturæ Creatæ, quæ quantum ad hoc ſunt æqualis dependentiæ, & imperfectionis.

20 Vnde autem habet Perſona Diuina, quod poſſit aſſumere plures naturas, D. Thomas ex eo probat, quia Perſona aſſumens poteſt plures naturas aſſumere, quia perſona aſſumens eſt ſimpliciter infinita, atque adeo Perſona Diuina;

tam

tam vt principium efficiens, quam vt terminus huius vnionis eſt ad hunc effectum ſufficientiſſima. Vnde ſupponit D. Thomas, vt per ſe notum ex parte naturarum, nullam eſse repugnantiam; quia licet ſecundùm capacitatem naturalem, ſe ſe excludant à conſortio eiuſdem perſonæ propriè, & connaturalis, tamen ſecundum capacitatem obedientialem non ſe excluderent à conſortio eiuſdem perſonæ infinitæ, & ſuperioris ordinis, ſi enim (vt ſupra dictum eſt) natura Diuina, & humana, quæ multò magis inter ſe diſtant, quam omnes Creatæ naturæ, non ſe excludunt à communione eiuſdem Diuinæ Perſonalitatis, multò minus ſi excluderent naturæ Creatæ interſe; Inſuper potentia Diuinæ perſonæ eſt infinita, nec poteſt limitari ad aliquid Creatum, atque adeo non eſt dicendum quod perſona Diuina, ita aſſumpſerit vnam naturam humanam, quod non potuerit aſsumere aliam: videretur enim ex hoc ſequi, quod perſonalitas Diuinæ naturæ eſset, ita comprehenſa per vnam naturam humanam, quod ad eius perſonalitatem aliam aſsumi non poſset, quod iam reprobatum eſt.

21 Doctor ſubtilis in 3.d.1.q.3. in argumento poſt oppoſitum, & in corpore Quæſtionis facit tale argumentum; Alia natura potuit aſsumi iſta non aſsumpta, ergo & iſta aſsumpta poteſt alia aſsumi, antecedens patet, & conſequentia probatur; Per hoc quod terminata eſt dependentia huius naturæ humanæ à Perſona Diuina, ad quam hæc natura erat in potentia obedientiali non eſt etiam terminata dependentia alterius naturæ, neque eius potentia obedientialis reducta eſt ad actum, ergo licet prior, reducatur ad actum, & aſsumatur non proinde altera manet in aſsumptibilis, ergo poterit aſsumi; antecedens patet, quia ſunt diſtinctæ naturæ, & diſtinctæ potentiæ, & conſequentia probatur, quia dependentia naturæ terminata non adæquat potentiam terminatiuam Verbi Diuini, nec alterius Diuinæ Perſonæ; licet enim verum ſit quod ex parte dependentis eſsentialiter ſit repugnantia, vt non poſſit totaliter à pluribus Cauſis totalibus dependere, & hoc in effectibus, tam reſpectu Cauſæ totalis, quam independentia ſuppoſitali, quæ eſsentialis etiam eſt; Tamen ipſa Cauſa, vel ipſum independens optimè poteſt terminare plures eſsentiales, & totales dependentias plurium effectuum, vel naturorum, vt videre eſt independentijs eſsentialibus Creaturarum in ratione effectuum, quas omnes quotquot ſunt terminat vnus Deus; ſimiliter ergo poterit vna perſona Diuina quæ independens eſt terminare plurium naturarum dependentias ſuppoſitales, & confirmatur ab actu ad potentiam valet conſequentia, ſed de facto Verbum Diuinum terminauit dependentias duarum naturarum ergo eſt poſſibile; probatur minor in triduo mortis Chriſti Domini Verbum Diuinum habebat duas naturas, vel ſubſtantias ſibi vnitas; Scilicet animã ſeparatam à corpore, & ipſum Corpus, &c.

22 Ex dictis ſatis patet omnium Theologorum conſenſus; quod non eſt poſſibile ſuppoſitum Creatum ſuſtentare naturã extrinſecam ſuppoſitabilem, in proprio ſuppoſito, & ratio eſt, quia natura Creata, non habet potentiã obedientialẽ ad aliud ſuppoſitum creatum, ergo ſuppoſitũ creatum non poteſt effectiuè ſuſtentare aliquã naturam alienam; nam potentia obedientialis eſt ſolũ reſpectu primi efficientis, & non alterius Agentis, ergo ſolum per potentiam primi efficientis poteſt reduci ad actum, atque adeo ſolum primum efficiẽs effectiuè vnire poteſt hypoſtaticè naturã creatam alteri ſuppoſito; Item generalis modus eſſendi conſequens totum naturã ſubſtantiæ completæ non poteſt virtute creata mutari, ſed ſubſiſtere in proprio ſuppoſito eſt modus generalis eſſendi cõſequens totam naturam ſubſtantiæ cõpletæ, & ſingularis ergo virtute naturali non poteſt auferri ab ea, tũc ſic argumẽtatur; ſi ſuppoſitũ Creatum, vi naturali traheret ad propriã ſuppoſitalitatẽ alienã naturã mutaretur, talis modus naturalis, qui naturaliter

ter immutabilis eſt, ergo tale non eſt poſſibile, maior prioris diſcurſus patet, quia ſola Diuina virtute modus accidentis, qui eſt eſſendi in alio auferri poteſt, ſed non naturaliter, ergo ſimiliter, & modus per ſe ſtandi ſubſtantiæ, quia proportionaliter ſe habet vnuſquiſque ad id cuius eſt.

23 Eſt opinio D. Thomæ 3. p. q. 2. art. 3. ad primum, & q. 3. art. 1. & ferè omnium Thomiſtarum, quæ negat vlla ratione fieri poſſe, vt ſuppoſitum Creatum alienam naturam terminet, ſeu hypoſtaticè ſuſtinet; probatur primò; ſi ſuppoſitum Creatum videlicet Petrus poſſet ſubſtentare terminatiuè alienam naturam ſequeretur, quod non eſset limitatum ad certam ſpeciem, cum ſe extenderet ad alium, ſed hoc repugnat cuilibet ſuppoſito Creato, ergo impoſſibile eſt, quod ſuppoſitum creatum poſſit terminare independentiam alienæ naturæ. Secundò natura Creata, & ſuppoſitum creatum, ſunt adequata proportionabilia igitur neutrum excedit alterum, igitur ſicut natura non poteſt eſſe eadem plurium ſuppoſitorum, ita idem ſuppoſitum non poteſt eſse plurium naturarum, quia da oppoſitum ſtatim ſequitur, quod natura, & ſuppoſitum non ſunt adæquata proportionabilia; Tertiò vnio naturæ vnibilis, & communicabilis ad ſuppoſitum, cui vnitur, & communicatur eſt ad ipſum, vt incommunicabile ſubſiſtens; atque etiam terminatur ad aliquid poſitiuum incommunicabile, quod eſt ratio terminandi, ſed nullum ſuppoſitum Creatum eſt ſubſiſtens, per aliquod poſitiuum incommunicabile, ſed addit ſolam negationem ſupra naturam, quæ non poteſt eſse, ratio terminandi reſpectum realem ergo, &c. Ita quod ſicut implicat contradictionem ponere reſpectum, ſine termino ità implicat contradictionem ponere vnionem talem naturæ Creatæ ad ſuppoſitum Creatum.

24 Scoti ſententia circa hoc in 3. diſt. 1. q. 4. eſt quod ſi potentia Diuina effectiuè impediret ſuppoſitalitatem alicuius à naturæ Creatæ ſubſtantialis ſingularis, & cauſaret in illa relationem vnionis, quæ terminaretur ad aliud Creatum ſuppoſitum, tunc ipſum ſuppoſitum creatum poſſet huiuſmodi dependentiam terminare; ſic ſentit etiam Ocham in 3. q. 1. & alij plures, quod poteſt ſic perſuaderi; ſi eſset impoſſibile Impoſſibilitas proueniret, aut quia Deus non poteſt illud efficere, aut proueniret à ſuppoſito Creato aſsumente, aut ex natura aſsumenda, ſed non eſt impoſſibile ex aliquo iſtorum trium ergo, probatur minor non ex primò, quia Deus potuit efficere, vt ſuppoſitum Creatum præueniretur à ſuppoſito Increato, cui hypoſtaticè vnita eſt natura Creata, vt fides docet in Incarnatione Verbi Dei, ergo poteſt etiam idipſum efficere, vt ſcilicet prçueniatur à ſuppoſito Creato, atque ita non in proprio, ſed alieno ſit ſuppoſito. Neque etiam repugnat ex parte ſuppoſiti aſſumentis, quia huiuſmodi aſſumptio non eleuat naturam ſupra ſtatum Creaturæ: quia ſuppoſitum non indiget ad hoc infinitate ſuppoſitum enim Diuinum terminauit huiuſmodi dependentiã, & tamen perſonalitas eius, ratione cuius terminauit non dicit formaliter perfectionem infinitum; Neque tertio ex parte naturæ aſſumendæ, quia non illi repugnat carere propria perſonalitate, & aſſumi ad alienum ſuppoſitum, alias neque Verbo vniri poſſet.

25 Secundò probatur; Ad terminandum dependentiam ſuppoſitalem cuiuſcumque naturæ, ſufficit quod id quod terminat talem dependentiam ſit perſona, vel ſuppoſitum, & quod naturaliter ſit independens tali dependentia, ſed quodcumque ſuppoſitum Creatum naturaliter eſt independens dependentia ſuppoſitali, ergo faciente Deo vnionem ipſam tale ſuppoſitum Creatum poteſt ſuſtentare terminatiuè aliam naturam creatam aſſumptũ in vnitare ſuppoſiti. Tertiò probatur; Maior eſt proportio naturæ Creatæ ad ſuppoſitum Creatum, quam ad ſuppoſitum increatum igitur, ſi perſona Diuina poteſt ſubſtentare aliam naturam, quam ſuam, vel multas naturas Creatas, ergo multò magis hoc præſtare poteſt Perſona Creata;

tu; Antecedens probatur dupliciter, tum quia vtrumque eſt finitum, ſcilicet ſuppoſitum Creatum, & natura Creata, ibi verò vnum finitum, & alterum infinitum, tum quia ſuppoſitum Creatum eſt abſolutum atque ita ſimile naturæ Creatæ aſſumendæ, ibi autem ſuppoſitum eſt relatiuum; igitur ſi perſona relatiua poteſt ſuſtentare aliam naturam, vel multas naturas Creatas, ergo multò magis Perſona Creata abſoluta; Quartò probatur, omnem perfectionem limitatam poteſt Deus præſtare Creaturæ, quæ ſibi non repugnat, ſed ſuppoſitum Creatum vnius naturæ poſſe ſuſtentare aliam naturam Creatam non ponit infinitatem in eo igitur nec repugnantiam, minor probatur, quia illud ſuppoſitum, & illa natura ſunt finita, & finitum additum finito non facit infinitum.

26 Ad primum argumentum oppoſitæ opinionis; Reſpondetur diſtinguendo maiorem, & concedendo ſuppoſitum Creatum non eſſe limitatum extrinſece, & non eſt inconueniens, quod per reſpectum ad naturam extrinſecam ſibi habeat aliquam illimitationem, quia neque hoc arguit perfectionem aliquam eſſet tamen inconueniens, quod intrinſecè eſſet illimitatum, quia intrinſecè ad vnam naturam ſibi intrinſecè terminandam hoc tantum ſe extendit, hoc autem non ſequitur ex opinione Scoti; Ad ſecundum reſpondet Scotus, quod inter naturam, & ſuppoſitum non eſt præciſa, & omnino adequata proportio quin ſuppoſitum Creatum poſſit terminare dependentiam alterius naturæ, natura tamen non poteſt dependere ad plura ſuppoſita terminantia, quia vniuerſaliter independentis Cauſæ, & Cauſati, licèt vna cauſa poſſit terminare dependentias plurium cauſatorum, non tamen plures Cauſæ, in eodem genere, & ordine Cauſæ poſſunt terminare dependentiam vnius cauſati, quia pluralitas priorum arguit regulariter pluralitatem poſterioris, & non è conuerſo; Conſiſtit itaque hæc reſponſio in hoc, quod inter naturam, & ſuppoſitum non eſt præciſa, & adæquata proportio.

27 Reſpondetur ad tertium, quod licet iſta vnio ſit ad incommunicabile ſubſiſtens, non tamen ſicut vnio naturæ humanæ ad Diuinum ſuppoſitum, atque ita non oportet, quod ratio formalis terminandi, ſit aliquod poſitiuum incommunicabile; Vnde iſtud argumentum benè cõcludit, quod natura Creata, non poteſt vniri ſuppoſito Creato, eadem vnione qua vnitur natura humana Verbo, nec aliqua eiuſdem rationis, ſed quod ſimpliciter loquendo non poſſit ſibi hypoſtaticè vniri non concludit; ſed ſupereſt ſoluere difficultatẽ, quæ oriri poſſet ex hac vnione; Quæ eſt ſe Angelus naturam humanam aſſumeret, & poſtquam eam aſſumpſit ſuppoſitaretur in alio ſuppoſito, & dependeret ad aliud, quid fieret de natura humana ſuppoſitata in ipſo? Reſpondet Lichetus tripliciter, & primò dicit, quod in eodem inſtanti, in quo natura Angeli ſuppoſitaretur in alio (quia deſineret eſſe ſuppoſitum propriæ naturæ) ſtatim natura humana dimitteretur, & fieret in ſuppoſito proprio, quia non eſſet amplius ſuppoſitata in Angelo tanquam in ſuppoſito; Secundò dicit, quod natura humana adhuc poſſet remanere in ipſo Angelo, ita quod natura ſingularis ipſius Angeli poſſet ſuſtentare illam licet non in vnitate ſuppoſiti, neque in vnitate naturæ, ſed in vnitate vnionis, ſi eſſet primus terminus vnionis. Dicit tertiò, quod in eodem inſtanti in quo ipſe Angelus, vel natura ſingularis ipſius ſuppoſitaretur, in alio ſuppoſito puta in ſuppoſito ſuperioris Angeli, ipſe Angelus ſuperior ſuppleret vicem vtriuſque ſuppoſiti vtriuſque naturæ ſingularis, ſcilicet Angeli Inferioris, & ſuæ propriæ; Hæc dicta ſint gratia deputationis, quin iſte caſus eſt omninò metaphyſicus, & extra contingentiam.

28 Non paruam difficultatem affert, ſcire an natura Diuina per ſe ſubſiſtens ſubſiſtentia abſoluta poſſit terminare dependentiam naturæ Creatæ, atque adeò tres perſonæ Diuinæ; mediante eſſentia exiſtente in tribus, poſſint aſumere eandem naturam numero cum ſuperius, probatum

ſit

ſit proprietatem perſonalem eſse rationem formalem terminandi vnionem hypoſtaticam; & inuoluere contradictionem tres perſonas Diuinas poſse ſimul terminare vnionem naturæ humanæ; pro huius difficultatis intelligentia, notandum eſt poſse habere duplicem ſenſum, vno modo ſic; ſi per impoſſibile Deus non eſset trinus hoc eſt non eſsent tres perſonæ in Diuinis, ſed erat vnus Deus abſolutus, qui eſset vna perſona abſoluta, vt Philoſophi exiſtimabant, & adhuc Iudæi exiſtimant; an Deus, vt ſic poſſit terminare hanc dependentiam; Secundò modo, vt verè (ſecũdum noſtram fidem) eſt Deus in tribus perſonis, atque ita adhuc dupliciter primò, vt conſideretur natura Diuina, ſic abſtracta ab omni perſonalitate, quod etiam ſingularem ſubſiſtentiam non habeat, ſecundò modo ſic; quod licet à ſubſiſtentijs perſonalibus abſtrahat habeat tamen ſubſiſtentiam ſingularem, & eſsentialem, & hoc vtroque modo poteſt moueri dubium.

29 Notandum ſecundò ex Scoto in 1. diſt. 4. q. 2. quod in Diuinis duplex eſt ſubſiſtentia, vna eſſentialis altera perſonalis, eſt enim in Diuinis præter Diuinas perſonas ſic Deus, qui eſt ipſa eſſentia Diuina in concreto ſignificata, & vt ſic eſt communis tribus perſonis, diſtinguitur tamen formaliter ab ipſis; plura conueniunt huic Deo, vt ſic, & potiſſimum in ordine ad Creaturas, vt Creare conſeruare, &c. & per ſe ſubſiſtere, &c. Hæc autem ſubſiſtentia, quia eſſentialis eſt tribus eſt communis ſicut, & ipſa eſſentia, neque eſt perſonalis, quia vnaquæque perſona habet ſuam ſubſiſtentiam perſonalem ſubſiſtentia abſoluta, & eſſentialis accepta, tam in abſtracta, quam in concreto, vt ſignificat, id quod per ſe exiſtit communicabiliter poteſt elici ex Concilijs, quæ definiunt tres perſonas, vnam eſſe perfectam, & infinitam ſubſtantiam; eſſentia Diuina, ſiue hic Deus per ſe ſubſiſtens poteſt immediatè, ideſt non ratione alicuius ſubſiſtentiæ perſonalis vnire ſibi naturam humanam ratione ſubſiſtentiæ eſſentialis, ita Scotus in 3. diſt. 1. q. 2. & ferè omnium Theologorum cuius ſententiæ ſenſus eſt, quod eſſentia Diuina, ſiue hic Deus per ſe ſubſiſtens communis tribus poteſt immediatè, & rationæ ſuæ ſingularis, & eſſentialis ſubſiſtentiæ, & non ratione alicuius ſubſiſtentiæ perſonalis vnire ſibi naturam humanam terminare, quæ eius dependentiam.

30 Probatur ſufficienter aſſumitur natura humana per hoc, quod illi communicatur ſubſiſtentia ſingularis, ſed eſſentia Diuina ſecundum ſe ipſam eſt ſubſiſtens, ergo eſſentia Diuina immediatè poteſt communicare ſubſiſtentiam naturæ humanæ, & hoc eſt ipſam immediatè aſſumere minor probatur, quia ſubſiſtentia eſſentialis eſt aliquod abſolutum ex D. Auguſtino, ſed omne abſolutum conuenit immediatè eſſentiæ Diuinæ ſecundum ipſam, ſic docet Concilium Toletanum Vndecimum in confeſſione fidei, ergo ſubſiſtentia conuenit immediatè eſſentiæ Diuinæ ſecundum ipſam; & maior etiam patet, quia non eſt neceſſaria ad talem vnionem ſubſiſtentia incommunicabilis, ſed ſufficit ſubſiſtentia ſingularis, quamuis ſit communis, quia in ratione ſubſiſtendi non eſt minus perfecta, quam ſubſiſtentia perſonalis, ſed ſolum requiritur, ratio ſubſiſtendi, quamuis de facto in vnione naturæ, cum Verbo Diuino, ratio immediata terminandi non fuerit Diuina eſſentia, ſed ſubſiſtentia perſonalis eiuſdem Verbi; Ex dicta Doctrina Scoti, ſequitur, ſi primus terminus vnionis ſit *ipſa* natura, ſiue eſſentia Diuina in tribus, per ſe ſubſiſtens, quod poſſibile eſt vnam naturam aſſumi à tribus, quod tamen impoſſibile eſt (vt ſupra probatum eſt) ſi proprietas perſonalis ſit primus terminus vnionis, ſicut de facto eſt in vnione naturæ humanæ cum Filio Dei.

De Cauſa Materialis Dominicæ Incarnationis. Art. 6.

1 NEſtorius, Dioſcorus, & alij Hæretici eorum ſequaces ponentes

tes duas in Chriſto Perſonas, Perſonam conſequéter fuiſſe aſſumptam docebant, quibus ex diametro, totius Eccleſiæ Catholicæ, cætus non ſolum in Concilijs Generalibus congregatus, ſed per Orbem diffuſus ſe ſemper oppoſuit, vnam tantum in Chriſto aſtruens Perſonam, vtique negat Perſonam humanam fuiſſe aſſumptam, ita etiam Scotus in 3. diſt. 1. q. 2. immò Perſona eſt in aſſumptibilis, quia cum perſonalitas in via Scoti ſit negatio duplicis dependentiæ, ſcilicet actualis, & aptitudinalis ad alienum ſuppoſitum, conſequitur perſonalitatem non eſſe aſſumptibilem; quia quod non eſt, quid poſitiuum non aſſumitur, nec aſſumi poteſt; D. Thomas 3. p. q. 4. art. 2. dicit quod aliquid dicitur aſſumi ex eo, quod ad aliquid aſſumitur; Vnde illud quod aſſumitur oportet præintelligi aſſumptioni, ſicut illud quod localiter mouetur præ intelligitur ipſi motui, Perſona autem non præintelligitur in natura humana aſſumptioni, ſed potius ſe habet, vt aſſumptionis terminus; Viderint qui docent perſonalitatem eſſe entitatem ſubſtantialem poſitiuam, quomodo ſaluent eam non eſſe aſſumptibilem, nam omne ens Creatum poſitiuum eſt aſſumptibile, quia eſt in perfecta potentia obedientiali ad Deum, ergo poteſt aſſumi à Perſona Diuina, vel Creata per potentiam Dei abſolutam.

2 Diuus etiam Bonauentura in 3. diſt. 5. art. 2. q. 2. oſtendit falſum eſſe, quod Verbum Diuinum perſonam humanam aſſumpſerit, quia neceſſariò hoc contigiſſet, vna ex his tribus vijs, aut quod ipſum aſſumptum fuiſſet perſonam ante aſſumptionem; aut quod fuiſſet Perſona in aſſumptione, aut quod fuerit perſona poſt aſsumptionem; Horum autem trium modorum nullus poteſt aſſignari verus, nam primus repugnat veritati cóceptionis; Secundus veritati aſsumptionis, Tertius denique veritati vnionis; primus repugnat veritati Cóceptionis, ſi enim fuit perſona ante aſsumptionem, Virgo M. Deum non concepit, ſed hominem purũ, natura enim illa præſupponitur perſonata fuiſse, & cõſequenter purus homo antequã aſsũptus, quod eſt contra Euangeliũ, & Cóceptionis oraculum; Secundus etiam modus veritati aſsũptionis repugnat, nempè quod in aſsũptione extiterit Perſona humana diſtincta à Perſona Verbi, ſi enim in aſsũptione fuit perſona deſijt eſse Perſona, potius in aſsumptione fuit perſona corrumperetur quam aſsumeretur, & ideo non fuiſset aſſumptio, ſed potius corruptio; Tertius denique modus intelligẽdi, quod fuerit perſona humana diſtincta poſt aſsumptionẽ à Perſona Verbi repugnat veritati vnionis; ſi enim aſsumens differt ab aſsumpto, & illud quod eſt aſsumptũ eſt Perſona, & qui aſsumpſit ſimiliter eſt perſona, vtique in Chriſto erunt duæ perſonæ, & pariter ſunt duæ naturæ, ac per hoc nulla eſt vnio, quia nec in Perſona, nec in natura ſecundũ hoc, & tamen in Verbo Diuino, nõ eſt niſi natura, & Perſona, & conſequenter nulla eſset Incarnatio, nec humani generis reparatio, quod adeo eſt abſurdum, vt totius fidei Chriſtianæ perimat fundamentum.

3 Albert. Magn. in 3. diſt. 2. art. 1. docet naturam Angelicam eſse in aſsumptibile, quia putat perſonalitatem Angeli eſse inſeparabilem ab eius natura, & fundatur in Ariſt. 7. met. text. Com. 41. vbi dicit, quod Inſeparatis à materia (vt eſt Angelus) idẽ eſt, quod eſt, & quo eſt ideſt ſuppoſitũ, & natura, ergo corrupta perſonalitate, & natura corrumpitur, ſed hæc ſentẽtia eſt ſingularis, & contra omnes Theol. affirmãtes in Angelis dari potentiam obedientialem ad vnionem hypoſtaticã ſicut, & in cęteris creaturis, quod ſumi poteſt ex Verbis D. Pauli ad Hebr. c. 2. nuſquam Angelos apprehendit; Quæ verba clarè ſupponunt vtrumque fuiſse poſſibile, gratiã verò Dei erga humanum genus in hoc comendari quod in hac vnione humanam naturã Angelicæ prætulerit, & hoc modo expoſitores omnes, & Sancti hæc Verba interpretantur; Natura Angelica, ergo aſsũptibilis eſt ad vnionem hypoſtaticã, hoc enim nõ repugnat ex parte Dei, vt patet nec ex parte Dei, vt patet nec ex parte Angeli, ſicut enim natura humana eſt perſonabilis ſua propria perſonalitate, ita & natura

tura

tura Angelica, ſed Verbum Diuinum præuenit perſonalitatem Perſonæ humanæ, ergo ſimiliter poteſt præuenire perſonalitatem Angeli, & ſupplere vicem illius, quia ad hoc ex parte Angeli, ſolum requiritur potentia obedientialis, quam habet reſpectu Dei, & perſonalitas Angeli poteſt à natura eius ſeparari.

4 Ad Ariſtotilem reſpondetur, quod diuerſimode loquitur, de materia in diuerſis locis, aliquando enim accipit materiam, pro principio faciente compoſitionem cum forma, ſic primo Phyſic. vocat materiam, primum ſubiectum ex quo fit aliquid idem in 2. Phyſic. ſed in 12. Met. vocat formam quidditatem, & per oppoſitum vocat materiam quicquid habet rationem contrahentis, vel determinantis ipſam quidditatem; hoc modo differentia Indiuidualis dicitur, materia reſpectu quidditatis ſpecificæ; Vnde ad propoſitum dico, quod Ariſt. 7. met. vult quod in non habentibus materiam, hoc ſecundò modò, ita ſcilicet, quod eorum quidditas, non ſit contrahibilis per differentias indiuiduales, ſed ſit in vltima actualitate, vt eſſentia Diuina ſola, & non Angelica; ſed Quæres. Quænam natura erit magis aſſumptibilis natura Angelica, an humana? Reſpondetur, ſi reſpiciatur poſſibilitas, & non repugnantia vtriuſque, vtraq; erit aſſumptibilis, ſi reſpiciatur potentia aptitudinalis, vtriuſque ad aſſumi, ad alienum ſuppoſitum vtraque æqualiter habet negationem aptitudinalis potentiæ hoc pacto, vtraque eſt æqualiter in aſſumptibilis, ſi attendatur potentia obedientialis vtriuſque, vtraque erit æqualiter aſſumptibilis, quia omnis res Creata eſt in diſpoſitione omnipotentiæ primi efficientis, & Creatoris, &c.

5 Si verò reſpiciatur dignitas vtriuſque naturæ; certum eſt naturam Angelicam eſſe naturaliter digniorem natura humana, ideò magis aſſumptibilem ex hac parte, & quia habet nobiliores potentias; ſed in manifeſtatione Diuinæ bonitatis, & ſapientiæ ſiſtendo natura humana eſt magis aſſumptibilis, quia in tali aſſumptione communicat Deus ſuum eſſe, & in hoc ſtat; ratio oſtenſionis ſuæ bonitatis ſapientiæ, & potentiæ, quod non communicaretur in aſſumptione naturæ Angelicè, quia homo quodammodo eſt omnis Creatura; ſiquidem omnium Creaturarum, tam ſpiritualium, quam corporalium habet aliquid commune; eſt etiam natura humana magis aſſumptibilis, ob maiorem aptitudinem ad finem aſſumptionis, nam finis aſſumptionis de facto erat pati Crucifigi, & mori quod in natura humana aptius exercere potuit; Quãtum ad actualem reparationem, natura humana quamuis totaliter eſſet perdita in peccato Adami, non tamen ſecundum ſe erat irreparabilis; Ideo ſic poterat ſubleuari, quia non erat in termino damnationis, ſed natura Angelica ſecundum partem, quæ ceciderat, per primum peccatum conſtitura eſt in vltimò termino, in quo per peccatum, non poteſt ampliùs de mereri, ſicuti per opus bonum (ſi daretur) non poteſt mereri, quia vbi ceciderit lignum, ibi manebit; Ideo pars Angelicæ naturæ, quæ ceciderat, erat ſimpliciter irreparabilis.

6 Dictum eſt in antecedente articulo, vnam perſonam Diuinam poſſi plures naturas Creatas aſſumere, ſicuti ab eadem Cauſa efficiente poſſunt dependere plures effectus, ſicut de facto ab eodem Creatore dependent omnes Creaturæ; nec vna natura Creata poteſt adæquare virtutem Verbi ad terminandum, in illo caſu, vbi vna perſona aſſumeret plures naturas humanas eſſent plures homines, & nõ tantum plures habens humanitates, quia terminus numeralis numerat ſignificatum formale; Cum igitur hic multiplicata ſit humana natura formaliter rectæ ſequitur, quod ſint plures homines, quia numerus eſt attendendus; Secundum ſignificatum formale; Vnde ſi vna perſona aſſumeret naturas humanas, eſſet non vnus, ſed plures homines, & ſi aſſumeret hominem, & Angelum eſset Adamo, & Angelus, & ſi Verbum naturam humanam dimitteret, & Pater illam aſsumeret

eſset

eſſet idem homo; ſi autem Verbum naturam aſſumptam dimitteret, & aliam aſſumeret, non eſſet idem homo, quia identitas hominis ſumenda eſt ab vnitate naturæ, non ab vnitate perſonæ; ſi enim ſumeretur ab vnitate perſonæ, tunc ſi Verbum dimiſſa natura humana aſſumeret Angelicam eſſet idem homo, quia eſſet idem Verbum, & eadem Perſona aſſumens; ſi vnaquæque Diuinarum Perſonarum aſſumeret, ſibi perſonaliter vnam naturam; ita quod ſicuti eſſent tres perſonæ aſſumentes, ita eſſent tres naturæ aſſumptæ, non ſolum habentes humanitatem, ſed eſſent tres homines, quia ſignificatum hominis multiplicatur, quod ſi per impoſſibile tres perſonæ Diuinæ aſſumerent, vnam humanitatem ſingularem eſſent, quidem tres habentes humanitatem, ſed non tres homines, quia non multiplicatur ſignificatum hominis, ſicut in Creatione dicuntur tres Creantes, ſed non tres Creatores, ob eandem rationem, quia principium, & ratio Creandi non multiplicantur.

7 Manendo in veritate fide, & facto firmata, quod Verbum Dei vnierit, ſibi humanam naturam in vnitate perſonæ occurrit vnum iucundum dubium reſoluendum, cuius deciſio plura inuoluit ſcitu digniſſima; Quo ordine ſcilicet talis vnio fuerit facta, an immediatè, vel medio aliquo intercedente; De qua re agit; Scotus in 3. diſt. 2. q. 2. & ibidem cæteri Scholaſtici; Pro tituli clara intelligentia; Notandum eſt primò, quod per medium aſſumptionis non intelligitur, hic vnio ipſa, quæ eſt relatio, qua formaliter extrema dicuntur vniri, ſed intelligitur de medio ipſius vnionis, id eſt de aliquo diſtincto ab vnione, & extremis requiſito ad hoc quod ſit vnio; illud enim dicitur vniri immediatè, quod omni alio ab ipſa vnione, & extremis circumſcripto vnitur; Mediate verò illud vniri dicitur, quod ad ſui vnionem, aliquid aliud ab vnione, & terminis, ſiue extremis diſtinctum exigit ad hoc, vt vniatur; Quod quidem medium poteſt eſſe duplex intrinſecum, & extrinſecum; Medium intrinſecum eſt illud, quod eſt naturæ aſſumptæ pars, atque ita ponere medium in hac vnione, nihil eſt aliud, quam ponere vnam partem naturæ aſſumi, alia mediante, vt carnem mediante Anima; Medium extrinſecum eſt, quædam diſpoſitio ad vnionem requiſita diſtincta à natura aſſumenda, & ab aſſumente, vt in propoſito eſſet donum aliquod, vel habitus præparans naturam, vt aſſumi poſſit; De hoc medio extrinſeco actum eſt vi ſuperiori Capite huius Libri.

8 Medium intrinſecum eſt duplex, ſcilicet medium quod, & quo; Medium quod dicitur illud, quod primò, & immediatè aſſumitur, & per aſſumptionem illius aliud aſſumitur; Exempli gr. Quantitas eſt medium, quod inter ſubſtantiam, & albedinem, quia quantitas priùs vnitur ſubſtantiæ, & recipitur in ſubſtantia, & mediante quantitate recipitur albedo; Medium quo eſt illud, quod eſt ratio recipiendi aliud, vt Intellectus eſt medium, quo Anima intellectionem recipit, quia eſt ratio recipiendi illam; Medium quo eſt duplex; aliud dicitur, quod eſt ratio recipiendi, ita tamen quod primò in ſe recipit illud, & ſic Intellectus eſt, ratio recipiendi Intellectionem in Anima, ſed primò recipit illam, & Animam eam recipit mediante Intellectu; Aliud eſt medium quo, quod licet ſit ratio recipiendi aliquid tamen in ſe non recipit illud, ver. gr. Anima intellectiua, eſt ratio formalis, & medium, quo recipiendi ſuo modo riſibilitatem, in humanitate, & tamen non recipit illam, & medium, quo hoc ſecundò modo adhuc duplex eſt, vnum eſt totale, ſeu ratio formalis, totalis aliud eſt partiale, ſeu ratio formalis, partiale primùm horum eſt humanitas reſpectu riſibilitatis, quia tota ratio formalis habendi riſibilitatem, ſecundùm verò eſt Anima Intellectiua, quæ eſt formalis, & principalis, partialis tamen recipiendi illam, quia Anima Intellectiua eſt vltima forma dans homini eſſe ſpecificum homini receptiuum riſibilitatis.

9 His

9 His prælibatis patet ſenſus articuli eſſe de medio intrinſeco; An ſcilicet pars aliqua fuerit medium inter Verbum, & partem aliam ideſt humanitatem, ideſt an Verbum aſſumpſerit vnam partem mediante alia, ideſt corpus mediante Anima, vel corpore, vel mediantibus partibus, adeo quod ſibi vnierit priùs Animum, & mediante Anima corpus; Vel an Verbum aſſumpſerit totum compoſitum, ſcilicet humanitatem, vel naturam humanam mediante aliqua parte, ſcilicet mediante Anima, vel corpore, aut mediantibus alijs partibus; Guillielmus Varro in 3. diſt. 2. q. 1. reſpondit dicens, quod comparando partem ad partem vna pars aſſumpta fuit mediante alia, vt corpus mediante Anima; Secundò quod ſi fiat comparatio partium ad totum, & ſit ſermo de ordine intentionis totum fuit primò aſſumptum, & toto mediante fuerunt aſſumptæ partes, ſed ſi ſit ſermo de ordine executionis primo fuerunt partes aſſumptæ, & mediantibus partibus ipſum totum, Itaque primò intenditur totum, & ratione totius intenduntur partes, ſunt tamen priores partes toto ordine executionis, nam primò ordine naturæ intelliguntur produci quam totum; Hæc Varronis opinio videtur eſſe eadem cum D. Thomæ opinione licèt non eodem modo Thomiſtæ explicent D. Thomam. Mirum eſt audire tot diſputationes ſcholaſticorũ prorſus inutiles de diſtinctione totius à partibus, & partium à toto, ſed his magis prorſus dimiſſis ad vtiliora procedam.

10 Videamus primò, quid ſentiat fides. Deinde videbimus quid ſentiat Scotus; Primò fides docet Verbum Diuinum veram Animam rationalem aſſumpſiſſe, & oppoſitum eſt error Apolinaris; probatur per illud Matthæi 26. vbi ait Chriſtus; triſtis eſt Anima mea vſque ad mortem, ſed ſola Anima rationalis eſt capax triſtitiæ propriè loquendo, ergo &c. Item Luc. 2. dicitur quod Ieſus proficiebat ætate, & ſapientia ſapere autem pertinet ad Animam rationalem ergo. Idem definitur in Concilio Romano, ſub Damaſo Papa vbi determinatur Verbum Diuinum rationalem, & intellectiuam Animam, ſine peccato ſuſcepiſſe, atque ſaluaſſe; in quo Decreto duo damnantur errores primus dicens, quod non habuit Animam, ſed quod Verbum ſupplebat vicem Animæ, quem errorem tenuit Eunomius; Secundus error Apollinaris dicentis habuiſſe tantum Animam ſenſitiuam; Secundò docet fides Animam Chriſti Domini non prius tempore fuiſſe Creatam, ſeu exiſtentem, quam Corpori vnitam, immò omnem Animam rationalem extitiſſe, ſimul tempore corpori vnitam eſſe, vt eleganter probat Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioannem cap. 9. & Nicephorus lib. 17. in Hiſtoriarum refert Canonem 5. Synodi, vbi hoc expreſſe definitur, non tantum in genere de qualibet Anima, ſed etiam in ſpecie de Anima Chriſti, & in 6. Synodo action. 11. id ſatis apertè docetur, ex quo colligitur hæreſis Origenis damnatio dicentis, quod Anima rationalis Chriſti Domini fuit Creata, ſimul cum cæteris ſubſtantijs ſpiritualibus ante res corporeas, & quod tunc fuit aſſumpta à Verbo.

11 Tertiò docet fides, quod Filius Dei aſſumpſit verum corpus, cuius oppoſitum eſt error Manichæi, & Priſcilliani dicentium habuiſſe corpus Phantaſticum, Alphonſus de Caſtro aduerſus Hæreſ. V. Chriſtus Hæreſi 2. Probatur Matthæi 1. liber Generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham, ſed ſi Chriſtus non habuiſſet verum Corpus humanum, vt dixit Manichæus, aut traxiſſet de Cœlo, vt dixit Valentinus, aut formaſſet ex elementis vt dixit, quidam Appelles non eſſet Filius Abrahæ, neque Filius Dauid, quia non fuiſſet genitus generatione humana; Idem habet D. Paulus Rom. 1. qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum Carnem; & 4. ad Galatas, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, &c. Quartò docet fides Carnem Chriſti, ſeu corpus Chriſti humanum, non prius fuiſſe conceptum, quam aſſumptum nec prius aſſumptum, quam Animæ vnitum, & loquimur

ſumitur formaliter de Carne, ſeu corpore humano, quia materia illa ex qua fuit formatũ Chriſti corpus ſine dubio priùs extitit in rerum natura, quam fuerit vnita Verbo, vel Animæ Chriſti, vt per ſe conſtat; ita expreſsè in 6. Synodo apud Niceph. & in Concilio Epheſino can. 13. quibus locis dicitur illam carnem ſimul fuiſſe carnem, & carnem Verbi, & Verbum non aſſumpſiſſe carnem, niſi Animatam anima rationali, quæ omnia apertè indicant ſimultatem temporis, in qua peracta ſunt.

12 Quintò docet fides animam rationalem non priùs tempore fuiſſe vnitam corpori, quam Verbo nec è conuerſo, atque adeò neque priùs tempore extitiſſe, quam Verbo vnita, hoc eſt æque certum, ac procedens ex eiſdem teſtimonijs, & definitũ definitionibus eorumdem Conciliorum 6. docet fides Verbum Diuinum aſſumpſiſſe veram humanitatem, & in eodem inſtanti temporis factam fuiſse aſsumptionẽ partium humanæ naturæ Chriſti, & totius naturæ; prima pars probatur ex Symbolo Niceno vbi dicitur, & homo factus eſt, ſed non eſset homo niſi aſsumeret veram humanitatem; Secunda pars patet ex eodem Symbolo, vbi dicitur, & Conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, vbi tribuitur Filio Dei non ſolùm Natiuitas ex Virgine Maria, ſed etiam Cõceptio ex Sacratiſſimo eius vtero, ergo neceſsariò dicendum, quod in inſtanti Conceptionis Verbum Diuinum aſsumpſit partes naturæ humanæ, & totam ipſam naturam, quia alias non tribueretur Filio Dei Conceptio ipſius hominis, niſi inſtanti Conceptionis ille homo, qui concipitur eſset Filius Dei; non eſt igitur ambigendum, ſed ſincerè confitendum Verbum Diuinum aſsumpſiſſe veram humanitatem, & in eodem inſtanti temporis factam fuiſse aſsumptionẽ partium totius naturæ humanæ Chriſti.

13 Septimò docet fides humanitatem Chriſti non priùs tempore extitiſse in rerũ natura, quã fuerit à Verbo aſsumpta adeò quòd hic homo Chriſtus numquã fuit purus homo, ſed à principio ſuæ Cõceptionis fuit homo Deus, ita definitur in Concilio Eph. 1. Can. 13. vbi habetur ideò Deum natum ex Virgine, & Conceptũ, quia in Vtero Virginis, & in ipſa Conceptionẽ hominis Deus carni vnitus eſt; Idem in Conc. Calced. act. 1. & in 5. Synodo collat. 8. can. 6. & clarius in 6. Synodo act. 11. Vbi Sophronius in ſua Epiſt. vbi poſt multa ait; ſimul quippè caro ſimul Dei Verbum caro, ſimul caro Animata rationalis &c. & in Conc. Francfortenſi in Epiſt. ad Epiſcopos Hiſpaniæ circa finẽ referuntur hæc Verba non priùs in vtero Virginis caro Cõcepta eſt, & poſt modum Diuinitas venit in carnem; ex hac concluſione fidei ſequitur hæreticam fuiſse ſententiam Plotini affirmãtis Chriſtũ fuiſse priùs purum hominem, deinde propter maxima merita ſua conſecutum fuiſse vnionem hypoſtaticam cum Verbo Dei; primò quia illa Sanctiſſima humanitas Chriſti, neque habet propriam perſonalitatem, vt Neſtorius ſentiebat, neque aliquando illam habuit, antequam aſſumeretur, vt dicebat Plotinus, quod patet ex illo Lucæ 1. quod enim ex te naſcetur Sãctũ vocabitur Filius Dei; quaſi dicat in ipſa Cõceptione, & antequam naſcatur homo ille qui in ſe cõcipitur, & ex te naſcetur erit Filius Dei factus homo, hæ sũt definitiones fidei in hac dificillima materia.

14 Videamus modo quid de hac re ſenſerit Scotus; Hic primò docet ſecundùm ordinem dignitatis Verbum aſsumpſiſse carnem mediante Anima, cum Anima ſit dignior, & perfectior quam corpus, ſed quãto res aliqua eſt dignior, & perfectior tanto eſt propinquior Deo ratione dignitatis, ergo ſecundum iſtum ordinem dignitatis Anima fuit mediũ, vt Verbũ aſsumeret carnẽ; Cæterũ ſpectato ordine naturæ, vna pars humanitatis non eſt priùs naturâ vnita quam altera, quia quamuis partes humanitatis, ita ſe habeant, quod prius natura ſit corpus quam Anima, tamẽ quantũ ad perſonari nõ eſt perſonabilis, vna pars prius natura, quam alia neque partes ipſæ prius natura, quam tota humanitas; neque perſonari conuenit partibus, ſed toti naturæ integræ, atque ita vna pars humanitatis non eſt prius vnita Verbo, quam alia, ſed omnes ſimul tempore, & ſimul natura, nec aſſumptio vnius partis

naturæ humanæ fuit Cauſa aſſumptionis alterius, quod eſt contra D. Thomam 3. p. q. 6. nihilominus probatur. Nam quælibet pars humanitatis poteſt per ſe, & ſine alia vniri Deo, ergo vnio vnius partis non eſt Cauſa vnionis alterius; antecedés patet ex triduo paſſionis Chriſti, quando vniones Corporis, & Animæ Chriſti erant independentes ab inuicē, & ab vnione totius; Tota igitur mens Doctoris ſubtilis, pro reſolutione propoſitæ difficultatis eſt aſſerere non ſolùm ordine intentionis, verū etiam ordine executionis totam naturam eſſe prius aſſumptam, vt quod, quam eius partes contra Varronem, & Thomiſtas.

15 Probatur hæc ſententia Scoti; Nam illud eſt primò aſſumptibile, quod eſt primò perſonabile, ſed humanitas in ſe eſt primò perſonabilis, & non Anima neque corpus, ergo humanitas eſt primò aſſumptibilis, atque adeò fuit priùs aſſumpta; Maior probatur illud eſt primò perſonabile aliena perſonalitate, quod ſi ſibi dimitteretur, primò perſonaretur perſonalitate propria, ſed tota natura eſt hoc modo perſonabilis in ſe, ſi ſibi dimittatur, & non pars, vel partes; ergo tota natura eſt, primò perſonabilis aliena perſonalitate; maior probatur, tum quia perſonalitas Diuina ſupplet perſonalitatem propriam, ergo eodem modo, quo propria perſonalitas perſonaret perſonat; tum etiam, quia in eodem inſtanti naturæ, in quo natura perſonaretur in ſe, ſi ſibi dimitteretur perſonatur ab alio, vel in alio, quia nec ante illud inſtans natura eſt nata aſſumi, quia ante illud inſtans non fuit ſingularis, nec poſt illud inſtans aſſumitur, quia eſset perſonata in ſe, atque adeo inaſſumptibiles, ergo ſequitur quod in eodem inſtanti, in quo perſonaretur in ſe perſonaretur ab alio, vel in alio; minor probatur, quia in eodem inſtanti naturæ, in quo materia ideſt corpus vel forma, ideſt Anima rationalis præcedit totum, ideſt humanitatem, neutrum ideſt nec corpus, nec Anima natum eſt eſse in perſona, ſed tunc primò quando ex iſtis eſt tota natura, & tunc quando ipſa tota natura eſt perſona in ſe, niſi impediatur ab aſumente; Dices nonne corpus organicum, ſibi derelictum eſt, verum ſuppoſitum, ſaltem ſubſtantiæ corporeæ, ſicut & informatum Anima intellectiua; Reſpondetur non eſse, quia eſt ordinatum ad aliud, atque adeò eſt communicabile ſuppoſitum, verò eſt ſimpliciter incommunicabile.

16 Non poteſt aſsumi totum ſcilicet humanitas, quin aſsumentur partes nempè Anima, & corpus, quæ ſunt illius partes eſsentiales; quia primo aſsumpta eſt tota natura humana, vt quod & inde deriuata eſt in ſuas partes; ita quod non ſolum tota natura, ſed etiam partes remanſerunt vnitæ. In Aſsumptione humanæ naturæ ad Verbum Anima eſt medium, quo & ratio formalis partialis, vt vniatur Verbo Dei, primò & immediatè ipſa humanitas, & eadem humanitas eſt, ratio formalis totalis recipiendi in ſe vnionem; prima pars probatur; Anima eſt ratio formalis complens, & perficiens ipſam humanitatem, ergo licet ipſa non recipiat in ſe primò, & immediatè vnionem, eſt nihilominus medium quo, & ratio formalis partialis, vt recipiatur vnio primò, & immediatè in ipſa humanitate, cum enim Anima ſic id, quo humanitas eſt humanitas; ergo Anima eſt, quo humanitas vnitur. Secunda pars probatur; Humanitas in ſe eſt primò perſonabilis, & non Anima neque corpus, ergo humanitas ipſa eſt; ratio formalis totalis recipiendi in ſe vnionem Verbi; Item Anima eſt medium, quo Verbum aſsumpſit carnem, quia Anima eſt forma naturæ totalis primò aſsumptæ, cuius naturæ pars eſt ipſa caro, atque adeò illud, quo tota natura eſt aſsumptibilis, & aſsumpta eſt etiam quo Caro ſuo modo eſt aſsumptibilis, & aſsúpta, & hoc intelligendum eſt de medio congruentiæ, vel de Incarnatione, prout facta eſt, & ad noſtram redemptionem ordinata; nam in ordine ad iſtū finem, & ſtante lege; Anima poteſt dici medium nedū cōgruitatis, ſed etiā neceſſitatis, & ſic patet opinio Doct.

17 Ex cuius Doctrina colligitur humanitatem nō eſse præciſè ſuas partes; ſicut nec vllum totum; ſed realiter ab eis diſtingui relatione reali non mutua; pro cuius

iûs intelligentia notandum eſt, quod diſtinctio (vt ad propoſitum ſpectat) eſt triplex (relicta diſtinctione rationis) realis formalis,& ex natura rei, Diſtinctio realis eſt illa, quæ eſt inter rem, & rem exiſtentem adeo, quod quæ realiter diſtinguuntur diſtinctas habent exiſtentias; Diſtinctio formalis eſt inter ea, quorum vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe, atque ita diſtinguuntur ſubiectum, & ſua propria paſſio licèt dicant eandem rem, Diſtinctio ex natura rei eſt inter rem, & modum rei, vel inter definitum, & definitionem, atque ita diſtinguuntur ens, & ſua finitas, homo & Animal rationale eſſe,& eſſentia, quorum vlterior inquiſitio pertinet ad formaliſtas. Diſtinctio realis eſt duplex ſcilicet mutua, & non mutua diſtinctio realis mutua eſt quando aliqua ſic realiter diſtinguuntur, quod vnum realiter diſtinguitur ab alio, & è contra, adeò quod diſtinctio realis denominat formaliter, & intrinſecè vtrumque extremum diſtinctum; Diſtinctio autem realis non mutua eſt quando vnum ab alio diſtinguitur, ſed illud non diſtinguitur realiter ab eo, niſi terminatiuè, & extrinſeca denominatione, quia ſcilicet terminat relationem realem, quæ tamen ſubiectiuè eſt in altero extremo, ſic diſtinguitur totum ſuis partibus, etiam vnitis, quia enim partes poſſunt eſſe ſine toto ideò ab eo realiter diſtinguuntur, & diſtinctio realis ſubiectiuè eſt in partibus,totum verò, quia terminat prædictam diſtinctioné realem partiũ,dicitur extrinſeca denominatione diſtingui realiter, cũ tamen diſtinctio realis non ſit in ipſo ſubiectiuè; ſed terminatiuè tãtum, quod tamen dicit entitatem poſitiuam, ſic realiter diſtinctam, quia ſic eſt realiter terminus totalis generationis phyſicę, & nó partes.

18 Hoc totum eſſentiale, cum habeat eſſe à partibus abſolutis non poteſt dicere entitatem realem reſpectiuam; Impoſſibile enim eſt aliquid eſſe eſſentialiter reſpectiuum, & partes ipſum conſtituentes eſſe abſolutas, & tamen materia, & forma ſunt entia abſoluta; forma totius,vt hæc humanitas non poteſt dici alia à forma partis, quæ ſcilicet ſit conſtitutiua totius, nam licet forma totius ſit alia realiter à forma partis, tamen ſola forma partis in ratione formæ dicitur conſtitutiua totius compoſiti, cum ſit realiter ipſum compoſitum, homo enim & humanitas ſola ratione differunt; Item forma totius non poteſt dici forma vniens realiter materiam, & formam, quaſi materia, & forma non poſſent realiter vniri, niſi mediante forma totius, quia forma totius præexigit vnionem partium, ergo non poteſt eſſe Cauſa illius vnionis, alias ſic eſſet prius, & poſterius ſe ipſo, vltra formam quæ perficit materiam vltimate, quæ dicitur forma partis, non eſt neceſſe ponere aliquam formam, tam materiam, quam formam perficientem, quia materia, & forma in toto nõ ſunt partes eiuſdem rationis, vel elementa ab aliquo vno; tertiò perfectibilia, ſed vnum eſt proprium perfectibile, & aliud proprius actus; Et hæc eſt præciſa, ratio quare faciunt vnum per ſe, niſi eſſent ordinata ad vlteriorem formam, vt contingit in compoſitis organicis; Forma totius non eſt aliquod conſtituens totum, ſed eſt ipſa natura tota, & quidditas à forma partis realiter diſtincta, quia forma partis dicit partem quidditatis Materiæ formaliter inhærentem forma, autem totius dicit quidditatem ex materia, & forma reſultantem; Dicitur nam forma totius forma cõpoſiti ad hunc ſenſum, quia cõpoſitum, vt homo dicitur ens quidditatiua ipſa quidditate humanitatis, ſiue ipſa humanitate licèt à parte rei non & humanitas, ſola ratione differant;

19 Licet ferè omnes Theologi conſentiant: Verbum Diuinum aliquo modò aſſumpſiſſe ſanguinem; Difficultas tamen maxima eſt, vtrum omnis ille ſanguis fuerit immediatè vnitus ipſi Verbo vnione hypoſtatica, & vtrum totus, an verò ſolũ aliqua pars; Oborta eſt enim grauis de hac re controuerſia tépore Clementis VI. Cum quidam Theologus Barcinone in publica cócione ad populum dixiſſet ſanguinem Chriſti effuſum in Paſſione fuiſſe à Diuinitate ſeparatum Nicolaus Roſelius tunc Inquiſitor eam Doctrinam condem-

nauit, & de mandato eius Clementis VI. fecit prædictam propoſitionem in eadem Eccleſia Cathedrali retractari eiuſdem damnationis meminit Ioãnes Dominicus è Dominicis in ſuis Quæſtionibus Euangelicis in die Paſchatis, ſed in libro de Sanguine Chriſti art. 3. ad vlt. argumentũ dicit hoc Clementis VI. Decretum autenticum non eſſe, cum tamẽ paulò poſt tempore vixit, nec ex probatis teſtimonijs conſtare; Et ſunt præter ea aliqui, qui dicunt Pium II. ſub excommunicationis pęna præcepiſſe, ne quis alteram partem damnaret, immò partem alteram docuiſſe Cardinalis Sancti Petri ad Vincula ex ordine Minorum, qui tempore eiuſdem Pij, & paulò poſt in Pontificem Summum electus eſt, & Sixtus IV. vocatus eſt; Vnde nunc Doctores maximè laborant vtrinque contendentes explicare, quomodo Sanguis fuerit à Verbo Diuino aſſumptus, & quidem Albertus Magnus in tract. de Sacrificio Miſſæ, & alij plures dicunt, ita immediatè Sanguinem fuiſſe vnitum Diuinitati, quod numquam fuit derelictus in Paſſione à Diuinitate licèt eſſet ſeparatus à corpore.

20 Hæc difficultas continet tria puncta, primum de Animatione Sanguinis, Secũdum de aſſumptione Sanguinis exiſtentis in Corpore Chriſti; Tertium de Sanguine effuſo in Paſſione, & morte Chriſti; Quantum ad primum Caiet. in 3. p. q. 54. art. 2. in reſp. ad 3. dicit duplicem in homine, ſicut & in Chriſto à Philoſophis aſſignari Sãguinem alterum vitalem perfectum, & benè decoctum, & elaboratum, qui eſt in proxima diſpoſitione, vt in Carnẽ vertatur, & hunc exiſtimabat viuere, & eſſe Animatum, Alterũ nutrimentalem impurũ, vt qui primò, & immediatè ex alimentis fit hunc nolebat eſſe animatũ; Hæc diſtinctio non admittitur. Vix enim Sanguis à Sanguine ſecerni poteſt, ſi veram induit Sanguinis rationem, quin & ipſe Sanguis, optimè concoctus adhuc dici poteſt nutrimentalis cum ſenſum deſeruiat ad nutritionem partium corporis; Item Sanguis ille imperfectus, & imperfectè concoctus dictus à Caiet. nutrimentalis paulatim in Sanguinem illum quem de veritate hominis vocat conuertitur, ſed quicquid ſit; Hęc Caietani diſtinctio non ſubſiſtit; Cæterum quod Sanguis ſit Animatus communiter à Philoſophis Medicis ac Theol. improbatur. Ab Ariſt. lib. 2. de partibus Animal. c. 3. 4. 5. & 10 & lib. 3. c. 5. à Medicis cum Galeno de Vſu partium, à Scoto 3. diſt. 3. q. 2. & in 4. diſt. 8. q. 1. & alibi D. Th. in 3. diſt. 3. q. 5. art. 1. & p. p. q. 119. art. vltimò, quos plures Recentiores ſequuntur; tum quia Sanguis eſt alimentum viuentis, ergo ipſum non eſt viuens, tum quia ex Sanguine decocto fit ſemen, & alia ſupra memorata fiunt ex Sanguine, quæ tamen non viuunt, ergo nec Sanguis ex quo fiunt, tum quia Sanguis non nutritur, ſed per additionem creſcit, tum quia nullus eſt dolor in Sanguinis effuſione.

21 Quantum ad ſecundum punctum vltra Alb. Magnum cit. D. Th. quol. 5. art. 4. & 5. ſupponit Sanguinem à Chriſto effuſũ numquam fuiſſe ſeparatum à Verbo affirmant fuiſſe Sanguinem immediatè Verbo vnitum, ſic & alij Thomiſtæ, qui omnes probant, quia Sãguis Chriſti eſt pars eius humanitatis, quæ aſſumpta fuit à Verbo; ſed non potuit aſſumi humanitas, quin aſſumantur etiam partes, ergo Sanguis aſſumptus eſt cum toto; At Verbum immediatè, & primò, & proximè aſſumpſit totam humanitatem, ergo & eius partes, & Sanguinem; Verum concedendum eſt Sãguinem Chriſti in corpore eius manentẽ fuiſſe à Verbo aſſumptum maximè ob Extrau. Vnigenitus Clem. VI. de pęnit. & remiſs. & communem ſenſum Eccleſiæ; ſed quod fuit immediatè vnitus negatur, ſed ſolum mediatè aſſumptus, vel potius coaſſumptus, nam non cogimur aſtruere immediatiorem, & ſtrictiorem coniunctionem Sanguinis, cum verbo quam Animæ, & corporis, quæ de fide eſt ex Scripturas, & Concilijs aſſumpta fuiſſe, & in triduo vnita manſiſſe, at partes illæ ſolum mediatè fuerunt Verbo vnitæ, dum in toto erant; & omnia teſtimonia, quæ in contrarium afferri poſſunt per mediatam illam vnione ſaluamus, ergo ſatis erit, ſi Sanguis ipſi eo præciſo afferatur

eſſe

eſſe vnitus, dum corpori erat copulatus, & per hoc explicari poſſunt (vt dictũ eſt) omnia, quæ in contrarium afferuntur teſtimonia; & tota ratio cur Authores citati affirment Sanguinem Chriſti, dum erat in corpore fuiſſe immediatè vnitum Verbo eſt, quia cenſent etiam partes eſſentiale Animam, & corpus immediatè fuiſſe aſſumptas, quod ſuperius negatum eſt, & probatum eaſdem partes eſſentiales, mediante vnione totius eſſe vnitas, igitur conſequenter dicere debebant, quod Sanguis Chriſti Domini, intra venas conſiſtens eodem modo immediatè fuerit Verbo vnitus.

22 Circa tertium punctum, grauius fuit olim controuerſia inter Theologos Sacrorum ordinum Patrum Prædicatorum, & noſtri Seraphici, circa vnionem Sanguinis Chriſti, cũ Verbo in illo triduo mortis illis affirmãtibus, & noſtris negantibus, & pro affirmatiua multa circumferuntur contra negatiuam, & potiſſimum fundamentum eorum eſt Decr. Clementis VI. de quo ſupradictum eſt; & ſatis euacuatum; De Pio II. audiendus eſt idem, an idem Decr. cõfirmauerit, prout ipſi iactant Pius igitur II. Summus Pontifex de hac re humiliter interpellatus à Beatiſſimo Iacobo de Marchia eximiæ ſanctitatis, viro eidem Pius ipſe reſcripſit in hæc verba, quod verò attinet ad autenticationem illius ſententiæ, ſeu proceſſus Barcinoue celebrati factam per Præfatum illum, cui ea res à nobis cõmiſſa fuit; ſcias eã non ideò factum, vt per ipſam authoritas adduceretur eidem ſententiæ, ſeu proceſſui, ſed vt teſtimonium, quoddam eſſet rei geſtæ, vt non deperiret eius facti qualiſcumque notitia; Nec enim fuit intentionis noſtræ propter eam commiſſionem confirmare, aut approbare ſententiam illam aut proceſſum; Cum enim pro parte Prædicatorum nobis fuerit ſupplicatum, vt eam, autenticare facere vellemus negare non potuimus, quin cauſam committeremus; Non turbetur, ergo cor tuum, ſed ſis animo quieto; Hæc Pius, qui videns hanc controuerſiam, parum pro futuram pietati Chriſti fidelium, ſua propria Bulla, apud Bullarium vtrique parti impoſuit ſilentium.

23 Actum eſt huc vſque de vnione totius naturæ humanæ ad Verbum, & de vnione ſuarum partium coniunctarũ in ea nunc paululum immorãdum eſt circa vnibilitatem irrationalis creaturæ, ad idem Verbũ Diuinum; Et primò dicimus ſi omnipotentiam Diuinam ſpectemus abſolutè quæcumque natura ſubſtantialis etiam irrationalis, & inſenſibilis potuit, & poteſt aſſumi hypoſtaticè à Perſona Diuina, ſic Scotus in 3. d. 2. q. 1. D. Th. in 3. d. 2. q. 1. & ferè omnes Thomiſtæ, ſi autem ſpectemus (vt par eſt) rei cõuenientiam, atque adeò ſimpliciter, & abſolutè loquendo, vt docet ſola natura humana dici debet à perſona Diuina aſſumptibilis, ita Albertus Magnus in 3. diſt. 2. art. 1. & 2. & D. Thomas; Materia prima à forma ſeparata eſt per ſe aſſumptibilis, atque Verbo Dei hypoſtaticè vnibilis, quia talis materia eſſet ſubſiſtens quamuis ſubſiſtentia partiali, hæc autem ſatis eſt, vt poſſit hypoſtaticè aſſumi; ſicuti Anima rationalis ſeparata aſſumi poteſt, quia ſubſiſtens eſt per modum partis; Item Materia in compoſito exiſtens, & actu informata à forma poteſt per ſe Verbo Dei vniri, adeò quod Deus ſoli materiæ vniatur, & nõ immediatè ipſi formæ nec toti naturæ vt ſic, ſed tantum ratione Materiæ; quia materia etiam cum actu componit totum, & informatur forma; eſt entitas ſubſiſtens propria ſubſiſtentia partiali, quam ſemper retinet, quæ non eſt exiſtentia in alio ſubſtentante, ſed in ſe, & per ſe, nam talis modus exiſtendi, fuit ipſi Materiæ neceſſarius, vt eadem ſubſtare poſſet trãſmutationi formarum; cum ergo materia ſit diſtincta à forma, etiam ſi ſit illi coniuncta, nulla eſt repugnantia, quod Deus ſolam materiam aſſumat ad ſubſiſtendum non aſſumpta forma, & conſequenter nõ aſſumpta tota natura.

24 Forma non educibilis de potentia materiæ, ab ipſa materia ſeparata, & per ſe conſtituta Verbo Dei hypoſtaticè vniri poteſt, patet de Anima rationali, de qua omninò certum eſt de fide ſeparatum in triduo Verbo fuiſſe vnitam; quia illa ex natura ſua, eſt per ſe ſubſi-

ſubſiſtens, quod verò illa non ſubſiſtat, vt perfecta natura, ſed vt pars tantum, atque adeo quod eius ſubſiſtentia naturalis imperfecta ſit, & quaſi partialis non impedit quin vniri poſſit, quia illa imperfectio eſt per accidens ad rationem ſubſiſtendi vt ſic; & ſolùm ſe tenet ex parte ipſius naturæ; Item forma ſubſtantialis de potentia Materiæ educibilis, ſi per ſe conſeruetur extra materiam (vt omnes fieri poſſe concedunt) eſt Verbo Dei hypoſtaticè vnibilis; Quæ forma ſubſtantialis ſic ſeparata haberet modum per ſe exiſtendi, quia modus ſubſtantialis eſſet, atque adeò eiuſdem rationis cum ſubſiſtentia; Quamuis ergo hæc forma natura ſua non ſit ſubſiſtens; tamen de potentia Dei abſoluta ſeparata eſt capax verè ſubſiſtentiæ; ergo eadem ratione poſſet vniri Verbo Hypoſtaticè; Forma ſubſtantialis actu informans materiam, ſi eſt tamen non educibilis de potentia Materiæ poteſt præciſè aſſumi non aſſumpta materia proximè, & immediatè, & conſequenter nec tota natura, patet quia huiuſmodi forma ſubſtantialis, quemadmodum Anima Intellectiua eſt forma ſubſiſtens etiam dum actu informat corpus.

25 Forma ſubſtantialis materialis, hoc eſt de potentia materiæ educibilis dum actu materiam informat non videtur probabile, quod poſſit à Verbo Dei hypoſtaticè aſſumi, quia cum non ſit per ſe ſubſiſtens non poteſt per ſe aſſumi ad ſubſiſtendum, niſi per ſe conſtituatur ſeparata à materia, nam quamdiu eſt vnita materiæ non videtur capax ſubſiſtentiæ, quia ille modus vnionis, & informationis intrinſecè; & eſſentialiter includit dependentiam formæ informantis à materia tanquam à ſuſtentante, atque adeò non poteſt forma materialis, ſimul ita informare materiam, & per ſe ſubſiſtere; Forma ergo materialis actu informans non videtur per ſe capax propriæ vnionis hypoſtaticæ, ſed tantum in toto, ſeu ratione totius naturæ; ſi tamen eadem forma in diuerſis locis conſtitueretur poſſet in vno, actu informare materiam in alio per ſe eſſe, vel hypoſtaticè aſſumi; Pars integralis, vt cor Caput, &c. etiam dum eſt actu pars, hoc eſt ipſi toti vnita aſſumi poteſt ſine alijs partibus; quia hæc pars ſubſiſtit in toto ſaltem partialiter, habet enim ſuum particularem, ſiue partialem modum per ſe eſſendi, qui ſolum per continuationem, cum alia parte non eſt integra ſubſiſtentia, ergo poteſt illa pars vniri Verbo, & amittere illum partialem modum per ſe eſſendi, & Verbum poterit terminare, & quaſi ſuſtentare partem illam non terminando reliquas; neque propterea Verbum eſſet pars, ſicut nec dicitur Anima, vel ſanguis, quia denominatio partis non eſt denominatio ſuppoſiti, ſed naturæ completæ; ſi natura irrationalis vniretur ipſi Verbo ad vnitatem ſuppoſiti, tunc eſſet idiomatum vtriuſque naturæ communicatio, quia quod non repugnat vnioni ad Diuinum ſuppoſitum non repugnat communicationi Idiomatum, ſed iſta Imperfectio naturæ irrationalis, non impedit vnionem ipſius ad Verbum, vt probatum eſt ex potentia obedientiali, ergo nec communicationem Idiomatum.

26 Probabilis ſententia affirmans, quòd ſi natura irrationalis aſſumeretur à Verbo perſonaretur etiam in eo, nam videtur cõtradictio, quod ratio terminandi vnionem ſit perſonalis, & quod natura, cuius dependentia terminatur per illam non perſonetur ſicut implicat, quod aliquid vniatur alteri, vt ſuppoſito in quo ſubſiſtat; & cui innitatur in exiſtendo, & non ſuppoſitetur, qui a ſuppoſitari, nihil aliud eſt, quam ſic vniri, nec obſtat quòd vna natura ſit perſonabilis in ſe, & alia non, quia licèt natura irrationalis non ſit perſonabilis perſonalitate propria, eſt tamen perſonabilis perſonalitate aliena, & extrinſeca cui eſt vnibilis; ſicut licet natura accidentis non ſit ſuppoſitabilis ſuppoſitabilitate, propria eſt tamẽ ſuppoſitabilis ſuppoſitatione aliena, ſcilicet ipſius ſubſtantiæ cui eſt vnibilis; In eo tamen caſu natura irrationalis diceretur, perſona extrinſecè tamen, & materialiter non intrinſecè, & formaliter; Aptitudo naturæ

cuiuſ-

cuiuſcumque ad exiſtendum per ſe, vel etiam ad informandum, & inhærendum numquam amittitur quantumcumque ſit in Verbo hypoſtaticè vnita, non tamen dum eſt vnita, & terminata perſonalitati Verbi appetit ſeparationem, nec eſt violenter in Verbo, nec inquieta; Probatur prima pars, quia hæc aptitudo eſt per modum habitus, & nihil eſt aliud, quam ipſa rei natura capax talis modi ergo vbicumque ponatur ſemper erit talis natura probatur ſecunda pars, quamuis enim natura eleuetur, & ponatur ſub modo altiori, tamen eſt in potentia obedientiali reſpectu Dei cui libenter omnis Creatura præſtat obſequium, nam naturale eſt ſibi reſpicere proprium finem, qui eſt Deus ipſe.

27 Verbum Diuinum poteſt aſſumere, & ſibi vnire immediatè accidentia, & extra ſubiectum, ſicut aſſumpſit humanam naturam, quia Deum aſſumere aliquam naturam eſt terminare eius dependentiam, ſed Deus poteſt terminare dependentiam naturæ ſubſtantialis ergo, & accidentalis; Probatur conſequentia, quia non requiritur maior virtus ad accidens, quam ad ſubſtantia; Dices repugnat Verbo Dei ſuſtinere inhærentiam ſubiecti, quam requirit accidens, & denominationem infirmationis, ergo non poteſt ſibi aſſumere accidens; Reſpondetur quod accidens tripliciter ſe habet ad ſubiectum, vno modo informando illud, & hoc dicit imperfectionem in ſubiecto; Secundò modo, vt ſuſtentatum ad ſuſtentans in genere Cauſæ efficientis, & hanc Cauſalitatem ſupplet Deus in accidentibus Eucharisticis, quæ ſuſtentat Deus, ſicuti ſubiectum ſuſtentabat abſque, hoc quod ab illis informetur; Tertiò, vt natura communicabilis ad ſuppoſitum incommunicabile, & hæc habitudo non dicit in ſuppoſito aliquam efficientiam, ſed ſolum terminationem dependentiæ naturæ, ſic communicabilis tali ſuppoſito. Ita Doctor ſubtilis expreſſis Verbis quol. 19. art. 2. hæ habitudines per Diuinam potentiam poſſunt abinuicem ſeparari, & de primis duabus patet ex fide in accidentibus Eucharisticis, quæ efficienter ſuſtentantur à Deo, & non informatur ab ipſis Deus, & quod Deus ibi ſuppleat vicem efficientis, ibi pariter non eſt habitudo informantis ad informatum, ſola igitur reperitur habitudo dependentis terminabilis, ideſt accidentis ad independens terminatiuum, quod eſt Verbum Dei, in qua habitudine reperitur, id quod eſt perfectionis nimirum terminare, & ammouetur quod eſt imperfectionis, ideſt informare, & informari, & per hoc patet ad obiectionem.

De Beatiſſima Virgine Maria Dei Matre, & eius prerogatiuis, & Priuilegijs. Cap. 3.

De Beatiſſima Virg. Maria prædeſtinatione, immunitate ab Originali peccato, & eius ſanctificatione. Art. 1.

1 QVæ huc vſque de Sacro Dominicæ Incarnationis Miſterio, quaſi in generali ſcripta ſunt idem facilè potuerunt exprimi, & explicari abſque mentione Dei Matris, ſed quæ futura ſunt cum tangant fructum Diuinæ Incarnationis in ſpeciali vix poſſunt exprimi, ſine ſpeciali mentione eius: Relatiua enim ſicut ſunt ſimul natura, ita ſunt ſimul cognitione; Ideò ad euadendam omnem confuſionem duximus opportunum, omnia quæ in hoc Sacro Miſterio ſcitu digna dignoſcuntur, de eadem Deipara in vnum caput redigere, vt cognito inferiori correlatiuo ſternatur via ad perfectè cognoſcendum principale correlatiuum; Ad primum igitur accedendo, dicendum certum eſſe Beatam Virginem ab æterno fuiſſe à Deo prædeſtinatam ad maternitatem Chriſti, & ad omne aliud ſupernaturale donum, ſiue gloriæ, ſiue gratiæ, vſque ad omne aliud donum morale, vel naturale incluſiuè,

uè, & hoc non ſolum priùs natura, quam Angeli, ſed etiam in ſuperiori ordine hypoſtaticæ vnionis, quæ ex D. Auguſtino eſt ſumma gratia, in rebus per tempus ortis ſub qua homo fit Deus, & proindè conſtituit ordinem Diuinum ſubſtantialem ſimpliciter priorem, quouis alio ordine accidentali gloriæ, & gratiæ ordine in quam executionis; Maria Virgo igitur ratione maternitatis Dei ad illum ſummum ordinem ſpectat, in quantum Deus ab Aeterno ſtatuit Verbum ſuum fieri hominem in Virginis vtero efformandum ex puris ſuis ſanguinibus, & ſicut Filius eius eſſet futurus caput Corporis Eccleſiæ, & Principium, &c. Coloſſ. 1. ſic ipſa eſſet ſuo modo principium, & finis omnium Creaturarum, ſiue Angelorum, ſiue hominum, vt omnia in quouis ordine rerum naturæ, gratiæ, & gloriæ eſſent quoque in ipſam per ipſam, & propter ipſam.

2 Beata Virgo ab Aeterno fuit à Deo in ordine ſuæ intentionis priùs prædeſtinata ad Maternitatem Dei, quam ad plenitudinem gratiæ, & gloriæ; In ordine enim intentionis Maternitas Dei ex parte Mariæ eſt ſupernaturalis forma potiſſima, & principalis inter omnes alias veluti ſuperioris ordinis hypoſtaticæ vnionis ſubſtantialis, & ideò omnes aliæ formæ fuerunt quodammodo ſecundariæ, ſed hæc conſequitur Mariam Virginem, ſic priùs fuiſſe ab æterno in ordine Diuinæ intentionis, ſic prædeſtinatam Matrem Dei, quam futuram filiam naturalem Adæ, vt iuſtitia Originalis fuerit, ſibi debita ſecundum exigentiam illius ſupremæ dignitatis omninò independenter ab illa communi lege ſtatus Innocentiæ, in quo creati fuerunt primi parentes dependenter à plenitudine ipſius Mariæ Virginis, quæ fuit Principium, &c. Maria Virgo ex vi æternæ prædeſtinationis ſuæ ad Maternitatem Dei, fuit regulariter ordinata à Deo efficacites ad plenitudinem gratiæ, vſque ad plenitudinem Innocentiæ incluſiuè, proinde nullo modo in primis Parentibus per communem lapſum totius naturæ demerendæ, ideſt quatenus ſub pleniſſima Innocentia ſub ordinatione Diuina; in ſupremo illo ordine Maternitatis Dei, non potuit ab illa cadere ex communi lege Innocentiæ participatæ, in primis parentibus, ſub inferiori ordine naturalis originis ſuæ ab illis, ob communem lapſum totius naturæ.

3 Vt hæc omnia ſufficienter intelligantur, poterunt illa ſigna, quæ ex Scoto ſuperius in primò Capitulo diſpoſita ſunt de Chriſti prædeſtinatione hic adaptari breuiter ſic; In primo ſigno, ſicut hic Homo fuit efficaciter prædeſtinatus ad ſummum gradum gloriæ, & gratiæ; Ita ſimiliter Beata Virgo Maria efficaciter fuit prædeſtinata ad ipſius gloriæ, & gratiæ gradum plenum, & conſequenter ad omnia dona ſupernaturalia, tam habitualia, quam actuali efficaciſſima ad omnes intenſiſſimos actus virtute, eum eliciendos vſque ad gradum Innocentiæ; In ſecundò ſigno, ſicut Deus decreuit ſeipſum hypoſtaticè communicare ad extra, ſub tota omnipotentia huic ſignato indiuiduo, ſub ſpecie humana communicatione, ſumma ſubſtantiali in vtero Virginis miraculoſe concipiendo ex infinitis poſſibilibus, tam ſub ſpecie humana, quam innumeris alijs Indiuiduis aliarum præcipuè viuentium, & ſentientium, & maximè intellectualiũ obiectiuè pręſentium, ſecundum proprias Ideas ſimplicis Intelligentiæ, ſic in eodem ſigno pariter decreuit hãc Perſonam Mariæ Virg. abſolutè futuram eius Matrem.

4 In tertiò ſigno fuerũt electi, & prædeſtinati Angeli, & homines in certo, ac determinato numero materialiter, & formaliter ad certũ, ac determinatũ gradum gloriæ, in gratia ipſius Chriſti, & Mariæ eius parẽtis, vt eſſent inter ſe diuerſa membra vnius Miſtici corporis, futura in genere naturę gratię, & glorię, ſub vno illo capite Chriſto, & Mariæ eius parenti, veluti ſub vno collo ſẽper ſuo Capiti coniũcto, à quo in ordine illo rectiſſimè, ac ordinatiſſimè acciperent omnes influxus vitæ naturalis moralis, & ſupernaturalis; In quartò ſigno

ſigno voluit Deus omnes incipiendo à Chriſto, & à Maria eius Parente vſque ad Angelos, & homines futuros in reali exiſtentia, prius fieri Viatores ſub fide ſpe, & Charitate tendentes in terminum vltimum ſuæ primæ electionis per actus meritorios virtutum, ſub præmijs influxibus; In quintò ſigno permiſit omnes in ſua libertate, & natiua indifferentia ad bonum, & malum, ex qua poſſent ab innata rectitudine, ſupernaturali Innocentia, atque à ſtatu gratiæ recedere; In ſextò ſigno, ſub illa permiſſione, ſimulque ex vi ſui concomitantis concurſus generalis, ſiue etiam ex ſubtractione ſui efficacis auxilij non impedientis fuerunt certè, & infallibiliter præuiſi aliqui Angeli peccatores finaliter perſeueraturi in ſtatu culpæ, non prædeſtinati, nec dilecti, nec electi; Item omnes homines ſimiliter in primis parentibus originaliter lapſi à ſtatu illo naturalis, eſt ſupernaturalis innocentiæ, atque à ſtatu gratiæ.

5 In ſeptimò ſigno ordinauit remedium pro lapſu omnium hominum in prædictis primis parentibus, vt omnes reconciliarentur per ipſum Chriſtum futurum hunc hominem miraculosè poſſibilem, vt fieret eorum redemptor à ſeruitute peccati per ſacrificium ſuæ cruentæ mortis, & per effuſionem ſui Sanguinis in ſua Conceptione accepti ex viſceribus ſuæ Matris; Ex his colligitur actum prædeſtinationis Chriſti ad ſubſiſtentiam Verbi, & Mariæ ad maternitatem Dei fuiſſe abſolutè; Primò à voluntate Diuina ab æterno ad extra circa omnia poſſibilia, ſub ſcientia ſimplicis Intelligentiæ completis proceſſionibus Diuinis ad intra; Secundò colligitur Chriſtum cum Maria eius parente ex primaria intentione Dei fuiſſe volitos ad oſtenſionem ſuæ Infinitæ bonitatis, & ſecundario ex occaſione peccati ob manifeſtationem ſuæ Diuinæ Miſericordiæ liberantis, & inde conciliantur omnes ſcripturæ relatæ, pro vtraque parte deſumptæ ex Sacris libris Canonicis, & facilè concordantur. Tertiò colligitur Beatam Virginem fuiſſe veræ ab æterno in ordine Diuinæ intentionis à Deo immediatè, electa ſine ſuis meritis antecedenter præuiſis, tam ad maternitatem Dei, quam ad plenitudinem gloriæ gratiæ, & Innocentiæ.

6 Ad quam Innocentiam, & puritatem ab omni culpa, etiam Originali ſecundum ordinem executionis rei ipſa peruenit, quod quidem fuit ſingulariſſimum priuilegium (vt infrà declarabitur) Interim dicendum eſt; quod licèt B. Maria, non contraxerit peccatum Originale contraxit, tamen debitum incurrendi peccatum Originale, ideſt contraxit naturam obnoxiam, & ſubiectum obligationi, & neceſſitati incurrendi peccatum, ita quod ex vi ſuæ Natiuitatis, & Conceptionis, non potuiſſet, non incurrere peccatum, niſi præueniretur à Deo impediente fluxum peccati, ſicut licèt motus lapidis deorſum impediatur, non tamen tollitur pronitas ad illum; Debitum enim incurrendi peccatum Originale, nihil aliud eſt, niſi potentia quædam ſiue exigentia naturæ, ad incurrendum peccatum; Hæc autem exigentia eſt ipſamet natura, prout deſcendit à primo parente ſecundum ſeminalem generationem; Hoc autem debitum contraxit Beata Virgo in propria Perſona contra Galatinum libro 7. Viguerium in Inſtitut. cap 18. §. 5. & Ambroſium, Catharinum lib. 6. de peccato Originali 1. p. cap. 1. qui negant Virginem in Adamum peccaſſe, ad quod oſtendendum affirmant, non ſatis eſſe, vt omnes poſteri Adæ dicantur in illo peccaſſe, fuiſſe omnes in illo coniunctos tanquam in primo parente, & naturali principio omnium futurorum hominum; ſed oportet, quod Deus ſpeciali lege, & pacto voluerit conſtituere Adamum, vt caput cæterorum, & in eius voluntate poſterorum voluntates ponere, vt nomine omnium præceptum impoſitum eius ſeruaret, aut transgrederetur; poteſt ergo intelligi

telligi dicunt ipſi Deum in hoc ipſo pacto B. V. excepiſſe ſententia pia, ſed non vera, quia inde ſequeretur B. V. nec alios non peccaſſe in Adamo ſine hoc pacto.

7 Pro dictorum, & dicendorum Intelligentia aduertendum eſt Conceptionem accipi poſſe tripliciter vno modo pro ſeminum commixtione; Secundò pro formatione membrorum; Tertiò pro vnione Animæ ad corpus; Conceptio ſeminum eſt quando duo ſemina ſcilicet Maris, & feminæ, ſimul vniuntur, & miſcentur; Conceptio ſecundò modo eſt quando ex ſeminibus in Matrice exiſtentibus corpus formatur; nam ſecundum D. Auguſtinum, ſemen primò fit, ſub forma lactis per tres dies, deinde per 10 dies ſub forma Sanguinis per 12. dies fit ſolidatio Membrorum, ac demum per 18. fit complementum Corporis humani, atque 46. diebus Corpus humanum perficitur; Tertiò modo Conceptio eſt ipſammet vnio Animæ ad corpus; Ita quod in illo inſtanti, in quo Corpus eſt organizatum Deus creat Animam, & Corpori infundit; Hic non eſt ſermo de Conceptione, primò & ſecundò modo, accepta cum dicitur B. Virgo Maria, fuit Concepta ſine peccato Originali, ſed intelligitur de Conceptione, tertiò modo accepta, nam ante Animationem B. V. ſantificari non potuit; Dupliciter enim intelligi poteſt ſanctificatio ante Animationem, vel formaliter hoc eſt propria formalis ſanctitatis infuſio, vel radicaliter, hoc eſt in Parentibus, vel in ſemine, ita ſcilicet illas diſponendo, vt poſſent eſſe organa, per quæ Originale peccatum in Virginem transfunderetur.

8 Primò modo impoſſibile eſt, & fuit B. Virginem ante animationem formaliter ſanctificari, quia ſubiectum proprium formalis ſanctitatis, & Perſona, vel Anima rationalis, ſed ante Animationem, nec eſt Anima rationalis, nec Perſona B. V. ergo non eſt ſubiectum formalis ſanctitatis, ergo ſic formaliter non potuit ſanctificari, neque ſecundò modo in ipſo ſemine, vel fætu inanimi potuit B. Virgo ſanctificari radicaliter, nam in ſemine non eſt aliqua qualitas, nec priuatio phyſicæ qualitatis ratione, cuius ſit velut inſtrumentum ad peccatum Originale introducendum, vt hac ratione intelligi poſſit, quaſi mundari ſemen, & ita praua qualitate expoliari, & vt ſic prolem in illo tanquam in radice ſanctificari; Dicamus ergo, quod Deus de potentia abſoluta potuit præſeruare Virginem Mariam, ne peccatum quodlibet, maximè originale contraheret, ita quod in puncto Animationis ſanctificaretur per gratiam à Deo infuſam, eſt communis, nam cum hæc omnia eueniant ex Diuina voluntate volenti, vel permittente clarè ſequitur, omnia eſſe ſubiecta ſuæ omnipotentiæ. Hic ſupponitur vnum tanquam certiſſimum, & de fide, quod omnes, qui per ſeminalem propagationem, & commixtionem naſcuntur, & deſcendunt à primo Parente relicti ſuæ naturæ contrahunt peccatum originale; Ita Concilium Tridentinum ſeſſ. 5.

9. Probatur efficaciſſimè, ſi primus Parens permitiſſet in gratia potuiſſet Deus facere, quod aliquis deſcendentium ab eo non reciperet iuſtitiam originalem, ſimul cum natura, quamuis omnes Deo non impediente illam reciperent; ergo ſimiliter quamuis omnes peccauerint in Adam poſſet Deus facere, quod in aliquo non prodeat peccatum Originale prodeunte natura, conſequentia patet, quia Deus non eſt minus potens ad impediendum fluxum peccati in eo, qui relictus ſuæ naturæ deberet contrahere peccatum, quam ad impediendum fluxum iuſtitiæ originalis in eo, qui iuſtitiam habere deberet; Antecedens patet, quia habitus ille iuſtitiæ Originalis præſupponit naturam, ſicut accidens præſupponit ſubiectum, ergo ſicut Deus poteſt conſeruare ſubiectum abſque accidente quocumque, ſic poteſt facere in caſu poſito, quod natura hominis in inſtanti animationis non reciperet iuſtitiam originalem, ergo potuit B. Virgo in puncto ſuæ Animationis ſanctificari; & præſeruari à peccato Originali, ſi dicatur, quod Deus non potuit in primò inſtanti Animationis B. Virginem à pec-

cato

cató originali præſeruare, quia in illo primo inſtanti fuit infectio carnis; Reſpondetur eſto quòd in carne eſſet infectio, & morbida qualitas; Secundum Magiſtrum ſententiarum non eſſet tamen neceſſaria Cauſa infectionis Animæ; ſicut nec poſt Baptiſmum, quando manet ſecundum multos, & infectio Animæ non manet.

10 Potuit pariter Deus efficere, quod B. Virgo eſſet tantùm per vnum inſtans in peccato Originali, & in tempore immediato illi inſtanti poſſet infundere gratiam, vt à peccato liberaretur, adeò quòd in vltimo inſtanti, in quo fuit filia Adæ potuerit eſſe priuata iuſtitia Originali ſibi debita, atque ita eſſe in peccato Originali; & in tempore immediatè ſequenti illud inſtans potuerit, ſibi gratia æquiualens iuſtitiæ Originali infundi, atque adeò à peccato liberari; quia ſi agens Creatum in tempore immediato poſt inſtans quietis, poteſt agere, & Deus in eodem tempore poteſt agere patet; poſito ergo quod B. Virgo Maria, fuerit in peccato Originali per vltimum inſtans, in quo concepta fuit; ſequitur quod Deus in tempore immediato ad illud, inſtans potuit Creare gratiam expellantem tale peccatum; potuit etiam Deus efficere, quod B. Virgo per aliquod tempus exiſteret in peccato, & in vltimo inſtanti, illius temporis purgaret illam infundendo illi gratiam, & quoad hoc nulla eſt difficultas; Ex his tribus punctis, iam diſcuſſis de poſſibili tres elici poſſunt propoſitiones; Prima Deus facere potuit, quod B. Virgo nunquam fuiſſet in Originali peccato, atque adeò potuit eam à peccato Originali præſeruare; Secunda Deus potuit facere, quod B. Virgo tantum per inſtans eſſet in peccato Originali; Tertia Deus efficere potuit, quod B. Virgo fuiſſet in peccato Originali, per aliquod tempus, & in vltimo inſtanti illius temporis purgaretur; Quæ autem harum trium propoſitionum, ſit vera Deus nouit; Scotus in 3. diſt. 3. q. 1. ſalua auctoritate Sacrarum Scripturarum, & Eccleſiæ Catholicæ, videtur ſentire tanquam probabile, debere attribui Glorioſiſſimæ Virgini Mariæ, quod illi excellentius eſt;

11 De hac re ſunt duæ principales ſententiæ, altera negatiua; negans ſcilicet B. Virginem fuiſſe præſeruatam à peccato Originali, ſed in eo fuiſſe conceptam, ſic ſenſerant ferè omnes antiqui Theologi, ante Scotum ſic Alenſis 3. p. q. 9. Memb. 2. D. Thomas 3. p. q. 27. art. 2. D. Bonauentura in 3. d. 3. q. 1. & 2. Richardus Durandus, & ferè omnes Thomiſtæ, ob quatuor rationes; prima ſumitur ex Sacra Scriptura, vbi ſunt locutiones generales id inſinuantes, vt Rom. 3. omnes in Adam peccauerunt, & egent gratia Dei, & cap. 5. in omnes homines mors pertranſijt per peccatum primi parentis, in quo omnes peccauerunt; & ad Epheſ. 2. eramus omnes natura filij Iræ, ideſt ex vi Natiuitatis in Vtero, & 2. Cor. 5. ſi Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt; ſcilicet morte peccati, in quibus Scripturis nullus excipitur; Secunda ratio deſumitur ex Concilijs, & Summis Pontificibus; In Mileuitano Concilio confirmato ab Innocentio I. cap. 2. illius Concilijs dicitur de fide eſſe, quod omnes deſcendentes ab Adamo per ſeminalem propagationem contrahunt maculam Originalis peccati, ratione cuius omnes indigent Baptiſmo, in remiſſionem peccatorum; Hoc etiam decreuit ipſe Innocentius, & Zoſimus Papa in ſuis Epiſtolis ad Epiſcopos Africanos; Idem refertur de Conſecr. diſt. 4. cap. firmiſſimè vbi dicitur firmiſſimè tene, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum Viri, & mulieris concipitur, cum Originali peccato naſci Impietati ſubditum mortique ſubiectum, & Pius V. abſtulit officium proprium Conceptionis, quia in eo dicebatur B. Virgo Immaculata, & præſeruata, ergo opinio contraria ſentit, contra deliberationem Eccleſiæ.

12 Tertia, ratio ſumitur ex Patribus, quos Capreolus enumerat ad 40. ſed Caietanus videns non eſſe ad rem reduxit ad 15. quorum quidam loquuntur more Communi, quod omnes concipiuntur in

peccato

peccato Originali, & non excipiunt B. Virginem; Hi ſunt B. Iræneus, Cyprianus, Hilarius, Gregorius Nazianzenus, Baſilius, Hieronimus, & Zeno; Alij etiam Patres licet non expreſsè dicant Virginem contraxiſſe peccatum Originale, in ſpeciali loquentes de Virgine, id tamen maximè in ſuis verbis oſtendunt, vt D. Damaſcenus lib. 3. cap. 2. Leo Magnus Serm. de Natiuit. qui incipit, exultemus in Domino D. Gregorius 11. Moral. explicans illa Verba in Iob nemo mundus à ſorde, D. Ambroſ. ſuper illud Lucæ 1. Spiritus Sanctus ſuperueniet in te: Maximus Serm. de Aſſumpt. D. Remigius ſuper Pſalm. 21. & D. Auguſtinus in multis locis, dicunt quidem omnes, hi Patres B. Virginem purgatam fuiſſe à peccato; D. Anſelmus lib. 2. cur Deus homo cap. 16. vbi inquit Virgo in Iniquitatibus Concepta, & in Originali peccato nata eſt, quia & ipſa in Adam peccauit; Et Euſebius Emiſſenus, citatus à Caietano ex Hom. 2. de Natali Domini, inquit Euſebius à peccati Originalis nexu nullus immunis extitit, nec ipſa Genitrix Saluatoris, & D. Bernardus Epiſt. 174. ad Canonicos Lugdunenſes, D. Antonius de Padua Serm. de Natiuit. Virginis S. Bernardinus Senenſis tom. 3. Suorum Serm. tract. de B. Virgine Serm. 4. & alij ſimiles, &c.

13 Quarta ratio argumentis; Probatur, & primò ſic B. Maria fuit ſimpliciter Redempta, viuificata, & reconciliata per Chriſtum, ergo ſimpliciter fuit captiua, mortua, & Inimica per peccatum, & per conſequens habuit peccatum Originale; conſequentia patet, quia non ſoluitur, niſi quod eſt ligatum, non redimitur, niſi quod eſt Captiuum, neque viuificatur, niſi quod eſt mortuum, & quod hoc ita ſit (prætérquam, quod ſignificatio terminorum, hoc ſonat) extat Decretum Zoſimi Papæ, prout refert D. Auguſtinus Epiſt. 157. quæ eſt ad optatum de Origine Animæ, contra Pelagianos, ita hoc definiens nullus, niſi qui ſeruus eſt liber efficitur, neque redimi poteſt, niſi qui verè per peccatum fuerit antea captiuus; ergo ſi B. Virgo fuit redempta, fuit etiam captiua; Antecedens primùm patet, quia Chriſtus fuit vniuerſalis omnium Redemptor omnibus ianuam Paradiſi aperuit; ſi ergo B. Virgo non contraxiſſet Originale peccatum, non indiguiſſet Redemptore, nec ipſe illi ianuam Paradiſi aperuiſſet, quæ non clauditur, niſi per peccatum maximè Originale; Secundò probatur; Illi contrahit peccatum Originale, qui procedit ab Adam per ſeminalem originem; huiuſmodi eſt B. Virgo ergo; Maior patet, quia nulla alia ratio eſt contrahendi peccatum Originale, niſi deſcendere ab Adam per ſeminalem commixtionem, & propagationem.

14 Confirmatur, quia B. Virgo ex communi lege propagata eſt, & eius Corpus compactum, & formatum eſt de ſemine infecto, atque ita eadem ratio infectionis fuit in corpore eius, quæ erat in corpore alterius ſic propagati, & cum ex corpore infecto inficiatur Anima, eadem ratio infectionis erat in Anima eius, quæ & in Animabus aliorum communiter propagatorum; Tertiò probatur, In B. Virgine fuit effectus peccati Originalis, ergo & ipſum peccatum; Probatur conſequentia, quia effectus non eſt in actu, niſi Cauſa ſit in actu ex Ariſt. Probatur antecedens, quia in ipſa fuit neceſſitas moriendi corporaliter, & aliæ pœnæ peccati, vt fames ſitis, & huiuſmodi quæ infliguntur nobis propter peccatum Originale; & illæ non erant voluntariæ aſſumptæ, quia non erat reparatrix, aut Redemptrix noſtra alias, Filius eius non fuiſſet Redemptor omnium generaliter, igitur erant ſibi inflictæ à Deo, & non iniuſtè, ergo propter peccatum; Quartò probatur ex eo, quod oppoſita ſentētia derogat dignitati Chriſti, atque dum Excellentia Matris exaltatur Filij gloria minuitur, quare magis Mater indignabitur, quæ magis vult Filium extolli, & honorari quam ſeipſum; Antecedens patet, quia de Chriſto Domino dicitur ſingulariter Pſalmi 44. Specioſus forma præ filijs hominum, & ad Hebræos 7. dicitur Sanctus Innocens impollutus ſegregatus à peccatoribus, &c. Derogat

rogat etiam dignitati ipſius Virginis quis eius eſt prærogatiua, quod ipſa ſola concipiat Filium ſine peccato.

15 Sententia affirmatiua aſſerens nimirum Beatiſſimam Virginem non contraxiſſe peccatum Originale, & ab eo præſeruatum ex ſpeciali priuilegio ne in illud in ſua Conceptione incurreret, tanquam vera, & probabilior tenenda eſt publiceque prædicanda, eſt enim cum Virginis Matris dignitate, & Eccellentia conformior; Huius ſententia præcipuus Author, & defenſor eſt Magiſter, & ſubtilis Doctor Scotus in 3.diſt.3.q.1. Quem iam ferè omnes Moderni, & omnes ordines (ordine prædicatorum excepto) ſequuntur, quorum numerum texere eſſet nimis tædioſum; Inter omnes ſtrenuus defenſor extitit Ambroſius Catharinus Dominicanus, qui edidit ſpecialem tractatum in defenſionem huius ſententiæ videndus eſt Antonius Corduba in Quæſtionario q.44. Hæc ſententia pluribus medijs comprobatur; Primum medium deſumitur ex Sacra Scriptura, & primò negatiuè, nam Scriptura Sacra non denegat priuilegium hoc immaculatæ, & puriſſimæ Conceptioni B.V. ergo ſi aliundè ſufficiens, ratio demonſtret illud ipſi fuiſſe conceſſum de ea conceſſione aſſerendum erit; Antecedens probatur primò ex Concilio Tridentino ſeſſ.5. in fine, vbi poſtquam omnes filios Adæ obnoxios fuiſſe peccato Originali, & hoc in eſſe cuicumque proprium ex Scripturis probauerat, & docuerat de fide eſſe tenendum ſubdit ſe nolle ſub definitione illa generali B. V. Mariam comprehendere, ergo declarat in Sacra Scriptura ſub communi lege de peccato Originali eam non contineri, & nihil de ea tradi.

16 Secundò probatur ex Extrauag. Sixti Papæ IV. Graue nimis de reliquijs, & Venerat: vbi decernit non eſſe contra fidem affirmare B. V. eſſe ſine peccato conceptam; ſed id non diceret Pontifex, ſi eſſet contra Sacram Scripturam; hoc exagerat eadem B. Virgo, quæ in ſuo cantico, ita de ſe pronunciat Spiritus Sancti ductu fecit mihi magna qui potens eſt, quibus Verbis indicat Deum ſuam potentiam exercuiſſe in ea gratijs, & priuilegijs decoranda, ergo cum ſuperius demonſtratum ſit poſſibile fuiſſe, vt virgo ſine peccato Originis conciperetur, non feciſſet Deus in ea magna, ſi priuilegium Inmaculatæ Conceptionis ei denegaſſet; Tertiò probatur, In Cantica Canticorum, 6.7. habentur hæc Verba; Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, quæ de Creatura intelligenda ſunt; Non de Creatore, quia ipſemet introducitur illa Verba proferens ſi de Creatura, aut de Eccleſia, aut de B. Virgine, aut de aliqua alia; non de aliqua alia, quia dicta Verba nulli puræ Creaturæ naturaliter conuenire poſſunt, quia nulla talis reperitur, in qua non ſit aliqua macula; vt patet, nec de Eccleſia, quæ cum ſit Congregatio Fidelium, non poteſt eſſe tota pulchra, quia multi in ea ſunt peccatores; & quamuis iuxtà mentem Hæreticorum ex ſolis electis eſſet congregata adhuc tamen illi ſunt peccato Originali infecti, ſi eorum natura conſideretur, ſicque adhuc non poſſet dici tota pulchra, & ſine macula.

17 Objiciet aliquis Hæreticus D. Paulum ad Epheſios, 5. de Eccleſia loquentem, & dicentem eam eſſe ſine ruga, & ſine macula, &c. ergo Eccleſia eſt illa tota pulchra; Reſpondetur D. Paulum, non fauere Hæreticis, ſed ſtare pro Catholicis in præſenti propoſito, ait enim loco citato, quod Chriſtus tradidit ſeipſum pro Eccleſia, vt eam ſanctificaret mundans, eam lauachro aquæ in Verbo vitæ, vt exhiberet ipſam, ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam; ex quibus Verbis liquido apparet Eccleſiam priùs indiguiſſe lauachro, & mundatione antequam glorioſam, & ſine macula appareret Eccleſia; ergo non ex ſe eſt tota pulchra; Deinde verba D. Pauli, indicant ſufficientiam mundationis, & lauacri, non tamen actualem, & efficacem mundationem, nec mirum, quia compoſitum per aggregationem in ſolis conſtat indiuiduis; ſi indiuidua omnia fuerint lauachro regenerationis Mundata neceſſe eſt aſſerere totum compoſitum per aggregationem fuiſſe mundatum, & hac ratione de

tota

tota Eccleſia, pro ſtatu iſto non poſſunt iure intelligi prædicta ſententia Canticorum, & Verba Salomonis; Reſtat igitur conſequenter quod intelligantur de Glorioſiſſima, & pulcherrima Virgine Maria, electa ad Eminentiſſimam dignitatem Maternitatis Diuinæ, ſed non eſſet tota pulchra, & ſine macula ſi admitteretur eſſe natam in macula Originalis peccati.

18 Præterea ſi peccatum Originale contraxiſſet falſum videretur eſſe, quod dixit Angelus, Aue gratia plena Dominus tecum benedicta tu inter mulieres, non enim potuit eſſe gratia plena, ſi aliquem in ea locum culpa inueniret, nec Dominus fuit cum ea per gratiam, ſi cum ea fuit Diabolus per peccatum; nulla enim conuentio Chriſti ad Belial; coanguſtatum eſt enim ſtratum, itavt neceſsariò alter deſidet; & pallium breue eſt vtrumque non poteſt cooperire, vt ait Iſaias cap. 28. nec denique Benedicta inter Mulieres, ſi fuiſset peccato Originali infecta, nam prima Mulier Eua fuit in iuſtitia Originali Creata, & conſequenter falſa fuiſset Angeli Salutatio, ſi Beatiſſima Virgo fuiſset in Originali peccato Concepta; Hæc eſt illa Mulier; de qua Deus in maledictione Serpentis Gen. 3. locutus eſt; Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius ipſa conteret Caput tuum; Certum eſt illam comminationem factam eſse Diabolo operanti, & loquenti in Serpente; ſemen Diaboli non poteſt eſse niſi ſuggeſtio, & tentatio; Mulier igitur hæc, & non alia conſtituta eſt Inimica Diabolo, & ſemini eius; Igitur ſicut ſemen huius Mulieris, ideſt Chriſtus maximè dum nobiſcum in vita hac conuerſaretur Diabolum varijs modis exagitauit, vt patet in diuerſis locis Euangelij; Ita hæc Mulier contriuit eiuſdem Diaboli inſidias, & tentationes, quod maximè verificari debuit in præſeruatione ab Originali peccato.

19 Secundum medium probationis huius veritatis deſumitur ex Concilijs, ex Pontificum Decretis, & inſtitutis Eccleſiæ; & primò ex Concilio Generali Epheſino in tom. 6. & 7. vbi Proculus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus de Virgine ait Deipara Maria impollutus, & purus ille Virginitatis Theſaurus, ſi impollutus, ergo exemptus à qua cum pollutione, tam Originali, quam actuali; Concilium Conſtantinopolitanus 3. 6. in ordine approbans; Epiſtolam Sophronij in act. 11. lectam ſic ait, Maria liberata eſt ab omni Contagio, vel (vt alij legunt) ab omni labe Corporis, & Animæ; Non poteſt autem intelligi de ſubleuatiua liberatione, quia omnes qui iuſtificantur, vel per Baptiſmum, vel extra ea liberatione ſubleuantur, ergo aliquid ſpeciale B. V. ſuper omnes iuſtos de ea dicit; Sextò Synodus Can. 32. veneratur Lithurgiam S. Iacobi Apoſtoli, in qua ſæpè habentur hæc Verba commemorantes Sanctiſſimam Immaculatam, & Glorioſiſſimam Dominam noſtram Matrem Dei, & 7. Synodus act. 3. vocat eam Immaculatam, & omni ſenſibili, & intellectuali natura puriorem Concilium Baſileenſe (tametſi non fuerit legitimum poſtquam in ſeſs. 2. ſtatuit Concilium Generale eſse ſupra Papam, & ea poteſtate, ſibi falsò aſsumpta in ſeſs. 34. Eugenium, qui veras erat Pontifex deponere attentauerit, vnde reprobatum fuit ab Eccleſia, & ab vltimo Lateranenſi Concilium ſub Leone X. ſeſs. 11. Conciliabolum appellatum) de Deipara, ita dicit; Nos diligenter inſpectis auctoritatibus, & rationibus Doctrinam illam aſserentem Glorioſam Virginem Dei Genitricem Mariam immunem ſemper fuiſse ab Originali, & actuali culpa Sanctam, & Immaculatam definimus, & declaramus; Tandem Concilium Tridentinum ſeſs. 5. in fine poſtquam declarauit filios Adæ infectos concipi in peccato Originali, tandem concludit; Declarat verò hæc Sancta Synodus non eſse ſuæ intentionis compræhendere in hoc Decreto, vbi de peccato Originali, agitur Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem, ſed obſeruandas eſse conſtitutiones felicis recordatus Sixto IV. ſub pœnis in eis contentis, quas innouat.

20. Ex Summis Pontificibus Sixtus Papa IV. duas de hac re edidit conſtitutiones

ambas

ambas extrauagantes; Altera incipit cum præexcelſo, in qua Feſtum Conceptionis B.V. celebrari mandat; Altera quæ incipit Graue nimis; in qua Pontifex, ſub certis pœnis prohibet, ne quis alterutrum huius controuerſiæ partem hæreticam audeat appellare; In ea agitur de Conceptione B.V. abſque Originali peccato Paulus V. Bulla quæ incipit Regis Pacifici edita anno 1616. Sexta Iulij eaſdem conſtitutiones confirmat, & innouat ſub eiſdem, & grauioribus pœnis, anno autem ſequenti 1617. 31. Auguſti in Sacra, & Generali Congregatione Edidit Decretum, quod incipit Sanctiſſimus, ſub eiſdem pœnis, & Cenſuris mandat, quod nullus cuiuſuis ſtatus, aut dignitatis audeat in publicis concionibus Lectionibus, ac Concluſionibus, & alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit Concepta cum peccato Originali; Quod in alia Congregatione Generali S. Romanæ Eccleſiæ 24. Maij Anno 1622. innouatis omnibus aliorum Prædeceſſorum Pontificum Decretis Gregorius XV. extendit etiam ad Sermones priuatos ad euitanda ſcandala, & diſſenſiones, quæ in huiuſmodi aſſertione affirmatiua oriri poſſunt; ex quo Decreto tria habentur; primum oriri poſſet in populo Chriſtiano ſcandala diſſenſiones atque diſcordias; ex Sermonibus priuatis, & iam in aliquibus regionibus orta eſſe ex huiuſmodi aſſertione; Secundùm ſilentium omninò ſcripto, vel voce publicè eam aſſerentibus opinionem impoſitum eſſe; Tertium donec articulus ille per ſedem Apoſtolicam definiatur.

21 Huc accedit ab Eccleſia Feſtum Conceptionis celebrari, quinnimò in Eccleſia Greca ante mille annos talis mos eſt ortus, vt notat Galathinus lib. 7. de Arcanis cap. 4. vel 5. Apud noſtros verò Latinos in Romanam Eccleſiam cæterarum Magiſtram annis ab hinc 500. eſt introductus, quod innuit Concilium Baſileenſe loco citato, dum dicit renouantes prætereà inſtitutionem de celebranda Sancta Virginis Conceptione; In quo officio celebrando certum eſt, quod aliquod priuilegium Virginis virtualiter affirmatur; quia non ſola Conceptio, ſed Conceptio in Innocentia, & ſanctitate celebratur, & expreſsè affirmatur in huiuſmodi officio in Religione Seraphica, ſub verbis expreſſis Immaculatæ Conceptionis, & præſeruationis à peccato Originali, cuius conſimile habet Sacer Ordo D. Auguſtini, vt refert Granado Sect. 7. n. 122. Item ſunt Indulgentiæ Conceſſæ à Leone X. Plenariæ dicentibus, vel audientibus Miſſam Conceptionis, & ibi Orantibus pro ipſo, & Eccleſia Vniuerſali, & à Paulo V. 100. dierum recitantibus Antiphonam; Hæc eſt Virga, cum ſuis Verſibus, & Oratione; Dum autem huiuſmodi Indulgentias Pontifices concedunt perſpicuum eſt quantum hanc ſententiam exiſtiment; ſed hic non ſiſtunt pedem, ſed pergunt Summi Pontifices varias Religiones, & ordines inſtituentes in honorem Immaculatæ Conceptionis ſic Iulius 2. Moniales de quibus vide Patrem Aretinum in 3. diſt. 3. q. 1. ſic Vrbanus VIII. Bulla incipiente Imperſcrutabilis Anno 1624. inſtituit ordinem militarem, ſub his Verbis non ſemel repetitis, ſub inuocatione Conceptionis Deiparæ Virginis Immaculatæ.

22 Tertium mediũ deſumitur ex Patribus, & Sanctis, qui in quatuor ordines diſtribui poſſunt ad euitandã confuſionem, & maiorem claritatem inducendam; primus ordo eſt eorum, qui directè B. Virginem ab Originali labe immunem fuiſſe dicunt, ſic D. Cyprianus in Oratione de Natiuitate ait, nec ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas electionis communibus laxaretur iniurijs, quoniam plurimum à Cæteris differens natura communicabat non culpa D. Auguſtinus in milleloquio conueniens erat (inquit) vt lege peccati, quæ per duorum concubitum verificatur in prole Dei Mater non teneretur D. Anſelmus in pluribus locis maximè in illud 2. Cor. cap. 5. ſi vnus pro omnibus mortuus eſt ergo omnes mortui ſunt, ſic ait omnes mortui ſunt peccatis nemine prorſus excepto dempta Matre Dei, ſiue Originalibus, ſiue voluntate additis Laurentius Iuſtinia-

ſtinianus Serm. de Annunciat. & lib. de Caſto connubio Verbi, & Animæ cap. 7. circa medium, quotquot inquit ex ipſa nati ſunt propagine excepto dumtaxat Mediatore Ieſu, & eius Matre ſub lege hac peccati ſunt conditi, & de gradibus perfectionis cap. 1. poſt medium ait; ab Originali delicto nullus excipitur præter illam, quæ genuit Mundi Saluatorem, & alibi Petrus Damianus, multis in locis, ſed diſerte in Serm. de Aſſumpt. Virginis, paulò ante finem, ſic ait Caro Virginis ex Adam aſſumpta maculas Adæ non admiſit; D. Idiota, in contemplatione ad Virginem (habetur tom. 3. Bibliothecæ in antiqua editione, & in tom. 5. recentioris) alloquens Virginem, ſic ait pulchra es Virgo Glorioſiſſima non in parte, ſed in toto, & macula peccati ſiue mortalis, ſiue Originalis non eſt in te.

23 Secundus ordo eſt eorum, qui Deiparam Virginem ab omni peccato in genere eximunt, & conſequenter ab Originali culpa conteſtantur ſic D. Auguſtinus, in lib. de Natura, & gratia cap. 46. cum inquit de peccatis agitur de Sancta Virgine Maria, propter honorem Domini, nullam prorſus habere volo quæſtionem, ſcimus enim quod ei plus gratiæ collatum fuit ad vincendum omni ex parte peccatum, & D. Hieronimus, in 2. Lect. 2. Noctur. Feſti Conceptionis apud Minores; Quicquid in Maria geſtum eſt totum puritas, & ſimplicitas totum veritas, & gratia fuit; Tertius ordo eſt eorum, qui illam Sanctam, & Immaculatam dicunt D. Griſoſtomus, in ſua Lythurgia tom. 5. appellat Beatam Virginem Immaculatam ſemperque Beatiſſimam, & pænitus incontaminatam; D. Athanaſius, ferè ad finem Sermonis de Deipara Sanctiſſima in tom. 3. Ita pronunciat; Dicimus eam iterum atque iterum, & ſemper, & vndequaque Beatiſſimam; Quartus ordo Plurimi ſunt Patres, qui Beatæ Virgini tribuunt omnia cum Filio communia, & cuncta priuilegia, quæ Creaturæ conferri poſſunt; ſed priuilegium immunitatis à culpa Originali poteſt à Deo concedi Creaturæ intellectuali, ergo exiſtimandum eſt eſſe illi conceſſum, ſic ſenſerunt in numeri Patres iſtius quarti ordinis, quod in ſequentibus magis probabitur.

24 Quartum medium deſumitur ab efficacitate rationum, quarum prima eſt; Præſeruata fuit B. Virgo Maria ab omni peccato actuali, etiam veniali, at peccatum Originale maiorem indignitatem, dicit quam veniale, ergo etiam ab Originali præſeruata fuit; Secunda ratio ab effectibus peccati Originalis, qui dicunt imperfectionem præſeruata fuit, vt concupiſcentia, fomite doloribus in partu, reſolutione corporis demortui, & alijs, ergo probabiliter præſeruata fuit à peccato Originali; Tertia ratio ſumitur ex opinione contraria; Aduerſarij, & potiſſime Iauellus eiuſdem opinionis acerrimus propugnator q. de hac re, concedunt, quod B. Virgo potuit numquam contrahere peccatum Originale; Concedunt inſuper illud eſſe tenendum, quod eſt decentius, & Excellentius B. Virgini, & in hoc dicit Iauellij D. Thomam, cum Scoto conuenire, ſolùm igitur id ſupereſt, an ſit decentius, & excellentius B. Virginem peccato Originali fuiſſe infectam, & maculatam, ac ſub reatu Inimicitiæ Dei, & damnationis æternæ Conceptam, an in gratiæ, & Diuinæ amicitiæ decore, & pulchritudine procreatam; nemo ſanæ mentis dicere deberet melius, & decentius fuiſſe B. Virginem in peccato Originali concipi, quam in gratia procreari, cum melius ſit omne malum ſufferre, quam priuari gratia, & viſione Diuina.

25 Quarta ratio D. Thomas 3. p. q. 27. ex hoc quod Eccleſia celebrat Natiuitatem V. Mariæ probat eius Sanctitatem, antequam naſceretur, quia non celebratur aliquod Feſtum in Eccleſia, niſi pro Sancto inquit D. Thomas; ſed ſubſumitur; Eccleſia celebrat Feſtum Conceptionis, ergo eadē ratione ſequitur, quod Cōceptio eius fuit Sancta, aut argumentum eius nihil valet; Sexta ratio; Plus gratiæ (inquit ipſe) collatum eſt Virgini Matri Dei, quam alteri alicui Sanctorum; & D. Bernardus fatetur, quod debuit altiori modo ſanctificari, quam Sanctorum quilibet alius, ſed de

Ioanne

Ioanne Baptiſtâ; dicit D. Ambroſius, lib. 1. in Lucam, quod nundum inerat ei Spiritus vitæ, & iam inerat Spiritus gratiæ, ergo multo magis Beata Virgo, ante animationem ſanctificari debuit, vel in ipſa Animatione, quia D. Ioannes Baptiſta ſanctificatus eſt poſt Animationem, hoc eſt enim altiori, & excellentiori modo ſanctificari: Sexta ratio ibidem D. Thomas, artic. 4. dicit quod illos, quos Deus ad aliquid deligit, ita præparat, & diſponit, vt ad id, ad quod eliguntur inueniantur Idonei, iuxtà illud 2. Cor. 3. Idoneos nos fecit Miniſtrorum noui teſtamenti; Beata autem Virgo electa fuit diuinitus, vt eſſet Mater Dei, & ideò non eſt dubitandum, quin Deus per ſuam gratiam, ad hoc Idoneam reddiderit; & D. Thomas reputat, quod non fuiſſet Idonea, ſi aliquod veniale admiſiſſet, vt ibidem patet; ergo multò minus, ſi Originale; peius eſt enim peccatum Originale, quam quodlibet veniale;

26 Septima ratio. Quantò magis aliquid appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectus illius principij (inquit D. Thomas, ibidem art. 5.) iuxtà illud D. Dionyſius, cap. 4. cœleſtis Hierarchiæ dicentis, quod Angeli, qui ſunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus Diuinis, quam homines Chriſtus, eſt autem principium gratiæ, ſecundum Diuinitatem, quidem auctoritatiuè ſecundum humanitatem verò meritorie; Vndè & Ioan. 1. dicitur gratia, & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt, ſed Beata Virgo Maria, fuit Chriſto propinquiſſima ſecundùm humanitatem, quam ex ea accepit, ergo cum Angeli fuerint in gratia Creati, & eorum plurimi numquam peccauerint, ſequitur neceſſariò ex Doctrina Sancti Thomæ, quod ſi Maria eſt auctori gratiæ propinquior, ipſa nullatenus debuit in peccato concipi, ſed in gratia Creari. Vnde idem Diuus Thomas, 4. ſent. diſt. 44. artic. 3. ad 3. cogitur fateri, quod puritas intenditur per receſſum à contrario; & ideò poteſt aliquid inueniri, quo nihil purius eſſe poſſit in rebus Creatis; talis autem fuit puritas Beatæ Mariæ Virginis, quæ à peccato Originali, & actuali immunis fuit; Diuus etiam Dominicus, tractatu de Corpore Chriſti, ſicut (inquit) primus Adam fuit ex terra Virgine, & numquam maledicta formatus, ita decuit in ſecundò Adam fieri, ſcilicet Chriſti, cuius terra, ideſt Mater Virgo numquam fuit maledicta; Vnde mirum eſt, quod filij audeant à Patris auctoritate, & Diſcipuli à Magiſtri Doctrina recedere præſertim, cum hoc repugnare videatur, cum præcipuo Eccleſiæ Catholicæ conſenſu, quæ quidem de Beatiſſima Virgine, hoc ſolet præcinere; Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, in præcipuis eius ſolemnitatibus, quod quidem ipſe, Diuus Thomas 3. parte ad Beatiſſima Virgine, fatetur pertinere.

27 Octaua ratio; Perfectiſſimus Redemptor, & Mediator eſt ille, qui non tantum ſubleuat, ſed actu præſeruat à peccato, ſed Chriſtus fuit perfectiſſimus Redemptor, ergo non tantum debuit ſubleuare, ſed etiam aliquam maximè gratam Perſonam præſeruare, talis autem grata perſona, fuit Sanctiſſima Virgo, ergo; Nona ratio; Quod illam actu non præſeruauerit, ex triplici ratione prouenire poteſt, ſcilicet aut ex defectu potentiæ Filij eius non potentis hoc facere, & hoc non eſt dicendum, quia eſt omnipotens; aut ex incapacitate ſubiecti, nec hoc dicendum quia Virgo, quæ eleuata eſt ad eſſe Matrem Dei, potuit etiam concipi ſine peccato; aut quia non decens fuit, vt ea puritate, ſiue priuilegio frueretur, neque hoc aſſerendum eſt, quia vt ait Diuus Anſelmus, de Conceptu Virginali, c. 18. decens erat, vt ea puritate, q̃a maior ſub Deo nequit intelligi Virgo illa niteret, cui Deus Pater vnicum Filium ſuum, quem de corde ſuo æqualem

ſibi genuit, vt naturaliter eſſet vnus, iidemque Dei Patris, & Virginis Filius; Decima ratio eſt reuelatio facta Sanctæ Birgittæ, quod Beatiſſima Virgo fuerit Concepta ſine peccato Originali, ita lib. 5. & 6. reuelationum eiuſdem cap. 49. ad quam reuelationem extenuandam Caietanus, ait reuelatum fuiſſe Sanctæ Catharinæ Senenſi Contrarium; De qua nihil habetur apud Scriptores vitæ Sanctæ Catharinæ, vt teſtatur Suarez in 3. partem, q. 27. & Martinus del Rhio, in diſputationibus Magicis q. de Reuelationibus.

28 Demum ſunt teſtimonia tot vniuerſitatum, quæ noſtram tutantur ſententiam, & tam acriter, vt nullum ad gradum doctoratus Theologiæ admittunt, quin iuratoria fidei iuſſione ſpondeat ſe Immaculatam Virginis Mariæ Conceptionem pro viribus defenſurum. Cœpit Vniuerſitas Pariſienſis Anno 1303. paulò poſtquam dum publicæ diſputationes circa hanc cõtrouerſiam haberentur: Ioannes Scotus Doctor ſubtiliſſimus Ordinis Minorum, ſuo acri Ingenio Virginem Dei Genitricem ab vniuerſalis, ſiue Originalis culpæ contractione exemptam, & immunem, cum totius vniuerſitatis applauſu defendit; Translatus autem idem Doctor Scotus à Pariſienſi ad Colonienſem Academiam tunc inſtitutam, vt tanto Doctore facta frequentior, & Celebrior euaderet, ibi occaſione ſimilis diſputationis oppugnatores ad metam reduxit; Vnde ipſa Vniuerſitas teſte Rodulpho lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ, in vita Scoti Anno 1303. idem omninò decreuit, quod Pariſienſis; ſecutæ ſunt poſteà plures in Hyſpania Valentina Oſſumenſis Salmantina Anno 1617. Complutenſis Anno 1618. & Moguntina in Germania; Idem etiam imitata ſunt plura Capitula Cathedralia, & Magiſtratus, vt Cæſar Auguſtæ in Aragonia, Eboræ in Luſitania; De quibus Portel, & Rodriquez; his ſtabilita munimentis pijſſima, & communiſſima opinio, aſſerens Beatiſſimam Virginem Mariam Dei Matrem Conceptam eſſe ſine peccato Originali, reſtat ſoluere oppoſitas obiectiones.

29 Et primò ad Auctoritatem Sacræ Scripturæ dicendum, quod ita inteligendæ ſunt, quod omnes deſcendentes ab Adam per ſeminalem propagationem contrahunt peccatum Originale. Cæterum illis generalibus Sacrarum Scripturarum locutionibus non compræhenditur B. Virgo; Nam Concilium Tridentinum, cum de Originali peccato tractat, ſecundum Scripturas declarat omnes ab Adam deſcendentes per rationem ſeminalem, tali macula infectos naſci Virgine Maria non compræhenſa; alias compræhenderetur in generalibus locutionibus Scripturarum, cum agitur de peccato mortali, & veniali, & cum dicunt non eſt homo, qui non peccet, & Pſalmo 13. dicitur, omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt, & Hierem. 8. dicitur, nemo quod bonum eſt loquitur, &c. & alibi ſæpè; & licèt ſic loquatur Scriptura adhuc excipiuntur, qui excipiendi ſunt, quia ſemper fuerunt aliqui ſancti Deo ſeruientes, & præcipuè Beatiſſimam Virgo, quæ ſecundum omnes nullum actuale peccatum habuit; Ad probationem ex Mileuitano Concilio, & Pontificibus ibi citatis; Reſpondetur, quod priores definitiones Conciliorum, & Pontificum explicantur per poſteriores; Cum ergo in Concilio Tridentino, ſic excepta B. Virgo à communi lege peccati Originalis dicendum eſt, quod eadem exceptio fiebat implicitè indicto Mileuitano Concilio, & in alijs Decretis, quamuis non fuerit explicata, atque ita numquam fuit de fide; quod B. Virgo contraxerit peccatum Originale.

30 Ad auctoritates Sanctorum; qui communiter loquentes dicunt omnes homines concipi in peccato Originali explicandi ſunt, quod omnes naturaliter propagati ab Adam ſunt peccatores hoc eſt ex modo, quo habent naturam ex Adam habent quoque vnde careant iuſtitia debita, niſi eis aliunde conferatur, ſed ſicut poſſet poſt primum inſtans temporis ei conferri gratia, ita poſſet, & in primò inſtanti temporis, ita quod nihil aliud huiuſmodi auctoritates probant, niſi nullum

eſſe

eſſe præter Chriſtum, qui ex vi generationis ſuæ non traxerit Originale peccatum; Ad auctoritates aliorum Sanctorum, ex quorum Verbis colligitur B. Virginem cum peccato eſſe Conceptam; Reſpondetur, quod quando dicunt B. Virginem fuiſſe mundatam purgatam, & huiuſmodi Verba, quo debent intelligi, quod, fuit præuenta mundatione gratiæ, ſicut fuit redempta præuentione, ne contraheret; Ad auctoritates Sanctorum, qui expreſsè locuti ſunt de Virgine Maria; Reſpondetur, quod illi illo tempore habuerunt iſtam opinionem, ſi tamen modo viuerent multarent opinionem, & ſententiam; & oppoſitum ſentirent; Nec hoc eſſet nouum in Eccleſia Catholica, quæ cum comparetur Auroræ, quæ paruo ſolis lumine illuminatur, deinde aucto lumine ex aſcẽdente ſole, ſemper augetur etiam in Claritate, & veritates Catholicæ; nobis illuſtrante clarius ſuperiori Lumine clarius, manifeſtantur; Vnde nos, qui tanto lumine gaudemus, debemus gratias Deo agere, quod nobis plura innoteſcant, quam antiquis Patribus, & Chriſti fidelibus. Quantum ad Euſebium Emiſſenum citatum à Caietano non dixit à Peccati Originalis nexu nullus immunis exiſtit, nec ipſa Genetrix Redemptoris, vt Caietanus adducit, ſed inquit à Peccati Originalis, nemo per ſe liber extitit, vbi illud per ſe ſignificat ex vi generationis ſuæ, ſiue ex natura, non ex gratia.

31 D. Bernardus licèt apertè adducatur pro opinione contraria, mihi tamen videtur ex dicta Epiſtola ſua ad Lugdunenſes nihil eſſe cõtra nos, nam & ſi dicat B. Virginem in Vtero ſanctificatam, tamen non dicit hoc factum eſſe poſt Animæ rationalis infuſionem, nec apertè in ipſa infuſione, quod nos aſſerimus; quod verò affirmet B. Virginem in peccato eſſe Conceptam, & per hoc Conceptionem eius non fuiſſe Sanctam; de prima Conceptione, quæ in ipſo concubitu parentum fieri, ſolet non de animatione intelligendum eſt; & dum vrget, quod ſolus Chriſtus de Spiritu Sancto Conceptus, ſit nihil contra nos; D. Antonius de Padua, nihil quod puritati Conceptionis Virginis Mariæ repugnet in concionibus, quæ circumferuntur reperitur dixiſset; Diuus etiam Bonauentura, licèt in 3. cum D. Bernardo, & D. Thoma Scholaſticè, & diſputatiuè magis declinauerit ad opinionem oppoſitam, tamen in Serm. 2. de Beata Virgine, qui habetur in tertiò tomo ſuorum operum apertiſſimè docet noſtram ſententiam, vbi ſic ſcribit, quod Domina noſtra fuit plena gratia præueniente in ſua ſanctificatione, gratia ſcilicet præſeruatiua contra fœditatem Originalis culpæ, quam contraxiſset ex corruptione naturæ, niſi ſpeciali gratia preuenta præſeruataque fuiſset; ſolus enim Filius Virginis ab Originali culpa immunis, & ipſa Mater eius Virgo: Hæc D. Bonauentura.

32 Ad primam rationem; negatur conſequentia; Nam hoc priuilegium Virgini conceſsum maximè redundat in gloriam Chriſti, vt Redemptor eſt, quia ex D. Dioniſio, cap. 8. de Diuinis nominibus, & ex D. Auguſtino circa illud Pſalm. 85. eruiſti Animam meam ex Inferno Inferiori, & in illud Pſalmi 143. redemiſti ſeruum tuum de gladio maligno; duplex eſt redimendi modus, vnus erigendo lapſum; Alter præueniendo iam iam caſurum, ſiue lapſurum ne cadat, nam certum eſt, nec in Infernum inferiorem Prophetam cæcidiſset, nec à gladio maligno cæſum fuiſse: ex his duobus modis poſterior ſine dubio eſt opus maioris gratiæ, & beneuolentiæ, & cæteris paribus maioris potentiæ, & efficaciæ, quo dicimus B. Virginem fuiſse à Chriſto redemptam, & tali redemptione maximè eguiſse, ideoque in ſuo Cantico cecinifse, & exultauit Spiritus meus, in Deo ſalutari meo, quod optimè confirmat D. Bernardinus Senenſis Serm. 51. c. 5. inquiens Chriſtum Dominum, magis veniſse in Carne mortali pro B. Virgine redimenda, quam pro omnibus hominibus, etiam ſi omnes ſimul conferantur, & propter hanc cauſam illam vocat primogenitam Redemptoris; Ad ſecundam rationem negatur maior; Non enim omnis, qui con-

cipitur per ſeminalem generationem contrahit peccatum Originale comprahendendo Virginem, quia etiam hac ratione probaretur, quod habuerit etiam peccatum actuale; quod non habuit, quia ſecundum communem legem, etiam ſequitur ex illa cauſa; fuit ergo B. Virgo exempta à multis effectibus illius Cauſæ; Primò, quia non fuit comprehenſa in illa lege, in dolore partus, neque in illa puluis es, & in puluerem reuerteris, & ſimiliter fuit exempta ab hac lege contrahendi peccatum Originale.

33 Ad tertiam rationem reſpondetur, quod huiuſmodi rationes procedentes ab effectu ad Cauſam, & è contra ſolum probant quantum ad debitum contrahendi, & obligationem incurrendi omnes hos effectus; non tamen probant quod de facto Beata Virgo contraxerit, licèt enim concipi per commixtionem Maris, & fœminæ ſit Cauſa, quod ſuæ naturæ relicta haberet prædictos effectus, ex gratia tamen, & priuilegio ab aliquibus fuit liberata; atque ita potuit, & de facto fuit libera à peccato Originali, fuit enim liberata ab illis peccati Originalis effectibus, qui culpam includunt, vel ad illam inclinant, vt eſt fomes, & concupiſcentia, vel indecentiam quamdam ex illa contractum continent, vt dolores partus, & ſimiles, non autem ab illis, qui ſunt merè pœnales, vt ſunt fames ſitis, &c. Ad quartum reſpondetur, negando maiorem, licèt enim Virgo ſit excepta à peccato, quod fuit per meritum Chriſti, & per eius redemptionem, & ex priuilegio, tamen Chriſtus Dominus, neque fuit redemptus, ſed potiùs Redemptor, neque debitum incurrendi peccatum contraxit, ſicut eius Mater, atque ita maiorem excellentiam habet, quam eius Mater, & omnes homines, & omnes Angeli; De omnibus enim illis poteſt dici quod potuerunt peccare, non de Chriſto; Vnde noſtra poſitio in nullo derogat Excellentiæ Chriſti, quæ longè altior eſt.

34 Dices ſi Beata Virgo non fuiſſet Concepta in peccato Originali, fuiſſet igitur Concepta in iuſtitia Originali; Reſpondetur quod non ſequitur, ſed benè ſequitur, quod fuiſſet Concepta in gratia, aut ſaltem ſine peccato; ſicut ſi aliquis homo crearetur nunc à Deo alia via, quam ex ſtirpe Adami non ſequeretur, quod eſſet productus in peccato, aut in iuſtitia Originali, quia poſſet habere rebellionem Carnis, ſed benè quod eſſet procreatus in gratia, aut ſaltem ſine peccato, & ita poſſumus dicere de Beata Virgine. Almainus in 3. ſentent. diſt. 3. quæſt. 1. & Gabriel Biel in Serm. huius Feſti, & ſuper Canonem Lect. 41. in fine, & alij hanc Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ, eſſe de fide affirmant, vel ſaltem tam certum, & indubitatum quantum certum eſt Summum Pontificem in Canonizatione Sanctorum, non poſſe errare moti ex eo, quod Eccleſia celebrando Feſtiuitatem Conceptionis videtur Canonizaſſe, ſeu auctoritate ſua declaraſſe Beatam Virginem fuiſſe Sanctam in ipſius Conceptionis momento; ſed Caietanus opuſculo de Conceptione cap. 1. & Canus, lib. 4. de locis cap. 4. lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. dicunt hanc ſententiam de Immaculata Virginis Conceptione, ſpecie tantum eſſe piam, & probabilem, re tamen vera falſam, & ita incertam, vt nulla ratione poſſit Eccleſia illam definire; quia Eccleſia, ſine reuelatione Diuina, non poteſt aliquid definire contra generales Canones Scripturæ, & communiorem Patrum ſententiam, & expoſitionem.

35 Verum ex ſuperius dictis, certo colligitur ſententiam de Immaculata Conceptione, & immunitate à peccato Originali, nedum eſſe magis piam, ſed etiam magis conſentaneam, non ſolùm rationi, verum etiam Sanctorum Patrum Doctrinæ conceditur tamen nundum eſſe definitum de fide, vt patet ex Bulla Sixti IV. graue nimis Edita poſt Concilium Baſileenſe; & Decreto Concilij

cilij Tridentini ſeſſ. 5. cap. vltimo, neque ex Feſti celebritate colligi poteſt tanta certitudo, quanta in alicuius Sancti Canonizatione eſſe ſolet, quia ipſe Pontifex, qui Feſtum approbat declarat ſe tantum probare noſtram ſententiam, vt piam, & magis probabilem, & conſequenter de fide faciliter definibilem; & quamuis reuera Concilium Baſileenſe fuerit reprobatum, cum definierit de fide B. Virginem, non eſſe Conceptam in peccato Originali, ſed ab eo fuiſſe immunem in ſua Conceptione, & ideò eius definitio nihil fuit, quantum ad effectum intentum, non poteſt tamen denegari prædictam ſententiam, non eſſe definibilem oſtenſam per idem Concilium, quod ipſam definiuit putans eſſe definibilem; quod ſcriptum militat, contra Gaietanum, & Canum, citatos, qui putant non eſſe definibilem per Eccleſiam, vt dictum eſt.

36 Eſt veritas certa Beatam Virginem fuiſſe ſanctificatam priuſquam ex Vtero naſceretur; in hoc conſentiunt omnes Theologi; quia quod eſt alijs inferiori conceſſum non debet B. Virgine denegari, ſed Ieremiæ, & Ioanni Baptiſtæ, quia ſunt longè inferiores Beatiſſima Virgine, conceſſum eſt ſanctificari in Ventre Matris, ergo &c. De Ieremia, patet Ieremia 1. vbi dicit Deus antequam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te, & de Ioanne Baptiſta, dixit Angelus Lucæ 1. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero Matris ſuæ, ergo certum eſt B. Virginem eſse Sanctificatam in vtero Matris; Hæc certitudo ſecundùm Catharinum, lib. 4. contra Caietanum eſt de fide, & cum eo Antonius Corduba, in Quæſtionario, q.44. Concluſ. 4 fundari, & ipſi in Feſti Natiuitatis Virginis Mariæ, celebritate quæ eſt antiquiſſima in Eccleſia. Verùm putamus non eſſe de fide, ſed valdè temerarium ſentire oppoſitum, cum ſit contra omnium Catholicorum conſenſum, qui tamen ſolet facere articulum fidei ſecundum aliquos; & cum ſuperius ex Diuus Thoma, probatum ſit plus gratiæ collatum eſſe Virgini Matri Dei, quam alteri alicui Sanctorum, vt D. etiam Bernardus fatetur; & debuit altiori modo ſanctificari, quam Sanctorum quilibet alius; & de Ioanne Baptiſta, dicit D. Ambroſius, lib. 1. in Lucam, dicit quod nundum inerat Spiritus vitæ, & iam inerat Spiritus gratiæ, ergo multò magis Beata Virgo, ante animationem ſanctificari debuit.

De Beatæ Virginis Mariæ, excellenti prærogatiua Maternitatis Dei, cum ſuis ſequelis. Artic. 2.

1 SVppoſito quod Chriſtus, ſit verus Deus,& verus homo, vt Catholica fides docet, & ſupra cap. 1. art. 2. oſtenſum eſt, & in ſequentibus magis oſtendetur; hic inquirendum, & reſoluendum Beatiſſimam Virginem Mariam fuiſſe Matrem veram Dei, & hominis; Pro qua re notandum eſt, quod quatuor requiruntur ad rationem Maternitatis; primùm eſt miniſtrare Materiam ad formandum corpus prolis, ſecundum eſt actiuè concurrrere ad prolis productionem; Tertium eſt prolem productam in vtero conſeruare; Quartum eſt prolem ipſam, vſque ad certam quantitatem, & tempus partus nutrire, & augmentare; quæ omnia cum fuerint in Beatiſſima Virgine, (vt infrà oſtendetur) reſpectu Chriſti Dei, & hominis, ideò eius Mater dicenda eſt; Secundò notandum eſt, quod ad hoc, quod aliqua mulier dicatur Mater adhuc tria requiruntur; Primùm, quod productum ab ea, ſit eiuſdem ſpeciei defectu cuius Vermes naſcentes in homine non dicuntur eius Filij, nec homo Pater eorum; Secundùm re-

quiritur, quod vt diſtinctio inter generans, & genitum, quia teſte Diuus Auguſtino, lib. 1. de Trinit. nulla res ſeipſam gignit, vt ſit; Tertium requiritur, quod hæc productio fiat per modum naturæ; Vnde licèt Spiritus Sanctus, ſit eiuſdem ſubſtantiæ, cum Patre, & Filio, & ab eis diſtinguatur, realiter perſonaliter, tamen ſic productus ab eis, non dicitur eorum Filius, quia non producitur per modum naturæ, ſed per modum voluntatis; Cum autem Chriſtus productus ſit à Beata Virgine, per modum naturæ, licèt non naturaliter, & ab ea realiter diſtinguatur, ſitque eiuſdem ſpeciei cum ipſa erit Filius eius, & eius vera Mater.

2 Quamuis fuerint, quidam ante Neſtorium, qui negarunt Chriſtum eſſe verum Deum, vt patet ex Tertulliano in Apologetico; & Epiphanio de Hæreſibus, ac conſequenter negabant B. Virginem, veram Dei, & hominis Matrem; Primus tamen inter eos, qui Chriſto penitus Diuinitatem ſurriperent fuit Neſtorius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, qui cum in Chriſto duas poneret Perſonas, perſonam Verbi, & Perſonam hominis, & prius Conceptum fuiſſe hominem, & poſteà aſſumptum aſſerebat, & conſequenter negabat Beatam Virginem verè, ac propriè eſſe Matrem Dei, vt conſtat ex Hiſtoria Concilij Epheſini, vbi damnata fuit, hæc hæreſis, & ex Hiſtoria Vincentij Lirinenſis, contra prophanas vocum nouitates, necnon ex Caſſiano, lib. 1. & 2. de Incarnatione, atque etiam ex Proſphero in Chronico, vbi dicit quod Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, nouum errorem Eccleſijs, conatur inducere prædicans Chriſtum ex Mariam hominem tantum, & non Deum, eique pro merito Diuinitatem collatum eſſe; Socrates verò, lib. 7. cap. 32. dicit Neſtorius, non negaſſe Chriſtum eſſe Deum, ſed vocem dumtaxat Deiparam tanquam Laruam reformidare; ſ Quicquid ſic certum eſt duas in Chriſto poſuiſſe perſonas, ac negaſſe Beatam Virginem dici debere Dei Genitricem; quia naturam tantum humanam, vel humanam tantùm perſonam dicebat Chriſtum ex ea aſſumpſiſſe, ac propterea hominis tantum Matrem vocandum eſſe contendebat; Contra quem ſunt apertè Scripturæ definitiones Conciliorum Generalium conſenſus Patrum, & argumenta fortiſſima, quæ per ordinem hic adducuntur, quia ſunt ſcitu digna, alias ſatis eſſe veritatem de fide tenendum.

3 Primò ſint Scripturæ 1. Ioannes 2. dicitur, & erat Mater Ieſu ibi, ſi enim vnus erat Ieſus Deus pariter, & homo vtique Mater eius, erat Mater Dei, & hominis, & Lucæ primò, vbi ait Eliſabeth; Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Cum enim Chriſtus in vtero Matris exiſtens dici non potuerit Dominus, niſi quatenus Deus, Dominium enim, vt homo nundum acceperat, quia nundum natus, & tamen Beatiſſima Virgo, dicitur Mater Domini, vtique per hoc denotabatur Mater Dei; Item Euangeliſta, dum vocat Mariam Matrem eius; Cum enim Chriſtus ſit Deus, & Maria Mater eius, dubio procul eſt Mater Dei; Matthæus, item primo, & 2. dicit Angelus ad Ioſeph, accipe puerum, & Matrem eius, & rurſus de qua Natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus, quibus quidem Verbis oſtendit Beatam Virginem Mariam fuiſſe Dei, & hominis Matrem, cum Chriſtus fuit ſimul Deus, & homo, quod apertè Ieſus Chriſtus cæco illuminato, dixit Ioan. 9. tu credis in filium Dei? Reſpondit Cæcus, quis eſt Domine, & dicit ei Ieſus tu vidiſti eum, & qui loquitur tecum ipſe eſt; Qui Petrum confitentem tu es Chriſtus Filius Dei viui laudauit dicens; beatus es Simon Bariona; & Thomæ confeſſionem Dominus meus, & Deus meus. pariter confirmauit dicens, quia vidiſti

me Thomæ credidiſti, &c. ex quibus ſatis claret Ieſum fuiſſe Deum, & hominem, & conſequenter Beatam Virginem fuiſſe veram Matrem eiuſdem Dei, & hominis, qui vocabatur Chriſtus; & nullus niſi proteruus negare poſſet, multa alia poſſent ad ferri Scripturæ teſtimonia ad hoc probandum; ſed qui volunt ea videre conſulat Bellarminum de Incarnatione, lib. 3. capit. 6. tom. 1.

4 Nobis ſatis erit dicere contra Hæreſim Neſtorij definitum fuiſſe Anathema in Concilio Epheſino primo, ſi quis Emanuelem Verbum Deum, & ob id Beatam Virginem Theotocon eſſe non confiteatur, quod confirmatum eſt in Concilio Calcedonenſi, & in 5. Synodo Generali, Can. 6. ſi quis abuſiue, & non verè Dei Genitricem eſſe ſemper Virginem Glorioſam dixerit Anathema ſit; Quin, & in Symbolo Niceno apertè dicimus nos credere in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui Conceptus eſt de Spiritu Sancto Natus ex Maria Virgine; & in Symbolo Athanaſij; dicitur qui licèt Deus ſit, & homo, non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus, ſi autem vnus eſt Chriſtus Deus, & homo, cum Maria ſit Mater Chriſti, erit Mater Dei, & hominis; Vnde Diuus Ignatius in Epiſtola ad Epheſios, filius (inquit) Dei, qui ante ſæcula Natus eſt, ipſe in vtero portatus eſt à Maria ſecundum Dei diſpoſitionem ex ſemine Dauid, & Spiritu Sancto; & Gregorius Nazianzenus, Epiſt. 1. ad Celidonium, vbi ait ſi quis Virginem Mariam, nequaquam Dei Genitricem eſſe credit, is etiam à Deitate ſit ſeparatus; D. Hieronimus de Virginitate cuſtodienda ad Euſtachium, Dei filius inquit pro noſtra ſalute hominis filius decem mentibus in vtero, vt naſcatur expectat, & D. Auguſtinus in Enchiridion, cap. 5. Chriſtus Ieſus (inquit) Deus, & homo eſt, Deus quia Dei Verbum, homo autem quia in vnitatem Perſonæ, acceſſit Verbo Anima rationalis, & caro, his ſatis pro noſtra breuitate.

5 Nec deſunt efficaces rationes hanc veritatem ſuadentes. Prima quidem, quia ſi aliæ mulieres verè dicuntur filiorum Matres, multò magis B. Virgo, quia aliæ (ſi credimus Ariſtoteli) nullam adminiſtrant materiam generationi, ſed ſolum viri; Hæc verò cum non ex viro, nec ex ſemine Conceperit totam generatione Chriſti in humanis ſubminiſtrauit materiam, & inde longè potiori ratione dicenda eſt Mater Chriſti, quam alia quælibet Mater puri hominis, & cum Chriſtus ſit Deus, Dei Mater in re poteſt dici, (de hac re magis infra.) Secunda, ratio ſumitur ex communicatione idiomatum; ſi enim Deus dicitur, nunc verè mortuus paſſus, & ſepultus, omnia quæ aliena ſunt à natura Dei, multò magis filius Dei poteſt dici filius Virginis, de Virgine natus, cum Natiuitas non ſit à generatione filij Dei aliena; Tertia ratio, vnitas perſonæ Chriſti; ſubſiſtentiæ, & Hypoſtaſis hoc perſuadet, nam naſci non eſt proprium naturæ ab omni perſonalitate abſtractæ, quia natura nec generat, nec generatur, ſed ſolius Perſonæ, quia generatio eſt integri ſuppoſiti non poteſt B. Virgo eſſe Mater hominis, quin ſit Mater Dei, cum aliud in Chriſto non ſit ſuppoſitum præter Diuinum, & ideò B. Virgo, verè eſt Mater Dei.

6 Confirmatur, quia Virgo Concepit, & genuit hunc hominem, ſed hic homo in ipſa Conceptione verè fuit Deus, ergo verè Concepit hominem Deum, quia non priùs in vterum Virginis caro Concepta eſt, & poſtmodum Diuinitas venit in carnem, ſed ſtatim Verbum factum eſt caro, vt ait D. Gregorius in Regiſtro, Epiſt. 6. Denique in omni generatione tenditur ad aliquod ſuppoſitum, ſed Incarnatio Verbi Dei, vera fuit generatio, ergo verè fuit terminata ad aliquod ſuppoſitum productum, ſed in generatione illa non poteſt eſſe ſuppoſitum, niſi Verbum Diuinum,

ſeu Filius Dei, qui & Deus, ſicut Pater, ergo Mater generans, & producens verè dicitur Mater Dei; Si dicas, iam productum non poteſt iterùm produci, nec poteſt quiſque anteriorem ſe gignere, ſed filius Dei fuit ab æterno productus à Patre, & ſuppoſitum eius longè eſt anterius ipſa Matre producente, non igitur Beata Virgo, Deum gignere potuit; Reſpondetur non poſſe vllum aliquem ſe anteriorem gignere ſecundùm id, quo eſt anterior, nec B. Virginem, genuiſſe Chriſtum ſecundùm id, quo ipſa eſt poſterior, nempè ſecundùm Diuinitatem, ſed ſecundùm id, quo eſt ipſa prior, ideſt ſecundùm humanitatem in Diuino ſuppoſito; ſic enim dicitur ſuppoſitum naturæ humanæ, non naturæ Diuinæ, atque adeo genitum per generationem humanam, ſicuti quatenus ſuppoſitum naturæ Diuinæ fuerit ab æterno generatum, & productum.

7 Si dicas ſecundò; Filius debet eſſe homouſios, ideſt conſubſtantialis Parentibus; ſed Chriſtus Deus non eſt conſubſtantialis Mariæ, cum ſit ipſe æternus, & infinitus; Maria verò temporalis finita, & limitata; Reſpondetur Filium eſſe debere conſubſtantialem parentibus ſecundùm eam naturam quam accepit ab ipſis; & ideò Chriſtus ſecundum Diuinam, quam ab æterno accepit per generationem à Patre, eſt Patri conſubſtantialis, & ſecundum Humanam, quam à Virgine Matre, accepit in tempore eſt Virgini Matri conſubſtantialis ſpecifice, ideò eſt eius Filius, ſi dicas 3. Apoſtolus ad Philip. 2. dicit Chriſtum in ſimilitudinem hominum factum, inuentum vt hominem ſimilitudo, autem rei non eſt ipſa res, ergo Chriſtus, vt Deus non eſt ipſe homo, in cuius ſimilitudinem factus eſt, & habitu inuentus vt homo; Reſpondetur li ſimilitudinem hic non tollit veritatem humanitatis Chriſti, ſed innuit ſimilitudinem, & apparentiam Carnis peccati, vt innuit Apoſtolus, & interpretantur DD. Ambroſius Griſoſtomus, & Theophilactus, qui etiam annotarunt li habitum non ſignificare propriè veſtem, ſed ſolùm externam figuram; ſenſus Apoſtoli igitur eſt, quod Chriſtus figura corporis exteriori videbatur vnus de turba hominum, cum tamen eſſet ſingularis, & Diuinus.

8 Dictum eſt ſuperius B. Virginem potiori modò fuiſſe Matrem Chriſti, quam aliæ Matres ſuorum filiorum, quia potiori modò cucurrit ad generationem tanti filij, quam illæ ad generationem ſuorum, contra D. Thomam p. 1. q. 81. art. 5. & 3. p. q. 34. art. 4. & Richardum in 3. d. 3. quæſt. 2. artic. 2. & alios ſecutos, Ariſtot. lib. 1. de generat. Animalium, cap. 19. & lib. 2. cap. 4. ſolus Pater regulariter in Generatione humana, habet rationem actiui, & Mater rationem paſſiui, ita quod ipſa aſſerentes, quod tantum prolis Materiam miniſtrat; hi Doctores idem aſſerunt etiam de Beatiſſima Virgine, quæ in Generatione Filij ſui, ſolum operata eſt actiuè ad præparationem Materiæ virtute ſua generatiua, & Spiritus Sanctus ſupplens id, quod per actiuitatem ſeminis viri de præparata illa materia formauit ſubito corpus Chriſti, & formatum Anima rationali informauit, & Diuini Verbi Perſonæ hypoſtaticæ coniunxit, ad quæ nihil actiuè egit B. Virgo, ſicut nec reliquæ aliæ Mulieres aliquid actiuè agunt; Hæc opinio poteſt, ſic probari; Diſtinctio ſexus eſt à Natura inſtituta propter diuerſam operationem ad generationem Animalis requiſitam, primò de generat. Animalium, cap. 19. & 20. ſed diſtinctio operationis in generatione Animalis attenditur ſecundùm diuerſitatem agentis, & patientis, ergo diſtinctio ſexus pertinet ad diuerſitatem actiui, & paſſiui, & per conſequens tota virtus actiua eſt in Mare, & paſſiua in fæmina.

9 Verum Scotus, ſequens opinionem Medicorum, nempè Galeni in lib. 6. de ſpermate, & Hipocratis, de formatione fætus, docet in 3. diſt. 4. q. 1. Matrem in Gene-

Generatione prolis concurrere actiuè; ita quod Mas, & Fœmina ſunt vna cauſa totalis in generatione prolis, ita quod vir eſt cauſa principalis actiua, fœmina verò minus principalis; & conſequenter docet B.Mariam verè fuiſſe Matrem, quia tota illa actio, ſibi competebat quæ Matri debetur; Vnde pro intelligentia huius opinionis, Scotus ſupponit Beatam Virginem habuiſſe omne efficientiam, quam neceſſe eſt habere fœminam, vt vera ſit Mater; Vnde præter actionem illam antecedentem, quam Mater diſponit remotè miniſtratque materiam, certum videtur habuiſſe Virginem aliquam actionem, quaſi concomitantem, quam ſine dubio omnes Matres habent, quamdiu in vtero formatur, fœtus ipſe enim Maternus vterus calore ſuo naturali, & ſpiritibus vitalibus fouet, & conſeruat ſemen, & multum iuuat ad bonam diſpoſitionem, & complexionem corporis; quæ actio in alijs fœminis durat per quadraginta, vel octoginta dies, vſque ad perfectam Conceptionem; Beata autem Virgo, & ſi Conceptio in ea, ſubitò perfecta ſit, non ideò priuari debuit hac efficientia, atque ei datum eſt, vt ſubitò efficeret totam diſpoſitionem, quam hoc modo, & per has qualitates naturali tempore effectura erat.

10 Sed obſeruandum eſt, ex Doctrina Scoti in 3. d.4. q.2. quod informationem Corporis humani præcedunt tres motus; Primus motus eſt localis, quod defertur ſemen, & ſanguis, ſeu materia ex qua formandum eſt Corpus in locum à natura deſtinatum, ſcilicet in Matricem mulieris; Secundus motus eſt etiam localis; quia ex illa materia per virtutem generatiuam figuratur corpuſculum illud, & talis figuratio non eſt ſine motu locali, nam Sanguis, vel ſemen in Matrice figuratur iuxtà figuram Matricis, ſicut figuratur locatum in vaſe ad vaſis figuram; Tertius motus eſt condenſatio; condenſatur enim illud corpus; & dicit Scotus de hac condenſatione, quod eſt quædam alteratio præcedens generationem corporis denſioris, ex iſto corpore rariori, quibus verbis inſinuat condenſationem illam eſſe alterationem, & per conſequens motum ad qualitatem, & addit Scotus, quod iſta alteratio non eſt ſine loci mutatione, non quidem qua acquiritur nouus locus, ſed qua occupatur minor, quam antea, & in vltimò inſtanti huius alterationis inducitur forma Organica, qua corpus eſt perfectè Organizatum; De forma Organizationis, ex Doctrina eiuſdem dicendum, quod nulla ſit forma corporeitatis, totius diſtincta à formis partialibus partium, etherogenearum, ſed quod totius Organici forma, ſit præciſè integratio omnium formarum partialium; ita quod tunc dicatur perfectè corpus Organicum, quando quælibet pars eſt Organizata.

11 Tota actio, quæ in generatione prolis conuenit cuicumque Matri fuit in Beata Virgine, reſpectu generationis Chriſti, ſiue illa omnia, quæ facta ſunt in eius modi Conceptione fuerint in tempore, licèt breuiſſimo, vt aliqui volunt, ſiue facta fuerit in inſtanti; Quicquid ſit certum eſt, quod ratio Maternitatis perfectiùs conuenit Beatæ Virgini, quam alicui Matri reſpectu Filij ſui; Probatur primò, quia Chriſtus de ſola Virginis ſubſtantia genitus eſt, quia illa ſola materiam adaptauit, non ſic alij Filij aliarum Mulierum, quia non de ſola Matrum ſubſtantia, ſed de Patris quoque ſubſtantia generantur; Secundò probatur, quia virtus generatiua Virginis perfectius operata eſt in informatione Corporis Chriſti, quam virtus Generatrix aliarum Matrum, illa enim ſubordinata fuit virtuti actiuæ infinitæ Spiritus Sancti, ex quo prouenit, vt in inſtanti temporis omnes actiones expleuerit, quæ in Conceptu, & generatione prolis reperiuntur, & dictæ ſunt in præcedenti numero, ſcilicet formationem Organizationem, & animationem; ſed virtus Generatrix aliarum Matrum ſubordinatur virtuti

actiuæ

actiuæ naturali, & finitæ virorum; Probatur tertiò, quia Mater Chriſti non ſolùm eſt naturalis, quemadmodum quælibet alia Mater, ſed etiam miraculoſa, vt patebit ſequenti numero.

12 Quod Beata Virgo, dicenda ſit Mater Chriſti naturalis; probatur quia habuit fœcunditatem naturalem, quia non erat ſterilis, & potuiſſet Concepiſſe à Patre naturali, & coegit ad terminos illorum motuum præcedentium generationem dictos ſuperius, & ad introductionem formæ Organizationis propria virtute, ſine illis motibus, ſicut aliæ Matres cum illis, & tertiò miniſtrauit materiam naturalem in Conceptione Chriſti, quarto quia ea in ratione veræ, & naturalis maternitatis reperiuntur, quæ reperta ſunt in Virgine, quæ ſunt quatuor; Primùm, vt fæmina miniſtret materiam proli generandæ; Secundùm, vt actiuè concurrat ſaltem ad materiæ præparationem; Tertium, vt fætum Conceptum in vtero contineat, & geſtet; Quartum, vt prolem vtero Conceptum, vſque ad certum tempus nutriat foueat, & augeat; Hæc autem omnia Beata Virgo, præſtitit Chriſto, qui eſt verus Deus, & homo; ergo Beata Virgo eſt naturalis Mater Chriſti; Quod etiam ſit miraculoſa; Probatur quia potentia, & fæcunditas Virginis, per miraculum fuit reducta ad actum generationis ab Agente ſupernaturali, nimirum à Spiritu Sancto, nam virtus generatiua Matris, non reducitur ad actum naturaliter, niſi à Cauſa actiua determinata naturali, ſcilicet vi actiua patris naturalis, in hoc autem mirabili Conceptu, Concepit Virgo neſciens virum; qui Conceptus non fuit naturali modo in tempore, ſed in inſtanti, ideò ex hoc etiam fuit miraculoſus.

13 Rurſus Beata Virgo, habuit gaudia matris cum Virginitatis honore, in quo nec ſimilem viſa eſt, neque habere ſequentem, non tantum ante partum, ſed in partu, & poſt partum fuit Virgo; Quantum ad primum relictis varijs acceptionibus Virginitatis, hic ſumitur pro integritate carnis, quæ propriè dicit priuationem coitus, quæ alias poteſt dici Virginitas pro materiali, nam formalitas Virginitatis conſiſtit in propoſito perpetuo abſtinendi à delectatione; Venerea, hac virginitate relicta, hoc priuilegium Mariæ, dum concepit ſeruata Virginitate, pro materiali accepta non fuiſſe ad impoſſibile; Probatur quia Virginitati, ſiue integritati corporis non opponitur Maternitas; prointelligentia huius propoſitionis; notandum eſt, quod integritati corporis opponitur ruptio, ſiue aperitio Clauſtrorum fæminalium, cum illa naturaliter concluſa ſint, & infertur quædam violentia Carnis, cum naturæ irruptione, cum ſit quædam continui diuiſio; ſunt autem duæ aperturæ clauſtrorum muliebrium, prima eſt ad concipiendum, nam cum ſit Conceptus, & permixtio ſeminum, non poſſunt commiſcere ſine quadam ruptura fæminei genitalis.

15 Secunda aperitio Clauſtrorum fæminalium eſt ad pariendum, nam tunc neceſſe eſt aperiri Clauſtra fæminea, vt fætus in lucem prodeat, & iſta tollit integritatem corporis, ex quo ſequitur, quod Virginitati Maternitas non opponitur, ſed Corporis aperturæ. Virginitatis, ergo & Maternitas poſſunt ſtare ſimul, dummodo cum Maternitate, ſtet Clauſtrorum fæmineorum integritas, & tunc ſit, quando Deus ſupplet actionem agentis naturalis, ſicut reuera ſupplere poteſt, immò de facto ſuppleuit, dum Beata Virgo Concepit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum contra Ebionem, & Cherintum, aſſerentes quod Maria non manſit Virgo in huiuſmodi Conceptione, dum dicunt Chriſtum purum hominem eſſe genitum per commixtionem Beatæ Virginis, & Ioſeph, iuxtà illud Lucæ 2. vbi

vbi dicitur de Ioſeph, & Maria; erant Pater, & Mater eius mirantes ſuper his quæ dicebantur; & eodem cap. Maria dixit, ego & Pater tuus dolentes quærebamus te, ergo cognita eſt Maria à Ioſeph, vt Chriſtus conciperetur. Hæc opinio eſt Hæretica, ergo eius oppoſita de fide tenenda eſt; nempè B. Virginem non ex viri ſemine, ſed ſola Spiritus Sancti Virtute, & operatione Chriſtum Dominum Concepiſſe, iuxta illud Matth. 1. inuenta eſt habens, (& infra) quod in ea Natum eſt de Spiritu Sancto eſt, & Lucæ 1. Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.

15 Huic veritati aſſiſtit Eccleſiæ auctoritas, & traditio aſſiſtuntque omnia Concilia, quæ de Incarnatione diſſerunt; Hoc in primis ſupponunt, & definiunt, vt Concilium Epheſinum Calcedonenſi; quinta, & ſexta Synodus; Concilium Toletanum, primum, ſextum, & vndecimum, & alia paſſim; Ad auctoritatem adductam pro Hæreticis; Reſpondetur quod Ioſeph, dicitur Pater Chriſti, non quia verè fuerit Pater generans illum ex Maria, ſed propter famam, & honorem B. V. conſeruandum fuit exiſtimatus Pater ab omnibus, atque adeo Lucæ 3. dicitur, & putabatur Filius Ioſeph; Virginitas quoque Mariæ Matris Chriſti in partu non caruit contradictoribus, inter quos fuerunt Iouinianus, & Martialis, qui negarunt Virginem Mariam fuiſſe Virginem in partu, & probabant ex D. Paulo filium Dei natum ex muliere; ſed horum hæreticorum ſententia eſt pariter hæretica damnata in Concilio Epheſino; nam qui intrauit ad Diſcipulos ianuis clauſis non rumpendo ianuas; potuit etiam exire de vtero Virginis non rupto, vel aperto vtero; Nec veritas probatur vnico Sacræ Scripturæ teſtimonio, nempè Iſaiæ 7. ecce Virgo Concipiet, & pariet Filium; Ad D. Paulum; Reſpondetur locutum eſſe Hæbreorum more, qui omnes fæminas mulieres vocant.

16 Quod verò poſt partum Mater Dei Virgo permanſerit negauit Eluidius, contra quem B. Hieronymus, & Diuus Ildephonſus ſcripſere; Aſſerebat hic Hæreticus, quod poſtquam Beata Virgo peperit Chriſtum Dominum cognita fuit à Ioſeph, & ex illo genuit alios filios, & probat 1. ex illo Matth. 1. antequam conuenirent, ſcilicet Ioſeph, & Maria inuenta eſt in vtero habens de Spiritu Sancto; aliquando igitur conuenere; ſed illud conuenire non tantum fuit ad habitandum, verum etiam ad corporum copulationem; Secundò probat ex eodem cap. Matthæi, & accepit coniugem ſuam, & non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum, ergo poſteà illam cognouit carnaliter, quæ poſteà peperit alios filios, ſecundò, & tertiò genitos; quod inſinuat D. Ioan. 2. vbi dicitur, quod deſcendit Ieſus Capharnaum ipſe, & Mater eius, & fratres eius, & actuum 1. dicitur quod hi omnes erant cum Maria Matre Ieſu, & fratribus eius, ergo erant nati ex eadem Matre, atque ita ipſa alios peperit filios ex Ioſeph, & conſequenter non fuit ſemper Virgo; Nihilominus hæc quoque ſententia eſt Hæretica, & oppoſita, nempè quod B. Maria, & virgo Concepit, virgo peperit, & virgo ſemper permanſit eſt de fide tenenda, prout definita, & determinata eſt in Concilio Epheſino, contra citatos Hæreticos, in quo dicitur natura poſt partum neſcit vlterius Virginitatem, gratia verò, & parientem oſtendit, & Matrem fecit; & Virginitati non nocuit; Idem determinatum eſt in Synodo, can. 6. vbi appellatur Maria Virgo ſemper Immaculata.

17 In 6. quoque Synodo, actione 11. dicitur Mariæ Virginitas, ante partum, in partu, & poſt partum intemerabilis; & vlterius probatur per illud Ezechielis 44. Porta hæc clauſa erit, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, quo in loco SS. PP. Hieronymus, & Auguſtinus perpetuum Virginitatem Beatæ Mariæ, præſignatam eſſe dicunt, &

ſpeciali

ſpecialiter Diuus Auguſtinus, Serm. 2. & 14. de Natiuitate, vbi ita ſcribit; Quid eſt porta clauſa, niſi Maria ſemper intacta? Quid eſt: homo non tranſibit per eam? niſi quòd Ioſephi non cognoſcet eam; Et quid eſt? Deus ſolus ingreditur, & egreditur per eam? niſi quod Spiritus Sanctus impregnauit eam; & quid eſt clauſa erit in æternum? niſi quod Maria Virgo, eſt ante partum, & Virgo in partu, & Virgo poſt partum. Inde patet, quid dicendum auctoritatibus Scripturarum adductis ab hæreticis; Ad primum, quod ex illis Verbis, antequam conuenirent; non ſequitur, quod aliquando conuenerint, ſed ſatis eſt Scripturæ oſtendiſſe quod factum non eſt, ideſt non conueniſſe; Ad ſecundùm dicitur quod illa particula; Donec, non ſignificat tempus determinatum, vt in Pſalmus 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. vbi non eſt ſenſus, quod poſtquam Deus ſubijceret Inimicos Chriſti pedibus eius deſineret ſedere ad dexteram Patris, cum tamen in æternum ſedebit; Eodem modo dicendum hic, quod Ioſeph non cognouit B. Virginem, donec peperit Virgo, ideſt nunquam cognouit etiam poſtquam peperit.

18. Ad tertium de primogenito; Reſpondetur quod primogenitus in Scriptura non ſolùm dicitur, quem alijs ſequuntur fratres, ſed etiam qui primogenitus, licèt alij non ſequantur; ſic enim Deus præcipiebat, Exodi 13. Sanctifica mihi omne primogenitum; & 22. Primogenitum filiorum tuorum da mihi, &c. ſi ergo primogenitus diceretur tantum, qui in ordine ad alios primò eſt genitus ſequeretur, quod Filij Iſrael non tenerentur ſeruare hoc præceptum quouſque haberent plures filios, quod falſum eſt, quia intra vnum menſem primogenita redimi præcipiebat in lege. Ad illud Ioannis 2. Reſpondetur quod fratres Domini vocabantur, non Filij Ioſephi ex Maria, aut ex alia Muliere generati, ſed conſobrini Chriſti; Nam Maria Mater eius habuit ſorores, quæ Filios genuerunt; Nam Maria vxor Zebedei dicitur eſſe ſoror eius, & Maria vxor Alphei, etiam dicitur ſoror eius, ideò Filij illius Mariæ, & Alphei dicuntur fratres Chriſti, & Filij iſtius Mariæ, & Zebedei dicuntur fratres Chriſti, ideſt Iacobus, & Ioannes, fuerunt Filij Zebedei; Filij verò Alphei, & Mariæ fuerunt Iacobus minor, Ioſeph iuſtus Iudex, & Simon; qui ſecundùm nos inter ſe, & cum Chriſto erant tantùm; Conſobrini, fratres dicti in Scriptura Sacra.

19. Quatuor enim modis dicuntur, fratres in Sacra Scriptura; Primò natura tales ſunt, qui naſcuntur ab eiſdem parentibus; Secundò gente, vt qui ſunt ex Iudæis, & Iudaiſmo, de quibus ad Rom. 9. Optabam ego anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem, qui ſunt Iſraelitæ; Tertiò conſanguinitate, ſiue propè, ſiue procul, vt Geneſ. 19. dicitur, quod dixit Abraham ad Loth, ne ſit iurgium inter me, & ſe, & Paſtores meos, & Paſtores tuos fratres enim ſumus; in hoc tertiò ſenſu, dicuntur fratres Domini, tam Filij Zebedei, Iacobus, & Ioannes, quam Filij Alphei fratres, in quam conſanguinitate, erant enim conſanguinei in ſecundò gradu; Quartò modo dicuntur fratres affectu; vt Roman. 10. fratres voluntas cordis mei, atque ita fidelis Chriſti; dicuntur fratres; addamus nos quintum modum extra Sacram Scriptura deſumptum à ſtatu Religioſo, quo ferè omnes Religioſi, dicuntur fratres vinculo profeſſionis colligati; & quidem à parte rei, quia cæteri fratres ſuperiùs dicti, vel ſunt emancipati, vel poſſunt emancipari, fratres verò communiter non ſeparantur, ſed ſimul manent eiſdem cibis vtuntur veſtimentis, & habitatione;

de

de Fratribus iſtis plura dicuntur alibi ; Stat igitur veritas Mariam Matrem Dei , etiam poſt Partum permanſiſſe Virginem ; Quod maximè confirmat omnium Scholaſticorum ſententia , aſſerentium Beatam Virginem non ſolùm in deſiderio , ſed etiam in voto emiſſo habuiſſe Virginitatem , etiam antequam Ioſepho deſponſaretur . De qua re videndus eſt , D. Bonauentura in 4. diſt. 30. art. 1. q. 2.

20 Beata igitur Virgo Mater Dei , non obſtante tanta puritate , & Innocentia , verè actiuè ſe habuit in Conceptione , & Generatione Ieſu Chriſti , quem ſicut verè concepit , & verè genuit , ita verè peperit ; ipſe quæ verè , ac propriè Natus eſt ex Virgine eſt de fide ; Probatur apertiſſimis Scripturis ; Iſaiæ 7. ecce Virgo concipiet , & pariet filium , tam ergo verè peperit , quam concepit . Matth. 1. pariet autem filium , & non cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum ; Probatur ſecundò ex definitione , & traditione Eccleſiæ ; Vnde in Concilio generali Lateranenſi conſultat. 5. Can. 3. definitur Beatam Virginem , verè ac propriè fuiſſe Dei Genitricem , quia veraciter ipſum Deum Concepit , & incorruptibiliter genuit ; Idem in Calcedonenſi , act. 5. in Confeſſione fidei . Idem in 5. Synodo conſultatione 8. Can. 2. & in 6. Synodo act. 11. & D. Lucas Euangeliſta , cap. 2. dicit impleti ſunt dies vt pareret , & peperit Filium primogenitum ; Ad hunc partum B. Virgo non mere paſſiuè , ſed aliquo modo agendo , & quaſi impellendo cucurrit ad fœtum emittendum , hoc enim ad partus , & Natiuitatis veritatem pertinet ; quoniam alias non ipſa Virgo peperiſſet Chriſtum , ſed vel ab aliqua extrinſeca Cauſa eductus eſſet ex vtero , vel certè ipſe virtute ſua exijſſet , ſicut egreſſus eſt de Sepulchro .

21 Beata igitur Virgo Maria , vt verè eſſet Mater eum impulſum , & efficaciam , quam aliæ Matres adhibere ſolent in ſuo Partu , adhibuit ad emittendam Sacram prolem ; Vnde canit Eccleſia enixa eſt puerpera Regem ; fuit autem actiuum principium per iſtum modum , quoniam planum eſt , quod expellere corpus , & aliud impellere ſunt duæ actiones , ſeu mutationes ſeparabiles expulſio vnius , & ſubintratio alterius potuit , ergo Deus B. Virgini cooperari , & influere ad expulſionem , abſque eo , quod influeret ad ſubintrationem alterius corporis , vel etiam ad fractionem , ſeu aperitionem vteri ; ita quod virtute Diuina , vt duo Corpora eſſent ſimul , atque adeò miraculum fuit , vt clauſa pareret ; ſed circa iſtum Partum inſurgunt , tres non contemnendæ difficultates ; quarum prima eſt ante Partus fuerit ſine Matris dolore ; Secunda an fuerit ſine ſordibus puerperij ; Tertia an ratione iſtius Partus Maria Mater debuerit purificari ; Hæ tres difficultates ſunt conneſſæ inter ſe , & earum reſolutio ex eodem fundamento deciduntur , ex eo ſcilicet quod Mater Chriſti fuit Virgo in Conceptu , in partu , & poſt partum .

22 Quantum ad primam dicendum eſt Beatam Virginem , abſque vllo dolore peperiſſe , hoc docent omnes Patres Gregorius Nazianzenus , de Tragedia Chriſti patientis , Gregorius Niſſenus , Oratione prima de Reſurrectione , Damaſcenus lib. 4. de fide capit. 15. Auguſtinus , Serm. 14. de Natiuitate , & Serm. 1. de Aſſumptione , Bernardus Homil. 3. in Miſſus eſt , & Serm. 4. in Vigilia Natiuitatis . Denique Eccleſia in Officio Natiuitatis , canit neſciens Virgo virum peperit ſine dolore Saluatorem ſæculorum ; Vnde Diuus Thomas 3. p. quæſt. 35. artic. 6. dicit , quod parientis dolor Cauſatur ex apertione meatuum , per quos immunditiæ fœtus egrediuntur . Chriſtus autem egreſſus eſt clauſo Matris vtero , & ſic nulla apertionis meatuum violentia ibi fuit , nec etiam in illo partu fuit dolor . ſicut nec aliqua corruptio , ſed fuit ibi maxima iucunditas ex hoc , quod homo Deus eſt natus in Mundum hoc probatur , nam parere in dolore , & in ærumna , vel

fuiſſet

fuiſſet in ſtatu Innocentiæ, vel non poteſt dici quod ſic, quia tunc non erat peccatum in cuius pœnam datum fuiſſet mulieribus parere cum dolore, ſicut poſt peccatum datum eſt Euæ, propter perſonale peccatum cæteris mulieribus propter peccatum Originale, ergo in ſtatu innocentiæ non fuiſſet inflicta tanta pœna; quia nullum erat peccatum; ſed ſubſumitur, aut in Virgine Matre Chriſti nullum prorſus fuit peccatum, ergo nulla debuit infligi pœna propter peccatum, qualis eſt parere cum dolore.

23 Quantum ad ſecundam difficultatem dicendum Beatam Virginem peperiſſe ſine ſordibus, nec emiſiſſe ſecundinas, ita Patres in Trullo Congregati can. 79. his Verbis; abſque vllis ſecundinis ex Virgine partum eſſe confitentes; vt qui ſine ſemine conſtitutus ſit, &c. & infra; ſubdit non licere ex communibus; & iis, quæ nobis fiunt innenarrabilem Virginis partum, quæ ſupra mentem, & ſermonem Verbum peperit definire metiri, & deſcribere; quæ definitio magnam habet auctoritatem, quoniam illi Canones, quod præterquam quod plus, quam à 220. Patribus Editi ſunt in Septima Synodo act. 7. Can. 1. approbati videntur; pro huius difficultatis clariori notitia aduertendum eſt ex Ariſt. 2. de generat. Animalium cap. 4. & Galeno de format. fœtus, quod quando homo concipitur, membranæ quædam in vtero Matris formantur, in quibus fœtus inuoluitur, & intra illas vſque ad tempus partus continetur, quæ licèt varia habeant nomina, & officia vulgari tamen appellatione ſecundinæ vocantur; & rumpuntur tempore Natiuitatis, vt proles exeat, poſt cuius Natiuitatem mater ſecundinas emittit, & copiam Sanguinis, qui ad nutrimentum prolis illic fuerat congregatus; Certum igitur videtur Chriſti corpuſculum intra huiuſmodi membranas fuiſſe Conceptum modo naturali, & potuiſſe alimentum exugere, nec ab excrementis, neque ab externis alterationibus tueri ad quæ omnia huiuſmodi membranæ datæ ſunt.

24 De iſtis membranis plures multa dicunt, nec opus eſt eorum dicta recenſere; ſed ſolum vnum aliquorum, quod videtur probabilius, & planius Chriſtum ſcilicet Conceptum fuiſſe inuolutum, & ita in vtero matris habuiſſe omnem ſtatum naturalem, tempore autem Natiuitatis, ſicut prodijt per naturales vias, ſine ruptione clauſtri Virginalis, ita etiam exijſſe eas Membranas penetrando abſque ruptione, atque hac ratione purum, aut nudum ex Vtero Matris elapſum fuiſſe; Membranas autem illas, cum omni Sanguine, & excrementis in illis incluſis non prodijſſe in lucem poſt Chriſtum natum; ſed Diuina virtute, vel in alias materias reſolutas fuiſſe, vel alio miraculoſo modo, in alium conuenientem locum tranſpoſitas, & hoc congruum eſt factum fuiſſe, cum vt Virginis partus omni ex parte eſſet puriſſimus, tum vt eius integritas, atque Virginitas manifeſtaretur, quia cum ſecundinæ, & corpus, quid denſum eſſent non poterant ex vtero exire abſque clauſtri Virginalis ruptione abſque nouo miraculo penetrationis, vel tranſitus ab extremo ad extremum ſine medio, atque ad eoſ, cum aliquod miraculum fuerit neceſſarium, illud miraculum credendum eſt Deum elegiſſe, quod dignitate miſterij facilius, & accomodatius eſſet, vt omnia poſſent optimè expediri; ſicut iſte poſterior modus magis accomodatur intellectui; ſed quomodocumque ſit; Statuendum eſt hunc partum Chriſti ex Virgine fuiſſe, vſquequaque puriſſimus, Cum Spiritus Sanctus eius principalis Auctor, ſit Infinitæ ſapientiæ, & virtutis, cui non deerant modi dirigendi, & faciendi quicquid eſſet, vndique ex pedibus Sanctitatis Conceptus, & Concipientis.

25 Peperit ergo B. Virgo ſine dolore, & ſine ſordibus puerperij, vt ſatis oſtenſum eſt, ſequitur conſequenter reſolutio 3. difficultatis, de qua dicendum eſt quod Beata Virgo non neceſſitate legis fuerit aſtricta ad Purificationem, quia lex iuſtis non eſt poſita, ſed iniuſtis inquit Apoſtolos, quia Purificatio dicitur ſordium eluitio,

vel

vel ſaltem puritatis adeptio; ſed nec ſordes habuit eluendas; nec puritatem Beata Virgo per hanc legem aucupandam; puriſſima quippè erat, non igitur indiguit Purificatione, ſi enim indiguiſſet hoc fuiſſet, vel ratione ſui, vel ratione prolis, vel ratione legis; aliud enim excogitari non poteſt; non ratione ſui, nam fuit ſemper Immaculata, vel ſaltem in Conceptione ſanctificata, ſanctificauit enim tabernaculum ſuum Altiſſimus, nec ratione prolis, quia de ea dicitur; quod naſcetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei, nec ratione legis, quia lex Purificationis tria præſupponebat; primùm fractionem Virginitatis; Vnde dicitur mulier, & non Virgo ſecundùm conditionem ſuſcepti ſeminis, & lex data cum conditione non ligat, niſi conditione expleta; tertium immunditiem cum ſubditur immunda erit; Cum igitur B. Virgo numquam fuerit immunda, nec ſuſcepto ſemine grauida, aut mulier corrupta, vt in lege præſupponitur, quia non poteſt ſemen ſuſcipere mulier, quin corrumpatur non videtur hac lege comprehenſa; Reſtat igitur dicendum Beatam Virginem ideò purificatam, non quia indiguit, ſed quia voluit ex ſuæ voluntatis arbitrio, & hoc tum vt Cæteris præberet exemplum, tum vt in ſe humilitatis, & obedientiæ exerceret ſpecimen, tum denique, vt effugeret omnis ſcandali occaſionem.

De Beatæ Virginis ſcientia, gratia, merito, & Beatitudine. Artic. 3.

1 Beata Virgo habuit vſum rationis in primo inſtanti Conceptionis, & ſanctificationis ſuæ. Ita expreſsè docet D. Bernardinus Senenſis tom. 2. ſuorum operum Serm. 55. de B. Virgine, art. 1. cap. 2. & Caietanus in 3. p. q. 27. art. 3. Vbi D. Bernardinus inquit; Ex dictis ſequitur, quod Beata Virgo, etiam dum erat in Vtero Matris habuit vſum liberi arbitrij, atque lumen perfectum in Intellectu, & ratione; proinde ſecundum quoſdam fuit, tunc in ſublimiori contemplationis ſtatu, quam vnquam fuerit aliqua Creatura humana in perfecta ætate, & licèt in vtero Matris ſuæ, (ſicut, & alij infantes) dormiret, attamen ſomnus, qui abiſſat, & ſepelit in nobis rationis, & liberi arbitrij actus, per conſequens actum merendi, non credo quod talia in ipſa fuerit operatus, ſed Anima ſua libero, & meritorio actu, tunc tendebat in Deum; Vnde illo tempore erat perfectior contemplatrix, quam vnquam fuerit aliquis alius cum vigilauit; Vnde meritò dicere prout illud Cant. 5. ego dormio, & cor meum vigilat, ſcilicet in contemplatione perfecta, & probabile eſt hanc facultatem vtendi ratione datam Virgini in primò inſtanti in ea ſemper durasse, quod apertè docet idem Sanctus Bernardinus loco citato; qui argumentum ſumit à Ioanne Baptiſta, qui exultauit in vtero Matris dicens; Ex Verbis igitur Ambroſij elici poteſt, quod non ſolùm pro tunc non ſentit impedimenta infantiæ in ipſo rationis vſu, verum quod numquam ſenſerit poſteà quod ſatis rationabile eſt, quia Miſericors Deus datas gratias homini non ſubtrahit ſine culpa.

2 Nunc inquirendum, quid in illo actu cognouerit, & in tali vſu liberi arbitrij, & quid contemplari potuerit; pro cuius Intelligentia; notandum eſt duplicem eſſe ignorantiam ſecundùm dialecticos aliam poſitiuam conſiſtentem in errore, quæ alias dicitur Ignorantia prauæ diſpoſitionis, aliam negatiuam, quæ conſiſtit in ſimplici negatione talis ſcientiæ, &c. Hæc adhuc diſtinguitur in negatiuam priuatiuam, quæ dicit carentiam ſcientiæ debitæ, aut conuenientis, alicui iuxtà illius ſtatum, & conditionem, & hæc propriè meretur ignorantiæ nomen, & in negatiuam ſimplicem, quæ tantum dicit negationem ſcientiæ poſſibilis non tamen debitæ, aut pertinentis ad hominis ſtatum & hæc non proprie dicitur Ignorantia, ſed ſimplex negatio ſcientiæ; Hoc poſito dicendum in Intellectu B. V. numquam fuiſſe errorem, neque Ignorantiam prauæ diſpoſitionis;

tionis; hoc eſt adeo certum, quod oppoſitum pias aures offendere videtur, nam in ſtatu Innocentiæ, non fuit illa imperfectio erroris, ſed B. Virgini communicata eſt omnis perfectio illius ſtatus ijs exceptis, quæ corpori mortali, & paſſibili repugnāt; Item error, vel deceptio pœna eſt per peccatum, induta ergo ſicut B. Virgo non contraxit culpam, ergo neque hanc pœnam, nam vt dictum eſt in primò Articulo, ſicut B. Virgo fuit præſeruata à culpa, ita fuit præſeruata ab illis pœnis, quæ magnam aliquam indecentiam, & imperfectionem continent, inter quas annumeranda eſt pœna erroris, & deceptionis non minus, quam quælibet inordinatio virium Animæ, nec officit dicere in ipſa fuiſſe errorem, & in ſponſo qui exiſtimauerunt Ieſum eſſe incomitatu, dum erat in templo, nam hoc non exiſtimabant Iudicio falſo, & erroneo, ſed ſolum coniecturali ex ſignis, & circumſtantijs.

3 Dicendum ſecundò B. Virginem, non omnia ſemper ſciuiſſe, ſed pro temporum varietate nonnulla ignoraſſe purè negatiuè, nihilominus tamen numquam habuiſſe propriam ignorantiam priuatiuam, prior pars patet; Nam Lucæ 1. Reſpondens Angelo dixit, quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco, & Lucæ 2. dicitur de ipſa, & de Ioſephi, & ipſi non intellexerunt, atque adeò neque ante Annunciationem Angelicam, ſciuit ſe futuram Matrem Dei, nec modum Conceptionis; Altera pars explicatur, quia B. Virgo, omni tempore vitæ ſuæ, eam omnium rerum cognitionem habuit, quæ pro ratione ſui ſtatus illi maximè expediebat; hoc enim illius dignitatem, & perfectionem decebat, ergo non habuit propriæ ignorantiam priuatiuam, quæ huic cognitioni opponitur, ſed contra hanc ſecundam partem videntur eſſe illa Verba citata, & ipſi non intellexerunt, quæ B. Virgo, videtur ignoraſſe, quæ ignorantia videtur fuiſſe valdè moralis, & propria, & de re ad ſtatum eius valdè pertinente. Verùm dicere poſſumus, quod verba illa ad Virginem non referuntur, ſed propter circumſtantes, vel per Synecdochen propter Ioſeph, eo modo ſicut dicitur, quod Latrones blaſphemauerunt Chriſtum, quamuis alter tantum blaſphemaret, vel poteſt dici B. Virginem, non intellexiſſe Chriſtum, quia non ſatis comprehendit, quænam eſſent res illæ ad æternum Patrem pertinentes; in quibus Chriſtum occupari, & parentes relinquere oportebat, vel etiam quia non intellexit, an ſignificare voluiſſet Chriſtus appropinquaſſe in tempus manifeſtandi ſeipſum mundo, & incohandi humanam redemptionem.

4 Huc vſque dicta ſunt, quæ à Virgine Maria excludunt ignorantiam prauæ diſpoſitionis, & priuatiuam; Quæ ſequentur indicant ipſam fuiſſe ſapientiſſimum omnium hominum poſt Chriſtum eius Filium; In primis B. Virgo, quamdiu vixit in hac mortali vita habuit fidem miſteriorum Dei, quia fundamentum Sanctitatis, & iuſtitiæ in Viatore eſt fides, ſed B. Virgo, quamdiu fuit in corpore mortali fuit viatrix & Sancta, ergo per fidem ambulauit, quia ſine fide, impoſſibile eſt placere Deo. Ideò Lucæ 1. Beata prædicatur, quia credidit; Nec fides in Virgine perfectiſſima fuit, tum ex parte ſubiecti, in quo fuit valdè intenſa, & prorſus certa omnem motum, etiam primò primum dubitationis excludens, tum ex parte obiecti, quia per illam diſtinctiſſimè credidit miſterium Sanctiſſimæ Trinitatis Incarnationis, & reliqua omnia, quæ ad Diuinitatem, & humanitatem pertinent; Ita docent D. Ambroſius lib. 2. de Virginibus, Epiphanius Serm. de Laudibus Virginis, & alij plures; Vnde Abulenſis paradoxo 1. cap. 31. dicit propter hanc fidei perfectionem vocari Virginem Matrem Credentium ab Auguſtino, & Bernardo.

5 Blaſphemat igitur Lutherus, qui fidem Centurionis Mariæ fidei præfert, & quod Matth. cap. 8. de Centurione, dixit Chriſtus non inueni tantam fidem in Iſrael, nam eo loco non comparat Chriſtus Centurionem cum omnibus ſingulis, qui ex populo in ipſum crediderant; Hoc enim modo, non ſolùm fides Virginis Mariæ,

riæ, ſed etiàm Ioſeph Simeonis, & Ionnæ, & ſimilium plurimorum fuit maior, quam fides Centurionis, ſed comparat cum his, quibus ipſe prædicauerat, & coram quibus miracula fecerat, quique fidem in Chriſtum conceperant; inter quos iſte Centurio excelluiſſe dicitur, vel ſimpliciter, vel ſolum proportione quadam, quia ille cum eſſet Gentilis, & neque ex Scripturis, neque ex maiorum traditione eſſet inſtructus facilius, conſtantius, atque mirabilius credidit; Blaſphemat etiam Eraſmus ſentiens, filium non adoraſſe ſtatim ac illum peperit, quia non conſtat (inquit) tunc cognouiſſe illum eſſe Deum, ſed impia eſt, & hæretica hæc ſententia eſt, quoque contra vniuerſæ Eccleſiæ ſenſum, & traditionem, cum ipſum Deum eſſe agnouerit per fidem, etiam Eliſabeth dum dixit; Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me, Inſuper B. Virgo in hac fidei cognitione Apoſtolos, & Theologos omnes, qui in Eccleſia Dei fuerunt, ſuperauit.

6 Vnde Sancti ſæpè eam vocant Apoſtolorum Magiſtrum, & D. Ignatius Epiſt. 1. appellat eam Noſtræ Religionis Magiſtram, & D. Bernardus, Serm. 4. in Miſſus eſt, dicit Mariam Euangeliſtas illuminaſſe; denique à Sanctis Patribus eſſe, dicitur omnium hæreſum interremptrix, vt patet ex Athanaſio, Serm. de Sanctiſſima Deipara; Vnde canit Eccleſia; Gaude Maria Virgo cunctas hæreſes Interemiſti in vniuerſo Mundo, non ſolùm quia peperit eum, qui eſt lux vera, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum, & quia omnes errores fugauit, ſed quia ſingulari modò fuit fidei Magiſtra; & quia etiam ipſos Apoſtolos docuit, quorum Doctrina omnes hæreſes interimuntur; Vltra fidei cognitionem Beata Virgo, ab inſtanti Conceptionis habuit ſuper naturalem ſcientiam per ſe infuſam Diuinorum Myſteriorum, Ita D. Bernardinus, tractatu de B. Virgine, Serm. 4. artic. 1. cap. 4. dicens; *In prima ſanctificatione* quantum ad rationem, & Intellectum tanta ei ſapientia, & Charitas à Deo ſuper infuſa eſt, quod perfectè intelligebat Creaturas, & Creatorem, & Spiritus, & omnia bona amplectenda, & mala fugienda; Albertus Magnus, lib. de B. Virgine, cap. 71. inquit Virginem Mariam habuiſſe cognitionem ſuper fidem, & ſuper cognitionem puræ Creaturæ exiſtentis in via, & cap. 96. dicit ſimul cum habitu fidei habuiſſe habitum, quo perfectius quam Adam in ſopore, & quam Ioannes ſupra pectus Domini recumbens, & quam Paulus in raptu cognouit miſteria ſuper naturalia; Idem affirmat D. Antoninus 4. p. titul. 14. cap. 17. §. B. Virgo.

7 Et ſi omni tempore habuit hanc ſcientiam, non tamen ſemper cum eadem perfectione, ſed in ſingulis ætatibus per eam intellexit omnia, quæ illo tempore erant opportuna, & pro ratione ſtatus decebant; ita quod in principio habuit perfectam ſcientiam Theologicam eorum rerum, quæ ad cognitionem Diuinitatis, & Trinitatis ſpectant, quia hæc cognitio eſt valdè expectenda, & quaſi neceſſaria ad perfectionem viatoris; Habuit etiam perfectam ſcientiam de promiſſione Meſſiæ, & conſequenter de Myſterio Incarnationis, quoad ſubſtantiam, tempore autem actualis Incarnationis, & Natiuitatis Chriſti, quo ad circumſtantias per experientiam perfectiſſimè edocta eſt; Similiter in die Pentecoſtes accepit ampliorem ſcientiam de rebus omnibus, quæ ad ſtatum Eccleſiæ Chriſti pertinere debebant, & de Sacramentis omnibus, de vocatione Gentium, & reprobatione Iudæorum de ceſſatione legalium, & ad perfectè intelligendum vetus teſtamentum; Item veriſimile eſt B. Virginem habuiſſe infuſam cognitionem rerum naturalium, vel moralium, quæ ad perfectum Sacræ Scripturæ, ac Theologicæ intelligentiam conferebant; Item ad penetranda ad explicanda, & ſuadenda fidei Myſteria, & deni-

que ad conſummatam prudentiam, & cognitionem rerum agendarum illi fuit neceſſaria, & expediens.

8 Pluribus modis Beatam Virginem profeciſſe in ſcientia, & ſapientia certum eſt; primò Doctrina Spiritus Sancti, quia ſapientiam, omneſque in ea progreſſus ab eo tanquam à principali Doctore manaſſe, eadem Virgo profiteri debet; Deinde per ſanctos Angelos præſertim per Gàbrielem, ante filij Conceptionem ſæpè fuit inſtructa, & edocta, & poſt Chriſti Incarnationem dubium non eſt, quin ab illo fuerit ſingulariter inſtructa, & illuminata, vt docet Rupertus, lib. 2. in Cantica; Secundò creuit B. Virgo in cognitione, & ſapientia ex aſſidua lectione, & meditatione Sanctarum Scripturarum, & Diuinorum miſteriorum contemplatione; Vnde D. Ambroſius, lib. 2. de Virginibus inquit; tunc minus ſola videbatur cum ſola eſſet; quomodo ſola cum tot libri adeſſent, tot Archangeli, tot Prophetæ, Tertiò profecit B. Virgo in ſcientia multorum effectuum experimento; & obſeruatione aliquorum Miſteriorum, ita quod euidentia quadam morali, vel naturali illa eſſe vera dijudicauit, quomodo dixit D. Bernardus, Homil. 4. in Miſſus eſt ſoli datum eſt noſcere, cui datum eſt experiri, & D. Anſelmus, de Excellentia Virginis, cap. 8. multa in ſe non ſolum ſimplici ſcientia, ſed ipſo effectu, ipſo experimento, didicerat de Miſterijs Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

9 Idem affirmant primò D. Bernardinus, Serm. 51. Secundò D. Antoninus, p. 4. tit. 15. cap. 17. §. 1. vidit (inquit) & experta eſt ſe Concepiſſe non opere humano; & ſe peperiſſe paruulum cum Virginitatis honore, & denique experta eſt in ſe Conceptionem ſine viro ſubitam, ac momentaneam prolis animationem, in vtero exultantem melius, quam Ioannes, partum ſine dolore, Angelorum Miniſteria, Magorum, ac Paſtorum aduentum; Deinde in voluntate mirificos ardentiſſimi amoris affectus, ſingularis gaudij omnino ſpiritualis, ac Diuini admirabilis intelligentiæ cum profundiſſima humilitate; quæ omnia non obſcure teſtabantur Deum eſſe illorum operum authorem; Ad hæc accedebant profetiæ eaſque euidenter impleri intuebatur; ex his ergo, & ſimilibus euidenter inferebat Angelum Gabrielem fuiſſe nuntium à Deo miſſum, & conſequenter ſibi vera narraſſe, ſe quoque verum Deum in Vtero Concepiſſe, ac denique omnium, quæ ipſe poſteà docuit vera eſſe, & cum plurimum valeret ingenio, & pacatiſſimum habebat animum plura alia ex obſeruatione prædictorum poterat plures alias veritates elicere, & indagare, ſciebat enim ſimpliciter apprehendere diuidere, & componere propoſitiones affirmatiuas negatiuas, &c.

10 Quartò, & vltimò profecit B. Virgo, per reuelationes, & illuſtrationes, quæ tranſeuntes, & per modum actus fieri ſolent, quæ ad duo capita reuocari poſſunt, ſcilicet in Verbo, & extra Verbum, ſiue peruiſionem Dei claram, aut per aliquod aliud genus abſtractiuæ cognitionis; Quoad primum piè videtur credendum, & quidem probabiliter Beatam Virginem, in hac vita interdum eleuatam fuiſſe ad videndam, clarè Diuinam eſſentiam breui tempore ſic D. Antoninus, 4. p. tit. 15. c. 17. §. 2. fortè (inquit) in ipſo Conceptu, vel Partu illi datum eſt ad horam, vt videret Miſterium huiuſmodi, vt in Patria, ſicut Paulus vidit in raptu, & citat Albertum Magnum; Idem ſentit Vbertinus Caſalius lib. 1. Arboris vitæ Ieſu Chriſti, Rupertus Abbas in illa Verba Canticorum oculi tui columbarum lib. 3. in cant. & alij plures Authores; Quoad ſecundum concedendum eſt, quod B. Virgo extra Verbum, ſiue per cognitionem abſtractiuam habuit in hac vita varias, & multiplices velationes nam ante filij Conceptionem, dum in Templo habitaret frequentes habuiſſe illuſtrationes, & Angelorum conſpectus docent Ambroſius, Hieronymus, & alij Patres; In filij autem Conceptione primum accepit illam inſignem reuelationem, quam per Gabrielem Archangelum factam

factam Lucas narrat, cap. 2. addit prætereà Anſelmus de Excellentia Virginis, ea hora qua filium Concepit ſuæ prædeſtinationis, & ſuper omnes Choros Angelorum exaltationis certam, & indubitatam reuelationem, quod etiam ſentit D. Damaſcenus de dormitione Virginis Deiparæ poſt Incarnationem verò inter Diuinas reuelationes computari poteſt, quod Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam illi ante cæteros apparuit.

11 Expoſitis perfectionibus intellectus Animæ B. Virginis ad perfectiones voluntatis eiuſdem exponendus accedimus, quæ cum eſſet habitaculum Spiritus Sancti eam ſanctificauit plenitudine gratiæ, & donorum, quæ gratia neſciens otium, vel molimina, ſed ſemper augeſcens ad illum excellentem apicem peruenit, ad quem fuerat à Deo ordinata, & prædeſtinata nullum ad hoc ſenſit impedimentum prohibens, aut retardans, nec ipſum fomitem, ſiue ſit qualitas morbida in carne exiſtens inclinans appetitum ſenſitiuum ad intenſius, & vehementius appetendum delectabilia maximè venerea præter, & contra rectam rationem, ſicut ſenſerunt ferè omnes antiqui Theologi, & aliqui moderni; ſiue fomes peccati, ſit concupiſcentia naturalis, vel inclinatio appetitus ſenſitiui ad ſua obiecta delectabilia deſtituta propter peccatum freno iuſtitiæ Originalis, vt probabilius ſenſit Scotus in 2. diſt. 30. & 31. & alij cum eo; nam Theologi dicunt hunc fomitem, vel fuiſſe in ea ligatum à Conceptione eius ſic opinatus eſt D. Thomas 3. p. q. 27. art. 3. & alij cum eo, vel omninò ſublatum vt videtur ſentire, Scotus in 3. ſent. diſt. 3. q. 1. conueniunt tamen omnes in hoc, quod in Incarnatione Verbi Dei fuerit fomes omninò ſublatus ab ea, quia tunc maxima ſanctificatione ſanctificata, vt in ſequentibus numeris patebit.

12 Qui concedunt B. Virginem fuiſſe Conceptam ſine peccato concedũt etiam fomitem peccati totaliter fuiſſe ab ea ſublatum; atque ita ſicut numquam fuit in ea peccatum, ita neque fomes, aut inclinatio ad malum, aut difficultas ad bonum probatur ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 5. can. 5. fomes ex peccato prouenit, & in peccatum inclinat, ergo cum in B. Virgine nullum fuerit vnquam peccatum, non eſt vnde fomes prouenire poſſit; Dices ſi in Virgine non fuit fomes peccati, ergo habuit iuſtitiam Originalem, ſed hanc iuſtitiam non habuit, ergo habuit fomitem, probatur ſequela, quia inclinatio ad operari præter rationis iudicium prouenit ex priuatione iuſtitiæ Originalis, ſi ergo B. Virgo numquam habuit inclinationem ad operari præter iudicium rationis ergo habuit iuſtitiam Originalem; quod autem illam non habuerit notum eſt in Theologia; Reſpondetur quod in Virgine non fuit iuſtitia Originalis, neque etiam fomes, non fuit autem fomes ſublatus per iuſtitiam Originalem; ſed per habitum gratiæ, & virtutis vnà cum extrinſeca Dei prouidentia, cuius gratiæ, ac virtutis auxilio Dei ſpeciali adiutæ tanta fuit excellentia, quod non ſineret vires inferiores moueri præter arbitrium rationis; Quare numquam Virgo habuit incentiuum ad malum ex ſuprabundanti gratia à Deo, ſibi data in ſanctificatione, & ex ſpeciali gratia adiuuante.

13 Totum augmentum, & progreſſus gratiæ Sanctificantis à Deo conceſſæ B. Virgini gratia clarioris Intelligentiæ diuiditur in duas ſanctificationes primam, & ſecundam, prima facta eſt in Conceptione eiuſdem Virginis in ventre Matris ſuæ, ſecunda facta eſt, quando ipſa Concepit filium ſuum Ieſum vniuerſalem noſtrum Saluatorem, & Redemptorem; Hoc prænotato dicendum, quod Maria Virgo in ſua prima ſanctificatione accepit plenitudinem gratiæ, modo infra explicando, qua gratia non fuit à peccato mundata, ſed præſeruata; Pro intelligentia huius termini plenitudo gratiæ, nota cum Alexandro de Ales, 3. p. quæſt. 12. membr. 3. ad ſecundum, & D. Bonauent. in 3. d. 13. art. 1. quæſt. 3. quod plenitudo gratiæ, multipliciter dicitur;

citur; primò modo dicitur plenitudo gratiæ, quam tum ad ſufficientiam hoc eſt, quia ſufficit Animæ ad habendam vitam æternam, & aureolam, & hoc modo D. Stephanus, dicitur plenus gratia, actuum 7. ſua enim gratia fuit digna gloria, ideſt præmio æterno ſubſtantiali, immò & aureola; meruit enim auream, & aureolam, quia fuit Prædicator, & Martyr. Secundò dicitur plenitudo gratiæ, quoad numeroſitatem, & copiam, & hoc modò dicitur Eccleſia gratia plena, iuxta illud ad Epheſ. 4. aſcendit ſuper omnes cælos, vt impleret omnia, quia non eſt aliud genus gratiæ, quod in Eccleſia non ſit quantum ad aliquod membrum, iuxta illud 1. Cor. 13. diuiſiones gratiarum ſunt, &c.

14 Tertiò modo dicitur plenitudo gratiæ, quantum ad conſummationem, & hæc eſt in Chriſto homine; Vnde Ioan. 1. vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis; Quartò modo eſt plenitudo gratiæ prærogatione ſuper omnem puram Creaturam; Hæc fuit in Beata Virgine, Lucæ 1. Aue gratia plena, ex hoc enim quod ipſa eſt Mater filij Dei eſt ei quædam Excellentia, & prærogatiua gratiæ, cui non poteſt pura Creatura comparari; Dices plenitudo gratiæ eſt propria Chriſti Domini, ergo non eſt attribuenda Virgini Matri plenitudo gratiæ; Reſpondetur, quod diuerſo modo eſt Chriſtus plenus gratia, quam Virgo Maria Chriſtus enim ſic eſt plenus gratia, quod eius plenitudo omnem perfectionem gratiæ poſſibilem complectitur, tum quia Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, & de plenitudine eius omnes erant accepturi, tum etiam quia Chriſti gratia erat commenſurata, & proportionata vnioni hypoſtaticæ, & per conſequens fuit tanta quanta per Diuinam potentiam fieri potuit; Cæterum B. Virgini data eſt tanta gratia, quantam eius dignitas poſtulabat; quæ filium Dei Vnigenitum caſtiſſimis ſuis viſceribus erat Conceptura fineque ſuo fruitura.

15 Dices ſecundò; pleno non poteſt aliquid addi, ſed primæ gratiæ Virginis fuit ſemper gratia addita dum fuit Viatrix, vt infrà dicetur, ergo non fuit plena; Reſpondetur quod gratia Virginis habuit triplicem perfectionem ſecundùm diuerſum Virginis ſtatum; nam gratia Virginis in Vtero Matris, & ante omninò completum vſum rationis habuit perfectionem diſponentem ad Maternitatem Dei, & hæc pertinet ad Virginis primam Sanctificationem; Poſt verò Conceptionem filij Dei habuit gratiam confirmantem, quia tanta gratia data eſt Virgini ſiue addita, quòd in bono ſit confirmata, itaut nullum prorſus peccatum, etiam minutiſſimum fecerit, neque facere potuerit; tertiò gratia Virginis habuit perfectionem conſummatam, quando conſecuta eſt Beatitudinem. Stat ergo veritas, quod gratia Beatæ Virginis, in prima ſanctificatione non fuit gratia conſummata; patet quia gratia dicitur conſummata in ſtatu gloriæ; Beata autem Virgo à principio fuit in ſtatu Viatoris, non comprætenſoris; quia eſſe comprætenſorem in via eſt ſingulare priuilegium Animæ Chriſti, vt docent omnes Theologi, & confirmatur, quia Beata Virgo per fidem ambulauit, iuxtà illud Lucæ 1. Beata quæ credidiſti non fuit ergo in termino, & gratia conſummata, nec ſummè intenſa, quam habitura erat, quia accepit gratiam viatoris, de cuius ratione eſt vt poſſit augeri; Eſt enim *principium* merendi, & meritum *gratiam* auget, quæ ratio procedit non ſolum de primo inſtanti, ſed etiam de quolibet tempore vitæ mortalis.

16 In prima ſanctificatione habuit Virgo Beata intenſiorem gratiam, quam quilibet homo, & quilibet Angelus in ſua prima ſanctificatione habuerit; fuit enim præ cæteris coniunctior Verbo, & Chriſto, qui eſt fons gratiæ, nec refert; quod in primò inſtanti nundum haberet illam coniunctionem; ſatis eſt enim habuiſſe ordinem ad illam, ex ordina-

tione

tione Diuina; nam propter hunc finem ſanctificata eſt; Immò pium, & veriſimile eſt credere gratiam Virginis intenſiorem fuiſſe, quam ſupremam gratiam, in qua conſumantur Angeli, & Homines. Ita D. Gregorius, lib. 1. Regum, cap. 1. explicat illud Iſaiæ 2. & erit præparatus mons Domini in Vertice Montium, poteſt (inquit) huius montis nomine Beatiſſima Virgo deſignari; In vertice autem fuiſſe intelligi poteſt, quia gratia, quæ in alijs fuit finis, & terminus illi initium, & fundamentum fuit; Certum eſt ergo Beatam Virginem, poſt primam ſanctificationem, ſeu à principio ſuæ ſanctificationis non fuiſſe Beatam, ſed viatricem, atque adeò certum eſt, quod cum gratia viatoris per bona opera augeri poſſit (vt fides docet) Beatam Virginem, per bona opera gratiæ, ideſt ſuis meritis, ac operibus magnum gratiæ augmentum conſecutam eſſe, non ſolùm vſque ad ſecundam ſanctificationem per filij Conceptionem, ſed etiam per totum tempus mortalis vitæ ſuæ.

17 Beata Virgo in ſua prima ſanctificatione fuit, vt Aurora in ſecunda ſanctificatione, ideſt in filij Conceptione, vt Luna in morte vt ſol; quia ſemper perfectiorem gratiam habuit; Andreas Vega lib. 10. In Tridentinum Concilium, cap. 2. quis enim (inquit) neget ipſam ſanctiorem, & gratiorem Deo fuiſſe, poſtquam filium Dei concepit, peperit nutriuit, & pro nobis patienter tulit in Cruce mori; ſi fieri poteſt vt gratior ſit aliquis, apud Deum vno tempore quam alio; Neſcio quemadmodum poſſit aliquis credere, tam parui apud Deum fuiſſe tanta illa excellentia, & obſequia, vt non eam poſt ipſa multo habuerit Cariorem, & gratiorem? Nam quod quidam exiſtimant datam ei eſſe in Conceptione filij Dei tantam gratiam, quam poſtea meritura erat; ſomnium eſt abſque vllo fundamento contra legem Dei effectum, quod eadem facilitate; qua dicitur merito eſt contemnendum; Ita Vega, & reuera per ſe incredibile eſt tot labores, & dolores ex perfectiſſimo amore, & Charitate pro Chriſto ſuſceptos, nullius fuiſſe meriti apud Deum, & perſonam Virginis illi gratiorem, & cariorem non reddidiſſe, & dum illam tempore Conceptionis Angelus vocauit gratia plenam intelligendum eſt de illa plenitudine, quam Dignitas Matris filij Dei exigebat; Per omnes igitur, & ſingulos actus, quos in mortali vita poſt primam ſanctificationem exercuit, meruit augmentum Charitatis, & gratiæ, nam Beata Virgo, nullos habuit actus indeliberatos, neque inter actus deliberatos habuit aliquem actum malum, ergo omnes eius actus fuerunt moraliter boni, ergo omnes fuerunt meritorij.

18 Beata Virgo, non ſolum eliciebat actus meritorios, quodammodo ex habitu, & conſuetudine, ſed actualiter, & frequentiſſimè referebat in Deum magna Charitate dilectum; hinc tales actus intentiſſimi euadebant, quia quanto intendebatur in ea principium merendi, ideſt gratia, tanto intenſiores meritorios producebat, nec ab illis ad punctum ceſſabat, & hoc intelligi non tantum de augmento gratiæ, ex opere operantis, ſed etiam ex opere operato; cum certum ſit Beatam Virginem, aliquot nouæ legis Sacramenta, certo ſuſceperit maximè duo Baptiſmum, ſcilicet, & Euchariſtiam, & Sacramenta ſunt gratiæ effectiua, nec minoris efficaciæ fuerunt in B. Virgine, quam in alijs, nec ipſa alijs nullis fuit peioris condictionis; Sequitur quod ex opere operato, quotieſcumque Sacramenta ſuſcepit gratiæ augmentum meruiſſe; vt ergo ex his concludamus ad quantam intentionem peruenerit gratia, & augmentum in B. Virgine, in vltimo inſtanti vitæ, dicendum putamus 1. gratiam B. Virginis fuiſſe intenſiorem, quam ſit in ſupremis Angelis, & hominibus Sanctis, ſicut enim de fide eſt B. Virginem in perfectione Beatitudinis eſſe beatis Angelis

ſuperiorem, & hominibus ſanctis, quia exaltata eſt ſuper Choros Angelorum ad cæleſtia Regna, ita etiam certum eſt in Intenſione gratiæ, omnes antecellere.

19 Dicendum ſecundò B. Virginem in fine vitæ perueniſſe ad ſummam, & vt ita dicam penè immenſam gratiæ perfectionem, & intenſionem quæ poteſt pure Creaturæ conferri, adeò vt inter alios Sanctos Patres D. Bernardinus dixerit tantam eſſe perfectionem Virginis, vt ſoli Deo cognoſcenda reſeruetur. Dicendum tertiò probabiliter credi poſſe B. Virginem conſecutam eſſe plus gratiæ, & Charitatis quam ſit in omnibus ſanctis hominibus, & Angelis collectiuè ſumptis, vt ex ſententijs Patrum docet D. Bonauentura in Opuſculo de Laudibus Virginis, cap. 7. nam inquit Dei gloriam magis in ſola Virgine, quam in cæteris Dei operibus pure Creatis relucere, atque adeò perfectiones omnes in cæteris rebus diuiſas, ac diſtributas in Virgine beata excellentiori eſſe collectas, & D. Hieronimus, idem confirmat dicens Cæteris per partes præſtatur, Mariæ verò ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ, & D. Bernardus in id Eccleſiaſtici, cap. 4. in plenitudine Sanctorum detentio mea, inquit in plenitudine Sanctorum Mariæ detentio fuit, quia in mirifica perfectione ſua plenitudo perfectionis omnium Sanctorum ad fuit illi, & D. Bonauentura in Verba illa omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, quia omnia flumina; gratiarum intrant in Mariam, & dignitatem eius non excedunt; Vnde ſicut in Mari (inquit) ſunt congregationes aquarum, ita in Maria ſunt congregationes gratiarum. Ita D. Bonauentura, loco citato.

20 Certum eſt datas eſſe Virgini, ſimul cum gratia ſanctificante omnes virtutes per ſe infuſas, & omnia Spiritus Sancti dona, neque oportet ab hac vniuerſali propoſitione excipere virtutes illas, quas propter imperfectionem Beatitudini repugnantem fuiſſe in Anima Chriſti negant Theologi, vt ſunt fides, & ſpes, nam cum B. Virgo fuerit ſanctificata, vt viatrix indiguit fide, & ſpe quamquam in gradu perfectiſſimo ſuæ gratiæ proportionato illas habuerit; Item habuit omnes gratias, quæ dicuntur gratis datæ, non tamen habuit omnium illorum vſum; Prima pars probatur, Beata Virgo habuit plenitudinem gratiæ, ad quam pertinent gratiæ gratis datæ; Secunda pars probatur, quia non legimus Virginem, aut docuiſſe quod pertinet ad ſapientiam, aut miracula feciſſe, dum erat in vita, quod ad gratiam pertinet Miraculorum, legimus tamen prophetaſſe, vt Lucæ 1. dicitur, quod dixerit Beatam me dicent omnes generationes, &c. non negamus Beatam Virginem priuato colloquio inſtruiſſe, & docuiſſe multa de myſterijs Chriſtianæ fidei, maximè de conuerſione gentium prædicatione Euangelij, & exercitio Diuinorum Sacramentorum; Quare dicitur Magiſtra Apoſtolorum; Inſuper datæ fuerunt Beatiſſimæ Virgini in ſua prima ſanctificatione omnes virtutes morales excepta pænitentia, quæ in rigore iuris ſignificat retractationem, vel deteſtationem mali alicuius, quod tamen nullum operata eſt malum cuius pæniteret, niſi pænitentia, vt habitus conſideretur; Dictum ex eo; probatur quia hæ virtutes Adamo, & Euæ infuſæ fuere in eorum Creatione, ergo Virgini Mariæ non ſunt denegandæ.

21 B. Virgo numquam amiſit gratiam, quam in prima ſanctificatione accepit eſt certum de fide, & fundamentum accipitur ex conſenſu, & traditione Eccleſiæ, quæ hoc modo intelligit plenitudinem gratiæ Virginis; & confirmatur, quia hoc priuilegium, datum eſt alijs ſanctis, ſicut docet D. Athanaſius, Serm. contra Arianos, circa medium, vbi inquit plures ſanctos fuiſſe puros, & omnis Criminis expertes, & ſpecialiter nominat Ieremiam, & Ioannem Baptiſtam; confirmatur ſecundò, quia Eccleſia celebrans Natiuitatem Virginis, hoc idem ſentit, iam tunc habuiſse inamiſſibilem Sanctitatem, quia Eccleſia non veneratur ritu publico, & ſolemni, niſi eam ſanctitatem, quæ perpetuo dura-

duratura eſt; Immò B. Virgo in prima ſanctificatione fuit in bono confirmata, & donum gratiæ, & ſingulare Dei auxilium accepit, vt nec leuiſſimam culpam vnquam committeret, (quicquid garriant Hæretici) eſt de fide, ſic nunquam venialiter peccaſſe; & definita fertur in Concilio Claramontano, vt refert Vega, lib. 14. in Tridentinum Concilium, cap. 18. Concilium etiam Tridentinum, ſeſſ. 6. Can. 23. licet directè hoc non definiat, id tamen ſupponit dum docet Eccleſiam tenere B. Virginem ex Priuilegio ſpeciali omnia venialia vitaſſe; Hæc veritas canonizatur ab omnibus fermè Patribus, & communi omnium Theologorum conſenſu.

22 Confirmatio hominis in bono, ita vt non poſſit peccare in hac vita ex multis prouenit; Primò ex gratia ſanctificante, quæ tamen ſola non ſufficit quia Angeli, & Adam fuerunt in gratia ante peccatum, & tamen peccauerunt, & paruuli in Baptiſmo recipiunt gratiam, quam poſteà amittunt peccando facti adulti, & Tridentinum, ſeſſ. 6. can. 23. ſic definit, ſi quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe anathema ſit; Secundò ex illuminatione Intellectus ad cognoſcendum, quid agendum quidue fugiendum; Tertiò ex collatione auxiliorum ad vincendas tentationes habentibus fomitem, vt in Apoſtolis, & alijs Sanctis; Quartò ex extinctione, vel ablatione fomitis, vt in B. Virgine Maria, quæ ablatio non ſufficit, quia in Angelis non fuit fomes, & tamen multi peccauerunt; Item in Adam, & Euam in ſtatu innocentiæ non fuit fomes, & tamen peccauerunt; Quintò ex Diuina manu tenentia, quia Deus non vult concurrere cum tali homine ad actũ peccaminoſum iſtis concurrentibus Beata Virgo in hac vita fuit impeccabiſis non ab intrinſeco; habuit enim ex natura ſua liberum arbitrium flexibile ad malum, & ad bonum; & hoc totum eſt, quia obiectum Viatoris, tam Intellectus, quam voluntatis eſt ens limitatum, & finitum, in quo non eſt omnis ratio boni, & ab ea non remouetur omnis, ratio mali ideò liberum arbitrium eſt ad vtrumque flexibile alias, ſi eſſet ad vnum determinatum non poſſet mereri.

23 Concurrentibus igitur prædictis in ſanctificatione B. Virginis, tam prima, quam ſecunda fuit extrinſecè impeccabilis, & confirmata in gratia; Prima enim, & ſecunda ſanctificatio ſolùm differunt ſecundum magis, & minus, quatenus ſcilicet maiora dona gratiæ habuit B. Virgo, in ſecunda ſanctificatione, id eſt poſt Conceptionem filij Dei, quam in prima ſanctificatione ante eamdem Conceptionem, quibus ſanctificationibus B. Virgo, aliter fuit confirmata, quam alij ſancti, vt Apoſtoli; quia illa fuit confirmata, ſic quod nunquam, nec venialiter peccauerit; non ſic autem alij ſancti, quia omnes peccauerunt ſaltem venialiter, iuxta illud Ioannis, ſi dixerimus, quod peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus; De Ioanne Baptiſta aliqui dicunt, quod non peccauit, nec etiam venialiter, ſed oppoſitum videtur verius, & de B. Petro Apoſtolo, dicit D. Paulus ad Gal. 2. reſtiti in faciem eius, quia reprehenſibilis erat, ergo ſaltem venialiter peccauit, & hoc patet, quia in his omnibus manſit fomes peccati; Ab Incarnatione Verbi Dei, B. Virgo Maria habuit certitudinem de ſua confirmatione in gratia, dicit enim ipſa Lucæ 1. ex hoc me dicent omnes generationes, & probatur ex Regula D. Bernardi Epiſt. 174. ſcilicet, quod paucis mortalibus conſtat fuiſſe conceſſum fas certè non eſt ſuſpicari tantæ Virgini fuiſſe negatum, ſed Apoſtoli fuerunt certi de eorum confirmatione in gratia poſt deſcenſum Spiritus Sancti, Certum inquit D. Paulus, Rom. 8. quod nulla creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei.

24 His, & alijs modis ineffabilibus ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus, quæ omnia proſpiciens B. Virgo, tanto amori non fuit ingrata, ſed toto conata omni ſuo amore correſpondit, nam præ quacumque alia Matre ſingulariter dilexit filium ſuum, ſicut ſciebat ipſum ſingulariter concepiſſe; & conſequenter condo-

fuiſſe illi in tota Paſſione in omnibus doloribus, & anguſtijs, in quibus intenſiſſimè participauit, de quibus ſoli ipſi Ieſus Chriſtus, & eius afflictiſſima Mater nobis nunciare poſſunt, qui ea paſſi ſunt; Hinc plures contemplando voluerunt de ipſis habere notitiam, ſed potius coniectando, quam ſciendo aliqua reliquerunt in ſuis ſcriptis, quæ ſi vellemus hic referre eſſet nimis longum; concedimus tamen eandem Beatam Virginem, ob eadem tormenta ſpaſmum paſſam fuiſſe, pro cuius intelligentia; Notandum eſt ſpaſmum tripliciter accipi poſſe, vno modo propriè, & ſic eſt morbus quidam neruos contrahens ex ingenti, quodam dolore cauſatus, itaut etiam hominem à ratione,& ſenſuum vſu eum abducant, & hunc ſpaſmum ponere in B. Virgine impium temerarium, & (vt Medina in 3. p. D Thomæ q. 2. art. 4. dicit) hæreticum eſſet, hoc enim confutatur ex eo, quod B. Virgo, ſtabat iuxta Crucem propriè, & corporaliter. Secundò modo ſumitur ſpaſmus impropriè, & lato vocabulo, prout eſt dolor valdè acutus, qui fieri poteſt abſque neruorum contractione, vel conuulſione dolor tamen poteſt augeri, vt Cruciatuum acerbitas patienti rationis deliquium, vel ſincopem inferat, & hunc etiam ſpaſmum à Deipara Virgine remotum fuiſſe fatendum eſt, nam eo ipſo, quod non ſolum à ſenſibus, ſed etiam à ratione abducit graue inferret B. Virginis excellentiæ præiudicium; Tertiò ſumitur ſpaſmus communi omnium locutione, & ſic dicitur dolor valdè acutus,& intenſus, qui etſi neruos non afficiat,nec contrahat, aut contorqueat, neque rationis vſum intercipiat, ſic tamen patientem cruciat, & vires corporis minuit, & vix homo ſe ſuſtinere poſſit, propterea interdum fit,vt in terram labatur; hunc ſpaſmum pij viri in B. Virgine, ſæpe admittunt; Hic enim acerbitatem doloris exprimit, & B. Virginis excellentiæ iniuriam nullam irrogat.

25 Beatam Virginem mortem obiuiſſe eſt indubitatum, ita ſentit hoc tempore Eccleſia vniuerſalis; quippe qui ab illa generali regula, ſemel moriendi nullum fundamentum eſt eam eximendi, à qua nec filius eius voluit eximi; Probabile eſt B. Virginem, non fuiſſe mortuum morbo aliquo, aut ægritudine, aut alia naturali Cauſa, ſed ſola Dei voluntate, & arbitrio ſicut mortuus videtur Moyſes, cui dixit Deus aſcende in montem, & morere ibi, Deuter. 34. & ſubditur mortuus, quæ eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Deo; & hoc fuit conueniens, quia ipſa ſine dolore peperit, & cum maximis doloribus, vixit comitata filium in Paſſione, & morte conueniens fuit mori ſine dolore; De tempore eſt maxima controuerſia; Alij dicunt eam mortuam Anno ætatis ſuæ 63. Alij exiſtimant obiuiſſe ætatis ſuæ Anno 72. Cæterum ante eius mortem dicunt aliqui ad eam veniſſe Angelum Gabrielem, qui eam de morte certiorem fecit, prout legitur lib. 6. Reuel. B. Birgittæ, cap. 72. Qui Angelus prædixit etiam Apoſtolos; Mariæ morienti affuturos eiuſque funeri operam daturos fuiſſe; Idque factum eſſe teſtatur D. Dionyſius Areopagita de Diuinis nominibus, cap. 3. Addunt etiam Athanaſius, De Sanctiſſima Deipara, D. Bernardus, Serm. 1. de Aſſumpt. D. Anſelmus, de Excellentia Virg. c. 8. Nicephorus lib. 2. Eccleſiaſt. Hiſtoriæ, c. 21. ipſum Ieſum deſcendiſſe de Cœlo, vt morienti Matri adeſſet, ſicut ipſa adfuit ipſi morienti in Cruce omni intrepiditate.

26 Mortua Deipara Corpus eius fuit in ſepulchro, repoſitum maximis miraculis à Deo illuſtratum, cuius ſepulchrum dicunt eſſe in Valle Ioſaphat, inter Montes Syon, & Oliueti, ibi manſit incorruptum, vſque ad eius glorioſam Reſurrectionem ab Anima ſeparatum, certum eſt ſtatim vidiſſe Deum, atque in Cœlo ſublatam fuiſſe, & hoc conſtans eſt ex certiſſimis fidei principijs, eſt enim mors terminus vitæ hominibus à Deo præſcriptus ad accipiendum præmium; quod Animæ bene purgatæ, ſtatim ac diſcedunt à corporibus conſequuntur; Paulò poſt mortem ad glorioſam, & immortalem vitam Corporis, & Animæ reſurrexit, atque in Cœlum aſcen-

aſcendit; Hanc veritatem tenet vniuerſalis Eccleſia, ex antiquorum Patrum traditione, quam veritatem voluit eſſe teſtatam celebritate feſti Aſſumptionis eiuſdem B. V. quod valdè antiquum eſt in Eccleſia; Hoc non eſt definitum expreſſe; ex practica tamen Eccleſiæ; videtur aliqua eſſe de fide neceſſario tenendi, ita quod oppoſitum eſſet Hæreticum, vel ſapiens Hæreſim, aliqua de fidei pietate, ita tamen quod ſine peccato temeritatis, & erroris oppoſitum teneri non poteſt, aut etiam ſine ſcandalo oppoſitum prædicari; ſed neque ſine punitione Eccleſiaſtica oppoſitum dogmatizari; Aliqua ſunt de fidei pietate, quod ſine vllo peccato erroris oppoſitum credi poteſt; Exemplum primi, quod B. Virgo, nullum peccatum actualem habuit quodque ſine Originali nata ſit Exemplum ſecundi, quod Maria Aſſumpta ſit in Cœlum, in corpore, & Anima Exemplum tertij, quod eadem B. Virgo, ſit Concepta ſine Originali culpa.

27 Aſſumpta in Cęlum plenam gloriam conſecuta eſt, ſicut dum viueret in terra habuerat plenitudinem gratiæ. Ita quod certum eſt B. V. ſuperare imperfectionem Beatitudinis Beatitudinem omnium hominum, & Angelorum, tam ſeorſum, quam coniunctim, quam fidei veritatem confitetur Eccleſia illis verbis exaltata eſt Sancta Dei Genitrix ſuper Choros Angelorum ad cæleſtia Regna; rationem adæquatam reddit D. Bernardinus, Serm. 1. & 2. de Aſſumptione, dicens quantum gratiæ in terris adepta eſt præceteris; tantum obtinuit in Cælo gloriæ ſingularis, ſic ille, & quidem rationabiliter, quia gratia ſanctificans eſt ſemen gloriæ, ſed B. Virgo ex dictis in gratia ſuperauit omnes Angelos, & homines ergo eos ſuperauit etiam in gloria, tam intenſiua, & eſſentiali quæ conſiſtit in viſione, & fruitione Diuinæ eſſentiæ, & extenſiua, & accidentali, quæ conſiſtit in viſione obiectorũ ſecundariorum; Hinc pie breuiter colligi poteſt B. Virginem, videre in Verbo ſcientia viſionis, quicquid Deus eadem ſcientia viſionis videt his ſolum exceptis, quæ ſingulariter ad Chriſtum, & ad interiores Animæ eius cogitationes pertinent; Vnde dicit D. Auguſtinus, lib. 4. de Symbolo ad Catech. c. 1 Iure ſole perhibetur amicta, quæ profundiſſimam Diuinæ ſapientiæ, vltra quam dici poteſt penetrauit abiſſum, vt quantum creaturæ conditio patitur luci inaceſſibili videatur vnita, nec tamen æquamus eam filio ſuo in perfectione gloriæ, atque eſſentialis Beatitudinis, tum quia non videt ſimpliciter Anima B. Virginis, omnia quæ cadunt ſub ſcientia viſionis, ſicut videt Anima Chriſti, tum quia licet videret omnia; Nihilominus multum excederet Chriſtus in viſione Dei, quia perfectiori lumine, & claritate videt Deum, & ex rebus poſſibilibus multo plura.

28 Sicut accidens ſequitur ſubſtantiam, & eſſentiam rei, ita accidentalis gloria eſſentialem conſequitur, vnde ex his quæ de eſſentiali gloria Virginis dicta ſunt, facilè intelligi poteſt, quid de accidentali eius gloria ſit ſentiendum; Ideò dicimus primò B. Virginẽ perfectius, & cumulatius abundare in præmijs accidẽtalibus, quam omnes alios Beatos ſunt autem huiuſmodi præmia accidentalia variæ reuelationes, quæ fiunt extra Verbum, gaudia impetrationes aliquorum effectuum, & ſi quæ alia ſunt huiuſmodi, quæ ſunt omnibus Beatis communia, quamuis non ſint æqualiter in omnibus, ſed loquendo de Aureolis, quæ ſunt perfectiones ſingulares, & propriæ ſiue munera pertinentia ad quaſdam perſonas, & ſtatus earum, veluti ſunt aureola Virginum, Doctor. & Martyr. Quod Aureola Virginitatis, tanto excellentior eſt in Virgine, quanto ipſa perfectius, cæteris Virginitatem coluit; Quod enim abſque pugna Carnis perfectiſſimam caſtitatem ſeruauerit, nec illius meritum, nec coronũ diminuit; Quod etiam Aureola Doctoris fuerit illuſtrata ex dictis ſuperius patet, vbi oſtenſum eſt ſingulari, & excellentiori modo fuiſſe fidei Magiſtram, & Doctorum Doctrix, neque enim ad hanc Aureolam promerendam neceſſe eſt publicè docere, ſed ſatis eſt veritatem fidei in alios diffundere; Verè etiam habuit Martyrum Aureolam, quia ſuſtinuit ſufficientem dolorem, ad inferendam mortem

mortem corporalem, niſi peculiari auxilijs Dei fuiſſet ſuffulta, & hoc ſati s eſt ad aureolam Martyrij comparandam.

29 B. Virgo tot gratijs, & priuilegijs tot glorijs, & præmijs aucta digna eſt vt in tota Eccleſia, & etiam extra Eccleſiam potiſſimum apud Maumetanos in ſingulari habeatur reuerentiam, non tamen adoranda eſt adoratione latriæ; qua ſolus Deus adorari debet; ſi quis tamen propter extrinſecam excellentiam Chriſti, ſeu propter contactum cum illo adoraret illam, illud adorationis genus ad Religionem ſpectat, & ſecunda latria appellari poteſt prout ab eadem latriæ virtute proficiſcitur licèt reuera, ſit actus diſtinctus ab adoratione latriæ propriè, & ſimpliciter dicta, ſed eſt ſimilis illi, qua Crux, & reliquiæ Chriſti adorantur, ſi B. Virgo propter ſanctitatem gratiæ, & gloriæ adoretur adoratio illa Hyperdulia vocatur, quæ ſignificat adorationem, quæ propter gratiam creatam in ſingulari gradu datur eminens tamen, & perfectiſſima in illa ratione; quæ eminentia, & exceſſus vltra ſimplicem duliam conſiſtit in æſtimatione, à qua hæc adoratio procedit, quæ de B.V. altior eſt, & excellentior; Adoratio verò illa quæ tribuitur illi eidem Virgini, ob ſpetialem Matris dignitatem quam lato vocabulo Hyperdulia vocatur diuerſæ tamen videtur eſſe naturæ, nam B. Virgo habet conſanguinitatem cum Chriſto, vt homine, & affinitatem cum Chriſto vt Deo, & ideò hac ratione ei debetur, ſpecialis adoratio, quia propria actione attigit fines Natiuitatis Chriſti, ideſt quia concepit peperit, & nutriuit Deum, eſtque ea adoratione, quæ ſibi debetur ratione gratiæ, & ſanctitatis perfectior, quia dignitas Matris (conſiderando omnia quæ formaliter, & in virtute, vel quaſi in radice includit) perfectior eſt, præterquam quod hæc Matris dignitas, gratiam requirit tanquam congruentem, & veluti connaturalem diſpoſitionem, atque adeò illa vna adoratione, qua adoratur Mater Dei, vt ſic etiam adoratur eius ſanctitas, & omnis eius perfectio ſub altiori quadam ratione, quatenus ſcilicet omnia manant ex Maternitate Dei, & ad illam ordinantur.

De actuali Diuini Verbi Incarnatione vita, & operationibus eius vſque ad mortem.
Cap. 4.

De Conceptione Corporis Chriſti, & eius organizatione. Art. 1.

1 IN plenitudine temporis Filius Dei carnem aſſumpſit iuxta Apoſtolum ad Gal. 4. pro cuius explicatione, & intelligentia, notandum eſt ex D. Bonauentura in 3. diſt. 1. dub. 1. circa litteram Magiſtri, quod triplex eſt plenitudo ſcilicet naturæ gratiæ, & gloriæ plenitudo naturæ eſt duplex altera eſt rei in Creatione, de qua Gen. 2. dicitur compleuit Deus die 6. opus ſuum; altero eſt rerum, quoad multiplicationem de qua in Pſalm. 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius; ſimiliter plenitudo gratiæ duplex eſt, quædam in capite, de qua Ioan. 1. vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis quædam in Membris de qua Actuum 2. repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, ſimiliter plenitudo gloriæ duplex eſt, vel quantum ad numerum electorum, de qua dicitur Apoc. 6. ſuſtinere modicum tempus, donec impleatur numerus, aut quantum ad perceptionem æternorum bonorum, de qua Eccleſ. 24. In plenitudine Sanctorum detentio mea, cum ergo dicit D. Paulus; At vbi venit plenitudo temporis intelligit; Primò tempus Incarnationis eſſe plenitudinis tempus, quia Deus per Incarnationem filij ſui impleuit quod præfinierat; Secundò propter impletionem promiſſionis, quia ille nobis datus eſt, qui iam fuerat repromiſſus; Tertiò quoad impletionem figurarum, nam in Chriſti aduentu figuræ illæ, quæ erant in veteri teſtamento impletæ ſunt

ſunt veritate; vnde Matth. 5. inquit Ieſus non veni ſoluere legem, ſed adimplere; Quartò propter plenitudinem gratiæ exiſtentis in Chriſto, quæ fuit omnium plenitudinem principium, vnde ad Colloſ. 2. dicitur in Chriſto habitat plenitudo Diuinitatis corporaliter.

2 Quintò propter plenitudinem generationis, cum enim quadruplex ſit generationis modus; ſcilicet nec de viro, nec de muliere, ſed de terra ſic generatus eſt ſolus Adam; de ſolo viro ſic Eua, quæ de viro fuit formata de viro; ac muliere, ſic homines communiter, & de ſola muliere, ſic ſolus Chriſtus natus eſt; Sextò quia tempus Incarnationis eſt tempus 6. ætatis, in qua eſt plenitudo, & perfectio, vt ſicut mundus in ſexta die eſt conſummatus, ita in 6. ætate ſit reparatus; Prima ætas fuit ab Adam vſque ad hoc ſecunda à Noe vſque ad Abraham; tertia ab Abraham vſque ad Moyſen, quarta à Moyſe vſque ad Dauid; Quinta à Dauid vſque ad Chriſtum; Sexta à Chriſto vſque ad finem Mundi; Hac ætate igitur filius Dei natus eſt, ſiue factus ex Muliere factus ſub lege; Dicitur autem factus ex Muliere inquit D. Bonauentura, vbi ſupra dub. 2. & 3. ſecundum humanam naturam, quia Conceptus fuit à Virgine Diuina faciente virtute; Dicitur autem factus ſub lege, non quantum ad cauſam, quia non eſt natus ſub peccato, nec quantum ad motiuum, quia non timore ſeruili, legem impleuit; ſed quoad legis voluntariam obſeruantiam, licet aliter quam alij homines, nam cæteri homines ſunt, ſub lege quoad obedientiam obligatoriam, Chriſtus autem (vt dictum eſt) quoad obedientiam ſpontaneam, & liberalem, vt nobis obedientiæ, & humilitatis præberet exemplum;

3 Suppoſito quod filius Dei venturus eſſet, vt ſaluator poſt peccatum Adæ, & vt Redemptor non congruebat ſtatim à principio Mundi ante hominis peccatum Incarnari, quoniam vt inquit Ieſus Matth. 9. non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus, non venit enim filius Dei vocare iuſtos, ſed peccatores; non enim expediebat humano generi hoc donum tunc accipere, ſed vt prius experimento diſceret, quantum eo indigeret, atque adeò Charius acceptum haberet immò exiſtimare potuiſſet donum hoc cum natura, & non ex mera gratia, ſibi fuiſſe collatum, ita ex D. Thoma 3. p. q. 1 art. 5. & Bonauentura, in 3. diſt. 1. art. 2. q. 3. Nec debuit poſt peccatum ſtatim Dei Verbum carnem ſumere, ita Ijdem Doctores ibidem, nam morbus ſpiritualis non curatur debitæ niſi infirmus eum prius agnoſcat, & pro eius curatione gratus exiſtat; Item vt Verbi dignitas, ideſt Chriſti Regia Maieſtas clareſceret præconizando eius aduentum per plures Patriarchas; atque Prophetas, vnde dicit Gloſſa ſuper illud ad Galatas 4. cum venit plenitudo temporis, &c. Quanto maior Iudex veniebat, tanto præconum ſeries longior præcedere debebat; Addit Caietanus ob fidei ſoliditatem, & firmitatem; ſi enim Verbum fuiſſet ſtatim Incarnatum poſt peccatum reputaretur antiquorum fictio, at nunc poſt tam longam expectationem prophetarum oracula, & vaticinia intelligunt homines eiuſmodi myſterium, non eſſe figmentum, ſed à Diuina prouidentia præparatum, atque excogitatum nec non ſcripturis ſanctis prænuntiatum; Nec talis Incarnatio differenda erat vſque ad nouiſſimos dies, ex D. Thoma, vbi ſupra art. 6. de hac re vide ſuperius, quia ſi tamdiu Chriſtus venire diſtuliſſet fidei veræ notitia, Maieſtatis Diuinæ reuerentiæ, deuotio morumque honeſtas extincta fuiſſent in terris, nam vt inquit D. Hieronymus, Mundus quanto creſcit in ætate, tanto decreſcit deficiendo à bonitate, quod maxime erit in fine.

4 Miſſus eſt Angelus Gabriel, ergo ad Mariam, &c. ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum, ex quibus verbis conſtat inter Catholicos B. Virginem Concepiſſe Verbum Diuinum, antequam Angelus ab ea diſcederet, & eam non Concepiſſe eundem filium ſuum, donec ſuum præbuit conſenſum, & illis Verbis eum explicauit; Ecce Ancilla Domini

fiat

fiat mihi ſecundum Verbum tuum, vt docet Doctor ſubtilis in 3.diſt.2.q.3.cum inquit, quod in vltimo inſtanti conſenſus Virginis expreſſi in Vtero Virginis verbum caro factum eſt, ita quod in eo momento,in quo finita ſunt illa Verba,perfecta fuit Conceptio, & non ante, nam vt dicit idem Doctor ſubtilis, ante illud inſtans non videtur fuiſſe aliqua operatio ſpecialis ad Incarnationem pertinens, & in iſto inſtanti videtur tota Incarnatio fuiſſe completa,quod ex Euangelij diſcurſum conſtat,& primò,quod non fuerit facta Conceptio per prima verba ſalutationis Angelicæ, patet ex Verbis, quæ poſt Capitulum 2. dicit Diuus Lucas narrans myſterium Circumciſionis, & vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero Conciperetur; Hinc enim euidenter conſtat, quando Angelus dixit illa Verba, & vocabis nomen eius Ieſus nundum Chriſtum fuiſſe Conceptum, quod ſatis oſtendunt illa Verba Angeli; quia poſt verba ſalutationis ſubdit;Ecce concipies in vtero, & paries vtrumque de futuro, quia iam non erat facta Conceptio, poſtea verò interrogante Virgine quomodo fiet illud; Iterum Angelus de futuro, inquit Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi vſque ad illud, quia non erit impoſſibile omne Verbum, ergo in toto illo tempore nundum erat facta Conceptio, ſed expectabatur myſterium; Statim verò vt prorupit Deipara in illa verba;Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum; Verbum Caro factum eſt,& hæc ſententia eſt communis Patrum, & Theologorum.

5 Virtus Altiſſimi ideſt Diuina voluntas infinitæ efficaciæ ad operandum, eam obumbrauit quæ virtus in ordine ad opera ad extra eſt indiuiſibiliter in tribus perſonis,ſecundum tamen aliquam rationem ſingulis ſpecialiter attribuitur perſonis; Patri ſiquidem attribuitur, authoritas miſſionis in Carnem reſpectu Perſonæ Chriſti filij, iuxta illud Ioan.6. ſicut me miſit viuens Pater, &c. Filio autem nedum appropriatur; ſed verè propriatur aſſumptio Carnis, ideſt humanitatis terminatio perſonalis;Attribuitur verò Spiritui Sancto ob triplicem rationem; prima quidem quia Spiritus appropriati eſt Charitas,& donum Patris, & filij, & ineffabili Charitate Verbum Caro factum eſt, & ineffabili Dei dono filius, datus eſt nobis Iſaiæ 9. Secundò attribuitur Spiritui Sancto Conceptio Chriſti, quia Spiritui Sancto,ſolet attribui gratia, iuxta illud primæ ad Cor. cap. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus, cum igitur Incarnatio non ex noſtris præcedentibus meritis, ſed ex mera Dei gratia effecta ſit iure merito Conceptio Chriſti Spiritui Sancto attribuitur; tertiò quia Sanctitas attribuitur Spiritui Sancto; Ad hoc enim verbi Diuini Incarnatio facta eſt, vt homo ille, qui Concipiebatur eſſet Sanctus, filius Dei, totius noſtræ Sanctitatis fons, & origo, à quo omnis Sanctitas deriuatur; & de cuius plenitudine acceperunt, quotquot fuerunt adepti aliquid ſanctitatem.

6 Non licet tamen inferre virtus Sanctiſſimæ Trinitatis propriè effecit, & Spiritus Sanctus appropriati Conceptionem Chriſti, ergo Chriſtus eſt filius Sanctiſſimæ Trinitatis, vel Spiritus Sancti, quia inquit D. Thomas 3.p.q.32. art.2.quod nomina Paternitatis, & filiationis generationem conſequuntur,non tamen quamlibet,ſed generationem viuentium, & præcipuè Animalium, non enim dicimus, quod ignis generatus ſit filius ignis generantis; Hoc enim ſolum competit Animalibus, quorum generatio eſt magis perfecta; nec adhuc omne, quod in Animalibus producitur,& generatur generationis nomen ſibi vendicat, ſed ſolum illud quod generatur, in ſimilitudinem naturæ generantis, vel in quo generatur ſimile ſecundùm ſpeciem,& naturam, ideò vermes, & pediculi generantur ab homine,non tamen dicuntur filij hominis, eodem modo dicendum eſt hic; Chriſtus Conceptus eſt virtuti Sanctiſſimæ Trinitatis, vel Spiritus Sancti, & hoc ſecundum

dum naturam humanam, in qua quia non conuenit cum Sanctiſſima Trinitate, nec cum Spiritu Sancto, vt patet ideò Chriſtus non poteſt dici filius Sanctiſſimæ Trinitatis, nec Spiritus Sancti, quemadmodum dicitur filius verus, & naturalis Virginis Matris, quæ actiuè cucurrit ad eius Conceptionem, & ipſum genuit in ſimilitudine ſpeciei humanæ, quia Chriſtus, & eius Mater erant verè homines, veram habentes naturam humanam; ſicut ad intra filius verè dicitur filius Patris, quia Pater ipſum genuit, non ſolum in ſimilitudinem naturæ ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum numerum.

7 Addit D Bonauentura in 3. diſt. 4. art. 2. q. 2. Chriſtum non dici Spiritus Sancti filium, tum ad vitandum errorem circa generationem temporalem, tum etiam circa generationem æternam, ne confuſio fiat æternarum relationum, & proprietatum; Cum enim in Chriſto non ſit alia perſona, vel hypoſtaſim præter illam, quam genuit Pater nullatenus admittitur, Spiritum Sanctum eſſe Patrem filij, ne filius videretur duos habere Patres, & proprietas, quæ eſt Patris nempè generare, alteri perſonæ videretur competere; ſed hæc ratio totaliter, non euincit, quia ſi alia Incarnaretur proprietas, quæ eſt filij nempè generari, alteri poſſet competere, & tamen nulla eſſet proprietatum confuſio, quia vnus diceretur filius ſecundùm Diuinitatem, alius ſecundùm humanitatem; Aliam igitur affert rationem ad vitandum errorem circa generationem temporalem, quia cum Chriſtus dicatur, Secundùm illam Conceptus de Virgine, & Spiritu Sancto, ſi diceretur Spiritus Sanctus eius Pater ſicut Virgo eius mater, iam videretur ex hoc Chriſtus natus eſſe de Maria, & Spiritu Sancto, ſicut naſcitur Proles de viro, & muliere quod falſum eſt, quia proles partem accipit à Patre, & partem à Matre, in qua aſſimilatur Patri, & Matri in eadem forma, & natura; Et hoc non eſt reperire in Chriſto, reſpectu Spiritus Sancti, ſed ſolùm reſpectu Patris æterni, & Matris temporalis, quia à Patre æterno Diuinam recipit naturam, & humanam à Matre, & ideò non debet admitti Chriſtum eſſe filium Spiritus Sancti, ſed ſolius Virginis Matris, & Dei Patris.

8 Cum igitur B. Virgo, verè ac propriè Chriſti, & Dei Mater ſit neceſſariò ſequitur Chriſtum ex ſubſtantia Virginis eſſe Conceptum, hoc enim neceſſarium eſt, vt ipſa fuerit vera eius Mater actiuè ſe habens ad eius Conceptionem ſecundùm ſuperius dicta, & ſecundum quod dixit D. Paulus ad Galatas 4. Deum miſiſſe filium ſuum factum ex Muliere, ideſt ex ſubſtantia eius, & ad Roman. 1. qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundùm Carnem, & illud Angeli, Lucæ primò, quod enim ex te naſcetur ſanctum; Vt enim inquit, D. Athanaſius, Serm. contra omnes hæreſes, ſi dixiſſet per ſe veriſimile, aliquid haberet impudentia eorum, qui dixerunt Verbum tranſiſſe per Virginem, tanquam per canalem Cæterum, cum dicat Angelus ex te clare demonſtrat Verbum aſſumpſiſſe ex ea naturam humanam, & veritas definita eſt in omnibus Concilijs, quæ tractant de hac materia Epheſino Calcedonenſe; Quinta Synodo action. 8. Can. Sexta Synodo, act. 11. & act. 13. can. 2. Lateran. ſub Martino 1. & alijs; Vnde ex hoc principio infertur B. Virginem, ſubminiſtraſſe actiuam virtutem.

9 Quid verò Beata Virgo, reuera ſubminiſtrauerit in Conceptione filij ſui non eſt ita obuia reſponſio; ſi ex alijs Matribus velimus conijcere, obſeruare primò debemus ex Galeno de vſu partium, lib. 8. cap. 7. In Conceptu prolis humanæ concurrere ſemen, tam fæminæ, quam Maris, & vtrumque in vnum motum, & in procreationem prolis conſpirare licèt virtus actiua magis ſit in ſemine Maſculi, quam fæminæ; ſecundò obſeruare debemus, quod ſuppoſitis phyloſophicis principijs duo principia Theologica, hic pariter ſupponenda ſunt; Alterũ eſt B. V. ita Concepiſſe, vt propriè & verè Mater effecta ſit; Alterum eãdem Virginẽ Concepiſſe integerrimam prorſus illibata manente

manente illius Virginitate: quæ duo in ſuperioribus demonſtrata ſunt, ex quibus colligitur primò B. Virginem Concepiſſe Filium in Vtero, & in loco fæminei Corporis à natura determinato, hoc enim conueniunt Euangelij Verba; Lucæ 1. Ecce Concipies in Vtero, & cap. 2. cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante, nam eſſe prægnantem Vterum grauidum manifeſtè indicant, quod clarius dixit Matthæus, inuenta eſt in Vtero habens de Spiritu Sancto; contra quoſdam, qui (vt refert Caietanus in 3. p. q. 31. art. 5. ad 3.) dixerunt Virginem Concepiſſe in corde, ſecundò colligitur concurriſſe in ea Conceptione, omnia quæ neceſſaria ſunt ad humanam, ſeu Maternam filij generationem; ſi enim aliquod defuiſſet non fuiſſet vera Conceptio, nec ipſa vera Mater.

10 Hinc docet Richardus in 3. diſt. 4. art. 2. q. 1. dicens, quod Beata Virgo ex eo verè dicitur Mater Chriſti, quia quicquid requiritur ad rationem Maternitatis fuit in Virgine reſpectu Chriſti; Per virtutem enim generatiuam humorem Sanguineũ in Membris digeſtum in ſemen conuertit eo modo, quo ſemen eſt in Mulieribus, & illud ſemen decidit ſine quacunque deordinatione, & ad debitum Conceptionis locum tranſmiſit; Quapropter non videtur, neque fidei, neque Virginis puritati repugnare, ſi quis affirmaret proximam materiam Corporis Chriſti fuiſſe Virgineum ſemen confectum, ex puriſſimo Sanguine Virginis in membris eius, ita quod materia proxima fuit ſemen Virginis, materia verò remotior fuit puriſſimus eius Sanguis, ex quo Sanguine virtute generatiua alterante, & diſponenti effectum eſt ſemen Virginis; Dices ſemen Mulieris eſt imperfectum, & incompletum in genere, ſeminis ergo non eſt materia idonea, neque neceſſaria generationi; Reſponderet Richardus, quod ſemen Mulieris debile, & imperfectum eſt, non quoad eſſentiam ſeminis, ſed quoad virtutem actiuam reſpectu ſeminis viri, quia ſemini mulieris non conuenit actiuitas, niſi quatenus ſubordinatur ſemini virili; Vnde ad miraculum attinet, quod ſemen Virginis habuerit actiuitatem in Corporis Chriſti formatione, quod optimè notauit D. Damaſcenus, dicens quod Spiritus Sanctus Virgini tribuit vim generatiuam, quia Virgineum ſemen, citra concurſum ſeminis virilis actiuitatem habuit, quod ſupra naturam, & miraculosè effectum eſt.

11 Dices ſecundò, ſanguis menſtruus eſt excrementum, & purgamentum purioris Sanguinis, ſed id quod natura expellit, & repudiat non eſt aptum fetui generando; Reſponderet pariter, & cum Medicis menſtruum concurrere ad generationem non quoad totam ſubſtantiam, ſed quoad puriorem, & ſubtiliorem, quam natura ſagax ſeparat, & præparat atque conceptui prolis accommodat; Dices tertiò, ſemen reſoluitur cum voluptate, & libidine; ſed hoc maximè derogat Puritati Virginis. Reſponderet pariter, quod ſicut Spiritus Sancti virtute effectum eſt vt materia, ex qua formandum erat Corpus Chriſti ſit attracta ad locum accomodatum generationi ſine libidine, aut voluptate; ita etiam eadem virtute factum eſt, vt ſine libidinis ſenſu ſit deciſum, & reſolutum Virgineum ſemen; quod quidem cæleſtis nuncius ipſi Virgini dixit Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideſt ab æſtu libidinis, & concupiſcentiæ proteget; non enim eſt opus vmbra, niſi cum eſt æſtus, à quo interuentu vmbræ protegamur; Reſponderet ſecundò, quod reſolutio naturalis ſeminis non fit ſine libidine, & hæc derogat integritati Virginali reſolutio verò ſupernaturalis, & ſine libidine non derogat integritati Virginali, & hæc fuit in Virgine; Et quando ait Damaſcenus, Corpus Chriſti fuiſſe ex puriſſimis Sanguinibus Virginis fabricatum intelligendus Damaſcenus, quoad materiam remotam non verò quoad proximam.

12 Hæc ſententia Richardi eſt valdè probabilis, & nulla cenſura digna; tamen (vt inquit D. Bonauentura in 3. diſt. 4. art. 3. q. 1. non eſt frequenter in ore verſanda; vnde

Vnde illi probabilior videtur opinio, quæ affirmaret Conceptionem hanc abſque vlla ſeminis tranſmiſſione perfectam eſſe, ſi rigoroſè de ſemine loquamur, & propriè, quia hoc eſt magis dictis Sanctorum conſentaneum, & Philoſophicæ Doctrinæ non repugnat; Ariſtoteles enim primò de Generatione Animalium, c.20. & lib.2. cap. 4. in vniuerſum negat fæminam emittere ſemen, aut ex illo formari fætum, ſed ſolum ex Sanguine; De indè quamuis totum hoc Ariſtoteli, non concedimus, quia eſt creditu difficile propter rationes, & experimenta, quæ Medici afferunt, licet inquam fateamur poſſe fæminam conficere ſemen, atque illud eſſe poſſe partem materiæ, ex qua formetur fætus, tamen non cogimur dicere illud eſſe ſimpliciter neceſſarium ad formationem prolis, nam cum Sanguis, & ſemen parum in ſubſtantia differant; fieri poterit etiam naturali modo, ſi fæmina ſufficientem Sanguinis copiam miniſtret, & virile ſemen ſit efficax, & copioſum, vt ſolus Sanguis ad naturalem generationem ſufficiat; Vtraque tamen ſententia probabilis; ſed hæc ſententia ſecunda eſt conformior puritati Virginali.

13 Hæc Diuina virtus in efficiendo hoc Miſterio, & ſi non ſeruauerit modum ſucceſſiuum, quo natura communiter vtitur in generatione aliorum hominum, tamen non omnino neglexit; Vnde notandum eſt, quod in Conceptione, ſiue generatione hominis tria requiruntur; Primò enim attrahitur ſemen, vel Sanguis in matricem fæminæ; Secundò ex illa materia coagulata per ſpatium 40. vel 46. dierum conſtituitur, & Organizatur corpus Maſculi, corpus verò fæminæ per ſpatium 80. vel 92. dierum; Tertiò animatur, & deindè ſequitur augmentum, & corroboratio fætus in vtero materno. In Conceptione tamen Chriſti Domini in eodem inſtanti temporis fuit Organizatio corporis. Animatio, & humanitatis vnio ad Verbum; prius tamen natura fuit Corporis Organizatio, deinde animatio, tertiò vnio; Antiqui Hæretici poſuerunt vnionem Incarnationis accidentalem, & non veram, & hypoſtaticam, & conſequenter dixerunt illam vnionem non fuiſſe factam à principio, ſed Chriſtum prius extitiſſe purum hominem, & poſtea ſuis meritis illam vnionem fuiſſe aſſecutum, ita Cherintus, & Neſtorius, contra quos dicendum eſt humanitatem Chriſti non priùs tempore extitiſſe in rerum natura, quam fuerit vnita Verbo, atque ita hunc hominem Chriſtum numquam fuiſſe purum hominem, ſed à principio ſuæ Conceptionis fuiſſe hominem Deum, ita tenendum eſt de fide; Ita Concilium Epheſinum, can. 13. & Calcedonenſe, act. 1. & in alijs Concilijs, idem habetur.

14 Inde ſequitur vnionem Animæ, & Corporis in Chriſto non prius tempore factam, quam vnionem totius humanitatis ad Deum Verbum, ſi ergo humanitas non priùs tempore exiſtit, quam fuerit vnita Verbo, neque etiam vnio illarum partium prius facta eſt, quam vnio humanitatis ad Deum; Probatur ratione Scoti, ſi Animatio præceſſiſſet tempore Incarnationem natura humana fuiſſet aliquando in ſe perſonata, & non in Verbo, conſequens eſt falſum, & Hæreticum, ergo & antecedens; conſequentia probatur, quia Corpus Animatum anima Intellectiua, ſi in aliquo tempore eſt in ſe ſubſiſtens eſt perſona, falſitas conſequentis probatur, quia tunc B. Virgo, non fuiſſet verè Mater Dei, non enim genuiſſet Deum, ſed iſtum hominem purum; Hæc ratio eſt ratio omnium Patrum, & maximè Cyrilli, quam inculcat ſæpè in varijs operibus, quæ habentur in primo Tomo, Concilij Epheſini; Ex hac ratione ſequitur, quod ſi Verbum dimitteret perſonare naturam humanam, & ipſa in ſe perſonaretur; perſona hæc non eſſet à B. Virgine, quia non genuiſſet hunc hominem purum, ſed hunc hominem, vt ſubſiſtentem in ſuppoſito Diuino; A quo ergo eſſet generatum? patet quod à nemine, & tamen haberet eſſe ſuppoſitale; quod quidem neceſſariò conſequeretur ipſam naturam dimiſſam ex ipſius naturæ principijs; Nec appellari

poſſet

poſſet filius Virginis, quia B. Virgo illam naturam, vt ſuppoſitatam non genuiſſet, ſed ſuppoſitatam in ſuppoſito Diuino; Sequitur ſecundò, quod ſi Verbum dimitteret naturam humanam, & eam dimiſſam aſſumeret Pater; Pater non diceretur filius Virginis ratione aſſumptæ naturæ, quia ad hoc, vt Pater dicatur filius Virginis requiritur, primò quòd iſta natura vnita Patri ſit genita à Virgine: Secundò quod in illo inſtanti, in quo Virgo Maria genuit naturam illam, quod fuerit Patri vnita, atque adeò licèt in illo caſu, natura illa fuiſſet Patri vnita tamen Pater non diceretur filius Virginis, neque Virgo mater æterni Patris, quia actio generatiua Virginis non fuiſſet terminata ad naturam humanam vnitam ſuppoſito Patris.

15 An verò Corpus Chriſti fuerit prius tempore Organizatum, quam Animatum, ad reſoluendum hoc dubium ſciendum eſt Organizationem, aliquando ſumi pro forma ſubſtantiali dante eſſe Organicum, & hoc dupliciter; Primò modo pro aliqua forma ſubſtantiali præcedente formam intellectiuam prout tenet, Scotus in 4. de materia Euchariſtiæ; Secundò modo pro ſola Anima Intellectiua, quæ dat eſſe Organicum iuxtà opinionem Thomiſtarum, qui tenent Anima Intellectiua adueniente omnes alias formas corrumpi, atque ipſam immediatè informare materiam, & vicem Organicæ formæ ſupplere; aliquãdo Organizatio ſumitur pro tranſmutatione præcedente formam ſubſtantialem Organicam, & hoc ſecundò modo dicit Doctor, quod formæ Organicæ inductionem duæ tranſmutationes præcedunt videlicet motus localis, quo materia defertur ad locum conuenientem generationi, & alteratio, qua in loco debito diſponitur, & alteratur ad formam corporis Organici inducendam, & iſtæ duæ traſmutationes, ſi comparentur ad Agens naturale ſemper fiunt in tempore; ſi teneatur, quod in corpore Organico tot ſint formæ Organicæ ſpecie diſtinctæ, quot ſunt partes Etherogeneæ, conſequenter dicendum eſt tot poſſe præcedere duplices hæ tranſmutationes. Hæc videtur eſſe opinio Scoti in 4. diſt. 13. q. 3. Diſcurre de partibus Etherogeneis corporis, & earum formis Organicis, & applica has ſuas tranſmutationes ad eas inducendas, ſi verò teneatur, quod in corpore Organico, & in omnibus partibus Organicis Etherogeneis ſit tantum vna forma ſubſtantialis præcedens Animam Intellectiuam ad inducendam illam vnica ſufficiet alteratio.

16 Accipiendo Organizationem pro vltima forma inducta, à qua Corpus dicitur Organizatum, & quæ immediatè ad Animam Intellectiuam diſponit Organizatio Corporis Chriſti animatio, & vnio hypoſtatica fuerunt in eodem inſtanti temporis eſt opinio communis Theologorum, quia Animatio, & Organizatio, ſic ſumpta etiam in nobis ſunt in eodem inſtanti temporis; In opinione numero antecedenti dicta de diuerſis formis Organicis partium Etherogenearum, pariter dicendum eſt Organizationem ſumptam pro illis diuerſis formis non præceſſiſſe tempore Incarnationem, ſed omnes illæ formæ fuerunt ſimul, in eodem inſtanti introductæ, An verò delatio materiæ in Matricæ Virginis fuerit in inſtanti; Reſpondetur quod potuit fieri in inſtanti, ſine alio motu, non enim repugnat virtuti Diuinæ; Quid verò fuerit de facto illi optime ſcit, qui fecit; Hoc certiſſimum eſt congregationem Sanguinis, vel alterius materiæ, & totum opus Conceptionis Chriſti in vtero Virginis ſaltem fuit in breuiſſimo tempore, & imperceptibili factum, eſt communis ſententia Doctorum, atque ita *poſt* expreſſum Virginis conſenſum in illis Verbis, ecce Ancilla Domini, &c. Intellige fuiſſe factam, in eodem inſtanti temporis, vel in illo imperceptibili tempore infuſionem gratiarum, & donorum ſpiritualium in Animam Chriſti.

17 Si obijcias omnis ſubſtantia generabilis, & corruptibilis, quæ non creatur producitur per mutationem, ſed tota natura Aſſumpta à Verbo eſt generabilis, & corruptibilis, & non immediatè Creata eſt, quia fuit ex Sanguinibus formata, igitur

ſit producta eſt permutationem, & per conſequens pars potentialis totius, vt puta corpus mutatum eſt ad formam eiuſdem totius, ideſt ad Animam intellectiuam, atque adeo fuit prius ſub priuatione formæ oppoſitæ, & hoc priùs tempore, quia oppoſita priuatiuæ non poſſunt, ſimul tempore eſſe in eodem, atque adeò prius tempore erat corpus non animatum, quam animatum; Deciſio iſtius argumenti pulcherrimam Phyloſophiam inuoluit, ideò patienter declarandum eſt, & reſoluendum; Ideò ſciendum eſt primò, quod quando dicimus aliquid mutari ad formam non debemus intelligere, quod mutatio ſit circa formam; ſed quod ſuſceptiuum illius formæ priùs tempore, ſiue duratione ſit ſub priuatione, & poſterius tempore, ſiue duratione recipiat illam; & tunc dicitur mutari ad formam quam recipit; ſi verò in eodem inſtanti ſuſceptiuum habet verum eſſe ſub forma, tunc non mutaretur ad formam, quia priuatio illius formæ non præceſſiſſet tempore in tali ſuſceptiuo illam formam; Secundò notandum eſt, quod ſi comparetur Corpus Organicum ad Animam intellectiuam, non poteſt dici quod mutetur ad illam cum ſit; ſimul in eodem inſtanti temporis, atque adeò priuatio Animæ, non præceſſit tempore in Corpore Organico ipſam Animam eſt tamen mutatio ad ſuſceptiuum Animæ, quia communiter ſi Corpus Organicum comparetur ad agens naturale ad corporeitatis formam ſemper eſt mutatio, quia ipſa forma corporeitatis priùs tempore fuit ſub forma ſeminis; atque ita priuatio formæ Corporis Organici in tali materia præceſſit tempore ipſum formam Organicam, vel corporeitatis.

18 Tertiò obſeruandum eſt, vt elicere poſſumus veram reſponſionem intentam; Ad mutationem propriè dictam tres requiri conditiones; Prima quod mutatio fiat inter priuationem, & formam, defectu cuius creatio, quæ fit inter negationem, & formam non eſt mutatio; Secunda quod ſit ibi aliquod ſubiectum, vel ſuſceptiuum, quod nunc aliter ſe habeat, quam prius defectu cuius in tranſubſtantiatione in Corpus Chriſti non eſt mutatio, quia non eſt ibi ſubiectum; Tertia quod ſuſceptiuum priùs tempore habuerit priuationem formæ, quam ipſam formam defectu cuius quando Anima infunditur corpori non eſt ibi mutatio, quia in eodem inſtanti, in quo corpus, & Organizatum infunditur Anima, ex quo ſequitur quod omnis mutatio, cui aliqua iſtarum conditionum deficit non eſt propriè mutatio; Ex his eliciuntur duæ Regulæ valdè notabiles in Phyloſophia; Prima quandocumque aliqua forma producitur, ſimul tempore cum ſuſceptiuo non eſt ad illam formam mutatio propriè dicta, vt ſi Deus crearet materiam, ſub forma non eſſet mutatio ad formam, ſic in propoſito corpus eſt ſimul Organizatum, & Animatum igitur Corpus Organicum non mutatur propriè ad Animam intellectiuam, qui ad mutationem requiritur, quod ſubiectum tempore præcedat formam; Secunda Regula quando forma ſimul tempore non producitur, cum ſuo ſubiecto eſt vera mutatio, vt in propoſito patet quia, & ſit ad Animam Intellectiuam non ſit mutatio, quia ſimul producitur cum ſuſceptiuo, tamen ad corpus fuit mutatio, quia illius materia fuit prius tempore ſub priuatione formæ corporis, & per hoc patet reſponſio ad argumentum, quod nimirum procedit de mutatione propria, & quando forma non eſt producta, ſimul cum ſubiecto, ſiue cum ſuſceptiuo.

19 Ex his omnibus ſequitur primò, quod Corpus Chriſti Domini in ſua Animatione fuit minimum omnium corporum humanorum, quia caruit illo incremento, & magnitudine, quam acquirunt alia corpora humana in vteris maternis per illos dies vt ſuprà, ſi enim in inſtanti ſuæ Animationis haberet tantã quantitatem, quã tam habent cætera corpora, quando animantur fuiſſet neceſſarium quod totus Sãguis Virginis congregaretur in Matrice, &

fortè, neque totus ſufficeret; hoc autem ſine detrimento ſalutis, & vitæ eiuſdem Virginis fieri non poterat ſine miraculo; Cum ergo ſine neceſſitate non ſint ponenda Miracula dicendum eſt, quod Corpus Chriſti fuit minimum in ſua animatione, vt ſic magis commendaret Charitatem ſuam, qui voluit non ſolùm fieri homo; ſed & minimus homo, ſequitur ſecundò, quod Chriſtus poſt Animationem plures menſes manſit incluſus in vtero Matris, quam cæteri homines communiter ſolent manere, patet quia fuit animatus in inſtanti Conceptionis prolatis illis Verbis Virginis, ecce Ancilla Domini, &c. atque adeò per nouem Menſes fuit homo, & clauſus in vtero Virginis; Cæteri autem homines, qui non ſunt homines, vſque ad animationem ſunt, tantùm in vtero Matris per ſeptem Menſes, & dimidium, & fæmina per ſex Menſes, propter hoc tamen non eſt dicendum, quod Chriſtus miraculosè manſit, tot Menſes in vtero Matris, ſed naturaliter nam vt legitur, lib. 7. de naturali Hiſtoria, cap. 5. per decem, & plures menſes, ſolent aliquando fæminæ immorari in emiſſione fætus, & Salomon, Sap. 7. innuit per decem Menſes ipſum fuiſſe in vtero Matris, & etiam quia in illis diebus; quibus ſolet proles Maſculina Organizari in aliqua grandiori quantitate Corpus Chriſti fuit augmentum, & creuit vſque ad illam quantitatem, quam habuiſſet ſi vſque ad illos dies non fuiſſet Corpus animatum.

20 Sequitur tertiò, quod ſicut in quolibet Animali ſunt duæ formæ ſubſtantiales, vna alteri ſubordinata nempè forma corporeitatis ſiue Organica, altera animaſtica, ita & in Chriſto duæ reperiebantur huiuſmodi formæ ſubſtantiales; aliter non poſſet ſaluari identitas Corporis Chriſti viui, & mortui, & tamen Corpus Chriſti viuum, & mortuum erat idem numero, nam in Euangelico textu, vbi eſt Sermo de Corpore Chriſti ſemper vocatur illud, quod depoſitum eſt de Cruce, & iacuit in ſepulchro triduo, at Corpus Chriſti non eſt materia ſola nec materia cum noua forma Cadaueris, igitur erat Corpus per eandem formam, per quam erat viuum; Confirmatur per D. Damaſcenum dicentem, verbum quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, ſed aſſumpſit Corpus viuum, ergo non dimiſit illud mortuum, ergo ſub eadem forma, ſine qua non potuiſſet eſſe idem Corpus aſſumptum, & non dimiſſum, quia ſecundum oppoſitam opinionem, non remanſit aliqua forma, quæ præfuit in corpore viuo, ſed alia fuit producta de nouo, ergo totum compoſitum reſultans ex materia prima, & forma de nouo producta non habebat idem eſſe, nec eandem vnitatem, quam habebat dum erat viuum, quia ex alia materia, & ex alia forma neceſſariò ſequitur alia, & alia vnio.

20 Dices; Ratione eiuſdem materiæ, quæ manet ſub diuerſis formis, & ratione eiuſdem Hypoſtaſis, erit idem numero Corpus; Contra & primò quantum ad primam reſponſionem impugnatur, quia cum ex igne generatur aer certum eſt, quod eadem materia eſt in igne, & in aere genito, & tamen non conceditur, quod ignis, & aer ſint idem numero, ſi igitur ex identitate Materiæ dicitur idem, ſequitur quod non maiorem identitatem haberet Corpus Chriſti mortuum, & viuum, quam ignis corruptus, & aer ex eo generatus; Quantum etiam ad ſecundam impugnatur ſcilicet, quod ex ratione Hypoſtaſis Diuinæ, non potuit dici Corpus viuum, & mortuum idem ſimpliciter, ideſt quod ex vnitate hypoſtaſis non poſſit inferri vnitas, & identitas Corporis viui, & mortui, quia tunc quæ ſunt diuerſa ſimpliciter ſecundum formas ſpecificas poſſent eſſe eadem numero ſimpliciter, quia Verbum poterat etiam naturam Leonis accipere, & ſi Hypoſtaſis cauſat vnitatem, & identitatem ſimpliciter, natura hominis, & Leonis in Verbo eſſent idem numero, quia haberent eandem hypoſtaſim; ſtat igitur veritas quod in Corpore Chriſti viuo erant

duæ

duæ formæ ſubſtantiales, nempè Organica, ſiue corporea, & Intellectiua, qua recedente per mortem manſit forma Organica, qua fuit perfectiſſima Organizatum Diuina virtute, cuius immediata opera ſunt perfectiſſima, quæ perfectio non ſolùm relucebat exterius, qua Chriſtus dicebatur ſpecioſus forma præ filijs hominum, ſed etiam interius ideò dicitur habuiſſe perfectiſſimum temperamentum ad pondus.

22 In Chriſti corpore non fuit fomes, nec aliquis motus inordinatus, quia in eo non fuit peccatum Originale, aut actuale, ideò non fuit decimatus in lumbis Abrahæ, quia vt dicit D. Auguſtinus, lib. 10. ſuper Geneſim, cap. 19. Ille in Abraham decimabatur, qui curabatur, quia ergo non indigebat curatione non decimabatur; ſic illæ, &c. Corpus Chriſti fuit paſſibile, & corruptibile corruptione, ſiue paſſibilitate pro humanis paſſionibus. Chriſtus enim fuit verus homo mortalis vereque ſitim, famem clauorum perforationem, ac mortem pro nobis ſuſtinuit, etiam corruptione, ſiue poſſibilitate ſumpta pro reſolutione in elementa ſimpliciter, & abſolutè loquendo Corpus tamen Chriſti fuiſſet à corruptione ſeu putrefactione præſeruatum, & iam reſurrectione non accelerata non virtute vnionis ad Verbum, nec Beatitudinis, quæ miraculosè impediebatur redundaret in Corpus, ſed nouo miraculo, quo impediebatur actio Cauſarum ſecundarum inferiorum; Quia ex quo illud corpus ſecundum ſe erat reſolubile, illa reſolutio impediri non potuit, niſi per miraculum non per antiquum, ſicut nec per illud fuit impedita paſſio, & mors ex quo illud Corpus paſſibile aſſumptum eſt; ergo per nouum; Confirmatur, ſi verbum Diuinum impediuiſſet paſſionem, circa ſuum corpus, ita quod nec lancea, nec flagella illud læſiſſent, id neceſſariò factum fuiſſet nouo Miraculo, ex quo per antiquum non fuit prohibitum, ſiquidem illo antiquo exiſtente paſſum eſt illud corpus, ergo ſimiliter ſi prohibuiſſet ſicut prohibuit reſolutionem ſui Corporis, ex quo ex ſe fuit reſolubile, id factum fuiſſet nouo miraculo non antiquo.

De Anima Chriſti, & Intellectu eius cum ſuis prærogatiuis. Art. 2.

1 POſtquam in præcedenti articulo actum eſt de Conceptione, & Organizatione Corporis Chriſti in hoc agendum eſt de eius Anima rationali, quæ cum ſit eiuſdem naturæ ſpecificæ, cum alijs huiuſmodi Animabus aliorum hominum, ſi ſpectetur in ſua quidditate naturali ſecluſis gratijs, donis, & priuilegijs nihil vltra dicta ſuperius in varijs locis maximè in 4. libro de Animabus Adami, & Euæ, dicendum putamus, ſed ea præſuponendo ad alia tranſire iudicauimus vtilius, & in primis referre Hæreſim, non nullorum antiquorum Hæreticorum maxima Arianorum, qui concedebant à Verbo ſuſceptam fuiſſe Carnem, Animam tamen non fuiſſe aſſumptam, vt meminit D. Auguſtinus hæreſi 49. cum quibus conueniebat Apollinaris; Quæ hæreſis primò impugnatur Sacra Scriptura, nam Matth. 26. dicit Chriſtus triſtis eſt Anima mea, &c. & Ioan. 10. ego pono Animam meam, &c. & in Concilio Calcedonenſi, act. 5. hæc veritas hoc modo definitur. Rationalem Animam perfectam aſſumpſiſſe Verbum Diuinum, ſalua omni eius proprietate, & per omnia nobis, ſimilem abſque peccato. Item in 6. Synodo, act. 11. vbi decernitur aſſumpſiſſe Verbum Animam rationalem Animabus noſtris contribulem, & Mentem noſtræ Menti comparem; Dicendum igitur Verbum Diuinum aſſumpſiſſe Animam rationalem Chriſti in eodem inſtanti temporis, in quo à Deo Creata eſt, & infuſa corpori eiuſdem Organizato, & formato.

2 Hæc Anima tres habuit, & habet tres potentias memoriam, Intellectum, & voluntatem, quæ prorumpunt, & exeunt in ſuos actus, & operationem ſecundùm

earum exigentiam; Ita quod ſicut in Chriſto credimus firmiter eſſe duas naturas intellectuales Diuinam vnum, alteram humanam, ita pariter confitemur duplices eſſe potentias duas memorias, duos Intellectus, & duas voluntates, ſic definiuit Agatho Papa, in Epiſtola Synodali, quæ refertur in 6. Synodo act. 4. & in 8. recipitur his Verbis confitemur in Chriſto omnia duplicia, quæ ad naturas pertinent duas naturas eius prædicamus, & vnamquamque proprietates naturales habere Diuinam omnia; quæ Diuina humanam quæ humana ſunt abſque peccato. Pro nunc naturam Diuinam, cum ſuis Diuinis veneramur cum ſilentio; Ad humanam accedimus, agendo in hoc articulo de eius Intellectu, & operationibus eius; & in primis remouenda eſt adeò omnis obſcuritas, cum Chriſtus fuit lux mundi illuminans omnem hominem venientem in hunc Mundum; Dicamus ergo quod in intellectu Chriſti non fuit actus fidei, quo nos aſſentimur rebus non viſis, iuxta illud ad Hebr. 11. fides eſt argumentum non apparentium, quia Chriſtus videbat clariſſimè omnia, quæ creduntur ab alijs, quia Chriſtus ab inſtanti, ſuæ Conceptionis fuit beatus beatifica viſione, qua clariſſimè videbat eſſentiam Diuinam, & omnia obiecta ſecundaria.

3 Chriſtus non habuit habitum fidei habitus enim dantur propter actus, ſed actus ei non conueniebat, ergo nec habitus. Item deficiente obiecto formali alicuius habitus deficit ipſe habitus, ſed obiectum formale fidei includit obſcuritatem, quia debet eſſe non viſum; Hæc autem ratio non poterat eſſe in Chriſto, qui habebat claram viſionem, ergo non poterat habere habitum fidei, & quamuis non habuit actum, & habitum fidei habuit tamen affectum ipſum benè diſpoſitum ad illammet honeſtatem, quæ eſt in credendo, & ad obediendum fidei ſi oporteret; vel ſi Deus illum in tali ſtatu conſtitueret, atque adeò ſecundùm Thomiſtas dici poteſt, quod licet in intellectu non habitum fidei non habuit, in voluntate tamen habuit illum habitum, quem ponunt in voluntate, vt benè diſpoſita ſit ad obediendum fidei ſi neceſſe eſſet; Cæterum iuxtà Doctrinam Doctoris ſubtilis dicere poſſumus, quod voluntas Chriſti taliter erat apud Deum affecta, & Diuinæ voluntati conformis, quod licet prædictum habitum non haberet, nullatenus tamen renueret, ſed promptiſſimè obediret, & intellectui imperaret actum credendi ſi ſtatus poſtularet; poteſt enim aliquis (etiamſi nunquam opus aliquod executurus ſit) habere affectum benè diſpoſitum ad honeſtè exercendum illud opus ſi oporteret; quia ergo Chriſtus habuit hanc diſpoſitionem, & promptitudinem voluntatis, ad obediendum fidei, ſi neceſſe eſt ideò dicimus quod licèt in Chriſto non fuerit fides, fuit tamen ex parte voluntatis quicquid ad obedientiam, vel meritum fidei pertinet.

4 Seuerinus Boetius, lib. de Duabus naturis, & vna Perſona Chriſti dicit quod Chriſtus accepit aliquid à triplici ſtatu humani generis; vnus ſtatus Innocentiæ, qui debebatur Adæ, ſi ſtetiſſet ſcilicet Beatitudinis in præmium alius fuit ſtatus, in quo erat dum erat in Paradiſo terreſtri, ideſt ſtatus innocentiæ, ſecundùm quem ſtatum debebatur ei ſcientia, quæ debetur naturæ integræ, & perfectæ; Alius fuit ſtatus poſt lapſum ſecundum quem, ſtatum habuit ſcientiam experimentalem; à primò ſtatu habuit Chriſtus ſcientiam comprehenſoris (Lato vocabulo non propriè) quia ad comprehenſionem propriè dictam tres conditiones neceſſario requiruntur; Prima, vt id quod comprehenditur, ita videatur vt nihil omninò eorum, quæ in ipſo ſunt comprehenſorem lateant; Secunda, vt id oriatur ex vi, & intrinſeca ratione notitiæ, ſiue perfectione, aut virtute actus intelligendi, non autem ab aliquo extrinſeco, ſiue reuelatione, aut ſuperiori lumine; Tertia vt actiuitas

Intel-

Intellectus, & cognitio commenſuretur, & adæquetur cognitioni aptitudinali, ſiue cognoſcibilitate obiecti; Ideò intellectus humanus Chriſti, cum ſit finitus, & limitatus non poteſt compræhendere Diuinam eſſentiam, quæ eſt obiectum infinitæ intelligibilitatis; à ſecundo ſtatu habuit ſcientiam naturæ integræ, & perfectæ, ſcientiã experientiæ habuit à tertiò ſtatu.

5 A prima incipiendo dicendum eſt; De facto intellectum Animæ Chriſti perfectiſſimè viſione Verbi poſſibili Creaturæ perfici, & ornari, Probatur ex Iſidoro, lib. de ſummo bono, cap. 3. dicente Trinitas ſibi ſoli nota eſt, & homini aſſumpto; Huius dicti prima pars, ſic intelligitur. Trinitas ſiue Deus Trinus, & vnus eſt ſibi ſoli naturaliter notus; Secunda pars non debet intelligi, quod Deus, & Trinitas ſit homini aſſumpto naturaliter nota, ſed ſupernaturaliter; nec debet intelligi de qualibet notitia, ſeu viſione, quia etiam alijs Sancti Beati vident Diuinitatem, & Trinitatem, loquitur ergo de ſumma, & perfectiſſima viſione, quæ ſoli Homini aſſumpto conuenit; Viſio autem perfectiſſima poteſt dupliciter, accipi vno modo poſitiuè, alio modo negatiuè; poſitiuè illud dicitur perfectiſſimum, quod eſt omni alio perfectius, negatiuè verò id perfectiſſimum appellatur, quo perfectius reperiri non poteſt; & in hac ſecunda ſignificatione, ſumitur perfectiſſimum in propoſito; Hinc ſequitur viſionem Chriſti fuiſſe perfectiorem quacumque viſione hominum, & Angelorum, non ſolùm ſeiunctim, & diuiſiuè ſumptorum, ſed etiam coniunctim, & copulatiuè, quia tanta eſt viſio, in ipſo quanta eſt gratia habitualis, hæc autem eſt ſumma in Chriſto, & perfectiſſima ergo, & viſio, vide Doctorem ſubtilem de viſione in 3. d. 14. per totam, & de gratia, diſt. 13. per totam.

6 Quæ, vt amplius intelligantur; Notandum eſt, quod viſio eſt duplex, alia ſenſitiua, quæ recipitur in aliquo, quod eſt compoſitum, ex corpore, & Anima; alia eſt intellectiua, quæ recipitur in ipſamet potentia intellectiua; & hæc eſt duplex, ſcilicet abſtractiua, & intellectiua, abſtractiua eſt de re non præſente, vt præſens eſt nec exiſtente, vt exiſtens eſt, ſed prout habet eſſe in ſuo rappræſentatiuo, vt cognitio, vel viſio intellectiua roſæ in hyeme; Hinc eſt quod nullus ſenſus exterior, poteſt habere notitiam abſtractiuam, quia nullus ſenſus exterior poteſt cognoſcere obiectum ſuum, per ſpeciem illius in abſentia obiecti, quia viſus non videt, niſi colorem præſentem, nec auditus audit ſonum abſentem, atque ita de alijs. Phantaſia verò poteſt habere notitiam abſtractiuam, hoc patet in ſomniante; ſed potentia intellectiua Excellentiſſimè cognoſcit abſtractiuè, quia cognoſcit obiectum abſens per ſpeciem rappræſentantem, non tantum potentia intellectiua hominis, ſed etiam Angeli maximè dum erant in via, qui tunc habebant ſpecies intelligibiles rappræſentatiuas rerum, & ſpeciem rappræſentantem eſſentiam, vt alibi fusè dictum eſt.

7 Viſio intuitiua eſt de re præſente, vt præſens eſt exiſtente, vt exiſtens eſt, vel in ſe ipſa, vel in aliquo ipſam continente eminenter; ex quo infertur primò, quod de re non præſente, non poteſt haberi intuitiua cognitio, quia de ratione notitiæ intuitiuè eſt, quod ſit de re præſenti; Dixi vel in aliquo continente ipſam eminenter; Quia duplex eſt notitia intellectiua, quædam eſt in genere proprio, & eſt quando intellectus Creatus cognoſcit rem per motionem propriam illius rei, ad eo quod res ipſa exiſtens in ſe præſens; cauſat partialiter ſui cognitionem; alia eſt notitia intellectiua in Verbo, & eſt quando aliquis rem cognoſcit in Diuina eſſentia; quod duobus modis intelligi poteſt priori modo, quod cognoſcatur in Diuina eſſentia, tanquam in obiecto primariò mouente; poſteriori modò, quod cognoſcatur in Diuina eſſentia, tanquam in obiecto primò terminante priori modò, nulla res videtur in eſſentia Diuina, ab

Intellectu Creato, quia eſſentia Diuina non eſt nata mouere niſi Intellectum Diuinum, & hoc præcisè loquendo de eſſentia Diuina prout præſcindit à voluntate. Secundò modo lapis videtur in eſſentia Diuina tanquam in primò obiecto terminante; Duæ enim ſunt in viſione lapidis in Verbo primum eſt eſſentia Diuina, quæ primò terminat viſionem, & lapis ſecundariò, & concomitantur; ſecundum illud quod cauſat viſionem illam, ſcilicet Diuina voluntas, & eſt ſermo hic de viſione Intellectus Creati, ita quod primò Diuina voluntas cauſat viſionem lapidis in Intellecto Creato, ſecũdò lapis quatenus relucet in Diuina eſſentia terminat viſionem.

8 Hæc viſio Animæ Chriſti, non ſolùm ſe extendit ad exiſtentia, & futura, ſed etiam ad poſſibilia, quia Intellectus Animæ Chriſti in Verbo poteſt cognoſcere aliquod poſſibile nunquam fiendum, ergo non præcisè ponitur ei terminus in cognitione exiſtentium, & futurorum; Antecedens patet quia, & alij beati poſſunt videre Deum poſſe Creare, aliquid quod numquam creabit; Vlterius ſi Anima Chriſti videt aliquod poſſibile, qua ratione videt vnum poteſt videre aliud probabile eſt, quod Anima Chriſti videat in Verbo, omnia quæ videt Verbum actualiter etiam infinita, quia Intellectus Creatus poteſt recipere infinitas intellectiones ſucceſſiuè, ergo & ſimul, antecedens patet; conſequentia probatur, quia tales intellectiones non ſunt incompoſſibiles adinuicem, & Intellectus eſt omnium capax, ergo ſi vnam poteſt habere, & infinitas: nec ex hoc concluditur Infinitas in Intellectu Creato recipienti, quia illi actus intelligendi non conſtituunt Intellectum Infinitum in ſua entitate ſubſtantiali, ergo etiam ſi infiniti adueniant nihil illi addunt ad propriam entitatem; Probabilius tamen eſt, quod non videat omnia actualiter, tum quia ſequeretur ex eo dari actu infinitum, ſcilicet infinitas intellectiones, tum quia omnis virtus finita actiua debet habere aliquem effectum adæquatum finitum.

9 Probabiliſſimum eſt quod videat omnia habitualiter; quia peruiſionem illam, qua videtur Deus eſt præſtantiſſima Deitas Intellectiui Animæ Chriſti in ratione obiecti, itavt per eam poſſit omnia videre, quæ ſunt in Deo ſequitur quod Intellectus Animæ Chriſti videns Deum videat omnia habitualiter, quæ ſunt in ipſo; Probabile eſt Animam Chriſti poſſe habere vnum actum viſionis, quo & Deum ipſum, & omnia in Deo videat; Probatur Deus viſus eſt, ratio videndi creaturas, ita vt ex viſione Dei videantur creaturæ, talis autem viſio ſiue notitia, vna exiſtens fundabit infinitos reſpectus attingentiæ obiectorum, qui reſpectus non omnes ſunt reales, quia nec omnia obiecta, quæ relucent in Deo habent entitatem, ſeu exiſtentiam, & conſequens non ſequitur dari aliquod reale infinitum creatum; ſi Intellectus. Animæ Chriſti conſideretur ſecundùm, quod eſt præcisè receptiuus viſionis ſupremæ Verbi, ſeu eſſentiæ Diuinæ non indiget aliqua forma priùs in eo reperta ipſum perficiente ad receptionem viſionis, nec lumine gloriæ; Ita Doctor ſubtilis in 3. diſt. 14. q. 2. & q. 1. Probatur prima pars potentia paſſiua immediatè perficitur ab illo actu reſpectu cuius eſt immediatè in potentia, at Intellectus eſt immediatè in potentia ad viſionem Beatificam, ergo immediatè perficitur per illam viſionem; probatur minor, quia ad alias operationes ſuas Intellectus eſt impotentia immediata, ergo ſimiliter ad perfectiſſimam operationem qualis eſt viſio beatifica.

10 Probatur ſecunda pars, ſcilicet quod Intellectus Animæ Chriſti conſideratus, vt receptiuus viſionis ſupremæ Verbi Diuini, ſeu Diuinæ eſſentiæ non indiget lumine gloriæ ad eandem viſionem recipiendam, quia Anima Chriſti poſſet recipere, primò & immediatè viſionem Verbi, quin prius perficiatur aliquo lumine tanquam forma abſoluta à viſione, nam ex priori parte manet oſtenſum nullam formam abſolutam ad id eſſe neceſſariò requiſitam, idem prorſus concluditur de lumi-

lumine gloriæ, vt forma abſoluta; Præterea viſio eſt lumen perfectum, ergo non eſt neceſſarium aliud lumen, quod ſi daretur eſſe formam abſolutam haberet rationem habitus, ſed habitus non eſt neceſſarius ad receptionem actus ſecundi, ergo nec illud lumen; Probatur minor, quia habitus non diſponit potentiam ad receptionem actus; quia actus eſt prius natus recipi in potentia quam habitus; ſiquidem actus eſt cauſa habitus, atque adeò eſt in potentia, prior naturaliter habitu; nec obſtat dicere habitum concurrere cum potentia partialiter ad productionem actus, ergo habitus eſt prior naturaliter actu, quamuis concedatur de aliquibus actibus in particulari, negatur tamen de actu in ſe.

11 Licet ad hoc quod Intellectus recipiat viſionem non ſit ſimpliciter neceſſarium lumen gloriæ de potentia Dei abſoluta, priùs perficiens Intellectum eſt tamen congruum, & de potentia Dei ordinata neceſſarium; nam ſi Intellectus poteſt recipere duas perfectiones ordinatas, congruum eſt, vt ordinatè illis perficiatur recipiendo; primùm illam quæ ſe habet vt actus primus, quam illa quæ ſe habet vt actus ſecundus, ſed huiuſmodi ſunt lumen gloriæ, & viſio Beatifica reſpectu Intellectus creati, ergo congruum vt prius illud recipiat, quam viſionem beatificam, ex hoc ſequitur veritas opinionis Scoti, dum dicit non eſſe neceſſarium lumen gloriæ ad recipiendam gloriam de potentia Dei abſoluta, & non ordinaria; ordinariè enim ſemper præcedit lumen gloriæ ad viſionem beatificam; ſuppoſito quod ad viſionem beatificam de facto tres cauſæ partiales concurrunt; ideſt obiectum beatificum, lumen gloriæ, & Intellectus, & quod non ſit neceſſaria connexio iſtarum Cauſarum ad producendam viſionem beatificam Intellectus Creatus conſideratus, vt actiuus de potentia Dei abſoluta poteſt efficere cum obiecto, ſine lumine gloriæ viſionem Beatificam ſupplente Deo actionem luminis, ſecus ſi connexio talium cauſarum eſſet neceſſaria, atque ita patet quomodo Scotus concedat, & neget lumen gloriæ, quod eius aduerſarij aduertere, quia ſic ceſſaret eorum iniuſtus pruritus ad eum labefactandum; ſed nihil officiunt.

12 Poſito quod lumen gloriæ effectiuè concurrat cum potentia Intellectiua ad viſionem Dei efficiendam, dubium eſt an melior potentia intellectiua, cum æquali lumine gloriæ claries Diuinam eſſentiam intueatur; Multi Thomiſtæ negant, vt Medina 3.p.q.10. art.5. Franciſcus Suarez tom.1.q.10.art.4.& plures alij, qui dicunt quod Angelus habens æquale lumen gloriæ, cum infimo Beato non habet maiorem beatitudinem, ob id quod habeat perfectiorem Intellectum, immò minimus Intellectus perfectius videbit Deum, ſi perfectiori lumine fuerit illuſtratus, & volunt claritatem viſionis Dei ſumendam eſſe ſolùm ex lumine gloriæ, ſine aliqua habitudine ad naturalia è contra Scotus in 3. diſt. 14. q.1. tenet cum alijs oppoſitam ſententiam, quæ ſic poteſt confirmari; Ad viſionem Beatificam concurrit efficienter, non ſolùm lumen gloriæ, ſed etiam Intellectus, ipſe influens per ſeipſum immediatè ad viſionem, tanquam Cauſa partialis vnius integræ Cauſæ, ergo quo maior fuerit vis Intellectus partialiter influentis, eo maior erit viſio, conſequentia patet, quia quantitas actionis, ſiue effectus attenditur penes quantitatem totius Cauſæ, ſi Cauſa ſit naturalis, & agat ſecundum vltimum ſuæ potentiæ, quia tantum dat ſuo effectui, quantum virtutis habet in ſe.

13 Vnde pro clariori Intelligentia; notandum eſt, quod Intellectus, Beati non tantum ſe habet paſſiuè ad viſionem, ſed etiam actiuè, ita quod peculiari, & proprio influxu immediatè agit in viſionem, ex Scoto in 4. diſt.49.q.11. & alibi, ſæpè alias, neque viſio beatifica eſſet operatio vitalis, neque per eam poſſet dici Intellectum videre, niſi denominatiuè; Non enim ſe habet Intellectus ad viſionem Beatificam, quemadmodum aqua calida, vel ferrum candens ad calefacere; Nam

aqua calida, aut ferrum candens nullum habent influxum proprium ad calefaciendum, vel ad inflammandum ſtuppam, ſed ſolùm calor ſit qui influit, & qui eſt tota virtus illorum effectuum; aqua verò, & ferrum tanquam ſubiecta, quæ in ſe habent, & ſuſtinent vim illam agendi, qua mediante dicuntur illos effectus producere; ſi autem ſic ſe haberet Intellectus reſpectu luminis gloriæ, ad viſionem Diuinam, ſic quod tota ratio eliciendi viſionem Diuinam eſſet lumen gloriæ, proculdubiò verum eſſet, quod maior vis Intellectus; nihil conduceret ad melius videndum Deum, eo quod vis ipſa Intellectus, non influeret in viſionem, ſed ſolùm lumen gloriæ, tanquam tota virtus, & Intellectus ſolum tanquam ſubiectum illius, at res in propoſito non ita ſe habet, ſed ſicut dicit Doctor ſubtilis, loco citato.

14 Præter viſionem Beatificam, quæ eſt cognitio intuitiua, in qua conſiſtit Beatitudo Animæ Chriſti, ponenda eſt in Intellectu Animæ Chriſti ſcientia abſtracta infuſa, quam habuit in primò inſtanti Conceptionis; quia ſicut ſe habet gratia ad voluntatem, ſic ſcientia ad Intellectum, ſed in Chriſto ab inſtanti ſuæ Conceptionis fuit plenitudo gratiæ, perficiens voluntatem, non ſolùm quoad actus Patriæ, ſed etiam quoad actus viæ, ergo in Chriſto fuit plenitudo ſcientiæ; Perficiens Intellectum eius, non ſolùm quoad actum Patriæ, qui eſt viſio beata, ſed etiam quoad actum viæ, qui eſt cognitio abſtractiua in genere proprio, hanc igitur habuit Chriſtus pro toto tempore viæ, & per conſequens illa fuit infuſa in inſtanti ſuæ Conceptionis; Nec ſcientia Chriſti infuſa fuit ſupernaturalis in ordine ad agens, quia eſt de his, quæ naturaliter aquiri non poſſit, per ordinem verò ad ſubiectum fuit naturalis, quia Intellectus, quamcumque notitiam, etiam ab Agente ſupernaturali infuſam naturaliter recipit. Ita Scotus quæſt. 1. Prol. contra, D. Thomam, & Thomiſtas, qui docent eſſe ſupernaturalem, etiam quo ad inhæſionem, vbi per inhæſionem intelligunt receptionem, quod vt ex ſupradictis patet falſum eſt; Per hanc ſcientiam infuſam nouit Chriſtus omnium rerum quidditates, quia potuit cognoſcere, omnia ergo illa potentia debuit reduci ad actum; alias eſſet imperfecta, eo vel maximè quia in Chriſto perfectè tria reperiuntur, quæ neceſſaria ſunt ad cognitionem alicuius veritatis; Primum ſpecies intelligibiles, quæ ſunt rerum Intelligibilium naturalis ſimilitudines rappreſentantes Intellectui obiecta, & vnientes illa cum potentia Intellectiua; Secundùm eſt virtus potentiæ Intellectiuæ; Tertium eſt lumen ſiue naturale, ſiue ſupernaturale, vt elicere poſſit Intellectionem obiectorum naturalium, & ſupernaturalium.

15 Chriſtus per hanc ſcientiam infuſam cognouit omnes res naturales, quas Angeli poſſunt cognoſcere per ſpecies illis infuſas. Ita D. Thomas 3. p. q. 11. art. 2. decens enim erat, quod Anima Chriſti, non ſolùm in Verbo, ſed etiam in proprio genere, altiori modo cognoſceret omnes res naturales, quam ipſi Angeli, ſi autem per ſolam ſcientiam aquiſitam illas cognouiſſet, habuiſſet imperfectiorem ipſarum cognitionem, quia Intellectus Animæ Chriſti naturaliter eſt imperfectior, Intellectu Angelico, ſed ſcientia infuſa data eſt Intellectui Animæ Chriſti à Deo non vt authore naturæ, ſed vt Authore gratiæ beatitudinis, & vnionis hypoſtaticæ, & vt ornamento talis Animæ, & vt Doctori, non ſolùm hominum, ſed etiam Angelorum, ergo decentiſſimum erat, & quodammodo neceſſarium, vt eius ſcientia eſſet perfectior ſcientia Angelorum; Immò Intellectus Animæ Chriſti à principio ſuæ Conceptionis habuit omnes habitus perfectos ſcientiarum aquiſibilium naturaliter, quia fuerunt ſibi infuſæ ſpecies ad tales ſcientias neceſſariæ; Eſt communis ferè omnium Doctorum, & ipſius ſubtilis; Nam Anima Chriſti potuit à Principio ſuæ Creationis, vti ratione non tantùm in ſupernaturalibus actibus, ſed etiam in naturalibus; non enim habebat impedimenta ſicut paruuli infantes.

16 Inſu-

16 Inſuper per hanc ſcientiam infuſam cognouit Chriſtus omnia ſingularia, tam materialia, quam immaterialia, quia ſibi datæ fuerunt ſpecies, hæc omnia rappræſentantes, & lumen, quo poſſet omnia cognoſcere, ergo &c. Item quia cognoſcere ſingularia pertinet ad perfectionem prudentiæ, ſed Anima Chriſti habuit perfectam prudentiam, ergo habuit perfectam cognitionem ſingularium; Item per hanc ſcientiam Anima Chriſti cognouit cogitationes cordium, & actus liberos exiſtentes eſt D. Thomæ loco cit. & eſt communis Theologorum in 3. diſt. 14. nam Chriſtus reuelauit hominibus eorum cogitationes, ergo cognoſcebat illas non tantum ſecundum cognitionem beatificam, ſed etiam per hanc infuſam, qua vt viator fuit perfectiſſimè diſpoſitus ad docendam, & confirmandam fidem; vnum autem teſtimonium, quo ille confirmauit fuit reuelatio cogitationum cordium; & confirmatur, quia huiuſmodi cogitationum cognitio maximè ſpectat ad Chriſti dignitatem, & ad munus ſupremi Iudicis, qui de his cogitationibus potiſſimum iudicaturus eſt; Immò per eandem ſcientiam infuſam Anima Chriſti cognouit futura contingentia, & actus liberos futuros. Ita D. Thomas loco cit. & Scotus in 3. diſt. 14. q. 3. & probari poteſt ſicut præcedens, eſt enim neceſſaria hæc ſcientia ad perfectiſſimam prouidentiam Animæ Chriſti; pertinet etiam ad conſummatum, & perfectiſſimum donum profetiæ, atque ad exercendum munus Doctoris, & ita Chriſtus vſus eſt hoc dono prædicendi futura.

17 Vlterius per hanc ſcientiam Chriſtus cognouit res Creatas ſpirituales, ita communiter omnes Theologi, quia iſtæ res ſunt finitæ perfectionis, & ſunt rappræſentabiles Intellectui Chriſti, per ſpecies Creatas eiuſdem ordinis, ergo poſſunt lumine finito eiuſdem ordinis clarè cognoſci, ergo potuit communicari Animæ Chriſti huiuſmodi ſcientia harum rerum, ergo communicata eſt, quia decuit vt hæc omnia perfectè cognoſceret, non tantum viſione beata, ſed etiam in proprio genere; & cum ſit Auctor gratiæ, & miſteriorum ſupernaturalium debuit habere ſcientiam eorum perfectam; Hinc ſequitur pariter cognouiſſe, & cognoſcere omnes habitus ſupernaturales, quibus iuſtificamur, viſionem beatificam aliorum beatorum, ſcilicet Angelorum per proprias ſpecies; Item Anima Chriſti per hanc ſcientiam cognouit Deum in quantum eſt vnus, & omnia eius attributa eſſentialia à poſteriori, quatenus ſcilicet per Creaturas cognoſci poterat, quia Deus per effectus cognoſcitur, & quanto perfectiores effectus Dei ſunt, & perfectius cognoſcuntur tanto ipſe Deus, vt ſic perfectius cognoſcitur; ſed Chriſtus per hanc ſcientiam perfectiſſimos effectus Dei perfectiſſimè cognouit ergo.

18 Immò per hanc ſcientiam affirmare poſſumus Chriſtum cognouiſſe Deum Trinum, & vnum non cognitione quidditatiua, & euidenti ſicut cognitione beata, ſed magis diſtinctè, & expreſsè quam per fidem cognoſcitur; quia inconueniens videtur dicere cognitionem Dei, quam Chriſtus habuit extra Verbum, & vt erat viator fuiſſe minus perfectam (ſaltem ex parte obiecti, & quo ad ea quæ Deo cognoſcit) quam eſt fides noſtra; Hæc autem veritas, quamuis ſit difficilis explicatu facilis tamen eſt Intellectu in ſententia Scoti, in 2. diſt. 3. q. 9. tenentis poſſe dari ſpeciem Diuinitatis rappræſentantem eſſentiam Dei, immò & aſſerentis huiuſmodi ſpeciem de facto fuiſſe datam Angelis in prima eorum Creatione, immò & alijs; multò ergo magis rationi conſonum eſt, quod talis ſpecies Diuinitatis rappræſentans ipſum Deum trinum, & vnum data ſit Chriſto Domino; Non impediebatur Chriſti Anima, per ſcientiã Beatam, quominus poſſet actum huius ſcientiæ, circa eaſdem res exercere, quia alias non cognoſceret per ſcientiam Beatam eaſdem res quas per hanc ſcientiam cognouit, quod eſt falſum, vel in eaſdem cognouit non poſſet vti hac ſcientia, niſi mutando, vel auertendo

tendo conſiderationem ſcientiæ beatæ, quod eſſet contra debitum ordinem relinquere ſcientiamDiuinam propter vſum interioris ſcientiæ; Secundò probatur, quia actus harum ſcientiarum procedunt ex diuerſis principijs; Hæc enim ſcientia ex ſpeciebus intelligibilibus infuſis, & in lumine diuerſo à Lumine gloriæ,procedit ergo non impedit aliam.

19 Præterea ponitur in Anima Chriſti huiuſmodi ſcientia, vt cognoſcat res omnibus modis,quibus Intellectus poteſt cognoſcere, & vt cognoſcat modò proportionato,& conuenienti ſuæ naturæ, quia cognitio in Verbo eſt ſupra naturam Creatam cognitio verò per ſpecies Intelligibiles infuſas eſt ſecundum naturam Intellectus noſtri; Anima Chriſti potuit ſemper, & à principio ſuæ Creationis habere actualem conſiderationem huius ſcientiæ, ſine impedimento ſenſuum, vel corporis corruptibilis,quia in operatione huius ſcientiæ,non indigebat conuerſione ad phantaſmata, vt probat D. Thomas 3. p. q. 11. art. 2. atque ita licèt in ætate infantili,non eſſent apta, & diſpoſita Organa ad ſeruiendum operibus rationis; hoc eſt verum in operibus, quæ præexigunt illos ſenſus. In operibus verò huius ſcientiæ,illis non indigebat, ergo & quod illis non indigeret, patet, quia licet Anima Chriſti informaret Corpus corruptibile erat tamen beata, atque adeò denominabatur corpori, ita vt in ſuis actibus, & operationibus ſpiritualibus non impediretur; Hæc eſt enim perfectio ſpectans ad perfectionem Animæ beatæ; Vnde licet Chriſtus caruerit perfectionibus ſtatus beatifici,quæ ad corpus pertinét,& repugnant cum conditione Corporis paſſibilis,retinuit tamen illas, quæ ad Animam ſpectant qualis eſt illa, quam modo diximus.

20 Viſum eſt Animam Chriſti Domini ab inſtanti ſuæ Creationis fuiſſe inſignitum ſcientia beatifica, & infuſa, nunc videndum eſt ipſum ſcientia aquiſita experimentali pariter decoratum,& ornatum, vt oſtendatur ad miraculum ſcientiſſimus ſapientiſſimus, & prudentiſſimus; & ſimul patefiat impudentia Hæreticorum, tam Antiquorum, quam recentiorum, qui quamuis loti Baptiſmate,& nomine Chriſtiano indigniſſimè inſigniti auſi ſunt ora impudenter relaxare contra Dominum vniuerſalem, & potiſſimè Chriſtianorum, & dicere Ieſum Chriſtum ignorantem,& inſcientem fuiſſe. Ita Gnoſtici teſte Iræneo cap. 17. & Agnoitæ teſte Gregorio Magno lib. 8. Epiſt. 42. Iſidoro lib. 8. Ethimol. & Nicephoro lib. 18. cap. 59. Ariani teſte Athanaſio, Orat. 4. contra Arianos,& Ambroſio de fide lib. 5. cap. 8. Lutherus Concione in Natali Domini, & in Marci Euang. cap. 13. Caluinus in pluribus locis; contra quos clamant primò Diſcipuli Chriſti eidem dicentes nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non eſt opus, vt quis te interroget, deinde totus Cætus Eccleſiæ Catholicæ; & nobis ſatis ſit eorum petulantiam indicaſſe, quæ ſatis eos confundit nedum confutat eorum hæreſim; quam ſi quis vellet tueri,nihil aliud mereretur niſi præciſionem totius linguæ.

21 Sed reuertamur ad ſcientiam experimentalem Chriſti pro cuius intelligentia,notandum eſt,quod ſcientia dupliciter poteſt dici aquiſita, vno modo ſecundùm naturam, & ſimul ſecundum modum habendi, alio modo ſecundum naturam tantum quamuis modus, quo habetur ſit per infuſionem ſcientia aquiſita; primò modo eſt quæ ex natura ſua eſt aquiſibilis virtute Intellectus agentis, aquiſita verò ſecundò modo eſt, quæ quamuis ex natura ſua ſit aquiſibilis virtute Intellectus agentis, tamen de facto non fuit ſic aquiſita,ſed infuſa à Deo, vt ſcientia Adæ, & Salomonis, quæ eiuſdem rationis eſt cum ſcientia noſtra; Illi tamen habuerunt per infuſionem à Deo, nos autem habemus noſtro labore, & lumine naturali Intellectus Agentis aquirimus; Secundò notandum, quod ſcientia, quæ ſecundum naturam, & habendi modum eſt aquiſita dicitur experimentalis, quia colligitur ex rebus per experientiam cognitis; Hæc autem eſt duplex, prima eſt quæcumque cogni-

cognitio ſingularis, ſiue ſenſitiua, ſiue Intellectiua; Secunda eſt habitus ſcientificus, quo iudicamus rem, ita ſe habere in illis, quæ actualiter experimur, & iſte habitus cauſatur ex quadam ratiocinatione comparamus enim indiuidua, quæ cognoſcimus cum his, quæ adhuc non cognoſcimus, de quibus iudicamus ſicut de cognitis, & iſte habitus dicitur experimentum propriè dictum, quod ſic definitur, experimentum eſt multorum ſingularium circa eandem rem cognitio, vel ſic experimentum eſt quædam cognitio, alicuius ſingularis, ſæpè memoria repetiti, qua propter experimentum eſt cognitio ſingularium, vt docet Ariſt. 1. Met.

22 Chriſtus igitur habuit ſcientiam per ſe aquiſitam virtute Intellectus agentis, & poſſibilis. Ita D. Thomas 3. p. q. 9. art. 4. probatur Chriſtus habuit Intellectum agentem, & poſſibilem, quia pertinent ad perfectionem naturæ humanæ, ergo habuit propriam operationem, & per conſequens habuit ſpecies intelligibiles per virtutem Intellectus Agentis productas, & in Intellectu poſſibili receptas, atque ita habuit ſcientiam aquiſitam; Item in Chriſto ponitur ſcientia beata, quæ eſt connaturalis ſoli Deo, & ponitur ſcientia Infuſa, quæ eſt naturalis Angelis, ergo etiam ponenda eſt ſcientia connaturalis naturæ humanæ, qualis eſt aquiſita; Inſuper Chriſtus habuit ſcientiam experimentalem hoc eſt de fide poteſt, quæ intelligi, vel de ſenſuum experimento, ſiue inde noua cognitio in Intellectu generetur, ſiue præexiſtens tantum exerceatur, & quodammodo applicetur ad operandum, ſimul cum ſenſu, & in hoc ſenſu patet eſſe de fide, quia vt dicitur ad Hebr. 5. didicit ex ijs, quæ paſſus eſt obedientiam; quod non eſt intelligendum, ita quod de nouo didicerit obedientiam virtutem, ſed quia illam nouo modo exercuit, & illius effectum expertus eſt, multa enim vidit audiuit guſtauit, & paſſus eſt corporis ſenſibus, vel ſecundo modo intelligi poteſt, ſic quod etiam in Intellectu aquiſierit mediantibus ſenſibus nouam aliquam experimentalem cognitionem, & ſpecies ad illas neceſſarias.

23 Quomodo Intellectus Animæ Chriſti profecerit, & cognouerit cognoſcibilia in genere proprio, plures plura dicunt breuitati ſtudentes paucis explicabimus mentem Scoti, de cuius Doctrina accipe ſequentia; Primum, Intellectus Animæ Chriſti cognouit omnes quidditates in proprio genere abſtractiuè habitualiter, quia habuit ſpecies intelligibiles infuſas omnium quidditatum, atque ita proficere non potuit; Secundum Intellectus Animæ Chriſti cognouit omnia ſingularia abſtractiuè habitualiter improprio genere, quia habuit ſpecies intelligibilis omnium ſingularium, & ſic etiam non potuit proficere; Tertium Intellectus Animæ Chriſti non cognouit omnia actualiter in proprio genere, quia virtus naturalis Intellectus Animæ Chriſti, non poterat ſe extendere ad omnia ſimul, quorum habebat ſpecies, ſed modo cognoſcebat vnum modo aliud; Quartum, Non cognouit omnia in proprio genere notitia intuitiua perfecta habitualiter, quia nulla Creatura etiam ſuprema ab Intellectu eius actualiter intuitiuè cognita continet eminenter, ac virtualiter, omnes alias Creaturas, ita vt illam actualiter cognoſcendo, dicantur omnes aliæ Creaturæ cognitæ in ea habitualiter; Quintum Intellectus Animæ Chriſti notitia intuitiua perfecta, non cognouit actualiter omnia in proprio genere, qua non habebat præſentiam cuiuſcumque obiecti, multa enim obiecta non erant ſibi præſentia; Sextum Intellectus Animæ Chriſti non cognouit omnia notitia intuitiua imperfecta habitualiter in proprio genere, quia multos actus poterat elicere, qui ſpecies intelligibiles in eius Intellectu cauſarent, quibus notitiam intuitiuam imperfectam cauſare, & aquirere potuiſſet, quos tamen non elicuit; Septimum Intellectus Animæ Chriſti notitia intuitiua imperfecta actualia non cognouit omnia, quia cum non habuerit ſpecies omnium actuum, quas habere poterat non recordabatur omnium, quæ

poterat

poterat recordari, & hoc modo proficiebat.

De voluntate Animæ Chriſti, & eius operationibus, & perfectionibus. Art. 3.

1 Dictum eſt huc vſque, & quidem ſatis ſecundùm captum noſtrum de potentia Intellectiua Animæ Chriſti, ideſt de eius Intellectu; In hoc articulo agendum eſt de eius potentia volitiua, ideſt de eius voluntate, & de eius actibus, & perfectionibus, Hæ autem perfectiones generaliter loquendo ſunt duæ, altera eſt intrinſeca, altera extrinſeca; Perfectio intrinſeca voluntatis Chriſti eſt triplex, ſcilicet libertas impeccabilitas, & rectitudo; perfectio verò extrinſeca eſt gratia Diuina; De intrinſeca primò agendum eſt voluntas Chriſti fuit libera, & libertate ſimpliciter quoad exercitium, & ſpecificationem actus circa quæcumque obiecta, quoad libertatem ſimpliciter patet, quia Beatitudo ipſam non tollit beati enim liberè Deum amant, ita & Chriſtus; De libertate quoad ſpecificationem patet, quia potuit velle facere miracula in Iudea non in Galilea; Quicquid Chriſtus abſolutè, & efficaciter volebat fieri per ſeipſum hoc ſemper fuit impletum, quia Chriſtus præſciuit, & præuidit omnia, quæ implere poterat ergo, &c. Non tamen fuit impletum, quicquid volebat fieri per alios, quia Chriſtus abſolutè voluit, & conatus eſt quantum erat in poteſtate ſua humana, vt homines ceſſarent à peccatis, & tamen ſemper hoc non fuit impletum; Quicquid Chriſtus voluit efficaciter, ſemper voluit conformiter Diuinæ voluntati, quia quicquid voluit Chriſtus efficaciter ſemper, ob aliquem finem, qui Deo placeret voluit in ratione volendi, non tamen voluit conformiter Diuinæ voluntati in re quando voluit inefficaciter patet ex illo, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.

2 Voluntas Chriſti non fuit impeccabilis per naturam, pro cuius intelligentia Notandum eſt, quod quis impeccabilis poteſt appellari tribus modis; Primò modo negatiuè tantùm eo modo, quo lapides, & cætera irrationabilia, dicuntur impeccabilia; Secundò modo dicitur impeccabilis, nedum negatiuè, ſed etiam contrariè, eo quod in perpetuum contrariè ad peccatum ſe habet, & ſi hoc ſit per naturam ſolus Deus eſt impeccabilis, ſi autem ſit per habitum, ſic Beati ſunt impeccabiles, & forſitan Deipara Virgo, etiam in via exiſtens, & maximè poſt Conceptum Dei Filium impeccabilis fuit, ſic Deus Chriſtus ſecundum voluntatem humanam fuit impeccabilis; Tertiò modo dicitur impeccabilis, prout impeccabile ſignificat, quod vix peccabile, & hoc modo etiam viator aliquis ex modo loquendi impeccabilis appellatur, quia vix ad peccandum inclinat; Item potentia peccandi eſt duplex remota, & propinqua; potentia remota eſt ipſumet liberum arbitrium Creatum ex natura ſua *vertibile*, & flexibile ad peccatum, niſi aliundè firmetur ad bonum, ſicque Chriſtus, & alij beati habent potentiam remotam peccandi; Potentia propinqua peccandi eſt potentia ordinata ad peccandum, & quam habens ea poteſt exire, & de facto faciliter exit in actum peccandi; Hæc potentia propinqua non eſt concedenda in Chriſto, eo quod peccare non potuit, & talis potentia plenitudinem libertatis diminuit.

3 Cum illa potentia remota peccandi ſe manent in beatis, & in ipſo Ieſu Chriſto pariter Beato relinquitur certiſſimum eundem Chriſtum, & alios Beatos non eſſe ab intrinſeco impeccabiles, ſed ſolùm ab extrinſeco, ideſt Cauſa extrinſecè impediente, ideſt voluntate Dei præueniente illam voluntatem, vt ſemper actum fruendi continuet, & ita nunquam poſſit potentiam ſunt remotam non fruendi, vel peccandi deducere ad actum, ſiquidem nunquam Cauſa ſecunda præuenta à Cauſa ſuperiori agente ad vnum oppoſitum; Si vnio hypoſtatica conſideretur nuda, ſine alijs donis, & gratijs, & natura aſſum-

ptibilis

pœ̃bilis ſimiliter in puris naturalibus ex illis non poteſt reſultare impeccabilitas, quia Verbum Diuinum potuit aſſumere naturam inclinatam ad peccandum, immò actualiter peccatricem ergo; Ideò cum dicitur voluntatem humanam impeccabilem fieri ex vi vnionis non debere excludi omne donum, ſiue Diuinum auxilium, vel Diuinam directionem, & protectionem, qua Deus gubernat, ita voluntatem ſibi vnitam, vt illa ſtante peccare non poſſit, nam ſine aliquo huiuſmodi dono impoſſibile eſt intelligere, quomodo per talem vnionem talis voluntas maneat in bono confirmata.

4 Ex dictis de impeccabilitate voluntatis faciliter poteſt colligi, quid dicendum de rectitudine eiuſdem voluntatis, nam quantam impeccabilitatem obtinet tantam rectitudinem poſſidet in ordine ad operandum. Vnde vt hoc clarius intelligatur notandum eſt rectitudinem, nihil aliud eſſe niſi conformitatem actus, ſeu operationis eiuſdem voluntatis ad rectam rationem; Ita ex Doctore ſubtili, q. 4. Prol. Iſta autem rectitudo eſt duplex alia eſt per eſſentiam, & alia per participationem. Illa dicitur rectitudo per eſſentiam, quæ ineſt, & conuenit intrinſecè alicui voluntati, ſic quod impoſſibile eſt talem voluntatem in ſua operatione obliquari poſſe, & ſic ſola voluntas Diuina, cum ſit prima Regula ſui eſt recta per eſſentiam. Hinc orta eſt probabilitas illius ſententiæ, quæ negat Theologiam in Intellectu Diuino eſſe notitiam practicam, & directiuam ex eo, quia in Deo voluntas non eſt dirigibilis, ſed ſummè directiua, & infinitæ recta; alia rectitudo per participationem conuenit alicui voluntati, dum in operando conformatur iudicio rectæ rationis, ſic quod poteſt non conformari, & deuiare ab illa conformitate, & talis voluntas eſt omnis voluntas Creata; quæ cum ſit finita, & limitata poteſt deficere à tali rectitudine, niſi præueniatur à cauſa ſuperiori impediente talem defectum, & hoc vel ſemper, vt in Ieſu Chriſto, & cæteris beatis, vel ad tempus, vt in hominibus iuſtis viatoribus.

5 Perfectio extrinſeca eſt gratia Chriſti dicta extrinſeca, quia non eſt Animæ Chriſti à natura, & intrinſeca ratio, ſed illi infunditur à Deo, nec gratia hic accipitur pro gratia increata, quæ eſt ipſa acceptatio Diuina, qua Deus acceptat aliquem ad ſuam amicitiam, & habet ſibi gratum, ſed accipitur pro gratia Creata, quæ eſt quædam qualitas habitualis à Deo infuſa in Anima, per quam formaliter Anima eſt grata Deo, & habet principium operandi meritoriè, quæ de lege, & potentia Dei ordinaria requiritur; Primò ad hoc quod homo habeat aliquod eſſe Diuinum participatum, iuxta illud 2. Petri maxima, & præcioſa nobis promiſſa donauit, vt per hoc efficiamur Diuinæ conſortes naturæ; Secundò requiritur ad decorem, & ornatum ipſius Animæ. Tertiò ad operationes Deo gratas facilius exequendas; Quartò quia Deus agit per modum naturæ, natura autem non facit album, ſine albedine, ita Deus non facit hominem ſibi gratum, ſine gratia; Quintò quia in Scriptura explicatur gratia, & amicitia Dei per modum qualitatis, vt Ioan. 1. dicitur Chriſtus plenus gratiæ, & veritatis, & Lucæ 1. dixit Angelus B. Virgini Aue gratia plena; Qua propter licet de potentia Dei abſoluta non requiratur huiuſmodi qualitas ad prædicta præſtanda; tamen de potentia Dei ordinaria requiritur. De gratia erit vberior Sermo alibi.

6 Extra omnem controuerſiam certiſſimum eſt apud omnes Theologos in Chriſto fuiſſe gratiam; nam Anima Chriſti fuit vnita Verbo Diuino, & ſecundum Doctrinam D. Thomæ 3. p. q. 7. art. 1. quanto enim aliquod receptiuum eſt propinquius cauſæ influenti tanto magis participare debet de influentia ipſius, ita D. Thomas, quod quidem intelligendum eſt vbi cætera ſunt paria; nam media aeris regio, quæ propinquior eſt cauſæ influenti nempè ſoli minus participat de influentia caloris eius, cum calor magis

habeat

mò proceſſu non eſt ſtatus; ſed abitur in infinitum, quia vna diuiſione facta ſecundùm partes proportionales eſt in potentia ad aliam, & ſic deinceps, ſicque continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, 6. Phyſic. 1. è contrà contingit in 2. proceſſu; quia omnis forma præſertim naturalis habet certam, & determinatam perfectionem, quia ex 2. de Anima, tex. 41. omnium natura conſtantium eſt finis, tam magnitudinis, quam accrectionis; Tertium dictum eſt capacitatem Animæ, vel Angeli non augeri per aduentum Charitatis, & gratiæ; Ita Scotus loco cit. contra D. Thomam loco citato, & Thomiſtas; Probatur quando duæ cauſæ concurrunt ad conſtituendum, vel cauſandum aliquod tertium poſterior, non dat priori aliquid pertinens ad propriam cauſalitatem eius, ſed materia eſt aliquo modo prior forma in conſtitutione compoſiti, ergo forma non dat materiæ, aliquod pertinens ad cauſalitatem ipſius Materiæ, ergo non dat ei aliquam potentialitatem, & capacitatem, quæ ad ipſius materiæ potentialitatem pertinet, ſed tota potentia receptiua materiæ præſupponitur ipſi formæ, ſic in propoſito Charitas, ſeu gratia præſupponit potentiam receptiuam Animæ, & capacitatem eius, ergo illam non auget, & confirmatur quia materia, & forma ſunt cauſæ; primò diuerſæ, ergo natura dat alteri cauſalitatem.

10 Quartum dictum eſt Animam Chriſti tantæ eſſe capacitatis, quantæ eſt quilibet Angelus etiam ſupremus, & per conſequens Anima Chriſti eſt capax ſummæ gratiæ, ſicut Angelus; nam quando aliqua duo comparantur ad formam eiuſdem rationis in ratione receptiui, licèt in ſe ſint diſtincta ſpecie, verb. gr. lignum, & lapis ſi conſiderentur in ordine ad recipiendam, & vt ſunt receptiua albedinis, ſunt eiuſdem rationis, atque ita tantam poteſt albedinem recipere lapis ſicut lignum; ſed hoc modo ſe habent Angelus, & Anima Chriſti reſpectu gratiæ, ergo in ratione receptiui ſunt eiuſdem rationis, atque ita quamuis entitas Angeli ſit perfectior entitate Animæ Chriſti in ratione, tamen receptiui ſunt eiuſdem rationis, quia ratio receptiua gratiæ non attenditur penes perfectionem naturæ, ſed penes potentiam obedientialem, cum in vtriſque ſit æqualis, atque adeò ſequitur, quod Anima Chriſti reſpectu gratiæ, & habitus ſupernaturalis eſt æqualis capacitatis, cum quolibet Angelo etiam ſupremo. Quintum dictum ſummam gratiam non poſſe eſſe intenſiorem, neque in Anima Chriſti, neque in vlla alia Creatura, nec etiam per Dei potentiam abſolutam, quia ſumma gratia cum ſit forma Creata intrinſecè limitata eſt, & per conſequens eſt tantum capax finitæ perfectionis, ergo ſi ad illam perueniat non poteſt vlterius progredi. Ita Doctor ſubtilis in 3. diſt. 13. q. 1. quem plures alij ſequuntur.

11 Pro cuius ſententiæ intelligentia, notandum eſt, quod ſummum accipitur dupliciter primò poſitiuè, per excedentiam ad omnia alia, in qua ſignificatione illud dicitur ſummum, quod omnia alia ſuperat, ac vincit, ſic Deus dicitur ſummum ens in genere entis; Secundò modo dicitur aliquid ſummum negatiuè per non excedi ab alio; quo pacto illud dicitur ſummum, quod à nullo exceditur, & ſi aliquid ſibi æquetur hoc pacto decem genera dicuntur ſuprema, quia à nullo genere exceduntur, cum ſupra ſe non habeant genus aliquod prædicamentale, ſed nullum illorum dicitur ſummum poſitiuè, quia omnia ſunt æqualia in hoc, quod eſt genus non habere ſupra ſe; ſic ad propoſitum eſt ſumma gratia, cui non poteſt fieri additio; Probatur in omni forma recipiente magis, & minus eſt dare terminum in minimum in maximum, atque adeò cum gratia recipiat magis, & minus neceſſariò habet terminum in minimum, & maximum antecedens probatur, quia ſi per motum diminutionis, & remiſſionis non eſſet deuenire ad infimum gradum, in quo forma poſſet ſaluari eſſet proceſſus in infinitum, ſed hoc eſt falſum, & idem proportionaliter dicendum eſt de termino ad maximum.

12 De

12 De facto in voluntate Animæ Chriſti infuſa eſt gratia habitualis creata gratum faciens, ſicut ponitur in alijs iuſtis, & eiuſdem rationis; hoc aſſeritur eſſe de fide, quia communis conſenſus Sanctorum, & Scholaſticorum conſpirantium in aſſertionem alicuius veritatis, vt indubitatam, & in Scripturis contentam facit certitudinem fidei, ſed ita eſt in propoſito, quod eſſet nimis longum velle oſtendere; Pro hoc facit Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 7. Can. 11. & cap. 14. Hæc gratia habitualis collata Animæ Chriſti fuit ſumma, ita quod de potentia Dei abſoluta non potuit eſſe maior poſitiuè; Probatur prima pars Deus contulit Animæ Chriſti tantam gratiam quantam conferre potuit, ſed potuit conferre ſummam, ergo ſumma gratia fuit collata, conſequentia eſt optima, maior probatur ex D. Auguſtino, lib. 3. de libero arbitrio vbi ait, quicquid tibi vera ratione melius occurrit, quando ex Scriptura nihil certi conſtat, ſcias hoc Deum magis feciſſe, quam non feciſſe; videtur autem melius ſimpliciter ſecundùm rectam rationem ſummam gratiam, alicui Creaturæ eſſe collatam, quam non collatam, quia in hoc manifeſtatur; maximè ſumma Dei, miſericordia largiendo ſummum donum gratiæ, ſine meritis igitur probabile eſt hoc eſſe factum, non in alio, quam in Anima Chriſti; Probatur minor, quia ſumma gratia eſt Creabilis, vt probatum eſt; ergo Deus ſummam gratiam creauit.

13 Confirmatur magis eſt aſſumi ad eſſe Diuinum, quam ad ſummam gratiam, ſed humanitas Chriſti aſſumpta eſt per ſummam vnionem ad eſſe Diuinum, ergo etiam eſt aſſumpta ad ſummam gratiam poſſibilem; Item natura humana Chriſti aſſumpta fuit ad ſummam vnionem, quantum ad eſſe, ergo etiam fuit aſſumpta ad ſummam vnionem quantum ad operari; ſed ſumma vnio, quantum ad eſſe eſt vnio hypoſtatica, & vnio quantum ad operari non eſt niſi per ſummum habitum gratiæ, quæ eſt principium operandi ſuper naturaliter ergo, &c. Gratia Chriſti de facto, nedum eſt ſumma negatiuè; ſed etiam poſitiuè, maximè loquendo de potentia Dei ordinata; Cæterum ſi fiat Sermo ſecundum potentiam Dei abſolutam licet gratia Chriſti ſit ſumma negatiuè, non eſt tamen ſumma poſitiuè; Deus itaque de potentia ordinaria non poteſt æqualem gratiam illi, quam habuit Chriſtus creare, tum quia eſſent duo capita; tum etiam, quia ille, cui tanta tribueretur gratia in meritis poſſet tantam proficere, & tantum mereri, quantum meruit Chriſtus, quæ ſunt abſurda, quia ille tantum principium merendi haberet, quantum habet Chriſtus, ſicque ambo propter æquale principium merendi, æquale meritum elicere poſſent.

14 Dictum eſt concluſum eſt gratiam Chriſti fuiſſe ſummam, quæ cum ſit ſemen gloriæ, & fruitionis beatificæ; conſequenter dicendum eſt fruitionem beatificam Animæ Chriſti fuiſſe ſummam, nec apparet aliqua repugnantia, nec ex parte *Dei*, nec ex parte Animæ Chriſti, nec ex parte ipſius fruitionis; Non ex parte Dei, qui cum Creauerit, & infuderit in Animam Chriſti ſummam gratiam, etiam concurrerit cauſandam fruitionem ſummam, hoc enim non requirit maiorem potentiam; Nec ex parte Animæ Chriſti, quæ eſt ita capax ad recipienda ſummam fruitionem, ſicut ad recipiendam ſummam gratiam; In Chriſti Anima eſt pariter actiuitas reſpectu eiuſdem fruitionis, nam ſicut intellectus Animæ Chriſti cum lumine concauſabat viſionem beatificam, vt ſupraviſum eſt, ita concedendum eſt voluntatem Animæ Chriſti, ſimul cum tanta gratia, vel Charitate (quæ ſecundum Scotum, in 2. diſt. 26. idem ſunt) poſſe cum obiecto beatifico ad fruitionem concurrere, ergo concludendum eſt huiuſmodi fruitionem fuiſſe ſummam, tam poſitiuè, quam negatiuè de potentia Dei ordinaria, & huiuſmodi fruitionem omnes alias fruitiones hominum, & Angelorum ſimul vnitas, & iunctas, & collectas amplexam fuiſſe exceſſiſſe, & ſuperaſſe, quia ſecundum menſuram gratiæ, ſecuta eſt menſura fruitio-

fruitionis, & gloriæ; etiam ſi intentio gratiæ, & gloriæ fiat per additionem gradus ad gradum; ſicque patet eleuationem Animæ Chriſti, & quatenus beatus, & quatenus viator fuiſſe ſummam, & excedentem omnem aliam eleuationem, tam Angelicam, quam humanam.

15 Hactenus de gratia habituali in voluntate Animæ Chriſti, modò aliquid dicendum de eius gratias gratis datis; Vnde notandum eſt, quod gratiæ gratis datæ dicuntur quædam operationes, ſeu actus quæ ſupra naturam ſunt, & Diuina virtute fiunt ad confirmationem fidei, & aliorum profectum potius, quam ad operantis vtilitatem; Ideò ſunt quædam dona ſupernaturalia à Deo conceſſa non omnibus, ſed aliquibus fidelibus, aut etiam infidelibus ad vtilitatem ſpiritualem totius Eccleſiæ, & ad manifeſtationem myſteriorum Dei, & rerum ſpiritualium, ſiue ſupernaturalium; differuntque à gratia gratum faciente, & à Charitate, quod hæc eſt in ſolis iuſtis, illæ verò non in ſolis iuſtis, quia aliquando ſunt prophetæ peſſimi homines, vt patet de Balaam, & 1. Cor. 13. dicit Paulus prophetiam poſſibilem eſſe ſine Charitate, neque etiam ſunt in omnibus iuſtis, quia iuſti multi ſunt, & fuerunt ſine talibus gratijs; Secundò differunt quod Charitas, ſiue gratia ſanctificans ordinatur ad bonum; & vtilitatem recipientis gratia autem gratis data ordinatur ad bonum, & vtilitatem aliorum à recipiente, tertiò differunt quod gratia gratum faciens datur per modum habitus gratia gratis data datur per modum actus tranſeuntis.

16 Omnes Theologi aſſerunt in Chriſto fuiſſe omnes gratias gratis datas; ſic etiam D. Auguſtinus Epiſt. 57. ad Dardanum circa finem dicens, ſicut in capite ſunt omnes ſenſus, ita in Chriſto ſunt omnes gratiæ gratis datæ, & ipſa ratio confirmat, nam iſtæ gratiæ conferuntur ad manifeſtationem fidei, & Doctrinæ ſpiritualis, ſed principalis Doctor, & manifeſtator huius Doctrinæ, fuit Chriſtus, ergo in Chriſto fuerunt excellentiſſime omnes gratiæ gratis datæ; Probatur maior ex D. Paulo 1. ad Corinth. 12. vbi enumerans gratias gratis datas dicit; Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem; Alij quidem datur per Spiritum Sermo ſapientiæ, alij autem Sermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu; Alij gratia ſanitatum in vnio ſpiritu; Alij operatio virtutum; Alij Prophetia, alij diſcrectio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio Sermonum; illis autem indigebat Chriſtus, vt eius humanitas eſſet ornata omnibus virtutibus, & gratijs, vt ſuauiter operaretur; & vt breuiter per ſingulas diſcurramus; primo dicimus in eo fuiſſe Sermonem ſapientiæ, & ſcientiæ, quæ ad Sermonem applicatæ nihil aliud ſunt, quam facilitas quædam ex ſpeciali Spiritus ſancti auxilio data, ad proponendas res fidei, vnde omnes mirabantur de his, quæ procedebant de ore ipſius Lucæ 4. & Ioan. 6. dixit Petrus, quo ibimus verba vitæ æternæ habes.

17 Fuit quoque in Chriſto fides ſumpta pro fiducia, ſeu confidentia, quam homo non debet ponere in homine, quia maledictus homo, qui confidit in homine, ſed in Deo; hanc excellenter habuit Chriſtus, quia maximam fiduciam habebat in Deo, ſecundum propriam voluntatem, nam ſicut fuit in Chriſto ex parte Intellectus clarus, & indubitatus aſſenſus ſpeciale Dei auxilium non fuiſſe defuturum, ſuæ humanitati ad omnia miracula quæ faciebat, ita de eadem re habebat perfectiſſimam fiduciam ex parte voluntatis; Vnde Ioan. 11. dicebat ad Patrem, Gratias ago tibi quoniam audiſti me, ego autem ſciebam, quia ſemper me audis; Ieſus Chriſtus non caruit dono linguarum, non ſolùm ad Intelligendas, omnes linguas per ſcientias beatam, & infuſam, quas pleniſſime poſſidebat, ſed etiam ad loquendum, ſi illis vti voluiſſet; alias non fuiſſet vniuerſalis Doctor, & non potuiſſet omnibus ſuam Doctrinam manifeſtare, ſicut de facto vſus eſt alijs linguis ab Hæbrea, cum locutus eſt cum Cananæa, & Samaritana,

Pp quæ

quæ erant alienigenæ, & cum Romanis, & ſcripſit Abagaro Regi Syriæ, Idem dicendum de Interpretatione Sermonum, quæ gratia ad Sermonem relata, vel eſt intelligentia variarum linguarum, vel eſt Spiritus ſancti ſpeciale auxilium ad condendam Diuinam Scripturam; vel etiam ad transferendam de vna lingua in aliam, hoc dono Chriſtum, vti potuiſſe non eſt dubium; ſed certiſſimum etiam eſt Chriſtum de facto, nihil ſcripſiſſe ad docendum, ſeu quod Doctrinam contineret, vt docet vniuerſalis Eccleſiæ traditio.

18 Chriſtus verè, & propriè habuit prophetiæ donum contra Abulenſem, in cap. 11. num. 964. negantem Chriſtum fuiſſe Prophetam; Quod fuerit verus Propheta, probatur Deuter. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris, & ibi loquitur Moyſes de Chriſto venturo, quem docentem confeſſa eſt Prophetam Mulier Samaritana, Ioan. 4. dicens Propheta es tu, & reuera non poteſt negari, nam Chriſtus viuebat, & conuerſabatur cum viatoribus, & cognoſcebat, & loquebatur ea, quæ erant procul à ſenſibus illorum; vt ex Euangelio patet, ergo erat Propheta, ex quo ſequitur in eodem Ieſu Chriſto fuiſſe illam gratiam, quæ dicitur diſcretio Spirituum, quæ veluti eſt quædam prophetiæ pars, quia vel ſignificat vim cognoſcendi interiores cogitationes mentium, vel ſaltem diſcernendi, & diudicandi ex inſtinctu Spiritus Sancti, inter motionem boni, & mali Spiritus, vtroque modo potuit Chriſtus per ſuam ſcientiam infuſam diſcernere Spiritus, vt per ſe conſtat; omnes iſtæ gratiæ fuerunt in Chriſto Domino permanenter, & per modum habitus, ita vt illis vti poſſet ſuo arbitrio, in quo alios homines ſuperauit, ita docent ferè omnes Theologi, & Patres in illud Iſaiæ 11. requieſcet, &c. quia ad vſum harum gratiarum ferè nihil aliud requirebatur præter perfectam ſcientiam rerum omnium verborum, & ſignorum cum perfecta, & expedita facultate vtendi Organo vocis, & lingua; vtrumque autem horum fuit in Chriſto perfectiſſimũ.

19 Quamuis prædictæ gratiæ datæ ſint Chriſto per modum habitus, non tamen dicendum fuiſſe qualitates inhærentes, vt voluerunt Paludanus in 4. d. 1. q. 1. & Capreolus in 3. d. 13. q. 1. ſed fuiſſe Diuinum concurſum, ſiue legem, & ordinationem Diuinam, qua Deus ſtatuit firmiter, & infallibiliter concurrere cum Chriſto ad omnia opera gratiarum illarum, quoties vellet ea operari; ſic ſaluatur quod datæ ſunt per modum habitus, ſi enim ex oppoſito fuiſſent qualitates, non ita potuiſſet faciliter operari; Exempli gratia, ſi gratia ſanitatum eſſet qualitas, exiſtens in Chriſto non eſſet ſanatiua contrariarum infirmitatum Chriſtus autem curabat omnes infirmitates; Præterea ſi à natura haberet qualitas illa ſanare infirmitatem non poſſet ſubitò, & in inſtanti atque in abſentia operari, quia agens naturale operatur in paſſum debitæ approximatum Chriſtus autem ſubitò, & etiam abſentes curabat, ergo gratia ſanitatum non eſt qualitas, ſed Diuina lex, & ordinatio concurrendi, cum voluntate Chriſti ad ſanitatem conferendam, Deinde illa qualitas ex natura ſua eſſet finita, ergo haberet terminum, & modum agendi finitum, & limitatum, ſed virtus Chriſti ad ſanandum non erat limitata; tandem intelligi nequit, quo pacto aliqua qualitas ſit ex natura potens ad curando omnes morbos, & non per alterationem, ſed per modum operarij, & ad nutum humanæ voluntatis; tenenda eſt igitur opinio D. Thomæ de concurſu Diuino iam explicato.

20 Chriſtus nunquam habuit actum fidei, vt ſuperius dictum eſt; Item nunquam habuit actum deſiderij, aut ſpei circa Deum, vel beatitudinem eſſentialem, quia actus deſiderij, & ſpei verſatur circa bonum abſens, quod nundum habetur, aut poſſidetur, at Chriſtus ab inſtanti Conceptionis ſemper poſſedit Deum per clarum viſionem, ergo nunquam illum deſiderauit, aut ſperauit, vt poſſidendum; fuit tamen in Chriſto habitus ſpei, nam quamuis non indiguerit illo habitu ad deſiderandum, ſiue eliciendum actum deſiderij,

derij, & ſpei erga Deum, vel circa Deum indiguit tamẽ ad eliciendum actum amoris, & gaudij quod etiam ſpectat ad virtutem ſpei, nam & Deum clarè viſum amauit amore concupiſcentiæ, & illius viſione, & amore percipiebat gaudium, & delectationem, ſicut alij beati; Item Chriſtus ſperabat gloriam ſui Corporis, & ſui Nominis exaltationem; Probatur quia non habebat gloriam Corporis, nec exaltationem Nominis dum viuebat mortalis, ergo poterat illam deſiderare ſperans ſe illam conſecuturum, & ſi dicatur ergo habuit virtutem ſpei, quia iſte eſt actus proprius virtutis ſpei, nam ſpe non tantam ſperamus gloriam animæ, ſed etiam Corporis. Reſpondetur negando conſequentiam, & ad probationem dicitur, quod in nobis iſte actus procedit à virtute ſpei, quia non habemus gloriam Animæ, neque habemus aliquod excellentius, quam quod ſit principium actus ſperandi gloriam Corporis; Chriſtus habebat gloriam Animæ, & per beatitudinem Animæ, quam habebat ſperabat ſe conſecuturum gloriam Corporis, quam non habebat, quamuis deficiebat ſpes habebat enim aliquid excellentius, quo ſperabat gloriam Corporis.

21 In Chriſto fuerunt virtutes morales, vt fortitudo, & temperantia, quia ſunt etiam in Deo, non quidem vt verſantur circa paſſiones appetitus ſenſitiui, ſed circa paſſiones in vniuerſali in ſubiecto capaci, quia meum, & tuum non variet rationem formalem, ſeu ratio ſubiecti non variat rationem honeſti, quæ eſt in virtutibus; ſic igitur Chriſtus potuit velle honeſtum temperantiæ, & fortitudinis in me potuit enim velle me eſſe fortem, & temperatum, ergo potuit habere virtutes morales, ſimiliter ſi pænitentia ſumatur pro dolore, & ſatisfactione de peccatis commiſſis à ſe, & ſi continentia accipiatur ſtricte, & proprijſſime prout importat continentiam ab his, quæ appetitus male, & contra rationem appetit, nec pænitentia fuit in Chriſto, quia nec habuit, nec potuit habere peccatum, tum quia non habebat fomitem, tum qu ia erat beatus nec fuit in eo continentia, quia vt ſic continentia non eſt niſi adſit praua concupiſcentia, cui reſiſtat; atque adeo continentia in hac ſignificatione, non eſt niſi appetitus adſit inordinatus, ſed talis non fuit in Chriſto, ſi autem pænitentia ſumatur pro deteſtatione peccatorum commiſſorum ab alijs, ſic fuit in Chriſto ſimiliter, & continentia communiter accepta, prout dicit continentiam, ſiue abſtinentiam ab illicitis ſenſibilibus, ſiue præceſſit illorum concupiſcentia ſiue non, nam ſemper Chriſtus abſtinuit ab illicitis ſenſibilibus, ſed continentia, hoc modo accepta nullam imperfectionem inuoluit, ergo fuit in Chriſto, quia hæc continentia non prærequirit prauas concupiſcentias, quis moderetur.

22 In Chriſto fuere dona Spiritus ſancti, quæ ſunt ſeptem nempè donum ſapientiæ; Intellectus conſilij fortitudinis ſcientiæ pietatis, & timoris Domini eſt de fide; Iuxta illud Iſaiæ 11. requieſcet ſuper eum Spiritus ſapientiæ, &c. quem locum de Chriſto interpretantur omnes ſancti; Cæterique Sacri Interpretes; Probatur etiam ratione; nam per dona mouetur Anima à Spiritu Sancto, ſed Anima Chriſti mouebatur perfectiſſimè à Spiritu Sancto, iuxta illud Lucæ 14. agebat eum Spiritus in Deſertum, ergo in Chriſto fuerunt ſeptem dona; Beatitudines virtutes, & dona ſunt ijdem habitus; Habitus dicitur virtus in ordine ad actum, & dicitur donum quatenus eſt a Spiritu Sancto, & dicitur Beatitudo prout diſponit ad beatitudinem; In Chriſto fuit donum timoris eſt etiam de fide, & probatur Iſaiæ 11. & replebit eum Spiritus timoris Domini, non timoris ſeruilis, quo timetur Deus propter ſolam punitionem, ſed reuerentialis qui naſcitur ex contemplatione Diuinæ eminentiæ, quatenus Deus eſt poteſt infligere malum, cuicumque Creaturæ; Ita quod iſte timor, quam eſt in Chriſto, & in Cæteris beatis primò, & per ſe reſpicit Diuinam eminentiam, vt illam reuereantur, oblique tamen reſpicit malum,

lum, pænam ſcilicet, vel culpam, vt poſſibilem non autem vt futuram; nam iſte timor eſt perfectiſſimus, ergo primò, & per ſe reſpicit Diuinam Eminentiam; aliter ſi primò, & per ſe tenderet in aliud obiectum inferius non eſſet perfectus.

De alijs Duabus gratijs Chriſti Vnionis ſcilicet, & Capitis. Art. 4.

1 GRatia vnionis ab aliquibus dicitur infinita actualiter propter actualem duarum naturarum infinitè diſtantiam vnionem, ad quam faciendam requiritur virtus infinita, & ad quam factam, ſequitur infinita dignitas, & excellentia in natura aſſumpta, quia eſt eleuata ad hypoſtaſim, & perſonam Verbi, quæ infinita eſt; quamuis enim natura aſſumpta ſemper remaneat intra Cancellos naturæ Creatæ, & finitæ dignitas, tamen illa, quæ illi accedit per vnionem, & conſequenter etiam gratia tanta eſt, vt vix ſecerni poſſit vtrum ſit Creata, vel increata, ſi enim eſt actualiter infinita increata etiam videtur eſſe ſecundum communem philoſophorum ſententiam, qui dicunt omne Creatum eſſe finitum, & ex conſequenti videntur concludere omne actu infinitum eſſe increatum; ſed aliud eſt loqui de vnione, & aliud loqui de gratia vnionis; ſi eſt ſermo de vnione iam dictum illam eſſe infinitam modo explicato, & conſequenter eſſe increatam; ſi eſt ſermo de gratia vnionis oportet prius videre, an gratia vnionis dicat quid reale productum diſtinctum ab ipſa vnione, & partibus ſimul ſumptis; Caietanus in tertiam partem D. Thomæ q. 2. art. 10. cum dixerit gratiam vnionis eſſe Creatum cogitur fateri gratiam vnionis eſſe, quid diſtinctum ab ipſa vnione.

2 D. Thomas 3. p. q. 2. art. 10. dicit quod gratia dupliciter ſumitur, vno modo pro ipſa voluntate Dei, aliquid dante aliò modo pro gratuito Dei dono. Vnde dicendum eſt, quod ſi gratia accipiatur pro ipſa Dei voluntate gratis aliquid faciente, ſeu gratum aliquem habente, gratia vnionis, nihil ponit productum præter vnionem Verbi Diuini cum natura humana, quæ facta eſt per gratiam; ſi verò gratia dicatur ipſum gratum Dei donum, ſic naturam humanam eſſe vnitam perſonæ Diuinæ poteſt dici quædam gratia, in quantum nullis præcedentibus meritis, hoc eſt factum, non autem ita quod ſit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat; ex quibus videtur elici tripliciter gratiam vnionis conſiderari poſſe, Primò quidem prout ſolum dicit complacentiam Diuinam; Secundò quatenus præter complacentiam Diuinam dicit effectum ad extra productum nempè vnionem, ipſam humanæ naturæ, cum Diuina, ſeu naturam humanam vnitam Diuinæ, abſque vllo alio gratiæ habitu ſuper inducto præter cooptionem ipſius hominis aſſumpti in ſuppoſitum Diuinum; Tertiò itaut dicat habitum ſuper infuſum, ſicuti in Cæteris dicitur infundi hominibus, ad hoc vt vniantur Deo per amorem, & dilectionem.

3 Primò modo nundum dicitur gratia, quia eſt ſolum propoſitum gratum aliquem habendi (licèt ſit fons, & origo gratiæ,) quia effectus gratiæ non videtur conſequutus; Secundò modo, iam quidem gratia eſt in effectu, ſed tamen qualitas gratiæ, nundum videtur in eſſe produci, Tertiò verò modo, & qualitas, & genus gratiæ in eſſe produci videtur à re producta diſtinctum; Iam ergo dicimus gratiam vnionis, non ſolum concernere beneplacitum Diuinum introrſus ab æterno in mente Diuina reconditum, quia ponit effectum ad extra productũ, nempè naturã, humanam, cum Diuina vnitam, nec ex alia parte oppoſita dicit qualitatem, aliquam ipſi vnioni ſuper inductam, ſed ſolum complacẽtiam, ipſam Diuinam, ſimul cum effectu vnionis producto; ſicuti ſi quis Rex, vellet pauperrimam in coniugium aſſumere mulierem, (vt Theodoſius iunior aſſumpſit Eudoxiam) ſecluſo mundo muliebri cæteriſque donis, quæ nouæ

Nuptæ

Nuptæ ſponſalium, ergo fieri ſolent maximam daretur ei conferre gratiam, quod eam in coniugium, & in conſortium bonorum omnium, & dignitatis aſſumere dignaretur, & tamen nullam videretur ei imprimere qualitatem, niſi relationem quandam coniugis ad coniugem, & Reginæ ad Regem.

4 Pari igitur modò, cum Deus naturam aſſumpſit humanam pauperrimam, & abiectiſſimam, ſi ipſa Dona ſuper infuſa gratiamque habitualem ſecludas, gratia vnionis nihil videtur dicere præter dignationem Diuinam, qua Deus voluit naturam humanam ſibi vnire, & ideò præter ipſam vnionem non videtur nouam qualitatem ſuper inductam concernere nouumque habitum gratuitum dicere, ſed ſolum quandam relationem; quia ipſa natura humana ad Verbum Diuinum, tanquam ad ſuppoſitum poſitum refertur, ex his colligitur gratiam vnionis non eſſe, quid creatum ſumpta creatione propriè dicta, qua aliquid ſecundum ſe totum ſit ex nihilo; quia non eſt ens, aliquo ab vnione diſtinctum, nec aliqua qualitas, ſeu habitus de nihilo productus, nihil enim dicit præter illud eſſe, quod habet in Verbo, nempè ſubſiſtentiam, & dignitatem perſonalem in Deo ad quam euecta eſt humana natura, & inſuper complacentiam Diuinam, quorum neutrum poteſt dici de nihilo productum, quia & dignitas, & complacentia ſemper fuit in Deo; colligitur ſecundò gratiam vnionis poſſe dici factam, quia verè in tempore talis gratia eſt humanitati Chriſti collata; atque adeò impropriè creata.

5 Gratia capitis in Chriſto dicitur tripliciter ſecundùm quod caput in naturalibus ſuper omnia alia membra habet tres conditiones; prima eſt excellentia dignitatis, quæ conſiſtit in tribus; In altitudine ſicut, & nobilitate potentiarum, quia in eo nobiliores ſunt potentiæ Animæ, vt imaginatiua æſtimatiua, memoria, & conſimiles, tertiò in comprehenſione, quia omnes in capite comprehenduntur ſenſus; Vnde ſecundum Iſidorum, lib. 10 Ethimologiarum caput dicitur à capio capis; Iuxtà primam conditionem eſt in Chriſto gratia capitis ſecundum Diuinitatem; Vnde Apoſtolus caput viri Chriſtus caput Chriſti Deus, & etiam ſecundum humanitatem aſſumptam, quia ſuper abundat totam Eccleſiam in nobilitate, & capacitatem; Secunda conditio principalis capitis eſt, quod caput influat alijs membris ſenſum, & motum, ſenſum à parte anteriori capitis, & motum à parte poſteriori virtute motiua deſcendente in nuca, ſeu Vicario cerebri, & quoad hanc proprietatem, & conditionem dicitur Chriſtus caput, quoad Diuinitatem principaliter efficiendo, & quoad humanitatem per modum meriti, merendo nobis fidem per modum ſenſus; & per charitatem per motus, quo fideles mouentur ad vnionem cum Deo, & inter ſe.

6 Tertia conditio capitis eſt dirigere cætera Corporis membra in ſuis operationibus, atque ita Chriſtus vtriuſque naturæ ratione dicitur caput, tam Angelorum, quam hominum, ſed dubium eſt, an gratia capitis in Chriſto ſit quid Creatum, vel increatum; Reſpondetur breuiter, ſecundum D. Bonau. in 3. diſt. 13. art. 2. q. 1. quod inter capitis proprietates, vna eſt quod caput influit in membris motum, & ſenſum, atque hoc competit Chriſto ratione vtriuſque naturæ dupliciter enim contingit motum, & ſenſum influere, aut per modum præparantis, aut per modum impertientis, priori modò competit Chriſto ratione humanæ naturæ, in qua paſſus eſt pro nobis ſatisfecit tulit inimicitias ſuſtinuit dolores, & angores, &c. & ad gratiam ſuſcipiendam diſpoſuit poſteriori modò competit Chriſto ratione Diuinæ naturæ, quia ſolus Deus eſt, qui pias illuminat mentes; Habet etiam caput in naturalibus conformitatem cum Membris, atque eſt membrorum principium; Primùm competit Chriſto ratione naturæ aſſumptæ; Secundùm verò ratione Diuinæ na-

uræ gratia, itaque capitis vno modò nominat gratiam increatam, altera verò modo gratiam creatam.

7 Hæc gratia Creata capitis eſt ipſamet gratia habitualis, quæ ſecundum eſſentiam ſuam, & prout ſanctificat Animam Chriſti, & eſt principium operandi dicitur ſingularis perſonæ Chriſti, prout verò fuit, & eſt principium ſanctificandi alios dicitur gratia capitis, atque adeò gratia capitis, & gratia habitualis eadem eſt ſecundum eſſentiam differunt, tamen ſecundum rationem appellationis; nam gratia habitualis perſonalis eſt in Chriſto, ſecundum quam dicitur plenus gratia, & ſimiliter de hac plenitudine omnes accepimus, quod eſt eſſe caput ergo in eſſentia eſt eadem gratia, differunt tamen, quia vt reſpicit ipſum Chriſtum ſanctificat illum, & perficit, vt tamen habet rationem capitis influit, & habet eminentiam; ſicut eodem lumine ſol eſt ſplendidus ipſe, & illuſtrat alia à ſe; Hunc dicendi modum docet communis Theologorum ſchola D. Thomas 3. p. q. 8. art. 5. Alexander Alenſ. 3. p. q. 12. membr. 3. D. Bonau. in 3. diſt. 13. art. 2. q. 2. Richardus in 3. diſt. 13. art. 3. q. 2. & fundamentum eſt, quia eadem eſt gratia ſanctificans, & quæ eſt principium meriti; Gratia verò vnionis increata, & gratia ſecundum quam eſt caput increata eſt eadem re, & ratione, ſcilicet Spiritus Sanctus, ita Hugo de Sancto Victore, in lib. de Sacramentis parte 2. vbi dicit vnus eſt Spiritus, qui per Chriſtum venit ad Chriſtianos, cuius plenitudo in capite, & participatio in membris.

8 Chriſtus igitur eſt caput totius Eccleſiæ, ſiue militantis in terra, ſiue Triumphantis in cęlo eſt de fide, ex D. Paulo ad Epheſios 1. dicente de Chriſto ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & ad Coloſs. 1. ipſe eſt caput Corporis Eccleſiæ, & ad Rom. 12. & 1. Cor. 12. & ratio ipſa ſuadet, nam Chriſtus reſpectu Eccleſiæ habet illa tria, quæ pertinent ad caput, ergo eſt caput Eccleſiæ; antecedens probatur per ſingula; Primò enim eius gratia eſt altior, & prior ſecundum propinquitatem ad Deum, quia gratia Chriſti in mente, & intentione Diuina fuit prior patet, quia omnes alij quotquot gratiam receperunt conformati ſunt Chriſto, iuxta illud Pauli quos præſciuit hos, & prædeſtinauit conformes fieri Imaginis filij ſui; Secundò habet perfectionem, quia habet plenitudinem omnium gratiarum, iuxta illud Ioan. 1. vidimus eum plenum gratiæ, &c. atque ita omnes gratiæ ſunt in illo, ſicut in capite ſunt omnes ſenſus, in ſingulis autem hominibus, vel Angelis ſunt determinatæ gratiæ, ſicut in membris, Item habet virtutem influendi, quia ſicut ab ipſo capite eſt influentia ſenſus, & motus ſecundum diuerſas partes eius, quia ab interiori parte capitis fluunt nerui, per quos fluit ſenſus ad membra, à poſteriori verò parte fluunt nerui, per quos fluunt motus ab Anima ad ſingula membra, ita Chriſtus in Eccleſiam influit ſenſum, & motum ſpiritualem ſenſum quidem influit per fidem, motum verò ſpei, & Charitatis; ſub actibus ſuis, qui ſunt neceſſarij, ad vitam ſpiritualem per ſpem, & Charitatem.

9 Ex hoc ſequitur; Primò quod inter Diuinas perſonas vna non eſt caput alterius, quia inter caput, & membra eſt inæqualitas inter Diuinas perſonas eſt ſumma æqualitas; Secundò ſequitur, quod Chriſtus, non ita propriè dicitur cor Eccleſiæ, ſicut caput, quia metaphora debet ſumi ab aliqua proprietate manifeſta; eſt autem manifeſtum caput habere, illa tria in quibus excedit membra, non ſic autem manifeſtum eſt cor influere in membra, & ideò hæc metaphora capitis magis accõmodatur Chriſto homini, qui in natura aſſumpta eſt caput viſibile Spiritus, autem Sanctus, dicitur cor Eccleſiæ, quia quaſi occultè viuificat, quemadmodum cordis influentia eſt occulta, & inuiſibilis, iuxta illud Symboli, & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem; gratia enim Spiritus Sancti formaliter viuificamur in Spiritu, quam in nobis eſſe ſcire nequimus; Sequitur tertiò quod Chriſtus eſt caput

put Eccleſiæ, & in quantum Deus, & in quantum homo, quia vtroque modo influit licèt diuerſimode; Influit in quantum Deus, vt agens principale, ſecundùm verò humanitatem, vt agens inſtrumentale, tamen magis propriè dicitur Chriſtus caput, in quantum homo propter conformitatem capitis cum membris, & hoc innuit D. Paulus ad Epheſ. 1. ipſum dedit caput ſuper omnē Eccleſiam, vbi præmittit hæc Verba, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, quæ Verba D. Anſelmus de humanitate Chriſti declarat dicens, non incommodè ſignificat ibi eſſe humanitatem Chriſti, quia ſicut pes inferior pars Corporis eſt ita humanitas eſt inferior Chriſti natura, & D. Auguſtinus 1. de Trinit. cap. 12. ait ſecundum formam ſerui Chriſtum eſſe caput.

10 Quartò ſequitur proprium eſſe Chriſto, & non alteri perſonæ Diuinæ eſſe caput Eccleſiæ, quia corpus, & membra, & caput debent eſſe homogenea, ideſt eiuſdem naturæ, & hoc alijs Diuinis perſonis non conuenit comparando etiam Chriſtum ad alios, qui in Eccleſia regunt ſolus Chriſtus dicitur caput, quia eſt caput omnium etiam Beatorum; Summus autem Pontifex ſolum eſt caput eorum, qui viuunt in hac Eccleſia militante eo tempore, quo Pontifex eſt; Dices ſi hæc Doctrina vera eſt Chriſtus non eſt caput Angelorum, quia Chriſtus in quantum homo, & Angeli non ſunt eiuſdem naturæ; Reſpondetur primò, Chriſtum ſecundùm Animam, quodammodo eſſe eiuſdem naturæ cum Angelis non quidditatiuè, & entitatiuè, ſed quoad capacitatem donorum ſpiritualium; Vndè Reſpondetur ſecundò, quod vbi eſt vnum Corpus, neceſſe eſt ponere vnum caput; Vnum autem corpus ſimilitudine, dicitur vna multitudo ordinata in vnum ſecundùm diſtinctos actus, ſeu officia; manifeſtum eſt autem quod ad vnum finem, qui eſt gloria Diuinæ fruitionis homines, & Angeli ordinantur; Quapropter corpus Eccleſiæ myſticum non ſolùm in hominibus, ſed etiam in Angelis conſiſtit; Vnde totius huius multitudinis Chriſtus eſt caput, quia propinquius ſe habet ad Deum, & perfectius participat dona ipſius, non ſolum quoad homines, ſed etiam quoad Angelos, & de eius influentia non ſolùm homines, ſed etiam Angeli recipiunt.

11 Dicendum igitur eſt, quod Chriſtus eſt caput Angelorum, non ſolùm in quantum Deus, ſed etiam in quantum homo; Prima pars huius dicti eſt de fide, & nullam patitur difficultatem; Secunda quoque pars eſt certiſſima, & verior eſt, quam ſua oppoſita, ita vt aliqui dicant oppoſitam eſſe erroneam, vel errori proximam dicente D. Paulo ad Coloſſ. 2. de Chriſto, qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis, quo in loco dicit Gloſſa, non tantummodo hominis, ſed omnis Principatus, & Poteſtatis Angelicæ, ipſe eſt caput, & ſequitur; & nos ergo implere poteſt, qui ſuper nos ciues implet; quibus Verbis apparet cum ibi loquatur de Chriſto homine, quod Chriſtus in quantum homo eſt caput Angelorum. Item ad Epheſ. cap. 1. omnia ſubiecit, ſub pedibus eius; vbi Gloſſa, ſicut pes eſt infima partes Corporis; Ita in Chriſto infima pars eſt humanitas, quam Angeli adorant, ex quo ſequitur, quod Angeli ſunt ſubiecti ipſi humanitati; ergo ſi Chriſtus dicitur Eccleſiæ caput, eo quod Eccleſiam ſibi ſubiectum regit, erit etiam Angelorum caput, eo quòd regit, & imperat Angelis ſibi ſubiectis. Et confirmatur ad Epheſ. 1. Deus Pater conſtituit Chriſtum ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem poteſtatem, & Principatum, & Dominationem, & omne quod nominatur, non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, vbi loquitur D. Paulus de Chriſto homine, ergo Chriſtus homo, non ſolùm eſt caput hominum, ſed Angelorum; Vnde & D. Matthæus, cap. 4. dicit, quod acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.

12 Non admittimus tamen erroneam opinionem origenis, immò reprobamus, qui affirmaſſe dicitur Chriſtum redemiſſe Angelos reprobos, mortemque pro illis ſubijſſe, ita quod perſona merita, & ſatisfactio-

factionē eos liberauit, vel aliquando liberaturus eſt ab eo ſtatu, in quē per ſua peccata inciderunt, atque ita Angelos reprobos reuocandos eſſe ad ſtatum Angelorum Sanctorum; falſitas huius erroris inde patet, quod in Inferno nulla eſt Redemptio; ſunt enim pœnæ Inferni ſecundùm leges Diuinas æternæ, & immutabiles. Concedimus tamen Chriſtum Dominum meruiſſe Sanctis Angelis gratiam, & gloriam illiſque datas fuiſſe propter merita Chriſti præuiſa, & hoc licèt non ſit de fide tamen probabilius eſt, quam ſuum oppoſitum, & fundamentum habere videtur in Scriptura, in qua expreſsè docetur, ſine gratia nullum poſſe actus meritorios exercere; Dicitur etiam ſemper, quod gratia per Chriſti merita cuilibet viatori confertur, & hæc duo non ſolum de nobis, ſed etiam de Angelis intelligi debent; Verbi gratia, quando Chriſtus dicit, nemò venit ad Patrem, niſi per me; illa vox nemo non ſolùm homines, ſed etiam Angelos comprehendit; Paulus etiam ad Epheſios primò inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt. D. Hieronimus, & alij vertunt, recapitulari in Chriſto, quia omnia gratiæ miſteria, quæ tam in cælo, quam in terra facta ſunt in Chriſto, & per Chriſtum complentur.

13 Auctoritatibus prædictis, accedit ratio ipſa; nam Angeli in ſtatu viæ habuerunt Chriſti fidem, ergo per eam fidem iuſtificati ſunt, & per conſequens per Chriſti ſanctitatem, & merita gratiam, & gloriam obtinuerunt; conſequentia indè patet, quia ſi per fidem eſt Chriſtus reuelatus Angelis ab inſtanti ſuæ Creationis, ſine dubio eſt illis propoſitus, vt caput eorum cui ſubijcerentur, & in quo ſuum, & ſpem poſt Deum collocarent; Ad hoc enim fides Chriſti requiri ſolet in his, quia Deo placent; Primum Antecedens probatur; Sancti Angeli vident in Verbo Incarnationis Miſterium, ergo prius illud crediderunt in via, quando illis Deus reuelauit Verbum incarnandum forè, propter quod illis, & omnibus prædeſtinatis daturus erat Deus gratiam, & gloriam. Antecedens huius diſcurſus eſt omnium Theologorum, cum D. Auguſtino 9. de Ciuitate Dei, cap. 21. & conſequentia patet, quia viſio reſpondet fidei, ſic enim docent Theologi homines beatos ea myſteria ſupernaturalia videre in Verbo; quæ in via crediderunt, & Confirmatur quia Chriſtus, prius prædeſtinatus eſt, quam Angeli, ergo prius præuidit Deus Chriſti merita, quam gratiam, & gloriam Angelorum, ergo credendum eſt, quod Deus Chriſti, merita ad hunc ordinauit effectum, ſiquidem, & valorem, & dignitatem habent ad illum, & in honorem Chriſti reſultat, vt per ſua merita etiam Angeli gratiam, & gloriam habeant.

14 Quæ merita Chriſti abſtrahunt ab eius Paſſione, & morte nam Chriſtus non eſt mortuus pro Angelis; ita D. Auguſtinus in Enchiridion, cap. 61. & D. Bernardus, Serm. 4. Hebdomadis Sanctæ, qui dicit Paſſionem Chriſti, neque bonis, neque malis datum eſſe, ſed tantummodò hominibus, & probatur ex illo 2. ad Corint. cap. 5. ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, ſed Angeli non ſunt mortui, neque pro illis Chriſtus mortuus eſt, probatur etiam ex Symbolo Niceno, vbi dicitur; Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlo, &c. vbi definitur propter homines paſſum eſſe, ſi enim homo non peccaſſet Chriſtus non veniſſet mortalis, & paſſibilis; Immò Chriſtus proprijſſimè non dicitur Angelorum Redemptor; quia nullus propriè redimitur, niſi qui ſub peccato fuit, vel à quantum eſt de ſe futurus eſſet, atque ita aliquo modo debet eſſe captiuus, & venundatus ſub peccato, vel in ſeipſo, vt nos omnes excepta Virgine Glorioſa, vel in radice ſua, ex qua neceſſariò eſſet contrahenda ſeruitus, & captiuitas peccati, vt Beata Maria; Angeli autem Sancti neutro modò fuerunt captiui, ergo proprijſſimè non fuerunt redempti.

15 Dictum eſt Chriſtum non fuiſſe

pro-

propriiſſimè Redemptorem Angelorum, impropriè tamen, & largo modo concedunt aliqui Patres: D. Hieronimus ſuper illa verba ad Coloſſ. 1. pacificans per Sanguinem Crucis eius, ſiue quæ in cœlis ſiue, quæ in terris ſunt docet Chriſtum per Paſſionem ſuam omnem expurgaſſe Creaturam, etiam Angelos Dei, D. etiam Bernardus Serm. 22. in Cantica ſuper illa Verba D. Pauli 1. ad Cor. cap. 1. factus eſt nobis Chriſtus ſapientia iuſtificatio, & redemptio; Qui erexit (inquit) hominem lapſum dedit ſtatim Angelo ne laberetur ſic illum de captiuitate eruens; ſicut hunc è captiuitate defendens, & hac ratione æque vtrique Redemptio ſoluens illum, & ſeruans illum, liquet ergo ſanctis Angelis Dominum Chriſtum fuiſſe redemptionem, ſicut iuſtitiam ſapientiam, & ſicut ſanctificationem, ita D. Bernardus, D. Fulgentius, etiam lib. 2. ad Traſimundum, cap. 3. ait vna eſt in vtroque (ſcilicet Angelo, & homine) gratia operata in hoc vt ſurgeret, in illo ne caderet, in illo ne vulneraretur, in iſto vt ſanaretur, ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmare non ſinit illius eſca, iſtius Medicina; ita D. Fulgentius; Et licet huiuſmodi locutiones Sanctorum, non ſint recipiendæ in rigoroſo ſenſu ſatis tamen eſt, vt Chriſtus dicatur, quodammodo Angelorum Redemptor, quod illis meruerit gratiam, & gloriam eoſque præſeruauerit per ſua merita, ne laberentur in peccatum, in quod (ſicut alij) poterant cadere, niſi adiuti eſſent Chriſti patrocinio.

16 Chriſtus eſt caput omnium hominum, quia fuit Redemptor omnium hominum quoad ſufficientiam, ergo eſt omnium caput; antecedens probatur per illud primæ Ioan. 2. ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius Mundi conſequentia eſt manifeſta; quia eſſe Redemptorem competit Chriſto ſecundùm quod eſt caput, quia ergo omnes homines pro aliquo ſaltem tempore ſunt in ſtatu, in quo poſſunt recipere Chriſti influxum, ideò ſimpliciter eſt omnium caput, aliquorum quidem ſolùm ad tempus, quamdiù in hac vita viuunt, ſcilicet reproborum, aliorum perpetuo ſcilicet prædeſtinatorum, licèt aliquando ſint, vel poſſint eſſe membra eius mortua, eſt etiam caput puerorum in vteris Matrum incluſorum, quia poſſunt recipere influxum à Chriſto per ſe loquendo; quamuis per accidens impediatur. Cum Chriſtus dicitur, caput omnium Intelligendum eſt, non tantum quantum ad Animam, ſed etiam quantum ad corpora, quia quamdiu viuimus hic influit ſufficienter virtutem, & auxilium vt corpora noſtra, quæ ſunt inſtrumenta Animæ efficiantur organa iuſtitiæ, iuxta illud D. Pauli ad Rom. 6. exhibete membra Corporis veſtri arma iuſtitiæ, atque ita caro noſtra in ipſum exultet, vt facilius virtutem operetur, & Paſſiones, & crucem ſuſtineat; Vnde omnia bona Corporis, quæ ſunt media vtilia ad ſalutem æternam propter Chriſtum dantur nobis, & ad hunc influxum pertinent, influit etiam in futura vita reſurrectionem Corporis, & vitam immortalem, & alias dotes Corporis glorioſi.

17 Chriſtus non eſt caput hominum damnatorum, neque puerorum exiſtentium in Limbo, nam Chriſtus non eſt caput illorum, qui non ſunt illi coniuncti, nec poſſunt illi coniungi tales ſunt dicti damnati, ergo non eſt eorum caput; ſed omnium iuſtorum actu, quoniam ipſi gaudent cæleſti influxu ex Chriſto, & infideles etiam habent Chriſtum in caput non actu, ſed in potentia, quia poſſunt ſecundum ordinariam Dei potentiam capere à Chriſto vitalem influxum gratiæ Diuinæ; exiſtentes autem in peccato mortali fideles Chriſtum habent in caput, ſiquidem per veram fidem Chriſto coherent, dicit enim Chriſtus, Ioan. 15. Ego ſum vitis vos palmites, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet Pater, non dixit palmitem non ferentem fructum, iam eſſe ſublatum, ſed eſſe tollendum, ſi cum nullo fructu

repe-

reperiantur in morte, & oppoſitum huius eſt hæreſis damnata in Concilio Conſtantienſi, de quo vide Alphonſum à Caſtro contra hæreſes Verbo Eccleſia; Diabolus eſt caput omnium multorum, non influendo in eos malitiam, ſed per exteriorem gubernationem adducendo homines ad ſe, & detrahendo eos à bono; Finis enim Diaboli eſt auertere Creaturam rationalem à Deo ſub ratione libertatis, iuxta illud Hierem. 2. à ſæculo confregiſti iugum, rupiſti vincula, & dixiſti non ſeruiam, &c.

De Duabus naturis vnitis in Verbo Diuino, & earum conſequentibus. Art. 5.

1 DVas Chriſti Natiuitates negarunt antiqui Hæretici, quorum quidam volebant Chriſtum eſſe purum hominem, ac proindè æternam eius Natiuitatem à Patre negabant, tales fuerũt Cherintus, & Marcion, deinde poſt tria circiter ſæcula ſequutus eſt Neſtorius, & ſequaces. Alij volebant Chriſtum non fuiſſe verum hominem, nec attuliſſe verum corpus, ſed phantaſticum, aut cæleſte, & per vterum Virginis, tanquam per canalem tranſiuiſſe, ac proindè ex ea natum non fuiſſe, & ſic non fuiſſe bis natum, quo in errore videtur verſari Felicianus, quidam (teſte D. Auguſtino) & Valentinus, quorum opinio hoc habebat fundamentum. Naſci eſt velut quidam motus rei non exiſtentis antequam naſcatur, id agens beneficio Natiuitatis vt ſit. Chriſtus autem ab æterno fuit, ergo non potuit naturaliter naſci, ſed hoc facillimè re vincitur; quia res etiam eſt antequam naſcatur, vt patet de Nomine, eſt enim homo priuſquam naſcatur per aliquot menſes in Vtero Matris; Omnes verò Catholici Patres, & Theologi Scholaſtici vnanimiter confitentur vnicum tantum eſſe in Chriſto ſuppoſitum, ac proinde bis natum, & duplicem in eo eſſe generationem aliam ab æterno à Patre ſine Matre, aliam in tempore à Matre, ſine Patre, Dicente D. Auguſtino in lib. de fide ad Petrum, Pater Deus de ſua natura genuit filium Deum, ſibi coæquale, & coæternum; Idem quoque Vnigenitus Deus. Secundò natus eſt; Ex Patre ſemel, ex Matre ſemel; natura eſt enim de Patre Dei Verbum; Natus eſt de Matre Verbum caro factum; Vnus ergo, atque idem Dei filius natus eſt ante ſæcula, & natus in ſæculo, & vtraque Natiuitas vnius eſt filij Dei Diuina ſcilicet, & humana; Hæc ille.

2 Concedendæ igitur ſunt in Chriſto duæ generationes, & duæ Natiuitates æterna ſcilicet, & temporalis, & conſequenter Chriſtum eſſe bis natum, cum altera ex Natiuitatibus fuerit in æternitate, ſicut in propria menſura, altera in tempore, æternitas verò, & tempus ſunt menſuræ diuerſæ, quia prima eſt tota ſimul; ſecunda eſt ſucceſſiua; Et quamuis Verbum ſit æternus Dei filius, qui ſemper eſt genitus, & ſemper generatur, tamen eodem inſtanti, quo facta eſt generatio temporalis fit etiam æterna, quæ numquam deſinit, ſed coexiſtit omnibus generationibus omnium temporum, quia tamen aliò modo concipitur menſura æternitatis; alio modo menſura temporis, magis inter ſe diſtant actus temporalis, & æternæ generationis, quam actus per acti diuerſis temporibus, nec enim quia ab æterno genitus eſt generatur temporaliter, nec quia temporaliter genitus eſt, ab æterno generatur; ſed quia ab æterno ſemel, & ſemel in tempore generatur, & quamuis ſuppoſitum Diuinum poſſit dici terminus totalis, & adæquatus vtriuſque generationis, tamen altera, & altera natura per vtramque generationem ſuppoſito communicata, non nata cum ſuppoſito, immò quaſi oppoſita, quia vna increata, alia creata vna infinita, & alia finita; ſicque omninò diſparatæ ſunt vtriuſque condictiones, & circumſtantiæ, conueniunt tamen, quod vtraque eſt generatio vniuoca, quia generans, & genitum, vel ſunt eiuſdem naturæ numericæ, vt in generatione Diuina, vel ſaltem eiuſdem

naturæ

naturæ ſpecificæ, vt in generatione humana.

3 Geminam Natiuitatem ſequitur gemina filiatio, quam Henricus de Gandauo quolib. 4. q. 3. vult eſſe increatam, quia inquit in vno ſuppoſito vna eſt relatio eiuſdem rationis, ſicut in vno Patre plures filios generante vna eſt Paternitas D. Thomas 3. p. q. 35. art. 5. & in 3. diſt. 8. art. 5. D. Bonau. in 3. diſt. 8. art. 2. q. 2. & alij volunt Chriſtum referri ad Virginem ſola relatione rationis filiationis temporalis, & ratio illorum eſt, quia filiatio eſt proprietas perſonæ, & in illa recipitur; Perſona autem Chriſti non eſt capax relationis nouæ, ac temporalis; eſt enim perſona Diuina, cui nulla res realis in tempore aduenire poteſt; cum nec humanitas aſſumpta poſſit eſſe ſubiectum filiationis, alias humanitas eſſet filius, quod falſum eſt, & abſurdum dicere; Scotus verò in 3. diſt. 8. q. 1. Richardus in 3. d. 8. art. 2. q. 2. Durandus in 3. diſt. 8. q. 3. volunt eſſe in Chriſto relationem filiationis realem, ac temporalem ad Matrem, ita quod in Chriſto duæ ſunt filiationes reales; Pro Intelligentia huius opinionis, notandum quod filiatio ſecundum Scotum eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura Intellectuali, ponitur habitudo loco generis, quia ſicut paternitas eſt habitudo producentis naturaliter ad productum, ita & filiatio eſt habitudo producti naturaliter ad producens. Dicitur naturaliter, quia id quod liberè producitur, ſicut Spiritus Sanctus non poteſt filius appellari; Dicitur ſimilis producenti, quia vermis licèt naturaliter producatur ab homine, non eſt tamen eius filius, quia non eſt ſimilis ei in natura loquendo de ſimilitudine vniuoca; Dicitur in natura Intellectuali, quia licet ignis, naturaliter producatur, & ſit ſimilis natura generanti non eſt tamen filius ignis generantis, nec planta plantæ, &c.

4 Secundum Doctorem ſubtilem igitur in Chriſto concedendæ ſunt contra Henricum duæ filiationes, altera, qua refertur ad Patrem æternum, & altera qua refertur ad Matrem Virginem; quia relatio cum ſit habitudo, & ordo ad alterum, multiplicato illo altero, à quo eſſentialiter dependet neceſſariò multiplicatur ergo cum Chriſtus, vt filius referatur ad duos terminos ad Patrem ſcilicet æternū, & Matrem temporalem neceſſariò filiatio in eo multiplicatur, nec obſtat quod filius communis ad Patrem, & Matrem eadem relatione referuntur, quia hoc accidit in naturalibus; Maternamque, & Pater habent rationem vnius principijs reſpectu filij non verò conuenit Patri æterno, & Virgini, quia ad generationem æternam Virgo concurrere non potuit, ad temporalem verò Deus rationem Patris non habuit; ſiquidem Chriſtus, ſicut in cœlis eſt ſine Matre, ita in terris ſine Patre; Hinc ſequitur prædictas duas filiationes non eſſe eiuſdem rationis, ſed vnam æternam, qua refertur ad Patrem, & aliam temporalem, qua refertur ad Matrem; ſed filiatione æterna, qua refertur ad Patrem non refertur ad Matrem, nec filiatione temporali, qua refertur ad Matrem, non refertur ad Patrem, ergo iſtæ filiationes non ſunt eiuſdem rationis, quia illud quod conuenit Verbo ab æterno, vt filius Dei eſt, ab æterno non conuenit Chriſto, ſecundùm quod homo, ſed Verbo conuenit eſſe filium per ſuam filiationem æternam, igitur non conuenit ei ſecundùm quod homo; Igitur ſi in Chriſto non eſt alia filiatio ab illa æterna, vt volebat Henricus ſequitur, quod Chriſtus ſecundùm quod homo non eſt verè filius Virginis, quod eſt contra veritatem, & fidem.

5 Illæ duæ filiationes in Chriſto ſecundum eundem Doctorem ſubtilem ſunt reales; De æterna ſatis conſtat de temporali etiam oſtenditur, quia illa relatio eſt realis, quæ conſequitur extrema realia, & ex ſola natura extremorum conſequitur, vel profluit ſine actu Intellectus, aut rationis, Poſita autem Matre generante, & Chriſto ſecundùm humanitatem genito, ſine actu Intellectus reſultat relatio generationis actiuæ ex parte Matris, & filiationis paſſiuæ, ex parte filij, & conſequenter æquè

æquè relatio realis eſt filij ad Matrem, ſicut Matris ad filium, quod ex ſuppoſito euidenter colligi poteſt, ſi enim natura humana non fuiſſet à Verbo aſſumpta, vtique ille homo fuiſſet à Virgine productus, & realem egiſſet, quam cum aſſumpta eſt; Niſi forſitan dicas, quod produxiſſet in proprio ſuppoſito hominem, & non in alieno, ſed quicquid ſit æque nunc produxit in ſuppoſito, ſicut tunc, nihil enim refert vtrum ſit proprium ſuppoſitum, vel alienum ad relationem maternitatis,& filiationis; & conſequenter ſi tunc filius realem habuiſſet relationem etiam & nunc; Hæc filiatio Chriſti temporalis realis eſt diſtincta à natura Chriſti, quia ſine tali filiatione potuit eſſe natura humana Chriſti, potuit enim accipere eſſe, vel per creationem immediatè à Deo, vel per generationem ab alia Matre; Dices, Relatio Creaturæ ad Deum eſt identificata realiter illi, ergo & relatio filij ad Matrem; Reſpondetur, negando conſequentiam; Non enim dicit Creatura tantam dependentiam ad cauſam ſecundam quantum dicit ad primam ſine qua eſt impoſſibile eam eſſe, quia ab ipſa dependet, nedum in fieri, ſed etiam in facto eſſe, & conſeruari non ſic filius à Matre.

6 Ex hac Doctrina Scoti oriuntur duo dubia non ſine diſcuſſione tranſeunda; Primum eſt an filiaito competat per ſe primò ſuppoſito, vel naturæ; Secundùm, an duæ filiationes, vel plura accidentia ſolo numero differentia poſſint eſſe in eodem ſubiecto; Ad primum Reſpondent Alexander Alenſis 3.p. q.10. memb.3. & D. Bonauentura in 3. diſt.8. art. 2. q.2. dicentes, quod filiatio eſt proprietas perſonalis, oppoſitam ſententiam ſuſtinet Doctor ſubtilis in 3. d.8, q. 1. & probat primò, ſicut Chriſtus operabatur naturaliter quibuſdam operationibus naturalibus humanæ naturæ, quia comedit, & bibit, ita ſi genuiſſet duos filios realiter habuiſſet, duas paternitates ad illos, propter duas generationes actiuas, ergo modo propter duas generationes paſſiuas, habet duas filiationes, & tamen eſt vnicum ſuppoſitum; Secundò probat, quod conuenit Chriſto præcisè ſecundùm rationem perſonalitates æternæ, non dicitur de eo, in quantum homo, hoc eſt, cum nota reduplicationis determinante hominem, nam hæc eſt falſa Chriſtus, in quantum homo eſt perſona; Et hæc ſimiliter falſa Chriſtus, in quantum homo eſt filius, ſi filiatio tantummodo diceretur de Chriſto ratione perſonalitatis æternæ; nam certum eſt apud omnes, quod Chriſtus in quantum Deus, vel ſecundum perſonam Diuinam eſt filius Dei; & in quantum homo eſt filius hominis; Certum eſt etiam quod filiatio Diuina præcisè competit Chriſto, ratione perſonalitatis æternæ; ſi ergo Chriſtus in quantum homo eſt filius, aut eſt filius filiatione æterna, aut eſt filius filiatione temporali diſtincta realiter ab æterna, ſi detur ſecundum habetur propoſitum; ſcilicet quod in Chriſto ſunt duæ reales filiationes, ſi detur primum ſequitur, quod filiatio Diuina ineſt Chriſto ratione humanitatis, quod eſt falſum; Probatur conſequentia, quia Chriſtus ſecundùm quod homo eſt filius hominis, & per ſe non eſt filius, niſi æterna generatione, ergo æterna filiatio competit Chriſto ſecundùm quòd homo, quod eſt falſiſſimum; hæc omnia falſa, & abſurda ſequuntur ex prima opinione, vt patet ſpeculanti.

7 Ad ſecundum dubium reſpondet D. Thomas 3.p.q.35.art.5. dicens quod accidens habet entitatem à ſubiecto, & per conſequens vnitatem, qualis ergo erit vnitas in ſubiecto, talis erit vnitas in accidente; ſubiecto igitur vno numero exiſtenti non poſſunt inhærere accidentia plura numero; Oppoſitam ſententiam tenet Doctor ſubtilis, in 3. diſt.8. q. 1. & 5. Met. q. 10. pro cuius ſententiæ intelligentia obſeruandum eſt (prout ad propoſitum ſpectat) quod accidentia ſunt in duplici differentia, quædam ſunt accidentia intentionalia, quædam ſunt realia; Intentionalia appellantur, non quod ſint accidentia rationis, vel ſecundæ Intentiones, ſed

ſed quia ſunt ſpecies intelligibiles, vel ſenſibiles; Accidentia autem realia diſtinguuntur in reſpectiua, & abſoluta; accidentia abſoluta adhuc diſtinguuntur, quia aut inducuntur in ſubiectum per motum, & mutationem, aut ſine motu, & mutatione. Hoc ſuppoſitum dicendum eſt, primò non implicare contradictionem duo accidentia intentionalia ſolo numero differentia eſſe in eodem ſubiecto, nam in eadem parte medij, & in eodem oculo ſunt multæ ſpecies ſenſibiles eiuſdem obiecti, ſed illa ſunt plura accidentia intentionalia, ſolo numero differentia poſſunt eſſe in eodem ſubiecto; conſequentia patet cum minori, quia eius modi ſpecies ſunt entia, & accidentia intentionalia ſecundùm communem modum loquendi, & cum ſint eiuſdem obiecti non differunt niſi numero, maior probatur, quia ſi ponantur, multa alba in medio oculus exiſtens in quocumque puncto medij, poteſt illa videre diſtinctè, ergo habet diſtinctas ſpecies; ſimiliter arguitur de ſpeciebus ſenſuum interiorum phantaſiæ, &c. & de intelligibilibus, &c.

8 Non ſunt impoſſibilia duo accidentia realia reſpectiua ſolo numero differentia eſſe in eodem numero ſubiecto; probatur iſte vnus Pater habet multos filios, ergo in eodem ſubiecto ſunt multæ relationes reales ſolo numero differentes puta paternitates, quæ ſunt eiuſdem rationis, & ſpeciei; conſequentia ſatis clarè deducitur; Pater dicitur, quia genuit 4. Met. text. com. 20. ergo ſi multis actibus genuit multis paternitatibus eſt Pater, ſicut enim Paternitas fundatur ſuper genuiſſe, ita hæc paternitas ſuper hoc genuiſſe, & hæc filiatio ſuper hoc genitum eſſe; Pater ergo hac paternitate reſpicit hunc filium, qui eſt filius hac filiatione; Hæc ratio ſupponit quod Paternitas neceſſariò, ſequatur ad genuiſſe, ſicut filiatio ad genitum eſſe; Quo ſuppoſito arguitur ſic, quot ſunt genuiſſe, ſiue generationes actiuæ præteritæ, tot ſunt paternitates, ſicut quot ſunt genita eſſe, ſiue generationes paſſiuæ, tot ſunt filiationes, ſed in eodem Patre poſſunt eſſe plura genuiſſe, & in Chriſto ſunt plura genita eſſe, & ſicut in eodem Patre poſſunt eſſe plures paternitates, ita & in Chriſto plures filiationes. Non eſt impoſſibile duo accidentia realia abſoluta non educta de potentia materiæ ſolo numero differentia eſſe in eodem ſubiecto; Probatur ex multis memorijs generatur experimentum ex prœmio 1. Met. ſed illæ multæ memoriæ ſunt cognitiones eiuſdem ſpeciei, vt Ariſtot. ibidem docet, & ſunt accidentia realia abſoluta, vt patet ergo non eſt impoſſibile talia accidentia ſolo numero differentia eſſe in eodem ſubiecto.

9 Non eſt impoſſibile duo accidentia realia, & abſoluta educta de potentia materiæ, ſolo numero differentia eſſe in eodem ſubiecto dummodo non educantur per motum, nam duo lumina diſtincta ſunt in eadem parte medij, ſed duo lumina diſtincta ſunt accidentia realia abſoluta diſtincta numero educta de potentia materiæ, non per motum, vt patet quia in inſtanti medium illuminatur ab vtroque, ergo non eſt impoſſibile plura talia accidentia eſſe, ſimul in eodem ſubiecto; probatur maior, ponnatur duæ cãdelæ, vna hic, & vna ibi ponatur etiam Corpus medium denſam, fient duæ vmbræ; ſi autem ammoueatur illud corpus medium lumen vtriuſque candelæ incedet inceſſu directo, vbi fuerat corpus denſum, atque ita erunt duo lumina in eadem parte, nam vmbra eſt priuatio luminis, ergo ammoto obſtaculo, Lumen vtriuſque Candelæ erit vbi vmbra præfuit, quia habitus, & priuatio circa idem fiunt; Impoſſibili eſt duo accidentia realia abſoluta educta de potentia materiæ, per motum naturalem differentia, ſolum numero eſſe in eodem ſubiecto probatur, omnis forma inducibilis per motum, vel mutationem neceſſariò terminans motum ad ſui Inductionem præexigit neceſſariò in ſuſceptiuo formam incompoſſibilem tunc corruptam, quia omnis motus naturalis eſt inter ter-

ter terminos incompoſſibiles, ita quod in aduentu termini, ad quem corrumpitur forma contraria, quæ fuit terminus à quo, ita quod nullum agens naturali mouet, vel mutat mutatione terminante motum ad aliquod ſubiectum, niſi habẽs formam ſuæ formæ incompoſſibilem, atque ad eo non poſſunt plura eiuſdem ſpeciei indiuidua accidentia, &c. ſimul eſſe per motum, nec per mutationem per ſe terminantem motum.

10 Viſum eſt non repugnare eſſe, immò de facto reperiri in Chriſto duas filiationes reales diuerſæ rationis; nunc inquirendum eſt; vtrum reperiatur altera filiatio, quæ dicitur adoptiua; pro quo aduertendum poſſe inquiri, vel de Chriſto abſolutè accepto, vel ſumpto cum reduplicatione poſita ad humanitatem; Hoc eſt poteſt quæri an Chriſtus abſolutè, ſit filius Dei adoptiuus, vel an Chriſtus ſecundum quod homo, ſit filius Dei adoptiuus; In primo ſenſu hæc propoſitio Chriſtus eſt filius Dei adoptiuus eſt falſa, cum enim Chriſtus, dicat ſuppoſitum in duabus naturis ſubſiſtens, quod eſt ſuppoſitum Diuinum; affirmare ſuppoſitum Diuinum in natura humana ſubſiſtens eſſe filium Dei adoptiuum eſſet Hæreſis Ariana; Affirmare etiam quod Chriſtus ratione ſuppoſiti ſit filius Dei adoptiuus eſt hæreſis Neſtoriana; Neſtorius enim dixit, quod Chriſtus non eſt filius Dei naturalis, ſed adoptiuus; Ita etiam concedere abſolutè hanc propoſitionem Chriſtus eſt filius Dei adoptiuus, ſine addito illo ſecundum quod homo eſt fauere Neſtorio ſaltem loquendi modo; Inquiratur ergo cum illa reduplicatione in quantum homo, ſicut inquirit Scotus; Secundo aduertendum quod filiatio reſpectu Dei varijs modis, accipi poteſt; Primò proprijſſimè pro filiatione naturali, & perſonali qua conſtituitur in eſſe ſecunda Trinitatis Perſona; Secundò improprijſſimè, & valdè anagogicæ, pro relatione Creaturę ad Deum prout Deus, dicitur pluuiæ Pater; Tertiò pro filiatione, (ſi quæ eſſe poteſt) fundata in gratia vnionis; Quartò pro filiatione fundata in gratia habituali, quæ in puris hominibus eſt filiatio adoptiua.

11 Tertiò obſeruandum eſt, quod adoptare nihil aliud eſt, quam aliquem in filium recipere; eſt autem adoptio duplex, alia Diuina alia humana; Adoptio humana eſt alicuius perſonæ extraneæ in filium, aut Nepotem, aut deinceps; ſecundum gradus conſanguinitatis legitima aſſumptio; Adoptio Diuina eſt alicuius naturæ Intellectualis extraneæ in Dei filium, vel filiam in hæreditatem æternam gratuita ipſius Dei aſſumptio, ſcilicet per prædeſtinationem æternam, & per Charitatem temporalem; talis autem adoptionis actus eſt voluntatis, quo de non filio fit quis filius, & in humanis dicitur motus voluntatis, quo de non filio fit quis filius, non naturalis; In Diuinis differt adoptio à prædeſtinatione, quia adoptio dicit perſonam, quæ non eſt niſi perſonæ; Prædeſtinatio verò non ſolum reſpicit perſonam, ſed omne beatificabile per gratiam; Adoptio humana in quatuor dicitur differre ab Arrogatione; Primò arrogatur, qui eſt ſui iuris, adoptatur verò qui eſt alieni; Secundò quia arrogatus tranſit in arrogantis poteſtatem; & adoptatus non tranſit in adoptantis poteſtatem; Tertiò quia arrogatio non fit, niſi auctoritate Principis, adoptio verò per quemlibet Magiſtratum; Quartò qui arrogatur de neceſſitate habet legitimam in bonis arrogantis; Vnde ſiue eum emancipat, ſiue decedat arrogans ei ſuam relinquere debet legitimam; Adoptatus verò non habet legitimam in bonis adoptantis; Vnde adoptans non tenetur ei aliquid relinquere, ſi tamen ab inteſtato moriatur ei ſuccedit adoptatus, de qua re videndi ſunt Iuriſtæ.

12 Tria ex Doctore ſubtili in 3. diſt. 10. debent ad filiationem adoptiuam concurrere; Primum vt qui adoptatur ſit extraneus, & ex generatione ſua naturali non habeat ius ad hæreditatem. Secundum quod adoptatus habeat gratiam apud adoptantem. Tertium hæreditas, ad quam recipitur filius adoptatus; quæ tria concurrunt

currunt in homine exiſtente in gratia, quia ex generatione ſua nullus homo habet ius ad Hæreditatem cæleſtem, ſed potius omnes naſcimur filij iræ; Secundò exiſtens eſt gratus Deo, & tertiò; eſt gloria Cæleſtis ad quam adoptatus eſt à Deo; Cum homo hominem adoptat non cauſat aliquid in adoptato, quo formaliter dicatur gratus, ſed gratia, qua adoptatur eſt gratuita voluntas adoptantis, & acceptantis illam, qui naturaliter non eſt eius filius, nec habet ius ad hæreditatem, vt ex tali acceptatione habeat ius. Huiuſmodi autem aſſumptio ad Hæreditatem fit gratis, nam ſi daretur titulo oneroſo non eſſet adoptio, ſed venditio, vel alius ſimilis contractus, Deus autem quando adoptat aliquem in filium de potentia ordinaria cauſat in illo habitum gratiæ, quo formaliter dicitur gratus; ex his colligi poſſunt quinque differentiæ, quæ intercedunt inter adoptionem humanam atque Diuinam; Prima eſt quod humana adoptio fit per ſolam extrinſecam acceptationem, & per eam non confertur aliquod eſſe internum, in quo fundetur ius, vel proportio ad Hæreditatem, at verò in Diuina adoptione filius accipit inhærentem iuſtitiam, & gratiam, per quam fit particeps Diuinæ naturæ, primæ Petri 3. & ideo 1. Ioan. 3. inquit; videte qualem Charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus.

13 Secunda differentia; In adoptione humana, qua homo hominem adoptat; perſona, quæ adoptatur non procedit in ſuo eſſe reali ab adoptante, at verò in Diuina neceſſe eſt, vt ſaltem per Creationem perſona ipſa, quæ adoptatur à Deo procedat, & pendeat; ratione tamen Creationis homo non habet ius ad ſupernaturalem hæreditatem, ad quam poſteà adoptatur; Tertia differentia eſt, quod adoptio inter homines introducta eſt ex defectu, & indigentia filij naturalis, at verò Diuina adoptio, non propter indigentiam; ſed ex infinita Dei perfectione, & bonitate introducta eſt, vt ſimilitudo filij naturalis filijs, adoptiuis communiter; Quarta differentia, quod adoptio humana ad hoc ordinatur, vt filius ſuccedat Patri, de ratione autem ſucceſſionis eſt, vt altero decedente, aut deſerente hæreditatem alius ſuccedat, ſeu aquirat ipſam; At verò adoptio Diuina non ordinatur ad ſucceſſionem, ſed ad communicationem, & participationem eiuſdem hæreditatis; Quinta differentia, quod in humana adoptione ſolus ille poteſt adoptare, qui poteſt generare, at verò in diuinas adoptione adoptant filius, & Spiritus ſanctus, etiam ſi generare non poſſint, ſed hæc differentiam non habet multum fundamentum in iure Ciuili; Iſtis ſic prælibatis dicendum primò Creaturam irrationalem non eſſe capacem adoptionis, quod eſt clarum, & certum; & ſi aliquando inſenſibilis Creatura, in ſcriptura vocetur nomine filij, vt Iob. 38. quis eſt pluuiæ Pater? talis locutio eſt metaphorica; ſola igitur rationalis Creatura de ſe capax eſt Diuinæ adoptionis; nam ſupernaturalis beatitudo, & gratia nulli perſonæ Creatæ connaturalis eſt, aut eſſe poteſt, & per gratiam quælibet Creatura rationalis poteſt ad participationem beatitudinis eleuari ex D. Auguſt. in lib. ſolliq. cap. 8.

14 Ideò non omnis Creatura rationalis, ſed ea tantum, quæ per gratiam, & Charitatem actu iuſtificata eſt, habet hanc diuinam adoptionem; ſic Angeli ſancti ſunt filij Dei adoptiui, ita enim Iob 1. & 2. vocantur filij Dei, non ſunt autem filij naturales, de hac enim filiatione naturali loquens D. Paulus ad Hæbreos 1. dixit; cui enim Angelorum dixit aliquando Deus filius meus es tu, ergo ſunt filij adoptiui; ſicut Adam in ſtatu Innocentiæ, quia fuit Creatus in gratia, & ſecundum præſentem illius ſtatus non habuit verum, & proprium ius ad æternam fælicitatem, nec refert quod illud poſteà amiſerit, quia filius adoptiuus perdere poteſt filiationem, quia perdere poteſt gratiam per peccatum mortale. Ideò Viatores iuſtificati ſunt filij adoptiui, non autem peccatores reduplicatiuè conſiderati, ideò primæ Ioan. 3. generaliter dicitur, qui facit pecca-

peccatum ex Diabolo eſt, & è contrario; omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet; & infra ſubdit; In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij Diaboli; Dices, ergo Chriſtus fuit filius Dei ſummo adoptiuus, quia habuit ſummam gratiam, & ſummam gloriam; negatur conſequentia, & conſequens eſt hæreticum, cuius oppoſitum eſt de fide, nempè Chriſtum hominem, non eſſe filium Dei adoptiuum, ſed naturalem patet per Apoſtolum ad Hebr. 1. vbi dicit tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, vbi ſanctus Apoſtolus loquitur de Chriſto, & homine, & de nomine filij; cum igitur Angeli ſint filij adoptiui altiori modo Chriſtus eſt filius, & ſic non per adoptionem, ſed per naturam ſic D. Hieronimus ſuper Epiſtolam ad Epheſios de Chriſto dicit, ille quidem natura filius eſt, nos verò adoptione D. quoque Auguſtinus ſuper Ioannem; Hos ſumus filij gratia, vnigenitus autem non gratia, ſed natura, & D. Ambroſius de Trinitate, inquit Chriſtus filius eſt non per adoptionem, ſed per naturam.

15 Accedit definitio Adriani Papæ, & Concilij Francfordienſis, quod nationale fuit trecentorum Epiſcoporum, & in eo Legati Papæ Adriani interfuerunt, cum inſtructione ipſius Adriani in libello enim ſacro ſillabo habentur hæc verba; Vnde & eos valdè execramus, qui eundem adoptiuum, impio garriunt ore, & loquitur ibi de Chriſto homine, quod patet ex his, quæ infra ſubdit in fine libelli. Confiteamur cum ſanctis Patribus omnibus Catholicis orthodoxiſque viris, qui recta fide, & corde perceperunt, & inuiolabili ore Eccleſiæ filios ſalubriter docuerunt duas in Chriſto naturas Diuinam nimirum, & humanam verum Deum, verumque hominem in vtraque proprium Dei filium non adoptiuum, ſempiternum ex Patre, temporaliter natum ex Virgine; Vide ibi plura alia, ad hoc propoſitum, & maximè in Epiſtola Caroli Magni, in confeſſione fidei eiuſdem Concilij ad Carolum Magnum, vbi ſic legitur; Credimus ex Sancta Trinitate filij tantummodo perſonam, &c. Deus ante omnia ſæcula, homo in fine ſæculi, verus in vtraque ſubſtantia Dei filius non putatiuus, ſed verus, non adoptione, ſed proprietate, &c. quod eſt etiam ſecundum intentionem Scoti; nam Doctor ſubtilis ex hoc quod non eſt adoptiuus probat non poſſe dici Creaturam, probat etiam ex hoc quod totum ſuum eſſe non eſt Creatum, nec principale eſſe, igitur conſtat ad mentem Doctoris ſubtilis, quod non ſit adoptiuus, quia in illo eſt naturale eſſe filij Dei, conſequentia tenet, quia totum eſſe adoptati eſt extraneum adoptanti, totum autem eſſe Chriſti non eſt Deo extraneum; igitur Chriſtus non poteſt dici filius adoptiuus.

16 Chriſtus ergo eſt filius Dei naturalis in quantum homo non per naturam, nec per generationem naturalem, nec per communicationem Idiomatum tantum, ſed per vnionem hypoſtaticam, ratione cuius habet diſpoſitionem de congruo ad ius in æternam hæreditatem; prima ſecunda; & tertia pars huius concluſionis patet; Vltima pars probatur, nam Chriſtus ſecundum humanitatem ratione vnionis hypoſtaticæ habet ius in æternam hæreditatem, in quo iure fundatur hæc filiatio; Hoc autem ius non eſt adoptionis, quia non eſt datum perſonæ extraneæ, nec eſt ius per æternam, & naturalem generationem productum, ſed eſt ius fundatum in vnione hypoſtatica, quod aliquo modo dici poteſt connaturale Chriſto, quia Chriſtus non eſt perſona Deo extranea licèt datum ſit naturæ extraneæ; Chriſtus in quantum homo ratione vnionis hypoſtaticæ non eſt connaturaliter filius Dei, nec illi connaturaliter debetur vnio, & fruitio Dei loquendo de connaturalitate intrinſeca; benè tamen de connaturalitate extrinſeca; tamen hoc complexum Chriſtus homo, ſiue ſubſiſtens in natura humana eſt filius Dei naturalis intrinſeca connaturalitate; prima pars patet, aliàs ſequeretur, quod eſſet confuſio naturæ, &

eſſet fauere hæreſi Eutichianæ aſſerenti confuſionem naturarum in Chriſto; ſecunda etiam pars eſt clara, ſi reduplicatio cadat ſuper ſubſiſtens in natura humana, quod nihil aliud eſt, quam perſona Diuina naturaliter, & connaturaliſſimè ſit filius Dei, quod ſecus eſſet, ſi reduplicatio caderet ſuper hominem modo præexpoſito.

17 Duas generationes reales in Chriſto ſequuntur duæ Natiuitates reales, duas Natiuitates reales ſequuntur duæ filiationes reales, duas filiationes reales ſequuntur duæ naturæ, Diuina ſcilicet, & humana; Diuina non eſt genita, vel generata, quia inter ipſam, & Patrem generantem filium non intercedit diſtinctio realis, humana verò eſt verè genita; quia inter ipſam, & Matrem generantem intercedit diſtinctio realis; In Perſona igitur Chriſti ſunt iſtæ duæ naturæ Diuina, & humana, quibus nec componitur cum confuſione partium, nec conditionibus dicentibus *imperfectionem*, ita Scotus in 3. diſt. 6. q. 3. eſtque communis omnium antiquorum contra D. Thomam 3. p. q. 2. art. 4. cum ſuis Diſcipulis, quia aſſerunt Perſonam Chriſti poſt Incarnationem verè, & propriè compoſitam, ſed probatur opinio Doctoris ſubtilis, tum quia hæreſis Eutichiana eſt affirmare ex Diuina, & humana natura reſultare tertiam entitatem; tum quia illæ duæ naturæ, non ſic ſe habent ſicut elementa in mixto, quæ confunduntur, nec ſicut Anima, & corpus, quæ licet non confundantur ex illis, tamen tertium reſultat, nempè per Informationem Corporis ab Anima, quod hic non reperitur, tum quia compoſitio ipſa in ratione ſui non requirit, vt vnum ſit actus, & aliud potentia, & in propoſito hæc non inueniuntur; Dices ſolus Deus in quantum Deus eſt ſimplex, ergo in quantum homo, & Deus eſt compoſitus; Reſpondetur Deus ſolus in quantum Deus eſt ſimplex ſimplicitate excludente compoſitionem, & vnionem, ergo in quantum homo, & Deus eſt compoſitus, negatur, eſt enim ſemplicíſſimus ob compoſitionis excluſionem, non tamen ob vnionis naturæ extraneæ carentiam, quæ tamen vnio non arguit in ipſo compoſitionem, vt alibi probatum eſt, cum illa vnio non dicat, niſi relationem non mutuam rationis, ſcilicet in vno extremo, & realis in altero extremo; compoſitio autem requirit relationem realem inter extrema compoſita realiter, vt patet inter Animam, & corpus.

18 Prædictè duæ naturæ perfectæ, & integræ Diuina ſcilicet, & humana ſunt in Chriſto impermixtæ eſt de fide; ibi enim Chriſtus eſt perfectus Deus, & perfectus homo, vt patet ex Symbolo Athanaſij, dum dicit Perfectus Deus, Perfectus homo ex Anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, & non poteſt eſſe perfectus Deus, ſine natura Diuina perfecta, nec perfectus homo, ſine natura humana perfecta, quæ ſunt duæ naturæ perfectè, & integræ, & omninò impermixtæ, & inconfuſæ, vt patet ex eodem D. Athanaſio ibidem dum dicit; Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ; Idem patet ex varijs Concilijs Generalibus, maximè autem ex Calcedonenſi, in quo expreſſe hoc determinatum eſt contrà Eutichem; De natura Diuina Chriſti plures Sacræ Scripturæ reddunt teſtimonium, ſed vna ex vtraque pagina ſufficiet; ex veteri ſit Iſaias, c. 9. dicens; puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humeros eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, cōſiliarius, Deus fortis; Pater futuri ſęculi, Princeps pacis; ex noua 1. Ioan. 5. dicentis, & ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſū, vt cognoſcamus verum Deū; & ſcimus in vero filio eius, hic eſt filius Dei; De veritate, & perfectione vtriuſq; naturæ in Chriſto teſtantur omnia 4. Euangelia, & Deus Paulus in ſuis Epiſt. potiſſimū ad Hebr. 1.

19 Diuerſæ, & differentes naturæ, in Chriſto inferunt diuerſas, & diſtinctas proprietates pariter in eo reperiri, quia quorum diuerſæ ſunt naturæ, earundem diuerſæ, & differentes ſunt proprietates teſte D. Damaſceno, ſed in Chriſto (vt viſum eſt) ſunt diuerſæ naturæ,

ſcilicet Diuina, & humana, & differentes inter ſe, ergo etiam diſtinctæ, atque diuerſæ proprietates ſecundum differentiam, & diuerſitatem naturarum in Chriſto, itaut vna ſit incircumſcripta, & æterna, infinita increata, & impaſſibilis, quæ eſt Diuina, altera verò circumſcripta, finita temporalis creata, & paſſibilis, quæ eſt humana, ſicut autem illæ duæ naturæ manſerunt in Chriſto, poſt vnionem ſaluæ, & incolumes, & integræ, ita in eodem ipſarum naturarum proprietates ſubſtantiales manſerunt inconfuſæ, & perfectè in ſua integritate, & veritate: Item in Chriſto, ſicut ſunt duæ naturæ Intellectuales, ita quoque in eo ſunt duæ potentiæ actiuæ, vt duo Intellectus, & duæ voluntates eſt de fide, vt ſupra probatum eſt, & eſt Doctoris ſubtilis, in 3. diſt. 17. q. vnica, nam diuerſarum naturarum diuerſæ ſunt potentiæ actiuæ, ſed in Chriſto ſunt diuerſæ naturæ, ergo in eodem erunt diuerſa principia, ſeu potentiæ actiuæ differentes, at illæ duæ naturæ, ſunt Intellectuales ergo habent diuerſos Intellectus, & diuerſas voluntates, quia verò vna eſt Diuina natura in ea eſt Diuinus Intellectus, & Diuina voluntas, ambæ potentiæ formaliter infinitæ, realiter tamen identificatæ inter ſe, & cum eadem natura, à qua, & à ſeipſis formaliter diſtinguuntur. Alia eſt humana, in qua eſt humanus Intellectus, & humana voluntas, quæ potentiæ, ita ſunt actiuæ, & operatiuæ, ac ſi non eſſet ibi Diuina voluntas, & Diuinus Intellectus actibus, & operationibus.

20 Idem dicendum eſt de diuerſis actionibus inter ſe diuidentibus ab eiſdem diuerſis naturis, & potentijs prouenientibus Doctor ſubtilis in 3. d. 6. q. 1. quia quorum eadem eſt eſſentia, & ſubſtantia, eorum quoque eadem eſt actio, quorum verò diuerſa eſt eſſentia, & natura diuerſæ quoque ſunt actiones, ergo cum Chriſtus habeat diuerſas ſubſtantias, & naturas diuerſas, & potentias differentes habebit quoque actiones diuerſas, & differentes: habuit enim Chriſtus, poſt Incarnationem, vt Deus communem cum Patre actionem. Ait enim ipſe Pater meus vſque modo operatur, & ego operor; item quæcumque facit Pater, hæc & filius ſimiliter facit, quæ non niſi de Diuina actione intelligi poſſunt ſiquidem eadem, & conſimiliter operari, vt Pater ad ſolam ſpectant naturam Diuinam; habuit etiam Chriſtus, poſt Incarnationem actionem humanam, quia Chriſtus aſſumens naturam humanam aſſumpſit omnia, quæ ſunt ipſius hominis eſſentialia, mentem humanam, & animam rationalem, & intellectiuam; at propria Intellectus operatio eſt intellectio, ſicut oculi actio eſt ipſa viſio; Igitur Chriſtus, vt homo intellectionem exercuit; quod etiam dicendum eſt de volitionibus, ac alijs actionibus aliarum potentiarum, tum Animæ ſenſitiuæ, tum intellectiuæ; Idem quoque determinatum eſt in Concilio primo Lateran. ſub Martino Papa Can. 10. & 12. contra Monothelitas, vbi dicitur in Chriſto non ſolum eſſe duas naturas, cum ſuis proprietatibus, ſed exiſtere duas voluntates, & operationes inconfuſas; Prætereà in Epiſtola Agathonis Papæ, quæ in Concilio 6. act. 4. recitatur, & à toto Concilio approbatur; habemus (inquit) in Chriſto, omnia eſſe duplicia, ideſt naturas proprietates voluntates operationes excepta ſubſiſtentia, quæ vna eſt.

21 Simpliciter, & abſolutè loquendo, non obſtantibus iam prædictis, hæc locutio vera eſt Chriſtus eſt vnus ſic D. Paulus 1. ad Timoth. 2. vnus eſt mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus; Idem docent Concilia, omnia quæ de hoc Miſterio loquuntur Epheſinum in Confeſſione fidei, & Can. 2. & 3. Calcedonenſe act. 1. 5. Synodus act. 8. 6. Synodus act. 11. & 18. Later. ſub Martino 1. In Symbolo Athanaſij, vbi legitur, qui licet Deus ſit, & homo non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus; vnus autem non conuerſione Diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum; Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ; nam ſicut Anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus;

Idem

Idem in ſimbolo Niceno, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum; Idem Antiqui Patres, & ratio ipſa, quia vnitas agentium ſequitur vnitatem, & pluralitatem ſuppoſitorum, vel hypoſtaſum, ſed in Chriſto eſt tantum vna hypoſtaſis, ergo eſt vnicum volens, & vnicum agens. Quemadmodum enim ſunt duæ partes ſubſtantiales hominis natura differentes, ſcilicet Anima, & corpus, & earum diuerſæ virtutes, & diuerſæ actiones, corporis enim ſuo modo eſt virtus ſtegetatiua ſenſitiua, & progreſſiua; Animæ verò eſt virtus Intellectiua, & volitiua; Rurſus corporis actiones ſunt nutritio augmentatio viſio auditio ambulatio, &c. ſiquidem in corpore exercentur; Animæ verò operationes ſunt conſideratio contemplatio conſultatio, & electio, nihilominus eſt vnus, & idem homo, qui vtriuſque partis functiones exercet propter identitatem Hypoſtaſis, conſimili prorſus ratione duæ ſunt in Chriſto voluntates, & actiones duabus eius naturis correſpondentes, vnus tamen, & prorſus idem eſt volens Chriſtus agens Diuinæ, & humanæ.

22 In Chriſto eſt duplex eſſe eſſentiæ; Ita Scotus in 3. diſt. 6. q. 1. ſi enim ſunt duæ naturæ in Chriſto, vt viſum eſt, & duæ eſſentiæ Diuina, & humana, ergo & duo eſſe eſſentiæ, quia eſſe eſſentiæ, non differt ab eſſentia, niſi in modo concipiendi, ergo ſi dantur in Chriſto duæ eſſentiæ, quod eſt de fide, & duo eſſe eſſentiæ neceſſariò confiteri debemus; Item in Chriſto dantur duo eſſe exiſtentiæ; ita Scotus loco cit. contra D. Thomam 3. p. q. 17. art. 2. probatur opinio Scoti. In Chriſto Domino ſunt duæ naturæ diſtinctæ habentes diſtinctas entitates actuales increatam, ſcilicet & Creatam, ergo & duæ exiſtentiæ; Probatur conſequentia, quia exiſtentia eſſe qua formaliter conſtituitur entitas, in eſſe entitatis actualis Creatæ, hoc autem non poteſt eſſe aliquid increatum, quod patet à ſimili; nam ſicut quia perſonalitas eſt formale conſtitutiuum perſonæ creatæ, non poteſt per perſonalitatem Increatam conſtitui perſona Creata, conſimili ratione, quia exiſtentia eſt formale conſtitutiuum entitatis actualis Creatæ, non poterit intelligi eſſe conſtituta, talis entitas actualis Creata per exiſtentiam increatam; Confirmatur ab eodem Doctore ſubtili, quia productio, aut generatio naturæ aſſumptæ, aut terminatur ad eſſe eſſentiæ eius, vel ad eſſe exiſtentiæ, non ad eſſe eſſentiæ, quia generatio ad eſſe exiſtentiæ terminatur humanitatis, ergo &c. ſed illa generatio eſt noua, ergo ad nouum eſſe exiſtentiæ terminatur, ergo non ad exiſtentiam Diuinæ naturæ, & dum Sancti Patres humanitatem Chriſti dicunt exiſtere in Verbo, conceditur non tamen exiſtentia Verbi. In eodem enim inſtanti temporis, in quo habuit eſſe exiſtentiæ aſſumpta eſt à Verbo, ideò dicitur exiſtere in Verbo, non tamen exiſtentia Verbi increata, niſi exiſtentiam, & ſubſiſtentiam acciperent pro eodem.

23 Ideò nota, quod natura humana in Chriſto non habet propriam ſubſiſtentiam, quia exiſtentia humanæ naturæ non eſt incommunicabiliter exiſtens, imò ſicut natura humana actualiter dependet ad Verbum, ita & eius exiſtentia, Ideò in Chriſto eſt tantum vnica ſubſiſtentia, quæ eſt ſubſiſtentia Verbi Dei, qua ſubſiſtentia ſubſiſtit, etiam natura humana per ſe exiſtens propria exiſtentia; Ratione vnionis harum duarum naturarum Diuinæ, & humanæ in ſubſiſtentia incommunicabili, in ſuppoſito, in hypoſtaſi, in Perſona, (idem enim ſunt) Diuini Verbi, hæ duæ naturæ communicant adinuicem propria Idiomata, cuius communicationis notitia plurimum iuuat ad cognoſcendas plures veritates Theologicas; & ignorantia plures parit errores; Experimento dicant Lutherani, & Vbiquiſtæ, qui in plurimos errores inciderunt attribuendo proprietates, & attributa Dei, ſeu naturæ Diuinæ, vt omnipotentiam omni ſcientiam immenſitatem, & vbiquitatem humanitati Chriſti, affirmant enim, quod hæc propoſitio de humanitate Chriſti ſit vera; Humanitas Chriſti eſt omnipotens, quæ tamen falſa eſt etiam ratione communicatio-

cationis Idiomatum, ſi ſic intelligatur, quod omnipotentia, & attributa alia communicentur realiter in ſe, & proximè humanitati; Ideò circa hoc aliquo modo immorandum eſt.

24 Ideò notandum eſt, quod idioma (prout ad propoſitum attinet) vocatur vocabulum proprium Dei, & hominis ſiue ſit nomen ſubſtantiuum, ſiue adiectiuum, aut principium; nomẽ igitur duplex eſt aliud ſubſtantiuum, aliud abiectiuum, & ſubſtantiua, alia ſunt concreta, alia abſtracta; Communicatio idiomatum eſt mutua prædicatio Idiomatum, ſiue vocabulorum vtriuſque naturæ de ſe inuicem, & de ſuppoſito in illis ſubſiſtente; Secundò notãdum eſt, ex Scoto in 1. diſt. 5. quod quando ſubiectum alicuius propoſitionis eſt abſtractũ vltima abſtractione, & prædicatum ex ſua ratione formali non poteſt prædicari, niſi formaliter propoſitio non eſt vera, niſi prædicatum ſit in primo modo dicendi per ſe; Tertiò notandum, quod eſt diſcrimen inter nomina ſubſtantiua, & adiectiua ſiue participia, ſiue verba, quia nomina ſubſtantiua poſſunt prædicari de ſubiecto formaliter, & identicè, adiectiua verò formaliter tantum, ratio huius diſcriminis eſt, quia ſubſtantiua ex ſe habẽt, pro quo ſupponant; adiectiua verò non habent, ſed ponunt ſuum ſignificatum circa id, pro quo ſupponit ſubſtantiuum, cum quo adiectiuantur; Ex quo ſequitur, quod cum adiectiua non poſſunt prædicare, niſi formaliter de ſubiecto, quando fuerit abſtractum vltima abſtractione erit falſa rigoroſè ſecundùm logicum; niſi tale adiectiuum prædicetur, in primo modo dicendi per ſe di tali vltimate abſtracto.

25 Secundò ſequitur, quod cum hoc nomen eſſentia Diuina, ſit abſtractum vltima abſtractione non poterit prædicari de eſſentia Diuina, vt ſic aliquod nomen adiectiuum, quin propoſitio de rigore logico ſit falſa, atque adeò hæc eſt falſa eſſentia Diuina eſt nata à B. Virgine, vel paſſa iſtæ propoſitiones, eſſentia Diuina eſt nata incarnata paſſa, &c. ſunt verè non formaliter, ſed identicæ, ſi ſic explicantur eſſentia Diuina eſt realiter Verbum Dei, quod eſt natum, Incarnatum, paſſum &c. aliter non conceduntur, concreta naturæ humanæ prædicantur de concretis naturæ Diuinæ, quoniam ex Miſterio Incarnationis conſecuta eſt vera, & propria communicatio Idiomatum inter Deum, & hominem eſt de fide, & eam docent communiter Theologi, in 3. diſt. 4. & 7. atque rectè, ita dicimus Deus eſt homo, Deus eſt mortalis finitus paſſibilis, & huiuſmodi, & è contra concreta naturæ Diuinæ, prædicantur de concretis humanæ naturæ, vt homo eſt Deus immortalis, infinitus impaſſibilis, & huiuſmodi, nec obſtat dicere, De eodem verificari non poſſunt prædicata, oppoſita ergo non poteſt dici de Deo, quod dicitur de homine alias, idem eſſet temporale, & æternum; Reſpondetur quod ſecundùm diuerſas naturas, non eſt inconueniens prædicari de eodem diuerſa, & oppoſita prædicata.

26 Abſtracta Diuinæ, & humanæ naturæ non ſibi inuicem communicantur, quia iſta eſt falſa, apud omnes Diuinitas eſt humanitas eſt quoque de fide; alias natura Diuina, & humana eſſent confuſæ, quod eſt Hæreſis Eutichiana; Item abſtracta humanæ naturæ non prædicantur de concretis Diuinis, nec è conuerſo, iſtæ enim ſunt falſæ Verbum eſt humanitas, humanitas eſt Deus; at homo eſt Diuinitas, Diuinitas eſt homo, ſunt veræ, quia abſtracta Diuinæ naturæ prædicantur de concretis humanis ſubſtantiuis, non adiectiuis, adiectiua humana non prædicantur de abſtractis Diuinæ naturæ; *Vnde iſta eſt* vera, homo eſt eſſentia Diuina identicè, quia benè ſequitur homo eſt Verbum, Verbum eſt identicò eſſentia Diuina, ergo homo eſt eſſentia Diuina; Iſta autem eſt falſa eſſentia Diuina eſt nata à Maria Virgine, paſſa &c. vt dictum eſt, eſt de fide determinata ab Eccleſia, in cap. damnamus de Summa Trin. à fortiori, quia ibi determinatum eſt eſſentiam Diuinam, non eſſe genitam à Patre; Cum ſuperius dictum eſt Concreta naturæ humanæ, prædicari de concretis Diuinis excipiuntur

tur illa, quæ exprimunt vnione naturæ humanæ ad perſonam Diuinam, ideò non ſequitur Deus factus eſt homo, ergo Deus factus eſt; Item non ſequitur, Perſona Diuina aſſumpſit naturam humanam, ergo Perſona Diuina aſſumpſit naturam Diuinam. Etiã non valet in Verbis præcedentibus vnionem; Ideò non ſequitur; Natura humana eſt facta, ergo Deus eſt factus, nec iſta Deus produxit Mundũ; ergo natura humana produxit Mundum.

27 Similiter communicatio Idiomatum non tenet cum nota reduplicationis, vnde hæ, & ſimiles propoſitiones, non ſunt veræ Chriſtus in quantum homo eſt Deus; eſt æternus, eſt immenſus, &c. Denique non valet communicatio idiomatum, in his quæ dicunt imperfectionem, ſunt enim quædam prædicata, quæ neceſſario propter annexam imperfectionem, vt dicantur de homine requiruntur ſuppoſitum Creatum, & hæc nec Chriſto, nec Verbo, nec Deo poſſunt verè attribui; hoc eſt de fide, cum fides doceat tale ſuppoſitum Creatum non eſſe in Chriſto, atque adeò hæc locutiones ſunt falſæ, & hæreticæ Deus, vel Chriſtus eſt homo purus, Deus vel Chriſtus eſt peccabilis, Deus vel Chriſtus habet fomitem, eſt filius adoptiuus, &c. Prædicata verò, quæ de homine eſſentialiter prædicantur abſoluta, & ſubſtantiali prædicatione verè, & propriè dici poſſunt de Deo, & de filio Dei, atque idem intelligendum eſt de omnibus prædicatis, quæ ſimpliciter, & ſine imperfectione dici poſſunt, atque adeò eſſentialia prædicata hominis, & quæ ipſum hominem neceſſariò conſequuntur actiones etiam, & paſſiones hominis dũmodo deſumantur ex natura humana, & præciſè conueniant ex ratione naturæ humanæ, & non inuoluant imperfectionẽ ſuppoſiti Creati verè poſſunt de Deo, & de Chriſto affirmari, & è contra Deus, & attributa eius, & quicquid eſſentialiter, & perſonaliter dicitur de filio, ſeu Verbo Dei ſimpliciter, & abſolute verè prædicantur de hoc homine Chriſto.

28 Hæc veritas eſt de fide, quia de fide eſt hunc hominem Chriſtum eſſe Deum, & cõſequenter eſſe omnipotentem æternum, &c. patet ex omnibus illis Concilijs, in quibus tractatur de Chriſti Deitate, ſeu Diuinitate, vt in Conc. Epheſino, Can. 4. Sexta Synodo, act. 11. & 18. Lateranenſi 1. ſub Martino 1. Conſult. 5. can. 4. quia Chriſtus eſt Deus, ergo neceſſe eſt, quod quicquid eſſentialiter dicitur de Deo dicatur etiam de Chriſto, & eadem eſt ratio de proprijs perſonalibus Verbi Dei nimirũ, quod eſt imago Patris, & figura ſubſtantiæ eius; Cum hac tamen aduertentia; Quod Deitas, ſeu Diuinitas, non poteſt prædicari de Chriſto, ſeu homine per modum denominationis accidentalis, aut nominis adiectiui, ex quo ſequitur, quod Chriſtus, non poteſt dici Deificus, vel Deificatus, vt rectè docuit Cyrillus Alex. lib. de Incarn. cap. 11. & Damaſc. lib. 3. de fide, c. 2. vbi ſentit locutionem illam eſſe Neſtorianam, quia per illam tantum denominatiuè Deus de homine prædicatur, ſicut, & dicendo Chriſtus Deifer, & ſignificatur ſupponi hominem ſubſiſtentem purum, qui in ſe ferat Deũ, & indicat diſtinctionem ſuppoſitorum, & eorum vnionem accidentalem, quæ omnia damnantur in Conc. Epheſino; Quod ſi illa locutio interdum reperiatur in Patribus, vt in Sophronio in ſua Epiſt. ſupracit. & Niceta, lib. 3. Theſauri, c. 19. pie explicãda eſt, vel enim eſt Ser. de humanitate, quæ deificata dici poteſt per ſubſtantialem vnionem, cui ipſa ſupponitur, vel ſi eſt Sermo de homine intelligitur formaliter, ac ſimpliciter abſtrahendo à determinato ſuppoſito; & ſi dicatur quod Chriſtus dicitur homo Diuinus, vt patet ex D. Dionyſ. de Eccl. Hierar. p. 3. c. 4. Reſp. hanc denominationem non eſſe accidentalem, ſed ſubſtantialem, & quodammodo per differentiã eſſentialem.

29 Communicatio Idiomatum nullam ponit imperfectionem, & nullum inuoluit abſurdum, aut inconueniens, quia iſta communicatio ex vnione perſonali venit propter ſuſtentationem naturæ aſſumptæ à Verbo, hoc autem non ponit imperfectionem in Verbo, ſed ſolum inde-

pendentiam; Vnde quando dicitur filius Dei eſt paſſus, aut mortuus ſolùm fit in natura aſſumpta, cuius dependentiam terminat filius Dei propter quam terminationem talem recipit prædicationem; Hinc falſum, & Hæreticum eſt ſentire, & dicere, quod attributa ſint communicata humanitati immediatè, & formaliter, & in hac communicatione conſiſtere communicationem Idiomatum, quia impoſſibile eſt attributa Diuina ſubſtantialiter vniri, & communicari humanitati Chriſti; Cum enim quolibet attributum intrinſecè realiter, & identicè includat reliqua neceſſe eſt, vt ſi vniatur, ſeu communicetur humanitati Chriſti, reliqua omnia illi vniantur, ſeu communicentur, at qui omnia non poſſunt illi vniri, vt eſſe omni ſcientem omnipotentem, &c. quia humanitas Chriſti eſſentialiter eſt compoſita, creata in tempore, & dependens; Humanitas Chriſti per communicationem Idiomatum non eſt vbique etiam illocaliter, & inuiſibiliter, quia vnio duarum naturarum inſeparabilium, & in diſtantiam non requirit, vt vbicumque eſt vna ibi ſit altera, ſed ſolùm vt alicubi ſint, & non diſtent, ſi enim nullibi eſſent ſimul iam eſſent ſeparatæ, vt patet in ſole, & orbe ſolari, quæ eodem modo vnita ſunt, & tamen ſol non eſt in toto terræ circuitu, ſicuti eſt orbis ſolaris; ſimiliter non eſt communicata virtus faciendi miracula phiſicè, nec principaliter, nec inſtrumentaliter, ſed moraliter tantum; Nam hæc tria ſunt certa; Primum quod Chriſtus, vt Deus per potentiam Diuinam phiſicè produxerit gratiam, & fecerit miracula tanquam Agens principale; Secundùm quod Chriſtus, vt homo per potentiam humanam exercuerit quaſdam actiones ad miracula concurrentes; Tertium quod Chriſtus, vt homo ſanctus, & Deo gratus, ratione meritorum moraliter effecerit, vt Deus phiſicè procreet gratiam, & faciat miracula quando ipſe vellet.

30 Iſtæ propoſitiones filius Dei incepit eſſe, vel Verbum Dei incepit eſſe ſunt omninò falſæ, & Hæreticæ, quia filius, & Verbum Dei eſt vnus Deus æternum, cum Patre, cui incipere eſſe prorſus repugnat ſecundum naturam, idem dicendum de iſta Chriſtus ſecundùm naturam Diuinam incepit eſſe non indiget probatione, ſimiliter falſa eſt iſta Chriſtus incepit eſſe, ſi incipere eſſe dicat inceptionem ſecundùm primum eſſe nempè Diuinum; ſi verò dicat ſimpliciter incipere eſſe, ſiue ſecundùm eſſe primùm, ſcilicet Diuinum, ſiue ſecundum eſſe ſecundum, ſiue humanum hæc propoſitio Chriſtus incepit eſſe eſt concedenda, quia verificatur, quoad ſecundum eſſe; ſic pariter dicendum eſt de iſta Chriſtus deſijt eſſe ſecundum, ſcilicet eſſe humanum; hæc inceptio nullam mutationem dicit in Verbo eſt de fide, quæ docet Deum eſſe immutabilem, ſolum dicit mutationem in natura humana, & quidem impropriam, quia in mutatione propriè dicta requiritur informatio reſpectu illius, quod fit vt cum homo fit albus; Albedo informat hominum; ſecundò requiritur, quod ſit inter terminos oppoſitos, ita quod ſubiectum præcedat tempore terminum, qui de nouo aquiritur, prima conditio, nec in Verbo, quod non informatur reperitur, nec in natura humana, quæ non informat, ſecunda conditio non reperitur in natura humana, quia natura hamana nunquam habuit eſſe præexiſtens antequam vniretur Verbo duratione, ergo non propriè illa fuit mutatio inter terminos oppoſitos, & ſi eſt aliqua mutatio in natura humana nullo modo redundat in Verbum, *in quo* relatio vnionis non eſt re*alis*, ſed rationis tantùm, vt ſupra probatum eſt.

31 Si hæc vox Creatura in rigore ſermonis accipiatur, prout propriè ſignificat rem ex nihilo ſecundùm ſuum eſſe totali à Deo immediatè poſt primum ſuum non eſſe productam eſſe, nullo modo Chriſtus etiam ſecundùm humanitatem Creatura dici poteſt, quia ad id neceſſum erat, quod humanitas Chriſti ex nihilo eſſet facta ſicut, & Anima rationalis, at illa humanitas facta eſt ex puriſſimis ſanguinibus Beatiſſi-

tiſſimæ Virginis; ſi verò Creatura ſumatur lato vocabulo, quatenus ſignificat rem productam per actionem Diuinam, ſiue excludatur Cauſa ſecunda, ſiue non ita tamen vt primum ſui eſſe accipiat poſt non eſſe à Deo immediatè, ſiue illud primum eſſe ſit eſſe totale, ſiue prima pars quodammodò illius rei; ſicuti Verb. gratia, ignis, qui producitur ab alio igne eſt Creatura, quia dicit reſpectum ad Deum à quo accipit primum eſſe ſui ſaltem materiam primam, quæ à ſolo Deo immediatè eſt Creata; Probabile eſt quod Chriſtus hoc modo poſſit dici Creatura ſimpliciter, & abſolutè ſine aliquo addito, quia neceſſum eſt, quod omnis Creatura accipiat ſuum primum eſſe, vel totale, vel partiale poſt non eſſe, ſed Chriſtus non accepit ſuum primum eſſe, nec totale, nec partiale poſt non eſſe ſine Cauſa ſecunda, ergo illo modo poteſt dici Creatura pater de corpore accepto ex puriſſimis ſanguinibus B. Virginis, quo non obſtante dicitur Creatura; quia & Anima Chriſti ſaltem eſt a Deo immediatè; Probabilius tamen eſt Chriſtum non poſſe dici Creaturam ob primam rationem, quia non eſt ex nihilo; melior tamen eſt cunctis Creaturis abſolute loquendo, etiam ſecundum humanitatem, quia ſi illa humanitas conſideretur ſecundum gratiam vnionis, cum Verbo, vel etiam ſecundum gratiam ſanctificantem, & gloriam ſuæ Animæ, ac ſecundum gratis datas, & priuilegia conceſſa, certum eſt ſic ſuperare omnes Creaturas in perfectione accidentes.

De Circumciſione, & Baptiſmo Chriſti. Art. 6.

1 CHriſtum non indiguiſſe Circumciſione, nec pro ſe, nec pro nobis eſt certiſſimum; voluit tamen Circuncidi ob multas Cauſas recenſitas à D. Thoma, in 3. p. q. 37. art. 1. quarum prima eſt, vt oſtenderet Chriſtus veritatem Carnis humanæ contra Manichæos dicentes Chriſtum attuliſſe corpus phantaſticum, non verum, & contra Apolinarem, qui dixit Corpus Chriſti eſſe Diuinitati conſubſtãtiale, ſi enim ſic fuiſſet, vtique aliqua pars Diuinitatis reciſa eſſet, cum tamen ſit impartibilis, ac etiam contra Valentinum, qui Chriſtum de Cœlo dixit corpus attuliſſe; ſi ſic corpus illud non fuiſſet carneũ, nec ita cum ſanguine diuiſibile, & contrà Eutichem, qui volebat poſt vnionem, vnã in Chriſto eſſe naturam, quæ tamen non potuiſſet reſcindi; Secunda Cauſa, vt approbaret Chriſtus circumciſionem antiquitus à Deo Patribus imperatam, & vt idem oſtenderetur Deus veteris, & noui teſtamenti contra eoſdem Manichæos, qui volebant duos eſſe Deos, vnum malum Auctorem Veteris teſtamenti, & aliũ bonum Auctorem noui teſtamenti; Tertia Cauſa, vt comprobaret ſe eſſe de genere Abrahæ, qui mãdatum Circumciſionis acceperat. Gen. 17. 10. Quarta Cauſa, vt Iudæis excuſationem adimeret, ſi enim fuiſſet incircumciſus potuiſſent aliquam prætendere Cauſam, cum non recipiendi, quia vt inquit, D. Griſoſt. hom. 34. in actu Apoſtolorum, non ferebant audire Verbum, ab Incircumciſio; Quinta Cauſa, vt obediendi virtutem nobis ſuo commendaret exẽplo, vt non contemnamus, quamuis ad eam non teneamur; Sexta Cauſa, vt qui in ſimilitudinem Carnis peccati aduenerat, remedium, quo caro peccati conſueuerat mundari non reſpueret.

2 Addiderim Septimam ex Euſebio Emiſſeno, vt pro nobis natus ſtatim ſanguinem funderet, & Octauam, vt legem impleret, & bonam eſſe oſtenderet; & nonam, vt ipſam Circumciſionem abſolutam eſſe oſtenderet, & ſe finem illius eſſe demonſtraret, ſicut fuerat principium in iubendo, ita ex Euſebio; poſſumus alias ex alijs addere, & 10. in ordine, vt remediũ Originalis peccati ſe ad ferre oſtenderet, 11. ad euitandum ſcandalum, quia Iudæi cum viderent Chriſtum natum, & Conceptionis miraculum ignorarent, ac Diuinæ vnionis, ſeu Incarnationis Verbi Dei miſterium illis eſſet occultum non potuiſſet, non generari graue ſcandalum, ſi ipſi

non fuiſſet circumciſus, ſicut ſi non eſſet natus de deſponſata; Conſimili reſſolutione ſatisfit alteri dubio de præſentatione in Templo, ipſe enim non tenebatur præſentari in templo, vt offerretur ſacrificium pro eo, ad expiationem peccati, quod non commiſerat Mater ipſum concipiendo, aut pariendo; nam lex continebat duo dicendo. Mulier ſi ſuſcepto ſemine maſculum pepererit, &c. & omne maſculinum adaperiens vuluam, &c. ſed Christus, nec vterum aperuit, nec ex ſemine ſuſcepto conceptus eſt, ideò non habuit talem obligationem, ſed ideo præſentari voluit vt virtutis obedientiæ, vim & excellentiam nobis exemplo commendaret, & ad euitandum ſcandalum Iudæorum, qui videntes B. Virginem deſponſatam peperiſſe, putanteſque talem partum ſicut alij, eſſe ſubiectum obligationi legis, & non videntes, puerum præſentari in templo, maximã occaſionem ſcãdali ſumpſiſſent, quod vt euitaretur, & Mater purificata eſt, & filius pręſentatus in templo.

3 Itaque poſtquam cõſumati ſunt dies octo, ideſt poſtquam aduenit dies poſt Natiuitatem octauus; neque enim ſignificat D. Lucas conſummatos fuiſſe dies, ideſt vſque ad noctem tranſactos; Poſtquam inquam cõſummati ſunt dies octo, quo tempore lege præceptum erat, vt circumcideretur puer, circumciſus eſt, impoſitumque illi nomen Ieſus, quod ab Angelo antequam in vtero Virginis conciperetur ipſi Virgini fuerat enunciatum; Ecce Concipies (dixit Gabriel, Lucæ 1.) in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum; Gen. cap. 17. præceptum Circumciſionis extat huiuſmodi; Infans octo dierum circumcidetur in vobis, &c. Hinc mos Iudæorum eſt ortus octauo die infantes circumcidendi eo autem die, quo circumcidebatur nomen imponebatur, ideoque Chriſto nomen Ieſus in Circumciſione eſt impoſitum; Cum præceptum Circumciſionis Abraham dedit, nomen illius addita Littera ha amplificauit; dicebatur; Abram ſine aſpiratione 1. Pater excelſus, deinde addita littera cum aſpiratione ha dictus eſt Abraham, quod ſignificat Pater multarum gentium; Romanis quoque, vt ait Plutarchus Problemate 102. mos fuit filijs maſculis nono die, fæminis 8. nomen imponere; Ab Athenienſibus, & Græcis, vt ait Alexander ab Alexandro, lib. 2. c. 5. die 10. à natali nomen Infanti videre; Non defuere Barbari, qui nulla Infantibus nomina darent ex Solino, cap. 44. & Plinio lib. 5. cap. 8.

4 D. Hilarius Pſalm. 118. putat Chriſtum Circumciſum in Templo Ieroſolimitano; Initio enim Pſalmi ſic ſcribit. In hoc octauo dierum numero cum Chriſtus Circumciſione non egeret oblatus in templo eſt, vt in corpore eius humanæ carnis recideretur Infirmitas, & arham Sanguinis effundendi in ſua Sanctiſſima Paſſione ſuæ ſponſæ relinqueret, quo ipſius factus eſt Saluator, & Redemptor eſt, ſic ille; Probabilius tamen eſt in ſpelunca, in qua natus eſt Chriſtum eſſe circumciſum, ſecundum Epiphanium hæreſi 2. *vbi* ait Chriſtus natus eſt in Bethleem Circumciſus in ſpelunca oblatus in Ieruſalem; Quod quidem munus, cum Circumciſio eſſet Sacramentum Legis antiquæ, cui in noua ſucceſſit baptiſmus, videtur fuiſſe Sacerdotibus, vel Leuitis demandatum, quemadmodum cura baptiſmi, nunc ad Sacerdotes regulariter pertinet; Attamen cum in lege nullus extet locus, qui circumcidendi munus Sacerdotibus, vel leuitis adſcribat; Veriſimilius eſt Circumciſionis nullum peculiarem Miniſtrũ fuiſſe aſſignatum, vt ſentit Abulenſis in Comment. 5. cap. libri Ioſue; Immò fæminis circumcidere fas fuiſſe colligitur ex c. 4. Exodi quo legimus ſephoram vxorem Moyſis filium circumcidiſſe, & 1. Machab. 1. Mulieres, quæ circumcidebant filios ſuos trucidabantur, nec igitur peculiarem locum, nec peculiarem Miniſtrum Circũciſio, niſi fortè Chirurgum poſtulabat.

5 Si Chirurgo non erat opus Chriſtus circumciſus eſt à Ioſepho, vel forſitan à Deipara Virgine, non enim ad eam rem etiam ſi dolore plenam Animus Virgini defuit; Nõ defuit fæminis, quæ 1. Machab.

1. filios circumcidebant; Non defuit ſephoræ, quæ Exodi 4. arrepta acutiſſima Petra filium circumcidiſſe dicitur, nec igitur putandum eſt animum ad hoc Virgini defuiſſe; Iuxta Diuinum mandatum datum Ioſue cum dixit illi Deus, fac tibi cultros lapideos, & circumcide filios Iſrael videtur dicendum Chriſtum cultro lapideo circumciſum fuiſſe, quod docet Magiſter ſentent. lib. 4. diſt. 1. fiebat inquit Circumciſio octaua Die, & petrino cultro, quod etiam D. Bern. ſentit, Ser. 1. de Circumciſione non repulit Chriſtus cultrum lapideum, in quo ſolo vetus illa, quæ raderetur rubigo non fuit; Veriſimilius tamen eſt ſententia, D. Th. 3. p. q. 70. art. 3. Vgonis Victorini, D. Bonau. & aliorum, qui arbitrantur lapideum cultrum non fuiſſe neceſſarium ad circumciſionem ſatiſque fuiſſe ferreum. Id ſentit D. Iuſtinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem; Beati (ait) nos qui altera Circumciſione à cultris lapideis circumciſi ſumus; In veſtra enim priore ferrum adhibitum eſt, & adhibetur, &c. Sephora petram illam, quia culter non ſuppetebat ferreus intrepidatione adhibuit, vt ait Hugo. In illa verò generali, ac præcipua Circumciſione de qua agitur Ioſue 5. lapideis cultris præcepit Deus fieri Circūciſionē, vt Chriſtū, qui lapis eſt acutiſſimus, cuius exēplo vitia noſtra circumcidimus, advmbraret.

6 Hæc Circumciſio ob varios fines inſtituta eſt primò, vt eſſet ſignum fæderis, ſeu pacti inter Deum, & Abraham cum ſuis poſteris, Gen. 17. 11. vt ſignum fœderis inter me, & vos; Hoc autem fædus ex parte Dei tale eſt, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te, ex parte Abrahami, & tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis; Vno verbo. Deus promittebat Abrahamo, & poſteris eius perpetuam protectionem, Viciſſim promittebbunt Deo obedientiam, & legis obſeruantiam; Secundò vt eſſet ſignum Abrahæ fidei, & iuſtitiæ per fidem adeptæ Rom. 4. 11. tertiò vt eſſet typus, ſeu figura Baptiſmi Coloſs. 2. 11. Nam ſicut Baptiſmus eſt ſignum, quo Chriſtiani diſtinguuntur à non Chriſtianis, ita Circumciſio fuit ſignum, quo Iudæi diſtinguebantur ab alijs Gentibus; & ſicut nemo poteſt vſurpare, alia Chriſtianorum Sacramenta, niſi priùs ſit baptizatus, ita nemo poterat vſurpare Sacramenta Moſaica, niſi prius fuiſſet Circumciſus. Denique ſuſceptio Baptiſmi eſt quædam proteſtatio fidei Chriſtianæ, ita ſuſceptio Circūciſionis fuit quædā proteſtatio fidei Abrahæ. An vero Circūciſio fuerit inſtituta in remediū peccati Originalis, vſque ad Baptiſmū Chriſti, & an contulerit ſuſcipienti ex opere operato in 7. libro videndū eſt.

7 Tunc venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Marci 1. antequam videamus Chriſtum Baptizatum admirandus eſt Ioannes Baptizans, & meritò cū tot præconibus fuerit præconizatus; Etenim Prophetas inprimis habuit Baptiſta Iſaiam, ac Malachiam in ſignes præcones Iſaias, cap. 40. Conſolamini (inquit) conſolamini popule meus, &c. & paulò poſt ſubdit. Vox clamantis in Deſerto parate viam Domini rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri quaſi dicat Conſolamini Populc meus, quia venturus eſt Meſſias, cuius præcurſor audietur in ſolitudine, qui vias Dei noſtri vobis annunciabit, & vos recto itinere pergetis ad occurrendum Meſſiæ præſenti quem digito oſtendet dicens, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi; Malachias pariter eundem preconizauit dicēs, c. 3. ecce ego ait Dominus mitto Angelū meum, & præparabit viam ante faciem meam, & ſtatim veniet ad templum ſuum dominator ideſt Meſſias; Hunc Angelum, ſiue nuncium Ioannem eſſe Euangeliſtis ſatis conſtat, Poſt Prophetas Angelus Gabriel Ioannem prædicauit, Lucæ 1. erit inquit magnus coram Domino vinum, & ſiceram non biber, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero Matris ſuæ, & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum, & ipſe præcedet ante illum in Spiritu, & virtute Eliæ.

8 Poſt Angelum Zacharias Pater Spiritu Sancto afflatus Infantem ſic affatur, tu puer

tu puer Propheta altiſſimi vocaueris præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum. Poſt Zachariam Euangeliſtæ omnes Ioannis virtutes celebrant; Marcus quidem à Ioanne Euangelij Initium feliciter ducit. Ioannes verò à Diuino Verbo aquilinos paululum auertens oculos, ad Ioannem protinus illos conuertit; fuit inquit homo Miſſus à Deo, &c. Matthæus item, & Lucas multa de eo Verba faciunt; Præclari hi quidem laudum Ioannis præcones, at ſi cum Chriſto conferantur; qui illi ſunt? licet hic exclamare, ò fæliciſſimum Ioannem, qui Deo frueris tuarum virtutum præcone; Etenim ſatis exploratum eſt Ioannem non vulgari, ſed maxima laude à Chriſto eſse affectum; Quænam maior laus eſse poteſt illa, quæ omnes laudes complectitur? Inter natos mulierum non ſurrexit minor Ioanne Baptiſta. Tantis his præconibus acceſsere Auguſtini, Hieronymi, & infiniti alij omnibus, D. Ioannis laudatores, Nullum enim ſæculum, nulla de Ioannis gloria ætas, aut conticuit, aut vnquam conticeſcet; Hæc ergo noſtra taceat ætas, nec noſtra ſileat lingua, ſed pro tenui parte tanti Herois encomia celebret, & prærogatiuas.

9 Prima Ioannis prærogatiua. A parentibus ortus eſt virtute, & Aaronico ſacerdotalique Sanguine illuſtribus, vtrãque ob rem ab Euangeliſta commendantur; fuit inquit in diebus Hærodis Regis Iudææ Sacerdos quidam nomine *Zacharias* de Vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron. Hæc de Sacerdotali Aaronicoque genere; De virtutibus verò; erant iuſti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini. Ioannes veram hauſit à Parentibus nobilitatem hauſtamque mirum in modum auxit veram inquam nobilitatem, ideſt virtutem; O nobiliſſimum virum, qui de mundanæ vitæ ruſticitate nihil habuit, ſed in Cæleſti patria mente perpetuo verſaus ſummam, æternamque fælicitatem, & nobilitate comparauit. Secunda Ioannis prærogatiua; ex ſterili vtero parentibuſque ætate prouectis caſtiſſimè eſt genitus, vt caſtiſſimi Angeli Conceptio, ac Natiuitas eſset admirabilis; Vnde Griſologus Serm. 6. de Ioanne Baptiſta ſterilitas (inquit) fugit parit caſtitas naſcitur maior homine par Angelis legis, & gratiæ fibula, &c. & D. Maximus, quam decuit, vt de Matre ſterili naſceretur, qui fæcunditatem Virginis reuelabat, quatenus mirabilem partum mirabiliter natus oſtẽderet, & Theodorus ſtudita in Oratione de Ioanne Baptiſta; Lætare inquit ſterilis, quod ex deſerta Matrice produxiſti lilium caſtitatis roſam ſpiritualis fragrantiæ.

10 Tertia Ioannis prærogatiua, eius conceptio ab eodem Gabriele Archangelo Nunciata eſt, qui Chriſti Conceptionem nunciauit; De hac Laude Cardinalis Petrus Damianus ſcribit hoc ſingulari modo; non eſt ſilentio tranſeundum, quam ſolemni glorificatione pueri huius in hunc mundum nunciatur ingreſsus. *Adeſt* Angelus Gabriel, & à ſuperiori cælorum cardine Domini fortitudo deſcendens ſtat à dextris Altaris incenſi, nec quilibet Angelus, ſed ille ſublimior, qui B. Virgini nuntium attulit ſingulare, & electus eſt, vt nunciaret militem, qui Regem nunciare debebat; Ioannes ab eodem Archangelo in loco digniori tempore Sacratiori apertiori miraculo prædicatur; (comparat Ioannis Conceptionem cum Chriſti Conceptionem, & pergit) conſidera Nunciantis ſublimitatem dignitatem loci diei reuerentiam, & tunc intelligere poteris, quam ſuper excellenti gloria *Baptiſtæ* genitura prædicitur, hæc Petrus Damianus 4. Prærogatiua Ioannes in vtero eſt ſanctificatus, & Spiritu Sancto repletus. Quamobrem à D. Gregorio dicitur Ioannes antequam naſceretur renatus dicitur, erat in vtero Matris lucerna Dei, ſed nec ardens, nec lucens, Diuinus aduenit ignis luce illam gratiæ inflammauit lucentemque fecit, & ardentem; Igne enim Spiritus Sancti incenſa ardere cœpit, & lucere, & D. Bernardus Serm. de Baptiſta, inquit Ioannem ſic præoccupauit flamma Cœleſtis,

ſtis, vt iam Chriſti ſentiret aduentum, qui nec dum ſentire poterat ſeipſum.

11 Quinta prærogatiua, & ſolius Ioannis, exultatio in Vtero nullum alium Sanctorum exultaſſe in vtero legitur; prorſus obſtupenda dignatio, inquit Cardinalis Petrus Damianus puerum vix Conceptum in motum exultationis erumpere, & D. Iuſtinianus Laurentius, Serm. de Baptiſta Grande (*inquit*) *prorſus hoc extitit Diuinæ miſerationis iudicium, vt infans; Ventris conſtrictus ergaſtulo ſuam agnoſceret Dominum tenellis lætaretur in membris, ſolemque videret in nubilo*; Ioannes Paulinus Doctor Pariſienſis, Ser. 1. de Viſitatione Deiparæ, ſic ſcribit Ioannes ad te ſalutandam Virginem, vel Chriſtum, totum ſe in vtero Matris excuſſit; Dicunt enim aliqui, quod in illa ſalutatione faciem, quæ ſecundum philoſophum ſemper ſtat verſa ad Matris dorſum, ſeu renes Ioannes vertit ad Chriſtum in vtero *clauſum*; Hæc ille. Credibile eſt faciem ad Chriſtum conuertiſſe *illum*, quæ admirabiliter ex vtero adoraſſe. Ex magni piſcis ventre Ionas Deum adorauit; ex Matris vtero infans Ioannes eundem adorauit, qui prius miraculum fecit, fecit & ſecundum, vtrumque ad mirandum vtrumque eiuſdem opus dexteræ; Sexta prærogatiua eiuſdem vſus rationis in vtero, & infantia, vt aliqui volunt; Ioannes (ait Dionyſius Carthuſianus, Serm. 3. de Baptiſta) in vtero, tam miraculosè, & copiosè illuminatus eſt à Spiritu Sancto, quod intellectualiter cognouit Dei vnigenitum *eſſe iam Incarnatum*, atque in vtero Virginis præſentem, idcircò ex apprahenſione, ſiue cognitione, tam ineffabilis boni vehementiſſimè viſus eſt.

12 Septima prærogatiua Ioannes primus hominum poſt Virginem Deiparam Regem regum Chriſtum in terris adorauit; adorauerat illum Virgo adorauerant Angeli in vtero poſt Virginem, & Angelos admirandum Regem Ioannes in vtero exiſtentem mirabiliter adorat, ſe quæ totum illi in perpetuum famulum offert; Octaua prærogatiua ſolius Chriſti Deiparæ; & Ioannis Natiuitatem Eccleſia celebrat; Ita D. Auguſtinus, Serm. 2. de Baptiſta, hanc prærogatiuam Ioannis Cardinalis Petrus Damianus, ita ſcribens extollit. Conſiderandum eſt, quanta dignitate prępolleat Natiuitatis huius celebranda deuotio, quantamque gratiam in oculis Eccleſiæ potuerit inuenire; Nullius hominis Natiuitatem præter ſolius Dei, eiuſque Matris in auctoritatis arcem recepit Eccleſia Ioannis exceptione ſeruata, nouit enim quod melior eſt dies mortis die Natiuitatis, & quod ortus hominum triſtitia committetur; Inde eſt quod dies mortis Martyrum non Natiuitatis ſolemnizat Eccleſia, mortem eorum natailtiorum nomine nominans, quibus factus eſt de morte natalis, tunc enim inceperunt naſci ad vitam, cum vitam depoſuerunt pro vita, Ioannis verò Natiuitatem ſponſa Chriſti tanto ſecurius beneuolentiſſima dignatione ſuſcepit, quanto ſingularis eam veritatis Euangelicæ irrefragabilis commendat auctoritas.

13 Nona prærogatiua Ioannis Natiuitati Deipara Virgo inter fuit Infantemque natum gremio excepit, & amplexata eſt; Ita D. Bonauentura, cap. 5. vitæ Chriſti peperit (inquit) Eliſabeth filium, quem Domina leuauit à terra, & diligēter aptauit, vt expediens erat; Paruulus autem ipſam quaſi intelligens aſpiciebat, & cum eum Matri porrigere vellet ad eam, caput vertebat, & in ea ſolum delectabatur; Idem D. Bonau. eodem loco pergit. Ad Circumciſionem vſque D. Virginem in domo Eliſabethæ manſiſse ſcribit. O fœlicem infantem, quem cœlorum Regina natum excepit; ſi rationis vſu pollebat, quis poſſit fando explicare quanta in Deiparæ gremio, tum Virgini, tum Chriſto maximè coniunctus lætitia exilierit. Conſidera (ait D. Bonauentura) magnificentiam Ioannis, nullus vnquam talem gerulam habuit. Decima prærogatiua Nomen Ioanni mirabiliter ab Angelo eſt impoſitum; Quanto honore dignum (ait D. Cyrillus, lib. 1. in Ioannem, cap. 7.) quanta pollere auctoritate illum arbitramur, qui

vel

vel antequam in vtero conciperetur nomen à Deo conſecutus eſt ? & D. Bonauentura Lucæ 1. Non virtute, ait naturæ conceptus fuerat, ſed virtute gratiæ, non debebat vocari Zacharias à Patre, ſed Ioannes à dono gratiæ; Noui te ex nomine dixit Dominus Moyſi, Exodi 33. ſecundum 70. ſcio te præ omnibus Moyſes habuit nomen ab Aqua, quæ frigida eſt, ſed Ioannes à gratia, & Charitate ardente, ideò potiori iure Deus dicere ei poterat noui te ex nomine; ſcio te præ omnibus.

14 Vndecima prærogatiua; Mortiferum crimen nunquam commiſit, & in vtero fuit confirmatus in gratia; Vnde Abbas Guaricus, Serm. 1. Ioannis ſanctitatem appellat penè Originalem, quia in vtero ſanctitatem accepit, quam numquam amiſit; Immò Galatinus de Arcanis, lib. 7. c. 9. affirmat, nec in leuiora, quæ dicuntur venialia non incidiſse; quod eſt conforme Eccleſiæ, quæ in eius officio canit; Ne leui ſaltem maculare vitam crimine poſses; Mira rerum conuerſio (ait Cardinalis Petrus Damianus) hominem vix Mundum ingreſsum, mundi fugere gloriam, & ſæculi cupiditates non ſolum obliuiſci, ſed & neſcire perpetuumque cum Diuinitate ſtabilire conſortium; Duodecima prærogatiua; Ioannes à pueritia hominum conſortia fugit admirabilemque in ſolitudine vitam egit; ſub annis imbecillis ætatis (ait Iuſtinianus) ad Deſerti Secreta Deo militaturus intrauit, ibique hirſutis camelorum pilis indutus, locuſtarum ac mellis Syluestris vſus eſt Cibo, atque aquæ contentus hauſtu ſuper nuda decubabat humo: Hieronymus; Item in dialogo aduerſus Luciferianos, Ioannes poſt materni ventris hoſpitium eremi deſerta ſectatus paruulus de ſerpentibus luſit, qui oculis expectantibus Chriſtum, nihil aliud eſt dignatus accipere, & Guarricus Abbas; Ioannis rudimenta primeuæ ætatis grauitatem ſapientiæ vicere ſenilis, qui enim antequam natus Sanctus fuit, quid mirum ſi in proceſsu conuerſationis plusquam ſanctus fuit.

15 Decimatertia prærogatiua; Admirabilis fuit vita, & pænitentia Ioannis; Illius vitam Angelicam vt Griſoſthomus vocat, continuum Martyrium appellat Cardinalis Petrus Damianus, D. Baſilius ieiunium perpetuum; Fuit adeò admirabile hoc vitæ genus, vt abſque vllis miraculis Iſraeliticum populum commouerit; Lege Euſebium, lib. 9. de demonſtratione, cap. 5. dum (inquit ille) mecum tacitus quæro, oborta mihi eſt dubitatio. Quid tandem illud eſset in Ioanne, quo capta multitudo illa admiraretur hominem, & prædicanti Baptiſma pænitentiæ fidem haberet? Quidque illud, quo ducti omnes; Vndique rebus proprijs relictis confluerent in deſertum? Quid igitur illud erat, quod ad mirabundos omnes redderet? num forſitan nouum vitæ genus? Procedebat enim ex deſerto inuſitatum indutus habitum, omnem communem hominum conſuetudinem declinans, ſed ne victu quidem communi veſcebatur; Numquid igitur cum capillo, quidem Nazaræum Dei viderent, qui quæ Deum facilè deceat faciem oſtentaret veſtimenti inuſitatum genus indutum, repentè neſcio vndè è latebris ſolitudinis prodeuntem, & poſt prædicationem rurſus in ſolitudinem, & latebras recedentem, ſine potu ſine cibo ab horrentem à multitudine meritò obſtupeſcebant, &c. Decimaquarta prærogatiua; Ioannes à D. Hieronymo dicitur Anachoritarum Princeps, in Epiſt. ad Euſtochium, & Cardinalis Petrus Damianus Ioannes ingreſsus Infantiam ſoliuacat Diuinitati, forma vitæ Monachorum, propoſitum Anachoritarum principium, totius Religionis aſſertio, &c.

16 Decimaquinta prærogatiua; Ioannes Propheta fuit, iuxta illud Zachariæ, tu puer Propheta altiſſimi vocaberis; Donum verò Prophetiæ in vtero accepiſse; ait Antipater Boſtrorum Epiſcopus, in Oratione de Baptiſta, donum inquit in vtero accepiſti ſaliens in ventre ea diebus, quæ Moyſi; cum conſonuiſset Deus ſignificauit;

uit; Fuit etiam pluſquam Propheta, vt Chriſtus aſſerint Matth. 11. Cęteros enim Prophetas vicit, quia Meſſiam, & prædixit, & vidit, & baptizauit Theophilatus, Lucæ 7. Alij Prophetæ de Chriſto, tantum prædixerunt Ioannes etiam vidit, & monſtrauit; Alij prophetarunt poſtquam egreſſi ſunt de vteris Matrum, Ioannes antequam exiret ex vtero agnouit Dominum, & exultauit, D. Maximus hom. 3. pluſquam Propheta eſt, cuius manibus, (quod nulli eſt præſtitum Prophetarum) baptizandum ſe Dei filius inclinauit. Decimaſexta prærogatiua Ioannes illibatam virginitatem, votoque confirmatam perpetuò conſeruauit; Quamobrem à D. Griſologo, Serm. 137. Virginitatis ſpeculum appellatur pudicitiæ titulus caſtitatis exéplum; Quidam (Hieronimo teſte Agei 3.) Ioannem Angelum Incarnatum fuiſſe putauerunt, verum decepti ſunt; Non fuit ille natura Angelus, ſed fuit Angelus vita, & caſtitatis eximiæ puritate, nam in carne præter carnem viuere Angelica eſt vita: Quod autem Ioannes voto Virginitatem confirmauerit veriſimilitudinem habet; Cum enim præſtantior ſit Virginitas voto illuſtrata credibile eſt Diuini Baptiſtæ Virginitati tantum ornamentum non defuiſſe.

17 Decimaſeptima prærogatiua Ioannes Doctor fuit; Præibis (ait Zacharias) ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, qui ſcientiam dat ſalutis eſt Doctor ipſius ſalutis; ſed in quanam Academia ſcientiam, quam docuit noſter didicit Doctor? à quonam Cancellario ad Doctoris gradum euectus eſt? ſolitudo illius fuit Academia Magiſter Spiritus Sanctus, idemque Cancellarius; Vnde Bernardus in Serm. de Baptiſta Ioannes, inquit in Spiritum, tanquam Angelus eruditur, nimirum tanto propinquior Deo, quanto vox verbo vicina, cui nulla voce illa media, quod foris ſonet oporteat in re mari, neque enim Ioannem prædicatio, ſed inſpiratio docuit, &c. & Griſoſtomus, Hom. 12. in Ioannem, Ioannes, cum ſe omnibus ſenſibilibus exuiſſet alijs Magiſtris non indiguit, ſed Cœlitus eruditus eſt. Decimaoctaua Ioannes teſtis fuit Chriſti locupletiſſimus ac certiſſimus, iuxta illud Ioannis 1. non erat ille Lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de Lumine; Huiuſmodi autem teſti, tria neceſſaria ſunt, ſcientia rei, de qua teſtimonium dicit, vitæ ſanctimonia ab omni abhorrens mendacio, apud homines Auctoritatis pondus. Hæc tria in Ioanne, mirum in modum effulſere; In primis ſcientia enituit accepta diuinitus; Propheta enim fuit, & pluſquam Propheta, quia Prophetas omnes ſcientia de Meſſia vicit; Deinde vitæ ſanctimonia tanta ſplenduit, vt inter natos Mulierum non ſurrexerit maior; Auctoritatis verò pondus tantum habuit, vt Meſſias æſtimaretur; Vnde Cyrillus in Ioan. 1. libro cap. 7. quomodo inquit auctoritati Ioannis credendum non erat, qui tanto cumulo virtutis præfulſit, vt Lux ipſa, ideſt Meſſias à nonnullis eſſe crederetur?

18 Decimanona prærogatiua; Ioannes Chriſti præcurſor fuit cucurrit enim ante Chriſtum viamque illi, ac domum præparauit; Hoc præcurſoris fuit Officium Chriſto plebem præparare aduentantemque Dominum prædicere; Quamobrem Rupertus in Ioannem, cap. 1. ſingulariter inquit Miſſus eſt Ioannes, cui numquam ſubſiſtere, numquam diuertere nullum vacauit, cum ſæculo Sermonem habere, non domum, non agrum poſſidere, non affines agnoſcere, ſed vrgente Sermone Domini nudus, & expeditus currere habebat ante faciem Chriſti, ita Rupertus; ſed propone tibi ob oculos illius effigiem, quam D. Matthæus 3. capit. depingit, expeditiſſimi præcurſoris Imaginem cernes, Ioannes inquit habebat Veſtimentum de pilis camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos ſuos, eſca autem eius erat locuſtæ, & mel Silueſtre, &c. Quid hic inter præcurſores expeditior? Vigeſima prærogatiua; Ioannes tantæ fuit apud homines auctoritatis, vt Meſſiæ digni-

dignitate dignus Iudæis viſus fuit, ita D. Lucas cap. 3. Quæ opinio, & Auctoritas, qua maxima apud homines valuit Chriſti miſterio inſeruiuit mirum enim in modum teſtimonium, quod de Chriſto ferebatur extollebat; dicebat enim (Marci 1. Venit fortior, me cuius non ſum dignus procumbens corrigiam calceamentorum eius ſoluere;) Nam quanto Ioannis auctoritas tanto Chriſto glorioſius teſtimonium reddebat.

19 Vigeſimaprima prærogatiua Ioannem Deus baptizare iuſſit, vnde Baptiſta eſt appellatus. Ioannis 1. qui miſit me baptizare ideſt Deus, ille mihi dixit, &c. confluentibus ad Baptiſmum hominibus Chriſtum annunciabat; Huic illud Ioan. 1. vt manifeſtetur in Iſrael, ſcilicet Chriſtus propterea veni ego in aqua baptizans, & illud actuum 19. Ioannes baptizauit baptiſmo pęnitentiæ populum dicens, in eum quia venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent hoc eſt in Ieſum; Præterea ad baptiſmum Chriſti baptiſmus ille viam muniebat Ioannis 1. ego inquit baptizo vos in aqua, qui autem poſt me venturus eſt ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto. Damaſcenus lib. 4. fidei, cap. 10. Ioannis inquit Baptiſma rudimentarium fuit, eoſque, qui baptizabantur ad pænitentiam ducens, vt poſteà Chriſti fidem amplecterentur; Vigeſima ſecunda; Ioannes pænitentiæ preco fuit voci vita baptiſmo; Voce quia illius illa vox eſt, Matthæi 3. pænitentiam agite, appropinquauit enim Regnum Cælorum; Vita quia tota illius vita pænitentiæ, perpetuum quoddam pænitentiæ præconium fuit; totus vox quædam erat clamantis in Deſerto pænitentiam agite; hoc clamat ſolitudo inculta, cibus tenuiſſimus; Baptiſmo, quia illius baptiſmus erat pænitentiæ, venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pænitentiæ, in remiſſionem peccatorum; quos enim baptizabat ad pænitentiam promouebat.

20 Vigeſimatertia prærogatiua; Primus Ioannes Regnum Cælorum explicate nunciauit; in teſtamento veteri ſub vmbris Regnum Cælorum latebat Lucerna ardens Ioannes vmbras, depulit verbique ſui ſplendore illud patefecit, pænitentiam (inquit) agite appropinquauit enim Regnum Cælorum, oſtendit itaque Ioannes, & regem, & Regnum, Chriſtum in quam, & Cælum, cuius ille Dominus, & Rex ſempiternus; Cardinalis Petrus Damianus Verbum pænitentiæ dulce, & glorioſum Verbum Regni Cælorum lætum, & adorandum illi ſoli primariò conueniens, ideſt Ioanni, qui primus noui teſtamenti poſuit fundamenta Griſoſthomus, Hom. 10. in Matthæum, mihi vſitatum Ioannes annunciabat, ac ſolitum; nulla prælia nulla certa mina nullas de terreno hoſte victorias non peſtis, ac fames non expugnationes babilonicas, ac perſicas non vrbis captiuitatem, neque eorum quicquam, quæ prius audire conſueuerant, ſed Cælum annunciabat, & illud quod promittitur Regnum 24. prærogatiua Ioannes veluti Orizon, quidam fuit Legis veteris, & nouæ; Quo circa D. Gregorius Nazianzenus Oration. 21. Ioannem Mediatorem vocat noui, & veteris Teſtamenti D. Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelagij, lib. 3. cap. 4. Ioannes tanquam præteritæ diſpenſationis limes, qui Mediatorem non aliqua vmbra futuri, vel alegorica ſignificatione, vel vlla prophetica prænunciatione venturum eſſe ſignificans, ſed digito demonſtrauit, Ecce Agnus Dei.

21 Vigeſimaquinta Martyr fuit, quia enim Adulterum Herodem, arguebat vitam, & perdidit, & inuenit, perdidit temporarium, & inuenit æternam transfertur (ait Griſologus, Serm. 173. iſta morte vita Martyris non aufertur, morte magis claruit, qui ob hoc mortuus eſt, vt viueret in æternum, ecce tu Herodes iaces in morte, & Ioannes viuit occiſus; Ioſeph quia adulterium fugit in carcerem Miſſus eſt; Ioannes quia adulterium repræhendit eſt iugulatus; Vigeſimaſexta prærogatiua Ioannes in Cælo, tres habet aureolas Virginitatis Martyrij, & doctoratus tria habet ſerta, primum ex candidiſſimis lilijs; ſecun-

ſecundùm ex rubentibus roſis; tertium ex purpureis violis, quæ nunquam marceſcunt contextum, quod fuerit Doctor Virgo, & Martyr ſupra viſum eſt. Vigeſima-ſeptima prærogatiua Ioannes Magnus coram Domino, quod Angelus Patri prædixit; multi magni ſunt coram ſeruis; Ioannes Magnus, fuit coram Domino; multi magni ſunt in oculis ſuis parui, in oculis Dei Ioannes paruus fuit in oculis ſuis, Magnus in oculis Dei; etenim manus Domini, (vt Lucas ait) erat cum illo; Hæc manus fecit Magnum; huius manus Magnum opus Magnus Ioannes eſt; ſiniſtra manu operatur Deus illa, quæ ad naturam pertinent dextero verò illa, quæ gratiæ ſunt, cum igitur Ioannes, opus maximæ fuerit gratiæ merito filius dexteræ appellatur.

22 Chriſtus non habuit neceſſitatem, aut obligationem ſe baptizandi, nec ratione ſui, quia cum perſona eſſet Diuina, & conſequenter impeccabilis non indigebat expiatione, aut emundatione, nec ſecundum neceſſitatem indigentiæ ob eandem rationem, nec ſecundum neceſſitatem exigentiæ, ſicut ſunt neceſſariæ diſpoſitiones præuiæ, ad introducendam formam, nec ratione noſtri, quia etiam ſi non fuiſſet baptizatus, poterat nos alio modo expiare à peccatis noſtris; voluit igitur baptizari ratione conuenientiæ, primò ratione ſui, ſic enim nos (inquit ipſe Chriſtus) decet implere omnem iuſtitiam; ratione etiam noſtri, ſuo enim baptiſmate, nobis emundationem promeruit, omnia enim peccata baptizandorum meritoriè, ſaltem dum baptizarentur in profundum deletionis demerſit, etiam ratione exigentiæ, lex enim exigebat Deo immolanda ablueretur, antequam immolaretur, nihil enim niſi mundiſſimum debebat afferri, vt præteritarum hoſtiarum veritate compleret, etiam ratione indigentiæ; Sacramenta enim veteris legis egena erant, immò & baptiſmus Ioannis, quod non poterant peccata remittere, nec ex ſe gratiam conferre; etiam ratione ſui Officij; Officium enim eius erat Summi Sacerdotis, Paſtoris, & mediatoris, & quatenus Summus Sacerdos, voluit ablui, vt compleret figuram Summi Sacerdotis Aaron, qui fuit ablutus, & lotus, antequam in Sacerdotem conſecratus.

23 Quatenus etiam Paſtor, quia Officium ſolet eſſe Paſtoris, vt oues abluat ſe ſe prius in aquam immittere, non quod lotione indigeat, ſed quod oues potius lauare debeat, & ita Chriſtus baptiſmate, vt oues ſuas ablueret, quamuis ipſe baptiſmo non indigeret, voluit prius baptizari; & quatenus mediator, & fidei iuſſor, quia cum omnium peccata ſuſcepiſſet, abluenda meritò, pro omnibus baptizari voluit; Ratione tandem exempli, cum enim nobis exemplum bonorum operum eſſe debuerit merito baptizari voluit, vt ſi ille, qui peccatum non fecit baptizari voluit, nos qui peccatores ſumus baptizari non negligamus; Vnde D. Ambroſius lib. 2. in Lucam, nemo inquit refugiat lauacrum gratiæ, quando Chriſtus lauacrum pœnitentiæ non refugit, voluit Chriſtus baptizari baptiſmo Ioannis, vt baptiſmum illius comprobaret, prout ait Beda, in cap. primum Marci, circa principium; Cum enim Iudęi obiurgarent Ioannem dicentes, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta, quid ergo baptizas? Chriſtus Ieſus æquus omnium Iudex voluit eum vindicare ab omni contentione, oſtendens eius baptiſmum fuiſſe legitimè introductum, cum eo baptizari voluit; ſecundò vt oſtenderet non eumdem eſſe baptiſmum Ioannis, & ſuum; ſi enim idem fuiſset; Idem quoque in baptiſmate Ioannis, quod in ſuo ſuſcipi ſolet recepiſſet; in ſuo autem recipitur peccatorum remiſſio gratiæ collatio, & Spiritus Sancti infuſio.

24 Sed Chriſtus, nec peccatorum remiſſionem accepit in baptiſmate quod recepit, quia peccatum nullum habuit, nec gratiæ collationem, quia potius de plenitudine eius omnes accepimus, nec Spiritus Sancti infuſionem, quia in ipſo placuit omnem plenitudines habitare

corpo-

corporaliter; benè quidem Spiritus Sanctus viſus eſt, ſed ſolum erat ad manifeſtationem, non ad nouæ gratiæ infuſionem, quia in primordio ſuæ Conceptionis omnem gratiæ plenitudinem habuit, & ideò non fuit baptiſmus, quo à Ioanne baptizatus fuit, & quo cæteros Chriſtus baptizauit, ideò poſſumus addere Chriſtum, ſic baptizari voluiſſe, vt ſe ſe Chriſtus Dæmoni occultaret, & eum facilius deluderet, cum enim videret Chriſtum more cæterorum baptiſmo Ioannis intingi facilè exiſtimauit eſſe nudum, & ſimplicem hominem, tamquam lauacri, & Purificationis dignum; Quo ætatis anno Chriſtus ſit baptizatus Sanctus Lucas Euangeliſta, dicit quod ipſe Ieſus, erat incipiens quaſi annorum triginta D. Ignatius Epiſt. 5. à Trallianos, dicit expletis tribus annorum decadibus verè baptizatus eſt à Ioanni; Idem D. Griſoſtomus, Hom. 10. in Matth. vbi ait poſt 30. annos veniſſe ad baptiſma; Quam opinionem Baronius in apparatu Annalium n. 109. ſequitur alijs, tamen aſſerentibus baptizatum eſſe anno 30. inchoato, ſed hæc diſparitas parum refert ad noſtrum propoſitum intentum.

25 Quod eſt ſcitu, dignum eſt vtrum Chriſto baptizato verè aperti ſint Cœli; Breuiter reſponderi poteſt hic Cœlos, ſicut in alijs Scripturæ locis pro aere ſumi, & magna luce cælitus demiſſa, in duas quaſi partes diuulſum eſſe, ſicut plerumque fieri videmus in coruſcationibus, nubes enim maximaque pars aeris, in duas videtur diſcindi partes; ita vt Cœlum totum aperiri, vt cum dicitur Cataractæ cęli apertæ ſunt; manifeſtum eſt autem, quod cœli ſiderei, non ſunt in Diluuio aperti, ſed ſolum aerei, ex aere quippè diffunduntur pluuiæ, & non ex Cœlo ſidereo, ſed quia ſimplices non poterant imaginari tantam aquarum molem ex aere ingruere potuiſſe, viſæ ſunt illis cataractæ cęli aperiri, & Regius vates, cum ait rorate cęli deſuper, & nubes pluant iuſtum, ſatis oſtendit ſecundum litteram, ſe loqui de Cœlo aereo, & non de ſidereo, cum rores non ex ſidereo; ſed ex aereo diſtillent, ſic idem Pſalm. 67. etenim Cœli diſtillauerunt à facie Dei Synai à facie Dei Iſrael, & Pſalm. 77. & mandauit nubibus deſuper, & Ianuas Cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, ſimiliter etiam cum aues dicuntur volucres Cœli, aut volatilia Cœli, & alibi ſæpè, ſic hic Philoſophandum eſt, cum Cœli dicuntur aperti in baptiſmate Ioannis, quo Chriſtus baptizatus eſt verè poſſunt de aereis Intelligi, quia aer ſæpè dicitur Cœlum in ſacris litteris.

26 Hæc tria, quæ contigerunt in baptiſmo Chriſti, nempè aperitio Cœlorum apparitio Spiritus Sancti in forma columbæ, & intonatio vocis Patris, aliquid oſtendunt pertinens ad baptiſmum inſtituendum a Chriſto, & quidem apertio cœlorum; Primò innuit fidem, ex qua baptiſmus habet efficaciam, quæcumque ſit cœleſtis baptizato Chriſto, merito Cœlum apertum eſt vt oſtenderetur, quod Cœleſtis virtus de cętero ad ſanctificandos homines baptiſmo ſuo modo influeret in adultis quidem propria fide, in pueris autem exhibita per parentes, aut Eccleſiam, ideò Baptiſmus dicitur Sacramentum fidei; Secundò ſignificat effectum baptiſmi, quia per Baptiſmum Chriſti ſpecialiter aperitur nobis introitus in Regnum Cęlorum, quo circa illo baptizato aperti ſunt merito Cęli, vt oſtenderetur quod baptizatis baptiſmate Chriſti cęli ſunt aperti; Tertiò ex D. Griſoſthomus, Homil. 12. in Matthæum, vt baptizati intelligant ſe ad cęleſtia quærenda vocatos, nihilque iam cum rebus terrenis habere commune; Quartò ex Toſtato, vt detur intelligi, quod per Baptiſmum aperitur Regnum Cęlorum credentibus non ex propria virtute, aut proprijs meritis, ſed meritis Chriſti, & ſic notanter Euangeliſta dixit, quod Cęli aperti ſunt ei, hoc enim illi debebatur ex ſe, & propter ſe, cæteris verò propter eum; Quintò, vt appareret ipſum non accipere virtutem à Baptiſmate Ioannis, ſed à Cęlo datam, quamuis enim à primordio ſuæ Conceptionis omnem virtutem haberet, conueniens tamen

men

men erat huius virtutis manifeſtam fieri oſtenſionem, & ideò in baptiſmate, quod eſt ianua ſacramentorum aperti ſunt ei Cœli.

27 Sextò vt oſtenderetur, quod data eſt ei omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, ſicut enim cum quis accipit Imperium, aut dominium Ciuitatis, aut Regni alicuius adferuntur ei claues. Valuæque panduntur, ſic cum Chriſtus imperium Cœli, & terræ acciperet meritò dum aperitur Ianua Sacramentorum in terris aperti pariter ſunt illi Cœli tanquam omnium Imperatori. Multis pariter cauſis Spiritus ſanctus in forma columbæ, ſuper Chriſtum baptizatum deſcendit; Hic tamen duæ ſufficient prima eſt, D. Thomæ 3.p.q.39. art.6. ad 4. & poſt eum Toſtati, q. 83. in 3. Matthæi ad demonſtrandam diſpoſitionem, quæ requiritur in baptizato, vt ſcilicet non fictus accedat, quia Spiritus ſanctus Diſciplinæ effugiet fictum; Sap. 1. Columba enim eſt animal ſimplex aſtutia, & dolo carens; Iuxta illud, Matth. 10. eſtote ſimplices ſicut columbæ, omnes enim qui Baptiſma ſuſcipiunt Spiritum ſanctum recipiunt, niſi fictè accedant; ſecundum illud Matth. 3. ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, Quod Tertullianus; lib. de Baptiſmo, cap. 8. innuit dicens, tunc ille ſanctiſſimus ſpiritus ſuper emundata, & benedicta corpora libens à Patre deſcendit ſuper baptiſmi aquas, tanquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit Columbæ figura delapſus in dominum, vt natura Spiritus ſancti declaretur per Animal ſimplicitatis, & Innocentiæ, quod etiam corporaliter ipſo felle carens columba.

28 Secunda Cauſa ad oſtendendum proprium effectum baptiſmi, qui eſt remiſſio peccatorum, & reconciliatio ad Deum; Columba enim eſt Animal manſuetum, & ideò D. Griſoſthomus, Homil. 12. in Matth. parum ante medium, aut quod in Diluuio apparuit hoc Animal ramum oliuæ ferens, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuncians, & nunc etiam apparet in Baptiſmo libertatem nobis demonſtrans; & Tertullianus duobus verbis complexus eſt, lib. contra Valentinum, cap. 2. dicens Columba à principio Diuinæ pacis eſt preco, &c. Vox quoque Patris intonuit, quia vt dicit D. Thomas 3. p. quæſt. 39. In baptiſmo Chriſti, qui fuit exemplar noſtri baptiſmi demonſtrari debuit, quod in noſtro baptiſmo perficitur; Baptiſmus autem quo baptizantur fideles in Nomine Sanctiſſimæ Trinitatis perficitur, iuxta illud Matthæi vltimò, quod dixit Apoſtolis Chriſtus euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti, & ideò in baptiſmo Chriſti, vt ait D. Hieronimus in 3. Matthæi demonſtratur miſterium Trinitatis, demonſtratur filius namque in natura humana baptizatur, Spiritus ſanctus deſcendit in ſpecie columbæ; & vox Patris teſtimonium filio perhibentis auditur vt tota Trinitas innoteſceret expreſſeque haberetur rappreſentatio Trinitatis illiuſque profeſſio in baptiſmo Chriſti futura indicaretur. Hæc enim eſt communis ratio Patrum.

29 Qualis, & quantus fuerit Ieſus Chriſtus Eutropius hiſtoricus refert in Romanorum Chronicis ſe reperiſſe Epiſtolam quandam Publij Lentuli Præſidis Syriæ, & Iudææ ad ſenatum in qua ipſe Præſes Senatui de Ieſu Chriſto nunciauit; Proconſules enim, & præſides ex vniuerſis mundi partibus, ſi in prouincijs ſuis aliquid admirandæ nouitatis occurrebat Senatui Romano ſuis ſtatim indicabant Epiſtolis; Publicis igitur Lentulus in Iudæa Præſes Senatui Populo qui Romano huiuſmodi Epiſtolam ſcripſit; Apparuit temporibus noſtris, & nunc eſt homo magnæ virtutis, cui nomen Ieſus, qui dicitur à Gentibus Propheta veritatis; Quem eius diſcipuli vocant filium Dei ſuſcitans mortuos, & ſanans languores; Homo ſtaturæ proceræ, & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentis, &

poſſent diligere, & formidare capillos habens coloris nucis auellanæ, & planos ferè vſque ad Aures, ab auribus verò Criſpos aliquantulum Ceruleos, & fulgentiores; ab humeris ventillantes; Diſcrimen, vel circulum habens in medio capitis, iuxta morem Nazaræorum; Frontem habens planam, & Sereniſſimam, cum facie ſine ruga, & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat; Naſi, & oris nulla prorſus eſt reprehenſio; Barbam habens copioſam, & Capillorum coloris non longam, ſed in medio biſocatam, aſpectum habens ſimplicem, & maturum, oculis claris, & varijs exiſtentibus, & in increpatione terribilis, in admonitione facilis, & amabilis hilaris ſeruata grauitate, qui nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſic manus, & brachia viſu delectabilia.

De ſolitudine Ieiunio, tentatione, & manifeſtatione miraculoſa Chriſti. Artic. 7.

1 Mirum ſanè, nec ſatis vnquam miratum cur Chriſtus, qui innocens erat, & peccatum non fecerat non ſolum circumcidi præſentari in templo, & baptizari voluit, ſed etiam poſt baptiſmum ſtatim in deſertum ſeceſſerit ductus à ſpiritu, vt dicit D. Matthæus in 4. vel expulſus à ſpiritu, vt refert, D. Marcus in 1. vel prout agebatur à Spiritus, vt ait D. Lucas in 4. hæc actio appropriatur Spiritui Sancto, ſed eſt communis toti Trinitati; Quid enim hoc rei eſt, nam non propter ſe, quia non indiguit, cum peccare non potuerit, vt in Deſertum ſecederet; nec propter nos, cum hic viuendi modus, non ſit communi omnium ſocietati, & vtilitati conformis, nec etiam humani generis ſaluti conducens; Voluit tamen ſecedere, vt oſtenderet omnibus quantumuis Chriſtianis recenter baptizatis ſeceſſionem eſſe neceſſariam, ſi & Diabolicas tentationes vincere, & Deo debitè ſeruire deſiderant, & ne acuris, & voluptatibus ſæculi huius ſuffocentur; Secundò vt oſtenderet quantumuis baptizato, & emundato ab omni peccato pænitentiam non eſſe negligendam; Tertiò vt oſtenderet accedentem ad ſeruitutem Dei fugere debere omnem Mundi illecebram, & præparare Animam ſuam ad tentationem; quia vndique pericula, & vbique qui ſtat videat, ne cadat; hoc tamen magis vrget inter ſæculi voluptates.

2 Quartò docere voluit, quid ijs, qui volunt Verbum Dei dignè Euangelizare faciendum ſit; nam Chriſtus, vt alios doceret concionando in ſolitudinem in Ieiuniumque ſe recepit, & liberè vacaret orationi, & contemplationi; Quintò Chriſtus ieiunaturus in Deſertum ſeceſſit, vt oſtēderet nobis cum ieiunare volumus, aut aliquod aliud bonum opus facere non in pro patulo, aut in publico hoc agere debere, ſed in Deſerto, & in abſcondito, vt Pater tuus, qui videt in abſcondito reddat tibi; ſolida enim virtus amat ſecretum ficta verò propatulum; nemo enim occultè quitquam facit, & quærit ipſe in palam eſſe, ſed talia agunt mercedem ſuam receperunt; Sextò ductus eſt Ieſus in Deſertum, vt ſolitudinem commendaret, & ſanctiſſimum Monachorum inſtitutum probaret, & Hæreticorum impudentiſſimorum ſpurciſſima ora occluderet, qui ſolitariam vitam agentes, tanquam lucifugas bubones aues ferales, aut agreſtes belluas execrantur, ſic enim Magdeburgenſes Centur. 10. cap. 4. qui aiunt hæc hominum monſtra non execretur, vt inimicos humanæ ſocietatis, &c. Ioannes quoque Caluī, lib. 4. Inſtit. cap. 13. Monachos omnes appellat ſophiſtas cucullatos, qui ab Eccleſia defecerunt, & ſe totos Diabolo conſecrarunt; Philippus etiam Melancton in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ Articulo de Votis Monaſticis, dicit vitam Monaſticam recens eſſe excogitatam; vota quoque, & opera Monachorum, nunc Hipocriticas ſimulationes, nunc

etiam

etiam traditiones Phariſaicas, atque maumethicas appellat.

3 Lutherus Apoſtata Monachus lõgè ad huc plura in Monachos, & ſolitarios, vbi agit de votis Monaſticis, quæ non receſeo, ne ſtercore quod ſemper in ore habebat, & quo pro atramento vtebatur, hoc opus inficiam ſatis eſt, vt dicam omnes ſanctos Patres Catholicæ Eccleſiæ ſemper in oppoſita fuiſſe ſententia, quos recenſere eſſet nimis longum, & tædioſum ſufficiat vnus Sãctus Dionyſius Areopagita Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cap. 6. vbi ait Initlandorum omnium Excellentior, & ſublimior ordo Monachorum eſt; Vnde ſancti Patres Noſtri Diuinis eos appellationibus sũt proſſequit; D. quoque Athanaſius q. 79. Quando homo relicto Mundo aſperioris vitæ in Deſerto exercitium ſubierit à Spiritu Sancti igne calefactus à ſuis affectibus areſcit, & ab omni repurgatur immunditia, atque per virtutes accepta Deo fit hoſtia; Quod autem vita ſolitaria ſit Deo accepta, patet Hierem. Threnorum 3. 28. bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua ſedebit ſolitarius, & tacebit, & eleuabit ſe ſupra ſe, ſic fecit Sanctus Ioannes Baptiſta, de quo dicitur Lucæ 1. quod erat in Deſertis, vſque ad diem oſtenſionis ſuæ in Iſrael; falſum eſt, quod dicere ſolent Magdeburgenſes, Cent. 1. cap. 6. & 10. Bucerus, & Zuinglius, Ioannem, ſcilicet Baptiſtam habitaſſe cum ſuis parentibus, ſed dictum habitaſſe in Deſerto, quia domus parentum eius erat in Montanis Iudeæ, qui locus vulgo vocabatur Deſertum, ob montes, & ſterilitatem quamquam plurima, ibi oppida exiſterent.

4 ed falſum eſt dictum iſtorum Hæreticorum, vt clarè Lucas oſtendit, cap. 3. vbi ait factum eſt Verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in Deſerto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans Baptiſmum pænitentiæ, ergo in Interioribus Deſerti ſolitudinibus ſe ſe inttruſerat Ioannes cum factum eſt ad eum Verbum Domini, & cum venit in omnem regionem Iordanis, non igitur tunc morabatur in oppidis, apud parentes ſuos. De qua re Euſebius, lib. 9. demonſtrationum Euangelicarum, cap. 5. procedebat ex Deſerto inuſitatum indutus habitum omnemque communem hominum conſuetudinem declinans, nam neque in vicum vllum, neque in vrbem, neque in communem virorum cetum commeabat, & rurſus repentè (inquit) neſcio. Vnde clatebris ſolitudinis prodeuntem, & poſt prædicationem rurſus in ſolitudinem, & latebras recedentem ſine cibo, ſine potu abhorrentem à multitudine meritò obſtupeſcebant, & ne hominem quidem illum eſſe arbitrabantur, ita Euſebius, hinc rectè colligere, licèt falſitatem dicti Magdeburgenſium Ioannem, ſcilicet non manciſſe apud Parentes in oppidis Montanæ Iudeæ, alias ſæpè fuiſſet viſus, & cognitus à ſuis conterraneis, & conſequenter non fuiſſet tanta admiratio circa eius geſta, & mores; Item debuiſſet ſæpè manducare, & bibere, ne igitur hæc abſurda concedamus contra Euangelij veritatem abſolutè negandum eſt dictum Magdeburgenſium.

5 Plura obijciunt Hæretici, primò quod Monachi quaſi odio humani generis in ſolitudine receſſerint, contra illud Matthæi 24. Ecce in Deſerto eſt nolite exire, & ad Hæbreos 10. non deſerentes Collectionem noſtram; Reſpondetur Eremitas, & Monachos non odio generis humani, ſed vitæ purioris ſtudio in ſolitudinem ſeceſſiſſe, & ſi excedere; nec illud Matthæi concludere contra Eremitas, ſed contra Antichriſtum, ſed potius contra Hæreticos; Vitæ monaſticæ, quam profeſſi ſunt, & Monaſteriorum deſertores, quales inter alios fuerunt Lutherus, Pomeranus, Bucerus, Pelicanus, Munſterus, Muſculus, & Ecolampadius, & Ochinus omnes iſti fuerunt excucullati Monachi, de quibus adæquatè verificantur prædicta Verba Apoſtoli, quia reuera deſeruerunt congregationem noſtram obijciunt vlterius, quod ſolitariam vitam agentes illa officia Charitatis deſeruerint, quæ Deus mandauit contra illud ad Hæbreos 10. adiuuemus nos inuicem,

Reſpondet D. Auguſtinus, lib. 1. de moribus Eccleſiæ, cap. 31. Videntur (inquit) nonnullis res humanas pluſquam oporteret deſeruiſſe, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum quorum corpora videre non ſinimur; &c. Nam Antonius, Paulus Hilarion, & alij plurimi plura hominum millia ad Deum adduxerunt, quam ſi in medijs vrbibus diuerſati fuiſſent.

6 Cum verò ijdem Hæretici irrident vitam ſolitariam, & Monaſticam, & Inſtitutum Religioſum tanquam Nouitium inſtitutum inſipientes, & omninò ignorantes rerum Eccleſiaſticarum ſe oſtendunt, & dum volunt veritatem Catholicam incommodare non verentur plura abſurda concedere, & enarrare; Verum contra hos omnes inſtituti Religioſi veneranda vetuſtas nobis demonſtranda eſt, & antiquitas vitæ Monaſticæ ſtabilienda; In qua re tria fundamentaliter oſtendenda ſunt; Primùm quod ſtatus Religioſus fuit adumbratus in ſtatu legis naturæ, & legis ſcriptæ; Secundùm quod ſtatus Religionis fuit à Chriſto inſtitutus; Tertium quod Apoſtoli eundem ſtatum profeſſi ſunt, ita quod ſtatus Religioſus agnoſcit ſuum initium ab ipſo Ieſu Chriſto propagationemque ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris; Quantum ad primum; Status igitur Religionis fuit adumbratus (vt nonnullis placet) in naturæ primordijs ante diluuium, cum de Henoch dicitur Gen. 5. iſte cepit inuocare nomen Domini hoc eſt cepit Religioſe viuere cum communi modo fuerit inuocatum ab Adamo, & Eua, & filijs Abel, & Cain in ſuis ſacrificijs; Adumbratus etiam in lege ſcripta in Nazaræis, qui voto ad tempus aſtricti durioris, & ſeuerioris vitæ genus profitebantur. Quam vitæ rationem ad Heliam, & Eliſeum, & filios Prophetarum Carmelitanæ Religionis primordia, & immobilia fundamenta refert Hieronimus, Epiſt. 4. & 14.

7 Quantum ad ſecundum; Quod nimirum ſtatus Religionis fuerit à Chriſto inſtitutus, & conſequenter ſit de iure Diuino non eſt probatu difficile; Itaque aſſerendum eſt Chriſtum Dominum non ſolùm inſtituiſſe Religionis ſtatum hoc eſt prædicaſſe, & propoſuiſſe ſequendum, ſed verè etiam erexiſſe; ſicuti etiam non ſolum prædicauit ſacramenta, ſed etiam voluit ea exerceri, ſicut de facto exercuit aliqua illorum, ita non ſolùm inſtituit, ſed verè exercuit ſtatum Religioſum acceptando Apoſtolos ad profeſſionem trium votorum, in quibus ſecundum communiter Doctores, conſiſtit eſſentia ſtatus Religioſi; Dices ſtatus Religioſus non poteſt conſiſtere, ſine auctoritate Papæ, ideo aliquas Religiones approbat aliquando reprobat, immò aliquas approbatas reprobat, ergo ſtatus Religionis non eſt erectus à Chriſto, ſed à Papa; Reſpondetur negando conſequentiam, & concedendo antecedens, quoad auctoritatem delegatam, ſicuti dicendum eſt de Sacramentis, circa quæ (vt dicit Sacrum Concilium Tridentinum) ſalua materia, & forma Summus Pontifex habet poteſtatem conſtituendi quicquid ſibi viſum fuerit expedire ad rectam adminiſtrationem eorundem Sacramentorum; interque eſt Sacramentum Matrimonij in pluribus ſimile profeſſioni Religioſæ; circa materiam, & formam huius Sacramenti plura determinauit, ex quibus aliqua Matrimonia approbat, & alia reprobat ſic dicendum de ſtatu Religioſo, non propterea negandum eſt Sacramentum Matrimonij, & ſtatum Religioſum, quoad eſſentialia, & ſubſtantialia eſſe à Deo, & Ieſu Chriſto; non negamus tamen differre abinuicem Matrimonium à ſtatu Religioſo.

8. Quantum ad tertium, nempè quod Apoſtoli ſtatum Religioſum profeſſi ſunt, & primi omnium emiſerint vera Religioſorum vota quaſi veri Religioſi; & quidem Apoſtolos verè Religioſos fuiſſe tribus illis votis aſtrictos docent Doctores communi ſenſu Sanctus Thomas, 2. 2. q. 188. artic. 4. & 7. vouiſſe inquit Religionis ſtatum quando Chriſtum relictis omnibus ſecuti ſunt, vide Pon-

tium

tium de Matrimonio, lib. 7. cap. 1. vbi citat plures Doctores pro ſua ſententia, cui fauent etiam Antiqui Patres; Epiphanius aduerſus Hæreſes hæreſi 18. explicans illud Matth. 17. ſunt Eunuchi de Apoſtolis hæc ſcribit; Quinam igitur fuerint, quam generoſi Apoſtoli, & Monaſticam vitam degentes? & ſic alij plures; ſed quid mirum, ſi Patres atque Doctores in eam ſententiam conſpirauerint, ac Apoſtolos verè Religioſos fuiſſe conſtanter aſſeruerint; Quandoquidem ea veritas ex Euangelio colligitur; Illa enim D. Petri ad Chriſtum oratio non obſcurè confirmat, *ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*, quibus tria indicantur vota, nam in illo omnia, tam terrena bona, quam vxores intelliguntur quorſum enim, inquit Hieronymus, lib. 1. contra Iouinianum, Chriſtus poſteà de præmio ob vxores relictas Sermonem tuliſſet, niſi in illo omnia vxores etiam intellexiſſet; *In illo ergo omnia vide Diſcipulorum*, & paupertatem, & caſtitatem *in illo verò*, *& ſecuti ſumus te* perfectam Diſcipulorum obedientiam agnoſce.

9 Cum adhortatur Chriſtus volentem ſe ſequi, dicens ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, in illa adhortatione, & conſilio implicitè contineri vota, non minus certum debet eſſe, ſi rationem attendamus, & Chriſti ſcopum, exigit enim Dominus renunciationem omnium non puerilem, & temerariam, ſed perfectam, & per quam quis ad ſtatum perfectionis aſcendat. Quæ autem ea renunciatio eſſet, ſi paulò poſt redire iterùm liceret ad lucra, & opes comparandas; Perfectio enim renunciationis iſtius non in eo ſita priuetur ad tempus bonorum poſſeſſionem, ſed vt in perpetuum careat, tam his quæ poſſidebat, quam his, quæ in poſterum ſperare poſſet, nec rurſus vera, ac perfecta renunciatio eſt, niſi aliquo pacto, aut promiſſione firmetur, nulliuſque momenti renunciatio, quæ tam facile reuocari poſſet; Apoſtoli dum reliquerunt omnia, fecerunt perfectam, & completam ſuorum bonorum renunciationem, & completam obedientiam promiſerunt Chriſto; Ita quod verè dixerunt: ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, ergo fuerunt verè, & propriæ Religioſi, quia ſecundùm communiter Doctores ſtatus Religioſus in tali renunciatione, & huiuſmodi ſequela Chriſti eſſentialiter conſiſtit; ſi ergo Chriſtus inſtituit, & erexit ſtatum Religioſum, & eundem profeſſi ſunt Apoſtoli, quomodo erit tam recenter excogitatum, vt garriunt Heretici?

10 Sed adhuc oblati erant contra Eremitas, & ſolitarios, & dicunt eſſe ſtultos, & furioſos dum humanam conuerſationem, & deſerta cum beſtijs habitare eligunt; quod falſiſſimum eſt in cuius falſitatis atteſtationem poſſent adduci mille, & millia hominum Eremitarum, & ſolitariorum, qui voluntariè, & prudenter receſſerunt in ſolitudinem, & in ea pluribus annis ſanctitate floruerunt, ſed ad inſtar omnium ſufficiet Simon ſtilites, qui ſuo tempore vocabatur. Orbis miraculum de quo plura ſcripſit Theodoretus in Hiſtoria Religioſa, cap. 26. Hic Simon breui temporis ſpacio ad illum ſanctitatis gradum peruenit, quod plurimi ad eum confluerent eumque certatim tangerent, vel vt curarentur à languoribus ſuis, vel certi, vt inde ſanctitatem aliquam ex eius contactu perciperent, & ille ſe ſe tanto indignum honore putaret, & prætereà ſe ſe tanto confluentium concurſu nimium ab oratione, & contemplatione diſtrahi experiretur, ſemper enim illum homines propter nimiam confluentium importunitatem è ſuo tuguriolo, quantumuis obſtructo exturbabant, quare coactus eſt aſcendere columnam, & ſuper eam totius orbis admiratione, & ſtupore manſit octoginta annis; Deinde non proprio nullas, ſed Dei inſtinctu, & auxilio peregit, vt eſſet omnibus cum intuentibus ſpectaculum ſingularisſimæ pænitentiæ, & patientiæ cum

expoſitus omnibus aeris iniurijs ſemper viueret.

11 Ad eum ſpectandum confluebant ex omnibus orbis terræ(erat enim in Aſia minori) ex Armenia Perſide Scythia, Æthiopia vtraque orientali, & occidentali Arabia, Hiſpania, Gallia, Britania, Italia, & cæteris Prouincijs non ſolum Chriſtianorum, ſed etiam æthnicorum turmæ, itavt viæ, quæ ad illum ducebant viderentur eſſe tanquam ingentia inundantiam populorum inſignia flumina, & Ethnici, ac Iudæi conuerterentur ad fidem; Fideles verò ad pænitentiam, & in omnibus particibus, & veſtibulis Imagines eius ſuper ponerentur tanquam ſancti tutelaris; & Deus tot, & tanta mirabilia opera per eum faciebat, vt ſatis oſtenderet talia opera per Diabolum eſt artem ſuperſtitioſam fieri non poſſe; In columna totam noctem, & magnam diei partem, ideſt vſque ad horam nonam inſumebat in oratione; poſteà Concionem ad populum habebat, deinde ægrotos à quocumque genere morbi curabat; lites poſteà dirimebat; Ad eum enim tanquam ad ſummum tribunal homines, & Mulieres vndique conueniebant; totam Quadrageſimam, ſine vllo prorſus cibo, & potu ieiunabat, idque per vigintaocto annos, ad imitationem Saluatoris noſtri; Multa futura prædixit, quæ Theodoretus adimpleta teſtatur; Denique viuus, & mortuus tot tantaque miracula edidit, quòd ſatis apparet Centuriatorum impudentia Beatus iſte Simon ſtellites aſcendit columnam Anno circiter 380. vixit vſq; ad annũ 460.

12 Meritò igitur hæc hæreticorum ſententia, & Doctrina tanquam hæretica damnata eſt in Concilio Generali Conſtantienſi damna eſt vbi ſeſſione 8. damnati ſunt Articuli plurimi Ioannis Vviclephi ad hanc rem pertinentes, ſcilicet 20. 21. 22. 33. 34. & 44. Cum ergo ſit tam expreſſa Eccleſiæ definitio, non eſt opus vt Monaci pro ſe pugnent; Cæterum erit maxima Monachorum conſolatio conſiderare, qui ſunt ij, qui Monacha tui detrahunt; quoniam nullus vnquam Monachatui detraxit, niſi homo voluptuoſus: Illecebris deditus, & cuius Deus venter eſt; & vitam ſuam conſumit in commeſſationibus, & ebrietatibus, & conſequenter in cubilibus, & impudicitijs; & ita ſunt tanquam canes in præſepi, prout dicitur in prouerbio, quoniam nec ipſi viam virtutis capeſcere volunt, & capeſcentibus, ſi qui ſunt latratibus, & morſibus obſtant. Hoc autem ideò faciunt, vt videlicet ſua occultent ſcelera; Nam qui prauam vitam duxerint alios, vt nequiter viuant, hortantur, quoniam latere ſua flagitia exiſtimant ſi alios habuerint ſuorum ſcelerum Imitatores, & tanto minus notari credunt quanto plures habuerint in Crimine ſocios; Et tanto contra magis timent pudore confundi, quanto plures fuerint virtutis cultores; Vitium namque ex comparatione virtutis vileſcit.

13 Abſolutè loquendo, & cæteris melior eſt vita ſolitaria vita ſæculari; ſi enim vtramque ponderes inuenies nos, non propter vitæ præſentis commercium, ſed propter futuram gloriam promerendam conditos eſſe, & hanc vitam ſolùm eſſe viam, qua tenditur ad illam; ac proinde, qui vitæ ſtudio ab illa deflectit eſſe tanquam viatorem, qui arecto itinere, quoad patriam pergere debet recedit, aut ſi hic affectum figit, aut intentionem collocat eſſe ſicut æquum, qui ad diuerſionem ſe ſe ſiſtere vult, & vlterius non præterire, aut, ſicut nauta, qui relicto ſtellæ contuitu in medijs fluctibus, & diportu, & ſtatione fida non cogitare; Chriſtus Dominus in facto Marthæ (per quam volunt omnes Doctores vitam actiuam rappreſentari, quia ſatagebat circa frequens miniſterium) conquerentis aduerſus Mariam (quæ pariter rappreſentat vitam contemplatiuam, Monaſticam, ſeu ſolitariam eo quòd ſedens, iuxta pedes Domini audiebat verbum illius) quod reliquerit eam ſolam miniſtrare; Reſpondit Dominus Martha Martha ſollicita eſſet turbaris erga plurima porrò vnum eſt neceſſarium; Maria optimam partem

m elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum, ergo Chriſtus oſtendit vitam ſolitariam, & contemplatiuam eſſe meliorem, melioremque partem Mariam elegiſſe; quam ſæcularem, & politicam, quæ turbatur erga plurima, eſt res clara vlteriori non indigens probatione.

14 Dices ſi ſic eſt cur igitur Chriſtus vitam ſolitariam aſſiduè non egerit; Reſpondet D. Thomas 3. p. quæſt. 40. art. 1. quod conuerſatio Chriſti talis eſſe debuit, vt conueniret fini Incarnationis propter quem venit in Mundum, Primò quidem ad manifeſtandam veritatem prout ipſe dicit Ioan. 18. ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in Mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, & ideò non debebat aſſiduè vitam ſolitariam agere, ſed in publicum prodire; Vnde Lucæ 4. volentibus eum detinere dixit quia, & alijs Ciuitatibus oportet me Euangelizare Regnum Dei, quia ideò miſſus ſum; Secundò venit ad hoc, vt homines à peccato liberaret, & ſaluos facere, quod quidem bono modò non potuiſſet præſtare in eodem loco manendo, nec peccatores ad ſe trahere; quod voluit efficere ſicut pluries effecit, præbens nobis exemplum, vt pereuntem ouem requiramus, ſicut ſolet Paſtor ouem perditam, & Medicus infirmum; Non enim eſt opus benè habentibus (vt ſunt qui aſſiduè viuunt in Deſerto) medico, ſed malè habentibus, quales ſolent eſſe homines in medio ſæculi viuentes, licèt omnes infirmos inuenerit, qui pro ſaluandis omnibus venit; & ideò conquerebantur Iudæi, quod cum publicanis, & peccatoribus manducaret, quibus reſpondit quod venit quærere, & ſaluum faceret, quod perierat, Tertiò venit, vt per ipſum habeamus acceſſum ad Deum, vt dicitur; Rom. 5 & ideò familiariter cum hominibus conuerſatus eſt, vt omnibus fiduciam daret, vnde factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu, & Diſcipulis eius, vt dicitur Matth. 9. Quod exponens D. Hieronimus, ait videbant publicanum à peccatis ad meliora conuerſum locum inueniſſe pænitentiæ, & ob id etiam ipſi non deſperent ſalutem.

15 Cum ieiunaſſet Quadraginta diebus, & Quadraginta noctibus, quod olim Moyſes primùm, & poſteà Elias fecerant vterque enim in Deſerto ieiunauit Moyſes in Deſertum ſin 40. dies cibo potuque abſtinuit antequam priores tabulas, quas fregit à Deo acciperet Exodi 24. In quadraginta alios dies inediam protraxit, cum poſteriores tabulas retulit; Exodi 34. & Deut. 9. Elias verò cum Iezabelem fugeret per Deſertum 40. dierum ſpatio ieiunus, vſque ad montem Dei peruenit 3. Regum 19. comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius 40. diebus, & 40. Noctibus, vſque ad montem Dei Horeb (eſt autem Mons Horeb in Arabia dictus alias Mons ſina eodem 40. dierum numero ieiunauit Dominus,) & Ieiunium Quadrageſimæ ſuo exemplo conſecrauit; Iuſta D. Ambroſium Serm. 34. Quod poſteà inſtituerunt Apoſtoli, & nobis tradiderunt, vt ait D. Hieronimus in Epiſt. 54. ad Marcellum; quo ieiunio Ieſus afflictus eſt ſecundùm corpus indigente corpore eius alimento; ſed non eſt tantum afflictus, quantum ius tanti ieiunij naturaliter nata erat affligere, quia nata erat perimere, & eadem Diuina diſpoſitione, qua miraculosè ſeruatum eſt corpus in tanto ieiunio retentus eſt appetitus Animalis ab actu eſuriendi, & ſitiendi; Moderata eſt itaque Diuina diſpoſitio afflictionem, & indigentiam alimenti retinuit tamen appetitum Animalem ab actu eſuriendi, & ſitiendi, ſicut etiam retinuit ignem ab actu comburendi tres pueros in camino ignis, & ita Euangeliſta dixit poſteà eſurijt; Ita Caiet. & quidem ſatis ingenioſe.

16 Nihilominus aliter reſpondendum ieiunium illud, nec afflixiſſe Chriſtum, nec debilitatem, aut maciem, aut pallorem attuliſſe cum enim eſuriem prohibuiſſe videtur non agente calore in hu-

nidum radicale ? quia Chriſtus ita vt Elias, & Moyſes exiſtimatur ieiunaſſe, et Eliæ, & Moyſis ieiunium nullam debilitatem nullam maciem, nullum attuliſſe pallorem, cur igitur Chriſto attuliſſe concedemus ? Præterea eadem eſt de fame, & debilitate, macieque ratio; Cum ergo Chriſtus famem pati noluerit credendum eſt, nec etiam voluiſſe debilitatem pati, aut maciem. Adde Chriſtum noluiſſe famem pati 40. diebus, vt Deum ſe eſſe oſtenderet, non ergo fieri voluit imbecillior ieiunio, & macilentior; Imbecillitas enim, & macies Deum non eſſe oſtenderent, noluiſſe autem pati, vt indicaret diuinitatem docet antiquiſſimus D. Ignatius in Epiſtola 8. ad Philippenſes; Per illud (inquit) ſcilicet (quod per 40. dies corpus ſine omni inediæ noxa conſeruauit) oſtendit ſe Deum eſſe. Per hoc verò (ſcilicet per eſuriem) hominem, &c. Idem docet D. Cirillus, lib. 2. ad Reginas, & alij; Moyſes etiam, & Elias illis diebus 40. non eſurierunt, ſi enim tam longo tempore eſurijſſent perijſſent, niſi mortem Deus miraculo auertiſſet; Vnde D. Maximus Homil. 3. de ieiunio Quadrageſimali Moyſes, inquit non eſuriuit, vt in homine fragili operata Diuinitas probaretur. Eſuriuit Dei filius (ſcilicet poſt 40. dies) vt aſſumptionem carnis noſtræ fragilem ſuſcepiſſe hominem reuelaret; Idem docet Abulenſis 3. Regum 1998.

17 Si quærat aliquis, ſi Chriſtus non indiguit ieiunio ob ſatis notas Cauſas cur voluit ieiunare ? Reſpondetur conueniſſe Chriſtum ieiunare; Primò quidam vt nobis exemplum ieiunandi præberet, nam cum ipſe fuerit perfectiſſimus legiſlator, (vt infrà videbimus) non debuit imponere iugum ſuper ceruices noſtras, quod ipſe priùs non portaret, ſed ipſe ſuo exemplo debuit nos de omnibus inſtruere, quæ nobis erant ad virtutem, & gloriam capeſcendam vtilia; Secundò vt nobis oſtenderet modum, quo tentationi reſiſtere poſſimus; ſicut enim ſaliua hominis ieiuni ſerpentes extinguit, ſic ieiunantis hominis prudentia; quæ per ſaliuam ſignificatur facillimè ob repentes, ſerpentium Dæmonum tentationes expellit; Tertiò quia abſtinentia ieiunij ordinatur ad continentiam carnis, quia ſine Cerere, & bacho friget venus; Prodijt enim quaſi ex adipe iniquitas ipſorum, tranſierunt in affectum cordis, inquit Regius vates; Nam venter, & genitalia affinia ſunt (inquit D. Hieronymus,) qualis eſt ordo membrorum talis eſt ordo vitiorum; Quartò ieiunare voluit, vt modum, quo mentem puriorem habere poſſimus, & orationi, & contemplationi aptiorem nos docere; Corpus enim obeſum, & Crapula, aut ebrietate prægrauatum contemplationi, & orationi non eſt aptum, ſed exceſum, & ieiunium; Ieiunium conſecratum à Chriſto Ieſu, commendatum ſæpiſſimè in Sacra Scriptura à ſanctis Patribus exercitatum opere, nec non verbo, & ſcripto ſummis laudibus. Exaltatum eſt lapis offenſionis, & Petra ſcandali, ad quam ingluuiones, & bibaces Hæretici animo, & ſpiritu impingunt, ideò potiùs relinquendi ſunt in ſuis poculis, quam de merito ieiunij, & eius bonis cum illis habere ſermonem.

18 D. Damaſcenus lib. 3. de fide, cap. 20. dicit quod nihil in Chriſto coactum conſideratur; ſed omnia voluntaria volens fame, volens ſiti, volens motu, volens morte affectus eſt; Dicamus & nos, volens ieiunauit, & volens à Diabolo tentatus eſt, & accedens tentator, in prima tentatione Anachoritæ fame enecti larua aſſumpſit, & ſic à Chriſto petijt, vt vtriuſque fami ſuccurreret ne Eremum deſerere opus eſſet; Conuerte inquit lapides in panes, vt tuam, meamque eſuriem pellas; Aliud hic remedium non ſuppetit; ſolitudinem enim deſertum mihi nephas eſt, ſi filius Dei es; Hæc tentatio Dæmonis fuit exploratrix Diuinitatis Chriſti, vt docent Patres D. Leo Serm. 4. de Quadrageſima; D. Maximus Homil. 2. D. Griſoſthomus,

Homil.

Homil. 13. D. Hyeronimus, in 4. Matth. Dices, qui fieri poteſt vt Diabolus non intellexerit Chriſtum eſſe Deum ex Diuinis vaticinijs ex Patris voce, quæ è Cælo ſonuit ex Angeli ſermonem cum Virgine Deipara habito ex Verbis Ioannis ex adoratione Magorum, & alijs vrgentibus indicijs; Reſpondetur cum Cardinale Caietano Lucæ 4. Dæmonis Intellectum, ne id intelligeret fuiſſe à Deo impeditum; quemadmodum enim illius vim ad nocendum, ita vim ad intelligendum Deus pro Diuina ſua prouidentia, quantum opus eſt frenat, in pœnam peccati; Reſpondit Ieſus Diabolo tentatori, non in ſolo pane viuit, &c. ita reſponſionem temperat (inquit D. Hieronimus, vt Diabolum ambiguum relinquat,) & D. Griſologus, Serm. 11. poteſt inquit Chriſtus de lapidibus panes facere, qui aquas conuertit in vinum, ſed ſigna fidei ſunt præſtanda non dolis, credenti danda ſunt, non ſunt danda tentanti.

19 Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam Ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper Pinaculum Templi, & dixit ei, ſi filius Dei es mitte te deorſum, proſtratus ſemel, & confuſus Aduerſarius Diabolus, alia via Chriſtum in forma Angelica aggreditur, &(vt opinantur D. Greg. Hom. 16. in Euangel. D. Bonau. in vita Chriſti, & Abulenſis, q. 35. & alij) & Chriſtus à Diabolo per aerem in pinaculum templi eſt delatus, iuxta illa Verba ſtatuit eam ſuper pinaculum templi, nimirum per aerem venit, & vectum ſtatuit eum ſuper templum, noluit enim Chriſtus Diabolum potentia expellere; ſed humiliter ſeduci, & deferri quo ille voluit, vt vinceret, Chriſtus igitur poſitus ſuper altiſſimam partem templi dixit ei Diabolus, ſi filius Dei es mitte te deorſum; Hæc tentatio fuit vanæ gloriæ, ſicut prima fuit gulæ; De vtraque immò, & de tertia loquens D. Hieronimus, ait in 4. Matthæi in omnibus ijs tentationibus Diabolus hoc egit, vt intelligeret ſi filius Dei erat Chriſtus; ſi filius (inquit) Dei es Miraculum exhibe, teſtare volatu te eſſe filium Dei, Angeli enim tanquam filium Dei manibus te excipient; Quod ſi miraculum Dominus feciſſet inde colegiſſet Dæmon quod volebat; Non tentabis Dominum Deum tuum; falſas de Scripturis Diaboli ſagittas, (ait D. Hieronimus) Chriſtus optimus maximus veris Scripturarum frangit Clypeis, &c. ecce inſtructio noſtra, vt in actibus, & operationibus noſtris noſmetipſos in periculis conſtituamus nulla inſtanti neceſſitate.

20 Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum, & oſtendit ei omnia Regna mundi; Ecce tertium certamen proponit procurans expiſcari, quod magna confuſione amiſit in prima, & ſecunda lucta cum Chriſto; Iterum aſſumpſit eum Diabolus, ſicut aſſumpſerat in ſecunda tentatione; In montem excelſum; ideſt valdè excelſum reſpectu aliorum Montiū Paleſtinæ, & regionum circumiacentium, non reſpectu montium totius terræ, & oſtendit ei omnia Regna Mundi; Ideſt ex aere ante Chriſti oculos tēporis momento Regnorum auri, argenti, gemmarum Mūdanæque gloriæ ſpetra effinxit, & poſuit, breuiſſimo namque tempore agilitate admiranda Dæmonum Cateruæ, omnia illa efficere potuerunt; Hæc omnia tibi dabo, addit D. Lucas, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa, ex more mentitur Diabolus, ne obolum quidem habet, qui omnia regna mundi promittit, vt fallat deceptor offert, quod non habet (ait D. maximus Homil. 4.) & vt verè cæcus Cælorum Domino terrarum regna promittit, ſi cadens adoraueris me, pollicitus eſt Dæmō Chriſto omnia regna Mundi, & tanto promiſſo ad impiam traheret adorationem; Vade Satana ſcriptum eſt enim Dominum Deū tuum adorabis, &c. Scripturæ Clypeo quo Aduerſarij alia tela reiecerat Dominus telum tertium reiecit hoſtemque pænitus victum fugat; Aduertit Theophilactus Chriſtum tunc aſpere Dæmonem allocutum cum Dei, ſibi honorem arroganit.

21 Mirum eſt Deum voluiſſe à Dæmone tentari, vt ea præſtaret quæ erant contraria Diuino honori; in qua re Demon

mon ſe ignorantem fuiſſe, qualis eſſet homo quem aggreſſus eſt, oſtendit quod ſi ſciuiſſet eſſe Deum, eundem non tentaſſet; ideò omnes eius tentationes huc directè erant, vt eum cognoſceret eſſe Deum: in quibus tamen ſuo finem fruſtratus eſt; Non ſic Dominus noſter dum voluit tentari primò (vt ait D. Thomas 3. p. q. 41. propter exemplum, vt ſcilicet nos inſtrueret qualiter Diaboli tentationes vincere poſſemus,) omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio; Secundò vt nobis contra tentationes auxilium ferret; nam vt ait D. Gregorius Homil. 26. in Euangelia; non erat indignum Redemptori noſtro, quod tentari voluit, qui venerat occidi; iuſtum quippè erat vt tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret ſicut mortem noſtram venerat ſua morte ſuperare; Tertiò propter noſtram cautelam, vt ſcilicet nullus quantumcumque iuſtus, & Sanctus ſe exiſtimet ſecurum; Iuxta illud Eccleſiaſtici filij accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara Animam tuam ad tentationem; Quartò vt diſſolueret opera Diaboli, iuxta illud Ioan. cap. 3. in hoc enim apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli; Quintò vt nobis fiduciam de ſua Miſericordia largiretur; iuxtà illud ad Hebr. 4. non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem omnia pro ſimilitudine abſque peccato; Sextò vt ſignificaret neminem intentatum Regnum Dei conſecuturum.

22 Poſt tentationem Chriſtus incepit Mundo manifeſtari, quæ manifeſtatio in duobus conſtitit; Primò in teſtimonio Ioannis Baptiſtæ; Secundo in operatione, non ſolùm in operatione rerum mirabilium, ſed etiam in patratione miraculorum quantum ad teſtimonium; D. Ioannis Baptiſtæ, & D. Ioannes Euangeliſtæ, cap. 1. dicit Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo; & clamat dicens, hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt ante me factus eſt, quia prior me erat; impleuit officium præcurſoris, ad quod à Deo Miſſus fuerat, vt teſtimonium perhiberet de lumine; Cum igitur dicit; hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt nempè ad baptizandum, & concionandum; ita Griſoſthomus Homil. 12. in Ioan. ita quod Ioannis Baptiſta intelligit de aduentu prædicationis; ante me factus eſt; non quidem natus ante illum, aut conceptus, nam ſextò menſe poſt Ioannis Conceptionem Chriſtus conceptus, & ſextò menſe poſt Natiuitatem Ioannis natus eſt, nec ante Ioannem Chriſtus factus ſecundum Diuinitatem, contra Arium, alias inepta eſſet redditio, quia prior me erat; ſed ante Ioannem Chriſtus factus eſt, quia Ioanni ante latus eſt ſecundum dignitatem, ita quod factus, & prælatus in hoc loco, idem ſunt; Cum enim Baptiſta hæc dicebat, Chriſtus, & ſi non hominum opinione certè re ipſa, tam ſecundum Diuinitatem, quam ſecundum humanitatem omnibus diuinis donis exornatiſſimum illum longè ſuperabat, ſicque prior erat Ioanne.

23 Quantum ad manifeſtationem per operationem mirabilium, & miraculorũ; ſciendum eſt quod miſit Pater filium, vt ab hominibus, & vt Meſſias agnoſceretur, & Doctrina eius Diuina eſſe crederetur, diuina illa ſigilla appoſuit, quæ cæleſtem authoritatem, Diuinamque naturam, cum humana copulatam indicarent, Ioannis 6. ait ipſe Dominus; Hunc Pater ſignauit Deus Pater ſignauit filium hoc eſt Diuina ſigilla filio appoſuit, quæ quis ille eſſet, & quænam eſſet eius Doctrina probarent; Hæc autem Dei ſigilla miracula ſunt ſtupenda quæ fecit; Dei enim ſigilla ſunt Deum verè teſtantia; Vnde illud Ioan. 5. ego habeo teſtimonium maius Ioanne; opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facit teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me, &c. magnum fuit Ioannis teſtimonium, ſed maius teſtimonium miraculorum; Quemadmodum Regium ſigillum à Rege Epiſtolam miſſam eſſe teſtatur; ita Diuina miracula à Deo Chriſtum miſſum eſſe teſtantur, ipſa (inquit) opera teſtimonium

atium perhibent de me, quia miſit me Pater, ſigna dicuntur in Euangelio Chriſti miracula; Hoc fuit initium ſignorum, ait Ioannes 2. & quidem erant ſigna Diuina quibus Pater Chriſtum ſignauit Meſſiamque, & Deum verum eſſe Mundo ſignificauit. His ſigillis cum vidiſſet Chriſtum ſignatum Nicodemus Ioan. 3. à Deo miſſum intellexit ſcimus (inquit) quia à Deo veniſti Magiſter; nemo enim poteſt hæc ſigna facere, niſi fuerit Deus cum eo.

24 Ingreſſus eſt Ægiptum Moyſes, miraculaque multa in ea edidit non propria, ſed aliena virtute; At Chriſtus ingreſſus eſt mundum, & multo plura fecit ſigna non alieno virtute, ſed propria potentia; Moyſes virgam à Deo acceptam ferebat per quam miracula faceret, iuxta illud Exodi 4. Virgam hanc ſumine in manu tua, in qua facturus es, ſigna Chriſtus virgam non ferebat, nihil enim ei opus erat quippè qui propriam faciendi ſigna facultatem haberet. Moyſis miracula Ægiptijs exitium Chriſti miracula mundo ſalutem attulerunt; Moyſes Aegipti primogenita occidit; Chriſtus mortuus ad vitam reuocauit; Moyſes Aegiptum tenebris cópleuit, Chriſtus Mundum ſplendore illuſtrauit; Moyſes ranas, & Ciniphes inuenit; Chriſtus Dæmones expulit; Moyſes peſte animantia confecit; Chriſtus ſanitates homines affecit; Primum Moyſis miraculum poſtquam in Ægyptũ ingreſſus conuerſio quædam fuit; fuit etiam primum Chriſti miraculum alia cõuerſio; ſed Moyſis conuerſio Ægyptijs fuit pernicioſa Chriſti conuerſio conuiuis fuit vtiliſſima; Moyſes fluuij Nilum aquam in ſanguinem conuertit ne potari poſſet. Chriſtus aquam in vinum commutauit, vt ſuauis potui deſeruiret. Vtile fuit hoc Chriſti primũ miraculum; fuere etiã vtilia cætera omnia non enim curioſa, vt volebat Herodes, & hæbrei ſedutilia ſigna faciebat.

25 Pro clariori miraculorum notitia vltra alibi dicta aduertendum eſt, quod ad rationem miraculi duo præcipuè requiruntur, iuxta communiorem Doctorum ſententiam. Primum quod excedat totam facultatem naturæ. Secundum quod ordinarie non fiat ſed raro, & præter rerũ ordinariũ curſum, defectu primi plura, quæ ob ignorantiam cauſarum à vulgo dicuntur miracula, quæ paſſim ſcribuntur in hiſtorijs arte hominum, aut virtute Dæmonum effecta, quamuis præter ordinarium rerum curſum non ſunt tamen miracula; Defectu ſecundi Creatio Animæ rationalis, viuificatio corporum, & gubernatio totius mundi non dicuntur miracula, quãuis excedant vires naturæ, quia fiũt à Deo curſu ordinario. Probatur igitur intentũ, quia miraculum eſt res in ſolita ſupra naturæ potentiam, & virtutem effecta, ſed natura humana, vt humana eſt non poteſt de ſe efficere, niſi ratione ſuppoſiti vniti vllum opus ſupra facultatem naturæ, quia eſt natura Creata finita, & limitata, ergo miracula, quæ Chriſtus faciebat excedentia vires naturæ Creatæ à natura humana, non erant principaliter edita, ſed ſolum inſtrumentaliter. Deinde in miraculis producuntur effectus abſque actionibus naturalibus à cauſa ſupernaturali; Cauſa autem ſupernaturalis nulla eſt niſi Deus, ergo Diuinitas erat, qui in Chriſto miracula operabatur; Hoc dictum eſt aduerſus plures inimicos Chriſti, qui conabantur obſcurare miracula eius, tales fuerunt Iulianus Apoſtata Maometani Ebionitæ Cherintus Carpocrates Theodotus Arius, & quotquot Chriſtum non eſſe Deum, ſed puram eſſe Creaturam, vel nudum hominem dixerunt.

26 Immò tota Eccleſia Catholica cum omnibus Patribus, & Doctoribus Scholaſticis; confitetur Chriſtum vera mirucula feciſſe propria virtute Diuina, taliaque miracula, quæ Chriſtus fecit ſufficientia ſuiſſe ad manifeſtandam Diuinitatem ipſius ſecundum tria; Primò ſecundum ipsã operum ſpeciem, quia tranſcendebãt omnem Creatæ virtutis potentiam, & ideò non poterant fieri, niſi virtute Diuina, & propter hoc cæcus illuminatus dicebat; Ioan. 9. à ſæculo non eſt auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati; niſi eſſet hic à Deo non poterat facere quidquam;

Secun-

Secūndò ſecundum modum, quo miracula edebat propria enim virtute illa faciebat iubendo ſcilicet, & imperando, vt dū reſſuſcitauit filium Archiſinagogi, dicens puella tibi dico ſurge, vt ait Marcus 5. & confeſtim ſurrexit puella. Idem de filio Viduæ Naim, & de Lazaro iam fætente ad differentiam plurium ſanctorū, qui mortuos ſuſcitarunt non virtute propria, ſed præcibus; Tertiò ſecundum ipſam Doctrinam, quaſi Deum eſſe dicebat, cum miraculis, quæ faciebat ſatis euidenter oſtendebat ſe verum Deum eſſe, verumque Dei filium; Quamobrem Turbæ dicebant, vt legitur Marci primò. Quænam eſt Doctrina hæc noua, quæ in poteſtate ſpiritibus imperat, & obediunt ei? Certum eſt enim quod ſolus Deus eſt, cui Creaturæ ad nutum obediunt, & præſertim ſpiritus nequam; Cum ipſi Deo fuerint rebelles nemini obediunt, niſi Deo in poteſtate illis imperante, hoc fecerunt ſancti, ſed virtute Diuina hoc fecit Ieſus virtute proprium ergo fuit Deus.

De merito, & ſatisfactione Chriſti. Artic. 8.

1 CHriſtus Ieſus Dominus noſter, dū conuerſabatur in hac vita, cū hominibus erat verè beatus, ideò videtur difficilè admittere illum potuiſſe etiam ſimul mereri, atque adeò diligenter hoc eſt inueſtigandum; Ideò notandum eſt primò ex Scoto in 3. diſt. 18. q. vnica, & in 1. diſt. 17. q. 1. & in 2. diſt. 28. & quolib. 17. quod meritum eſt aliquid acceptum, vel acceptandum in alio, pro quo ab acceptante eſt aliquid retribuendum illi, in quo eſt quaſi debitum illi pro merito, vel alteri pro quo meruit. Vnde meritum, & præmiū ſunt correlatiua, eſt enim meritū alicuius præmij meritū, & è contra, quod quidem meritum non eſt opus ſimpliciter naturale, quia tali opere, nec meremur, neque demeremur, ideò oporteat quod meritum ſit actus liber volūtatis elicitus, vel imperatus, iuxtà illud Pauli 1. Cor. 9. ſi autem volēs hoc ago mercedem accipio, & quia opera noſtra ex natura ſua (quāuis ſint libera) non habent, vt ſint meritoria apud Deum præmio æterno, vt optimè docet Scotus in 1. diſt. 17. ideò neceſſe eſt, vt Deus acceptat talia opera ad tale præmiū conferendum pro ipſis, & quia Deus non acceptat opera, vt digna præmio, niſi procedant à volūtate libera, & informata charitate, ſiue gratia, ideò neceſſaria eſt gratia gratum faciens in Anima merentis.

2 Secundò notandum eſt, quod actio meritoria debet eſſe proportionata præmio ad quæ adeò neceſſariū, vt habeat valorē cōdignū, & aliquo modo illi æqualē, cū enim ratio meriti ad iuſtitiā pertineat, æqualitatem aliquā inter meritū, & præmium requirit, & quia meritum non dicit ſemper actum, qui ſit in poteſtate eius, cui ſit retributio, ſed hoc ſolū eſt, quando aliquis ſibi ipſi meretur, ideò in definitione additur, ad aliquid retribuendū illi, in quo eſt quaſi debitum illi pro illo merito, vel alteri pro quo meruit; nam ſicut diſpoſuit acceptare actum noſtrū honeſtum à charitate procedentē, vt dignum vita æterna ei retribuendū, qui ſic meruit; ita determinauit acceptare aliquos actus productos à nobis in ordine ad alios, pro quibus meremur, quemadmodū paſſionem Chriſti acceptauit, vt eſſet meritoria nobis; Tertiò notandum, quod (vt docet Scotus in 1. diſt. 17. illa acceptatio paſſiua, qua actus dicitur acceptatus eſt relatio acceptabilis, ſiue ordinabilis ad actionem Diuinā ordinantem, & acceptantem ad beatitudinem talem actum; Vnde completa ratio meriti non habetur ſine tali acceptatione Diuina, atque ita formalis, ratio meriti ſecundum Scotum in illa paſſiua acceptatione conſiſtit, quāuis requiratur, quod actus ſit liber laudabilis, & honeſtus, & à gratia ſeu charitate procedens; Hæc autem acceptatio in Deo eſt æterna, qua Deus decreuit ab æterno talem actum à gratia procedentē acceptare, & quia apud Deum, id quod eſt acceptādū de facto eſt acceptū, vel acceptatū aduertit Scot. quod in deſcriptione meriti in ordine ad Deū non eſt neceſſe addere illā particulā, vel acceptandum.

3 Vnde ſecundum Scotum actus meritorius

ritorius eſt actus liberè voluntatis laudabilis, & honeſtus mediante dono gratiæ elicitus, ſpecialiter Diuina voluntate acceptatus tanquam dignus premio reddendo pro illo actu elicienti talem actum vel alteri, pro quo meruit Deus igitur acceptans bonum factum in actu exteriori, vel bonum velle in actu interiori, alicuius tribuit ſibi ſi indigeat, vel alijs pro quibus meretur. Dices ſi ratio meriti conſiſtit in acceptatione paſſiua, ergo non erit in poteſtate merentis mereri, quia in eius poteſtate non eſt illa acceptatio paſſiua, Item ſequeretur quod meritum principaliter erit ipſius Dei; Reſpondetur ad primum, quod ſuppoſita gratia in Anima mereri erit in poteſtate merentis; cuius diſpoſitione ſic ſuppoſita etiam ſequitur ex pacto, & ordinatione Diuina illa acceptatio, ſicut ſemper ſequitur animatio ad organizationem corporis facta à cauſa naturali, & ratio eſt quia Deus decreuit coagere cauſis ſecundis generaliter loquendo, ſed voluntas hominis informata charitate eſt cauſa ſecunda meriti, ergo eidem coagit; Quartò notandum quod radix meriti conſiſtit propriè in affectione iuſtitiæ, ideſt in amore amicitiæ Dei, quo aliquis vult Deo Bonum, vt eſſe bonum infinitum, &c. eſt amor amicitiæ appellatus à Scoto affectio iuſtitiæ eſt quæ radix, & principium meriti; Secundò conſiſtit meritum in affectione commodi circa Deum volendo illi bonum commodi, ex quibus principijs, quicumque alius amor amicitiæ, vel commodi erit meritorius primario tamen ex amore amicitiæ circa Deum, quia talis amor eſt Regula omnis meriti.

4 Vnde amor, quo quis ſe amat amore amicitiæ, ſiue commodi volendo, ſibi aliquod bonum, niſi reguletur ab amore amicitiæ Dei erit inordinatus; Ideò Angeli Mali ſecundum Scotum, quia primus eorum amor amicitiæ, non fuit circa Deũ, ſed ergo ſeipſos fuit inordinatus demeritorius, & peccatũ; ſimiliter primus amor concupiſcentiæ; eorum fuit etiam appetere beatitudinem, vt ſibi commodam non fundatus in amore amicitiæ Dei, ſed in proprio amore. Ideò etiam fuit peccatum; Ideò etiam quando quis amat ſe; vel vult ſibi aliquod bonum, vt gratiam Dei, & multa merita, & beatitudinem ipſam, ſi talis amor regulatur, & moderatur ab affectione, & amore Dei eſt meritorius, aliter non ſed demeritorius, quod eſt valdè notandum; Sancti enim volunt ſummum bonum, ſibi non vt ſimpliciter ſibi commodum, ſed vt ipſo habito magis illud in ſe diligant, ex quo ſequitur; Prima quod ſunt tres rationes meriti circa Deum prima eſt diligere Deum in ſe, & propter ſe; Secunda eſt concupiſcere Deo bonum, ſibi conueniens; Tertia eſt velle Deum ipſum in ſe coniungi ſibi, & alijs perſonis gratis Deo, non quidem abſolutè coniungi, ſed vt magis eum diligat, in his conſiſtit regula meriti. Secundò ſequitur, quod omne amatum affectione commodi, ſi non ordinetur, & reguletur affectione iuſtitiæ eſt demeritum. Tertiò ſequitur quod amatum affectione commodi regulatum affectione iuſtitiæ, vt ſcilicet coniungatur quis, vel alijs ſummo bono cũ debitis circumſtantes eſt meritũ. Quartò ſequitur quod qui coniunctus eſt Summo bono ſecundum totam ſuam voluntatem affectione iuſtitiæ, & habet ſummum commodum coniunctum ſibi, quod apperit affectione commodi non poteſt mereri, nec demereri.

5 Chriſtus potuit mereri licèt enim eſſet beatus erat tamen ſimul Viator, ergo quãuis Chriſtus ſecundum amorem iuſtitiæ, & eiuſdem affectionem eſſet ſummè coniunctus vltimò fini, nempè Deo quare non poterat peccare, tamen ſecundũ voluntatem, quæ dicitur affectio cõmodi nõ erat ſummo cõiunctus Deo, quia erat paſſibilis, & mortalis, & poterant accidere illi multa incommoda, vt flagella, & iniuriæ, & alia quæ ſunt contra voluntatem commodi ergo acceptando iſta incõmoda, & volendo illa ſecundum affectionem iuſtitię poterat mereri patet ergo quomodo Chriſtus licèt eſſet Beatus potuit mereri; Non ſic cæteri beati ſecundũ legem ordi-

ordinariam poſſunt mereri; nam alij Beati ſecundum totam ſuam voluntatem, id eſt ſecundum portionem ſuperiorem, & inferiorem ſunt coniuncti vltimò fini, & ſummo bono, nimirum Deo, ergo non poſſunt mereri; Probatur antecedens, quia ſecundum voluntatem amicitiæ, quæ eſt affectio iuſtitiæ clarum eſt beatos, ita eſſe coniunctos Deo, quod non poſſunt ab ipſo Dei amore ceſſare, & aliquid contra voluntatem eius appetere; De voluntate etiam, quæ dicitur affectio commodi patet etiam, quod ſecundum eam ſunt, ita coniuncti ſummo commodo, & vtili ſibi nempè Deo, quod nihil incommodi poteſt illis venire, ergo ſunt coniuncti vltimo bono ſecundum totam eorum voluntatem, atque ita non poſſunt mereri, probatur ſequela, quia merens tendit in Deum per motum voluntatis, quapropter dicitur Viator, beati autem iam ſunt in termino, ergo &c.

6 Ita quod iſta duo ſtant ſimul nimirum, quod eadem voluntas ſecundùm vnum actum ſit perfectè coniuncta vltimo fini fruendo illo, & habendo illum ſibi vnitum, vt ſummum cómodum, ita quod ſecundum illum actum de potentia Dei ordinaria, & abſoluta impoſſibile eſt illam habere aliquam triſtitiam, vel pati aliquod incommodum loquendo de triſtitia, quæ nata eſt ſequi actum triſtitia enim eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt ex D. Auguſt. 14. de Ciuitate Dei, alias ſimul vellet, & nollet vltimum finẽ, quod inuoluit cõtradictionem; ſtat etiam quod eadem voluntas poſſit habere aliquam operationem circa temporalia, reſpectu quorum poſſit ſentire incommoda, & triſtitias, quia poteſt nolle aliquid contra ſuum commodum, & hoc volitione abſoluta, vel conditionata, nam noluit Chriſtus nolitione conditionata flagellari, & Crucifigi, atque adeo ſtante tali nolitione conditionata potuit abſolutè velle flagellari, & Crucifigi ad quæ ſequitur triſtitia, atque ita potuit velle incommoda; ſecundum ergo portionem inferiorem eadem voluntas potuit eſſe extra terminum, & ſecundum portionem ſuperiorem in termino; Quando autem eadem voluntas ſecundùm omnem operationem eſt in termino Deus determinauit nunquam concurrere cum illa voluntate ad aliquid, quod poſſit eſſe ei incommodum.

7 Chriſtus in quantum Deus, non potuit mereri, quia aut meretur apud ſe, aut apud aliam perſonam Diuinam, aut apud Creaturam, ſed nullo iſtorum modorum potuit mereri, ergo abſolutè non potuit mereri; Probatur minor, quoad ſingulas partes; non apud ſe, quia eiuſdem apud ſe ipſum non eſt meritum, quia meritum eſt actus iuſtitiæ, & obligationis, nullus autem apud ſeipſum habet obligationem, aut iuſtitiam, quia iuſtitia eſt ad alterum; Nec apud aliam perſonam Diuinam; quia operatio à dextra in Deo eſt communis tribus perſonis, ergo non poteſt Chriſtus, vt Deus habere operationem diſtinctam ab operatione alterius Perſonæ, atque ita non poteſt apud illam mereri, quia tunc apud ſeipſum mereretur, non tertiò ſcilicet apud Creaturam, quia merens expectat premium à ſuo ſuperiori promittente, ſed Chriſtus, vt Deus non habet ſuperiorem, à quo poſſit præmiari, Inſuper bonorum Creaturæ non indiget, ſed ipſe eſt qui dat omnibus affluenter, ergo ſi Verbũ Diuinum aſſumeret naturam irrationalem, non mereretur ſecundum illam; quia opera meritoria debent eſſe procedentia à potentia libera, & ſint honeſta, & laudabilia, in Caſu autem non haberet voluntatem, nec opera procedentia à natura irrationali non eſſent honeſta, & laudabilia ergo non poſſet mereri.

8 Chriſtus meruit per actus partis ſenſitiuæ imperatos à voluntate rationali; Probatur quia in ſenſibus multa incommoda paſſus eſt, vt flagella, & ſimilia, ergo acceptando iſta per affectionem iuſtitiæ potuit illis mereri, atque adeò meruit; Inſuper Chriſtus meruit per actus voluntatis rationalis inferioris portionis, nam Chriſtus per actus voluntatis rationalis acceptauit ieiunia, & orationes, & multa incommoda corpori etiam

illam

illam acerbam mortem, & voluit redemptionem ſuæ Matris, & aliorum electorum, quos etiam voluit docere, & ad ſalutem æternam perducere; quæ omnia voluit ſecundum affectionem iuſtitiæ, ergo in omnibus illis meruit; patet conſequentia, quia talia facta ſunt ſecundum affectionem iuſtitiæ; Pro intelligentia dictorum, & dicendorum; Notandum eſt, quod volitio vltimi finis in ſe propria dicitur actus ſuperior, ſecundum quem ipſa voluntas denominatur portio ſuperior, eadem enim vis potentiæ volitiuæ, vt fertur in vltimum finem amando illum dicitur portio ſuperior, & ſimiliter eadem vis ſimpliciter, vt fertur in temporalia, vel in ſe, vel propter vltimum finem portio inferior; atque ita portio ſuperior, & inferior in voluntate præciſè dicuntur diſtingui propter diſtinctos actus, quorum vnus reſpicit æterna, & alius temporalia, vel in ſe ipſis, vel prout referuntur ad æterna.

9 An Chriſtus meruerit ſecundum actum portionis ſuperioris; nempè per viſionem, & fruitionem beatificam, negat Rubion in 3. diſt. 18. q. 1. art. 3. concl. 1. Medina 3. p. q. 19. art. 4. Suarez tom. 1. q. 19 diſp. 39. ſect. 2. Quorum hæc ſunt fundamenta, quia præmium non eſt meritum, actus Beatificus eſt præmium, ergo non poteſt eſſe meritum; Item meritum eſt in poteſtate merentis ſicut, & demeritum in poteſtate peccantis, ſed actus Beatificus non eſt in poteſtate beati, cum beatus ſe habeat ad ipſum paſſiuè dumtaxat, & non actiuè; Immò inquit Medina, non poteſt Deus de potentia abſoluta efficere, quod actus beatifici, ſint meritorij, quia de eſſentia meriti eſt, quod actus ſtudioſus, ſit liber, & Deus non poteſt immutare rerum naturas; Deinde impoſſibile eſt, quod eodem actu perfectè voluntas quietetur in termino, & tendat, & moueatur in finem, vel terminum, quia quietari in termino non dicit, niſi negationem, vel ſaltem concomitatur negationem, ſeu priuationem tendentiæ, atque ita poneretur contradictio ſecundum idem; ſed actu fruendi voluntas Chriſti quietabatur in termino, & erat in termino, quia illo erat formaliter beatus, & non viator, ergo impoſſibile eſt, quod illo mereretur aliquid tendendo, ſcilicet in finem, & terminum; plura alia ſimilia adducuntur argumenta ad firmandam hanc ſententiam.

10 Quibus tamen non obſtantibus, Scotus in 3. diſt. 18. q. vnica ſuſtinet Chriſtum mereri potuiſſe actu beatifico Diuinæ fruitionis, ita quod idem actus eſſet meritorius, & beatificus, & Chriſtus actu illo merebatur ſecundum portionem ſuperiorem fruendo Deo clarè viſo, & ipſum ex Charitate diligendo, & alia bona viſa in Verbo, vel in Deo ſicut Matrem ſuam, & alios, eo tamen actu non meruit, ſibi beatitudinem Animæ, quia ille actus eſt ipſa beatitudo formalis ipſius Animæ, alias eodem actu meruiſſet eundem actũ, quod ſecundum aliquos non videtur poſſibile; meruit tamen illo actu alijs fortè gratiam, & gloriam, atque etiam ſibi beatitudinem corporis, vt impaſſibilitatem, & alias dotes corporis beati, & hoc decuit fieri, vt Chriſtus qui ſolus erat, & fuit beatus ſimul, & viator eodem actu eſſet beatus, & etiam mereretur, quod quidem de aliquo alio non eſt factum; Quod autem actus beatificus poſſit eſſe meritorius probat dupliciter Doctor ſubtilis hic; & primò ſit ille actus, ſcilicet beatificus erat bonus, & laudabilis, & acceptus Deo, & poterat acceptari ab ipſo Deo ad hoc, quod premiaretur in aliquo (non quidem in Chriſto, qui non indigebat) qui indigebat premio, ergo de facto, ita fuit ille actus acceptatus à Deo, atque ita fuit meritorius, maior patet ex definitione meriti, & minor probatur; quia perſona Chriſti, non fuit ſimpliciter, & ſecundum omnem conditionem in termino, ergo potuit Deus omnem actum illius perſonæ, acceptare tanquam dignum aliquo bono pro eo retribuendo illi perſonæ, ſi indiguiſſet, vel alteri, id eſt nobis pro quibus meruit.

11 Secundò probatur; Ita meritum in Chriſto reſpicit partem Intellectiuam, ſicut in nobis, ſed in nobis non eſt meritum

in parte

mereri ſecundum portionem inferiorem, niſi mereretur ſecundum portionem ſuperiorem minor pater, quia vt diximus radix meriti conſiſtit in affectione iuſtitiæ, quæ eſt amor amicitiæ Dei, qui præcisè ſtat in portione ſuperiori; Immò non repugnat quod aliquis beatus, immò omnes beati poſſunt mereri, quia actus illorum, ſiue ſint fruitionis; ſiue alij quicumque quos exercent circa nos ſunt boni, & laudabiles, & poſſunt acceptari à Deo, vt præmientur illi actus, ſi non in ipſis (quia iam ſunt beati, & non indigent præmio) ſaltem in nobis, de lege tamen ordinata nulli actus beatorum ſunt meritorij, quãuis ſint ſimiles actibus viatorum, quia vt prædiximus; Deus non ſolum reſpicit actus, ſed etiam conditiones operantis, Beati autem ſunt huius conditionis, & ſtatus quod ſunt extra viam, & in termino ſimpliciter, ideò de lege ordinaria, neque poſſunt ſicut nos mereri; Chriſtus autem, & ſi fuerit beatiſſimus ſemper; ſemper tamen ſimpliciter, & omnimodè non fuit in termino; ideò vt ſic ſaltem pro nobis potuit mereri, & meruit de facto dum fuit viator, & extra terminum.

12 Reſpondetur ad Argumenta oppoſitæ ſententiæ; Ad primum dicitur, quod præmium non eſt meritum reſpectu eius, cuius eſt præmium poteſt tamen eſſe meritum reſpectu aliorum, actus autem beatificus in Chriſto fuit meritorius non reſpectu ſui, ſed reſpectu gloriæ corporis, & impoſſibilitatis cum ceteris dotibus ſui Corporis, & fuit meritorius gratiæ, & gloriæ aliorum beatorum; Ad ſecundum negatur minor, quia voluntas vt prior natura actu ſuo liberè, & contingenter producit actum, quia in illo priori inſtanti naturæ voluntas ſecundum ſuam naturam eſt libera, ergo eius actus elicitus eſt liber, & deliberatus, & conſequenter in eius poteſtate; Ad tertium dicitur quod falſum aſſumit, nam voluntas beati non ſe habet pure paſſiuè ad illum actum beatificum, ſed cooperatur ipſi Deo, vt docet Scotus, in 4. diſt. 49. q. 11. Ad quartum dicitur quod eodem actu voluntas tendit in finem meritoriæ, & quietatur in ipſo beatificè, & talis quietatio non eſt negatio tendentiæ, nec habet ipſam neceſſariò annexam, quia iam non eſſet ille actus beatificus, ſed quieſcit in termino beatificæ tendit autem meritoriè, atque adeò vt ſic non quieſcit, quia iam non mereretur; Ad Medinam ſpecialiter reſpondetur quod actus beati potiſſimum fruitionis eſt actus liber et elicitus à voluntate beati atque adeò eſt intrinſecè liber, dicitur verò extrinſecè neceſſarius, quia à voluntate Diuina perpetuò conſeruatur, cuius certitudinem habet Beatus per Diuinam reuelationem, quod non eſt immutare naturam, vt ait Medinam, ſed eleuare ipſam ad ſuum ornatum.

13 Probabilis tamen eſt prima ſententia, quæ aſſerit quod Chriſtus per actus illos beatificos non meruit, ſed quod habuit actum amoris Dei liberum, & ſuper naturalem elicitum à Charitate, & ab amore beatifico diſtinctum, quo actu perfectiſſimè meruit; ſicut enim Chriſtus duplici ſcientia ſcilicet beata, & infuſa cognoſcebat Deum, ita duplici amore illum amabat amore ſcilicet beato, quo non merebatur, & amore Viatoris, quo merebatur, ita Doctores citati ſupra pro eadem prima ſententia; Quibus omnibus, & Doctori ſubtili ex eorum Doctrina addimus, quod Chriſtus meruit per omnes actus liberos ſuæ voluntatis etiam ſi illi fuerint ordinis naturalis, vt ſunt amor Dei naturalis, & actus aliarum virtutum moralium, Probatur prima pars huius conſectarij per actum virtutis obedientiæ meruit; iuxta illud ad Philip. 2. factus obediens, &c. per actum Religionis, & orationem, & etiam per actum ſuæ paſſionis quatenus erat actus Charitatis Dei, & proximi, & Religionis, quia erat ſacrificium; Secunda pars probatur quia omnes illi actus, in quacumque ætate eliciti, & à Chriſto relati in ſupernaturalem finem erant honeſti ſupernaturales, & Deo grati ergo in omnibus illis meruit, & quidem

dem meritò de condigno; quia ſemper meruit de condigno, tàm bona temporalia, quam ſpiritualia; & nunquam de congruo; Ad meritum de condigno, duo ſaltem concurrere debent; Primùm quod opus ſit factum ab homine Deo grato; Secundùm quod ſit lex ſtatuta à Deo de retribuendo tali præmio pro illo opere, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; meritum de congruo totum eſt fundatum in Diuina miſericordia, quantum ad premium.

14 Chriſtus Dominus cœpit mæreri à primò inſtanti ſuæ Conceptionis incluſiuè; Probatur primò, omne agens habens actum primum perfectum, & obiectum præſens in ratione obiecti, ſi non impeditur agit in inſtanti, ſed Anima Chriſti in primò inſtanti ſuæ Conceptionis habuit voluntatem in actu primò perfectas, ideſt gratia informatam, & obiectum præſens Intellectui, vtpotè Deum ipſum per viſionem beatam, cui poterat velle bonum propter ſe, & proximum propter Deum, ergo in inſtanti potuit agere, ſed voluntas informata Charitate eſt actus primus, cuius actus ſecundus eſt mereri, ergo in primò inſtanti ſuæ Conceptionis potuit mæreri, ergo meruit quia nullum fuit impedimentum; Item illud eſt attribuendum Chriſto, quod in illo dicit perfectionem, ſed aſſerere eum ab inſtanti ſuæ Conceptionis meruiſſe, in illo dicit perfectionem; Rurſus Charitas inerat voluntati Chriſti in inſtanti ſuæ Conceptionis, & non erat illi otioſa, nec aliud illam retardabat ergo; Præterea Chriſtus in primò inſtanti habuit actum beatificum, ergo & non beatificum, per quem potuit mereri, antecedens eſt omnium Theologorum, conſequentia probatur, quia potuit pro eodem inſtanti habere actum circa æterna, & circa temporalia, & per conſequens mereri; confirmatur ex D. Paulo ad Hebræos 10. dicente ingrediens mundum dixit hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi; Deindè paulò poſt (inquit) in qua voluntate ſanctificati ſumus.

15 Cum enim Chriſtus in inſtanti ſuæ Conceptionis fuerit homo perfectus ſecundùm hominem interiorem vidit tunc Deum voluiſſe mortem futuram ſui corporis, illamque gratum habuit, & acceptauit pro redemptione noſtra, tuncque nobis meruit gratiæ colationem Ianuæ Cæleſtis Regni aperitionem, & gloriæ adeptionem, de quibus infrà, ideò D. Paulus ait: in hac voluntate Chriſti nos fuiſſe ſanctificatos, quia videlicet Chriſtus voluit ſe offerre in ſanctificationem, & expiationem noſtram; Ideò tunc ingrediens Mundum hoc eſt in Conceptione ſua, quia tunc Chriſtus ingrediebatur Mundum, ſecundum Carnem promeruit nobis ſanctificationem; ſic ſentit ibi D. Paulus, & ab illo inſtanti vſque ad vltimum inſtans mortis ſuæ merebatur, quia circa noſtram ſalutem Chriſtus numquam fuit otioſus, merebatur in quam de condigno, quia quicquid volebat, & voluit Chriſtus voluntate abſoluta, & deliberata obtinere pro alijs, ſine dubio illud conſequebatur, ergo merebatur de condigno, antecedens eſt notum, & patet conſequentia ex diſcrimine meriti de condigno, & meriti de congruo ſupra declarato; Humanitas Chriſti neque meruit, neque mereri potuit electionem ſuam ad vnionem hypoſtaticam, in hoc omnes Theologi conueniunt.

16 Probatur tamen ſic; meritum antecedere debet præmium, vel in reipſa ſecundum exiſtentiam, vel in preſcientia Dei, & acceptatione Diuina, ſed meritum humanitatis Chriſti, non potuit antecedere ſuam electionem ad vnionem hypoſtaticam, neque in ſe, neque in præſcientia Dei, ergo &c. maior patet, quia meritum eſt Cauſa præmij, ergo aliquo modò debet antecedere, minor probatur quoad primam partem, quia electio fuit æterna meritum autem eſt temporale ergo; quo etiam ad ſecundam partem patet, quia voluntas dandi gratiam, qua fit tale meritum antecedit præſcientiam talis meriti; & illa gratia manat ex vnione, atque ita illa voluntas dandi gratiam præ-

ſupponit vnionem, ergo humanitas Chriſti non potuit mereri ſuam electionem ad vnionem hypoſtaticam; Item quia meritum eſt in operatione, ſed nullam operationem habuit, nec habere potuit humanitas Chriſti antequam eſſet in ſuppoſito proprio, vel alieno, ſed non fuit in proprio contra Hæreticos Photinum, & Neſtorium, ergo fuit priùs in ſuppoſito Diuino, quam operaretur, & per conſequens, quam haberet meritum, quia operationes cum ſint accidentia præſupponunt ſubſiſtentem ſubſtantiam, ideſt ſuppoſitum, vel Perſonam, vt eſt communis ſententia Philoſophorum. Huic veritati etiam Sacræ Scripturæ aſtipulantur, à quibus hoc beneficium ſoli Charitati Dei attribuuntur, vt Ioan. 3. ſic Deus dilexit Mundum, vt filium ſuum Vnigenitum daret, & Lucæ 1. per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, &c. & ad Epheſ. 2. propter nimiam Charitatem ſuam, &c. & ad Titum 3. apparuit humanitas Saluatoris noſtri Dei, nō ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, &c.

17 Anima Chriſti non meruit ſibi gratiam, & gloriam Scotus in 3. d. 18. q. vnica, & alij plures; Probatur, ſi Chriſtus meruit ſibi gratiam, & gloriam; tunc aut meruit aliquo actu antecedente, aut ſubſequenti gratiam, & gloriam; non primùm, quia nullus talis actus datur, neque in Intellectu, neque in voluntate, qui ſcilicet præcederet viſionem beatificam, vel fruitionem; Chriſtus ſiquidem non procedebat de imperfecto ad imperfectum actū, ſed ſtatim incepit à perfecto actu, talis autem eſt viſio, & fruitio; Non etiam ſecundùm quia de lege ordinaria, & ex natura rei meritum debet præcedere præmium; Item ſi meruit ſibi gloriam, aut actu ſubſequente elicito, aut non elicito circa ea, quæ ſunt ad finem, & hoc non quia primus actus eius fuit fruitio, conſequenter per poſteriorem, non potuit illam ſibi mereri, aut actu elicito circa finem, & hoc ridiculum eſt; quia id aſſerere eſt dicere, quid Chriſtus fruitione fruitionem meruit; Chriſtus per ſuam Paſſionem meruit exaltari à Deo Patre in comparatione ad Creaturas, iuxtà illud Apoſtoli ad Philip. 2. propter quod, & Deus exaltauit illum, &c. & ad Hebr. 2. vidimus Ieſum propter Paſſionem mortis gloria, & honore coronatum; Tunc enim dedit ei Pater nomen quod eſt ſuper omne nomen; Quando Chriſti Maieſtas, vel Diuinitas poſt Crucem, & reſurrectionem reuelata eſt, & hominibus manifeſtata, vt non ſolùm Chriſtus eſſet Deus, ſed in ſe quo beatus; Chriſtus tamen non meruit ſibi corporis gloriam, & impaſſibilitatem directè, ſed indirectè, quod Scotus ſic probat; Illud quod inueſſet ex natura ſua, ante omnem actum perſonæ, niſi impediretur per Miraculum non cadit ſub meritum illius perſonæ, ſed gloria Corporis Chriſti ex natura ſua infuiſſet Corpori Chriſti exiſtente Anima Beata, niſi ab inſtanti Incarnationis fuiſſet impedita, ergo Chriſtus per nullum actum meruit directè gloriam Corporis ſui.

18 Hactenus de meritò Chriſti ſecundum ſe, & reſpectu eiuſdem; Dicendum eſt hic de eodem meritò Chriſti reſpectu aliorum; In primis ſi eſt Sermo de meritò propriè de condigno, ſolus Chriſtus pro alijs potuit mereri, & de facto meruit tanquam caput electorum omnium, & auctorem ſalutis humanæ, ita D. Thomas p. 2. q. 114. art. 6. qui concedit, quod de congruo poteſt aliquis alteri mereri primam gratiam; ſed D. Bonauentura arbitratur non ſolum de congruo, ſed etiam de digno alterius merita alteri prodeſſe poſſe; Ponit enim triplex meritorum genus, de congruo de condigno, & de digno meritum, de digno ponit medium inter alia duo, & tunc dicitur meritum de digno, quando Verbi gratia aliqua Perſona pro meritis ſuis digna eſt pro alia exaudiri, vt cum vir optimus Pater orat pro filio malo apud Principem, ſic Deus diues in miſericordia dicit ſæpè propter Abraham ſeruum ſuum miſericordiam ſuam ab eius progenie non ablaturum, & Chriſtus propter fidem Cananeæ eripuit filiam eius è poteſtate dæmonis, & propter fidē, & humilitatem Centurionis ſanauit ſeruū

Centurionis, Dicebant enim Sacerdotes, dignus eſt vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ædificauit nobis, & cum Stephanus Protomartyr pro Paulo orauit; Niſi enim Stephanus oraſſet Eccleſia Paulum non haberet, ait D. Auguſtinus, ſic etiam S. Monica meruit conuerſionem filij ſui Auguſtini, & conſequenter vnus pro alio poteſt mereri, non ſolùm de congruo, ſed etiam de digno; ſimiliter antiquitus ad ſupplicationes Martyrum plerumque lapſi in Eccleſia recipiebantur, vt patet ex Epiſt. B. Cypriani, quod quidem clarum indicium eſt Martyres dignos eſſe pro lapſis à Deo exaudiri.

19 Meritum Chriſti, non ideò ſufficiens fuit pro omnibus indigentibus, quia formaliter fuerit infinitum, ſed quia moraliter ratione dignitatis perſonæ, merentis fuit infinitum; Prima pars probatur; nam velle Chriſti, in quo principaliter conſiſtit meritum, non fuit infinitum in ſua entitate, quia fuit creatum limitatum, & finitũ; (Hic enim non eſt ſermo de velle Diuino, ſed de velle humano Chriſti,) ergo propter talem infinitatem, quæ nulla eſt, non poteſt dici ſufficiens pro Infinitis; Antecedens probatur, tum quia ſi volitio Chriſti eſſet infinita, nulla eſſet differentia inter volitionem infinitam Diuinæ voluntatis Chriſti, & volitionem Creatam Voluntatis Animæ Chriſti; Secunda pars probatur; quia tantæ dignitatis fuit perſona Chriſti, vt meritum illius pro infinitis acceptaretur; Inſuper ſi meritum Chriſti, ſiue velle eius fuiſſet infinitum ſequeretur; quod duo velle in Chriſto eſſent eiuſdem perfectionis, quod omninò repugnat, ergo velle humanitatis Chriſti non fuit infinitum, ſed limitatum, & conſequenter finitè pro infinitis acceptatum; & confirmatur quia Verbum Diuinum nullam habuit cauſalitatem ſpecialem ſuper illud velle, quam non habuerit tota Trinitas, ſed Trinitas cauſauit illud velle in ſua entitate finita; ergo nullo modò ex ſe fuit infinitum, quia fuit cauſatum proximè à cauſa finita, quæ eſt voluntas finita Animæ Chriſti.

20 Deſcendendo ad particularia participantia de meritò Chriſti; primò ſe offerunt Angeli, de quibus eſt magna controuerſia inter Scholaſticos Doctores, qua relicta tanquam ſuperflua, dicendum putamus meritum Chriſti, non ſolùm hominibus, ſed etiam Angelis profuiſſe, non quidem ad redemptionem, ſed ad conſeruationem, ſiue præſeruationem, & perſeuerantiam, ac proindè ad gratiam pariter, & ad gloriam; Hæc eſt enim vita æterna (ait Chriſtus vt cognoſcant te ſolùm Deũ verum,) & quem miſiſti Ieſum Chriſtum; vita autem æterna eadem eſt Angelorum, ſicut & hominum, ac proindè ſi cognoſcere Chriſtum à Patre miſſum eſt vita æterna hominum eſt etiam Angelorum; & certè ſi introduxit Pater primogenitum in orbem terrarum, & dixit adorent eum omnes Angeli Dei, vt ait Apoſtolus ad Hebræos 1. opportuit Chriſtum omnibus Angelis eſſe præfectum, & idcircò eſſe caput omnium, tam Angelorum quàm hominum; & ſi nemo venit ad Patrem, niſi per me inquit ipſe me Chriſtus. Ioan. 14. nullus Angelus ſicut, & nullus homo ad Patrem peruenit, niſi per Chriſtum; Hæc enim vox, nemo tam Angelos, quam homines, ſicut & illa nemo bonus, niſi ſolus Deus non ſolùm homines, ſed & Angelos comprælendit; Ideo poſſumus ſumere efficacem rationem ad propoſitũ oſtendendum; Ideò Fulgentius, lib. 2. ad Traſimundum, cap. 3. dicit quòd vna eſt in vtroque ſcilicet Angelo, & homine gratia operata in hoc, vt ſurgeret, in illo, ne caderet, in illo ne reuulneraretur, in iſto vt ſanaretur; ab hoc infirmitatem repulit illum infirmare non ſinit, &c. ſed de hac re alibi dictum.

21 Dominus Ieſus Chriſtus ſecundùm omnes Theologos, dùm viueret in hac vita quinque nobis meruit; Primùm remiſſionem culpæ; Secundum infuſionem gratiæ; Tertium apertionem Ianuæ Cæleſtis; Quartum remiſſionem pœnæ pro peccatis; Quintum gloriam æternam; Meritum Chriſti ſecundùm omnes Theologos dupliciter; conſiderari poteſt ſcilicet

nidium radicale ? quia Chriſtus ita vt Elias, & Moyſes exiſtimatur ieiunaſſe, at Eliæ, & Moyſis ieiunium nullam debilitatem nullam maciem, nullum attuliſſe pallorem, cur igitur Chriſto attuliſſe concedemus ? Præterea eadem eſt de fame, & debilitate, macieque ratio; Cum ergo Chriſtus famem pati noluerit credendum eſt, nec etiam voluiſſe debilitatem pati, aut maciem. Adde Chriſtum noluiſſe famem pati 40. diebus, vt Deum ſe eſſe oſtenderet, non ergo fieri voluit imbecillior ieiunio, & macillentior; Imbecillitas enim, & macies Deum non eſſe oſtenderent, noluiſſe autem pati, vt indicaret diuinitatem docet antiquiſſimus D. Ignatius in Epiſtola 8. ad Philippenſes; Per illud (inquit) ſcilicet (quod per 40. dies corpus ſine omni inædiæ noxa conſeruauit) oſtendit ſe Deum eſſe. Per hoc verò (ſcilicet per eſuriem) hominem, &c. Idem docet D. Cirillus, lib. 2. ad Reginas, & alij; Moyſes etiam, & Elias illis diebus 40. non eſurierunt, ſi enim tam longo tempore eſurijſſent perijſſent, niſi mortem Deus miraculo auertiſſet; Vnde D. Maximus Homil. 3. de ieiunio Quadrageſimali Moyſes, inquit non eſuriuit, vt in homine fragili operata Diuinitas probaretur. Eſuriuit Dei filius (ſcilicet poſt 40. dies) vt aſſumptionem carnis noſtræ fragilem ſuſcepiſſe hominem reuelaret; Idem docet Abulenſis 3. Regum 1998.

17 Si quærat aliquis, ſi Chriſtus non indiguit ieiunio ob ſatis notas Cauſas cur voluit ieiunare ? Reſpondetur conueniſſe Chriſtum ieiunare; Primò quidam vt nobis exemplum ieiunandi præberet, nam cum ipſe fuerit perfectiſſimus legiſlator, (vt infrà videbimus) non debuit imponere iugum ſuper ceruices noſtras, quod ipſe priùs non portaret, ſed ipſe ſuo exemplo debuit nos de omnibus inſtruere, quæ nobis erant ad virtutem, & gloriam capeſcendam vtilia; Secundò vt nobis oſtenderet modum, quo tentationi reſiſtere poſſimus; ſicut enim ſaliua hominis ieiuni ſerpentes extinguit, ſic ieiunantis hominis prudentia; quæ per ſaliuam ſignificatur facillimè ob repentes, ſerpentium Dæmonum tentationes expellit; Tertiò quia abſtinentia ieiunij ordinatur ad continentiam carnis, quia ſine Cerere, & bacho friget venus; Prodijt enim quaſi ex adipe iniquitas ipſorum, tranſierunt in affectum cordis, inquit Regius vates; Nam venter, & genitalia affinia ſunt (inquit D. Hieronymus,) qualis eſt ordo membrorum talis eſt ordo vitiorum; Quartò ieiunare voluit, vt modum, quo mentem puriorem habere poſſimus, & orationi, & contemplationi aptiorem nos docere; Corpus enim obeſum, & Crapula, aut ebrietate prægrauatum contemplationi, & orationi non eſt aptum, ſed excluſum, & ieiunium; Ieiunium conſecratum à Chriſto Ieſu, commendatum ſæpiſſimè in Sacra Scriptura à ſanctis Patribus exercitatum opere, nec non verbo, & ſcripto ſummis laudibus. Exaltatum eſt lapis offenſionis, & Petra ſcandali, ad quàm ingluuiones, & bibaces Hæretici animo, & ſpiritu impingunt, ideò potiùs relinquendi ſunt in ſuis poculis, quam de merito ieiunij, & eius bonis cum illis habere ſermonem.

18 D. Damaſcenus lib. 3. de fide, cap. 20. dicit quod nihil in Chriſto coactum conſideratur; ſed omnia voluntaria volens fame, volens ſiti, volens motu, volens morte affectus eſt; Dicamus & nos, volens ieiunauit, & volens à Diabolo tentatus eſt, & accedens tentator, in prima tentatione Anachoritæ fame enocti larua aſſumpſit, & ſic à Chriſto petijt, vt vtriuſque fami ſuccurreret ne Eremum deſerere opus eſſet; Conuerte inquit lapides in panes, vt tuam, meamque eſuriem pellas; Aliud hic remedium non ſuppetit; ſolitudinem enim deſertum mihi nephas eſt, ſi filius Dei es; Hæc tentatio Dæmonis fuit exploratrix Diuinitatis Chriſti, vt docent Patres D. Leo Serm. 4. de Quadrageſima; D. Maximus Homil. 2. D. Griſoſthomus, Homil.

Homil. 13. D. Hyeronimus, in 4. Matth. Dices, qui fieri poteſt vt Diabolus non intellexerit Chriſtum eſſe Deum ex Diuinis vaticinijs ex Patris voce, quæ è Cælo ſonuit ex Angeli ſermonem cum Virgine Deipara habito ex Verbis Ioannis ex adoratione Magorum, & alijs vrgentibus indicijs, Reſpondetur cum Cardinale Caietano Lucæ 4. Dæmonis Intellectum, ne id intelligeret fuiſſe à Deo impeditum; quemadmodum enim illius vim ad nocendum, ita vim ad intelligendum Deus pro Diuina ſua prouidentia, quantum opus eſt frenat, in pœnam peccati; Reſpondit Ieſus Diabolo tentatori, non in ſolo pane viuit, &c. ita reſponſionem temperat (inquit D. Hieronimus, vt Diabolum ambiguum relinquat,) & D. Griſologus, Serm. 11. poteſt inquit Chriſtus de lapidibus panes facere, qui aquas conuertit in vinum, ſed ſigna fidei ſunt præſtanda non dolis, credenti danda ſunt, non ſunt danda tentanti.

19 Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam Ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper Pinaculum Templi, & dixit ei, ſi filius Dei es mitte te deorſum, proſtratus ſemel, & confuſus Aduerſarius Diabolus, alia via Chriſtum in forma Angelica aggreditur, & (vt opinantur D. Greg. Hom. 16. in Euangel. D. Bonau. in vita Chriſti, & Abulenſis, q. 35. & alij) & Chriſtus à Diabolo per aerem in pinaculum templi eſt delatus, iuxta illa Verba ſtatuit eum ſuper pinaculum templi, nimirum per aerem venit, & vectum ſtatuit eum ſuper templum, noluit enim Chriſtus Diabolum potentia expellere; ſed humiliter ſeduci, & deferri quo ille voluit, vt vinceret, Chriſtus igitur poſitus ſuper altiſſimam partem templi dixit ei Diabolus, ſi filius Dei es mitte te deorſum; Hæc tentatio fuit vanæ gloriæ, ſicut prima fuit gulæ; De vtraque immò, & de tertia loquens D. Hieronimus, ait in 4. Matthæi in omnibus ijs tentationibus Diabolus hoc egit, vt intelligeret ſi filius Dei erat Chriſtus; ſi filius (inquit) Dei es Miraculum exhibe, teſtare volatu te eſſe filium Dei, Angeli enim tanquam filium Dei manibus te excipient; Quod ſi miraculum Dominus feciſſet inde colegiſſet Dæmon quod volebat; Non tentabis Dominum Deum tuum; falſas de Scripturis Diaboli ſagittas, (ait D. Hieronimus) Chriſtus optimus maximus veris Scripturarum frangit Clypeis, &c. ecce inſtructio noſtra, vt in actibus, & operationibus noſtris noſmetipſos in periculis conſtituamus nulla inſtanti neceſſitate.

20 Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum, & oſtendit ei omnia Regna mundi; Ecce tertium certamen proponit procurans expiſcari, quod magna confuſione amiſit in prima, & ſecunda lucta cum Chriſto; Iterum aſſumpſit eum Diabolus, ſicut aſſumpſerat in ſecunda tentatione; In montem excelſum; ideſt valdè excelſum reſpectu aliorum Montiũ Paleſtinæ, & regionum circumiacentium, non reſpectu montium totius terræ, & oſtendit ei omnia Regna Mundi; Ideſt ex aere ante Chriſti oculos tẽporis momento Regnorum auri, argenti, gemmarum Mũdanæque gloriæ ſpetra effinxit, & poſuit, breuiſſimo namque tempore agilitate admiranda Dæmonum Cateruæ, omnia illa efficere potuerunt; Hæc omnia tibi dabo, addit D. Lucas, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa, ex more mentitur Diabolus, ne obolum quidem habet, qui omnia regna mundi promittit, vt fallat deceptor offert, quod non habet (ait D. maximus Homil. 4.) & vt verè cæcus Cælorum Domino terrarum regna promittit, ſi cadens adoraueris me, pollicitus eſt Dæmõ Chriſto omnia regna Mundi, & tanto promiſſo ad impiam traheret adorationem; Vade Satana ſcriptum eſt enim Dominum Deũ tuum adorabis, &c. Scripturæ Clypeo quo Aduerſarij alia tela reiecerat Dominus telum tertium reiecit hoſtemque pænitus victum fugat; Aduertit Theophilactus Chriſtum tunc aſpere Dæmonem allocutum cum Dei ſibi honorem arroganit.

21 Mirum eſt Deum voluiſſe à Dæmone tentari, vt ea præſtaret quæ erant contraria Diuino honori; in qua re Dæmon

mon ſe ignorantem fuiſſe, qualis eſſet homo quem aggreſſus eſt, oſtendit quod ſi ſciuiſſet eſſe Deum, eundem non tentaſſet; ideò omnes eius tentationes huc directè erant, vt eum cognoſceret eſſe Deum: in quibus tamen ſuo finem fruſtratus eſt; Non ſic Dominus noſter dum voluit tentari primò (vt ait D. Thomas 3. p. q. 41. propter exemplum, vt ſcilicet nos inſtrueret qualiter Diaboli tentationes vincere poſſemus,) omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio; Secundò vt nobis contra tentationes auxilium ferret; nam vt ait D. Gregorius Homil. 26. in Euangelia; non erat indignum Redemptori noſtro, quod tentari voluit, qui venerat occidi; iuſtum quippè erat vt tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret ſicut mortem noſtram venerat ſua morte ſuperare; Tertiò propter noſtram cautelam, vt ſcilicet nullus quantumcumque iuſtus, & Sanctus ſe exiſtimet ſecurum; Iuxta illud Eccleſiaſtici filij accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara Animam tuam ad tentationem; Quartò vt diſſolueret opera Diaboli, iuxta illud Ioan. cap. 3. in hoc enim apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli; Quintò vt nobis fiduciam de ſua Miſericordia largiretur; iuxtà illud ad Hebr. 4. non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem omnia, pro ſimilitudine abſque peccato; Sextò vt ſignificaret neminem intentatum Regnum Dei conſecuturum.

22 Poſt tentationem Chriſtus incepit Mundo manifeſtari, quæ manifeſtatio in duobus conſtitit; Primò in teſtimonio Ioannis Baptiſtæ; Secundo in operatione, non ſolùm in operatione rerum mirabilium, ſed etiam in patratione miraculorum quantum ad teſtimonium; D. Ioannis Baptiſtæ, & D. Ioannes Euangeliſtæ, cap. 1. dicit Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo; & clamat dicens, hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt ante me factus eſt, quia prior me erat: impleuit officium præcurſoris, ad quod à Deo Miſſus fuerat, vt teſtimonium perhiberet de lumine; Cum igitur dicit; hic erat quem dixi, qui poſt me venturus eſt nempè ad baptizandum, & concionandum; ita Griſoſthomus Homil. 12. in Ioan. ita quod Ioannis Baptiſta intelligit de aduentu prædicationis; ante me factus eſt; non quidem natus ante illum, aut conceptus, nam ſextò menſe poſt Ioannis Conceptionem Chriſtus conceptus, & ſextò menſe poſt Natiuitatem Ioannis natus eſt, nec ante Ioannem Chriſtus factus ſecundum Diuinitatem, contra Arium, alias inepta eſſet redditio, quia prior me erat; ſed ante Ioannem, Chriſtus factus eſt, quia Ioanni ante latus eſt ſecundum dignitatem, ita quod factus, & prælatus in hoc loco, idem ſunt; Cum enim Baptiſta hæc dicebat, Chriſtus, & ſi non hominum opinione certè re ipſa, tam ſecundum Diuinitatem, quam ſecundum humanitatem omnibus diuinis donis exornatiſſimum illum longè ſuperabat, ſicque prior erat Ioanne.

23 Quantum ad manifeſtationem per operationem mirabilium, & miraculorũ; ſciendum eſt quod miſit Pater filium, vt ab hominibus, & vt Meſſias agnoſceretur, & Doctrina eius Diuina eſſe crederetur, diuina illa ſigilla appoſuit, quæ cæleſtem authoritatem, Diuinamque naturam, cum humana copulatam indicarent, Ioannis 6. ait ipſe Dominus; Hunc Pater ſignauit Deus Pater ſignauit filium hoc eſt Diuina ſigilla filio appoſuit, quæ quis ille eſſet, & quænam eſſet eius Doctrina probarent; Hæc autem Dei ſigilla miracula ſunt ſtupenda quæ fecit; Dei enim ſigilla ſunt Deum verè teſtantia; Vnde illud Ioan. 5. ego habeo teſtimonium maius Ioanne; opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facit teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me, &c. magnum fuit Ioannis teſtimonium, ſed maius teſtimonium miraculorum; Quemadmodum Regium ſigillum à Rege Epiſtolam miſſam eſſe teſtatur; ita Diuina miracula à Deo Chriſtum miſſum eſſe teſtantur, ipſa (inquit) opera teſtimonium

nium perhibent de me, quia miſit me Pater, ſigna dicuntur in Euangelio Chriſti miracula; Hoc fuit initium ſignorum, ait Ioannes 2. & quidem erant ſigna Diuina quibus Pater Chriſtum ſignauit Meſſiamque, & Deum verum eſſe Mundo ſignificauit. His ſigillis cum vidiſſet Chriſtum ſignatum Nicodemus Ioan. 3. à Deo miſſum intellexit ſcimus (inquit) quia à Deo veniſti Magiſter; nemo enim poteſt hæc ſigna facere, niſi fuerit Deus cum eo.

24 Ingreſſus eſt Ægiptum Moyſes, miraculaque multa in ea edidit non propria, ſed aliena virtute; At Chriſtus ingreſſus eſt mundum, & multo plura fecit ſigna non alieno virtute, ſed propria potentia; Moyſes virgam à Deo acceptam ferebat per quam miracula faceret, iuxta illud Exodi 4. Virgam hanc ſumine in manu tua, in qua facturus es, ſigna Chriſtus virgam non ferebat, nihil enim ei opus erat quippè qui propriam faciendi ſigna facultatem haberet. Moyſis miracula Ægiptijs exitium Chriſti miracula mundo ſalutem attulerunt; Moyſes Aegipti primogenita occidit; Chriſtus mortuus ad vitam reuocauit; Moyſes Aegiptum tenebris cópleuit, Chriſtus Mundum ſplendore illuſtrauit; Moyſes ranas, & Ciniphes inuenit; Chriſtus Dæmones expulit; Moyſes peſte animantia confecit; Chriſtus ſanitates homines affecit; Primum Moyſis miraculum poſtquam in Ægyptú ingreſſus conuerſio quædam fuit; fuit etiam primum Chriſti miraculum alia côuerſio; ſed Moyſis conuerſio Ægyptijs fuit pernicioſa Chriſti conuerſio conuiuis fuit vtiliſſima; Moyſes fluuij Nilum aquam in ſanguinem conuertit ne potari poſſet. Chriſtus aquam in vinum commutauit, vt ſuauis potui deſeruiret. Vtile fuit hoc Chriſti primú miraculum; fuere etiá vtilia cætera omnia non enim curioſa, vt volebat Herodes, & hæbrei ſedutilia ſigna faciebat.

25 Pro clariori miraculorum notitia vltra alibi dicta aduertendum eſt, quod ad rationem miraculi duo præcipuè requiruntur, iuxta communiorem Doctorum ſententiam. Primum quod excedat totam facultatem naturæ. Secundum quod ordinariè non fiat ſed raro, & præter rerú ordinariú curſum, defectu primi plura, quæ ob ignorantiam cauſarum à vulgo dicuntur miracula, quæ paſſim ſcribuntur in hiſtorijs arte hominum, aut virtute Dæmonum effecta, quamuis præter ordinarium rerum curſum non ſunt tamen miracula; Defectu ſecundi Creatio Animæ rationalis, viuificatio corporum, & gubernatio totius mundi non dicuntur miracula, quámuis excedant vires naturæ, quia fiút à Deo curſu ordinario. Probatur igitur intentú, quia miraculum eſt res inſolita ſupra naturæ potentiam, & virtutem effecta, ſed natura humana, vt humana eſt non poteſt de ſe efficere, niſi ratione ſuppoſiti vniti vllum opus ſupra facultatem naturæ, quia eſt natura Creata finita, & limitata, ergo miracula, quæ Chriſtus faciebat excedentia vires naturæ Creatæ à natura humana, non erant principaliter edita, ſed ſolum inſtrumentaliter. Deinde in miraculis producuntur effectus abſque actionibus naturalibus à cauſa ſupernaturali; Cauſa autem ſupernaturalis nulla eſt niſi Deus, ergo Diuinitas erat, qui in Chriſto miracula operabatur; Hoc dictum eſt aduerſus plures inimicos Chriſti, qui conabantur obſcurare miracula eius, tales fuerunt Iulianus Apoſtata Maometani Ebionitæ Cherintus Carpocrates Theodotus Arius, & quotquot Chriſtum non eſſe Deum, ſed puram eſſe Creaturam, vel nudum hominem dixerunt.

26 Immò tota Eccleſia Catholica cum omnibus Patribus, & Doctoribus Scholaſticis; confitetur Chriſtum vera miracula feciſſe propria virtute Diuina, taliaque miracula, quæ Chriſtus fecit ſufficientia fuiſſe ad manifeſtandam Diuinitatem ipſius ſecundum tria; Primò ſecundum ipsá operum ſpeciem, quia tranſcendebát omnem Creatæ virtutis potentiam, & ideò non poterant fieri, niſi virtute Diuina, & propter hoc cæcus illuminatus dicebat; Ioan. 9. à ſæculo non eſt auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati; niſi eſſet hic à Deo non poterat facere quidquam; Secun-

Secūndò ſecundum modum, quo miracula edebat propria enim virtute illa faciebat iubendo ſcilicet, & imperando, vt dū reſſuſcitauit filium Archiſinagogi, dicens puella tibi dico ſurge, vt ait Marcus 5. & confeſtim ſurrexit puella. Idem de filio Viduæ Naim, & de Lazaro iam fœtente ad differentiam plurium ſanctorū, qui mortuos ſuſcitarunt non virtute propria, ſed præcibus; Tertiò ſecundum ipſam Doctrinam, quaſi Deum eſſe dicebat, cum miraculis, quæ faciebat ſatis euidenter oſtendebat ſe verum Deum eſſe, verumque Dei filium; Quamobrem Turbæ dicebant, vt legitur Marci primò. Quænam eſt Doctrina hæc noua, quæ in poteſtate ſpiritibus imperat, & obediunt ei? Certum eſt enim quod ſolus Deus eſt, cui Creaturæ ad nutum obediunt, & præſertim ſpiritus nequam; Cum ipſi Deo fuerint rebelles, nemini obediunt, niſi Deo in poteſtate illis imperante, hoc fecerunt ſancti, ſed virtute Diuina hoc fecit Ieſus virtute propriam ergo fuit Deus.

De merito, & ſatisfactione Chriſti. Artic. 8.

1 CHriſtus Ieſus Dominus noſter, dū conuerſabatur in hac vita, cū hominibus erat verè beatus, ideò videtur difficilè admittere illum potuiſſe etiam ſimul mereri, atque adeò diligenter hoc eſt inueſtigandum; Ideò notandum eſt primò ex Scoto in 3. diſt. 18. q. vnica, & in 1. diſt. 17. q. 1. & in 2. diſt. 28. & quolib. 17. quod meritum eſt aliquid acceptum, vel acceptandum in alio, pro quo ab acceptante eſt aliquid retribuendum illi, in quo eſt quaſi debitum illi pro merito, vel alteri pro quo meruit. Vnde meritum, & præmiū ſunt correlatiua, eſt enim meritū alicuius præmij meritū, & è contra, quod quidem meritum non eſt opus ſimpliciter naturale, quia tali opere, nec meremur, neque demeremur, ideò oporteat quod meritum ſit actus liber volūtatis elicitus, vel imperatus, iuxtà illud Pauli 1. Cor. 9. ſi autem volēs hoc ago mercedem accipio, & quia opera noſtra ex natura ſua (quāuis ſint libera) non habent, vt ſint meritoria apud Deum præmio æterno, vt optimè docet Scotus in 1. diſt. 17. ideò neceſſe eſt, vt Deus acceptat talia opera ad tale præmiū conferendum pro ipſis, & quia Deus non acceptat opera, vt digna præmio, niſi procedant à volūtate libera, & informata charitate, ſiue gratia, ideò neceſſaria eſt gratia gratum faciens in Anima merentis.

2 Secundò notandum eſt, quod actio meritoria debet eſſe proportionata præmio ad quæ adeò neceſſariū, vt habeat valorē cōdignū, & aliquo modo illi æqualē, cū enim ratio meriti ad iuſtitiā pertineat, æqualitatem aliquā inter meritū, & præmium requirit, & quia meritum non dicit ſemper actum, qui ſit in poteſtate eius, cui fit retributio, ſed hoc ſolū eſt, quando aliquis ſibi ipſi meretur, ideò in definitione additur, ad aliquid retribuendū illi, in quo eſt quaſi debitum illi pro illo merito, vel alteri pro quo meruit; nam ſicut diſpoſuit acceptare actum noſtrū honeſtum à charitate procedentē, vt dignum vita æterna ei retribuendū, qui ſic meruit; ita determinauit acceptare aliquos actus productos à nobis in ordine ad alios, pro quibus meremur, quemadmodū paſſionem Chriſti acceptauit, vt eſſet meritoria nobis; Tertiò notandum, quod (vt docet Scotus in 1. diſt. 17. illa acceptatio paſſiua, qua actus dicitur acceptatus eſt relatio acceptabilis, ſiue ordinabilis ad actionem Diuinā ordinantem, & acceptantem ad beatitudinem talem actum; Vnde completa ratio meriti non habetur ſine tali acceptatione Diuina, atque ita formalis, ratio meriti ſecundum Scotum in illa paſſiua acceptatione conſiſtit, quāuis requiratur, quod actus ſit liber laudabilis, & honeſtus, & à gratia ſeu charitate procedens; Hæc autem acceptatio in Deo eſt æterna, qua Deus decreuit ab æterno talem actum à gratia procedentē acceptare, & quia apud Deum, id quod eſt acceptādū de facto eſt acceptū, vel acceptatū aduertit Scot. quod in deſcriptione meriti in ordine ad Deū non eſt neceſſe addere illā particulā, vel acceptandum.

3 Vnde ſecundum Scotum actus meritorius

ritorius eſt actus liberè voluntatis laudabilis, & honeſtus mediante dono gratiæ elicitus, ſpecialiter Diuina voluntate acceptatus tanquam dignus premio reddendo pro illo actu elicienti talem actum vel alteri, pro quo meruit Deus igitur acceptans bonum factum in actu exteriori, vel bonum velle in actu interiori, alicuius tribuit ſibi ſi indigeat, vel alijs pro quibus meretur. Dices ſi ratio meriti conſiſtit in acceptatione paſſiua, ergo non erit in poteſtate merentis mereri, quia in eius poteſtate non eſt illa acceptatio paſſiua, Item ſequeretur quod meritum principaliter erit ipſius Dei; Reſpondetur ad primum, quod ſuppoſita gratia in Anima mereri erit in poteſtate merentis; cuius diſpoſitione ſic ſuppoſita etiam ſequitur ex pacto, & ordinatione Diuina illa acceptatio, ſicut ſemper ſequitur animatio ad organizationem corporis facta à cauſa naturali, & ratio eſt quia Deus decreuit coagere cauſis ſecundis generaliter loquendo, ſed voluntas hominis informata charitate eſt cauſa ſecunda meriti, ergo eidem coagit; Quartò notandum quod radix meriti conſiſtit propriè in affectione iuſtitiæ, ideſt in amore amicitiæ Dei, quo aliquis vult Deo Bonum, vt eſſe bonum infinitum, &c. eſt amor amicitiæ appellatus à Scoto affectio iuſtitiæ eſt quæ radix, & principium meriti; Secundò conſiſtit meritum in affectione commodi circa Deum volendo illi bonum commodi, ex quibus principijs, quicumque alius amor amicitiæ, vel commodi erit merirorius primario tamen ex amore amicitiæ circa Deum, quia talis amor eſt Regula omnis meriti.

4 Vnde amor, quo quis ſe amat amore amicitiæ, ſiue commodi volendo, ſibi aliquod bonum, niſi reguletur ab amore amicitiæ Dei erit inordinatus; Ideò Angeli Mali ſecundum Scotum, quia primus eorum amor amicitiæ, non fuit circa Deũ, ſed ergo ſeipſos fuit inordinatus demeritorius, & peccatũ; ſimiliter primus amor concupiſcentiæ; eorum fuit etiam appetere beatitudinem, vt ſibi commodam non fundatus in amore amicitiæ Dei, ſed in proprio amore. Ideò etiam fuit peccatum; Ideò etiam quando quis amat ſe; vel vult ſibi aliquod bonum, vt gratiam Dei, & multa merita, & beatitudinem ipſam, ſi talis amor regulatur, & moderatur ab affectione, & amore Dei eſt meritorius, aliter non ſed demeritorius, quod eſt valdè notandum; Sancti enim volunt ſummum bonum, ſibi non vt ſimpliciter ſibi commodum, ſed vt ipſo habito magis illud in ſe diligant, ex quo ſequitur; Prima quod ſunt tres rationes meriti circa Deum prima eſt diligere Deum in ſe, & propter ſe; Secunda eſt concupiſcere Deo bonum, ſibi conueniens; Tertia eſt velle Deum ipſum in ſe coniungi ſibi, & alijs perſonis gratis Deo, non quidem abſolutè coniungi, ſed vt magis eum diligat, in his conſiſtit regula meriti. Secundò ſequitur, quod omne amatum affectione commodi, ſi non ordinetur, & reguletur affectione iuſtitiæ eſt demeritum. Tertiò ſequitur quod amatum affectione commodi regulatum affectione iuſtitiæ, vt ſcilicet coniungatur quis, vel alijs ſummo bono cũ debitis circumſtantes eſt meritũ. Quartò ſequitur quod qui coniunctus eſt Summo bono ſecundum totam ſuam voluntatem affectione iuſtitiæ, & habet ſummum commodum coniunctum ſibi, quod appetit affectione commodi non poteſt mereri, nec demereri.

5 Chriſtus potuit mereri licèt enim eſſet beatus erat tamen ſimul Viator, ergo quãuis Chriſtus ſecundum amorem iuſtitiæ, & eiuſdem affectionem eſſet ſummè coniunctus vltimò fini, nempè Deo quare non poterat peccare, tamen ſecundũ voluntatem, quæ dicitur affectio cõmodi nõ erat ſummo cõiunctus Deo, quia erat paſſibilis, & mortalis, & poterant accidere illi multa incommoda, vt flagella, & iniuriæ, & alia quæ ſunt contra voluntatem commodi ergo acceptando iſta incõmoda, & volendo illa ſecundum affectionem iuſtitię poterat mereri patet ergo quomodo Chriſtus licèt eſſet Beatus potuit mereri; Non ſic cæteri beati ſecundũ legem

ordi-

ordinariam poſſunt mereri; nam alij Beati ſecundum totam ſuam voluntatem, ideſt ſecundum portionem ſuperiorem, & inferiorem ſunt coniuncti vltimò fini, & ſummo bono, nimirum Deo, ergo non poſſunt mereri; Probatur antecedens, quia ſecundum voluntatem amicitiæ, quæ eſt affectio iuſtitiæ clarum eſt beatos, ita eſſe coniunctos Deo, quod non poſſunt ab ipſo Dei amore ceſſare, & aliquid contra voluntatem eius appetere; De voluntate etiam, quæ dicitur affectio commodi patet etiam, quod ſecundum eam ſunt, ita coniuncti ſummo commodo, & vtili ſibi nempè Deo, quod nihil incommodi poteſt illis venire, ergo ſunt coniuncti vltimo bono ſecundum totam eorum voluntatem, atque ita non poſſunt mereri, probatur ſequela, quia merens tendit in Deum per motum voluntatis, quapropter dicitur Viator, beati autem iam ſunt in termino, ergo &c.

6 Ita quod iſta duo ſtant ſimul nimirum, quod eadem voluntas ſecundùm vnum actum ſit perfectè coniuncta vltimo fini fruendo illo, & habendo illum ſibi vnitum, vt ſummum cõmodum, ita quod ſecundum illum actum de potentia Dei ordinaria, & abſoluta impoſſibile eſt illam habere aliquam triſtitiam, vel pati aliquod incommodum loquendo de triſtitia, quæ nata eſt ſequi actum triſtitia enim eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt ex D. Auguſt. 14. de Ciuitate Dei, alias ſimul vellet, & nollet vltimum finē, quod inuolrit cõtradictionem; ſtat etiam quod eadem voluntas poſſit habere aliquam operationem circa temporalia, reſpectu quorum poſſit ſentire incommoda, & triſtitias, quia poteſt nolle aliquid contra ſuum commodum, & hoc volitione abſoluta, vel conditionata, nam noluit Chriſtus nolitione conditionata flagellari, & Crucifigi, atque adeo ſtante tali nolitione conditionata potuit abſolutè velle flagellari, & Crucifigi ad quæ ſequitur triſtitia, atque ita potuit velle incommoda; ſecundum ergo portionem inferiorem eadem voluntas potuit eſſe extra terminum, & ſecundum portionem ſuperiorem in termino; Quando autem eadem voluntas ſecundùm omnem operationem eſt in termino Deus determinauit nunquam concurrere cum illa voluntate ad aliquid, quod poſſit eſſe ei incommodum.

7 Chriſtus in quantum Deus, non potuit mereri, quia aut meretur apud ſe, aut apud aliam perſonam Diuinam, aut apud Creaturam, ſed nullo iſtorum modorum potuit mereri, ergo abſolutè non potuit mereri; Probatur minor, quoad ſingulas partes; non apud ſe, quia eiuſdem apud ſeipſum non eſt meritum, quia meritum eſt actus iuſtitiæ, & obligationis, nullus autem apud ſeipſum habet obligationem, aut iuſtitiam, quia iuſtitia eſt ad alterum; Nec apud aliam perſonam Diuinam; quia operatio à dextra in Deo eſt communis tribus perſonis, ergo non poteſt Chriſtus, vt Deus habere operationem diſtinctam ab operatione alterius Perſonæ, atque ita non poteſt apud illam mereri, quia tunc apud ſeipſum mereretur, non tertiò ſcilicet apud Creaturam, quia merens expectat premium à ſuo ſuperiori promittente, ſed Chriſtus, vt Deus non habet ſuperiorem, à quo poſſit præmiari, Inſuper bonorum Creaturæ non indiget, ſed ipſe eſt qui dat omnibus affluenter, ergo ſi Verbū Diuinum aſſumeret naturam irrationalem, non mereretur ſecundum illam; quia opera meritoria debent eſſe procedentia à potentia libera, & ſint honeſta, & laudabilia, in Caſu autem non haberet voluntatem, nec opera procedentia à natura irrationali non eſſent honeſta, & laudabilia ergo non poſſet mereri.

8 Chriſtus meruit per actus partis ſenſitiuæ imperatos à voluntate rationali; Probatur quia in ſenſibus multa incommoda paſſus eſt, vt flagella, & ſimilia, ergo acceptando iſta per affectionem iuſtitiæ potuit illis mereri, atque adeò meruit; Inſuper Chriſtus meruit per actus voluntatis rationalis inferioris portionis, nam Chriſtus per actus voluntatis rationalis acceptauit ieiunia, & orationes, & multa incommoda corpori etiam

illam

illam acerbam mortem; & voluit redemptionem ſuæ Matris, & aliorum electorum, quos etiam voluit docere, & ad ſalutem æternam perducere, quæ omnia voluit ſecundum affectionem iuſtitiæ, ergo in omnibus illis meruit; patet conſequentia, quia talia facta ſunt ſecundum affectionem iuſtitiæ; Pro intelligentia dictorum, & dicendorum; Notandum eſt, quod volitio vltimi finis in ſe propria dicitur actus ſuperior, ſecundum quem ipſa voluntas denominatur portio ſuperior, eadem enim vis potentiæ volitiuæ, vt fertur in vltimum finem amando illum dicitur portio ſuperior, & ſimiliter eadem vis ſimpliciter, vt fertur in temporalia, vel in ſe, vel propter vltimum finem portio inferior; atque ita portio ſuperior, & inferior in voluntate præciſè dicuntur diſtingui propter diſtinctos actus, quorum vnus reſpicit æterna, & alius temporalia, vel in ſe ipſis, vel prout referuntur ad æterna.

9 An Chriſtus meruerit ſecundum actum portionis ſuperioris; nempè per viſionem, & fruitionem beatificam, negat Rubion in 3. diſt. 18. q. 1. art. 3. concl. 1. Medina 3. p. q. 19. art. 4. Suarez tom. 1. q. 19 diſp. 39. ſect. 2. Quorum hæc ſunt fundamenta, quia præmium non eſt meritum, actus Beatificus eſt præmium, ergo non poteſt eſſe meritum; Item meritum eſt in poteſtate merentis ſicut, & demeritum in poteſtate peccantis, ſed actus Beatificus non eſt in poteſtate beati, cum beatus ſe habeat ad ipſum paſſiuè dumtaxat, & non actiuè; Immò inquit Medina, non poteſt Deus de potentia abſoluta efficere, quod actus beatifici, ſint meritorij, quia de eſſentia meriti eſt, quod actus ſtudioſus, ſit liber, & Deus non poteſt immutare rerum naturas; Deinde impoſſibile eſt, quod eodem actu perfectè voluntas quietetur in termino, & tendat, & moueatur in finem, vel terminum, quia quietari in termino non dicit, niſi negationem, vel ſaltem concomitatur negationem, ſeu priuationem tendentiæ, atque ita poneretur contradictio ſecundum idem; ſed actu fruendi voluntas Chriſti quietabatur in termino, & erat in termino, quia illo erat formaliter beatus, & non viator, ergo impoſſibile eſt, quod illo mereretur aliquid tendendo, ſcilicet in finem, & terminum; plura alia ſimilia adducuntur argumenta ad firmandam hanc ſententiam.

10 Quibus tamen non obſtantibus, Scotus in 3. diſt. 18. q. vnica ſuſtinet Chriſtum mereri potuiſſe actu beatifico Diuinæ fruitionis, ita quod idem actus eſſet meritorius, & beatificus, & Chriſtus actu illo merebatur ſecundum portionem ſuperiorem fruendo Deo clarè viſo, & ipſum ex Charitate diligendo, & alia bona viſa in Verbo, vel in Deo ſicut Matrem ſuam, & alios, eo tamen actu non meruit, ſibi beatitudinem Animæ, quia ille actus eſt ipſa beatitudo formalis ipſius Animæ, alias eodem actu meruiſſet eundem actũ, quod ſecundum aliquos non videtur poſſibile; meruit tamen illo actu alijs fortè gratiam, & gloriam, atque etiam ſibi beatitudinem corporis, vt impaſſibilitatem, & alias dotes corporis beati, & hoc decuit fieri, vt Chriſtus qui ſolus erat, & fuit beatus ſimul, & viator eodem actu eſſet beatus, & etiam mereretur, quod quidem de aliquo alio non eſt factum; Quod autem actus beatificus poſſit eſſe meritorius probat dupliciter Doctor ſubtilis hic; & primò ſic ille actus, ſcilicet beatificus erat bonus, & laudabilis, & acceptus Deo, & poterat acceptari ab ipſo Deo ad hoc, quod premiaretur in aliquo (non quidem in Chriſto, qui non indigebat) qui indigebat premio, ergo de facto, ita fuit ille actus acceptatus à Deo, atque ita fuit meritorius, maior patet ex definitione meriti, & minor probatur; quia perſona Chriſti, non fuit ſimpliciter, & ſecundum omnem conditionem in termino, ergo potuit Deus omnem actum illius perſonæ, acceptare tanquam dignum aliquo bono pro eo retribuendo illi perſonæ, ſi indiguiſſet, vel alteri, ideſt nobis pro quibus meruit.

11 Secundò probatur; Ita meritum in Chriſto reſpicit partem Intellectiuam, ſicut in nobis, ſed in nobis non eſt meritum

mereri ſecundum portionem inferiorem, niſi mereretur ſecundum portionem ſuperiorem minor patet, quia vt diximus radix meriti conſiſtit in affectione iuſtitiæ, quæ eſt amor amicitiæ Dei, qui præcisè ſtat in portione ſuperiori; Immò non repugnat quod aliquis beatus, immò omnes beati poſſunt mereri, quia actus illorum, ſiue ſint fruitionis; ſiue alij quicumque quos exercent circa nos ſunt boni, & laudabiles, & poſſunt acceptari à Deo, vt præmientur illi actus, ſi non in ipſis (quia iam ſunt beati, & non indigent præmio) ſaltem in nobis, de lege tamen ordinata, nulli actus beatorum ſunt meritorij, quãuis ſint ſimiles actibus viatorum, quia vt prædiximus; Deus non ſolum reſpicit actus, ſed etiam conditiones operantis, Beati autem ſunt huius conditionis, & ſtatus quod ſunt extra viam, & in termino ſimpliciter, ideò de lege ordinaria, neque poſſunt ſicut nos mereri; Chriſtus autem, & ſi fuerit beatiſſimus ſemper; ſemper tamen ſimpliciter, & omnimodè non fuit in termino; ideò vt ſic ſaltem pro nobis potuit mereri, & meruit de facto dum fuit viator, & extra terminum.

12 Reſpondetur ad Argumenta oppoſitæ ſententiæ; Ad primum dicitur; quod præmium non eſt meritum reſpectu eius, cuius eſt præmium poteſt tamen eſſe meritum reſpectu aliorum, actus autem beatificus in Chriſto fuit meritorius non reſpectu ſui, ſed reſpectu gloriæ corporis, & impoſſibilitatis cum ceteris dotibus ſui Corporis, & fuit meritorius gratiæ, & gloriæ aliorum beatorum; Ad ſecundum negatur minor, quia voluntas vt prior natura actu ſuo liberè, & contingenter producit actum, quia in illo priori inſtanti naturæ voluntas ſecundum ſuam naturam eſt libera, ergo eius actus elicitus eſt liber, & deliberatus, & conſequenter in eius poteſtate; Ad tertium dicitur quod falſum aſſumit, nam voluntas beati non ſe habet pure paſſiuè ad illum actum beatificum, ſed cooperatur ipſi Deo, vt docet Scotus, in 4. diſt. 49. q. 11. Ad quartum dicitur quod eodem actu voluntas tendit in finem meritoriæ, & quietatur in ipſo beatificè, & talis quietatio non eſt negatio tendentiæ, nec habet ipſam neceſſariò annexam, quia iam non eſſet ille actus beatificus, ſed quieſcit in termino beatificæ tendit autem meritoriè, atque adeò vt ſic non quieſcit, quia iam non mereretur; Ad Medinam ſpecialiter reſpondetur quod actus beati potiſſimum fruitionis eſt actus liberet elicitus à voluntate beati atque adeò eſt intrinſecè liber, dicitur verò extrinſecè neceſſarius, quia à voluntate Diuina perpetuò conſeruatur, cuius certitudinem habet Beatus per Diuinam reuelationem, quod non eſt immutare naturam, vt ait Medinam, ſed eleuare ipſam ad ſuum ornatum.

13 Probabilis tamen eſt prima ſententia, quæ aſſerit quod Chriſtus per actus illos beatificos non meruit, ſed quod habuit actum amoris Dei liberum, & ſuper naturalem elicitum à Charitate, & ab amore beatifico diſtinctum, quo actu perfectiſſimè meruit; ſicut enim Chriſtus duplici ſcientia ſcilicet beata, & infuſa cognoſcebat Deum, ita duplici amore illum amabat amore ſcilicet beato, quo non merebatur, & amore Viatoris, quo merebatur, ita Doctores citati ſupra pro eadem prima ſententia; Quibus omnibus, & Doctori ſubtili ex eorum Doctrina addimus, quod Chriſtus meruit per omnes actus liberos ſuæ voluntatis etiam ſi illi fuerint ordinis naturalis, vt ſunt amor Dei naturalis, & actus aliarum virtutum moralium, Probatur prima pars huius conſectarij per actum virtutis obedientiæ meruit; iuxta illud ad Philip. 2. factus obediens, &c. per actum Religionis, & orationem, & etiam per actum ſuæ paſſionis quatenus erat actus Charitatis Dei, & proximi, & Religionis, quia erat ſacrificium; Secunda pars probatur quia omnes illi actus, in quacumque ætate eliciti, & à Chriſto relati in ſupernaturalem finem erant honeſti ſupernaturales, & Deo grati ergo in omnibus illis meruit, & quidem

dem meritò de condigno, quia ſemper meruit de condigno, tàm bona temporalia, quam ſpiritualia; & nunquam de congruo; Ad meritum de condigno, duo ſaltem concurrere debent; Primùm quod opus ſit factum ab homine Deo grato; Secundùm quod ſit lex ſtatuta à Deo de retribuendo tali præmio pro illo opere, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; meritum de congruo totum eſt fundatum in Diuina miſericordia, quantum ad premium.

14 Chriſtus Dominus cæpit mæreri à primò inſtanti ſuæ Conceptionis incluſiuè; Probatur primò, omne agens habens actum primum perfectum, & obiectum præſens in ratione obiecti, ſi non impeditur agit in inſtanti, ſed Anima Chriſti in primò inſtanti ſuæ Conceptionis habuit voluntatem in actu primò perfectas, ideſt gratia informatam, & obiectum præſens Intellectui, vtpotè Deum ipſum per viſionem beatam, cui poterat velle bonum propter ſe, & proximum propter Deum, ergo in inſtanti potuit agere, ſed voluntas informata Charitate eſt actus primus, cuius actus ſecundus eſt mereri, ergo in primò inſtanti ſuæ Conceptionis potuit mæreri, ergo meruit quia nullum fuit impedimentum; Item illud eſt attribuendum Chriſto, quod in illo dicit perfectionem, ſed aſſerere eum ab inſtanti ſuæ Conceptionis meruiſſe, in illo dicit perfectionem; Rurſus Charitas inerat voluntati Chriſti in inſtanti ſuæ Conceptionis, & non erat illi otioſa, nec aliud illam retardabat ergo; Præterea Chriſtus in primò inſtanti habuit actum beatificum, ergo & non beatificum, per quem potuit mereri, antecedens eſt omnium Theologorum, conſequentia probatur, quia potuit pro eodem inſtanti habere actum circa æterna, & circa temporalia, & per conſequens mereri, confirmatur ex D. Paulo ad Hebræos 10. dicente ingrediens mundum dixit hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem adaptaſti mihi; Deinde paulò poſt (inquit) in qua voluntate ſanctificati ſumus.

15 Cum enim Chriſtus in inſtanti ſuæ Conceptionis fuerit homo perfectus ſecundùm hominem interiorem vidit tunc Deum voluiſſe mortem futuram ſui corporis, illamque gratum habuit, & acceptauit pro redemptione noſtra, tuncque nobis meruit gratiæ colationem Ianuæ Cæleſtis Regni aperitionem, & gloriæ adeptionem, de quibus infrà, ideò D. Paulus ait: in hac voluntate Chriſti nos fuiſſe ſanctificatos, quia videlicet Chriſtus voluit ſe offerre in ſanctificationem, & expiationem noſtram; Ideò tunc ingrediens Mundum hoc eſt in Conceptione ſua, quia tunc Chriſtus ingrediebatur Mundum, ſecundum Carnem promeruit nobis ſanctificationem; ſic ſentit ibi D. Paulus, & ab illo inſtanti vſque ad vltimum inſtans mortis ſuæ merebatur, quia circa noſtram ſalutem Chriſtus numquam fuit otioſus, merebatur in quam de condigno, quia quicquid volebat, & voluit Chriſtus voluntate abſoluta, & deliberata obtinere pro alijs, ſine dubio illud conſequebatur, ergo merebatur de condigno, antecedens eſt notum, & patet conſequentia ex diſcrimine meriti de condigno, & meriti de congruo ſupra declarato; Humanitas Chriſti neque meruit, neque mereri potuit electionem ſuam ad vnionem hypoſtaticam, in hoc omnes Theologi conueniunt.

16 Probatur tamen ſic; meritum antecedere debet præmium, vel in reipſa ſecundum exiſtentiam, vel in preſcientia Dei, & acceptatione Diuina, ſed meritum humanitatis Chriſti, non potuit antecedere ſuam electionem ad vnionem hypoſtaticam, neque in ſe, neque in præſcientia Dei, ergo &c. maior patet, quia meritum eſt Cauſa præmij, ergo aliquo modò debet antecedere, minor probatur quoad primam partem, quia electio fuit æterna meritum autem eſt temporale ergo; quo etiam ad ſecundam partem patet, quia voluntas dandi gratiam, qua fit tale meritum antecedit præſcientiam talis meriti; & illa gratia manat ex vnione, atque ita illa voluntas dandi gratiam præ-

Centurionis, Dicebant enim Sacerdotes, dignus eſt vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ædificauit nobis, & cum Stephanus Protomartyr pro Paulo orauit; Niſi enim Stephanus oraſſet Eccleſia Paulum non haberet, ait D. Auguſtinus, ſic etiam S. Monica meruit conuerſionem filij ſui Auguſtini, & conſequenter vnus pro alio poteſt mereri, non ſolùm de congruo, ſed etiam de digno; ſimiliter antiquitus ad ſupplicationes Martyrum plerumque lapſi in Eccleſia recipiebantur, vt patet ex Epiſt. B. Cypriani, quod quidem clarum indicium eſt Martyres dignos eſſe pro lapſis à Deo exaudiri.

19 Meritum Chriſti, non ideò ſufficiens fuit pro omnibus indigentibus, quia formaliter fuerit infinitum, ſed quia moraliter ratione dignitatis perſonæ, merentis fuit infinitum; Prima pars probatur; nam velle Chriſti, in quo principaliter conſiſtit meritum, non fuit infinitum in ſua entitate, quia fuit creatum *limitatum*, & finitũ; (Hic enim non eſt ſermo de velle Diuino, ſed de velle humano Chriſti,) ergo propter talem infinitatem, quæ nulla eſt, non poteſt dici ſufficiens pro Infinitis; Antecedens probatur, tum quia ſi volitio Chriſti eſſet infinita, nulla eſſet differentia inter volitionem infinitam Diuinæ voluntatis Chriſti, & volitionem Creatam Voluntatis Animæ Chriſti; Secunda pars probatur; quia tantæ dignitatis fuit perſona Chriſti, vt meritum *illius pro infinitis* acceptaretur; Inſuper ſi meritum Chriſti, ſiue *velle* eius fuiſſet infinitum ſequeretur; quod duo velle in Chriſto eſſent eiuſdem perfectionis, quod omninò repugnat, ergo velle humanitatis Chriſti non fuit infinitum, ſed limitatum, & conſequenter finitè pro infinitis acceptatum; & confirmatur quia Verbum Diuinum nullam habuit cauſalitatem ſpecialem ſuper illud velle, quam non habuerit tota Trinitas, ſed Trinitas cauſauit illud velle in ſua entitate finita; ergo nullo modò ex ſe fuit infinitum, quia fuit cauſatum proximè à cauſa finita, quæ eſt voluntas finita Animæ Chriſti.

20 Deſcendendo ad particularia participantia de meritò Chriſti; primò ſe offerunt Angeli, de quibus eſt magna controuerſia inter Scholaſticos Doctores, qua relicta tanquam ſuperflua, dicendum putamus meritum Chriſti, non ſolùm hominibus, ſed etiam Angelis profuiſſe, non quidem ad redemptionem, ſed ad conſeruationem, ſiue præſeruationem, & perſeuerantiam, ac proindè ad gratiam pariter, & ad gloriam; Hæc eſt enim vita æterna (ait Chriſtus vt cognoſcant te ſolùm Deũ verum,) & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, vita autem æterna eadem eſt Angelorum, ſicut & hominum, ac proindè ſi cognoſcere Chriſtum à Patre miſſum eſt vita æterna hominum eſt etiam Angelorum; & certè ſi introduxit Pater primogenitum in orbem terrarum, & dixit adorent eum omnes Angeli Dei, vt ait Apoſtolus ad Hebræos 1. opportuit Chriſtum omnibus Angelis eſſe præfectum, & idcircò eſſe caput omnium, tam Angelorum quàm hominum; & ſi nemo venit ad Patrem, niſi per me inquit ipſe me Chriſtus. Ioan. 14. nullus Angelus ſicut, & nullus homo ad Patrem peruenit, niſi per Chriſtum; Hæc enim vox, nemo tam Angelos, quam homines, ſicut & illa nemo bonus, niſi ſolus Deus non ſolùm homines, ſed & Angelos compræhendit; Ideo poſſumus ſumere efficacem rationem ad propoſitũ oſtendendum; Ideò Fulgentius, lib. 2. ad Traſimundum, cap. 3. dicit quod vna eſt in vtroque ſcilicet Angelo, & homine gratia operata in hoc, vt ſurgeret, in illo, ne caderet, in illo ne reuulneraretur, in iſto vt ſanaretur; ab hoc infirmitatem repulit illum infirmare non ſinit, &c. ſed de hac re alibi dictum.

21 Dominus Ieſus Chriſtus ſecundùm omnes Theologos, dùm viueret in hac vita quinque nobis meruit; Primùm remiſſionem culpæ; Secundum infuſionem gratiæ; Tertium apertionem Ianuæ Cæleſtis; Quartum remiſſionem pœnæ pro peccatis; Quintum gloriam æternam; Meritum Chriſti ſecundùm omnes Theologos dupliciter; conſiderari poteſt ſcilicet ſecun-

ſecundum ſufficientiam, & ſecundum efficaciam, quæ diſtinctio hoc exemplo explicari poteſt, ſi Rex paraſſet prandium, & ad illud non veniſſent, niſi decem prandium illud eſſet ſufficiẽs pro mille efficax verò pro decem; Ijdem Theologi cõmuniter duo aſſerunt; Primùm quod meritum Chriſti fuerit ſufficiens pro delendis omnium hominum culpis, tàm originalibus, quam actualibus; Secũdùm quod Chriſtus pro peccatis hominum, & pro pænis peccatis debetis ſufficienter ſatisfecit; primũ oſtendendum modo; Id autem quod controuertitur inter D. Th. & Doct. ſubtilem eſt, vnde meritum Chriſti ſufficientiã habuerit, vt poſſet omnium hominum peccata delere; nam D. Th. 3. p. q. 1. art. 2. ad 3. & q. 48. art. 2. ait quod Chriſtus, quantum ad ſufficientiam meruit omnibus hominibus remiſſionem culpæ, gratiam & gloriã, quia meritum Chriſti, & omnis eius operatio habuit quandam infinitatem ratione ſuppoſiti; Primò quia impoſſibile eſt quod ab alio, aliquo meritò totalis ſufficientia attingatur etiam ſi illud meritum creſceret in infinitum; Secundò quia radix merendi in Chriſto, nempè gratia fuit infinita, & non ad menſuram.

22 Tertiò quia euacuari non poteſt, nec appreciari; Quartò quia ſuppoſitum merens eſt infinitum, ergo eius meritum, & operatio eſt infinita; Quintò quia merendo Chriſtus obtulit bonum infinitum, ſcilicet vitam ſuam; Sextò quia ſuppoſitum verbi Dei excedit omne ſuppoſitum creatum in infinitum, ergo eius meritum excedit in infinitum omne aliud meritũ; Septimò ſi eſſet finitum tantum poſſet augeri grauitas, & numerus peccatorũ, vt meritum Chriſto pro eorum deletione non ſufficiat. Octauò ſic decreuit Clemens 6. in Extrau. Vnigenitus, nempè meritum Chriſti eſſe infinitum; Doctor ſubtilis, in 3. diſt. 19. q. vnica; dicit quod meritũ Chriſti fuit ſufficiens pro infinitis culpis delendis, non quia fuit infinitum, vt ſupra n. 19. probatum eſt, ſed quia ſic acceptatur à Sanctiſſima Trinitate, vt eſſet ſufficiens pro infinitis, tum quia acceptatione poteſt ſtare, quod actus noſter etiam remiſſus poſſit acceptari à voluntate Diuina ad ſummam gloriam poſſibilẽ creari, & quod actus noſter ſit intenſiſſimus quoad ſubſtantiam, & perfectiſſimus quoad circumſtantias, & quod nullo modo acceptetur; Ideò reſpondetur ad argumenta D. Th. ad 1. quod meritum Chriſti poteſt attingi, & adæquari per aliquod meritum creatum de poſſibili non de facto, quia Deus aliter ordinauit; Ad 2. quod gratia Chriſti fuit finita ſumma tamen negatiuè; Ad 3. quod meritũ Chriſti euacuari, & exhauriri non poteſt, quia ſufficit pro Infinitis, non quia infinitum, ſed quia ſic acceptatum.

23 Ad 4. licèt ſuppoſitum ſit infinitũ, nõ tamen eius meritum ipſum, ſicut etiã licèt ſuppoſitum ſit infinitum, humanitas tamẽ nõ eſt infinita, nec Anima, nec corpus, nec oculus eſt infinitus, licèt ſuppoſitũ videns ſit infinitum, Ad 5. vita Chriſti non fuit infinita, nec actus volendi meritorius, quo Chriſtus voluit, & acceptauit ponere vitã ſuam per mortem; Ad 6. negatur conſequentia, quia cum infinitate ſuppoſiti poteſt ſtare finitas meriti, quia eius principiũ, quo ideſt voluntas Creata Chriſti eſt finitũ; Vnde hic finitas, & infinitas non eſt attendenda ex parte principijquod, quod, eſt ſuppoſitum Diuinum infinitum, quod non eſt ratio formalis agendi, ſed ex parte principijquo, quodeſt voluntas Creata Chriſti, & ratio formalis merendi; Ideò meritũ Chriſti formaliter, & intrinſecè eſt finitum, extrinſecè verò, & extrinſeca denominatione eſt infinitũ, ideſt ſimpliciter finitum, ſecundum quid verò eſt infinitũ; Ad 7. nego antecedens, nam licèt meritũ Chriſti ſit finitum formaliter, & intrinſecè tamen, quoad acceptationem Diuinam eſt infinitum, atque adeò exhauriri, & excedi ab hominum malitia nequaquam poteſt; Ad 8. dicitur quod Clemens 6. nõ decernit meritum Chriſti eſſe formaliter infinitum; ſed tantum eſſe infinitum, quia à voluntate Diuina acceptatum pro infinitis, atque ita Theſaurus meritorum Chriſti eſt Infinitis, quia pro infinitis acceptatus, & vna gutta ſanguinis ratione hypoſtaticam

vnionis,

vnionis, & Diuinæ acceptationis ſat fuiſſet, ſi Deus determinaſſet pro redimendis infinitis hominibus.

24 Quantum ad efficaciam ſecundùm Doctrinam Scoti dicendum eſt, quod ſicut prius prædeſtinantur electi, quam paſſio Chriſti præuideretur, vt remedium contra lapſum eorum, ita tota Trinitas priùs præordinauit electos, & prædeſtinatos ad gratiam, & ad gloriam efficaciter, quã præuiderit Paſſionem Chriſti tanquam medicinam acceptandam pro electis cadentibus in Adam, probatur, quia ſicut Medicus priùs vult ſanitatem hominis, quam ordinet de Medicina ad ſanandum, ſi ceciderit in Infirmitate, ita Deus priùs voluit efficaciter ſalutem naturæ humanæ per gloriam finalem, quam ordinauerit de remedio, & medicina contra impedimentum huius ſanitatis, nempè peccatum hoc patet per ſigna, & inſtantia Scoti alibi declarata; Dices ſi omnes electi efficaciter fuerunt prædeſtinati ad gratiam, & ad gloriam, antequam paſſio Chriſti præuideretur, ergo etiam ſi paſſio Chriſti non præfuiſſet, adhuc habuiſſent tantam gratiam, & gloriam quantam modo habent per Paſſionem Chriſti; Probatur conſequentia, quia voluntas Dei efficax ſemper impletur, ergo paſſio Chriſti non fuit efficaciter meritoria gratiæ, & gloriæ, quia ſine tali Paſſione habuiſſent illam; Reſpondetur, quod aliud eſt ordinare efficaciter ad gratiam, & ad gloriam, & aliud eſt illam efficaciter conferre; priùs enim eſt electio efficax, quam ſit executio; Fuerunt ergo omnes electi efficaciter ordinati ad gratiam, & ad gloriam, & efficaciter fuiſſet illis collata gratia, & gloria, ſi nullum impedimentum fuiſſet, & quantum ad huiuſmodi electionem, nihil valuit paſſio Chriſti, quia prius fuit præuiſa talis electio, quam paſſio Chriſti, & ſi non fuiſſent caſuri electi non profuiſſet illis paſſio Chriſti; Vnde profuit illis, vt remedium, & medicina contra lapſum, quia obſtaculum auferre nequibat, id eſt peccatum ex Diuina ordinatione, ſine Paſſione Chriſti.

25 Sicut Verbum Diuinum, id eſt ſuppoſitum Verbi in natura humana præuidit Paſſionem offerendam Patri pro prædeſtinatis, & electis, ſic etiam obtulit in effectu pro illis, & tota Trinitas efficaciter pro illis Paſſionem Chriſti acceptauit, & pro nullis alijs fuit efficaciter oblata, neque efficaciter acceptata; quod ſic intelligitur, quod tota Trinitas ordinauit filium aſſumpturum naturam humanam in vnitate ſuppoſiti, & voluit quod Verbum, vt Incarnatum pateretur pro hominibus lapſis in peccatum, qui erant prædeſtinati; atque ita Verbum, vt Incarnatum obtulit Paſſionem efficaciter pro electis, & hoc ab æterno eſt præuiſum à tota Trinitate, & etiam eſt acceptata talis paſſio efficaciter pro ipſis electis, vt meritoria gratiæ, & gloriæ. Ex quo ſequitur, quod ſicut Deus ſua voluntate elegit iſtos potiùs, quam illos ad dona, & alia ſupernaturalia bona, ita manifeſtauit Chriſto hanc ſuam electionem, & voluntatem, atque ita quamuis Chriſtus omnibus meruit, non tamen æque pro omnibus obtulit ſua merita, ſed iuxta electionem Patris; aliter obtulit pro electis, & aliter pro alijs; pro electis enim obtulit efficaciter, pro alijs vero modo generali ſecundùm ſufficientiam, quia ſcilicet pro omnibus obtulit ſufficiẽs meritum, quod eſſet vniuerſalis cauſa, ſeu generale principium, quo omnes vti poſſent ſua libera voluntate, vt à ſeruitute peccati, & à poteſtate Diaboli liberarentur, vt apparet in oratione Chriſti, qua diuerſimode orauit, pro quibuſdam enim, vt pro Apoſtolis, & alijs electis efficaciter orauit, vt infallibiliter, & effectu illis elargiatur bona, & dona ſpiritualia, iuxta illud Ioan. 17. ego pro eis rogo non pro mundo, ſed pro his, quos dediſti mihi, ſcilicet pro Apoſtolis, & infrà dicit ſanctifica eos in veritate, quam orationem dicit, Iuſtinus Martyr non eſſe factam à Chriſto pro Iuda, quia fuit oratio efficax, ſed pro alijs Apoſtolis, pro cæteris autem à Prædeſtinatis orauit, generaliter modò prædicto.

26 Illa voluntas, qua Deus generaliter

omnes homines ad Beatitudinem elegit fuit ſine meritis Chriſti, vt mortalis homo futurus erat, & etiam ſi non veniſſet, aut non venturus eſſet mortalis; probabile eſt, quod ſine eius meritis, ſed ſola bonitate, & beneplacito Dei ſic illos elegit ad beatitudinem; Prima pars probatur, quia merita Chriſti, vt hominis mortalis non præuidentur in illo ſigno, in quo Deus habet illam voluntatem generalem dandi gloriam hominibus, ſed poſt præuiſum peccatum, ſicut & ipſe Chriſtus non præuidetur mortalis ante præuiſum peccatum, ergo illa generalis voluntas dandi gloriam, quæ antecedit præuiſionem peccati non nititur meritis Chriſti mortalis; Secunda pars probatur, quia priuſquam intelligatur, quod Deus præuidet Chriſtum habere meritũ pro hominibus oportet, vt voluerit ordinare ipſum Chriſtum ad merendum pro nobis, ſuppoſuit generalem voluntatem ordinandi homines ad beatitudinem, ſicut voluntas medij ſupponit voluntatem finis, ergo voluntas illa præceſſit præſcientiam, & præordinationem meritorum Chriſtum, atque adeò non fundatur in Chriſti meritis; pro intelligentia iſtorum notanda, & memoriæ mandanda ſunt ſigna, & inſtantia aſſignata à Doctore ſubtili varijs in locis, & nos ſequentes eius Doctrinam, idem fecimus & potiſſimum ſuprà cum eſſet Sermo de prædeſtinatione Chriſti, ad quem locum remittimus ſtudioſum Lectorem.

27 Illa voluntas generalis, qua voluit Deus reparare hominum lapſum non fuit ex meritis Chriſti, ſed ex Diuina voluntate, & beneplacito; Probatur ex Scriptura Sacra, quæ ſemper tribuit hanc voluntatem Charitati, & miſericordiæ Dei; ita D. Paulus ad Epheſios 2. commendat autem Deus Charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, cum eſſemus mortui peccato, conuiuificauit nos Chriſto, & ad Rom. 5. commendat autem Deus Charitatem ſuam, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, &c. quem locum D. Auguſtinus tract. 110. in Ioannem explicans, dicit Chriſtum non ita nos reconciliaſſe Patri, vt inciperet amare, quos oderat, ſed reconciliauit nos Deo diligenti nos eum, quo propter peccatum habebamus inimicitiam. Illa ſingularis dilectio, ſeu voluntas efficax, qua Deus ante præuiſa hominum merita elegit prædeſtinatos ad gloriam, itaut eligeret hos, & non illos non fuit ex meritis Chriſti, ſed ex liberalitate, & beneplacito Diuinæ voluntatis; iuxta illud Epheſ. 1. elegit nos in ipſo ante mũdi conſtitutionem ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ, quibus verbis refert illam electionem in ſolam voluntatem Diuinam, atque ita Ioan. 17. orans pro prædeſtinatos appellet eas datos ſibi à Patre, ſcilicet per æternam electionem. Probabiliſſimum eſt, quod illa voluntas, qua Deus generaliter vult omnes homines ſaluos fieri, & etiam illa, qua Deus præelegit prædeſtinatos, vt eſt efficax eorum dilectio habuit fundamentum, & rationem aliquam immerito Chriſti præuiſo.

28 Probatur prima pars, quia cum ordinate volens priùs velit finem, quam ea, quæ ſunt ad finem, & priùs etiam ea, quæ ſunt propinquiora fini; benè poſſumus conſiderare, ſic Deum voluiſſe manifeſtare ſe; primò volendo vnionem hypoſtaticam; ſecundò dando illi humanitati ſummam gratiam, & gloriam, & propter maximam Chriſti perfectionem, & eius merita velle eligere homines ad Beatitudinem ergo, &c. Secunda pars pariter ſic probatur, quia in hac Diuina electione duo intelliguntur; primùm eſt velle efficaciter beatitudinem huic prædeſtinato Alterum eſt, quod alius non eodem modo eligatur ad illam, quamquam ergo Chriſtus non meruerit illam electionem, quantum ad hoc ſecundum, quia non meruit non electionem aliorum potuit tamen Chriſtus meruiſſe rationem propterquam Deus abſolutè elegit prædeſtinatos, iuxtà illud Epheſiorum primò, elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, vbi D. Paulus apertè loquitur de actu efficaci, ergo videtur habere aliquam probabilitatem, quod ſit fundatus aliquo modo in ratione meritorum Chri-

ſti

ſti, quod patet conſideranti, & contemplanti illa particulam (in ipſo) in Verbis Apoſtoli loci proximè citati; his enim (in ipſo) habet aliquid efficacitatis, & rationis fundamentalis reſpectu, & comparatione Verborum antecedentium elegit nos, &c.

29 Chriſtus Dominus meruit primis parentibus in ſtatu Innocentiæ gratiam, & gloriam illiſque data fuit propter merita Chriſti præuiſa; Hæc eſt probabilior ſua oppoſita, & videtur fundata in Sacra Scriptura, in qua expreſsè docetur neminem poſſe actus ſupernaturales, & æternæ vitæ meritorios elicere ſine relatione aliqua ad merita Chriſto, & Paulus ad Epheſios 4. totum Eccleſiæ corpus dicit habere Charitatem, & augmentum eius ex influxu. Capitis ſed Chriſtus eſt caput totius Eccleſiæ, & primi parentes fuerunt prima inter homines membra iſtius Corporis, ergo Charitatem habuerunt ex influxu Chriſti Capitis; Item Adam in ſtatu Innocentiæ habuit Chriſti fidem, ergo per eam fidem iuſtificatus eſt, & per conſequens per Chriſti ſanctitatem, & merita gratiam obtinuit: Antecedens ea omnium Theologorum, & præcipuè D. Thomæ 22. q. 2. art. 7. tum quia fides Chriſti eſt neceſſaria ad ſalutem, ideò quia per Chriſtum iuſtitiam conſequimur; ſed hæc fides fuit Adæ neceſſaria ad ſalutem, ergo per eam eſt iuſtitiam conſequutus; Primam gratiam habuit Adam in ſtatu Innocentiæ, non ex meritò Paſſionis Chriſti præcisè, ſed ex Chriſti meritis abſolutè, quod in principio huius numeri probatum eſt, quod autem non habuerit ex meritò Paſſionis Chriſti præcisè; Probatur nam ſi Adæ fuiſſet collata prima gratia in ſtatu Innocentiæ ex meritò Paſſionis Chriſti præcisè non fuiſſet Adæ nunquam collata gloria, niſi poſt Paſſionem Chriſti exhibitam, ſed ſi Adam perſeueraſſet in gratia, gloria illi gratiæ correſpondens ei collata fuiſſet ante aduentum Chriſti, eſto quod Chriſtus veniſſet ſi Adam non peccaſſet, ergo illa gratia non cadebat ſub meritò Paſſionis Chriſti præcisè.

30 Chriſtus omnibus hominibus ſufficienter meruit totaliter primam gratiam ſanantem naturam à Lapſu peccati. Ioan. primò dedit eis poteſtatem filios Dei fieri; & ſtatim ſubdit, & Verbum caro factum eſt, & concludit gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Item ad Rom. 3. iuſtificati gratis per gratiam ipſius per Redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & ad Epheſio 1. in quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius remiſſionem peccatorum ſecundi vitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis, & expreſsè Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. probatur item in paruulis, in quibus non propria voluntas, ſed ſolum Chriſti meritum operatur in Baptiſmo, atque ita meritum Chriſti eſt totalis cauſa meritoria gratiæ in eis. Probatur etiam in adultis, quia bona diſpoſitio requiſita in eis eſt ex meritò Chriſti, ſicque meritum Chriſti eſt totalis Cauſa meritoria primæ gratiæ in eis, & ex hoc ſequitur quod Chriſtus omnibus hominibus ſufficienter meruit remiſſionem peccati, tum originalis, tum actualis, nam talis remiſſionem confertur hominibus, niſi per infuſionem gratiæ, & iuſtitiæ; ſequitur ſecundò quod Chriſtus eodem modò meruit omnibus æternam gloriam, & felicitatem, nam per gratiam acceptamur ad gloriam, & gratia eſt ſemen gloriæ, & dat nobis ius ad æternam vitam; Et confirmatur quia Chriſtus (vt infrà magis videbimus) ſua mortes aperuit nobis ianuam Regni Cælorum, quæ antea fuerat hominibus clauſa.

31 Dices, ſi Chriſtus omnibus meruit gratiam, ergo gratia non datur nobis gratis, ſed ex iuſtitia iam Chriſtus illam nobis meruit, & pretium dedit, quo illam emeremus, quod repugnare videtur D. Paulo ad Rom. 3. dicenti nos eſſe iuſtificatos per gratiam ipſius; Reſpondetur primam gratiam gratis nobis dari reſpectu noſtri, ideſt ſine meritò noſtro de condigno, & in hoc ſenſu D. Paulum dicere nos iuſtificari gratis, vt etiam Concilium Tridentinum exponit, ſeſſ. 6. cap. 8. reſpectu

verò Chriſti datur nobis gratia ex iuſtitia, & perfecto merito; In aquirentibus primam gratiam per Sacramentum pœnitentiæ poſt lapſum in mortale peccatum, & ſi in eis requiratur dolor voluntarius, Chriſtus tamen fuit totalis cauſa meritoria de condigno primæ gratiæ, quæ illis confertur; ita Scotus in 3. diſt. 19 q. vnica, & ratio eſt, quia Diuina voluntas acceptauit eam, vt eſſet meritoria de condigno, & conſequenter meruit principaliter remiſſionem, & delationem omnium peccatorum, tam originalium, quam actualium, quia de lege communi nulla infunditur gratia, niſi remittatur culpa; Inſuper meruit ſatisfactionem pro pœnis peccatis debitis, iuxta illud Pſalmi 68. quæ non rapui tunc exſoluebam; & Iſaiæ 53. verè languores ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

32 Omne auxilium gratiæ excitantis, & adiuuantis, quod datur homini, vt ſe diſponat ad gratiam, à prima vocatione vſque ad diſpoſitionem vltimam eſt effectus, & præmium meritorum Chriſti, qui hæc omnia bona hominibus meruit, hoc ſatis indicat Scotus in 3. d. 19. q. vnica, cum inquit hoc fuiſſe ſimul in meritò Chriſti, quod meruit non coniunctos coniungi, & probari poteſt ex D. Paulo Eph. 1. qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto, ita etiam Tridentinum Concilium, ſeſſ. 6. c. 5. Item meruit omnibus adultis omnes diſpoſitiones ad gratiam, quam de facto recipiunt, quæcumque illæ ſunt, ſiue remotæ, ſiue propinquæ, quia tales diſpoſitiones ſunt actus ſupernaturales, ideò cadunt ſub meritò Chriſti; Item applicationes omnium mediorum, per quæ homini infunditur prima gratia, & datur remiſſio peccati eſt ex meritis Chriſti, quia hæc applicatio eſt maximum donum Dei, & maximè neceſſarium ad ſalutem; quia hæc applicatio meritorum Chriſti, aut fit ex diſpoſitione operantis per contritionem, aut fit ex opere operato per Sacramenta, ſi fiat primò modo iam oſtenſum eſt contritionem, & quicquid gratiæ confertur grata, & meritoria eſſe poſſunt, & idem ſignificat ſeſſ 14. cap. 8. & tota ratio eſt, ad illam habendam per eadem merita dari; ſi fiat ſecundò modo certum eſt, non ſolum propter merita Chriſti dari effectum Sacramenti, ſed etiam ipſum Sacramentum, vt notum eſt, & conceſſum in fide Catholica.

33 Vlterius omnia gratiæ auxilia, quæ hominibus iuſtificatis conferuntur, effectus ſunt meritorum Chriſti, nam ſicut Chriſtus meruit nobis primam gratiam meruit etiam perpetuam conſeruationem eius, quamdiu nos peccati impedimentum non obiecerimus; Atque etiam meruit gratiam eſſe aptam, & expeditam ad operandum, quantum neceſſe eſt ex parte ipſius gratiæ; Item donum perſeuerantiæ eſt effectus meritorum Chriſti, quia hoc donum includit ſpecialia dona, ſiue auxilia, ſiue ſpecialem Dei prouidentiam, qua homini confertur, vt infallibiliter in gratia moriatur, quod eſt ſine dubio magnum donum gratiæ, vt Concilium Tridentinum illud ſic appellauit; Et eſt ita diſtinctum à prima gratia, & illi non debitum, & non cadere ſub meritò de condigno hominis iuſtificati, eſt ergo ex illis donis, quæ de condigno dantur ſolùm propter meritum Chriſti; nam licèt vnus homo poſſit ſibi, vel alteri mereri de congruo hoc donum petendo, & obſecrando, ſolus tamen Chriſtus de condigno, & ex perfecta iuſtitia pro electis illud meruit, ſicut etiam meruit nobis augmentum gratiæ, & gloriæ, & omnes actus, quibus illa meremur quomodocumque; ſcimus enim palmites, & Chriſtus vitis, niſi manſerimus in hac vite nullum fructum poterimus facere, quia (inquit ipſe) ſine me nihil poteſtis facere, ſicut palmes non poteſt creſcere ſine influxu vitis.

34 Vnde Concil. Trident. colligit ſeſſ. 6. c. 16. Chriſtum, influere virtutem iniuſtos tanquam caput in membra, & tanquam vitem in palmites, quæ virtus (inquit bona eorum opera antecedit, comitatur, & ſubſequitur, & ſine illa nullo pacto Deo quia Chriſtus dicitur caput, quia ſicut

nullus eſt motus, aut augmentum in Membris, quod non fit ex noua applicatione virtutis capitis, ita nullum eſt nouum augmentum meriti, quod non fit ex noua applicatione meritorum Chriſti; Denique meritum Chriſti fuit totalis Cauſa meritoria aperitionis Ianuæ Regni Cælorum, ſiue Paradiſi; pro cuius intellectu notandum eſt, quod ſicut poſt mortem Chriſti, ita & ante illam quatuor fuerunt Animarum ſeparatarum ordines ſiue ſtatus; Quædam enim in ſtatu peccati deceſſerunt, & è corporibus emigrarunt, quædam in ſolo originali, quædam in ſtatu iuſtitiæ, cum aliqua tamen obligatione pœnæ pro peccatis; aliæ demum iuſtæ, & omninò puræ, ac mundæ quæ vel ita è corporibus egreſſæ ſunt, vel poſt egreſſum fuerunt purgatæ pleneque mundatæ; De tribus prioribus generibus non eſt Sermo in hoc propoſito, quia in omnibus illis eadem eſt ratio de ſtatu, & loco Animarum ante, & poſt Chriſti mortem; nam quæ exibant è corporibus, in primò ſtatu perpetuò detrudebantur in Tartarum, in ſecundò ſtatu in limbo, cum perpetua excluſione à Regno Cælorum, & pro illis ianua Paradiſi non eſt reſerata.

35 Quæ verò in tertiò ſtatu in loco Purgatorij deſerebantur poterant tamen inde exire ante Chriſti mortem, quia poterant ante plenè purgari, hoc enim non pendebat ex executione mortis, ſeu reali ſatisfactione Chriſti pro genere humano, ſed ex commenſuratione pœnæ Purgatorij ad reatum ex peccatis dimiſſis derelictum; Cæterum nec iſtæ Animæ benè purgatæ, nec aliæ quarti ordinis, quæ ſcilicet exibant è corporibus plenè mundæ, ante Chriſti mortem eſſentialem beatitudinem non acceperunt eſt de fide, & ita docent Doctores Scholaſtici, Alenſis 4. p. q. 4. Memb. 4. & alibi D. Thom. 3. p. q. 49. art. 5. & q. 52. art. 5. Scotus in 4. diſt. 2. q. 1. hoc probat D. Paulus ad Hæbreos 9. vbi explicans ritum illum Veteris legis, quo Summus Sacerdos tantùm ſemel in anno ingrediebatur in ſancta Sanctorum, non ſine Sanguine, quæ offerret pro peccato, dicit in hoc ſignificatum eſſe, nedum fuiſſe propalatam Sanctorum vitam, donec Chriſtus Summus Sacerdos, ſeipſum pro peccato in ſacrificium obtulit, ita cum alijs exponit, D. Griſoſth. Homil. 15. qui Homil 4. in Matthæum ſic dicit; Quantum in meo corde eſt legens legeum, legens Prophetas, legens & Pſalterium nunquam Regnum Cælorum audiui, niſi in Euangelio, quia antequam aperiat ianuam Regni omnes Animæ iuſtæ detinebantur in Inferno, & D. Hieronymus, Epiſt. 129. ad Dardanum, de hac re optimè ſcribit, dicens Sanguis Chriſti clauis eſt Paradiſi; terram enim viuentium quam primus Adam perdidit ſecundus inuenit, immò ab illo perditam iſte reſtituit.

36 Meritum igitur Chriſti fuit totalis Cauſa meritoria aperitionis Regni Cœlorum, quia nullius per quantumuis perfectiſſimi hominis meritum operatum eſt aliquid ad aperitionem Regni Cælorum; Vnde neque merita Abrahæ, neque B. Virginis ſufficerent ad ipſas Animas in Regnum Cælorum introducendas ante Chriſti Paſſionem; Ad ingreſſum tamen in cœlum, ad quem operati ſunt iuſti Chriſtus ſe habet, vt cauſa vniuerſalis meritoria iuſti autem, vt cauſa partialis cooperans vtendo illa gratia à Chriſto pro merita, ita Scotus in 3. d. 19. q. vnica, §. ſimiliter dico, quod Chriſtus meruit nobis, vt totalis cauſa aperitionem Ianuæ Paradiſi, vt omnibus in gratia decedentibus aperiretur; nec ad amotionem huius obſtaculi intrandi cooperamur ei, ſiue illud obſtaculum fuerit originale peccatum, ſiue aliquid aliud, quod patet, quia Abraham fuit tanti meriti, ſicut aliquis Chriſtianus, qui fit modo, ſed nec Abraham, nec aliquis antiquorum, nec etiam B. Virgo potuit amouere obſtaculum, quin omnes tranſirent in limbum, ſed quamuis obſtaculum amoueretur per Paſſionem Chriſti, nullus tamen actu ingreditur Cælum, niſi cooperetur, & vtatur prima gratia, quam ſibi meruit Chriſtus; Patres autem cooperabantur Paſſionis Chriſti præuiſæ ad habitualem ingreſſum, vt ammoto ob-

to obſtaculo ingredi poſſent; Nos autem Paſſioni exhibitæ, & ammoto obſtaculo cooperamur ad actualem ingreſſum, niſi impotentia excuſet, ſicut Paruulos, quibus Deus dat immediatè introitum in Cœlum, & ideò habent minimam gloriam. Hæc Scotus.

37 Chriſtus ergo ammouit vniuerſale obſtaculum Paradiſi ſpiritualis; quia primò in eius Baptiſmo, aperta fuit Ianua Paradiſi per præſignationem; Vnde Beda ſuper illud Lucæ 3. apertum eſt Cælum, dicit dum ille aquas Iordanis ſubijt, Ianuam cæli nobis aperuit, id eſt aperiendam per Baptiſmum oſtendit; Secundò in Paſſione Chriſti Ianua cæli aperta fuit per precij ſolutionem, tunc enim Chriſtus ſeipſum dedit tanquam precium hominis perditi, ſeipſum namque ſoluit Deo pro redemptione hominis perditi, qua ſolutione facta, & redemptione exhibita patuit ingreſſus in Paradiſum, quia tunc placata fuit offenſa Dei; Vnde Beda ſuper illud Marci 15. & facta hora 6. inquit Diuinæ pietatis ordo poſcebat, vt eodem temporis articulo, quo Adæ præuaricanti concluſerat, Latroni pænitenti ianuam reſeraret Paradiſi; Tertiò in Reſurrectione Chriſti aperta fuit Paradiſi Ianua per ſtolæ ſecundæ receptionem, non enim erat licitum indutum ſacco, id eſt corpore corruptibili, & mortali aulam Regiam intrare hoc impedimentum ammotum eſt Chriſti reſurrectione, quæ eſt Cauſa noſtræ Reſurrectionis 1. Cor. 10. ſi Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus; Ideò Eccleſia in collecta Reſurrectionis dicit, Deus qui hodierna die per Vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti; Quartò in Aſcenſione Chriſti reſerata fuit Paradiſi Ianua per effectum ingreſſo enim Chriſto actualiter ingreſſæ ſunt Animæ Paradiſum.

38 De ſatisfactione (de qua vide Doctorem ſubtilem in 3. diſt. 20. q. vnica) inſtituendus eſt Sermo, non quidem in ſua generalitate ſumpta, ſed quatenus ad noſtrum facit propoſitum, quod eſt contemplari illam vt modum, quo Redemptor, & Mediator ſatisfecit Deo Patri pro noſtris culpis; Ideo notandum eſt, quod ſatisfactio eſt duplex perfecta ſcilicet, & imperfecta, ad ſatisfactionem perfectam tria requiruntur; Primùm eſt quod illud opus, per quod aliquis ſatisfacit æquiualeat iniuriæ illatæ offenſo, & quod iſte valor ſit, ab illo, qui ſatisfecit, & non ſit ab eo, cui ſatisfacit; nam ſi talis valor operis eſt ſolùm, quia ſic acceptatur ab eo, qui iniuriam paſſus eſt ipſe videtur, tunc ſibi ſatisfeciſſe, & non qui iniuriam fecit; Secundùm quod offendens ex proprijs ſatisfaciat, quia ſi ex alienis ſatisfacit, iam alij ſatisfecerunt, & non ille, & maximè ſi ſatisfecit, ex bonis illius, quem offendit, & cui ſatisfacere intendit; Tertium quod ſatisfaciat ex aliàs in debitis; Vnde ſi quis deberet alicui æquum, & inferret illi iniuriam non ſatisfaceret illi per equum alias debitum, quæ ſatisfactio tribus illis requiſitis, veſtita dicitur perfecta, & rigoroſa, vel de rigore iuſtitiæ, ſatisfactio imperfecta eſt, cui aliqua ex tribus condictionibus ſupradictis deeſt, & dicitur imperfectum, non quia Animant offenſi non ſit perfectè placatus, ſed quia non eſt ſecundùm omnem rigorem iuſtitiæ, ſed aliqua ex parte nititur, liberalitati offenſi, quia voluit placari, & hæc ſatisfactio imperfecta poteſt dici ad æqualitatem, & ex iuſtitia, quia dum quis ſatisfaciendo æquiualet per opus iniuriæ illatæ, ſiue ſit alias debitum ſiue non, & ſiue valor operis ſit ex natura rei, ſiue ex acceptatione offenſi ſatisfacit ex iuſtitia, & ad æqualitatem.

39 De potentia Dei abſoluta, purus homo non potuit ſatisfacere pro hominum peccatis ſatisfactione de condigno, ſimpliciter & de toto rigore iuſtitiæ, quia omnis puri hominis ſatisfactio neceſſariò fundatur in gratia, ſibi gratioſè collata; nam licèt per eam non mereatur, nec ſatisfaciat, ſed per opera propria, & concurſu gratiæ elicita, tamen quia ſibi collata eſt liberaliter à creditore, cui debet fieri ſatis, & ſine qua opera eius nullius erit meriti, & valoris omnis puri hominis ſatisfactio, non poteſt eſſe ex rigoroſa iuſtitia,

ſtitia, ſed ex ea, qua nos gloriam mereamur ſuppoſita, nimirū Dei promiſſione, & acceptatione noſtrorum operum in ordine ad præmium pro eis reddendum. Satisfactio autem Chriſti pro hominum peccatis, culpis & iniurijs Deo ab illas illatis fuit opus iuſtitiæ propriè ſumptæ ſecundum ſacras Scripturas, & dicta ſanctorum Patrum dicentium opus redemptionis eſſe opus iuſtitiæ, quæ non poſſunt exponi, niſi de iuſtitia pro prædicta, quia verba Scripturæ, & ſanctorum præſertim illa, in quibus dogmata fidei traduntur propriè, & ſine metaphoris ſunt accipienda, niſi ex eo, quod ſi propriè accipiuntur ſequatur aliquod incōueniens, vel abſurdum, ad quod vitandum neceſſum ſit ea metaphoricè, accipere ergo cum ſcriptura, & ſancti dicant in operibus Chriſti fuiſſe valorem Redemptionis, & ſatisfactionis ſecundum iuſtitiam, aut ſeruatam eſſe iuſtitiam in noſtra Redemptione, intelligendi ſunt de vera, & propria iuſtitia, quia ex hoc nullum ſequitur inconueniens, aut abſurdum.

40 Vt ſatisfactio Chriſti eſſet ſufficiens ad æqualitatem pro hominum peccatis non fuit neceſſarium, quod valorem ſimpliciter, & phiſicè infinitum haberet, quia in hominum peccatis etiam ſimul iunctis non eſt grauitas malitiæ intenſiuè infinita ergo, vt reſpectu ipſorum ſatisfactio ſit æqualis non requiritur in ea valor infinitus ſimpliciter, conſequentia notiſſima eſt, quia ad ſolutionem debiti finiti, ac limitati non requiritur prætium infinitum, ſed finitum debito æqualem; antecedens verò probatur, quia grauitas intenſiuum peccatorum non poteſt in infinitum creſcere per partes æquales; Chriſti ſatisfactio pro noſtris culpis, & peccatis non fuit de toto rigore iuſtitiæ, ſed fuit ad æqualitatem, & ſuper abundans ex Dei acceptatione, & gratia. Hoc dictum eſt commune omnium Scotiſtarum contra Thomiſtas, & ratio iſtius veritatis eſt, quia ſatisfactio Chriſti fundatur in gratia Dei, qui eſt creditor ergo non fuit rigoroſa, iuxta requiſita neceſſariò ad dictam iuſtitiam ſupra numero 38. recenſitis, antecedens probatur, quia valor ſatisfactionis Chriſti procedebat ex gratia, & fundabatur in gratia vnionis, quam gratis, & liberaliter ei contulit Deus, ergo ſatisfactio illa non fuit rigoroſa; Item ſatisfactio rigoroſa requirit, vt debitor ipſe ſatisfaciat, ſed Chriſtus non fuit debitor, nec vllo modo peccauit, ergo rigoroſè non ſatisfecit; Dices reddidit æquale, & ſuper abundans prætium, ergo fuit de rigore iuſtitiæ. Reſpondetur hoc non ſufficere ad rigoroſam iuſtitiam, ſed requiritur, quod ſit ex alias indebitis; Addi poteſt quod tantum valet omne Creatum oblatum quantum Deus acceptat illud, & non plus, ergo tantum valuit pretium ſatisfactionis quantum, & pro quantis Deus acceptauit.

41 Quando quidem ſatisfactio Chriſti pro peccatis noſtris de facto fuit completa in Paſſione, & morte eius, ſimpliciter tamen, & abſolutè non fuit neceſſarium, quod genus humanum repararetur per huiuſmodi Paſſionem, & mortem, quia filius Dei oblatus eſt, quia ipſe voluit, & huiuſmodi voluntatem potuiſſet Deus acceptare pro æquali ſatisfactione; ſuppoſita tamen ordinatione Diuina, qua ordinauit genus humanum per mortem Chriſti reparari, neceſſaria fuit talis redemptio; nam ordinatio, & voluntas Dei efficax ſemper impletur, ergo data hypotheſi, quod ſit à Deo ordinatum, vt homo ſic repararetur neceſſaria fuit paſſio, & mors Chriſti, ſic in ſenſu compoſito explicantur Sancti Patres cum dicunt neceſſariam mortem Chriſti ad noſtram Redemptionem; Conceditur tamen Deo non defuiſſe alios modos redimendi humanum genus, quam per Paſſionem, & mortem ſuam, modò tamen quo nos Deus liberare dignatus eſt per mediatorem Ieſum Cruci affixum noſtræ miſeriæ ſanandæ conuenientior alius non fuit; Prima pars patet, quia potuiſſet Deus, vel ſola miſeratione, vel ſolo verbo, vel ſola Incarnatione, vna vel denique guttula ſanguinis ſudoris, alijſque infini-

infinitis modis liberaſſe totum genus humanum abſque diris illis tormentis Paſſionis; Secunda pars probatur 1. vt idem homo eſſet ſatisfactor, qui in ſpecie fuerat offenſor; Secundò ad maiorem hominum honorem, & gloriam, & Dæmonum confuſionem, vt in eadem natura, in qua vicerant vincerentur. Conuenientiſſimus itaque fuit hic redimendi modus, quia habuit omni ex parte manifeſtum ſummæ Charitatis ſimbolum; exemplarque omnium virtutum cum ſumma Miſericordia; & cum iuſtitia coniunctum.

De Paſſione, & Morte Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Artic. 9.

1 D. Anſelmus lib. 1. cur Deus homo cap. 20. & lib. 2. cap. 1. & 4. dicit neceſſarium fuiſſe hominem reparari per Chriſti Paſſionem, & mortem immò videtur præcipuè toto illo opere voluiſſe conuincere repugnare Deo alia via, aut ratione mundum reparare; Anſelmi ſententiam videtur anteà tenuiſſe Cyrillus, quintò Theſauri, cap. 7. vbi ait, quoniam imperfectum eſſet opus Dei non decuit, & non potuit aliter reparari neceſſariò Deus homo factus eſt; Idem ſentit D. Leo Epiſt. 81. quæ inquit reconciliatio eſſe poterat, qua humano generi propitiaretur Deus, niſi omnium Cauſam mediator Dei hominumque ſuſciperet, & ante hos omnes D. Ambroſius ad Hebræos 9. dicit: Tantum fuit peccatum noſtrum, vt ſaluari non poſſemus aliquando, niſi vnigenitus filius Dei moreretur pro nobis; ſed oppoſita ſententia docetur à Magiſtro in 3. diſt. 20. & ab omnibus Scholaſticis præcipuè à Scoto ibidem; vbi nititur ſaluare priorem ſententiam dicens; quod procedit præſuppoſita ordinatione Diuina, quæ ordinauit hominem redimere, quia enim Deus præordinauit non acceptare pro redemptione hominum, niſi mortem filij ſui, ideò neceſſe fuit, quod Chriſtus moreretur, non tamen neceſſitatem ſimpliciter, & abſolutè non neceſſitate coactionis, ſed immutabilitatis.

2 Simpliciter, & abſolutè loquendo non fuit neceſſariũ, quod genus humanum lapſum repararetur, itaut reparatio generis humani fuiſſet opus Dei neceſſarium, vt diſtinguitur contra liberum ſicut calefacere, & ignire eſt opus ignis neceſſarium ſic ſacræ Scripturæ tribuentes liberæ voluntati Diuinæ opus humanæ Redemptionis, ita Scotus etiam; quod verò ſecundũ ſacras Scripturas Redemptio Generis humani ſit opus Dei liberum patet Ioan. 3. ſic Deus dilexit Mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, & Roman. 5. commendat Deus Charitatem ſuam in nobis, & eſt axioma Theologicum, quod Deus in omnibus ſuis operibus ad extra operatur liberè, & contingenter; Immò ſuppoſita voluntate, & ordinatione Diuina, qua ordinauit redimere humanam naturam non fuit medium ſimpliciter neceſſarium ad hunc finem Incarnatio Verbi Dei, neque eius paſſio, tum quia potuit Deus gratis donare, & remittere culpam, atque ita nullo Redemptore opus eſſet, vt homo redimeretur, tum quia non fuit Deo ſimpliciter neceſſarium hominem redimere, ita neque punire potuit iuri ſuo cedere, & omnia gratis condonare quamuis offenſus;

3 Ex quo ſequitur, quod non fuit ſimpliciter neceſſarium, quod homo per ſatisfactionem Chriſti redimeretur; aut repararetur; Ita communiter Theologi, & D. Gregorius in Moralibus, quem citat D. Bonau. in 3. diſt. 20. q. 6. dicit, qui vos fecit ex nihilo exiſtere etiam poſſet reuocare ſine morte, & Paſſione ſua; nam ſi homo poteſt offenſam contra ſe factam remittere ſine ſatisfactione, ergo Deus etiam poteſt remittere peccatum ſine ſatisfactione; ſuppoſita tamen ordinatione Diuina, qua ordinauit redimere genus humanum per mortem Chriſti neceſſaria fuit talis redemptio; nam ordinatio, & voluntas Dei efficax ſemper impletur; ergo data hypotheſi, quod ſit à Deo ordinatum, vt homo ſic repararetur neceſſ-

aucto-

auctoritates Sanctorum, quæ videntur ſonare neceſſariam eſſe Chriſti mortem ad noſtram Redemptionem debent in quam intelligi in ſenſu compoſito, cum ordinatione Diuina; ſimiliter ad reparationem Generis humani ſuppoſita ordinatione, fuit neceſſaria ſatisfactio, nam homo per peccatum debebat ex iuſtitia luere pœnã æternam, quia ſicut fuit tranſgreſſor iuſtitiæ, ita ex iuſtitia erat debitor ergo, vt liberaretur neceſſarium fuit, vt ſatisfaceret Deo, atq; adeo vt ſic neceſſariũ fuit, quod homo redimeretur per ſatisfactionem.

4 Chriſtus tamen non ſolùm mortuus eſt pro hominibus redimendis, ſed etiam pro zelo iuſtitiæ Diuinæ legis, & pro iuſtitia defendenda, ita Scotus in 3. d. 20. q. vnica, §. vnde credendum eſt, quia vidit mala Iudæorum, quæ fecerant quomodo affectione inordinata, & extorta afficiebantur ad legem ſuam, nec permittebant homines curari in Sabbato, & extraebant ouem, vel bouem de puteo in Sabbato, & multa alias Chriſtus igitur volens eos ab errore illos reuocare per opera, & ſermones maluit mori, quam tacere; quia tunc erat veritas dicenda Iudæis, atque adeò pro iuſtitia mortuus eſt; Hi fuerunt diriſſima, & truculentiſſima inſtrumenta Diuinæ voluntatis, qui dum proprio incumbebant ſceleri famulate ſunt Redemptori, vt inquit Leo Papa, quia de facto; idem Redemptor diram ſuam Paſſionem ordinauit, & obtulit; ex quo enim potuiſſet aliter homo redimi tamen ex ſua libera voluntate ſic redemit ad eliciendum, nos ad amorem ſuum; & ad ſuam atrociſſimam Paſſionem contemplandam inuitaret, & in noſtris paruulis Paſſionibus ad ipſius exemplum imitandum prouocaret; Dolores igitur ipſius, & triſtitias, quas pro nobis pertulit diligenter conſideremus, vt dura noſtra voluntate flectatur tandem ad redamandum, qui nos tantum dilexit.

5 Doctor ſubtilis in 3. diſt. 15. q. vnica pijſſimè; & Doctiſſimè proſſequitur, & dolores corporis, ſimul cum triſtitijs Animæ ſubtiliter declarat ſub titulo huius quæſiti, Vtrum in Anima Chriſti ſecundùm portionem ſuperiorem fuerit veru dolor; Pro cuius intelligentia notandum eſt, quod portio dupliciter ſumitur vno modo impropriè, & ſic accipitur pro Anima intellectiua, & per oppoſitum portio; Inferior capitur pro parte ſenſitiua, & vt ſic accipiendo portionem portio ſuperior, & inferior dicunt potentias diſtinctas eſſentialiter, quia portio ſuperior dicit Intellectum, & voluntatem; Inferior verò ſenſualitatem, & hoc modò in beatis Angelis, ſiue in Animabus ſeparatis non eſt portio ſuperior, & inferior, Alio modo accipitur portio ſuperior propriè, atque portio ſuperior eſt Intellectus, & voluntas, quatenus in Deum tendunt; Portio autem inferior eſt Intellectus, & voluntas prout Creaturas reſpiciunt; Quando enim intelligo Deum, & diligo Deum, tunc eſt portior ſuperior, quando autem intelligo proximum, & alias Creaturas eſt portio inferior. Poteſt tamen portio ſuperior dupliciter accipi, vno modò præſſe alio late priori modo eſt Intellectus, & voluntas immediatè tendentes in Diuinam eſſentiam, ſiue in Deum, & hoc modo impoſſibile fuit ſecundùm hanc portionem Animam Chriſti habere hanc triſtitiam; poſteriori modo eſt Intellectus, & voluntas tendentes in obiectum Creatum relatiuè in Deum, vt quando Intellectus intelligit, & diligit Petrum propter Deum tunc Intellectus, & voluntas latè appellantur portio ſuperior, & de hac portione mouetur quæſtio præſens.

6 Dolor eſt Paſſio conſequens apprehenſionem ſenſitiuam obiecti diſconuenientis cauſata ab eodem obiecto diſconueniente in appetitu ſenſitiuo, ita docet Scotus in 3. diſt. 15. q. vnica, & in 4. diſt. 44. q. 2. & 3. quæ definitio per ſuas partes explicanda eſt; Primò igitur dolor dicitur Paſſio, quia recipitur in appetitu; dicitur conſequens apprehenſionem ſenſitiuam diſconuenientis obiecti, quia ſine apprehenſione rei per ſenſum non cauſatur aliquis dolor, aut delectatio; Dicitur Cauſata ab eodem obiecto diſconuenienti, non quia relatio diſconuenientiæ ſit Cauſa, &

ratio producendi dolorem; ſed illud aſ ſolutum, in quo fundatur relatio diſconuenientiæ eſt, quod cauſat dolorem, ſicut etiam dicimus omne actiuum approximatum paſſo agit in illud, & tamen actiui, & paſſiui rationes non ſunt rationes agendi, & patiendi, quia ſunt relationes, ſed circumloquimur per ipſas abſoluta, quæ ſunt fundamenta talium relationum, & quibus competit agere, & pati; Dicitur in appetitu ſenſitiuo; quia cum inter potentias ſenſitiuas quædam ſit cognitiua, quædam appetitiua; in hac & non in cognitiua ſubiectatur quod patet, quia propter delectationes, & triſtitias vitandas ponuntur virtutes morales, ergo ponuntur vbi ſunt illæ Paſſiones, ſed virtutes ponuntur in appetitu, & non in parte cognitiua, vt diſtinguitur contrà appetitum, ergo etiam ibi ponendus eſt dolor, & triſtitia.

7 Immutatio Corporis Animati, & ſenſitiui ab obiecto ſenſibili, verb. gratia, ab igne poteſt eſſe duplex; vna quæ dicitur realis, altera, quæ intentionalis appellatur realis immutatio dicitur, quæ ad formam realem terminatur, ſicut calor, vel albedo dicitur forma realis, non autem ſpecies, vel intentio caloris, vel coloris in medio vel organo, atqueadeo non dicuntur formæ reales eo, quod ſint aliquid extra Intellectum, vt reale diſtinguitur contra ens rationis, quia iſto modo dicerentur etiam intentionales dicerentur reales, ſed appellantur reales, quia poſſunt phyſicas actiones terminare in ſe, & ſecundum ſe; ſiue actiones illæ ſint ſenſuum, vel ſenſibilium; tum etiam, quia non ſunt rationes tendendi in alia, vel cognoſcendi alia, quemadmodum ipſarum ſpecies, & ſimilitudines; Dicuntur etiam reales, quia ſunt in ſubiecto magis permanentes, quam intentionales, & ſecundum ipſas ſubiecta denominantur ſimpliciter, & realiter talia quod non contingit per formas intentionales quatenus intentiones, nam per calorem, vel colorem dicitur aliquid calidum, vel coloratum cæterum per ſpecies caloris, vel coloris, nec medium, nec organum appellantur calida, vel colorata.

8 Mutationes autem intentionales dicuntur, quæ ſunt ad formas intentionales, vt ſunt ſpecies ſenſibilium, vel actus ſentiendi, & huiuſmodi; Ignis igitur circa corpus ſenſitiuum poteſt habere realem immutationem ipſum realiter calefaciendo, quod efficit producendo in eo realiter calorem; poteſt etiam habere intentionalem immutationem, quæ poteſt immutare ſenſum, vel organum, vel totum coniunctum ex ſenſu, & organo immutando, primò ad ſpeciem caloris, & deinde ad ſenſationem, vel actum ſentiendi, quam excellentem immutationem, & bonæ ſentientis diſpoſitioni improportionatam ſequetur dolor in appetitu ſenſitiuo; Iſtæ duæ immutationes differunt, vna enim poteſt eſſe, ſiue alia, nam ignis poteſt habere immutationem realem eiuſdem rationis reſpectu ligni calefaciendo ipſum realiter, ſicut reſpectu carnis, & tamen reſpectu ligni non poteſt habere immutationem intentionalem; ſimiliter è conuerſo intentionalis immutatio poteſt eſſe ſine reali, nam ſecundum aliquos in beatis erunt immutationes intentionales ſecundum ſenſum, & non reales, quia erunt ſimpliciter impaſſibiles, & immortales, quod apparet etiam in nobis circa potentiam viſiuam, quod frequenter à colore intentionaliter immutatur, & nunquam realiter.

9 Medici dicunt ad cauſandum dolorem neceſſariam eſſe realem immutationem ſimul cum intentionali: cuius ſententiæ eſſe videtur Henricus de Gandauo, quolib. 11. q. 8. & 9. & alibi, ſed Scotus in 3. diſt. 15. q. vnica, & in 4. diſt. 44. q. 3. vult quod immutatio intentionalis diſconuenientis obiecti ſufficiat ad hoc quod cauſetur dolor; Nam quamuis organum ſenſus ſit corpus naturale vnde prouenit, quod ſit paſſibile Paſſione reali, & corruptiua, tamen in quantum organum ſenſus natum eſt immutari immutatione intentionali ab obiecto, in quantum ſenſibile eſt, quia eſt in media proportione ſenſibilium,

bilium, & ſecundum hanc rationem præciſè aliquod obiectum eſt ſibi conueniens, & aliquod diſconueniens, & per conſequens aliquid, vt ſic erit delectans, & aliquid dolorem cauſans, ergo quamuis circumſcribatur omnis actio realis, ſi manet actio intentionalis alicuius obiecti diſconuenientis in organum, vt organum ſenſus eſt ſequetur dolor; Item actio realis non ſufficit ad cauſandum dolorem, quia lignum quando comburitur non habet dolorem, ergo dolor præciſè cauſatur in actione intentionali, confirmatur experientia; In quibuſdam enim ſenſibus cauſatur dolor ab obiecto ſibi diſconuenienti, vt agenti actione intentionali, quod actione reali agit, & inducit diſpoſitionem conuenientem, & ſaluantem naturam indiuidui verb. gratia, potio amara actione reali eſt ſalubris infirmo, & non corruptiua naturæ, & tamen in guſtu cauſat dolorem, quia eſt amara, & vt ſic diſconueniens ſenſui actione intentionali.

10 Eſt de fide, & veritas certiſſima, quod in Chriſto fuit verus dolor in parte ſenſitiua, vt conſtat ex modo loquendi Sacræ Scripturæ, & communi ſenſu totius Eccleſiæ, Iſaiæ 53. vere dolores noſtros ipſe tulit; & plura alia ex Scriptura Concilijs, & Patribus ad hanc veritatem oſtendendam adduci poſſent, quibus probatur Chriſtum habuiſſe corpus verè paſſibile, & in eo pro nobis verè paſſum eſſe, vera autem paſſio talis corporis non eſt ſine dolore; *probatur ſic à Scoto in 3, diſt. 15. q. vnica, §. quantum ad ſecundum*; obiectum diſconueniens tactui, & appetitui ſenſitiuo cauſat in illo dolorem, ſed in Chriſto fuit præſens obiectum diſconueniens ſuo tactui, & appetitui ſenſitiuo, ergo tale obiectum cauſauit in illo dolorem; minor probatur, quia flagella, & alia tormenta fuerũt applicata Corpori Chriſti, quæ ſunt obiecta diſconuenientia appetitui ſenſitiuo, & ipſe Chriſtus habuit ſenſum perfectiſſimè perceptiuum talium obiectorum, quia erat benè complexionatus, & diſpoſitus; bona autem diſpoſitio, & complexio eſt etiam diſpoſitio ad ſenſum tactus 2. de Anima, cap. 94. ergo in parte ſenſitiua habuit Chriſtus verum dolorem.

11 Quamuis dolor Chriſti fuerit intenſiſſimus, & vehementiſſimus, non tamen abſtulit ab eo vſum rationis, vt in alijs ſolet auferre; Prima pars probatur, quia dolor, & triſtitia, & huiuſmodi non fuerunt in Chriſto Paſſiones, ſicut in nobis, ſed pro Paſſiones; vt docet Magiſter ſententiarum habuitque ſemper ſcientiam beatam, & infuſam, ergo dolor non abſtulit vſum rationis; Secunda pars probatur in Martyribus; in quibus ſi inuentus fuit aliquis, qui in Martyrio habuit vſum rationis, hoc ſibi conceſſum fuit ex ſpeciali gratia Dei; & licèt Martyr careret vſu rationis propter maximos dolores, ideò tamen non caret ſuo Excellentiſſimo merito, quia pati tales dolores eſt obiectum eligibile propter bonum finem; & Martyr habuit electionem talium dolorum, quæ fuit Excellentiſſimæ charitatis erga Deũ, ergo Excellentiſſimo merito fuit decorata, & præmio ſuper abundanti illuſtrata, & ex hoc ſequitur non eſſe de eſſentia Martyrij, quod Martyr in actu Martyrij polleat vſu rationis; Chriſtus igitur ſemper habuit vſum rationis talis namque defectus prouenit à motibus primò primis rationem præuenientibus, qui motus non erant in Chriſto aliàs in ipſo inſinuaſſent maximam imperfectionem.

12 Dolores Chriſti poſſunt dupliciter conſiderari; Primò quoad eorum intenſionem; Secundò quoad extenſionem; priori modo cum nobis non conſtet, quis fuerit gradus illorum dolorum ſolùm dicere poſſumus dolores Paſſionum Chriſti fuiſſe maximos, & vehementes non quidem omnium dolorum, qui eſſe poſſunt de potentia Dei abſoluta, ſed eórum, quos homines paſſi ſunt, nam magnitudo doloris oritur ex magnitudine læſionis, & ex diſpoſitione patientis, quæ eſſe poteſt magis perceptiua doloris, tum ex optima complexione Corporis, in qua ſenſus tactus maximè viget, tum ex efficacia Animæ, & interiori apprehenſione, ex qua vis

doloris

doloris maximè pendet; Et ex omnibus iſtis cauſis fuit Chriſti dolor maximus, adeò quod dicendum eſt, quod non ſolum indeterminata corporis parte, verb. grat. manibus pedibus capite ſenſiſſe Chriſtum dolorem maximum, ſed etiam in toto corpore, ita quod conſiderando dolorem illum cum Chriſtus in Cruce pendebat, tanquam vnam Paſſionem per totum corpus diffuſam nullus hominum, vnquam habuit totum corpus diffuſum, ſiue affectum, tanto dolore quod apertiſſimis Verbis teſtantur Dauid, & Iſaias, qui elegantiſſimè acerbitatem Paſſionum Chriſti deſcribunt.

13 Ille Pſalm. 21. circumdederunt me vituli multi tauri pingues obſederunt me, aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens, & rugiens, ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens in medio Ventris mei, & Pſalm. 68. ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni, & Iſaias, cap. 53. non eſt ſpecies ei, neque decor, vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum nouiſſimum virorum virum dolorum, & ſcientem infirmitatem; An autem maior fuerit pænam ſenſus, quam patiuntur damnati in Inferno, vel Animæ in Purgatorio, dicendum eſt quod non, & de damnatis quidem patet, & quoad genus doloris, & quoad intenſionem; De Animabus verò in Purgatorio, quoad genus doloris non fuit maior, verum potuit eſſe maior, quoad intenſionem, & hoc idem dicendum eſt de dolore ſenſibili, quem patientur poſt Iudicium corpora damnatorum, ſcilicet illum dolorem futurum eſſe maiorem, quia ignis non ſolùm naturali virtute, ſed etiam vt Dei inſtrumentum ad illum eſt cooperaturus; de qua re ſuo loco nempè in fine ſeptimi libri, erit Sermo.

14 Si autem loquamur de Chriſti dolore, quoad extenſionem; dicendum Chriſtum ſuſtinuiſſe omnes quodammodo Paſſiones, quas aliquis homo induſtria hominum pati poteſt, non quidem loquendo de ſingulis ſpeciebus Paſſionum; quia hoc non fuerat poſſibile, tum quia quædam ex his paſſionibus alijs repugnant, tum etiam quia poſſunt infinitis modis excogitari, ſed loquendo de generibus Paſſionum, quia ſcilicet Chriſtus in omni bono humano paſſus eſt, in omni exteriori parte corporis, in omnibus ſenſibus; ab omnibus perſonis à coniunctis ab exteris, à Iudæis, à Gentilibus, & ſic de reliquis; ſolùm aduertendum eſt nomine Paſſionis hic non comprehendi ſolùm Paſſionem phyſicam, quæ corpus realiter tangit, & alterat ledit, & dolorem efficit; ſed in vniuerſum omnem actum, quo priuatur homo aliquo bono ſuo, vel aliquod malum patitur, ſiue fit per realem Paſſionem, ſiue per extrinſecam tantùm denominationem, vt accidit in infamia, vel per immutationem intentionalem ſenſuum, vt in contumelijs, vel per ſolam priuationem, vt in amicorum deſertione, & ſimilibus; atque ita patet, quomodo extenſiuè fuerit maximus Chriſti dolor in ſe, & abſolutè conſideratus, ſicque meritò illud Threnorum 3. vſurpare potuerit, vos omnes, qui tranſitis per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus.

15 Tria ſunt, quæ acerbitatem dolorum Chriſti oſtendunt, & reddunt ſcilicet cauſa Paſſionis modus patiendi, & conditio patientis ſi conſideretur; primò cauſa ob quam Chriſtus paſſus eſt fuit in eo doloris afflictio maxima, non enim pro culpa propria patiebatur, ſed pro aliena, nam pro amicis tantum, ſed etiam pro inimicis, & potiſſimum pro ingratis; ſi autem conſideretur modus patiendi, fuit in eo paſſio doloris acerbior, tum propter generalitatem, quia in omnibus membris affligebatur, tum etiam propter continuitatem, quia ſuſpenſio eius continuabatur, & claui adeò affligebant pendentem, ſicuti afflixerunt, quando manus eius, & pedes confodiebantur, in quibus maxima erat afflictio propter neruos, & muſculos ibidem concurrentes, in quibus præcipuè vigent ſenſus; & quis poterit comprehendere

dere vehementiam doloris humanitatis Chriſti in dira illa flagellatione ſæpiùs repetita ab efferatis, & inhumanis lictoribus? & quis poteſt enarrare Crudeliſſimam illam Paſſionem, quam Chriſtus paſſus eſt incoronatione ſpineæ repetita; nonnè in capite vigent omnes ſenſus tàm interiores, quam exteriores, tàm cognitiui, quàm appetitiui; omnes igitur ſenſus ſpini illius Coronæ trafixerunt immenſa doloris acerbitate; obijcitur oculis noſtris illa diriſſima Corporis Chriſti Crucifixio, & alia crudelitatis portenta, quæ in ea contigerunt, quæ ſolo ſilentio contemplari poſſunt; ſi verò conſideretur qualitas, ſiue conditio patientis maxima erat afflictio propter maximam teneritatem complexionis, & ſenſus viuacitatem, ac proindè quia nullus ei æquari potuit, nec complexionis æqualitate; nec viuacitate ſenſus, ideò dolor illius omnium dolorum fuit acerbiſſimus;

16 In Chriſto non tantum fuit dolor Paſſionis, ſed etiam compaſſionis, & vterque fuit intenſus, & acerbus multum in ſe doluit, & multum nobis condoluit; dolore Paſſionis cum primo ſenſualitatem attingeret, Chriſti Anima ſecundum partem ſenſualem magis doluit; Dolore verò compaſſionis, quo interius affligebatur propter peccata noſtra cum motum, & originem habeat in ratione Chriſti Animam ſecundum rationem magis doluit; Abſolutè tamen loquendo dolor compaſſionis fuit intenſior quaſi incomparabiliter; Nam licèt magna eſſet dolendi cauſa in ſenſualitate propter in honorationem Dei, & ſeparationem ipſius Animæ à carne, in dolore tamen compaſſionis amplior erat, ratio dolendi propter dilectionis exceſſum, nã ſecundum quod dilectio eſt maior ſecundum hoc plagæ compaſſionis ſunt maiores; Quod autem dolor compaſſionis fuerit intenſior ex duplici ſigno colligitur; Vnum eſt quod maluit Animam ſuam à corpore ſeparari, quam quod nos à Deo ſeparati eſſemus; aliud verò ſignum eſt, quod fleuit pro peccatis noſtris, ſed non fleuit pro pænis ſui Corporis, ſicut D. Bernardus dicit; fles Domine non tua vulnera, ſed mea peccata. Hoc autem eleganter exprimit Philippus Cancellarius pariſienſis in quadam proſula valdè notabili, & deuota, ait enim ſic Homo vide quid pro te patior; Ad te clamo qui pro te morior; Vide pænas quibus afficior; Vide clauos quibus confodior; Cum ſit dolor exterior, Interior tamen planctus eſt grauior, Iam ingratum te experior.

17 D. Bonauentura dicit quod dolor Chriſti fuerit tantus, vt non potuiſſet viuere cum illo, neque peruenire ad Crucẽ, niſi fuiſſet miraculoſe conſeruatus, Gabriel idem aſſerit de triſtitia Chriſti; Alij ſentiunt oppoſitũ, quia non ſunt ponenda miracula ſine neceſſitate ponere autem tale miraculum non fuit neceſſe, quia erat moriturus in Cruce, ergo non debuit præmittere tormenta, quæ poſſent illi vitam adimere ante mortem Crucis prophetatam; ſicque non eſſe prædicandum, quod tormenta Chriſti ante Crucem ſufficiebant ad mille mortes, numquam enim habuit ſufficientem dolorem ad mortem, quouſque mortuus eſt, adhuc tamen probabile eſt quod dolor Chriſti fuit tantus, quod in alijs eſſet ſufficiens ad mortem, itaut nulla pura Creatura poſſet tolerare cum vita tormenta, quæ Chriſtus tolerauit; Ratio autem quare Chriſto non abſtulerunt vitam, quia virtutes, & dona Spiritus Sancti faciunt hominem poſſe tolerare maiora tormenta, vnde homines ſine virtutibus, & donis Spiritus Sancti puſillanimes ſunt, & modico dolore ac tormento moriuntur; Martyres autem Chriſti ideò conſtantiſſimo animo multa, & varia ſubiere tormenta, quia magna pollebant virtute, & Chriſtus Dominus fuit præditus in ſummo donis Spiritus Sancti; Vnde fit quod licèt tormenta Chriſti ſufficerent ad tollendam vitam à quouis alio homine, tamen non ſic à Chriſto, atque ita potuit interius, & exterius tollerare dolores in ſummo; Idem dicendum de Beata Virgine.

18 Cũ tot, & tanti fuerint dolores Chriſti, non tamen concedendũ eſt cum Hære-

ticis noſtri temporis dicentibus Chriſtum pertuliſſe Inferni dolores, & Cruciatus, quod non ſolùm affirmant de Anima Chriſti poſt mortem, ſcilicet in triduo mortis cum deſcendit ad inferos; ſed etiã de Chriſto viuente in hac mortali vita, præſertim tempore Paſſionis ab illa hora, qua in horto orauit vſque ad Crucem, tuncque ſentiſſe Deum, ſibi iratum, ſeque ita ab ipſo derelictum, vt vehementiſſimè timeret, ne à morte abſorberetur, ac perpetuò à Deo alienatus maneret; Huius blaſphemiæ primus aſſertur, & inuentor fuit Caluinus, quem Drentius Melancthon, & alij ſecuti ſunt, vt refert Bellarminus lib. 4. de Chriſto, cap. 8. in quo errore, quam plures Hæreſes, & Blaſphemiæ continentur; Prima quod Chriſtus in Paſſione ſua, ita ſenſerit Deum ſibi iratum, vt de propria ſalutem dubitauerit, quod pugnat, & cum vera Chriſti Diuinitate, & cum perpetua beatitudine Animæ eius, & cum ſumma Innocentia, ac perfecta ſcientia, qua & ſe immunem omni culpa cognoſcebat, & Diuinam iuſtitiam non ignorabat, quæ neminem ſine propria culpa perpetuò damnat; Deinde pugnat cum verbis ipſiuſmet Chriſti, qui in horto Diſcipulis, dixit Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma, & Petro; An putas quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum; Numquid hæc Verba ſunt hominis ſcientis Deum ſibi eſſe iratum?

19 Poſteà verò dixit Principi Sacerdotum; Ammodo videbitis filium hominis ſedentem ad dexteram virtutis Dei, & venientem in nubibus Cœli; ſunt ne hæc verba hominis de ſua ſalute debitantis? Denique in Cruce dixit Latroni; Hodie mecum eris in Paradiſo; non ergo formidabat de ſua ſalute, qui etiam alteri, & quidem maximo peccatori pollicebatur; Secunda Blaſphemia horum Hæreticorum eſt, quod Chriſto attribuunt, vel deſperationem, vel motus deſperationis, & Verba inordinatè prolata, quibus iſtum deſperationis motum expreſſit; Tertia Blaſphemia, quia non putant ad redemptionem noſtram ſuffeciſſe dolores Paſſionem, & mortem, quæ Scriptura de Chriſto refert, nam Scriptura Sacra non tribuit noſtram Redemptionem, niſi Sanguini, & morti Chriſti ad Rom. 5. ad Coloſſ. 1. ad Epheſ. 1. & alibi ſæpè; Quarta Blaſphemia, quia ſine vllo fundamento confingunt huiuſmodi genus doloris, & anxietatis in Chriſto, quia neque in Scriptura habet fundamentum, neque perfectioni, & Excellentiæ Chriſti conſonat, quia hoc pænæ genus coniunctum eſt, vel cum culpa, vel cum magna Ignorantia, nec denique ad noſtram vtilitatem confert, quia neque ad exemplum, cum non deceat, neque expediat nos huiuſmodi actiones imitari, neque ad noſtram Redemptionem, quia aliæ Paſſiones, quæ in Euangelio narrantur, ſatis ſuperque fuerunt ad ſatisfaciendum pro nobis.

20 Epilogando ergo, & in ſumma redigendo dolores, & Paſſiones Chriſti dicimus eundem Dominum noſtrum ſuſcepiſſe eas Paſſiones humanas, quas naturali modo ab hominibus tollerare poterat, non aſſerimus paſſum eſſe omnes Paſſiones huiuſmodi, quæ ſeorſum poſſibiles ſunt; nam non fuit igne combuſtus, neque eſſe occiſus, neque membra eius diſſerpta oſſaue confracta, quæ omnia, & infinita ſimilia vnus homo ab alijs pati poteſt, ſed aſſerimus quicquid Chriſtus paſſus eſt contineri ſub his Paſſionis modis; Neque enim fingendum eſt Deum per ſe exagitaſſe Chriſtum, aut ſpeciali modo, vel miraculoſo fuiſſe operatum, vt Chriſtus inuſitatas aliquas Paſſiones pateretur, id enim alienum eſt à Dei benignitate, neque fundamentum habet vllum in Scriptura; Neque fingendum eſt Deum permiſiſſe Dæmoni, vt per ſeipſum illum torqueret ſuo arbitrio, & voluntate, quia neque nobis eſt neceſſarium, neque id legimus, aut nobis eſt traditum; ſed ſolum permiſſum eſt Dæmoni, vt per malos homines Chriſtum affligeret quantum poſſet ac vellet, iuxtà illud Lucæ 22. Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum, id eſt

malignorum ſpirituum. Ex his ergo concluditur Chriſtum tantum ea Paſſionum genera ſuſtinuiſſe quæ vi, & malitia humana effici potuerunt; Hæc de doloribus, & paſſionibus Corporis Chriſti.

21 Sicut dolor propriè ſumptus eſt paſſio appetitus ſenſitiui, ita triſtitia propriè ſumpta eſt paſſio appetitus rationalis, ſcilicet voluntatis, & ſicut datur obiectum, quod ex natura ſua eſt conueniens, vel diſcōueniens appetitui ſenſitiuo, & quod ita cauſat delectationem, vel dolorem, ita etiã ex natura ſua datur conueniens obiectum, vel diſconueniens voluntati, quod cauſare poteſt gaudium vel triſtitiam; Triſtitia igitur eſt paſſio conſequens apprehenſionem obiecti diſconuenientis noliti, & non acceptati à voluntate cauſata ab ipſo obiecto, ſic nolito in voluntate; Hæc definitio triſtitiæ fundatur in auctoritate D. Auguſtini 14. de Ciuit. Dei cap. 15. dicentis; triſtitia eſt diſſenſio ab his rebus, quæ vobis nolentibus accidunt; & quod triſtitia ſit paſſio voluntatis probatur, non eſt operatio voluntatis, ergo eſt paſſio; Probatur antecedens non eſt velle, vt de ſe patet, quia Deus, & Beati poſſunt velle, nolle, & non velle, & tamen non poſſunt triſtari; quia triſtitia eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt; Deo autem non poteſt accidere, id quod ſumme non vellet, aut nollet, quia ſi ſumme non vult prohibet, ne vnquam eueniat, id quod non vult, ergo non habebit triſtitiam; In nobis autem poteſt euenire, id quod non volumus ideò triſtamur, & eo magis triſtamur, quo magis nolumus, quod eueniat.

22 Et quod triſtitia non ſit effectiuè cauſata ab ipſa voluntate, ſed ab obiecto probatur, id quod cauſatur à voluntate eſt in poteſtate voluntatis, ſed triſtitia non eſt in poteſtate voluntatis, ergo non cauſatur effectiuè à voluntate; maior patet, quia voluntas eſt libera, & liberè vult, & non vult ergo eius velle, & nolle, ergo qui ſunt actus cauſati effectiuè à voluntate ſunt in eius poteſtate; Minor probatur, quia ſi triſtitia eſſet in poteſtate voluntatis eſſet ſicut volitio, aut nolitio, ſed hoc eſt falſum quia triſtitia aduenit, quando accidit id quòd nolumus, & prohibere non poſſumus, ergo triſtitia non eſt in poteſtate voluntatis, ergo effectiuè non cauſatur à voluntate, ergo cauſatur ab obiecto diſconuenienti non acceptato non quidem ab eo ſub relatione diſconuenientiæ, ſed ab abſoluto eius, ſicut dictum eſt de obiecto doloris; Dices ergo obiectum neceſſariò agit in voluntatem imprimendo illi triſtitiam, quod videtur tollere voluntatis libertatem, quæ eſt voluntati eſſentialis; Probatur conſequentia, quia obiectum agit naturaliter, & neceſſariò ergo naturaliter, & neceſſariò imprimit illam Paſſionem in voluntate; Reſpondet Scotus, quod voluntas non neceſſitatur ab obiecto, ſed inter ipſam, & obiectum eſt aliqua neceſſitas conſequentiæ, & ex hypoteſi, ſicut Verbi gratia, ſi volo neceſſario volo, ita ſimiliter ſi volo illud obiectum, & euenit ſequitur neceſſariò triſtitiam, tamen poteram non habere illud nolo, circa illud obiectum.

23 Poſito obiecto ex natura ſua diſconueniente voluntati, licèt voluntas non habeat, circa illud actum liberè nolendi, ſed tantum naturale nolle adhuc illud obiectum cauſabit triſtitiam in voluntate; Probatur à Scoto ex D. Auguſtino in Enchiridion, cap. 104. dicente voluntas, ita vult beatitudinem, quod non poteſt velle miſeriam, ex hoc ſic probat. Illud velle beatitudinis eſt naturalis inclinatio, ex 1. diſt. 1. q. 4. ergo illud tale velle naturale, ſeu inclinatio naturalis ſufficit ad nõ poſſe velle naturaliter ipſius oppoſitum, ideſt ad habendam naturalem declinationem, & odium oppoſitum Beatitudinis, ſcilicet ad miſeriam, ergo etiam ſufficit illud velle naturale Beatitudinis ad non gaudendum de miſeria, quæ opponitur beatitudini, ergo & ad triſtari de miſeria. Pro huius dicti, & ſuæ probationis intelligentia notandum eſt, quod eſt duplex nolitio, naturalis ſcilicet & libera, nam ſicuti in voluntate poteſt eſſe duplex volitio naturalis vna, quæ eſt tantum inclinatio

naturalis ad bonum commodi, quæ non eſt aliqua opera, ſiue actus elicitu, altera eſt volitio elicita, quæ eſt operatio elicita, quæ aliquando dicit:r naturalis, tum quia elicitur conformiter inclinationi naturali videlicet circa bonum commodi; tum quia diſtinguitur contra ſupernatulem ex eo, quod à cauſa naturali elicitur ex quolib. 17. art. 1. eodem modo nolitio duobus modis poteſt appellari naturalis vno modo, vt eſt quædam naturalis inclinatio, qua quis naturaliter inclinatur ad fugiendum diſconueniens, & triſte, ſiue ad renuendam oppoſitum boni commodi, & de hac eſt ſermo præſens; Altero modo dicitur naturalis, quia eſt operatio elicita confirmiter inclinationi naturali, vel quia elicita eſt à cauſa naturali prout naturale diſtinguitur contra ſupernaturale.

24 Obiectum naturaliter diſconueniens, & triſte appetitui ſenſitiuo, eſt etiam ex conſequenti ſufficienter diſconueniens, & triſte voluntati propter colligantiam voluntatis cum appetitu ſenſitiuo, dum tamen ſibi oſtendatur per Intellectum, vt diſconueniens appetitui ſenſitiuo, probatur connexio, & colligantia voluntatis cum appetitu ſenſitiuo ſufficit ad hoc quod voluntas naturaliter inclinetur ad proſſequendum bonum delectabile appetitui ſenſitiuo, ergo etiam eadem colligantia ſufficit ad hoc, quod voluntas naturaliter fugiat diſconueniens appetitui ſenſitiuo, ergo ſicut poſito tali velle naturali obiecti commodi, & delectabilis appetitui ſenſitiuo cauſatur delectatio in voluntate, ita etiam poſito naturali nolle obiecti diſconueniens appetitui ſenſitiuo cauſabitur triſtitia in voluntate; Item delectatio poteſt eſſe in voluntate nulla præcedente volitione elicita circa obiectum conueniens, & delectabile appetitui ſenſitiuo propter colligantiam, vt in delectationibus ſurrepetitijs, quæ impenſate experiuntur, ergo etiam triſtitia poteſt eſſe in voluntate nulla præcedente nolitione elicita circa obiectum triſtabile, & diſconueniens appetitui ſenſitiuo, quia eadem eſt ratio vtrobique; Ex hoc ſequitur quod peccatum propriè loquendo non eſt in delectatione, ſed in actu quem ſequitur delectatio, ex q. 4. Prolog. Ideo ſi Virgo violenter corrumpatur, vel alia mulier violenter opprimatur, licèt delectetur in voluntate ex delectione appetitus ſenſitiui ob naturalem eorum colligantiam non peccaret, quia talis delectatio poteſt eſſe non volita.

25 Triſtitia poteſt cauſari in voluntate propter nolle conditionatum; pro cuius intelligentia notandum eſt, quod volitio ſimpliciter eſt duplex, quædam eſt abſoluta omninò, quæ opponitur non ſolùm coactioni, ſed etiam nolitioni conditionatæ, vt ſi quis abſolutè vult proijcere lapidem, neque coactus, neque propter aliquod periculum euadendum, altera volitio ſimpliciter, quæ opponitur tantum coactioni, vt quando quis vult aliquid non coactus tamen vult illum propter aliquid nolitum, quia ſcilicet non vult aliquod periculum propter quod fugiendum vult illud aliud, & huiuſmodi volitio licèt abſoluta, vt opponitur coactioni eſt tamen conditionata, quia nolitionem conditionatam præſupponit, vt patet in Mercatore periclitante in mari, quiquidem nollet proijcere merces in mari, ſi poſſet effugere periculum mortis, tamen ſimpliciter vult proijcere, quia non coactus proijcit, quamuis vult proijcere propter aliquod non volitum ſcilicet periculum, atque illud conditionatum nolle cauſat in ipſo triſtitiam, & tale conditionatum nolle exprimitur per hunc terminum nolle ſi poſſem aliter. Illud autem velle, quia eſt abſolutum, vt opponitur coactioni ſignificatur hoc termino volo proijcere licèt ſit conditionatam; quia præſupponit nolitionem conditionatam; quia enim Mercator nollet periclitari abſolutè, ideò vult proijcere Merces quas tamen nollet proijcere, ſi aliter poſſet euadere periculum, vide Scotum in 4. diſt. 20. quæſt. 1.

26 Triſtitia poteſt eſſe Quadruplex in volun-

voluntate ex obiecto diſconueniente; Primò modo præſuppoſito actu elicito nolitionis circa obiectum triſtabile, vt contingit in damnatis habentibus triſtitiam de miſeria nolita; Secundo modo eſt triſtitia de obiecto nolito nolitione conditionata, vt patet in Mercatore proijcientes merces, quas nollet proijcere, ſi poſſet aliter ſaluari; Tertiò modo quando obiectum naturaliter eſt nolitum, ſine actu voluntatis elicito, quia eſt diſconueniens voluntati, quomodo naturaliter eſt nolita miſeria; Quartò modo quando obiectum eſt diſconueniens appetitui ſenſitiuo, & propter colligantiam voluntatis cum illo triſtatur voluntas; quo pacto licèt quis actu elicito voluntatis eligat, aliquod obiectum diſconueniens appetitui ſenſitiuo, naturaliter triſtatur propter colligantiam naturalem, vt patet in Martyribus, qui voluntariè eligunt tormenta corporalia, & in alijs facientibus liberè opera pænitentiæ, ſed addit Scotus, in hoc quarto membro, quod huiuſmodi triſtitia in voluntate, propter colligantiam cum appetitu ſenſitiuo contingit; quando voluntas non eſt habituata ad oppoſitum vehementius, quam ſit eius inclinatio ad appetitum ſenſitiuum; ſi enim voluntas per aliquem habitum virtutis puta fortitudinis, magis inclinaretur ad ſuſtinendas Paſſiones cauſatas ab obiectis diſconuenientibus appetitui ſenſitiuo, & tunc talis voluntas, magis delectaretur de obiectis triſtabilibus appetitus ſenſitiui, quam de illis triſtaretur; ſed hoc inquit Lichetus, non eſſet poſſibile pro ſtatu iſto, niſi per Miraculum, quia inclinatio naturalis eſt vehementior quacumque inclinatione habitus acquiſiti, atque ita magnum fuit miraculum, quod ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, &c. Vnde Scotus in 4. diſt. 49. quæſt. 10. dicit quod iuſtus homo, etiam cum quocumque habitu, cum difficultatem eligit mortem, eſtque ſibi materia patientiæ, quia eſt contra appetitum naturalem.

27 Voluntas Chriſti ſecundùm portionem ſuperiorem ſtrictè acceptam, prout Intellectus ſcilicet ſtrictè, & propriè reſpicit tantum æterna, ſiue præciſè increata, & voluntas in ea pariter tendit non potuit triſtari, nam ſecundum talem portionem ab inſtanti ſuæ Creationis ſummè fruebatur Deitate, & fuit perfectiſſimè beata, ergo non potuit habere inordinatam nolitionem, immò nulla voluntas ſecundum talem portionem ſtrictè ſumptam ordinatè triſtari poteſt, quia talis portio, vt ſic reſpicit Deum in ſe, ſiue attributa, aut perfectiones Diuinas; ſed ſi poſſet ordinatè triſtari de Deo, vel de ſuis perfectionibus hoc eſſet, quia poteſt ordinatè nolle Deum in ſe, vel eius perfectiones, quod eſt falſum; quia talis nolitio eſſet inordinatiſſima, quia fortè eſſet peccatum in ſpiritum Sanctum, immò fortè talis nolitio eſt impoſſibilis, vt docet Doctor ſubtilis, in 2. diſt. 6. quæſt. 1. Immò nec damnati poſſunt nolle immediatè aliquam perfectionem in Deo puta iuſtitiam Dei, licet poſſint nolle effectum iuſtitiæ punitiuæ, & nolitio talis effectus, non pertinet ad portionem ſuperiorem ſtrictè ſumptam, cum ſit immediatè circa effectum temporalem, ſcilicet circa punitionem, & hoc eſt quod dicit Doctor ſubtilis, ſic vix peccant damnati, ſi enim nolunt Deum eſſe iuſtum, hoc tamen non abſolutè volunt, ſed quia nolunt effectum iuſtitiæ, ſcilicet punitionem quam ſentiunt.

28 D. Bonauentura, dicit triplicem eſſe triſtitiam quarum; Prima eſt præter rationis Imperium; Secunda contra Iudicium rectum rationis; Tertia, quæ eſt ſubiecta rationis Imperio, & iudicio; Triſtitia quæ eſt præter rationis Imperium ea eſt, quæ conſurgit ex quadam neceſſitate, & ſubreptione ſicut motus, & hæc quidem communis ex ſapientibus, & inſipientibus bonis, & malis, nó tamen fuit in Chriſto, quia nullus actus indeliberatus fuit in Chriſto, neque

Paſſio aliqua, quæ non eſſet præſuppoſito actu libero voluntatis, vt patet ex 6. Synodo generali act. 11. vbi dicitur Chriſtus erat arbiter naturalium Paſſionum, neque tyrannice in eo ferebantur, ſed quantum, & quando volebat; Triſtitia quæ eſt contra rationis Iudicium rectum eſt, qua ratio ſubijcitur ſenſualitati, nec tantum turbatur, ſed etiam perturbatur, nec hæc fuit in Chriſto, vt de ſe patet; dolor enim, & triſtitia propriè in Chriſto, non dicuntur Paſſiones dominantes, ſicut in nobis, ſed dicuntur pro Paſſiones in Chriſto, quia dolor in parte ſenſitiua aſſiſtebat, ſicut triſtitia in parte intellectiua, in quibus non dominabantur diſpoticæ. Triſtitia autem, quæ eſt ſecundum rationis Imperium, & Iudicium eſt quando quis triſtatur ratione diſtante, atque ſuadente ipſum tantum, & taliter ſuper aliquo debere triſtari; ſic Chriſtus de nullo triſtabatur, niſi quantum, & quando ei dictabat ratio. Quod patet Ioan. 11. vbi dicitur, Ieſus autem infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum; quibus verbis oſtenditur; Quod turbatio, & triſtitia rationi non præſidebat, ſed ei ſubijciebatur, quod certum eſt, & de fide.

29 Portio ſuperior largè accepta, quatenus eſt Intellectus, & voluntas tendentes in rem Creatam in ordine ad Deum de tribus poſſet triſtari, inquit Scotus; Primò de carentia fruitionis reſpectu obiecti æterni; Secundò de iniuſtitia, id eſt de peccatis, & non de fruitione in ſe, aut in alio; Tertiò de alijs malis ſuo ſuppoſito diſconuenientibus, vel alijs perſonis dilectis, vt de tormentis morte, ſibi vel alijs dilectis diſconuenientibus; Loquendo igitur de portione ſuperiori large ſumpta voluntas Animæ Chriſti potuit rectè triſtari: Primò de carentia fruitionis reſpectu obiecti æterni ſi illa careret, quia ſicut portio ſuperior large ſumpta, primò vult ſuam fruitionem in ordine ad Deum, ita potuit rectè nolle oppoſitum fruitionis Dei, & per conſequens potuit triſtari de carentia fruitionis, ſi fruitione careret; Secundò de carentia fruitiones hominum, quia ſecundum eandem portionem ſuperiorem large captam potuit rectè velle fruitionem hominum prædeſtinatorum reſpectu Dei, ergo potuit rectè nolle carentiam huiuſmodi fruitionis, & per conſequens potuit triſtari de tali carentia ſic nolita; Tertiò de peccato ſuo ſi habuiſſet, & de peccatis aliorum hominum, quia recte potuit velle opera meritoria ordinata ad illam fruitionem, & hoc non tantum in ſe, ſed in alijs perſonis, ergo rectè poteſt nolle oppoſita talium operum, quæ ſunt peccata quæ propriè opponuntur talibus operibus meritorijs talis fruitionis, ergo talis voluntas poteſt rectè, & ordinatè triſtari de peccatis, ſic nolitis.

30 De facto ſecundum portionem ſuperiorem large ſumptam voluntas Animæ Chriſti; Primo non fuit triſtata de Carentia propriæ fruitionis reſpectu Dei, quia numquam caruit illa etiam in morte, quia non fuit congruum, vt per illud, quo meruit alios fini coniungi ipſe minus fini coniungeretur, vt Chriſtus per Paſſionem, & mortem meruit omnibus gloriam; Secundò Voluntas Animæ Chriſti non fuit triſtata de Carentia fruitionis prædeſtinatorum, quia nullus prædeſtinatorum poſt mortem caruit fruitione, ergo non habuit triſtitiam de tali carentia, quæ non fuit; Tertiò voluntas Animæ Chriſti ſecundum eandem portionem ſuperiorem, large ſumptam nunquam fuit triſtata de peccato proprio, quia nullum habuit, ergo non triſtata de peccato proprio; ſed ſolum de peccatis aliorum hominum, vt de peccato infidelitatis Diſcipulorum dubitantium, &c. & de incredulitate, & crudelitate Iudæorum perſequentium ipſum; Probatur ex Ambroſio ſuper Lucam dicente; Doles Domine non tua vulnera, ſed mea, id eſt triſtaris de meis peccatis naturam meam vulnerantibus non de tuis; Quod autem huiuſmodi triſtitia de peccatis aliorum pertineat

tineat ad portionem ſuperiorem largè captam probatur. Peccata erant diſconuenientia affectui naturali portionis ſuperioris, ergo nolitio eorum ſpectabat ad portionem ſuperiorem largè ſumptam.

31 An hæc nolitio Chriſti peccatorum aliorum hominum fuerit abſoluta, vel conditionata? In via Scoti dicitur quod fuit abſoluta non ſolùm peccatorum Diſcipulorum, ſed etiam, vt ait Scotus de Incredulitate Iudæorum perſequentium illum, & patet quia voluntas Chriſti erat rectiſſima, ergo non placuerunt ſibi peccata, neque potuerunt ſibi eſſe neutra, ſiquidem oſtenſa ſibi fuere, vt mala ergo habuit nolle abſolutum de eis; Alij dicunt de mente Sancti Thomæ, tenendum eſſe quod Chriſtus habuit nolle condictionatum de peccatis, quia cum voluntas Chriſti fuiſſet rectiſſima nihil voluit, niſi quod Deus volebat, & per conſequens eius voluntas abſoluta ſemper implebatur, quia erat conformis voluntati Diuinæ, atque adeò ſi habuiſſet nolle abſolutum de peccatis nullum fuiſſet peccatum, quod eſt falſum; Dicendum eſt autem in hac re, quod ſi voluntas Chriſti abſoluta, dicatur voluntas efficax talis quidem ſemper impletur, atque ita ſi Chriſtus habuiſſet nolle abſolutum, ideſt efficax peccatorum nullum fuiſſet peccatum, & ita verum dicunt aſſerentes Chriſtum non habuiſſe, nolle abſolutum peccatorum ideſt efficax, ſic tamen non eſt locutus Scotus. Alio modò dicitur voluntas Chriſti abſoluta, non vt idem eſt, quod efficax, ſed vt opponitur conditionatæ, & talis eſt quando id, quod ſic nolo nulla conditione poſſum velle, quia in ipſo non reperitur, ratio quare habeam velle circa illud, & talia ſunt peccata, quæ cum eſſentialiter ſint mala non habeat rationem, quare circa illa habeatur velle, ſed nolle, & hoc modò Chriſtus habuit nolle abſolutum peccatorum, atque ita locutus eſt Scotus.

32 Voluntas Chriſti vt natura, ideſt vt inclinata ad ſuum bonum commodum, & perfectiuum ſecundùm portionem ſuperiorem triſtabatur de Paſſione, & morte; hic præſupponitur quod voluntas, vt natura dicitur portio ſuperior quatenus ſua propria reſpicit obiecta, Inferior verò portio appellatur, quatenus inclinatur ad obiecta alterius appetitus cui naturaliter coniungitur; Voluntas igitur Chriſti, vt natura ſecundum portionem ſuperiorem noluit talem Paſſionem in ordine ad bonum æternum, ergo de Paſſione ſic nolita, & tamen poſita in re, vel in præuiſione cauſabatur triſtitia; Antecedens probatur, quia voluntas vt natura primò voluit ſummum bonum, vt ſibi ſummè commodum, & omnia alia in ordine ad illud, ergo voluntas vt natura noluit oppoſitum ſummè boni ſibi ineſſe, & per conſequens noluit oppoſitum eorum, quæ voluit in ordine ad ſummum bonum, atque ita de tali oppoſito adueniente verè triſtabatur; ſed voluntas vt natura voluit vitam corporalem, vt proprium ſibi commodum in ordine ad ſummum bonum, & ſibi commodum, quod patet, quia non poteſt ſtare, quod habeat ſummum bonum, vt ſibi commodum, & quod velit ſibi oppoſitum vitæ corporalis, & per conſequens ſtante tali oppoſito, videlicet Paſſione, & morte triſtabatur; ſimiliter voluntas Chriſti, vt natura coniuncta appetitui ſenſitiuo triſtabatur de Paſſione, & morte ſua ſecundum portionem inferiorem, quia voluntas, vt ſic tantum reſpici temporalia in ſe, & non in ordine ad æterna dolores corporales, & mortem ergo.

33 Voluntas Animæ Chriſti, vt libera ſecundum portionem ſuperiorem largè ſumptam non fuit triſtata de Paſſione, & morte triſtitia conſequente nolitionem abſolutam; probatur quia ſecundum illam portionem non habuit nolle liberum abſolutum reſpe-

ctu Paſſionis, immò ſecundum illam portionem, voluit ſimpliciter Paſſionem illam in ordine ad Deum; & ſecundum regulas Diuinas; Probatur antecedens; ſi voluntas Chriſti habuiſſet nolle abſolutum reſpectu Paſſionis in ſuperiori portione ex eo eſſet, quia Intellectus ſecundùm portionem ſuperiorem iudicaret rectè Paſſionem, & mortem Chriſti eſſe, quid malum in ordine ad finem vltimum; ſed intellectus ſic iudicare non potuit, ergo nec voluntas potuit habere, vt ſic tale nolle; maior patet, quia voluntas recta, ſemper ſequitur rationem rectam, & quod ratio rectas dictat eligendum eligit, & quod dictat fugiendum fugit; Minor autem probatur, quia tunc demonſtrarentur contradictoria, ex eodem principio, quod eſt impoſſibile patet, quia ſumpta principio a fine vltimò dictat ratio recta, quod Paſſio Chriſti eſt eligenda, & hæc immediatè, quia immediatè ordinatur ad ipſum finem vltimum, & etiam mediatè, quia mediante ſalute humana, pro qua efficienda fuit mors volita, quæ etiam ordinatur ad finem vltimum, ergo in ordine ad hoc principium, non poteſt Paſſio Chriſti eſſe nolita ab eius voluntate, quia tunc ratio dictaret oppoſita, vt patet conſideranti.

34 Voluntas Animæ Chriſti, vt libera ſecundum portionem ſuperiorem largè ſumptam habuit de ſua Paſſione nolle conditionatum, ideſt quod quantum in ſe erat noluiſſe, ſi omnia proſpera, & iuſta ſecundum ſe appetibilia æque fuiſſent ſine ea; Probatur ex Ariſtotele 3. Ethic. cap. 11. & 9. vbi ita legitur. Mors & vulnera triſtia forti, & volenti erunt ſuſtinet autem hæc quoniam bonum, vel quoniam turpe eſt non ſuſtinere, & quantum vtique magis habet virtutem omnem, & felicior ſit magis in morte triſtior erit, quod non eſſet, niſi quantum in ipſo eſt vellet oppoſitum; Intendit Ariſtoteles his verbis, quod mors, & vulnera ſunt triſtia ſuſtinenti illa, vult autem illa ſuſtinere, ne ſuſtineat turpe, eligit enim tormenta ne incidat in turpia, tamen adhuc ſunt ſibi triſtia vulnera, quia quantum in ſe eſt optat oppoſitum, patet ergo quomodo nolle conditionatum cauſat triſtitiam, & quod ſimiliter voluntas Chriſti, quantum in ſe eſt nollet pati ſe omnia proſpera eſſent, atque adeò triſtabatur de Paſſione conſequente nolitionem conditionalem; quæ etiam habitualis appellatur, quia in eius actum voluntas prona ex ſe eſt exire, niſi aliud obſtet; Probatur aſſumptum. Quandocumque ponitur nolitio conditionata reſpectu obiecti quod euenit, ſufficit obiectum ad cauſandam triſtitiam, ſed in voluntate Animæ Chriſti fuit poſita nolitio conditionata de ſua Paſſione, ergo fuit ſufficiens, vt de ea haberet triſtitiam.

35 Voluntas Chriſti ſecundùm portionem inferiorem conſiderata vt natura, ideſt in quantum coniuncta appetitui ſenſitiuo triſtata fuit de Paſſione ſua, habuit etiam vt libera nolle conditionatum de Paſſione, & ſic etiam de ea triſtata fuit; & probabile eſt, quod habuit ſecundum hanc portionem inferiorem nolle abſolutum, & ita ſecundum hanc portionem habuit triſtitiam his tribus modis; Conſiderata verò ſecundum portionem ſuperiorem latè ſumptam, habuit voluntas Animæ Chriſti, vt natura eſt, ideſt ſecundum naturalem inclinationem nolle Paſſionis, & ſic triſtata eſt triſtitia conſequente nolle naturale; Deinde voluntas Chriſti vt libera, & ſecundum portionem ſuperiorem, tantum habuit nolle conditionatum de Paſſione, & ſic triſtata fuit triſtitia, conſequente nolle conditionatum, vt ſupra declaratum eſt; & ſic (dicit Scotus) ſaluatur illa Gloſſa, D. Auguſtini, ſuper Pſal. 87. in illo verſus, repleta eſt malis Anima mea, ideſt triſtitijs, ſiue pænis, quia tota Anima ſecundum voluntatem, & ſecundum vtramque portionem triſtabatur, & vt natura, & vt libera ex conditionata nolitione, & quantum ad intellectum, etiam ſecundum vtramque portio-

portionem apprehendebat diſconuenientem Paſſionem voluntati naturaliter, & liberè conditionaliter; Hæc dicta ſunt quodammodo epilogando ſupradicta.

36 Triſtitia Chriſti probabilius in ſua Paſſione caruit omni conſolatione, iuxtà illud Pſalmi 68. vbi introducitur Chriſtus, dicens conſolantem me quæſiui, & non inueni; & Matth. 27. dixit Chriſtus Patri Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Hæc autem verba non poſſunt intelligi de vnione Diuinitatis, quia Diuinitas nunquam dereliquit Animam, & corpus; neque poteſt intelligi de gloria, ſiue fruitione, quia Anima ipſius ſecundum portionem ſuperiorem propriè dictam ſemper fuit beata, quemadmodum & nunc eſt in Cælo; nec debet intelligi, vt Canus 12. de locis Theologicis, cap. 14. dicit, quod ex beatitudine, quam habebat Anima Chriſti nulla ſecuta fuit fruitio, aut delectatio in tempore Paſſionis, quia de potentia ordinaria eſt impoſſibile non ſequi talem fruitionem, & gaudium ad viſionem beatificam, & licèt de potentia abſoluta, Scotus aſſerat fieri poſſe, in 4. diſt. 49. tamen tale miraculum, neque congruebat dignitati Animæ Chriſti, neque noſtræ Redemptioni fuit neceſſarium; Debet ergo intelligi illa Auctoritas D. Matthæi, ſic quod Deus non permiſit conſolationem aliquam miſceri dolori, & triſtitiæ Chriſti, & ideò fuit priuatus omni conſolatione, ideò dixit, vt quid dereliquiſti me; & ſi eſſent aliquæ rationes, & motiua, vnde videbatur poſſe, aliquo modo conſolari non ſunt permiſſa miſceri ne dolorem, & triſtitiam minuerent; De facto verò fuit dolor maximus.

37 Triſtitia quoque de peccatis omnibus in Chriſto vehementior, & intenſior fuit quam fuerit, vel ſecundum ordinariam potentiam eſſe poſſit in alio homine, ſic communiter Theologi, tum quia doluit, & triſtatus eſt de omnibus peccatis hominum ſimul iunctis, ac perfectiſſimè conſideratis, adeò quod ex parte obiecti formalis nullus ita cognouit, atque perpendit offenſionem Dei, ingratitudinem, & malitiam omnem, quæ eſt in peccato, neque vllus vnquam tanta animi attentione cognouit omnia, quæ ad deteſtandum peccatum mouere poſſunt; tum quia nullus tanta Charitate Deum dilexit, aut Deum colere, ac Diuinum ius illæſum ſeruare; Tum etiam, quia nullus tantam gratiam habuit, tantumque auxilium ad deteſtandum peccatum, ex quibus omnibus ſequitur, quod vehementius de illis triſtatus eſt, quam quiuis alius; Numquam enim aliquis conuerſorum, tantam habuit contritionem, & triſtitiam de peccatis proprijs, quantum habuit Dominus de peccatis ſingulorum; ſua enim contritione pro nobis aſſumpta omnium peccata ſufficienter deleuit, & omnem pænam pro eis debitam ſoluit; Legimus tamen nonnullos propter contritionis vehementiam ſubito extinctos, quorum tamen contritio ad intenſionem triſtitiæ Chriſti non peruenit; Hanc namque triſtitiam de offenſa Patris auxit Animæ patientis perfectum propter cognitionis charitatem, tam paterni honoris, quam contemptus ac culpæ grauitatem, & propter ſumme Patris amoris integritatem, qui cum in Chriſto fuerit maximus, de delictis triſtitia fuit maxima.

38 Interior etiam Chriſti triſtitia ex malo pænæ proueniens fuit quidem magna; non fuit tamen, tam vehemens ex parte obiecti, ſeu ſecundum ſpeciem, ſicut eſt triſtitia, quam damnato habent de ſuo ſtatu, & perditione, ita D. Thomas p. 3. q. 46. art. 6. ad 3. quia Paſſio Animæ ſeparatæ excedit omne malis huius vitæ, ſicut gloria Sanctorum, excedit omne bonum huius vitæ; Ad triſtitiam enim damnatorum concurrit Diuinum Iudicium, quod ibi grauius, quam hic punit; ibi quippè in Inferno arguit in furore, in Ira in Purgatorio, hic autem in miſericordia, & paterno flagello; Hinc Propheta orat; Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Nec

Nec hic eſt tanta triſtitia, de Beatitudinis carentia, ſicut in Inferno, quia hic debiliter credita, & minus cognita eſt ibi ab Anima ſeparata non agens ſenſuum miniſterio clariſſimè apprehenſa, hic tepide, & minus efficaciter conſiderata, ibi feruentius concupita, quia hic eſt indebita, ibi autem debita quod malum clarius cognoſcitur ab Anima ſeparata, quæ tanto clarius cognoſcit, quanto tunc immediatè obiecta apprehendit; Inſuper triſtitia Chriſti ſolùm eliciebatur ſuo modò ab appetitu, & voluntate eius, iuxtà naturales vires, & efficaciam earum; Dæmones verò triſtantur de ſuo damno æternæ damnationis totis viribus, ac toto conatu, quam naturaliter poſſunt, & cor voluntas in naturalibus eſt efficacior voluntate Chriſti, &c.

39 Si tamen triſtitia cōparetur, cum omni alia humana triſtitia, quę de humanis, & temporalibus malis cōcipi poteſt, veriſſimum eſt Chriſti triſtitiam fuiſſe ſummam intenſione, & acerbitate; tum quia mors inter omnia humana mala cenſetur maximum, & in Chriſto augebatur ex dignitatem vitæ eius, quæ Diuina erat propter vnionem, tum quia modus mortis fuit ignominioſiſſimus, & acerbiſſimus, & cum alijs acerbiſſimis doloribus coniunctus ex flagellis, ſpinis, clauibus; & alijs ſimilibus Paſſionibus ortus; Adde quod hæc Chriſti Domini triſtitia aucta fuit propter paternæ conſolationis ſubtractionem, ac redundantiæ gaudij ſuperioris portionis prohibitionem, ac omnium dolorem augere valentium conſeruationem, & omnium mitigare potentium (quæ cæteris Martyribus exhibuit) ſubtractionem; Voluntas enim, & appetitus Chriſti permiſſus eſt naturæ ſuæ, vt circa tale obiectum ſic propoſitum, quantum naturæ propenſione, & efficacia poſſet contriſtari, & Diuinitus factum eſt, vt vnus actus alium non impediret, nec gaudium vnius partis in aliam redundaret, nec denique aliud ſolatium adhiberetur, quod triſtitiam illam poſſet imminuere, vel leuare, nam nullum humanum ſolamen habuit, ab Amicis enim derelictus eſt, & ab vno venditus ab alio negatus, Diuina etiam conſolatione priuatus fuit, vnde exclamans in Cruce, dixit Deus meus Deus meus, vt quid dereliquiſti me.

40 Triſtitia Chriſti extenſiuè ſuperabat omnem pænam, quorumcumque hominum in hac vita experta; Primò ex parte cauſæ efficientis multitudine cauſarum, & occaſionum ad triſtitiam concurrentium paſſus eſt enim ab omni conditione ſexu, & ſtatu; ab omni conditione, quia à Gentibus Iudæis inimicis gaudentibus, amicis condolentibus, mulieribus flentibus, à Diſcipulis dormientibus, à compatiente Matre in Anima, & Spiritu concrucifixa à tota Trinitate deſerente; Paſſus eſt ab vtroque ſexu Viris, ac mulieribus clamantibus Crucifige Crucifige, Paſſus eſt ab omni ſtatu Principibus, Sacerdotibus, Miniſtris, Scribis, & Phariſæis; Secundò multitudine obiectorum, peccatorum ſcilicet Iudæorum ſpecialiter, quibus pluribus virtutibus, & miraculis ſe notificauerat, & ſpecialiſſimè Diſcipulorum, quos in ſui familiaritatem elegerat, & pluribus ornatibus decorauerat; Tertiò ſpecialibus, & grauiſſimis Perſonæ patientis, & multiplicibus pænis, nempè ſua iniuſta damnatione, aceti, & fellis amaritudine, Corporis multiplici vulneratione, diffamia, nominis, irriſionibus, & blaſphemijs, ſpoliatione Veſtis, & nudi Corporis Crucifixione, & alijs; quam plurimis quas nouit ſolus, qui paſſus eſt; Quartò paſſus eſt actuum ſuorum peruerſiſſimas interpretationes, in Verbis contradictiones, in prædicatione, detractiones, in operibus cauilloſas obſeruationes, in miraculis blaſphemationes, in meritis, & operibus miſericordiæ ſcandala, & odia, in pænis irriſiones, in morte exprobrationes, in ſepultura cuſtodiam, in reſurrectione doloſam teſtium ſubornationem, &c. Hactenus de Paſſione.

41 Sermonem ad Domini mortem conuerten-

uertendo dicimus Dominum noſtrum, ſicut habuit Corpus paſſibile, ita habuit mortale, & quamuis non habuerit neceſſitatem moriendi per accidens, quia huiuſmodi neceſſitas prouenit ex cauſa per accidens mortalitatis, quæ fuit peccatum, quod in Chriſto non fuit, quia nec peccatum fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ergo &c. habuit tamen neceſſitatem moriendi per ſe, & intrinſecam, quia Chriſtus habuit cauſam per ſe paſſibilitatis, & mortalitatis, quia corpus eius fuit compoſitum ex materia, & forma, & ex contrarijs, ergo habuit cauſam per ſe intrinſecam ſuæ mortis, quam habent etiam corpora Beatorum ſecundum Doctorem ſubtilem; Pro quo nota, quod omnes fatentur moriendi neceſſitatem in hominibus dici à natura tanquam à cauſa per ſe, & à peccato vt à cauſa per accidens, vel vt à cauſa remouenti prohibens; Primum faciliter probatur, quia homo ex contrarijs componitur, & conſtat ex materia, & forma; ergo, &c. Alterum patet, quoniam in primis Parentibus per iuſtitiæ originalis donum naturalis corruptio prohibebatur in corpore, quo dono ſublato per peccatum inde mors, & corruptio ſequuta eſt, vt per remouens prohibens; Nota ſecundò, quod triplex eſt neceſſitas vna naturalis, quæ naturalia principia ſequitur, ſic graue neceſſariò deſcendit ob eius grauitatem, & leue aſcendit neceſſariò ob eius naturalem leuitatem; Altera neceſſitas coactionis, & violentiæ, facta ab Agente extrinſeco contra inclinationem naturæ, & voluntatis, vt proiectio grauis ſurſum; Tertia dicitur neceſſitas ex ſuppoſitione finis, ſic ad dura ſecanda, dicitur ſerram ferream eſſe neceſſariam in Chriſto fuit prima neceſſitas moriendi.

42 Si Chriſtus aſſumpſiſſet naturam ſimpliciter glorioſam conſtantem ex corpore, & Anima glorioſis non habuiſſet neceſſitatem moriendi, ſed potius habuiſſet extrinſecam cauſam non moriendi, quia Beati licet non habeant cauſam intrinſecam immortalitatis habent tamen cauſas extrinſecas, quæ à Scoto in 4. d. 49. quæſt. 14. quatuor numerantur; Prima quia corpus eſt in plena poteſtate Animæ, vt poſſit illud præſeruare ab omni corruptione licet hæc non ſit ex natura Animæ beatæ, ſed ex determinatione Diuina; Secunda eſt donum impaſſibilitatis à Deo exhibitum; Tertia eſt ceſſatio motus cæleſtis, quo ceſſante nullæ futuræ ſunt generationes, & corruptiones; Quarta, & præcipua eſt, quia Deus non concurrit ad paſſibilitatem corporum Animarum Beatarum; Quæres ſi Chriſtus aſſumpſiſſet naturam humanam ſimpliciter glorioſum, an illa natura generari potuiſſet ex Virgine Maria? Reſpondetur quod ſic; ſed contra. Agens naturale non poteſt agere in paſſum immortale; concedo virtute propria, verum virtute ſupernaturalis Agentis Spiritus Sancti fæcundantis, à qua fæcunditas virginea excitata fuiſſet nego; Contra immortale eſt impaſſibile, ergo non potuiſſet eſſe terminus generationis, qui eſt generabilis, & corruptibilis; Concedo de termino generationis naturalis, ſed nego de terminus generationis ſupernaturalis; Contra ergo B. Virgo genuiſſet illum magnum annorum 33. quia ſi fuiſſet impaſſibile non potuiſſet ampliùs augeri, & creſcere cum incrementum fiat ex augmentatione, quæ non fit ſine actiuitate corruptiua Carnis reſtaurando, id quod deperditum fuerit, atque ita potentia nutritiua ex illa continua actione agendo reparitur, & per conſequens debilitatur, vel ergo non creuiſſet, vel Paſſione læſiua fuiſſet paſſus. Reſpondetur, quod tunc fuiſſet auctus, & creuiſſet ſine huiuſmodi actione corruptiua contrariorum propter dotem impaſſibilitatis, à corruptione conſeruantem.

43 Si Chriſtus aſſumpſiſſet naturam innocentem, cum iuſtitia originali fuiſſet

fuiſſet Corpus Chriſti impaſſibile, & immortale, quia nulla fuiſſet cauſa demeritoria mortis, & hoc ex Diuina determinatione, quia natura illa ante terminum mortis fuiſſet in Cælum translata, ex Scoto in 2. diſt. 19. adeò, quod ab extrinſeco, & ex determinatione Diuinæ voluntatis ſtante ſtatu Innocentiæ, non concurriſſet Deus ad actionem alicuius cauſæ corruptiuæ licet in ſe, & in ſua actione intrinſeca fuiſſet corruptiua. Comparando verbum ad naturam humanam, non ſimpliciter glorioſam Chriſtus habuit neceſſitatem moriendi ob rationes dictas, ſimiliter comparando naturam humanam aſſumptum ad qualitates conſequentes habuiſſet Chriſtus neceſſitatem moriendi, niſi aliud adueniſſet, quia vnum contrarium ſemper agit in aliud, ex quorum actione, & Paſſione ſequitur diſſolutio, & interitus; Item comparando naturam humanam ad ſuam gloriam Chriſtus habuit neceſſitatem moriendi, quia opportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam; atque ita vt intraret in gloriam ſuam, habuit neceſſitatem moriendi. Comparando etiam naturam humanam Chriſti ad pœnam, per quam debebat nos redimere habuit neceſſitatem moriendi, quia per mortem eius ſalui facti ſumus; & ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in Deſerto, ita exaltare oportet filium hominis, & expediens fuit, vt vnus homo moreretur pro populo, ne tota gens periret.

44 Pati, & mori in Chriſto partim fuit naturale partem ſupernaturale, & miraculoſum, naturalem quidem quatenus conſequebantur paſſibilitatem, & corruptibilitatem conſequentem, principia naturæ miraculoſam verò, & ſupernaturalem, quatenus illud corpus erat vnitum Animæ beatæ, cuius ea eſt natura, vt communicet corpori ſuam beatitudinem, qua communicatione corpus, alioquin ex natura alterabile, & corruptibile efficitur impaſſibile, & incorruptibile, quia ergo ſupra legem, & ſupra naturam Diuina virtute, & potentia diſpenſatiuè effectum eſt, vt Animæ beatitudo minimè redundaret in Corpus; Ideò Corporis mortalitas, & paſſibilitas fuit ſupra naturam, & per conſequens miraculoſa; Item pati, & mori in Chriſto fuit voluntarium, & neceſſarium diuerſis rationibus fuit neceſſarium, in ordine ad principia naturæ, ex quibus illud corpus habuit, quod eſſet alterabile, & corruptibile; Voluntarium verò in ordine ad poteſtatem Animæ Chriſti quatenus beata, ex qua Beatitudine habebat, quod poſſet ſuam beatitudinem; ſi vellet corpori communicare, atque ita illud efficere impaſſibile; voluit autem ipſum relinquere ſuæ naturæ, & ſic voluntariè mortuus eſt, & quia tali morte, ſe obtulit aqua ſe poterat liberare, iuxtà illud Iſaiæ oblatus eſt, quia ipſe voluit, nam ſi Chriſtus voluiſſet potuiſſet liberare corpus ſuum à Paſſione, & morte, ſiue neceſſitate naturæ contracta, ſiue per vim illatæ.

45 Mors Chriſti fuit violenta non naturalis, ita quod hij naturalis non opponitur voluntariò, aut ſupernaturali, ſed violento, & ſic naturale hic ſumitur quatenus conuertitur, cum inclinatione naturali, ſed oportet hic aduertere violentum non eſſe, idem quod coactum (hoc enim opponitur appetitui elicito ve illud verò naturali) vis autem illata Chriſto, & ſi non fuerit propriè coactio, quia ipſe voluntate abſoluta non reſtitit; ſi enim reſiſtere voluiſſet, nulla humana vis contra eum valuiſſet, fuit autem violenta, quia fuit contra naturalem inclinationem, & ſimpliciter in hominibus violenta mors dicitur, quæ præter intrinſecam hominis diſpoſitionem, & actionem, & reactionem, ex qua naturalis mors ſolet oriri, fit per applicationem extrinſecæ

cauſæ

cauſæ corrumpentis; Prædicta mors Chriſti fuit accelerata, quia mortuus ante Dipſam, & Gipſam Latrones, in quorum medio pendebat ob maiores dolores, & triſtitias, quas habuit, quam ipſi habuerunt, ne oſſa ſua minuerent, aut comminuerent more Latronum duorum cum eo pendentium ſecundùm quòd figuratum erat, Exodi 12. os non comminuetis ex eo in Agno Paſchali; vide ibi.

46 Si Chriſtus à Iudæis per vim non fuiſſet occiſus fuiſſet ſecluſa redundantia beatitudinis Animæ beatæ, naturæ neceſſitate mortem obijſſet ſenio confectus, quia vitam corpoream, & Animalem tuebatur alimento; Animal autem quod alimento viuit vitam amittit ergo, & Chriſtus minor eſt Ariſt. 1. de gen. cap. 5. vbi ait quod ſicut vinum aquæ admixtione fit impurum; & infuſa copioſiori aqua efficitur dilutum, ad eundem modum membra Animalis, in quibus ineſt vis nutritiua, & calor naturalis adiunctione, & admixtione alimenti continui redduntur impuriora minuſque potentia ad conuertendum alimenta virtute nutritiua, & calore natiuo, & tandem ad eam ætatem peruenitur, quam membri forma, & ſi habeat vim reſſoluendi alimentum, non tamen ad conuertendum, & aſſimilandum, & hunc ſtatum Animalis mors ſtatim, & diſſipatio compoſiti totius ſequitur; Quamuis ergo Chriſtus, quam moderatiſſimè vixerit aliquando tamen propter prædictam cauſam eſſet moriturus, idem dicit Scotus in 2. d. 19. de Adamo, & eius deſcendentibus ſi permanſiſſent in ſtatu Innocentiæ, qui longiſſimam vitam duxiſſent, & antequam mortui fuiſſent translati fuiſſent in Paradiſum, ſic Theologizandum eſt, & quidem à fortiori de Ieſu Chriſto, qui ſi violenter non occiſus fuiſſet, ad plurimos annos vixiſſet, & antequam ſenio confectus fuiſſet Animæ eius beatitudo in corpus eius redundaſſet; vt nunquam moreretur ſicuti modò eſt in Paradiſo.

47 An verò ſuppoſita violentia Iudæorum Chriſtus potuiſſet non mori; Richardus in 3. diſt. 57. artic. 1. q. 3. cui aſſentit Doctor ſubtilis in 3. d. 16. quæſt. 2. dicit quod non fuit in poteſtate Animæ Chriſti non mori ex violentia Paſſionis, ſuppoſito quod Animæ beatitudo non redundaret in corpus; Ita quod voluntas Chriſti per vires ſuas naturales non potuiſſet vitare dolorem Paſſiones, & mortem, vbi ſemel corpori ſufficientes cauſæ naturales horum effectuum eſſent applicatæ, hæc ſententia Richardi, & Scoti ſic intellectu probatur, nullius hominis in poteſtate eſt non mori ex violentia ſibi illata, ergo nec in poteſtate Animæ Chriſti fuit non mori ex violentia ſibi illata, conſequentia patet, quia Chriſtus fuit in eodem ſtatu ſecundum corpus, in quo ſumus & nos, quia fuit viator ſicut, & nos ergo ſecundum corpus potuit ſibi violentia inferri, ex qua neceſſario diſſolueretur corporis armonia, atque adeò corpus priuaretur vita prout accidit nobis, erat enim corpus Chriſti neceſſariò paſſibile, & morti ſubiectum reſpectu flagellorum, Clauorum, & aliamque ſimilium inſtrumentorum mortis inferrentium; Chriſtus igitur habens ab inſtanti ſuæ Conceptionis corpus alterabile, & corruptibile fuit ſubiectus ab inſtanti ſuæ Natiuitatis diuerſis Paſſionibus afflictiuis, vt patet diſcurrendo à frigore præſepis vſque ad nudam, & ignominioſam mortem.

48 Dices in multis Euangelijs, vt Matth. 27. Marci 15. & Lucæ 23. legitur quod cum clamore valido emiſit ſpiritum, hoc autem non potuit eſſe, quod ſic validè clamaret, niſi præueniſſet gratis horam mortis, quæ accidiſſet ex violentia Paſſionis igitur ante horam illam, ſiue inſtans poſuit Animam ſuam, & eadem ratione potuit etiam non ponere pro tunc, nec poſteà, atque ita in poteſtate eius fuit mori, & non mori ex violentia Paſſionis; Reſpondet Scotus in 3. diſt. 16. quæſt. 2. dicens

dicens, quod Chriſtus clamaſſet validè in hora mortis miraculum fuit, & ex potentia Verbi, nam quod potuerit voce magna clamare, cum eſſet iam morti proximus abſque miraculo fieri non potuit, non enim fieri poterat, vt haberet naturalem virtutem ac robur ad eum clamorem emittendū, Corpus ferè exanime abſque vitalibus ſpiritibus, conſequenter viribus penè exhauſtum; ſed quod Anima ſepararetur ex violentia Paſſionis fuit naturaliter ſuppoſito miraculo primò, de non redundantia gloriæ in corpus, & addit Doctor ſubtilis, quod omnia quæ paſſus eſt Chriſtus fuerant quodammodò miraculoſa, & naturalia, quia quod non poteſt fieri, niſi præſuppoſito miraculo dicitur fieri miraculoſè; ſed quod paſſus eſt Chriſtus, ideò paſſus eſt, quia gloria Animæ miraculoſè non redondauit in corpus, ergo paſſiones eius fuerunt miraculoſè; quo miraculo præſuppoſito paſſiones eius fuerunt naturales, ſicut cæcus natus naturaliter videt facta miraculoſa illuminatione.

49 Chriſtus habuit præceptum Patris moriendi, ſeu redimendi genus humanum per mortem, & Paſſionem ſuam, ita D. Thom. 3. p. q. 47. art. 2. & probatur, quia Chriſtus homo poterat obligari, & ſubijci huic præcepto; ſed in Scriptura ſignificatur Chriſtum de facto habuiſſe tale præceptum, ergo illud habuit, conſequentia eſt bona; maior probatur, quia Chriſtus in quantum homo eſt minor Patre, & vt ſic ei verè ſubijciebatur, ergo ſecundum naturam humanam poterat obligari aliquo præcepto, & quod in Scriptura ſignificetur Chriſtum de facto habuiſſe huiuſmodi præceptum patet ex Ioan. 10. vbi ait Chriſtus hoc mandatum accepi à Patre meo, & loquitur de ſua morte, & cap. 14. dicit ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio; quæ Verba in propria ſignificatione accipienda ſunt; probat ſecundò Chriſtus verè, & propriè obediens, & ex obedientia mortuus eſt, iuxta illud ad Philip. 2. factus obediens vſque ad mortem, & Rom. 5. ſicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi; & ex hoc ſequitur, quod Chriſtus ſecundum quod homo verè, & propriè habuit Prælatum, & ſuperiorem ſcilicet Patrem, obedientia enim propriè voluntatem ſuperioris conſiderat; Vnde & Chriſtus ſecundum quod homo, ſicuti minor eſt Patre, ita etiam eſt ei obediens, & ſeruus non ſeruitute pænali, quæ ex peccato procedat, ſed ſeruitute illa connaturali humanæ naturæ, quæ non ad ſeruilem conditionem, ſed potius ad quandam nobilitatem ſpectat ſuppoſita imperfectione naturæ Creatæ.

50 Supra art. 3. actum eſt de volūtate humana Chriſti, hic concludendum eſt in Chriſto fuiſſe duas voluntates, vnam Diuinam alteram humanam; ſicut fuit duplex natura Diuina, & humana vt ſciamus varietatem voluntatum, & volitionem Chriſti, quas Euangeliſtæ Sancti Patres, & Doctores Theologi nobis paſſim inſinuant; & in primis eliminandi ſunt Hæretici, qui hanc certiſſimam veritatem negarunt; Apollinaris negauit Chriſtum habere Animam rationalem, & conſequenter negauit habuiſſe voluntatem Creatum. Eutycheres aſſeruit ex duabus naturis Diuina, & humana alteram coaluiſſe, quæ ſola erat in Chriſto, & conſequenter vnicam voluntatem habuiſſe; Neſtorius conceſſit duas Perſonas, & duas naturas in Chriſto vnitas ſolum per affectum; Vnde ſolum voluntatem humanam verè agnoſcebat hanc hæreſim ſecuti ſunt etiam Monothelitæ, ſic dicti ab aſſertione vnius voluntatis in Chriſto, licèt eorum ſenſus fuerit valdè ambiguus, ſed Monothelitæ maneant in ſua confuſione, & nos ſequamur oppoſitum ſententiam, quæ de fide tenenda eſt, ſcilicet in Chriſto Domino fuiſſe duas voluntates Diuinam ſcilicet, & humanam non ſolum quoad actus ſuos primos, ſed etiam expeditas ad operandum, & eliciendos actus ſecundos ſecundum perfectam earum quidditatem, ſic enim definitum eſt in 6. Synodo, act. 4. 8. 11. & 18. Idem in 7. Synodo,

Synodo, in definitione fidei, & in Concil. Lateran. ſub Martino 1. Can. 11.

51 An verò inter has duas voluntates fuerit aliqua repugnantia; non eſt ita facilis reſponſio; Ideò notandum eſt, quod voluntas Creata poteſt conſiderari dupliciter vno modò, vt natura alio modo, vt libera; Voluntas vt natura ſiuè vt eſt naturalis, adhuc tripliciter poteſt accipi; Primò pro naturalis voluntatis inclinatione ad proprium bonum, & perfectionem, & ſic nihil aliud eſt, niſi ipſamet voluntas libera abſque actu elicito; Secundò modo dicitur voluntas naturalis, vt opponitur voluntati ſupernaturali, atque ita voluntas in puris naturalibus exiſtens ſine donis ſupernaturalibus, & ſic diſtinguitur à ſeipſa, vt eiſdem donis informata; Tertiò modo accipitur voluntas naturalis ſecundum quod elicit actum conformiter ad inclinationem naturalem, quæ ſemper eſt ad commodum, & vt ſic opponitur ſibi ipſi, in quantum libera, quia vt libera eſt in eius poteſtate eſt elicere actum conformem naturali inclinationi, vel non elicere; Voluntas naturalis primò modo dicitur etiam appetitus eiuſdem; Voluntas libera dicitur appetitus Intellectiuus, quia actum Intellectus præcedentem ſequitur. Fuit etiam in parte ſenſitiua Chriſti duplex appetitus dictus ſenſitiuus, quia ſequitur cognitionem ſenſitiuam, qui diſtinguitur, & multiplicatur ad diſtinctionem, & multiplicationem cognitionum ſenſitiuarum; Ita quod ſicut in genere eſt duplex cognitio ſenſitiua interior, & exterior, & vtraque quintuplex, ita duo erunt appetitus ſenſitiui, de quibus omnibus alibi dictum eſt; Ita quod in Chriſto tot ponuntur appetitus ſenſitiui, quot potentiæ appreheuſiuæ, ſiue cognitiuæ.

52 Notandum eſt ſecundò, quod conformitas voluntatis ad voluntatem in duobus conſiſtit, ſcilicet inuolito, & in ratione volendi; Conformitas involito eſt quando duæ voluntates vnum, & idem obiectum volunt; Conformitas autem ratione volendi quando idem, & eodem modo volunt, vel quando altera earum vult illud, eo modo quo ſuperior vult eam velle; Secunda conformitas, ſcilicet in modo eſt de neceſſitate conformitatis, prima verò aliquando de neceſſitate, interdum de congruitate, & interdum præter neceſſitatem, & congruitatem eſt quidem de neceſſitate in præceptis Diuinis in quibus homo debet obedire, & velle, quod vult Deus; De congruitate vt acceptare Infirmitates gratante Animo, & ſine murmuratione; Præter congruitatem, & neceſſitatem, vt ſi Deus vellet Patrem meum mori, & ego idem volo, ex quo Deus ita vult; Tertiò notandum, quod in voluntate Chriſti nedum fuerunt actus efficaces, ſed etiam in efficaces; De actibus efficacibus patet, quia per hos actus operatus eſt omnia virtutis opera, ac Diuinæ voluntati, ac iuſſioni obſecutus eſt, ac denique mortem ipſam ſuſcepit; oblatus enim eſt quia ipſe voluit; In qua voluntate, inquit D. Paulus ſanctificati ſumus per illam enim noſtram perfecit Redemptionem; Quod etiam interdum aliquos actus inefficaces habuerit ſatis patet ex illo, Matth. 26. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me Calix iſte, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, eum autem inefficacem affectum, non ſolum in appetitu ſenſitiuo, ſed etiam in voluntate fuiſſe conſtat, ex 6. Synodo act. 4. & 11. ex hoc loco probatur humana Chriſti voluntas.

53 Iſtis prænotatis; Reſpondetur dubio propoſito per tria dicta; Primùm dictum quod in Chriſto abſolutè, & ſimpliciter loquendo non fuit repugnantia voluntatum circa Paſſionem, & mortem ſuam, quia abſolutè, & ſimpliciter loquendo Chriſtus fuit obediens vſque ad mortem, ergo abſolutè in ipſo non fuit repugnantia voluntatem; Secundum dictum, voluntas deliberata Chriſti ſecundùm actum efficacem ſemper fuit conformis Diuinæ voluntati omnimodo ſcilicet in obiecto volito, & in modo volendi, ſeu in obiecto materiali, & formali eſt omnium Theologorum ſententia, iuxtà illud Ioan. 8. non quæro voluntatem meam, ſed eius

qui

qui miſit me, & alibi ſæpè. Tertium dictum voluntas deliberata Chriſti ſecundum actum inefficacem interdum voluit quod abſolutè, & ſimpliciter Deus nolebat; iuxtà illa Verba Chriſti non ſicut ego volo, ſed ſicut tu; ſemper tamen in huiuſmodi actu talis Chriſti voluntas erat cõformis Diuinæ voluntati, quia iſti actus Inefficaces, & condicionati erant etiam in ſuo genere boni; VndeDiuina volũtas volebat, vt humana illos efficeret, & ipſa humana voluntas ex perfecta ratione, & deliberatione illos in ſe admittebat, vt etiã in hoc Diuinæ voluntati obſequeretur; Concedendum tamen eſt voluntatem Chriſti vt naturalem, & eius appetitum ſenſitiuum diuerſo modo tendiſſe in obiectum ab illo, quo voluntas Chriſti Diuina, & voluntas Creata deliberata tendebat in idem obiectum; quia naturalis voluntas, & appetitus ſenſitiuus nolebat pati, & mori, iuxtà illud Matth. Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me Galix iſte; Voluntas verò Diuina, & voluntas humana deliberata Chriſti volebat, ſicque diſcordabant; non tamen repugnabant, quia ad imperium vtriuſque voluntatis increatæ, & Creatæ liberæ ſe omninò confirmabat dicendo; verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Idem dic proportionaliter de appetitu ſenſitiuo, ſicque Dominus noſter Ieſus Chriſtus factus eſt perfectiſſimè obediens vſque ad mortem mortem autem Crucis, in qua verè, & realiter mortuus eſt.

54 Diximus verè, & realiter mortuus eſt, quia non defuerunt Hæretici, qui negarent cum Mahometo Chriſtum verè mortuũ fuiſſe; ita ſenſerunt Caiani, vt refert D. Damaſcen. lib. 3. de fide, cap. 28. & Iſidorus 8. Ethimologiarum c. 5. & idem neceſſe eſt ſenſiſſe hæreticas omnes, qui in Chriſto veritatem humanæ naturæ, aut Corporis humani, vel Corporis paſſibilis negarunt, qui nullum omninò habent fundamentum, niſi fortaſſe quod indecens, & indecorum viſum eſt illis Deum mori, quod putauerunt corpus Chriſti ex vi vnionis factum eſſe impaſſibile; Cæterum veritas fidei eſt, immò & articulus fidei Chriſtum verè fuiſſe mortuum, nam ſic verba Euangeliſtarum apertiſſimè exprimunt, & in omnibus Symbolis eam aperti profitemur, & ad hoc eſt ratio Theologica, quia ad manifeſtationem Diuinæ ſapientiæ, & virtutis, & ad delenda delicta noſtra id fuit conuenientiſſimum, iuxtà illud Rom. 4. mortuus eſt propter delicta noſtra; Phyſica ratio etiam eſſe poteſt, quia reuera habuit corpus paſſibile, & mortale, & tot doloribus, & Paſſionibus affectum eſt, vt ad interrimendum hominem fuerint ſufficientiſſimæ, atque ad eo miraculo illo præſuppoſito, ſcilicet quod gloria Animæ non redundaret in corpus, non fuit in ipſius Chriſti Animæ poteſtate actiones corruptiuas ex vi actionum ſecundarum cauſarum neceſſariò prouenientes impedire, nam magnum fuiſſet miraculum ſi ex tot tantis, & talibus in tali Corpore mors non fuiſſet ſubſecuta.

De Chriſti Corporis ſepultura, De Chriſti Animæ deſcenſu ad Inferos, & de Chriſti Reſurrectione. Artic. 10.

1 CHriſtus Feria 5. ad veſperam cõmedit agnum lauat pedes Diſcipulorum inſtituit Euchariſtiam, & prolixum habuit Sermonem de Charitate, Ioan. 13. hymnoque gratiarum actionis dicto Cenaculo, & vrbe egreſſus in montem oliuarum oraturus ſeceſſit in hortum, ac ſeorſim à Diſcipulis ex viua apprehenſione inſtantis Paſſionis cæpit pauere, & tædere contriſtari, & meſtus eſſe. Vnde orans Pater mi (inquit) ſi fieri poteſt tranſeat à me Calix iſte; Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat, tandem agoniam ſubiens prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ Sanguinis decurrentis in terram; Qui Sanguis non fuit Metaphoricus, vt aliqui voluerunt, ſi-

cut

cut de eo, qui vehementer angitur, & affligitur dicimus cum ſudare ſanguinem, ſed fuit ſanguis verus; Hinc D. Athanaſius, lib. 6. ad Teophilum, qui eſt de Beatitudine filij Dei anathema dicit eis, qui Chriſtum negant ſudaſſe verum ſanguinem; Immò totum id ſanguinis, quod ex afflicta Saluatoris natura profluxit fuit eiuſdem ſubſtantialis perfectæ à Sanguinis formæ, qua ceræ eiuſdem Chriſti partes prædictæ erant, quicquid dicat Caietanus, in 3.p. q.54. art.2.

2 Non deſunt qui dicant illam effuſionem, ſeu emiſſionem Sanguinei ſudoris Chriſti fuiſse miraculoſam, quo ad modum, quia naturali propenſione non expellit, ſed mordicus retinet iuuenis ſui ipſius amica natura; Alij dicunt fuiſſe naturalem, quia vt docet Ariſtotel. lib. 3. de Hiſtor. Animalium, cap. 19. dicenſe in vehementi angore naturaliter hominem poſſe ſudare Sanguinem præſertim in eo, qui delicato poroſo, & raro eſt corpore, ac ſubtiliorem Sanguinem habet; Dicunt igitur hunc ſudorem Sanguinem in Chriſto manaſſe, non tam ex triſtitia, quam ex actu fortitudinis, & audaciæ quo deliberata, & efficaci voluntate æque, ac actu appetitus ſenſitiui à voluntate imperato generosè mortem, & omnes dolores, qui viuaciſſimè imaginationi eius repræſentabantur amplectebatur, & naturalem mortis dolorumque horrorem ſuperabat, & hinc agonia Chriſto proueniebat, ſcilicet ex vehementia reſiſtentiæ, & orationis, quam narrat Euangeliſta Lucas. Hinc patet maxima Caluini impietas, cum dixit grauiſſimas Inferni pœnas, & tormenta quibus tunc Chriſtus torquebatur Sanguineum ſudorem, ex membris Domini pepuliſſe.

3 Hic ſudor Sanguineus, non fuit pluribus vicibus iteratus, quamuis tunc tribus vicibus orauerit, ſed vnica vice factus eſt, ſic aſſerunt communiter; Patres, & Interpretes, & maximè patet ex verbis, Lucæ, & factus in Agonia, non in prima, aut ſecunda, ſed poſtquam prolixiùs orabat factus eſt ſudor eius, qui cum fuerit copioſiſſimus decurrebat in terram, ſed fieri minimè potuit, vt adeò abundans ſudoris copia iteratis vicibus è corpore Domini flueret, quia exhauſtus, & exſiccatus omnino humor ad propagandam vitam maximè neceſſarius defeciſſet; Non potuit ergo Chriſtus in prima, & ſecunda orationis, ſiuè Sanguineis ſudoribus perfundi citra certum mortis exitium; Ad quem Sanguineum ſudorem cucurrerunt omnes corporis partes, atque partem ſuam ſubminiſtrarunt, & ratio eſt, nam Sanguinis ſudor, non potuiſſet in terram defluere, vt dicit Euangeliſta, niſi in magna vi, & copia fuiſſet; Quantitas autem Sanguinis magna omnes corporis partes, ex quibus diſtillaret, neceſſariò poſtulabat, non enim eſt maior, ratio de vna parte, quam de alia; In qua cum enim ſunt venæ receptaculæ Sanguinis; Vnde calefacto, iam corpore, ac poris venularum omnium patefactis; Vndequaque dediſſe Sanguineum liquorem veriſimile eſt.

4 Chriſtus poſt agonem confortatus ab Angelo mox ſe vltro Iudæ oſculandum, & Iudæis vinciendum abtulit Petrumque gladium ſtringentem cohibuit Matth. 27. 31. 36. 37. 39. 41. ſi Marci, 14. 27. 32. 33. 35. 44. 47. Lucæ 22. 39. 40. 42. 47. 50. Ioan. 18. 1. 3. 7. 10. vinctus ergo Ieſus ductus eſt 1. ad Annum, cui liberè reſpondens, à ſatellite cæſus eſt alapa, deinde ad Caipham illius Anni Pontificem à quo productis falſis teſtibus, & ob falſitatem reiectis rogatus ipſe Ieſus; an eſſet Meſſias Dei Filius, cum id aſſereret, quaſi blaſphemus damnatur, & illuditur. Interim Petrus ab Ancilla, & Iudæis vno Chriſti foret Diſcipulus interrogatus, ter negauit, ſed aſpiciente eum Chriſto pænitens fleuit amare; Hæc die Iouis in nocte poſt cænam geſta ſunt; Feria 6. ſiue die Vene-

ris 25. Martij, manè Concilium à Caipha cohatum Ieſum iterum damnauit; ac plectendum tradidit Pilato Romanorum Preſidi; Id videns Iudas proiectis in templo argenteis, quibus Iudæi emerunt agrum pro ſepeliendis Peregrinis deſperans laqueo ſe ſuſpendit; Pilatus Ieſum licèt à Concilio damnatum ab eis ſibi traditum damnare renuit, niſi cognita eius cauſa;

5 Accuſant ergo eum, quod ſe Regem Iudæorum fecerit, ac tumultum concitauerit à Iudæa, vſque in Gallilæam; Pilatus ergo rogat Ieſum, an verè Rex ſit Iudæorum aſſerit ille, ſed addit Regnum ſuum eſſe cæleſte, non mundanum, a quo proindè non debeat, ſibi timere Tiberius Cæſar, nec eius præſes Pilatus; Qui Innocentem, & Sanctum eſſe Ieſum cognoſcens varijs modis eum abſoluere, & dimittere ſatagit; Primò enim audito nomine Gallileæ rogat an Ieſus ſit Gallilæus, quo cognito eum ad Herodem Gallileæ Regem, quaſi illi ſubditum amandat, atque hoc honore ei reconciliatur. Herodes à Ieſu ſigna, & mirabilia expectans dum nil tale videret, eum veſte alba indutum ſpreuit, & ad Pilatum remittit; Secundò Pilatus Ieſum ad ſe remiſſum liberare laborat comparans eum Barrabæ ſeditioſo homicidæ, vt de more in Paſchate vnum à morte liberaturi Ieſum eligant, & liberent; at illi Pontificum ſuggeſtu; Barrabam liberari poſculant, Ieſum verò Crucifigi.

6 Tertiò Pilatus videns Iudæorum in Chriſtum rabiem, vt eam ſedet iubet eum flagellari, ac flagellis deformari, deformatum corona ſpinea veſteque purpurea velut fictum pictumque Regem illuſum Iudæis ſpectandum exhibet, vt tam afflicti miſereantur, Ieſus Chriſtus ſemel flagellatus, patet ſi quis conferat Matthæum, & Marcum, cum Ioanne omnes enim de vna, & eadem Chriſti flagellatione loquuntur; Quæ flagellatio, quàm fuerit dira, & atrox; Primò æſtimari poteſt ex eo, quod Chriſtus aſtrictus fuerit humili columnæ, vt toto corpore ſuper eam eminens omnium eſſet ad libitum flagellantium; Adde vel ſolam virginei, & caſtiſſimè Corporis Chriſti coram obſcenis ſcurris, & illuſoribus denudationem ingentem fuiſſe illi afflictionem; bis verò vel vt alij dicunt ter nudatus fuit Chriſtus; Primò ad flagellationem; Secundò ad coronationem, id quo cum maximo dolore; Veſtis enim vulneribus flagellorum adhærens, & quaſi agglutinata ab ijs vi cum vulnerum renouatio abſtrahi debuit; Tertiò ad Crucifixionem ſecundò ex eo, quod Pilatus per hanc flagellationem omnibus Criminibus Chriſto obiectis, & odio inſatiabili Iudæorum in Chriſtum ſatisfacere, ac eos ad Chriſti commiſerationem flectere voluerit dicens; quaſi diceret iam non habet ſpeciem hominis, ſed ouis, vel ouis iugulati totique Corpore cruentati, & deformati iam non eſt timendum amplius illum velle Regnum Iudæorum vſurparet aliquid ſimile moliri; cum vitam cum morte breui ſit commutaturus, quieſcite ergo; & cum ego liberum dimittam.

7 Tertiò ex militum, & quidem plurium petulantia; quæ tanta fuit vt iniuſſu Pilati ipſi ſua ſpontè, & proteruia Chriſtum ſpinis coronauerint; fortè etiam Iudæis eos pecunia corruperunt, vt acrius in Chriſtum verberando ſæuirent; Naturaliter enim ex tot verberibus mori, ſæpiùs debuiſſet Chriſtus, ſed Deitas carnem ſuſtentabat, vt plura pati, & tandem crucifigi poſſet; Quartò ex complexione Chriſti, quæ fuit optima, & delicatiſſima, & acutiſſimi ſenſus, & tactus vt pote formatum à Spiritu Sancto. Quare Chriſtus longè magis ſenſit Verberum vulnera, quam quis libet alius ſentiat, vel ſentire poſſit; Quintò quia Prophetæ æquè, ac Chriſtus flagellationem hanc veluti grauem, & acrem vt patet Matth. 20. 19. & Pſalm. 72. 14. & alibi; Ex prædictis ſufficienter licèt conijcere,

quam

quàm copioſum Sanguinem emiſerit Dominus noſter, in iſta ſua flagellatione; & quod cum ſtupore mirandum eſt, quod in his omnibus Chriſtum ſtupendam, & Diuinam Animi patientiam, fortitudinem, & conſtantiam oſtendit, vt nec gemitus ederet, nec ſignum aliquod doloris daret, ſed veluti Petra immobilis conſiſteret.

8 Dum caput Domini Noſtri Ieſu Chriſti fuit circumdatum coronæ ſpinea magnam Sanguinis copiam emiſiſſe non eſt dubium; Ieſus Chriſtus quaſi fictus Rex Iudæorum ad ludibrium, & ad tormentum coronatus fuit ſpinis ex militum petulantia, Pilatò non iubente, ſed permittente, vt facilius Chriſtum omninò deformatum Iudæorum commiſerationi obijcient à morte liberaret Atrox fuit hæc Chriſti ignominia, quæ ipſi quaſi Regi ficto corona ſpinea illudunt, æquè ac ingens cruciatus, tum quia ſpinæ erant acutiſſimæ; tum quia infixæ capiti, & Cerebro in quo eſt omnium neruorum muſculorum ſenſuum, ac ſenſationum fons, & origo. Ibi ergo viget ſenſus tactus, ac intimè ſentit dolores, & puncturas etiam leuiſſimas, & minimas. Ex Cerebro enim oriuntur ſeptem neruorum paria; qui per totum corpus diſtribuuntur, vt ſentire, & mouere ſe poſſit vti ex Galeno, docet Andreas Veſalius Anatomicorum Princeps, lib. 4. de Humani Corporis fabrica vbi, & docet *inſtrumentum tactus eſſe neruos; Quare Cerebrum eſſe ſenſus, & motus principium; rationis* ſedem Membrorum viſcerumque Regem.

9 At illi crudeliores effecti clamoroſis vocibus poſtulant eum Crucifigi minanturque Pilato illum non habendum Amicum Cæſaris, ſi Ieſum qui ſe Regem fecit impune dimittat; Quare Pilatus lotis manibus Innocentem Ieſum teſtatus Iudæis clamantibus Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros tum Iudæis crucifigendum tradidit licèt paulò ante ab vxore monitus eſſet ne ſe morti viri, tam Sancti immiſceret; Educitur ergo Ieſus è Prætorio in Montem Caluariæ. Crucem ſuis humeris geſtans, quam Iudæi in exitu Portæ verentes ne Ieſus illi ſuccumberet. Simoni Cireneo poſt Ieſum baiulandam imponunt; ſequuntur Mulieres pie plangentes, quas Ieſus ſuper ſeipſas, & filios ſuos plangere iubet ob imminens Vrbi Deicidæ excidium; Vt ventum eſt in Montem Caluariæ Iudæi Chriſto propinant vinum felle mixtum, & deinde Mirrhatum neutrum ipſi bibere voluit; mox veſtibus ſpoliatus, & humi in Crucem ſtractus eidem Clauis affixus eſt hora ſexta, puta in meridie, Crux deinde erecta eſt cum titulo Cauſæ, atque ab vtroque eius latere fauere ſuſpenſi duo Latrones, quaſi ipſe eorum eſſet princeps; denique in conſpectu eius milites, veſtimenta inter ſe partiti ſunt; & talis fuit Crucifixio Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

10 Dogma fidei eſt Chriſtum non funibus, ſed clauis fuiſſe Cruci affixum, quibus perforatæ fuere manus Chriſti, vt in eas manus ſuas immittere poſſet Thomas, vt patet Ioannis 20, 21. Vnde, & Pſalmus 21, Foderunt manus meas, & pedes meos; fieri tamen poteſt, vt funes quoque adhibiti ſint ad colligandum Cruci Corpus Chriſti, alioquin enim tota moles à manibus vix pendere, & ſuſtentari potuiſſet; In iſta Crucifixione copioſam effuſionem Sacri Cruoris fuiſſe, & acerbo dolore factam patet 1. ex eo, quod in ea clauis perfoſſæ ſunt manus, & pedes vbi ſenſus tactus eſt acutiſſimus, & concurſus plurium venularum; Secundò quod in Crucem totum Corporis pondus ex manibus transfixis pependerit; Tertiò quod dolor hic diuturnus ſit adeò vt Chriſtus per tres horas in hoc Cruciatu vixerit hinc Crux à cruciando dicta; Quartò in Cruce diſcenſa fuere brachia, & membra Chriſti,

adeò , vt ſingula eius oſſa numerari poſſent , quod ſine maximo dolore contingere non potuit ; ſicut nec contrectatio Corporis Chriſti , cum ſpinea corona ſine iterata effuſione Sanguinis , & dolorum ; Quibus additur pudor deputationis cum Latronibus , & nuditatis omnimodæ ſui pudiciſſimi Corporis .

11 Ad Ieſum autem cum veniſſent vt viderunt eum iam mortuum Ioannis 19. 33. hac expreſſa , & aperta Euangeliſtæ ſententia , ſatis patet dogma Baſilidis , & ſuorum ſe quaſi cum Hæreticorum eſſe falſiſſimum, qui auſi ſunt dicere Ieſum Chriſtum , nec Crucifixum , nec mortuum fuiſſe , ſed loco eius Simonem Cireneum ; ſed vnus militum lancea Latus eius aperuit Ioannis 19. 34. miles hic transfodiens latus Chriſti videtur fuiſſe vnus ex cuſtodibus , qui Latronum crura iam fregerant , fracturi etiam Chriſti , ſi is adhuc vixiſſet, ſed cum mortuum eum cernerent latus perfoderunt , vt plenè omnes viderent eum eſſe mortuum ; Ideoque ſe eius crura non fregiſſe; Et continuò exiuit Sanguis , & aqua non priùs Sanguis , deinde aqua , ſed ſimul Sanguis, & aqua imper mixta tamen , vt vnum ab altero diſcerni poſſit ; Naturaliter fieri non poterat, tum quia Sanguis in mortuo ex frigore condenſatur , & congelaſcit ; Vnde effluere nequiuit , vt docent Medici , & experientia quotidiana , tum quia aqua ex eodem fluere non poteſt ; Aqua enim hæc fuit pura , & vera ſic definitur extra de Celebrat. Miſſarum , cap. 8. non flegma , nec ſerum Sanguinis ; Quare miraculoſum fuiſſe hunc Sanguinis, & aquæ fluxum docent D. Ambroſius , in capit. 23. Lucæ Euthimius , & Theophilatus, Griſoſthomus, Homil. 84. in Ioannem , Leo Papa , Epiſt. 4. capit. 6. Cyprianus de duplici Martyrio , & ferè omnes Interpret. D. Thom. 3. p. q. 66. art. 4. ad 3.

12 Quamuis de effuſione Sanguinis Chriſti ex latere eius , an fuerit miraculoſa aliqui dubitent , & probent oppoſitum nimirum fuiſſe naturalem ; De effuſione tamen aquæ non eſt dubium ipſam non fuiſſe miraculoſam ; Nec igitur aqua fuit producta à Deo , ſiue per generationem citra Corporis Chriſti defactum , & corruptionem , ſiue per Creationem , quod credibilius eſt , & hæc creatio veriſſimiliter contigit in Inſtanti ante illud tempus , quo egreſſa eſt , & poſt creationem huiuſmodi aqua reſedit in illo momentaneo tempòre ante effuſionem , vel in ipſa ſuperficie carnis , vel in alia ſubſtantia circa cor . Probabilius enim eſt , quod vnum , & eundem locum ſortita ſint Sanguis , & aqua ex quo licèt colligere Sanguinem , & aquam aperto latere , ſimul fluxiſſe ſic , vt nulla horum duorum liquorum mixtura contigerit , dum fluerent , ſed diſtinctè , & ſeparatim fluxerunt , vt nec concors fluxio commixtionem , nec æqualis amborum lapſus , pateretur aquæ , & Sanguinis vnionem , ita D. Cyprian. Serm. de Paſſione Chriſti ; Copia huius Sanguinis, & aquæ per certum, quoddam vtriuſque profluuium , quod facilè ſub omnium aſpectum cadere poſſet , ex Dominico latere emanauit ; Hoc enim oſtendunt nomina ; fontes, riui ; Vndè , & alia huiuſmodi, quibus Sanctorum Patres , & Sacrarum Scripturarum Interpretes , prædictam effuſionem ſignificare conſueuerat ; Tanta ergo fuit vtriuſque humoris copia quanta ſufficiebat abluendis , ac irrigandis imis Corporis Chriſti , & ſigni Crucis partibus ; Ita probabiliter cum remiſſione , tamen debita , &c.

13 Plura contigerunt in morte Chriſti, quæ veritatem eiuſdem mortis , clarè oſtendunt , quæ cum nota ſint ex Euangelio , & apud Sacrarum Scripturarum Interpretes , ideò hic prætermittuntur , & acceſſus fit ad Sepulturam eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti , quoad eius Corpus; De quo D. Matthæus,

cap. 27.

cap. 27. Verſu 60. dicit quod Ioſeph ab Arimathea poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in Petra, & aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abijt. De quo ſepulchro impletum eſt illud Iſaiæ, cap. 11. verſu 10. erit ſepulchrum eius glorioſum, quia per tot ſæcula, huc vſque præſens frequens, & Religioſa eſt fidelium toto orbe peregrinatio in Ieruſalem ad viſendum, & venerandum Sanctum Sepulchrum Domini; *Quam ergo ignominioſa fuit Paſſio, & mors Chriſti, tam glorioſa fuit ſepultura eius*. Vnde à Sancta Elena Matre Conſtantini Magni, hoc in loco condita eſt Baſilica, quæ reliquas totius orbis amplitudine, atque pulchritudine longè excellit; Quo circa in hac Baſilica ſepeliri voluit Guodefridus Dux Bullonij *è Chriſtianis primus Ieroſolimæ Rex* cæterique Reges omnes poſt eum. Hic quoque viri inſignes nobilitantur, & Equites aurati Creantur. Aliaque illuſtria à peregrinis narrantur maximè à fratribus Sancti Franciſci, qui loca Sancta à multis annis inhabitant, & gubernarunt.

14 Corpus Chriſti igitur inuolutum Sindone fuit more Iudæorum ſepultum à Ioſeph ab Arimathea adiutus à Nicodemo, & famulis ideò vbi verſio Latina legit, & aduoluit Syriaca vertit in plurali aduoluerunt ſaxum magnum ad Oſtium monumenti, ne quis Corpus Chriſti auferret *vel ſurriperet; magis autem conſilio Dei, id factum eſt ne Chriſto reſurgente, & vi Diuina ſaxum* penetrante, ac exeunte Iudæi dicerent Chriſtum non reſurrexiſſe, ſed Apoſtolos corpus eius è Sepulchro clam furatos palam fingere eum reſurrexiſſe; Hac enim de cauſa voluit Deus Chriſti Corpus à viris fide dignis, ſcilicet Ioſepho, & Nicodemo ſepeliri, ac triduo in Sepulchro manere, ibique lapidem agno claudi, ac à Iudæis obſignari, & cuſtodiri vt manifeſta eſſet omnibus eius mors, & conſequenter è morte reſurrectio tertiò die factos, atque huius reſurrectionis, & gloriæ ſpecimen, & præludium dedit Chriſti Corpus in ipſo Sepulchro, dum in eo per triduum non computruit, ſed integrum illæſumque permanſit, vtpotè Virgineum, & ſanctum ac formatum à Spiritu Sancto, taleque in æternum perdurat; non eſt reticenda hic fortitudo Animi prædicti Ioſephi; qui ſpreto timore Iudæorum acceſſit audacter, inquit D. Marcus 15. ad Pilatum, & petijt Corpus Ieſu; licèt enim ipſe occultus eſſet diſcipulus Ieſu ob metum Iudæorum, tamen animante eum Deo, ac hortante B. Virgine opus, tàm arduum ſine formidine aggreſſus eſt. Ex hoc facto ait Victor Antiochenus in 15. cap. Marci ſummam Ioſephi conſtantiam, & fortitudinem ſpectare licèt parum enim aberat, quin vitam ipſam Chriſti cauſa impenderet, quippè qui Iudæorum omnium Inimicitiam propter illum in ſe ſuſciperet; & D. Griſoſth. fortitudo inquit Ioſeph maximè admiranda eſt cum propter amorem Chriſti periculum mortis ſuſceperit; & vniuerſorum ſe odio tradiderit.

15 Nulli dubium eſt conuenientiſſimum fuiſſe Corpus Chriſti ſepeliri, tum ad comprobandam veritatem mortis, non enim vi Sepulchro aliquis ponitur, niſi quando iam de veritate mortis conſtat; Vnde & Marci 15. legitur quod Pilatus antequam concederet Chriſtum ſepeliri diligenti inquiſitione cognouit eum mortuum eſſe, tum quia per hoc quod Chriſtus de Sepulchro reſurrexit datur ſpes reſurgendi per ipſum, his qui ſunt in Sepulchro ſecundum illud Ioan. 5. omnes qui in monimentis ſunt audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent; tum ad exemplum eorum, qui per mortem Chriſti ſpiritualiter moriuntur peccatis, qui ſcilicet abſconduntur à conturbatione hominum, vnde dicitur Coloſſ. 3. mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo; Vnde & Baptizati, qui per mortem Chriſti moriuntur peccatis, quaſi conſepeliuntur Chriſto per immerſionem ſecundum illud Rom. 6. conſepulti ſumus cum Chriſto per Baptiſmum in mortem;

Dices inconueniens eſſe videtur, quod Deus qui eſt Cælis excelſior in terra ſepeliatur, ſed illud quod conuenit corpori Chriſti mortuo attribuitur Deo, ratione vnionis, ergo inconueniens videtur Chriſti corpus fuiſſe ſepultum. Reſpondetur quod ſicut dicitur in quodam Sermone Concilij Epheſini, nihil horum, quæ ſaluant homines iniuriam Deo facit, quæ oſtendunt eum non paſſibilem, ſed clementem; Et in alio Sermone eiuſdem Concilij legitur nihil putat iniuriam Deus, quod eſt occaſio ſalutis hominibus, tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tanquam, quæ aliquando ſubiecta poſſit eſſe iniurijs.

16 Dictum eſt ſuperius Corpus Chriſti inuolutum ſindone munda fuiſſe ſepultũ more Iudæorum; Vnde D. Auguſtinus in 1. de Ciuit. Dei, c. 13. laudabiliter inquit commemorantur in Euangelio, qui Corpus eius de Cruce acceptum diligenter, atque honorificè tegẽdum, ſepeliendumque curarunt. Ideò non ſolum conueniẽs, ſed honorifica fuit ſepultura Chriſti, & vtilis nobis, quia confirmauit fidem mortis Chriſti, & excitauit nos, non ſolum ad commendandam, ſed ad imitandam pietatem eorum, qui eum ſepelierunt, & inſeruit nobis ad miſterium, per quod informamur, qui Chriſto conſepulti ſumus in mortem; ſi quis obijciat. Sepultura Chriſti correſpondet morti eius, ſed Chriſtus fuit paſſus mortem abiectiſſimam, ſecundum illud Sapientiæ 2. morte turpiſſima condemnemus eum, ergo inconueniens videtur fuiſſe, quod Chriſto exhibita fuit ſepultura honorabilis. Reſpondetur, quod circa mortem Chriſti commendantur patientia, & conſtantia ipſius, qui mortem eſt paſſus, & tanto magis, quanto mors fuit abiectior; ſed in ſepultura honorifica conſideratur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium, etiam mortuus honorificè ſepelitur. Iudæi enim tanto odio in Chriſtum, exarſerunt in Inferenda morte, quod voluiſſent ipſum carere ſepultura, quod apud Iudæos ignominioſum reputabatur. Quæ ignominia non tantum terminata eſt in Paſſione, & morte, ſed Deo volunt conuerſa eſt in maximum honorem, & gloriam Chriſti, vt patebit infrà.

17 Hæc conueniẽs fuit ne generi humanis ad ſalutem vtile Corpus Chriſti fuiſſet corruptum, aut diſſolutum in Sepulchro, quia putrefactio cuiuſcumque Corporis prouenit ex infirmitate eiuſdem Corporis, quæ non poteſt ampliùs Corpus continere in vnum, mors autem Chriſti non debuit eſſe, ex naturæ infirmitati, ne crederetur non eſſe voluntaria; & ideò non ex morbo, ſed ex Paſſione illata voluit mori, cui ſe obtulit ſponte; Et ideò Chriſtus, ne mors eius naturæ infirmitati adſcriberetur noluit Corpus ſuum, qualitercumque putrefieri, aut qualitercumque reſſolui, ſed ad oſtenſionem virtutis Diuinæ, voluit Corpus illud incorruptum permanere; Vnde D. Griſoſth. aduerſus Gentiles, dicit quod viuentibus alijs hominibus, ſcilicet qui ſtrenuè egerunt arridenc propria facta, & geſta, his autem pereuntibus pereunt; ſed in Chriſto eſt totum contrarium, nam ante Crucem omnia ſunt mæſta, & infirma, vt autem Crucifixus eſt omnia clariora ſunt facta, vt noſcas non purum hominem Crucifixum, ergo nec eius Corpus reſſoluendum, ſicut reſſoluuntur corpora aliorum hominum; licèt enim Corpus Chriſti, quantum ad conditionem naturæ paſſibilis fuerit putrefactibile, ſicut corpora cæterorum hominum, non tamen quantum ad meritum putrefactionis, quod eſt peccatum, ſed virtus Diuina Corpus Chriſti à putrefactione præſeruauit, ſicut & reſuſcitauit à morte.

18 Quæres; ſi Corpus Chriſti dici manſiſſet in Sepulchro, & reſurrectio eius, non fuiſſet accelerata, an tandem fuiſſet putrefactum? pro huius dubij reſſolutione tria ſupponenda ſunt, vt certa, & de fide; Primùm quod Chriſtus ſecundùm Corpus verè fuit ſepultus, vt conſtat ex Euangelijs ex Symbolis, & conſenſu totius Eccleſiæ Catholicæ; Secundùm quod Chriſti Corpus, non manſit in Sepulchro tribus inte-

integris diebus, & tribus integris noctibus, ſed duabus noctibus integris, hoc eſt Feriæ 6. & Sabbathi; Itaque vt D. Auguſtinus, lib. 4. de Trinit. cap. 6. & lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 24. & D. Thomas, 3. p. q. 51. art. 3. & alij exponunt per Synecdochen, debet intelligi, quod Matth. 12. dixit Dominus, ſicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita filius hominis erit in corde terræ (nempè tempore ſepulturæ) tribus diebus, & tribus noctibus; Extremæ namque parti primæ, diei naturalis conſtantis, ſcilicet ex die, & nocte tribuit ibi per Synecdochen nomen totius, ſcilicet diei naturalis habentis ſuas horas diurnas, & nocturnas præcedentes; Primæ autem parti diei tertiæ habentis etiam nocturnas, & diurnas horas tribuitur, ſimiliter nomen totius puta illi primæ parti naturalis diei Dominicæ, quæ incipit poſt mediam noctem Sabbathi, & ſic tribus diebus, & tribus noctibus, fuit Chriſti Corpus in Sepulchro. Tertium ſuppoſitum tanquam certum eſt Corpus Chriſti in Sepulchro non fuiſſe corruptum per putrefactionem; Duplex enim eſt corruptio ex D. Damaſc. de fide, lib. 3. cap. 18. vna per ſeparationem formæ viuentis, ſic Corpus Chriſti fuit corruptum, quando ab eo ſeparata eſt ſua forma, qua viuebat ideſt Anima rationalis, altera eſt corruptio per reſſolutionem perfectam in puluerem, ſiue in elementa, & ſic Corpus Chriſti non fuit corruptum.

19 Corpus Chriſti non fuiſſet in Sepulchro putrefactum, & ſi reſurrectio non fuiſſet accelerata eſt communis ſententia Theologorum, quia Deus impediuiſſet actionem cauſarum ſecundarum naturalium, quæ actio eſt quadruplex; Prima eſt motus alterationis, quo calor exterior, & calor interior extraneatus, ideſt factus improportionatus à calore exteriori agit, & alterat ſuum proprium humidum, non vt exiſtens naturalis, ſed vt calor; Secunda actio eſt motus localis, quo mouetur hoc humidum tractum à calore ad ſuperficiem exteriorem; Tertia actio eſt infrigidatio, & exſicatio cauſata in interioribus rei putrefactibilis à frigiditate extrinſeca naturali, quia cum calor naturalis diſcedit frigiditas naturalis occupat intrinſeca, cuius proprium eſt infrigidare, & exſicare, ſed hoc non efficit frigiditas, vt naturalis, ſed vt frigiditas; Quarta actio eſt exſicatio in partibus exterioribus rei putrefactibilis per conſumptionē, & exhalationem humidi diſperſi in ſuperficiem; Qua exſicatione facta cōſumpto omni humido res putreſcit, ſiue puluerizatur, ſiue reſſoluitur in elementa, niſi aliud obſiſtat, ſicut in Corpore Chriſti obſtitit virtus Diuina, iuxta illud Pſal. 15. dum interpretationem, D. Petri Actum 2.

20 Quamuis Corpus Chriſti fuiſſet præſeruatum à putrefactione, hoc tamen fuiſſet nouo miraculo, non antiquo, quia alia volitione ſecundum rationem voluit verbum Corpus ſibi vnire, & alia volitione volebat, illud Corpus præſeruari à reſſolutione impediendo actiones cauſarum ſecundarum, ita Scotus in 3. diſt. 21. q. vnica, pro intelligentia iſtius dicti, & rationis Scoti; Notandum eſt primò, quod dicitur alia volitio ſecundum rationem; quia cum in Deo non ſit realiter, niſi vnica volitio, quæ poteſt tendere in diuerſa obiecta, vt docet Scotus in 1. diſt. 39. Ideò reſpectu diuerſorum obiectorum, eodem volitio appellatur plures denominatione extrinſeca penes diuerſa obiecta; Secundò notandum eſt, quod non eſt ſimpliciter intelligendum, quod alia, & alia volitione ſecundum rationem fiat aliud, & aliud miraculum, patet quia alia, & alia volitione ſecūdum rationem voluit Deus Corpus vniri Verbo, & alia voluit ipſum pati eſuriem, & ſitim, & alia voluit ipſum flagellari, alia Crucifigi cum ſint hæc diuerſa obiecta, & tamen non alio miraculo, ſed præcisè eodem antiquo; non ſic dicendum de præſeruatione illius Corporis à corruptione, quia Dauid in Pſalmo 15. dicit non dabis Sanctum tuum videre corruptionem, & innuit quod hoc non erat faciendum, non illo miraculo antiquo, quo illud Corpus fuit Verbo vnitum,

vel alio ſimili, ſed noua virtute Diuina ad hoc ſpecialiter applicata; Vide D. Thom. 3. p. q. 51. art. 3. ad 2.

21 Inſuper licèt eodem miraculo fieri potuit, quod Corpus Chriſti fuiſſet vnitum Verbo, & effectum glorioſum, & per conſequens incorruptibile, & impaſſibile, tamen quando de facto videmus, quod Corpus Chriſti viuum non obſtante, quod fuerit vnitum verbo, & Animæ glorioſæ fuit tamen paſſibile corruptibile, & non glorioſum, & multò fortius mortuum exiſtens cum non eſſet vnitum Animæ glorioſæ non fuiſſet glorioſum, ſine nouo miraculo, ſicut ergo fuiſſet nouum miraculum præſeruando Corpus Chriſti viuum à Paſſione, & læſione, ita fuit nouum miraculum præſeruando ipſum à corruptione ſi reſurrectio non fuiſſet accelerata, ſic Doctor ſubtilis in 3. d. 21. cum D. Thoma 3. p. q. 51. art. 3. ad 2. & reuera decuit hoc nouum miraculum fieri, quia ſicut decuit Chriſtum Corporis morbis, & infirmitatibus non ſubiacere, aut ex ægritudine mori, ne videretur hæc neceſſitate potiùs naturæ, quam voluntate pati, ita quoque non decuit poſt mortem pati corruptionem, ne mors eius naturæ infirmitati aſcriberetur; Et confirmatur, quia Chriſtus mortem aſſumpſit propter noſtram vtilitatem; Corporis autem mortui corruptio non erat nobis neceſſaria, nec vtilis, quia per illam nec mereri iam poterat, nec ſatisfacere, quin potius potuiſſet eſſe nobis impedimento, ſi propter huiuſmodi corruptionem Corporis quiſpiam, aut de veritate voluntariæ mortis, reſurrectioniſve, aut de virtute Diuinitatis illi Corpori coniunctæ dubitaret, atque in hunc modum interpretatur D. Thomas, illud Pſalmi 29. quæ vtilitas in Sanguine meo, dum deſcendo incorruptionem, id eſt in Corpus meum putrefiat impedietur fructus, & vtilitas Sanguinis effuſi.

22 Durandus in 3. diſt. 21. q. 2. aliter reſpondet quæſito, & probat Corpus Chriſti, non futurum corruptioni obnoxium, & ſi eius reſurrectio non fuiſſet accelerata; quia Corpus Chriſti (inquit) ex eo non debuit incinerari, nec pati aliquam corruptionem putrefactionis, quia tales defectus, aut fuiſſent à Chriſto contracti, aut voluntariè aſſumpti; non contracti, quia ſicut non contraxit peccatum Originale; ſic etiam non contraxit defectus, conſequentes peccatum Originale, de quorum numero ſunt prædicti defectus; Item nec eos voluntariè aſſumpſit, nec aſſumere debuit, tum propter dignitatem Diuinitatis cui vniebatur, tum quia Chriſtus non aſſumpſit defectus humanæ naturæ, niſi quantum expediebat ad finem redemptionis humanæ, & ideò cum opus noſtræ Redemptionis fuerit in morte Chriſti completum, iuxtà illud quod dixit in Cruce. Conſummatum eſt; Propter hoc putrefactio, vel incineratio, quæ ſunt defectus mortem conſequentes non debuerunt eſſe in Corpore Chriſti; Hæc tamen probatio Durandi, omninò non probat; nam quamquam Chriſtus non contraxit peccatum Originale, ad quod mors conſequebatur; Contraxit quidem mortem; Vnde Chriſtus ſi non violenter occiſus fuiſſet naturaliter moreretur, & in ſenium deueniret, vt ſupradictum eſt; quia etiam B. Virgo non contraxit peccatum Originale, nec habuit fomitem, & tamen ſi eius Corpus non fuiſſet à corruptione diuinitus præſeruatum, abſque dubio reſſolutum fuiſſet in puluerem.

23 Chriſtus in triduo mortis, nō fuit homo triduo ſumpto pro illo tēpore, in quo à Corpore Chriſti Anima ſeparata fuit, ita Scotus, cum omnibus Theologis, & probatur Chriſtus in triduo non viuebat, ergo non fuit verè homo patet conſequentia, quia homo eſt Animal viuens; Probatur ſecundò à quocumque remouetur definitio remouetur, & diffinitum, ſed Chriſto in triduo non competebat definitio hominis, ergo non erat homo; Probatur minor, qui definitio hominis eſt, quod ſit ſubſtātia animata ſentiēs rationalis, ſed Chriſtus in triduo, non fuit ſubſtantia animata ſentiens rationalis, ergo non fuit homo; Probatur minor huius ſecundi argu-

menti,

menti, quia aut erat ſubſtantia ſentiens ratione corporis, aut ratione Animæ, aut perſonæ, non ratione corporis, nam Corpus Chriſti, tunc non fuit, quia non animatum, nec ratione Animæ, quæ tunc non erat, & minus ratione perſonæ vt patet, ex quo ſequitur quomodo intelligendum ſit illud Axioma, D. Damaſceni dicentis, quod Verbum ſemel aſſumpſit numquam dimiſit; Dico (inquit Scotus) quod Verbum, numquam dimiſit partes eſſentiales humanitatis, quas ſemel aſſumpſit, ſcilicet Animam, & corpus, ſed ſemper vtraque fuit vnita Verbo, non tamen inter ſe; & ſecundum hoc poteſt dici Verbum depoſuiſſe, quod ſemel aſſumpſit; nec ſic Intelligi dictum axioma, quia aſſumpſit totam naturam ex ſuis partibus principalibus integratam, quæ ſeparatæ in triduo, poſt triduo in Reſurrectione, iterùm fuerunt vnitæ, & eandem naturam integrarunt, quam Verbum aſſumpſit iterum, & ampliùs non dimiſſurum; ſed loquendo de partibus minus principalibus illas dimiſit, vt partes carnis, quæ fluebant per ſudorem, &c. & alias, quæ non pertinebant ad veritatem naturæ.

24 Chriſtus mox, vt expirauit quoad Corpus manſit in Sepulchro, vt hucuſque dictum eſt, quoad Animam deſcendit in Limbum Patrum, illiſque ſe ſuamque Deitatem oſtendit, itaque eos beauit; Animas quoque in Purgatorio detentus liberauit, eiſque primum, & vniuerſale Iubilæum dedit; Vnde eis pariter ſuam Deitatem oſtendit; Dæmones verò, & homines impios in Inferno rurſum ad gehennam perpetuam damnauit tanquam eorum Dominus Iudex victor, & triumphator; Manſit Anima Chriſti in Limbo, vſque ad tertiam diem, quo è Limbo cum Patribus aliiſque Sanctis egrediens corpus ſuum, quod triduo iacuerat in Sepulchro, reſumens glorioſè Reſurrexit, ac Patres deinde corpora ſua reſumere, ſecumque reſurgere fecit, de quibus ſingulis aliqua dicenda ſunt; In primis, quod conuenienter Chriſtus deſcenderit in Infernum, vt ſicut poteſtatem ſuam oſtendit in terra viuendo, & moriendo, ita etiam poteſtatem ſuam oſtenderet in Inferno ipſum viſitando, & illuminando; Vnde dicitur in Pſalmo 23. Attollite portas principes veſtras, Gloſſa, ideſt Principes Inferni auferte poteſtatem veſtram, qua vſque nunc homines detinebatis, & ſic in nomine Ieſu omne genuflectatur, non ſolùm Cæleſtium, & terreſtrium, ſed etiam Infernorum, vt dicitur ad Philipenſ. 2.

25 Deſcendit ad Inferos, & quidem etiam ad Infernum damnatorum, non quidem localiter, ſed quo ad efficientiam, pro cuius intelligentia notandum eſt, quod dupliciter dicitur aliquid eſſe alicubi, vno modo per ſuum effectum, & eo modo Chriſtus in quemlibet Infernorum locum deſcendit aliter tamen, & aliter non in Infernum damnatorum habuit hunc effectum, quod deſcendens ad Infernum damnatorum eos de ſua incredulitate, & malitia confutauit, & reliquit eos cruciandos ſecundum menſuram delictorum, & criminum cuiuslibet; Illis verò qui detinebantur in Purgatorio, ſpem gloriæ dedit conſequendæ; Sanctis autem Patribus, qui pro ſolo peccato Originali detinebantur in Inferno lumen æternæ gloriæ infudit; Alio modo dicitur aliquid eſſe alicubi per ſuam eſſentiam, & hoc modo Anima Chriſti deſcendit ſolum ad locum Inferni, in quo iuſti detinebantur, vt quos ipſe per gratiam interius viſitabat ſecundùm Diuinitatem, eos etiam ſecundum Animam viſitaret, & loco; ſic autem in vna parte exiſtens effectum ſuum aliqualiter ad omnes Inferni partes deriuauit, & in vno loco terræ paſſus totum Mundum ſua Paſſione liberauit; ſicque interpretantur loca Scripturarum, & antiquorum Patrum, quæ videntur ſonare, quod Chriſtus deſcenderit ad Infernum damnatorum.

26 Chri-

26 Chriſti Animam tantumdem credendũ eſt fuiſſe in Inferno, quantum Corpus eius manſit in Sepulchro, nempè per diem integrum, & duas noctes ad comprobandam veritatem mortis ſuæ, & quidem rationabiliter, quia ſicut Chriſtus, vt noſtras pœnas in ſe ſuſciperet voluit Corpus ſuum in Sepulchro poni, ita etiam voluit Animam ſuam in Infernum deſcendere, & ibi æqualiter ambo detineri, vt ſimul Anima eius educeretur de Inferno, & Corpus de Sepulchro, vt gloria reſurrectionis pariter perfunderentur; & hac Doctrina reſponderi poteſt huiuſmodi obiectioni Chriſtus ad hoc in Infernum deſcendit, vt ex eo homines liberaret, ſed hoc ſtatim ab eo factum in ipſo ſuo deſcenſu; facile enim eſt in conſpectu Dei ſubitò honeſtare pauperem, vt dicitur Eccleſ. 11. ergo videtur, quod nullam moram traxerit in Inferno. Reſpondetur enim quod Chriſtus, ſtatim ad Infernum deſcendens Sanctos, ibi exiſtentes liberauit non quidem educendo eos de loco Inferni, ſed in ipſo Inferno eos luce gloriæ illuſtrando; & potuiſſet eos pariter ſtatim liberare etiam de loco illo, quod non fecit, quia conueniens fuit, vt tandiu Anima eius remaneret in Inferno illo quandius Corpus manebat in Sepulchro propter rationem ſupradictum, potuiſſet quidem Chriſtus hæc, & alia ſua omnipotentia illico efficere, ſed cum opera ſua eſſent ad noſtram ſalutem, & inſtructionem voluit in illis ſe conformare infirmitati noſtræ, vt inquit D. Leo Papa.

27 Sed hic obſeruandum eſt ſanctos Patres, dum adhuc viuerent liberati fuerunt per fidem Chriſti ab omni peccato, tam originali, quam actuali, & à reatu pœnæ actualium peccatorum, non tamen à reatu pœnæ originalis peccati, per quem excludebantur à gloria nundum ſoluto redemptionis humanæ prætio, ſicut etiam nunc fideles Chriſti liberantur Baptiſmo à reatum actualium peccatorum, & à reatu originalis, quantum ad excluſionem à gloria remanent, tamen obligati reatu originalis peccati, quantum ad neceſſitatem corporaliter moriendi, quia renouantur ſecundum ſpiritum, ſed nõ ſecundum carnem, ſecundum illud Romanorum 8. Corpus quidem mortuũ eſt propter peccatum, ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem; Ideò deſcenſus Chriſti ad Inferos in illis ſolis effectum liberationis produxit, qui per fidem, & Charitatem Paſſioni Chriſti coniungebantur, in cuius virtute deſcenſus Chriſti ad Inferos liberatorius erat; De pueris aliter dicendum eſt, qui cum originali deceſſerant, nullo modo fuerant coniuncti Paſſioni Chriſti per fidem, & dilectionem, neque enim fidem propriam habere pôtuerant, quia non habuerant vſum liberi arbitrij, neque per fidem parentum, aut per aliquod fidei Sacramentum fuerunt ab originali peccato mundati, & ideò deſcenſus Chriſti huiuſmodi pueros, non liberauit ab Inferno.

28 Animæ quæ in Inferno detinebantur in Purgatorio erant obſtricti, non aliqua culpa originali, aut actuali, ſed reatu culpæ originalis, & actualis per illum reatũ peccati originalis, quia nundum erat reſerata porta Paradiſi, per reatum verò peccati actualis erant obligati ad ſoluendum debitum vſque ad vltimum Quadrantem; Qui ergo non ſoluerant debitum huiuſmodi, non fuerunt liberati à Purgatorio in deſcenſu Chriſti; ſed illi ſoli, qui iam ſufficienter purgati erant, vel etiam, qui cum adhuc viuerent meruerũt per fidem, & deuotionem ad mortem, vt eo deſcendente liberarentur à temporali Purgatorij pœna; Dices ipſa Chriſti præſentia, non minorem effectum habuit, quam Sacramenta ipſius, ſed per Sacramenta Chriſti liberantur Animæ à Purgatorio, ergo multo magis per præſentiam Chriſti ad Inferos deſcendentis ſunt Animæ à Purgatorio liberatæ; Reſpondetur, quod virtus Chriſti operatur in Sacramentis ex opere operato Paſſionis, & ſatisfactionis Chriſti; eius tamen deſcenſus ex ſe non erat ſatisfactorius; niſi quatenus applicabat virtutem ſuæ Paſſionis, his qui dum viuerent hoc meruerant per ſpecialem deuotionem, quam exhibuerant, dum

erant

erant in via; ſed non omnes qui tunc erant in Purgatorio fuerunt tales dum viuerent, ergo non omnes Animas Purgatorij liberauit.

29 Multò minus liberauit Animas damnatorum, iuxtà oraculum Oſeæ Prophetæ 13. ero mors tua, ò mors morſus tuus ero Infernæ; vbi Gloſſa inter lin. electos educendo reprobos ibidem relinquendo; ſed ſoli reprobi ſunt Inferno damnati, ergo per deſcenſum Chriſti ad Inferos, non ſunt aliqui de Inferno damnatorum liberati, & ratio eſt, quia Chriſtus deſcendens ad Inferos operatus eſt in virtutæ ſuæ Paſſionis, & ideo eius deſcenſus ad Inferos illis ſolis contulit liberationis fructū, qui fuerunt Paſſioni Chriſti coniuncti per fidem Charitate formatam per quam peccata tolluntur; Illi autem qui erant in Inferno damnatorum, aut pænitus fidem Paſſionis Chriſti non habuerant, ſicut erant infideles, aut ſi fidem habuerant nullam conformitatem habebant ad Charitatem Chriſti patientis; Vnde nec à peccatis ſuis erant Mundati, & propter hoc deſcenſus Chriſti ad Inferos, non contulit eis liberationem à reatu pænæ infernalis; nec valet arguere; Potentia Chriſti non fuit minor in Inferno, quam in hoc Mundo, vtrobique enim operantes eſt per potentiam Diuinam, ſed in hoc Mundo, de quolibet ſtatu aliquos liberauit, ergo etiam in Inferno liberauit, aliquos etiam de Inferno damnatorum, nam non fuit propter Chriſti impotentiam, quod non ſunt aliqui liberati de quolibet ſtatu Infernali, ſicut de quolibet ſtatu Mundanorum, ſed propter diuerſam vtrorumque conditionem, nam homines quamdiu viuunt poſſunt ad fidem, & Charitatem conuerti, quia in hac vita non ſunt confirmati in bono, vel malo, ſicut poſt exitum ab hac vita.

30 Poſt deſcenſum Chriſti ad Inferos, & liberationem Sanctorum Patrum à pæna damni Infernalis; ſequitur neceſſariò eiuſdem Domini Noſtri, Reſurrectio neceſſariò, in quam propter multa; Primùm quidem ad commendationem Diuinæ Iuſtitiæ, ad quam pertinet exaltare illos, qui ſe per Deum humiliant ſecundum illud Lucæ 1. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles; quia igitur Chriſtus propter Charitatem, & obedientiam Dei ſe humiliauit vſque ad mortem Crucis oportebat, quod exaltaretur à Deo, vſque ad Glorioſam Reſurrectionem; Vnde ijſdem Chriſtus in Pſalmo 138. tu cognouiſti (ideſt approbaſti) ſeſſionem meam, (ideſt humilitatem meam, & reſurrectionem meam,) ideſt glorificationem in reſurrectione, ſicut Gloſa exponit. Secundum ad fidei noſtræ inſtructionem, quia per eius reſurrectionem, confirmata eſt fides noſtra, circa Diuinitatem Chriſti, quia vt dicitur 2. Cor. cap. vlt. & ſi Crucifixus eſt ex Infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei, & ideò 1. Cor. 15. dicitur ſi Chriſtus non reſurrexit inanis eſt prædicatio noſtra inanis eſt, & fides veſtra, & in Pſalm. 29. dicitur, quæ vtilitas in Sanguine meo, dum deſcendo incorruptionem; quaſi dicat; nullam; ſi enim ſtatim non reſurgo, corruptumque fuerit Corpus meū nemini ei nunciabo, nullum lucrabor, vt Gloſſa exponit; ideò D. Paulus addit, vbi ſuprà, ſi Chriſtus non reſurrexit, adhuc eſtis in peccatis veſtris.

31 Tertiò ad ſubleuationem noſtræ ſpei, quia dum videmus Chriſtum reſurgere, qui eſt caput noſtrum ſperamus, & nos reſurrecturos; Vnde dicitur 1. ad Cor. 15. ſi Chriſtus prædicatur, quod ſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? (Deinde) ſi in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, & Iob. 19. dicitur ſcio (ſcilicet per certitudinem fidei) quod Redemptor meus (ideſt Chriſtus) viuit (à mortuis reſurgens) & ideò in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quarta ad informationem vitæ fidelium ſecundum illud Rom. 6. Quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriā Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus; & infrà Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non

moritur,

moritur, ita & vos exiſtimate mortuos, quidem eſſe peccato viuentes autem Deo; Quintum ad complementum noſtræ ſalutis, quia ſicut per hoc quod mala ſuſtinuit (humiliatus eſt) moriendo, vt nos liberaret à malis, ita glorificatus eſt reſurgendo, vt nos promoueret ad bona ſecundum illud Rom. 4. traditus propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram; per hæc & alia huiuſmodi, rectè concluditur Lucæ vltimò oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis.

32 Extra controuerſiam eſt apud Orthodoxos Reſurrectionem mortuorum eſſe effectum ſolius omni potentiæ Diuinæ, & ipſa Reſurrectio Chriſti, non potuit eſſe niſi à ſe; quatenus erat Deus, & quatenus homo virtute Diuina, ideò verè dicebat apud Ioannem 10. nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam, & iterum ſummo eam, ſed nihil eſt aliud reſurgere, quam iterato Animam ſumere, ergo videtur quod Chriſtus propria virtute reſurrexerit, ſed hic conſiderandæ ſunt principales partes humanitatis Chriſti Corpus ipſius ſcilicet, & Animæ, vel quatenus Verbo Diuino ſunt vnitæ; vel vt ſunt duæ naturæ Creatæ, ſi primo modo conſiderentur, ſic Corpus reſumpſit Animam, quam depoſuerat, & Animam Corpus reſumpſit quod dimiſerat, & ſic Chriſtus propria virtute reſurrexit, & hoc eſt quod de Chriſto dicitur 2. ad Cor. vltimo, quod & ſi Crucifixus eſt ex Infirmitate noſtra, ſed viuit ex virtute Dei, ſi autem conſiderétur ſecundò modo Corpus, & Anima Chriſti mortui, ideſt ſecundum naturalem virtutem naturæ Creatæ, ſic non potuerunt ſibi inuicem vniri, ſed oportuit Chriſtum ſuſcitari à Deo; ſicque Chriſtus ſua Paſſione meruit ſuſcitari, vel ſuam Reſurrectionem, ſic enim etiam petijt a Patre ſuſcitari ſecundum illud Pſal. 40. tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me, & D. Auguſt. ſuper Ioan. tract. 104. dicit quod humilitas Paſſionis meritum eſt gloriæ Reſurrectionis.

33 Chriſti Corpus poſt Reſurrectionem fuit verum Corpus, immò idem Corpus fuit, quod priùs fuit ſicut dicit, D. Damaſc. lib. 4. illud reſurgere dicitur quod cecidit, ſed Corpus Chriſti per mortem cecidit, in quantum ſcilicet ab eo fuit Anima ſeparata, quæ erat formalis eius perfectio; Vnde opportuit ad hoc, quod eſſet vera Chriſti Reſurrectio, vt idem Corpus Chriſti iterato eidem Animæ vniretur, & quia veritas naturæ eſt ex forma conſequens eſt, quod Corpus Chriſti poſt Reſurrectionem, & verum Corpus fuerit, & idem quod fuerunt ante; ſi autem Corpus eius fuiſſet Phantaſticum non fuiſſet vera Reſurrectio, ſed fuiſſet apparens; Item idem Corpus Chriſti Reſurrexit integrum, & glorioſum; Vnde quicquid ad naturam Corporis humani pertinet totum fuit in Corpore Chriſti reſurgentis, & integraliter abſque omni diminutione alioquin non fuiſſet perfecta Reſurrectio, ſi non fuiſſet redintegratum quicquid per mortem ceciderat; Alias eſſet error Eutichij Epiſcopi Conſtantinopolitani, quem perfectè confutauit, & conuicit, & ad fidem Catholicam reduxit Gregorius Magnus, quod verò reſurrexerit glorioſum apparet ex eo, quod reſurrectio fuit exemplar, & cauſa noſtræ Reſurrectionis; Sancti autem in Reſurrectione habebunt corpora glorioſa, vt dicit D. Paulus 1. Cor. 15. Secundò, quia Anima Chriſti à principio ſuæ Conceptionis fuit glorioſam per claram viſionem, & fruitionem Diuinæ eſſentiæ perfectam, ſed ante mortem Chriſti eius gloria non redondauit in Corpus, ſed peracto Paſſionis, & mortis Chriſti miſterio ceſſauit illud miraculum, & ſtatim Anima in Corpus in Reſurrectione reaſſumptum ſuam gloriam deriuauit, & ita illud Corpus factum eſt glorioſum.

34 Integritatem Corporis Chriſti in eius Reſurrectione non impedierunt, nec eius gloriam deturparunt cicatrices illæ, quæ in Corpore Chriſti permanſerunt; ſed ad maiorem cumulum gloriæ, in quantum ſunt, quædam virtutis inſignia, & in illis locis Vulnerum, quidem ſpecia-

llis de-

ſis decor reſplendet, nec ad ſimplicem decorem relicta eſſe putandum eſt, ſed ob multa vtilia, & primò quidem propter gloriam ipſius Chriſti; Dicit enim Bedam ſuper Lucam, quod non ex impotentia curandi cicatrices ſeruauit, ſed vt in perpetuum Victoriæ ſuæ circumferat triumphum; Secundò ad confirmanda corda Diſcipulorum circa fidem ſuæ Reſurrectionis; Tertiò vt Patri nobis ſupplicans quale genus mortis, pro homine pertulerit ſemper oſtendat; Quartò vt ſua morte redemptis, quam miſeri cordiuer ſint adiuti propoſitis eiuſdem mortis indicijs inſinuet; Poſtremò vt in iudicio, quam iuſti reprobi damnentur ibidem denunciet; Vnde ſicut D. Auguſtinus dicat in lib. 2. de Symbolo, cap. 8. ſciebat Chriſtus, quare cicatrices in ſuo corpore ſeruaret; ſicut enim demonſtrauit Thomæ, non credenti niſi tangeret, & videret, ita etiam Inimicis vulnera demonſtraturus eſt ſua, vt conuincens eos veritus dicat; Ecce hominem quem crucifixiſtis, videtis; Vulnera quæ inſluxiſtis, agnoſcitis lacus quod pupugiſtis, quoniam per vos, & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis.

35 Dominus Ieſus Chriſtus, ſicuti reuera reſurrexit, ita ſufficientibus immò abūdantibus indicijs, & argumentis veritatem Reſurrectionis eius oſtendit; Primùm argumentum eſt Angelorum, qui mulieribus Reſurrectionem annunciarunt, vt patet per omnes Euangeliſtas, Secundùm eſt teſtimonium Scripturarum, quas ipſe propoſuit ad oſtenſionem ſuæ Reſurrectionis, vt dicitur Lucæ 24. Tertium argumentum circa proprium Corpus, & hoc tripliciter; Primò oſtendendo, quod eſſet Corpus verum, & ſolidum non phantaſticum, & rarùm ſicut eſt Aer, & hoc oſtendit per hoc quod eſſet palpabile, vt ipſe dicit palpate, & videte, &c. Secundò oſtendit quod eſſet Corpus humanum oſtendendo eis veram effigiem, quam oculis intuerentur; Tertiò oſtendit eis, quod eſſet idem numero Corpus, quod priùs habuerat oſtendendo eis vulnerum cicatrices, ſicut ipſe dicebat, videte manus meas, & pedes meos, quia ipſe ſum; Deinde ex parte Animæ, iterato corpori vnitæ oſtendit veritatem ſuæ Reſurrectionis; Primò per opus vitæ nutritiuæ in hoc, quod cum Diſcipulis ſuis manducauit, & bibit Lucæ 24. Secundò per opera virtutis ſenſitiuæ in hoc quod Diſcipulis ad interrogata reſpondebat, & præſentes ſalutabat, in quo oſtendebat ſe videre, & audire; Tertiò per opera vitæ Intellectiuæ, in hoc quod eis loquebatur, & de Scripturis diſſerebat tandem oſtendit etiam ſe habere Diuinam naturam per miraculum, quod fecit in piſcibus capiendis.

36 Cum Chriſtus Reſurrexerit primitiæ omnium dormientium, ipſa eius Reſurrectio cauſa eſt, noſtræ Reſurrectionis, quia quod eſt primum in quolibet genere eſt cauſa omnium, quæ ſunt poſt ipſum in eodem genere ex 2. Metaph. Primùm autem in genere Reſurrectionis humanæ fuit Reſurrectio Chriſti; Vnde oportet quod Reſurrectio Chriſti, ſit cauſa noſtræ Reſurrectionis, & hoc eſt quod Apoſtolus 1. Cor. 15. dicit Chriſtus Reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem Reſurrectio mortuorum, & hoc rationabiliter, nam principium humanæ viuificationis eſt Verbum Dei; Vnde ipſe dicit Ioan. 5. ſicut Pater viuificat mortuos, & reſuſcitat ſic, & filius quos vult viuificat, habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus inſtitutus, vt quælibet cauſa in id quod eſt propinquius ſibi operetur, & per illud operetur in alia magis remota, ſicut ignis primò calefacit aerem ſibi propinquum, per quem poſteà calefacit corpora diſtantia, & ipſe Deus primò illuminat partes ſibi magis propinquus per quas illuminat magis remotas, vt dicit D. Dionyſius, c. 13. cæleſti Hierarchiæ, & ideò Verbum Dei, primò tribuit vitam immortalē Corpori, ſibi perſonaliter vnito,

& per

& per ipſum operatur Reſurrectionem in nobis non modò corporum, ſed etiam Animarum quod patet, quia Chriſtus in virtute Diuinitatis, quæ ſe extendit non ſolùm ad Reſurrectionem Corporum, ſed etiam ad Reſurrectionem Animarum, à Deo enim eſt, quod Anima viuat per gratiam, & quod corpus viuat per Animam.

37 Primi qui fructum, & vtilitatem Reſurrectionis Chriſti ſenſerunt ſunt illi, de quibus dicitur Matth. 27. 53. & exeuntes de monumentis poſt Reſurrectionem eius venerunt in Sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis; Poſt Reſurrectionem eius; ex monumentis enim non prodierunt Sancti hi nec reſurrexerunt; niſi poſt Reſurrectionem Chriſti, ſicut etiam docet D. Paulus Coloſſ. 1. 18. vbi Chriſtum vocat Primogenitum mortuorum, & primitias reſurgentium; Chriſtus enim ſua morte tàm ſibi, quam nobis meruit Reſurrectionem; par erat ergo vt ipſe deuicta morte, primus quaſi mortis victor, & triumphator reſurgeret; ac poſt eum, ac per eum cæteri; Ita Origenes, D. Hyeronimus, & Beda; Horum Reſurrectio non fuit inanis, ſed fuit Reſurrectionis Chriſti verum teſtimonium, per hos enim tanquam per ſocios ſuos, & præcones fides tanti Miſterij firmata eſt; dicebant enim Chriſtus à mortuis Reſurrexit, & nos ab eadem reſurgere fecit; Credite ergo eum Reſurrexiſſe, ſicut nos videtis per eum à morte ſurrexiſſe eſſequæ rediuiuos, ecce in nobis, & per nos virtus Paſſionis eius clare manifeſtata eſt, vt liberauerit nos ex Inferno, & Limbo, ideò notanter dicitur ab Euangeliſta, & apparuerunt multis; Qui poſt Reſurrectionem ſecundum probabiliorem opinionem non ſunt ampliùs mortui, quia Animæ eorum erant iam beatæ, ac proindè par rat eas non vniri, niſi corporibus glorioſis, & immortalibus de qua re videndi ſunt Sanctorum Euangeliorum Interpretes.

38 Series Paſſionis, & Reſurrectionis Chriſti talis fuit; Primò Chriſtus in Paſſione fuit per 18. horas circiter; nam feria 5. ad Veſperam comedit agnum, lauit pedes, inſtituit Euchariſtiam, & prolixum habuit ſermonem de Charitate, Ioann. 13. & deinceps, & tandem iuit in Gethſemani, quæ omnia facilè exigunt tres horas; Quare ſub horam noctis tertiam cæpit contriſtari, & orare vt Calix tranſiret à ſe; Inde ſi computes horas omnes vſque ad horam tertiam pro meridianam Feriæ ſextæ, qua mortuus eſt Chriſtus inuenies horas 18. Secundò Chriſtus moriens hora tertia pomeridiana illicò, quoad Animam deſcendit in Infernum; Corpus verò è Cruce depoſitum fuit locum, & Syndone inuolutum, ita vt ante noctem (erat enim nox Sabbati; in qua quieſcendum erat Iudæis ab omni opere) ſepultum eſt; Quare Chriſtus fuit in Inferno, per 36. circiter horas in Sepulchro verò 35. tot enim ſunt ſi numeres tres horas reſiduas à tertia pomerediana, vſque ad noctem Feriæ 6. & horas 24. Sabbathi, & 9. noctis Dominicæ. Videtur enim Chriſtus reſurrexiſſe poſt mediam noctem ante auroram puta ſub horam noctis, 9. nox enim erat tunc æqualis diei puta horarum 12. quia erat circa æquinoctium.

39 Tertiò Chriſtus illicò; vt comparuit in Inferno puta in Limbo Adæ, Abrahæ cæteriſque Patribus, & Prophetis oſtendit, non tantum Animam ſuam, ſed & Deitatem ei coniunctam, quare eos viſione, & fruitione Diuinitatis ſuæ Beatificauit, tunc ergo Infernus erat quaſi Cælum; Vnde Chriſtus ait Latroni ituro ad Chriſtum in Limbo; Hodie mecum eris in Paradiſo. Quarto ſub horam nonam noctis Dominicæ Chriſtus egreſſus venit ad Sepulchrum, ibique eis oſtendit corpus ſuum totum deſiguratum, liuidum, cruentum, diſciſſum, &c. pro ipſis, ac mox purgans hoc corpus ab omni liuore, Sanguine Vnguento, &c. rurſuſque mittens Angelos (licèt nonnulli opinentur, hæc omnia facta eſſe non per Angelos, ſed per ipſam Animam Chriſti, quæ hanc vim habuit ex vnione hypoſtatica cum Verbo. Ita Suarez 3. p. t. 2. diſp. 45. ſect. 2.) qui

Sangui-

Sanguinem ſuum in flagellatione, & per iter ſparſum, item capillos vulros, &c. colligerent eum collectum rurſum indidit venis corporis, ac illud Anima Chriſti glorioſa introiens ſibique vniens Animauit, viuificauit, & glorificauit; Gloriam enim ſuam, quaſi ſol per radios in illud transfudit præſertim in quinque plagas; quæ clarius cæteris membris reſplenduerunt.

44 Quintò; Multis è Patribus, vt Abrahæ, Iſaac, Iacob, Moyſi, & Dauidi, & alijs ſuum corpus reſtituit, vt eos participes faceret ſuæ Reſurrectionis, & gloriæ eiuſque teſtes apud Iudæos ſextò; Chriſtus Reſurrexit penetrans lapidem tegentem Sepulchrum, mox deſcendit Angelus terremotum excitans lapidemque à Sepulchro remouens, vt cuſtodes excitaret, & mulieribus auditum ad Sepulchrum patefaceret, mox apparuit glorioſus Beati Virgini Matri ſuæ, eique oſtendit Patriarchas, qui eam Reſurrexerant, qui omnes eam honorificè Salutantes miro repleuerunt gaudio; Deinde apparuit Sanctæ Mariæ Magdalenæ, perſeueranti apud Sepulchrum; ſed hic non eſt ſilentio tranſeundum, quod Chriſtus Reſurrexerit penetrans lapidem, ſed ruminandum contra Caluinum cæteroſque Nouantes, & aſſerendum ſimili Dei potentia poſſe totum Chriſtum in Euchariſtia contineri ſub parua hoſtia; ſi enim Chriſtus penetrando lapidem Sepulchri potuit eſſe in eodem loco cum lapide ergo, & in eadem Hoſtia poſſunt eſſe plura membra Chriſti glorioſi; Caluiniſtæ vt hoc telum effugiant reſpondent, lapidem Sepulchri inſtar Ceræ molle factum defluxiſſe, itaque Chriſto reſurgenti locum aperuiſſe, & ceſſiſſe; Verum ridiculum hoc eſt eorum figmentum, ac communi Patrum Doctorum, & Eccleſiæ ſenſui contrarium, quod Chriſtus è clauſo Sepulchro Reſurrexerit ex diametro repugnans. Adde ſi Deus poteſt lapidem durum in mollem ceram vertere, cur non poteſt, & corpori ſpiritualem exiſtendi, & lapidem penetrandi modum tribuere,

De Aſcenſione Domini Noſtri Ieſu Chriſti in Cælum eius ſeſſione ad Dexteram Patris, & Aduentu Spiritus Sancti. Art. 11.

1 IEſus Chriſtus poſt eius Reſurrectionem, & claram oſtenſionem eiuſdem totus fuit infirmanda, & ſtabilienda fide Diſcipulorum, & conſequenter totius Eccleſiæ. Quadraginta diebus (qui eſt numerus perfectus, & Sacer, Creberque in Scriptura, ſacratus enim eſt ieiunio Moyſis Eliæ, & eius Chriſti; multiſque alijs) præbuit ſeipſum viuum, ideſt exhibuit repræſentauit ex morte rediuiuum; in multis manifeſtationibus, & argumentationibus, indicijs, ſigniſque certis, & indubitatis, quibus Chriſtus probauit ſuam Reſurrectionem; Talia fuerunt tot Chriſti apparitiones, manducationes, locutiones, ſtigmata, plagarum, quæ oſtendit tangique voluit à Thoma; miracula, vt quod clauſis ianuis eas penetrando ad Diſcipulos introiret, & ſubito cum vellet diſpareret, quæ omnia ſimul ſumpta ſufficienter faciebant credibilem, & credendam Reſurrectionem Chriſti, adeque Corpus eius, non tantum rediuiuum, ſed & beatum, ſubtile & glorioſum demonſtrabant accedentibus præſertim teſtimonijs Angelorum, & Sacræ Scripturæ, ita vt eis non poſſet ſubeſſe deceptio, aut fictio; Hic eſt ſermo de demonſtratione morali non Metaphiſica, aut Mathematica, quæ argumenta non niſi proteruus negare poſſet; Hi quadraginta dies non fuerunt continui, ſed per vices, & interpolate, prout occaſio benè conducebat ad plenam, & completam inſtructionem Diſcipulorum;

2 Hæc interpolatio conuerſationis Chriſti cum Diſcipulis ſuis non caruit alio Miſterio, ſed ea mediante voluit Chriſtus eoſdem Diſcipulos ſenſim ablactare, & abducere à præſentia ſua corporali, ne per cellerentur, ſi ſubitò cælum

aſcende-

aſcenderet; Rurſus voluit oſtendere Deus, quanto ipſe liberalior ſit in conſolationibus quam pœnis, & deſolationibus irrogandis, nam pro 40. horis abſentiæ Chriſti in morte dedit Diſcipulis 40. dies præſentiæ eiuſdem; horam ergo afflictionis die conſolationis compenſauit; Tempore autem prædictæ interpolationis probabiliter ſuſpicantur aliqui eum egiſſe cum Elia, & Henoch in Paradiſo terreſtri, quia hic locus, & ſocietas decebat Corpus Chriſti beatum, & glorioſum; tum quia id merebatur Elias, qui ei aſtiterat, & teſtimonium perhibuerat in transfiguratione; tum quia id quaſi iure ſuo poſcebat Eliæ, & Henoch translatio, remoraque, & dilatio beatitudinis, vt quia propter Chriſtum per tot annorum millia viui remanent in terris, nec ad Cælum ſicut cæteri Sancti omnes transferuntur, vt contemplentur Deum; eoque fruantur ſaltem viderent humanitatem Chriſti rediuiuam in terris agentem, eaque glorioſa fruerentur, atque ab ea acciperent legationem qua fungentur; & mandata quæ exequentur in fine mundi cum redibunt, vt Chriſti fidem contra Antichriſtum propugnent, & martyres occumbant, ita opinantur Sanctus Iuſtinus Martyr, in qq. ad Orthodoxos q.75. 76.85. Irenæus, lib.5. cap.5. Niceforus, lib.1. Hiſtoriarum, cap.31. D. Bonau. in Medit. cap.91. & 98. & fauet S. Thom. in 3. diſt. 22. q.3. art.3. in fine vbi opinatur, Animas Patrum, qui cum Chriſto reſurrexerunt fuiſſe in Paradiſo terreſtri, nam vbi hæ fuerunt ibi fuit, & Chriſtus.

3 Conueſcens (apertiſſimum teſtimonium Dominicæ Reſurrectionis.) Hic Sanctus Lucas ſignificat Chriſtum, paulò ante Aſcenſionem comediſſe, & prandiſſe cum Apoſtolis, ita D. Auguſtinus, tract. penult. in Ioannem; hoc præſtitit Apoſtolis Dominus noſter; Primò ne ipſum ſpectrum, & phantaſma putarent, ait D. Griſoſth. Secundò, vt abiturus inſignis dignationis amicitiæ humilitatis, & Charitatis (perindè, ac fecerat in vltima Cœna iturus ad mortem) exemplum eis daret, & aculeum ad imitandum, & redamandum infigeret; Quis enim non miretur Chriſtum, non iam mortalem, & paſſibilem, ſed immortalem, & glorioſum, qui cibo Angelorum, immò Dei ipſius veſcitur ad rudium, & pauperum Apoſtolorum menſam, eſcam, & ſalinum vile, & luteum ſe demittere eis aſſidere, cum eis conuiuari eadem eſca, & ſale verſi, quaſi ſocium cum ſocijs amicum, cum Amicis? Ex aduerſo Lutherus non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus, & fanaticus, vt ſui Cacangelij auctorem oſtenderet iactabat ſe cum Diabolo modium ſalis comediſſe, Diaboli ergo fuit conuiua ſocius, & Apoſtolus, ita Serarius, lib. de Lutheri Magiſtro; Tertiò, vt daret typum, & quaſi prælibationem conuiuijs Cæleſtis, iuxtà illud ecce diſpono vobis, &c. Regnum vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo, Lucæ 22.29.

4 Sed hic valdè notandum eſt hanc Chriſti cum Apoſtolis commeſtionem non fuiſſe ſimilem illi qualis fuit illa Raphaelis, apud Tobiam, 12.19. quæ non fuit vera, ſed apparens; Videbar inquit Raphael quidem vobiſcum manducare, & bibere, ſed ego cibo Inuiſibili, & potu qui ab hominibus videri non poteſt vtor; Commeſtio enim eſt actio vitalis, qua ſcilicet vi Animæ cibus ex ore in ſtomachum, & membra, quæ Anima informat vitaliter traicitur, & concoquitur; Raphael autem ſecundùm Scotum, 9. quolib. non informabat, nec informare poterat Corpus aſſumptum, ſed ei tantum aſſiſtebat; Vnde locutio eius commeſtio, & profectio, &c. non erant actiones vitales, idest factæ vitaliter ab Anima informante Corpus, ſed fuit extrinſecus per Corpus, & in Corpore, quaſi in Organo exercitæ; Traijciebat ergo Angelus cibum ex ore in ſtomachum, ſed ſicut os eius, & ſtomachus non erat verum, & humanum os, & ſtomachus, ſic nec vera, & humana erat commeſtio; Verum ſecus fuit in Chriſto; Chriſtus enim poſt Reſurrectionem verum aſſumpſit Corpus, quod Anima verè, vt prius informabat, ac proindè ſicut vera, &

ra, & vitalis fuit eius locutio, ſic & commeſtio, qua ſic Animæ traijciebat cibum ex ore in ſtomachum.

5 Fuit ergo, hæc vera commeſtio non apparens, ſed realis, & propria, quia eam adhibuit, quaſi certum argumentum vitæ, & conſequenter Reſurrectionis ſuæ, ita communiter Patres, & Scolaſtici; Hic tamen cibus non fuit à Chriſto digeſtus, & in Corpus eius conuerſus; Corpus enim glorioſum ali, & creſcere, aut decreſcere nequit, eſt enim impaſſibile, & inalterabile; Vnde ſequitur quod hæc commeſtio non tàm ſit Animæ vegetantis, vtpotè cuius actiones ceſſant in corpore glorioſo, quam Animæ ſentientis, & loco motiuæ; eſt enim quaſi applicatio quædam Materiæ, in quam exercere poſſit virtutem ſuam facultas nutritiua, ſi nutrimento egeret, aut eſſet capax illius vti eſt Corpus mortale, non autem immortale, quale erat Chriſti; Chriſtus ergo virtute ſua Diuina ſubito hunc cibum conſumpſit, eumque in aerem, aut præiacentem materiam reſſoluit; Sed dices ergo non fuit realis, & propria Chriſti commeſtio, qualis eſt in nobis, qui ex ea vegetamur, & nutrimur; Reſpondetur negando conſequentiam; nam ad rationem veræ, & propriæ commeſtionis requiritur, & ſufficit, vt per vitalem actionem, & organa vitæ, (puta linguam dentes maxillas fauces, &c.) cibus ore ſumptus tranſmittatur in ſtomachum, quod non eſt in Angelo, ſi Corpus aſſumat; ſed benè in Chriſto, licèt Corpus eius, inde non nutriatur, ſicut in nobis. Noſtra enim commeſtio eſt actio Animæ ſentientis, & Vegetantis. In Chriſto ſentientis, & non vegetantis, in Angelo, nec ſentientis, nec vegetantis, ſed motum localem circa ſtomachum, & Corpus aſſumptum exercentis.

6 *Et cum hæc dixiſſet*; plura dixiſſe in illo conuiuio Chriſtum præter narrata in Euangelijs, & in principio actuum Apoſtolorum, valdè veriſimile eſt ad oſtendendum illis amorem ſuum, & beneuolentiam, quæ deuoto lectori relinquuntur contemplanda; peracta commeſtione conuiuio, ſiue prandio, & congregatis Apoſtolis cæteriſque Diſcipulis (quos 120. recenſet D. Lucas, libri Actuum cap. 1. num. 15.) probabile eſt; Chriſtum eos è Ieruſalem per medium Vrbem Iudæis vi Diuina cohibitis ſtupefactis, & attonitis eduxiſſe in montem Oliueti, ac ex itinere diuertiſſe in adiacentem Bethaniam, vt ait Lucas Euang. 24. 50. vt vale diceret Magdalenæ Marthæ, & Lazaro eoſque ſecum pariter eduxiſſe, vt eis Aſcenſionis ſuæ viſionem, & conſolationem impertiretur, vtpotè ſibi amiciſſimis; Quæ omnia facilè horam à prandio exactam ſignificant, antequam Chriſtus perueniret in Montem oliueti, ibique ſuis vale dicens in Cælum aſcenderet; Quæ fuerint colloquia ſuauiſſima, & vltima Deiparæ Matris, & Chriſti, item amplexus eius, & Diſcipulorum aliaque plura quæ ſtudio breuitatis tacet D. Lucas contemplari poſſumus enarrare nequimus; probabile etiam videtur, tunc Chriſtum abeuntem in Cælum, vt maiorem ſui fidem, ſpem amorem, & reuerentiam omnibus, qui tunc aderant imprimeret dediſſe eis oculandas ſuas manus, & pedes cum cicatricibus, Matri verò ſuæ obtuliſſe etiam oſculandum latus.

7 Eleuatus eſt non ſubito raptus, vt Elias, & Henoch non furtim ſublatus, ſed videntibus illis eleuatus eſt, à ſe ſua virtute per dotem agilitatis, idque ſenſim, & pedetentim, vt diutius paſceret oculos Diſcipulorum intuentium, hoc enim ſignificat, D. Lucas in Euangel. cap. 24. 50. dum ait, & eleuatis manibus ſuis benedixit eis, & factum eſt dum benediceret illis receſſit ab eis, & ferebatur in Cælum; Formula verò benedictionis fuit talis Pater Sanctæ ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, Ioan. 17. 11. aut ſimilis, quæ benedictio Chriſti fuit efficax, Quare Diſcipulos repleuit bonis cæleſtibus, quæ benedicendo illis apprecabatur, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum;

Caietanus hic, & alijs cum eo cenſent nubem hanc non fuiſſe nubem, ſed ſplendorem, quem Chriſti Corpus ex ſe ſparſit cum Cælo appropinquaret; Verum aliud eſt ſplendor, aliud nubes, ille clarus, & ſubtilis hæc obſcura, & denſa; Adde nubes hæc velauit Chriſtum, ne eum ampliùs viderent Diſcipuli; fuit ergo vera nubes; Nec fuit hæc nubes Chriſto inſtar ſedis, & Throni (vt opinatus eſt Abul. Parad. 5. cap. 9.) qua partim nuditatem ſuam tegeret, partim glorioſus, quaſi in ſella geſtatoria è terra in altum aſcenderet, non eleuatus ab Angelis, ſed virtute propria; Verum nubes hæc Chriſtum in altum eueſtum ſuſcepit, & abſcondit, nec Chriſtus ſedens in Cælum aſcendit, ſed eueſtus; Hic enim ſitus decet Corpus glorioſum.

8 Nubes hæc fuit vera, ſed glorioſa, & eximia luce illuſtris ad hoc à Deo adducta, vel producta, vt Corpus Chriſti tegeret, & ab oculis Apoſtolorum eximeret ſimulque ſuo ſulgure Maieſtatem aſcendentis oſtenderet; Hanc nubem Chriſtus ſecum non deduxit in Cælum, ſed ſuo loco in aere reliquit; Pro cuius rei intelligentia nota; Chriſtus ſenſim aſcendit eo, vſque quo pertingere poterat Apoſtolorum viſus; deindè ſubduxit eum nubes; ac mox illicò inſtar fulguris per dotem agilitatis librauit ſe in Cælum Empyreum, non quaſi tranſeundo ab extremo in extremum ſine medio, vt ſenſit Abulenſis Paradoxo 5. cap. 13. ſed ſucceſſiuè ſingulos Cælos mira celeritate tranſeundo, vt tanquam ſupremus omnium Dominus omnium poſſeſſionem acciperet, & quodammodo ſua præſentia ſanctificaret, iuxtà illud Epheſ. 4. 10. vt impleret omnia; vbi aduerte vim dotis ſubtilitatis Chriſti; per eam enim ſubito in ictu oculi inſtar fulguris ſe librauit ex aere in verticem, & culmen Cæli Empyrei, quod ſpatium ingens eſt, & quaſi immenſum; De quo plura, & vix credibilia docent Aſtronomi, dicunt enim terram diſtare à concauo firmamenti, in quo ſunt ſtellæ fixe, octoginta millionibus milliarium; Spiſſitudinem verò firmamenti eſſe eandem, ſcilicet octoginta millionum; Quanta ergo debet eſſe diſtantia, ſpiſſitudo, & amplitudo Cæli noni decimi, & ſi qui alij ijs ſunt ſuperiores, & maximè Cæli Empyrei? Hæc omnia Chriſtus penæ in momento tranſiuit, faciteque pertranſeant; Hæc cogitata hiſte ſolare, cum quis labor, & pena te fatigat, & corpus tuum in multis eſt tibi oneroſum.

9 Abulenſis Paradoxo 5. cap. 34. cenſet Chriſtum poſt Reſurrectionem, vtpotè glorioſum nullas induiſſe veſtes, ſed nudum ſemper, & ſolo ſplendore gloriæ ſuæ, veſtitum Diſcipulis apparuiſſe, ac conſequenter nudum è terra in Cælum aſcendiſſe ſola nube, & ſole circumdatum; Ratio eius eſt, quia alioquin non potuiſſet vulnus lateris Thomæ oſtendere, & tangendum exhibere, veſtes enim manum Thomæ excluſiſſent, ſed reſpondendum eſt Chriſtum per Reſurrectionem tales veſtes aſſumpſiſſe, vt illæ quinque vulnera non tegerent, nec veſtirent, aut ſi tegerent facilè detegi poſſent in locis vulnerum; vt ea oſtenderet Diſcipulis, ex iiſque probaret ſe idem corpus habere, quod vulnera exceperat; Chriſtus enim Magdalenæ apparuit, vt Hortulanus, & duobus Diſcipulis euntibus in Emaus, vt Peregrinus, habebat ergo habitum, & veſtes, quæ intuentibus hortulani, & Peregrini eſſe videbantur, ergo pariter veſtitus aſcendit in Cælum, quo vſque viſus eſt ab Apoſtolis, cum verò cum nubes ſuſcepit veſtimenta dimiſit. Corpus enim glorioſum ſua dote claritatis veſtitur inſtar Dei, quia amictus eſt lumine, ſicut veſtimento, Pſalmo 103. Quare Beati in Cælis non veſte, ſed gloria veſtientur; Dos autem claritatis, & Lucis Beatorum in Cælo erit colorata, & varia, nam in Martyribus erit purpurea, in Virginibus candida in Doctoribus viridis, ita ait Dominicus Soto in 4. diſt. 49.

10 Ex dictis ſatis conſtat Aſcenſionem Chri-

Chriſti in Cælum fuiſſe conuenientiſſimam, cum Chriſtus poſt Reſurrectionem vitam immortalem, & incorruptibilem inchoauerit, locus etiam debuit eſſe ei proportionatus, ſed locus in quo nos habitamus eſt locus generationis, & corruptionis; ſed locus cæleſtis eſt locus incorruptionis, & ideò non fuit conueniens, quod Chriſtus poſt Reſurrectionem remaneret in terris, ſed conueniens fuit, quod aſcenderet in Cælum, & quamuis videatur, quod fuiſſet magis ſalutare hominibus, quod Chriſtus ſemper conuerſaretur nobiſcum in terris; Vnde ipſe dixit Diſcipulis ſuis, Lucæ 17. Venient dies quando deſideretis vnum diem filij hominis, nihilominus præſentia Diuinitatis, ipſius ſemper adeſt fidelibus, ſecundum quod ipſe dicit, Matth. vltimò; Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi; Qui enim aſcendit in Cælos, non deſerit adoptatos, vt ait Leo Papa; ſed ipſa Aſcenſio Chriſti in Cælum, qua corporalem ſuam præſentiam nobis ſubſtraxit magis fuit vtilis nobis, quam præſentia corporalis fuiſſet; Primò quidem propter fidei augmentum, quæ eſt de non viſis; Vnde ipſe Dominus Diſcipulis, Ioan. 16. Ad Patrem vado, & iam non videbitis me; Beati enim qui non vident, & credunt; Secundò ad ſpei ſubleuationem; Vnde ipſe dixit, Ioan. 14. ſi abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſcitis, per hoc enim quod Chriſtus humanam naturam aſſumptam in Cælo collocauit dedit nobis ſpem illuc perueniendi; Tertiò ad erigendum charitatis affectum in Cæleſtia; Vnde dicit Apoſt. Coloſſ. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram; In terris autem caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & Cæleſtia.

11 Hæc Aſcenſio fuit Chriſti, non quatenus Deus eſt, tum etiam quia Aſcenſio eſt motus localis, qui Diuinæ naturæ non competit, quæ eſt immobilis ſecundùm locum; ergo fuit Chriſti ſecundum quod homo, & ſecundum humanam naturam, quæ eſt locabilis, & mutabilis ſecundùm locum; nec obſtat D. Paulus ad Epheſ. 4. qui deſcendit ipſe eſt, qui aſcendit, ſed Chriſtus deſcendit de Cælo, non ſecundum quod homo, ſed ſecundum quod Deus, non enim humana eius natura, ante in Cælo fuerat, ſed Diuina ergo videtur, quod Chriſtus aſcenderit in Cælum, ſecundum quod Deus, nam ipſe idem eſt, quia aſcendit, & qui deſcendit, dicit enim D. Auguſtinus, in lib. de Symbolo, cap. 7. Quis eſt qui deſcendit? Deus homo quis eſt, qui aſcendit? Idem ipſe Deus homo; Deſcenſus tamen duplex tribuitur Chriſto, vnus quidem quo dicitur deſcendiſſe de Cælo; quiquidem attribuitur Deo homini ſecundùm quod Deus, non enim eſt iſte deſcenſus intelligendus ſecundùm motum localem, ſed ſecundùm exinanitionem, qua cum in forma Dei eſſet ſerui formam ſuſcepit, ſicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quod ſuam plenitudinem amiſerit, ſed ex eo, quod noſtram paruitatem ſuſcepit, ita dicitur deſcendiſſe de Cælo, non quod Cælum deſeruerit, ſed quia naturam terrenam aſſumpſit in vnitate perſonæ, alius autem eſt deſcenſus, quo deſcendit in Inferiores partes terræ, vt dicitur Epheſ. 4. quiquidem eſt deſcenſus localis competens Chriſto ſecundùm conditionem humanæ naturæ, quæ motui locali ſubiecta eſt.

12 Dictum eſt ſuperius Chriſtum aſcendiſſe in Cælum propria virtute, hic quoque confirmatur ad differentiam aſcenſus Eliæ Prophetæ, Elias enim in curru legitur aſcendiſſe, vt videlicet apertè demonſtraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno; Redemptor autem noſter non curru, non Angelis ſubleuatus legitur, quia qui fecerat omnia ſuper omnia propria virtute ferebatur, non tantum propria virtute Diuina, ſed propria virtute humana, non quæ prouenit ex principijs naturalibus natu-

ræ humanæ, qua manifeſtum eſt quod Chriſtus in Cælum non aſcendit, ſed ex virtute gloriæ ex parte, nempè Animæ glorificatæ ex cuius redundantia glorificabatur Corpus, vt D. Auguſtinus, ſcribit ad Dioſcorum, Epiſtol. 56. erit enim tanta obedientia Corporis ad Animam beatam, vt (ſicut dicit, D. Auguſtinus 22. lib. de Ciuit. Dei) vbi volet Spiritus, ibi protinus ſua agilitate erit Corpus, nec volet aliquid Spiritus, quod Corpus non poſſit decere; decet autem Corpus glorioſum, & immortale eſſe in loco Cæleſti, & ideò ex virtute Animæ volentis Corpus Chriſti aſcendit in Cælum; Igitur Chriſtus aſcendit in Cælum propria virtute; primò quidem virtute Diuina; Deinde virtute Animæ glorificatæ mouentis Corpus prout vult.

13 Aſcenſus Chriſti in Cælum, non ſolum fuit ſuper omnes cælos ſucceſſiuè, & ordine quodam, ſed etiam ſuper omnem Creaturam ſpiritualem, iuxta illud Epheſ. 1. conſtituit illum ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & ſupra omne nomen, quod nominatur, ſiue in hoc ſæculo, ſiue in futuro, & ratio poteſt talis aſſignari, quia tanto alicui rei debetur altior locus, quanto eſt nobilior, ſiue debeatur ei locus, per modum contactus corporalis, ſicut in corporibus, ſiue per modum contactus ſpiritualis, ſicut ſpiritualibus ſubſtantijs; Exinde enim ſpiritualibus ſubſtantijs debetur ſecundum quandam congruentiam locus cæleſtis, qui eſt ſupremus locorum, quia illæ ſubſtantiæ ſunt ſupremæ in ordine ſubſtantiarum; Corpus autem Chriſti licèt conſiderando conditiones naturæ corpore, ſit infra ſpirituales ſubſtantias; Conſiderando tamen dignitatem vnionis, qua eſt Deo coniunctum excellit dignitatem omnium Spiritualium ſubſtantiarum; Et ideò ſecundum prædictæ congruentiæ rationem debetur, ſibi locus altior vltra omnem Creaturam etiam ſpiritualem; Accedit Diuus Paulus, qui ſcribens Hebræis, cap. 1. dicit de Chriſto, ſed, & ad dexteram Maieſtatis in Excelſis, tantò melior Angelis effectus, quanto differentius, præ illis nomen hæreditauit, quibus verbis Apoſtolus filium incarnatum aſcendiſſe ſuper omnem Creaturam ſpiritualem apertè docet.

14 Cum miſteria omnia, quæ Chriſtus in carne aſſumpta operatus eſt vltra gloriã, & honorem Dei reſpexerit ſalutem Generis humani, non eſt dubitandum, quod aſcendendo in Cælũ, quod effugerit mentem eius ſalus, & redemptio noſtra; Immò non erit alienum aſſerere Chriſti aſcenſionem fuiſſe cauſam noſtræ ſalutis, & quidem dupliciter, vno modò ex parte noſtra, alio modò ex parte ipſius, ex parte quidem noſtra, in quantum per Chriſti Aſcenſionem mens noſtra mouetur in ipſum, quia per eius Aſcenſionem, Primò quidem datur locus fidei; Secundò ſpei; Tertiò Charitatis, vt ſupradictum eſt; Quartò etiam per hoc reuerentia noſtra augetur ad ipſum, non æſtimamus eſſe hominem terreſtrem, ſed Deum cæleſtem; Ex parte autem ſua, quantum ad ea, quæ ipſe fecit aſcendens propter noſtram ſalutem; primò quidem viam nobis præparauit aſcendendi in Cælum, ſecundùm quod ipſe dicit, Ioan. 14. Vado parare vobis locum, quia enim ipſe eſt caput noſtrum oportet illuc ſequi membra, quo caput præceſſit; Vnde dicitur, Ioann. 14. vt vbi ego ſum, & vos ſcitis, & in huius ſignum Animas Sanctorum, quas de Inferno eduxerat in Cælum traduxit, ſecundò quia ſicut Pontifex in Veteri Teſtamento intrabat Sanctuarium, vt aſſiſteret Deo pro populo, ita, & Chriſtus intrauit Cælum ad interpellandum pro populo, vt dicitur Hebræorum 7. ipſa enim rappræſentatio ſui ex natura humana, quam in cælum intulit eſt, quædam interpellatio pro nobis, vt ex quo Deus humanam naturam, ſic exaltauit in Chriſto, etiam eorum miſereatur, pro quibus filius Dei humanam naturã aſſumpſit.

15 Aſcenſio Chriſti eſt complementum omnium operum ab ipſo, in ſalutem

noſtram

noſtram patratorum, aſcendit enim; Primò vt ſuam legem, & Doctrinam confirmaret, & oſtenderet eſſe cæleſtem, ſe enim è Cælis deſcendiſſe, vt eam doceret, ideoque eo redire, iuxtà illud Ioan. 3. nemo aſcendit in Cælum, niſi qui deſcendit de Cælo filius hominis, qui eſt in Cælo; Secundò vt Cælum hominibus peccato Adæ clauſum reſeraret, vt quæ oſtẽderet Regnum non eſſe terrenum, & temporaneum, vt putabant Diſcipuli, ſed Cæleſte, & æternum; Tertiò vt Corpori eius, ita in terris humiliato, & afflicto iuſtam daret mercedem, & gloriam Corporis enim glorioſi congruus propriuſque locus eſt Cælum non terra; Hæc enim eſt locus generabilium, & corruptibilium; Quartò vt Angelos ſua præſentia, & gloria exhilararet, ac Cælum exornaret, nam lucerna eius eſt Agnus. Vnde, & ei acclamarunt; Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt accipere virtutem, & Diuinitatem, &c. Quintò vt è Cælis mitteret Spiritum Sanctum, noſtramque cauſam iugiter apud Patrem ageret oſtendens ei Sacra ſua Vulnera; Sextò, vt ſanctæ Trinitati rationem ſuæ legationis in terra peractæ (noſtro modo intelligendi) redderet, eique redemptione hominum peracta honorem lætitiam, & gloriam afferret; Vnde Sanctus Ciprianus, Serm. de Aſcenſione aſſerit, nec linguis hominum, & Angelorum, nec cuiuſquam acumire ingenij *definiri poſſe, quæ Patris in reditu filij hilaritas fuerit, perinde, ac ſi vlla ad immutabile illud gaudium eſſe acceſſio potuerit*; Septimò vt ſederet à dextris Dei, tanquam contubernalis Patri à quo in hunc mundum miſſus fuerat.

16 Chriſtum ſedere à dextris Dei eſt de fide, iuxtà illud Marci vltimò, Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis aſcendit in Cælum, & ſedet à dextris Dei; pro cuius Intelligentia nota hìc ſedere non ſumi propriè, nam hæc eſſet exilis Chriſti dignitas, immò potiùs in Cælo videtur ſtare Chriſtus quam ſedere; ſtare enim viſus eſt à Stephano actorum *7. 56.* & hic ſitus magis eſt naturalis eſt homini, decetque valentem, & beatum, ſeſſio verò competit homini ob fatigationem; omiſſa Anthropomorphitarum Hæretici, qui Deum corporeum eſſe dicebant, & Chriſtum corporaliter ter ad eius dexteram ſedere; ſedere z. D. Auguſtinum de fide, & Symbolo, cap. 7. & D. Griſoſthomum, homini Symbolum ad dexteram Dei idem eſſe, quod habitare in gloria Cæleſti, ſic omnes beati ſedent à dextris Dei, ſed hoc non ſufficit; Hoc enim ſedere præ alijs Sanctis ſpecialiter competit Chriſto; Dicendum ergo cum D. Athanaſio, & alijs paſſim contra Arianos per ſedere hic ſignificare æqualem Maieſtatem filij cum Patre, ſcilicet Diuinam, quam quiete, & cum pace poſſideat cum Patre, & ſimul cum eo regnet, quaſi ſummus Rex, & Dominus omnium; hæc ſignificatio ſeſſionis magis eſt ad intentum Sacræ Scripturæ, & Sympoli Apoſtolici.

17 Chriſtus ergo, vt homo ſedet ad dexteram Dei Metaphoricè primò, per communicationem Idiomatum, quapropter vnionem hypoſtaticam omnia attributa omnis honor, & prædicatio, quæ tribuitur Verbo tribuitur, & Chriſto homini, ſed & ergo Chriſtus homo à dextris Dei, ideſt præeſt omnibus quaſi Summus Rex ac Iudex, qui tanta dignitate præceſſit, vt in eodem ſolio cum Deo, & eadem cum eo adoratione colatur. Ita communiter Patres, itaque ad dexteram Dei ſedit homo Chriſtus in primò inſtanti Incarnationis ſuæ, & deinceps, ſed poſt Aſcenſionem peculiariter, quia tunc hæc dignitas, & diuinitas Chriſti celebrari, & clareſcere cæpit; Item in Incarnatione non habuit gloriam Corporis, & eius conſequentia, ſed tantùm in actu primò habuiſſet etiam in actu ſecundò, niſi fuiſſet miraculoſum impedimentum, quo impediebatur redundantia gloriæ Animæ Chriſti in corpus eius, ſed in Aſcenſione amoto prædicto impedimento per Reſurrectionem, quando per ingreſſum in Cælum, quaſi in proprium locum

ſuæ regiæ curæ à Deo deſtinatum ad Thronum, ad triumphum, ad gloriam, ad regendũ, & imperandum victor aſcendit.

18 Secundò, & proprijſſimè ipſa humanitas Christi ſedet à dextris Dei per ſe; Nec enim hic, & alibi dicitur aſſumpta, & conſtituta à dextris Dei, quia ſcilicet humanitas Chriſti poſt mortem, victoriam, & aſſumptionem in Cælum victrix triumphat, & pacificè dominatur, in ſumma Patris gloria; ſignificat ergo hæc ſeſſio; Primò humanæ naturæ Chriſti excellentiam ſuper omnem excellentiam Creatam; Secundò ſummam, ac ſingularem eius beatitudinem, & gloriam, tum intenſiuè, tum extenſiuè, tum in modo illam obtinendi, tanquam connaturalem Chriſto, & ex vi vnionis hypoſtaticæ, ac conſequenter ex vi propriæ dignitatis, & Maieſtatis illi debitam; Vnde tertiò ſequitur ſimile, ac ſummum dominium, & poteſtas, tam ad operandum, quam ad imperandum omnibus creaturis, ac iudicandum de omnibus hominibus; ſed vota quod dextera Hebræis ſimbolum eſt; Primò virtutis, & potentiæ; Secundò firmitatis, & conſtantiæ; Vnde dextera accipimus, & apprehendimus res nobis propoſitus, & oblatus; Tertiò veritatis, & fidei, ſic ergo ſedere Chriſtum ad dexteram Patris eſt Chriſtum eſſe ſocium, & participem; primò virtutis, & omni potentiæ paternæ; Secundò firmitatis ſtabilitatis, & æternitatis eiuſdem; tertiò veritatis æquitatis, & fidei eiuſdem.

19 Nota ſecundò, quod hæc ſeſſio filij, ita concipitur, quod Pater in ſummo, & nobiliſſimo ſuo throno conſidere dicatur, ob primam, & ſummam eius maieſtatem. Filius verò à dextris eſſe, vt qua Deus illi Maieſtate eſſe par ſignificetur; qua homo proximam poſt Deum gloriam, & excellentiam adeptus, & eſſe à dextris Dei, id eſt in potiſſimis bonis honoris gratiæ, & gloriæ (horum enim Symbolum eſt dextera) quæ Deus illi communicauit ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, vt ait Apoſtolus ad Coloſs. 3. quaſi illa omnia tranſcendat altiſſimè ſedens à Dextris Dei; Nec enim alia phraſi melius hic ſignificari potuit, quam hac, Nec aliter imaginantur homines, ſi hanc Chriſti excellentiam; aut Equalitatem Patris, & filij imaginentur; ſolet enim Scriptura loqui humano more, & ad noſtros deſcendere Conceptus, ſic 3. Regum 2. 19. dicitur Mater Salomonis veniſſe ad eum ſedentem in Throno regio, & ſediſſe ad dexteram eius, ideſt proximè apud Regem filium ſuum, vt Rex quaſi locum, & honorem cum ea communicaret, ſic etiam Pſalmo 44. dicitur de Eccleſia, aſtitit Regina dextris tuis; vt tanquam Regis Chriſti Thalami, & Regni ſit conſors, non taliter qualiter, ſed à dextris ideſt proximè, & honoratiſſimè.

20 Ex dictis colligitur ſedere ad dexteram Patris eſſe proprium Chriſti; Ad quem Angelorum dixit aliquando (inquit D. Paulus ad Hebr. 1.) ſede à dextris meis, ideſt in meis bonis potioribus (hic eſt Ser. de Chriſto homine) quaſi dicat ad nullum, ſed Angeli ſunt ſuperiores alijs Creaturis, ergo multo minus cuicumque alij conuenit; ſed dices Apoſtolus Epheſ. 2. dicit quod Deus conreſuſcitauit nos, & conſedere fecit in Cæleſtibus in Chriſto Ieſu, ſed reſuſcitari non eſt proprium Chriſti, ergo etiam pari ratione, nec ſedere ad dexteram Dei in Excelſis; Reſpondetur quod quia Chriſtus eſt caput noſtrum, illudque collatum eſt Chriſto eſt etiam nobis in Chriſto collatum, & propter hoc quia ipſe, iam reſuſcitatus eſt dicit Apoſtolus, quod Deus nos quodammodo ei conreſuſcitauit, qui tamen in nobis ipſis nundum ſumus reſuſcitati, ſed reſuſcitandi ſecundùm illud Romanorum, 8. qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis viuificabit, & mortalia corpora noſtra, & ſecundùm eundem modum loquendi ſubdit Apoſtolus, quod conſedere nos fecit in Cæleſtibus, ſcilicet in hoc ipſo, quod caput noſtrum, quod eſt Chriſtus ibi ſedet;

det; ſic omnis Sanctus, qui eſt in beatitudine eſt ad dexterā Dei conſtitutus vnde, & dicitur Matth. 25. quod ſtatuet oues à dextris, ideſt honoratiori, & nobiliori loco in aere loco Iudicij.

21 Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre ſpiritum veritatis; Ioan. 15. Iſte Spiritus veritatis eſt Spiritus Sanctus, tertia Perſona Sanctiſſimæ Trinitatis diſtincta realiter perſonaliter à Patre, & *filio*, ab vtroque enim ipſe procedit, & mittitur; procedens autem, & miſſus à mittente diſtinguitur; Secundò iſte Spiritus verè eſt Deus æqualis omninò Patri, & filio, cum quibus eſt vnus Deus proceditque vt Deus, ab eis, vt ab eodem Deo, ſicque procedit ab eis, vt duobus principijs perſonalibus nō eſſentialibus, in eis enim eſt vnicum principium eſſentiale producendi; Spiritus Sanctus non procedit à Patre per generationem, aut per Intellectum, ſed per ſpirationem, & voluntatem; Vnde Sancti Athanaſius Baſilius, & Nazianzenus, Griſoſth. Auguſtinus, & alij paſſim refellunt Macedonium Hæreticum dicentem Spiritum, cum à Patre non procedat per generationem, vt filius non eſſe ei conſubſtantialem, nec eſſe Deum; Item iſte Spiritus eſt Paraclitus, ideſt conſolator, & exhortator ad omne bonum; Item dicitur Spiritus veritatis, quia docet omnem veritatem veramque fidem, doctrinam, cæteraſque virtutes; Denique eſt teſtis *Chriſti* eiuſque *Doctrinæ teſtis, in quam omni exceptione, maior eſt enim Deus veritas, & vita, Ille teſtimonium perhibebit de me.*

22 Præcepit eis ne diſcederent, ſed expectarent, &c. Spiritus Sanctus promiſſus à Patre, & filio ab vtroque pariter mittitur Hieroſolymis ob aliquas rationabiles cauſas, quarum prima, quia in Ieruſalem fuit paſſus; Ieruſalem enim elegerat Paſſioni Bethlehem Natiuitati, ait S. Leo, Serm. de Paſſione Domini, quia gloriam ſuam abſcondere, & ignominiam toti orbi oſtendere voluit, vt nos idem facere doceret; Paſſionis autem meritò Miſſus eſt Spiritus Sanctus, decebat enim, vt vbi Chriſtus paſſus eſt ignominiam ibi ſubiret, & gloriam; Secunda, quia in Ieruſalem puta in Monte oliueti, qui imminet Hieroſolymæ in Cælum aſcendit, ibi ergo pariter mittendus erat Spiritus Sanctus, vt ſignificaretur ipſum eſſe, qui mitteret vti prædixerat, & promiſerat non alium; Tertiò, quia in Ieruſalem Chriſtus docuit, inſtituit Apoſtolos, fundauit Eccleſiam; Ibidem ergo venire debebat Spiritus Sanctus, vt hæc omnia confirmaret, & promoueret, 4. vt Spiritus Sanctus ſignificaret ſe abolito Iudaiſmo (huius enim Metropolis erat Ieruſalem) inſtituere Chriſtianiſſimū; In Pentecoſte enim Apoſtoli pleni Spiritu Sancto cæperunt legem nouam promulgare; Hæc autem promulgatio publicè fieri debebat in Ieruſalem, vt omnes Iudæi eam poſſent audire, & cognoſcere indeque diſcere antiquatam eſſe legem Veterem.

23 Hic aduentus Spiritus Sancti contigit in prima Chriſtianorum Pentecoſte, quæ incidit in diem Domini, cum ſicut in diem Dominicum Reſurrexit; Numera enim à Dominica Reſurrectionis dies quinquaginta, & reperies, quod Dominica ſeptima ſit dies 50. ideſt Pentecoſte; Vnde ſequitur primam Pentecoſten Chriſtianorum eſſe, quam deſcribit Lucas in Actibus Apoſtolorum, cap. 2. Dixi Chriſtianorum Pentecoſten, quia in ea celebranda Chriſtiani differebant à Iudæis, Iudæi enim Paſcha celebrabant 15. die primi menſis, quæcumque ea eſſet, indeque dies quinquageſima eſt eorum Pentecoſtes, ſiue incidat in feriam primam, ſiue ſecundam, ſiue quam aliam; Chriſtiani verò Paſcha celebrant in Dominica, quæ proximè ſequitur decimam quintam lunam, ſiue diem primi menſis, ſiue æquinoctij Verni, idque in honorem Reſurrectionis Chriſti, qui in Dominica Reſurrexit, atque exinde numerando 50. dies conſequenter celebrant Pentecoſten in Dominica, quia in illa vt dictum eſt pariter deſcendit Spiritus Sanctus, qui per Apoſtolos legem nouam promulgauit in Syon; ſeriem eorum, quæ contigerunt hac die

Chriſtiana recenſentur ordinatè à D. Luca in libro Actuum Apoſtolorum ſic c. 2.

24 Cum complerentur dies Pentecoſtes erant omnes, ideſt B. Virgo (contra Bedam) Apoſtoli, & alij Diſcipuli ad numerum 120. ita D. Cyprianus, Serm. de Spiritu Sancto, erant inquam in eodem loco, ideſt in Cænaculo, ſiue in Monte Syon vnanimi concordia, & conſenſu, quibus attraxerunt ad ſe Spiritum Sanctum amatorem concordiæ, præuio quodam repentino ſono, qui erat Symbolum ſonitus Euangelij toto orbe ab Apoſtolis recepto Spiritu Sancto prædicandi, iuxtà illud Pſalmi 18. in omnem terram exiuit ſonus eorum; Iſte ſonus Spiritus Sancti fuit repentinus, tum vt oſtenderet ſua dona præſertim linguarum ſine fidelium merito, & diſpoſitione ex mera eius liberalitate ipſis infundi, tum vt declararet ſuam celeritatem, vim, & efficaciam qua repentè homines terrenos in cæleſtes transmutat perindè, ac D. Paulum repentè ex perſecutore fecit Apoſtolum Magdalenam ex peccatrice pænitentem, & ſanctam; Neſcit enim tarda molimina Spiritus ſancti gratia, ait D. Ambroſ. in 1. Lucæ, ſic in Sampſonem quoties patraturus erat opus hæroicæ, & ſupernaturalis fortitudinis dicitur irruiſſe Spiritus Domini, quaſi eum ad id præparans excitans eleuans, & corroborans.

25 Tanquam aduenientis ſpiritus vehementis; ideſt tanquam flatus, ſeu ventris vehementis irruentis in Cænaculum, vt rappræſentaret efficaciam vehementis, & impetum Spiritus ſancti aduentantis in Apoſtolos, quo eos facturus erat efficaces, validos, & impetuoſos ad inuadendum debellandum, & ſubiugandum totum orbem Chriſto, Pro huius re intelligentia notandum eſt. Quod Spiritus ſanctus variè in varijs figuris pro varietate operationum, & ſignificationum apparuit, nam primò in Chriſti Baptiſmo, apparuit in ſpecie columbæ ad ſignificandum Innocentium, & fæcunditatem bonorum operum, quæ Chriſto, & Baptizatis ſuggerit; Secundò in Transfiguratione apparuit tanquam nubes reſplendens ad ſignificandam piuuiam Doctrinæ, quam tradit, & protectionem, quam accipit ſuorum fidelium; Tertiò in Cænaculo à Chriſto fuit datus, tanquam aſpiratio ad ſignificandum ſpiritualem vitam, quam per Sacramenta nobis confert; Vndè, & Diſcipulis inſufflas Chriſtus, dixit accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur *eis* Ioan. 20. Quartò in Pentecoſte datus eſt in ſpecie, tum ignis, quia inſtar ignis mentes purificat, illuminat accendit, & ad res cæleſtes eleuat, tum ſpiritus vehementis ad ſignificandum efficaciam prædicationis Apoſtolorum eis inditam à Spiritu ſancto. Ita D. Thom. *p.* p. q. 43. artic. *6.*

22 Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ diſpertite, ideſt diſtributæ per ſingulos, itaut quiſque ſuam haberet partialem linguam capiti ſuo inſidentem licèt integram, & indiuiſam vti communiter pictores eos depingunt; Voluit Spiritus ſanctus hoc viſibili ſigno ſe quaſi viſibilem exhibere; Primò quia Apoſtolos hic conſtituebat Prædicatores Euangelij Prædicationis autem inſtrumentum eſt lingua, per linguas autem accipiebant donum linguarum; ſed aduertendum eſt, quod donum linguarum complectitur tria, Primò ipſam cognitionem vocum variarum; Secundò ſignificationem earundem; Tertiò habituationem potentiarum motiuarum, & organorum ad voces diuerſorum Idiomatum rectè, & promptè formandas, per quam habituationem habebant habitualem facultatem debitè componendi coordinandi, & pronunciandi voces, & ſententias cuiuſcumque linguæ; Hæc enim habituatio, alia eſt in lingua Italica, alia in Hiſpanica, &c. & in hoc propriè conſiſtit habitus. Adde quartò cum linguis inditam fuiſſe Apoſtolis perfectam cognitionem rerum fidei, ac ſublimium miſterio-

ſteriorum ad quæ prædicandum deſtinabantur, ſi enim Spiritus ſanctus dedit eis inſtrumentum acceſſorium, ergo multò magis dedit ipſum principale, quod eſt fons talis Doctrinæ, & prædicationis; Hoc autem eſt clara fides, & contemplatio veritatis ad hominum ſalutem neceſſariæ, vel conuenientis.

27 Inſuper cum linguis Apoſtoli acceperunt prudentiam ſupernaturalem, qua prouidè, & prudenter omnes ſuos actus, & ſermones per tot difficultates pericula rerum, & perſonarum diuerſitates componerent ad ſuam, ſuorumque ſalutem, inſuper acceperunt potentiam robur vim, & efficaciam, quæ tanta fuit in Apoſtolis, vt Reges Tyrannos totumque orbem ſubegerint Chriſto; Denique acceperunt audaciam, & zelum cæteraſque virtutes, & dotes ad tantum munus neceſſarias, eaſque in actu perfecto, & Heroico, cui enim ſol ille Diuinus fulget huic facilè cuncta refulgent; Vide encomia Apoſtolorum, in Homil. D. Griſoſth. de Sancto Andrea, quæ extat apud Surium die 30. Nouembris, vbi ait inter alia plurima, nihil tale vnquam fuit qualem, vnquam fuerunt Apoſtoli; Ipſi mundum ipſum linguam tanquam ſagena quadam concluſerunt, circuierunt ſuis curſibus fines orbis terrarum, errores vt Zizania eradicarunt, artes dæmones vt ſpinas quaſdam amputarunt, *Idola tanquam feras interfecerunt; Dæmones vt Lupos profugarunt*, Eccleſiam vt Gregem quendam collegerunt, Hæreſes vt paleas proiecerunt Iudaiſmum, tanquam fænum areſecerunt, Græcorum ſectam tanquam ſtipulus, quaſdam igne combuſſerunt, &c.

28 Tanquam ignis; ly tanquam videtur ſignificare has linguas non fuiſſe verum ignem, ſed ignis tantum habuiſſe ſpeciem, & ſimilitudinem; primò in colore rubeo; ſecundò in fulgore; Tertiò in volubilitate, & motu; Quartò linguæ hæ non erant veræ; ſed inſtar ignis; ſiue erant linguæ non carneæ, ſed inſtar ignis, & ignis ſpeciem referentes, perindè ac ſi ex igne fuiſſent effictæ, ſicut ergo non fuerunt linguæ Carneæ, & humanæ ſic nec verus fuit ignis, ſed eius ſpecies, & ſimilitudo, ſicut pictores ſolent pingere ignem; Hic autem viuacior fuit igne picto, quia videbatur ardere agitari, & in altum aſſurgere inſtar veri ignis; Quintò ſi fuiſſet verus ignis afflaſſet, & combuſſiſſet capillos, & capita Apoſtolorum, perſuadetur etiam, quia non fuit vera columba, ſed ſolùm eius ſpecies, quæ deſcendit in Chriſtum, dum baptizaretur in Iordane, Matth. 3. 16. vbi legitur, & vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut Columbam, vox enim (ſicut) indicat fuiſſe Columbæ ſimilitudinem; Videtur ergo ignis hic ſimilitudinarius fuiſſe aer, aut vapor denſior, cui Deus indidit lucem roſeam, & rubeam inſtar ignis in linguæ ſpeciem confirmatus; Ita vt videretur lingua ignea.

29 Linguæ hæ videbantur eſſe igneæ, quia ignis per ſe pyramidalis eſt ſenſimque ſe arctans in conum aſſurgit vti facit, & lingua; fuerunt itaque linguæ igneæ puta flammæ ignis, quæ longè acutiores ſunt, quam linguæ noſtræ; ſed quod fuerint pyramnidales, & acutiores linguis noſtris, non caret ſpeciali ſignificatione notabilis; Primò, vt ſignificaretur, quod Spiritus Sancti, ardor mentem acuit, & profunda Dei penetrare facit; Secundò in ſignum, quod corda Diſcipulorum ſubtiliſſimè, & acutiſſimè ſubintrabat, & penetrabat; Tertiò in ſignum quod ea faceret ſuſpirare, & anhelare ad Cælum, & Cæleſtia; Quartò in ſignum quod linguis eorum ad penetrandum, & inflammandum mentes auditorum miram efficaciam inderet; iuxtà id quod Chriſtus promiſerat, Lucæ 21. ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri; Quintò in ſignum quod daret eis donum diſcretionis ſpirituum, quo penetrarent mentes affectio-

affectiones, & ſecreta cordium quantum poſſibile eſt, vt ijs congruè ad ſalutem loqui prædicare, & conſulere poſſent; Sextò erant piramidales, & igneæ, vt ſignificarent potiſſimum effectum, quem Spiritus Sanctus operaturus erat in Animis Apoſtolorum, cæterorumque fidelium, nimirum quod in eis torporem, timorem concupiſcentias, & vitia conſumeret, & combureret quaſi ignis, eoſque igneos, ideſt Zelotes efficaces, & agiles ad omne bonum efficeret.

30 Seditque ſupra ſingulos eorum, ſcilicet ignis hic linguarum, ac conſequenter Spiritus Sanctus, hiſce linguis igneis rappræſentatus in omnibus linguis; ſedit quia in Apoſtolis, quaſi in Cherubico Throno reſedit Maieſtas Spiritus Sancti, ait Nazianzenus, Orat. 44. Secundò ſedit, vt eos auctoraret orbis Doctores, eoſque oſtenderet eſſe cæleſtes, ideoque cæleſti ſapientia, & facundia præditos, ita Ammonius; hic tertiò, vt oſtenderet Spiritus Sanctus, inquit Griſoſthomus, ſe in ijs eorumque ſucceſſoribus permanſurum, vſque ad finem Mundi, iuxtà promiſſum Chriſti, Ioan. 14. Ideò etiam hic Apoſtoli fuerunt confirmati in gratia per aſſiſtentiam, & protectionem continuam Spiritus Sancti, itaut deinceps ab ea excidere, nec mortaliter, ſed venialiter dumtaxat peccare poſſent. Ita Dionyſius Carruſianus; Confirmatos enim eos fuiſſe in gratia, docet D. Ambroſius, lib. de Benedictionibus Patriarcharum, cap. 4. & paſſim Scholaſtici, nec apparet vbi confirmati ſint in ea, niſi in Pentecoſte, tunc enim Spiritus Sancti plenitudinem acceperunt, perindè ac Baptizati in Sacramento confirmationis dicuntur in gratia Baptiſmo accepta confirmari roborari, & perfici, ac repleri Spiritu Sancto, licèt non eadem plenitudine, qua Apoſtoli in die Pentecoſtes.

31 Et repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, quia anteà habebant Spiritum Sanctum, tamen eius plenitudinem acceperunt; ita S. Leo Ser. 3. de Pentecoſte; Non tamen omnes parem acceperunt gratiam, ſed alius maiorem, alius minorem quiſque ſcilicet pro ſuo, tum officio, & gradu, tum diſpoſitione, ſicut vaſa minora, & maiora replentur vino, ſed maius plus recipit capitque, quam minus ob maiorem capacitatem; Capacitas autem maior ad recipiendum dona ſpiritus ſancti, eſt maior diſpoſitio, & præparatio, maius eorum deſiderium, & exercitium, actuum ſpiritualium, & ſupernaturalium; Præclare S. Auguſtinus, Serm. 185. de tempore; Quanta ait, & quam ineffabilis pietas Redemptoris? hominem portauit ad Cælum, & Deum miſit ad terras; Quanta eſt Auctori cura pro inſtauratione facturæ ſuæ? Ecce iterum noua de ſupernis medicina mittitur; Ecce iterum infirmos ſuos per ſe ipſam Maieſtas, viſitare dignatur; Ecce iterum humanis Diuina miſcentur, ideſt Vicarius ſucceſſor Redemptoris, vt beneficia, quæ ſaluator inchoauit peculiari ſpiritus ſanctus virtute conſumet; & quod ille redemit iſte ſanctificet, quod ille aquiſiuit iſte cuſtodiat; pulchrè hic ab Auguſtino Sanctiſſimo Doctore ſpiritus ſanctus vocatur Vicarius Chriſti, & eius ſucceſſor, ſpiritus ſanctus enim voluit in mundum deſcendere, vt imitaretur deſcenſum Verbi, eiuſque cæpta, & acta compleret.

32 Quo circa deſcenſus ſpiritus ſancti in Apoſtolos, ſimilis fuit deſcenſui Verbi in Mundum puta Incarnationi; Primò quoad ſubſtantiam; ſicut enim Verbi ſubſtantia deſcendit in Carnem, ſic ſpiritus ſanctus ſubſtantialiter deſcendit in Apoſtolos; Secundò quoad modum, ſicut enim modus Incarnationis fuit vnio hypoſtatica, ſic Hypoſtaſis ſpiritus ſancti vnita fuit Apoſtolis, alio ſingulari modò; Vnde ſicut Verbum in Carne fuit, quaſi ignis in carbone; Ideoque illud carboni ignito aſſumilant ſancti Cyrillus, & Damaſcenus, ita pariter ſpiritus ſanctus fuit, quaſi ignis inſidens Apoſtolis; Ignis enim, quoad ſplendorem rappræſentat Verbum, quod eſt ſapientia, Lux & ſplendor Patris ignis verò, quoad calorem rappræſentat ſpiritum ſanctum, qui eſt calor, ideſt amor Patris, & filij; Tertiò, quoad cauſam; tam

enim deſcenſus ſpiritus ſancti, quam Chriſti cauſa fuit amor immenſus, & diuinus, quo ipſe quaſi Deus, & ſummum bonum cupiuit ſummè benefacere hominibus ijs, quæ ſe ſummo modo adeoque ſubſtantialiter, & perſonaliter cōmunicare, & donare; Quartò quoad proprietates; ſicut enim proprietates humanæ naturæ in Chriſto attribuuntur Deo, & Verbo, & vice verſa per communicationem Idiomatum, vt alibi dictum eſt. Ita pariter eſt quædam communicatio inter ſpiritum ſanctum, & Apoſtolos per quam Apoſtoli dicuntur effecti Diuini ſpirituales Sancti ob ſpiritum Diuinum, & ſanctum, quem receperunt, ac viciſſim ſpiritus ſanctus, dicitur Apoſtolicus multi linguis, propheticus prædicator, & Doctor quia tales effecit Apoſtolos; Quintò, quoad fructus, & effectus, ſicut enim Verbum Incarnatum purgauit nos à peccatis illuminauit omni gratia donauit perfecit, beauit, & ad vitam æternam aditum parauit, ita pariter purgat illuminat perficit beat nos ſpiritus ſanctus.

33 *Et cæperunt loqui varijs linguis*, cæperunt loqui; Non poterant ſe contineri Apoſtoli ſpiritu ſancto, quaſi muſto pleni, quin illico in Dei laudes irrumperent, ac donum ſibi à ſpiritu ſancto inditum monſtrarent, & in alios effunderent; varijs linguis; quia Apoſtoli, & fideles ſinguli hic viciſſim, & ſucceſſiuè varijs linguis ſunt locuti; quia apertè dicitur loquebantur *varijs linguis*; Non eſt igitur intelligendum Apoſtolos, vna lingua ſcilicet patria, quæ erat Syroebræa locutos, & à varijs variarum linguarum gentibus fuiſſe intellectos, alioquin miraculum hoc non tàm loquentium, quam audientium fuiſſet, non enim fuiſſent in Apoſtolis, ſed in Auditoribus; Deus autem hoc dono linguarum ornare, & glorificare voluit ipſos Apoſtolos, ita Nazianzenus, Orat. 44. Probabilis tamen eſt dicta opinio Apoſtolos nimirum vna lingua loquentes, & Concionantes ab Auditoribus variarum linguarum fuiſſe intellectos, ac conſequenter vtroque modo habuiſſe, hoc donum linguarum quaſi duplicatum. Cæterum Apoſtoli acceperunt hic cognitionem omnium linguarum totius orbis, quia ad omnes Gentes deſtinabantur omniumque erant Apoſtoli, & Doctores.

34 Et quia hæc dies tertia Pentecoſtes (in qua hæc de Aduentu Spiritus Sancti ſcribuntur) eſt anniuerſaria Captiuitatis Græcorum, ſub Iugo Turcarum non eſt tranſeunda ſine funebri memoria; Græci negantes Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio, ſed à ſolo Patre, cum de hoc errore ſæpiùs, ac vltimò in Concilio Florentino à Latinis repræhenſi fuiſſent, perſtiterunt tamen in illo; Vnde in Concilio Florentino prædixit eis Thomas à Sarzana Cardinalis, qui poſteà electus Papa vocatus eſt Nicolaus V. per litteras fore, vt triennio exacto in Turcarum poteſtatem venirent, quod ita planè eueniſſe teſtatur Gennadius ipſorum Patriarcha in eo libro, quem contra Græcorum errorem ſcripſit, & ne quis dubitaret eos ob Blaſphemiam in Spiritum Sanctum, hac pæna mulctatos Capta eſt Conſtantinopolis, occiſus Conſtantinus vltimus Græcorum Imperator Magna ſtrage, & Horrendo Chriſtianorum ludibrio, & deletum pænitus Orientalem Imperium, ipſa die tertia Pentecoſtes, Anno Chriſti 1453. ſicque iuſte Turcis Deum vnum confitentibus, & trinum negantibus, ideoque Spiritum reſpuentibus traditi ſunt Græci, qui Latinis Sanctiſſimam Trinitatem, & Spiritus Sancti ex Patre, & Filio proceſſionem confitentibus conſentire, & ſubdere ſe noluerunt.

De

De Præeminentijs Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſecundum humanitatem, nempè de poteſtate Legislatiua, & de Adorabilitate. Cap. 5.

De lege veteri ſiuè ſcripta, & Moſaica. Art. 1.

1 MAgno Capiti Eccleſiæ Angelorum, & hominum Domino Noſtro Ieſu Chriſto ſuprema à Patre data eſt Poteſtas, dicente eodem, data eſt mihi omnis Poteſtas in Cælo, & in terra, Matth. 28. qua Poteſtate vſus eſt, quando Eccleſiam fundauit Sacramenta, inſtituit Apoſtolos ad prædicandum miſit, & hoc in quantum homo. Inſuper Chriſtus de iure fuit Rex temporalis totius Mundi, cuius ſucceſſores ſunt Imperatores, Reges Principes, & Reſpublicæ regnantes, quamuis ipſe de facto, non exercuerit poſſeſſionem; Habuit ex conſequenti auctoritatem ſupremam condendi leges, quam de facto exercuit per ſe obligando ad fidem, & ſuſcipienda Sacramenta, & exercuit, & exercet per ſuos ſucceſſores, tàm in ordine ad finem ſupernaturalem, quàm naturalem, illam per Poteſtatem Eccleſiaſticam plenarie collatam Summo Pontifici Romano, & alijs Inferioribus Prælatis ordine quodam; Iſtam per Poteſtatem laicam, & Politicam collatam Imperatoribus Regibus, Principibus, & Rebus publicis, ſicque varias habemus leges, de quibus agunt vſque ad tædium Canoniſtæ, & Iuriſtæ, & nos ſupra in initio Libri 5. de Legibus egimus, quatenus noſtrum propoſitum exigebat remittentes in hunc locum tractatum de Diuina lege veteri abolenda per Chriſtum, & Diuina lege Euangelica, & ſucceſſura & ſemper permanſura.

2 Scotus in 4. diſt. 17. q. 1. art 1. facta diſtinctione Iuris in communi; ſub iure Diuino, ait contineri reuelata in Sacra Scriptura veteris, & noui Teſtamenti, in ordine ad conducendum hominem ad vitam æternam, quæ non ſunt nota ex terminis, vt principia practica, vel concluſiones euidenter ex per ſe notis demonſtratæ, ſub lumine naturali noſtri Intellectus, ſed habent tantùm certitudinem ex reuelatione ipſiuſmet Dei Legiſlatoris; Hinc conſtat non magis nouam, quam veterem legem cenſuiſſe Scotum Diuinam à Deo immediatè latam, ſicuti eſt etiam tenendum de fide, nam eſt expreſſa in Sacra Scriptura in Libris Canonicis, quorum Deus eſt Author, ergo lex vetus in Sacra Scriptura contenta, verè eſt à Deo, quod verò lex vetus ſit contenta in Sacra Scriptura, patet ex Rom. 3. vbi ſic legitur; Quid ergo amplius Iudæo eſt? multum per omnem modum, primum quidem quia credita ei ſunt eloquia Dei, ſcilicet lex vetus; Item Hæbreor. 1. multifariàm multiſque modis olim loquens Patribus nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio; Sermo eſt de vtraque lege veteri, & noua vtraque à Deo, cum hoc ſolo diſcrimine, quod noua fuit nobis data cum viſibili manifeſtatione Diuini verbi in carne humana, non ſic vetus.

3 Manichæi dixerunt non à Deo, ſed à Diabolo datam eſſe legem veterem, vt refert D. Auguſtinus in pluribus locis, ſed præcipuè in duobus libris, contra Aduerſarium legis, & Prophetarum, & in libro de Hæreſibus, cap. 46. vbi ponit hoc eorum dogma, Deum qui legem per Moyſem dedit non eſſe verum Deum, ſed vnũ ex principibus tenebrarum, ſed falluntur ipſi Manichæi per ipſum Principem Tenebrarum, nam idem eſt Author Moſaicæ, & Euangelicæ legis, nempè Deus, & Pater Domini Noſtri Ieſu Chriſti; ita Concilium Tridentinum, ſeſſ. 4. & apertè colligitur ex Scriptura, nam Chriſtus Matth. 15. 6. loquens de lege Moſaica, appellat mandatum Dei, cum ait irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditiones veſtras, & Apoſtolus inculcat ad Rom. 1. 1. Paulus (inquit) Apoſtolus, ſegregatus in Euan-

Euangelium Dei, quod anteà promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis Sanctis de filio ſuo; & probatur ratione D. Thomæ, in p.2. q.98. art.2. quia eiuſdem eſt proponere finem, & diſponere media ad finem, ſed Lex Euangelica eſt finis legis Moſaicæ, iuxtà illud Rom.10.4. finis Legis eſt Chriſtus, ergo idem Deus, qui eſt Author Legis Euangelicæ eſt etiam Author legis Moſaicæ. Et confirmatur hæc ratio, quia Author legis Moſaicæ hoc potiſſimum ſpectauit, vt per illam legem deduceret homines ad Chriſtum; Quod duobus modis præſtitit; Primò per vaticinia Prophetarum, qui multa de Chriſto prædixerunt; Secundò per Sacrificia Moſaica, quæ erant figuræ mortis Chriſti; At Diabolus non conatur homines, hoc modo perducere ad Chriſtum, ſed potius ab illo abſtrahere, ergo ipſe non eſt Author legis Moſaicæ.

4 Obijcies primò opera Dei ſunt perfecta Deuter.32.4. at Lex Moſaica non eſt perfecta, iuxtà illud Hebr.7.19. nihil ad perfectum adduxit Lex; ergo Deus non eſt Author Legis Moſaicæ; Item obijcies; Scriptura dicit Legem Moſaicam ab Angelis datam eſſe, Gal.3.19. Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt, ordinata per Angelos in manu Mediatoris; Reſpondetur ad primum, maior poteſt dupliciter Intelligi; Primò opera Dei ſunt perfecta, ideſt vnumquodque opus Dei tale eſt, cui abſolutè nihil deſit ſic falſa eſt; Secundò opera Dei ſunt perfecta, ideſt vnumquodque opus Dei, tale eſt cui in ſuo genere nihil deſit, ſic vera eſt, Lex enim Moſaica non eſt abſolutè perfecta, quia deeſt illi aliquid, quod habet Lex Euangelij, nimirum virtus, & efficacia, eſt tamen perfecta in ſuo genere, quia cum ex ſuo genere debeat eſſe Vmbra, & figura legis Euangelicæ in eo genere, nihil illi deeſt; Reſpondetur ad ſecũdum; Lex Moſaica tribuitur Deo Angelis, & Moyſi, ſed diuerſo modo, nã Deo tribuitur tãquam Authori illius legis, Angelis quia illam Moyſi promulgarunt, Moyſi verò, quia illam populo denunciauit; ſimile eſt de Lege Euangelica Deus fuit illius Author; Chriſtus qua homo promulgauit illam Apoſtolis; Apoſtoli toti mũdo.

5 Doctor ſubtilis in 4.diſt.2.q.1.art.1. ſupponens legem veterem in ſeipſa fuiſſe bonam vocat nouam Euangelicam optimam, & perfectiſſimam vt vltimam ſemper duraturam in aliam perfectiorem non mutandam, quomodo lex vetus in ſe bona, perfecta, mutata eſt in hanc meliorem, & perfectiorem; Homo à Deo more naturæ ab imperfecto ad perfectum, à perfecto ad perfectius, vſque ad perfectiſſimum per commenſuratas leges ad finalem beatitudinem eſt directus; In ſtatu primò naturæ ab Adamo ad Moyſen ex eodem Scoto, q.2. Prol. ad primum Lex fuit imperfecta ob pauciora in ea contenta non ſcripta, à Moyſen ad Chriſtum Lex bona, & perfecta ſcripta ob multa in ea contenta, ex Scoto in 4.diſt.15.q.3.art.2. valdè rationabilia ſtatum illius populi concernentia ad ſanctæ, & piè viuendum, & peccata omnia vitanda; Lex Euangelica à Chriſto optima tradita, & ob pauca præcepta, & multa auxilia ad adimplendum omnia, ideò diſt.3.q.4. docet inſtitutionem nouæ legis, non ſtatim reuocaſſe legem veterem, immò quatuor diſtinguit tempora; Primum fuit neceſſaria ad ſalutem; Secundũ quo fuit tantum vtilis; Tertium quo fuit ſolùm licita non neceſſaria, nec vtilis; Quartũ quo fuit prorſus illicita, & mortifera, de quibus quatuor temporibus, vide Scot.loc.cit. & nobis iterũ in ſequentibus redibit Sermo.

6 Certũ eſt de fide legem veterem fuiſſe bonam bonitate morali, & ſupernaturali; Probatur lex illa ex n.3. fuit data à Deo populo Hæbreo, vt ipſum dirigeret, non ſolùm in ordine ad finem politicum bonum, ſed etiam fuit in ordine ad finem ſupernaturalem, ergo fuit bona; quod etiam patet ex Rom.7. vbi D. Paulus comprehendens omnia præcepta moralia cæremonialia, & Iudicialia dicit lex quidem ſancta eſt, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum; Ideò Saluator, Matth.5. ait non veni ſoluere legem, ſed

adim-

adimplere, & in primis decem præcepta Decalogi, illius legis manent ſimpliciter immutata, immò perfectius expoſita ex Scoto, in 4. d. 3. q. 4. ad Argumenta; Iudicialia perſeuerant in Equipollenti, quantum ad finem, qui eſt pacifica hominum cohabitatio in vtraque ſua politia temporali, & ſpirituali, mores quippè Euangelici efficaciores ſunt ad pacificam conuerſationem, & ad vitam ducendam honeſtam, ac ſanctam à peccatis immunem, quam lex talionis; Vide Iudicilia Euangelica, Matth. 5. ego dico vobis non reſiſtere malo, &c. Quis dubitabit Iudicialia hæc lex radice Charitatis aptiora ad pacificum conuictum humanum, quam Iudicialia veteris legis oculum pro oculo, dentem pro dente?

7 Cæremonialia in hac lege noua ſunt pauciora euidentiora, efficaciora quoque ad impetrandam nobis à Deo gratiam in ſuis proprijs ſignificatis, quam in figuris veteris legis, Verbum Dei, iam apparuit in humana carne, venit vt Lux Mundi, id ceſſauit vmbra, vanæ effectæ figuræ veteris legis, ceſſauit obſcuritas reuelationum, patefacta ſunt prædictionum prophetalium vaticinia, de Aduentu Meſſiæ de eius vita, Paſſione, morte, Reſurrectione deſcenſu ad Inferos, aſcenſu, ad Cælum, venit inquam ad aperiendam nobis æternæ gloriæ Ianuam in veteri lege clauſam illis Patribus, quamuis Sanctiſſimis; Ex eiuſdem tamen noſtræ fidei, ac ſpei Miſterijs nouæ legis Euangelicæ elucet magis veteris legis bonitas naturalis moralis, & ſupernaturalis etiam ad hominem intus à peccatis mundandum, & ſanctificandum per gratiam ex Chriſti morte præuiſa à Deo in illa lege figurata, & à cultoribus eius credita, & ſperata, vt exhibenda; ex vi ipſiuſmet legis, in qua exercebantur tot ceremoniæ, quæ reſpicientes futuram exhibitionem vitæ Paſſionis, & mortis Chriſti iuſtificabant, & ſanctificabant fideles, quamuis non vt diſpoſitio immediata ad gloriam, vt in lege noua, in qua poſt exhibitam miſterioſam Redemptionem, & Ianuæ Cæleſtis Regni reſerationem exercentur Ceremoniæ, & Sacramenta infallibiliter gratiam conferentia, & proximè ad æternam felicitatem diſponentia.

8 Redeunt Manichæi, qui cum Marcionitis Diabolico inſtigante Spiritu, dicunt legem Moſaicam fuiſſe malam, & iniuſtam, & nituntur probare; Primò quia conceſſit vſuram, & libellum repudij, quæ mala, & iniuſta ſunt, Deuter. 33. & 34. Secundò quia fuit tyrannica, vt patet ex illo Exodi 21. oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede; Tertiò quia fuit intolerabilis, & obſeruatu impoſſibilis, Actuum 15. 10. quid tentatis Deum imponere Iugum ſuper ceruices Diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus; Hinc ſæpè repræhenditur in Scripturis Ezechielis 20. 25. ego dedi eis præcepta non bona, & Iudicia, in quibus non viuent; & Rom. 4. 15. Lex iram operatur, & Rom. 5. 20. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum, & Rom. 7. 8. ſine lege peccatum mortuum erat, ſed cum veniſſet mandatum peccatum reuixit; & Hebr. 8. 7. ſi prius teſtamentum culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur; Denique de facto lex illa nunc eſt illicita ſuperſtitioſa, & mortifera, quomodo tunc fuit bona? Ex natura ſua tale (ſiue bonum, ſiue malum) oportet eſſe tale; Hæc hæreſis ſatis confutata eſt præcipuè per D. Paulum ad Rom. 7. 12. vbi dicit Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum; Vbi mandatum Legis Moſaicæ, dicitur ſanctum propter præcepta Cæremonialia, iuſtum propter Iudicialia bonum propter moralia.

9 Ad primum Argumentum pro Manichæis; Reſpondetur, quod libellus repudij, & vſura ſi ſpectentur eo modo, quo Iudæis conceſſa ſunt, non ſunt mala, ſed licita; De libello repudij ſic ſentiunt, D. Thomas, Scotus, Durandus, & Paludanus, in 4. diſt. 33. Bellarminus de Matrimonio, cap. 17. ad obiectionem 14. Maldonatus, in cap. 19. Matth. Abulenſis ibidem, q. 49. 50. Beccanus in Analogia Ve-

teris

teris Teſtamenti, cap.23. De vſura, quomodo licita Iudæis, vide Beccanum, loco citato, cap.18. Ad 2. Lex Moſaica præſertim Iudicialis reſpectiuè tantum (inquit Scotus) fuit intolerabilis, & obſeruatu difficilis dicta ab Apoſtolis; & ab eis reuocata ob ſucceſſum melioris, ſcilicet legis gratiæ per Chriſtum ob vinculum ſtrictioris, ſed ſuauioris dilectionis; & Lex Moſaica data fuit Iudæis, qui erant ſerui Lex Euangelica data eſt Chriſtianis, qui ſunt filij ſeruorum autem conditio difficilior eſt, quam filiorum; Ad 3. quod eſt 2. in ordine pariter; Reſpondetur, quod Lex Moſaica præſertim Iudicialis, non quidem fuit Tyrannica, ſed tamen ſeruilis, & accommodata ſtatui Iudæorum, ſicut enim Chriſtiani ſunt in ſtatu filiorum, ac libertatis, ſic Iudæi erant in ſtatu dimoris, ac ſeruitutis debebant igitur metu pennarum à peccatis abſterreri; Ad Ezechielem dicitur, quod ibi eſt Sermo de duplici genere præceptorum; Primò de Diuinis præceptis Iudæis à Deo poſitiuè ex intentione datis, vt ſanctificarentur; de quibus dicit, quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis, &c. Secundò de præceptis Patrum ſuorum malis, & peſſimis, & à Deo ſolum permiſſus de quibus Deus dicit, & ego dedit eis præcepta non bona.

10 Cum dicitur Rom. 4. is, quod lex iram operatur; quia nimirum Lex cauſa, & occaſio eſt, *non benedictionis*, *non iuſtitiæ*, *non hæreditatis, ſed præuaricationis, & conſequenter maledictionis iræ*, & *vindictæ Diuinæ*, ſi enim non eſſet Lex, non eſſet præuaricatio legis, ita quod malitia non eſt in lege in ſe, ſed in præuaricatore Legis; Item cum dicitur, Rom. 5.20. quod Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, ſubintrauit quidem directè ad hoc, vt diſſoluto hominum mores reſtringeret alioſque duceret ad Chriſtum, qui eos ſanaret, ſed indirectè ad id, quod ſequitur, ſcilicet vt abundaret delictum; quaſi diceret; Vnde factum eſt, vt abundaret delictum; Item cum dicitur, ſine lege peccatum mortuum erat, ſed cum veniſſet mandatum peccatum reuixit, Rom. 7.8. ſine lege peccatum mortuum, ideſt ſopitum erat, ſed cum veniſſet mandatum peccatum reuixit occaſionaliter, ſed propriè præuaricatione eiuſdem mandati; tandem cum dicitur Hebræorum 8.7. ſi priùs teſtamentum culpa vacaſſet lij Culpa non dicit peccatum, ſed dicit Imperfectionem, quaſi diceret ſi priùs teſtamentum Imperfectione taceret, vel ſi non eſſet imperfectum, &c. non fuiſſet neceſſarium nouum teſtamentum ad ſanctificandum hominem.

11 Quamuis Lex fuerit imperfecta comparatione facta cum lege Euangelica, tamen ad multa fuit vtilis, iuxta illud D. Pauli ad Galatas 3.24. cum ait Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vel (vt Græcè) ad Chriſtum; Conſtat autem Pedagogum ad multa vtilem eſſe reſpectu puerorum, quos habet ſub ſua Diſciplina, & Poteſtate, nam primò oſtendit illis, in quo peccent vt emendentur; Secundò coercet illos metu virgarum, ne in poſterum peccent; Tertiò docet illos prima rudimenta Grammaticalia, & ſic paulatim diſponit, & præparat ad altiora ſtudia capeſcenda; Hæc omnia ſeruata proportione præſtabat Lex Moſaica, reſpectu Iudæorum, qui veluti pueri ſubiacebant legi, tanquam ſuo Pedagogo, ac primò oſtendebat illis, in quo peccarent, iuxta illud Rom. per legem cognitio peccati, nam ſicut pueri antequam detur illos Pædagogus ſæpè delinquunt, & propter Ignorantiam non aduertunt ſe delinquere, ita homines antequam daretur illis Lex ſcripta ſæpè peccabant, & propter cæcitatem cordis non ſciebant ſe peccare, Rom. 1.21. obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; vt poſt legem datam cæperunt agnoſcere ſua peccata, Rom. 7. peccatum non cognoui, niſi per legem, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi Lex diceret, non concupiſces.

12 Hæc cognitio erat neceſſaria via ad ſuſcipiendum Chriſtum; Cum enim Chriſtus in Euangelio, dicatur veniſſe ad delenda peccata, certè ſe Iudæi non cognouiſſent

uiſſent ſe eſſe peccatores, non vtique Christum ſuſcepiſſent; Secundò Lex Moſaica coercebat Iudæos, metu pænarum, vt in poſterum à peccato abſtinerent; Huc ſpectant omnia præcepta pænalia; terrores, & comminationes, quæ à Lege intentantur, & fulminantur, Exodi 21. 15. qui percuſſerit Patrem ſuum, aut Matrem, morte moriatur; Item oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, & alibi ſæpius; Tertiò Lex Moſaica docebat Iudæos rudimenta fidei Christianæ, & ſic diſponebat, & præparabat illos ad perfectam Christi cognitionem ſuo tempore capeſcendam; Proponebat illis Vmbras figuras inuoluere, ſub quibus Christus abſcondebatur; Proponebat inquam cruentam animalium Sacrificia, vt inde aſſurgerent ad inueſtigandum Cruentum Sacrificium in Cruce; Proponebat Circumciſionem figuram Baptiſmi, purificationes figuram pænitentiæ, Agnũ Paſchale in figuram Euchariſtiæ. Æneum ſerpentem figuram Christi, & ſic deinceps, quibus omnibus docti, & inſtructi Iudæi poterant ſuo tempore cognoſcere, & recipere Christum verum Meſſiam, niſi malitia, & perfidia excæcaſſet corda eorum.

13 Huc populo Iudæorum à Deo data fuit Lex, vetus ipſum ſolum obligans de neceſſitate ſalutis, ſic oportuit pro praua illius conditione eſt de fide, iuxta illud Rom. 3. Quid ampliùs Iudæo multum quidem per omnem modum, primum quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei, & Pſalmi 140. non fecit taliter omni nationi, & Iudicia ſua non manifeſtauit eis, quod quidem fuit quoddam priuilegium, & ſingularis prærogatiua illius Populi, quamuis ſimul fuerit etiam onus quoddam, nam difficile fuit ſeruare legem Cæremonialem, & Iudicialem; Prærogatiua quia Iudæi per illud onus, magis erant Deo coniuncti, & conſecrati quam Gentiles ſine illo onere, nam ratione legis habebant Sacerdotium Sacrificia Sacramenta, & promiſſionem venturi Christi, & Circumciſionem remedium potiſſimum Originalis culpæ delendæ; Quæ omnia faciebant Iudæos meliori conditione, quam Gentiles, qui iſta non habebant, & hæc colliguntur ex Scripturis citatis; ſimile eſt de Clericis, & Religioſis, qui tametſi plus oneris in ſe ſuſcipiant, & ad plura obligentur quam Laici, ſunt tamen melioris conditiones, quia Deo magis coniunguntur, & conſecrantur, quæ illorum eſt magna prærogatiua.

14 Hæc tamen prærogatiua non contigit eiſdem Iudæis ob eorum merita, ſed propter promiſſionem Dei, quæ Abrahæ facta eſt; Deus enim promiſerat Abrahæ, quod ex ipſius ſemine, & poſteritates naſciturus eſſet Christus, Gen. 22. 18. & ad Galat. 3. 16. Itaque propter hanc promiſſionem voluit populum illum, ex quo Christus erat naſciturus peculiari, quodammodo ab alijs diſtinguere dando illi legem Prophetas Sacrificia, & alia ſpecialia ornamenta, quibus cæteras nationes antecelleret, & Deo magis conſecraretur, iuxtà illud Exodi 19. 5. eritis mihi in peculium de cunctis populis, & ratio eſt, quia Lex Prophetæ, & ſacrificia tanquam figuræ quædam ordinabantur ad Christum venturum, ergo quibus promiſſus erat Christus illis danda erat Lex Prophetæ, & ſacrificia; Gentiles tunc erant obligati, quando volebant ſe aggregare Populo Iudæorum, & eorum Religionem amplecti, iuxta Exodum 12. 48. Quantum ad Christianos dicendum, quod ſicut pertinuit ad Iudæos, quoad obligationem, & obſeruationem, ſic etiam pertinuit ad Christianos, quo ad ſignificationem, erat enim figura quædam eorum, quæ per Christum adimpleta ſunt. Ita D. Auguſtinus, lib. 19. contra Fauſtum, cap. 7. & ſequentibus, & colligitur ex illo generali principio 1. Cor. 10. 6. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, & Hebr. 10. 1. vmbram lex habens futurorum bonorum.

15 Cæteris hominibus ſufficiebat ſola lex naturæ, ſcilicet ſupernaturaliter; Initio mundi poſt lapſum primorum parentum à Deo reuelata ſine ſcriptura memoriter ab ipſo Parente primo Adamo in filios

ſios ſucceſſiuè promulganda neceſſaria, ſufficiens ad ſalutem, vſque ad Moyſen (quod Hebræos excluſiuè) quoad alios homines vniuerſos incluſiuè, paucioribus contenta habens, tamen remedium contra Originale peccatum per gratiam, ſub Diuina inſtitutione ablatiuum illius; quia ex Doctore ſubtili in 2. diſt. 33. in fine. Deus de facto nunquam reliquit homines in puris naturalibus, ſine medijs ſufficientibus ad æternam ſalutem; ſpectat enim ad Diuinam eius prouidentiam omnibus hominibus, ſiuè Adultis, ſiuè infantibus, pro quovis ſtatu cuiuſuis nationis prouidere media, & auxilia prædicta ſub communi eius lege, quibus ſufficienter omnes poſſint reipſa vti ad vitam æternam promerendam, vel conſequendam. Idem docet S. Thomas 1. p. q. 22. art. 1. & 2. omnia verò, media neceſſaria ad conſequendum finem hunc ſpecialem ex vi Diuinæ prouidentiæ cunctis debita accipiuntur, ſub lege poſitiua Dei in liberis Decretis ſuæ voluntatis fundata ipſis hominibus ſaluandis pro quovis ſtatu ſufficienter reuelanda, non nota ex natura rei, vel terminorum ſub naturali lumine noſtri Intellectus ſub illo ordine certo, & infallibili ad attingendum beatificè Deum, ex communi ſententia omnium Theologorum, cum Magiſtro, q. 1. Prol.

16 Ideò ait Scotus in 4. diſt. 1. q. 3. etiam in lege illa naturæ regulariter oportuiſſe, aliquod Sacramentum à Deo inſtitui ex vi ſuæ legalis inſtitutionis ordinatum per gratiam ad iuſtificandum hominem à peccato Originali; Pro quocumque ſtatu, in quo eſt morbus neceſſaria eſt medicina, vnde infert Scotus, ex vi generalis prouidentiæ, qua Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ex 1. ad Timot. c. 2. ad ſanandum totũ genus humanũ, in primis parentibus corruptum fuiſſe reuelatum, aliquod tale remedium legale omnibus cómune, ſaltem pro diuerſis temporibus diuerſum pro libito Diuinæ voluntatis. Contra, ait Apoſtolus Rom. 5. vſque ad legem peccatum erat in Mundo, peccatum autem non imputabatur cum lex non eſſet, ſed regnauit mors ab Adam, vſque ad Moyſen etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri, ergo ante legem ſcriptam, nec erat notum Originale peccatum, nec remediũ Sacramentale neceſſarium de neceſſitate ſalutis; Reſpondetur ibi D. Paulum, non loqui de peccato Originali, ſed de actuali, vt patet conſideranti; Peccatum enim poſt lapſum primorum parentum erat in mundo vſque ad legem, non quod ſit per legem ablatum, ſed potius auctum; Notat hic Apoſtolus tres Mundi, ſtatus primus fuit ab Adam ad Moyſen, ſecundus à Moyſe ad Chriſtum, tertius à Chriſto, vſque ad finem Mundi, in primò regnauit peccatum, & mors, in ſecundò, lex quæ peccatum auxit, in tertiò, gratia quæ peccatum, & mortem ſuſtulit.

17 Conuenienter Lex vetus ſcripta; data fuit tempore Moyſis eſt de fide, ex Ioan. 1. Lex per Moyſen data eſt, tunc Diuina ſapientia iudicauit conueniens Legem dari per Moyſen ſaltem miniſterialiter, vt per preconem Dei, accipientem illam immediatè à Deo in Monte Syna, Deus ſapienter cum pondere, & menſura diſponit omnia, ergo impium eſt negare fuiſſe conuenientiſſimè datam; Cur tunc, non antea, vel poſteà pendet principaliter à ſola voluntate Diuina, prima omnium Regula, cuius à priori nulla poteſt aſſignari Cauſa, vel ratio ex Scoto, in 1. diſt. 8. q. 5. & in 2. diſt. 1. q. 2. ad 3. omne volitum ab ea eſt æquum conueniens; Immò iuſtum, ac neceſſarium ex ſuamet libertate; A poſteriori patet ex Scoto, in 4. diſt. 46. q. 1. ad 3. dari aliquam exigentiam à parte rei fundantem debitum iuſtitiæ ſaltem ſecundum quid; Eiuſmodi fuit conditio peſſima populi Iudaici, qui iam venerat ad profundum ſuæ miſeriæ, ob ſuperbiam, & Idolatriam; Hoc remedium per legem ſcriptam promeruit etiam illis Chriſtus Meſſias in illamet lege promiſſus per meritum Paſſionis, & mortis ſuæ præuiſam ab æterno poſt præuiſioné peccati

primorum parentum, ex Scoto in 3. diſt. 19. Ex Hebræis Chriſtus erat Meſſias naſciturus, ideò conueniens fuit eiſdem, primò per hanc legem promitti, & ex vi legis eos ad illum expectandum, ac recipiendum obligari.

18 Præcepta veteris legis in ſeipſa exſtiterunt pluſquam genere diuerſa, ac plura Scotus enim in 4. diſt. 4. q. vltima ad Argumenta ad duplicem finem ordinare videtur, omnia veteris legis præcepta omninò à parte rei diſparatum, vnum ſupernaturalem, ſcilicet Deum beatificè attingendum ex eorum meritoria obſeruantia, cum auxilio Diuinæ gratiæ. Alterum naturalem per naturæ vires habendum, ſcilicet pacificam hominum cohabitationem; Tria præceptorum genera comparatione vtriuſque finis commemorat; Moralia pertinentia ad mores, ſub morali regula iuſtitiæ temperantiæ, & fortitudinis; Ceremonialia ad Religionem, ſub Diuina reuelatione Iudicialia ad ius, & iuſtitiam miniſtrandam inter conuiuentes Ciuiliter, & Sancti, in vtraque politia temporali, & ſpirituali; Vnde præcepta veteris legis, nec ex natura rei, nec extrinſecè ordinatione Diuina ſunt vnum comparatione ad vnum finem, ſaltem proximum; Secundum Scotum Lex Euangelica continet præcepta, & conſilia Iudicialibus veteris legis æquipollentia comparatione eiuſdem finis naturalis, nullus enim dubitat legem Euangelicam reſpicere etiam intrinſecè ex natura rei conuerſationem hominum pacificam, immò ex eodem Scoto in 3. diſt. vltima, Lex Euangelica efficacius pacem inter homines conſeruat, vt ſupra probatum eſt.

19 Lex igitur vetus continet præcepta moralia, Cæremonialia, & Iudicialia, de moralibus patet; Exodi 20. vbi narrantur diſtinctè, omnia decem præcepta moralia, & hæc præcepta data ſunt Populo Hebræo in Monte Sina, die quinquageſimo, ab egreſſu filiorum Iſrael de terra Ægypti; de Cæremonialibus patet; Exodi 43. vſque in finem, & Deut. cap. 6. Hęc Cæremonialia potiſſimè figurabant Myſteria, omnia Chriſti Paſſionis, ac Cruentæ mortis, prout in Lege illa erat promiſſus veluti Spiritus in eis latenter viuificans, ſine quo tota lex illa erat occidens, ex D. Auguſtino, lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 4. De Iudicialibus quoque patet, Exodi 21. Hęc ſunt iudicia, quæ propones eis, ibi vſque ad 24. reuelantur Moyſi à Deo in ſpecie omnia, hæc præcepta pœnalia, Lex illa quo ad hæc præcepta à Deo inſtituta fuit, etiam ibi ſolemniter à Moyſe vniuerſo Iſraeli promulgata; Præter moralia ex naturali lumine rationis obligantia, Cæremonialia ex neceſſitate fidei, & ſpei in Mediatorem Chriſtum, & Iudicialia pœnas de iure Diuino aduerſus tranſgreſſores præ ſe ferentia, non fuerunt in veteri lege, alia præcepta; ſanè ſi extitiſſent conſtarent explicitè in Scriptura Veteris Teſtamenti, vt nullus ſit perplexus in lege Diuina, nec via ſalutis, ſit dubia ex Scoto, q. 2. Prolog.

20 Lex vetus explicitè induxit homines ad obſeruantiam præceptorum per temporales promiſſiones, ſiue benedictiones, vel comminationes tamen implicitè vitam æternam, vel æternum ſupplicium figurantes, ſic Scotus in 4. diſt. 1. q. 6. affirmans explicitè ſecundum debitum, vel pactum legale rarò, vel nunquam in veteri Lege fuiſſe promiſſam obſeruantibus vitam æternam, ſed implicitè obſcurè, vel figuratè fuiſſe omnibus promiſſam, maximè cum doceat loco citato, initio legem illam Hebræo Populo datum, vt per eius obſeruantiam mereretur ſalutem æternã; Dices cur ait Scotus, in 3. diſt. vlt. in lege Euangelica eſſe adiutorium, valdè notabile pro eius obſeruantia explicitè promitti vitam æternam nõ ſic pro obſeruãtia Veteris legis; Reſpõdetur diſcrimen ex hoc patere; Vitam æternam in vtroque Teſtamento ſufficienter reuelari, & per bona opera aquirendam omnibus proponi, non tamen in vtraque lege explicitè promiſſam, vt de rigore iuſtitiæ de condigno debitam per modum præmij legalis, vel coronæ ex debito legis, vt reuelauit Apoſtolus 2. Ad Timotheum, cap. 4. bonum

rum certamen Certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex, non ſolùm autem mihi, ſed ijs qui diligunt aduentum eius; His ab Apoſtolo expreſſe reuelatur ius aquiſitum in vitam æternam per obſeruantiam Diuinæ legis ex ordinatione Diuinæ voluntatis per gratiam gratum facientem, & iuſtificantem.

21 Promiſſiones temporales Diuinæ ſunt hæ, *ſi in præceptis meis ambulaueritis*, & mandata mea cuſtodieritis. Primò dabo vobis pluuias temporibus ſuis. Secundò terra gignet ſemen ſuum. Tertiò pomis arbores replebuntur. Quartò apprehendet meſſium trittura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem. Quintò comedetis panem veſtrum in ſaturitate. Sextò dabo vobis pacem in finibus veſtris, & non erit, qui exterreat. Septimò auferam malas beſtias. Octauò perſequemini Inimicos veſtros, & corruent coram vobis. Nonò perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia. Decimò creſcere vos faciam, & multiplicabimini. Vndecimò comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus projicietis. Duodecimò ponam Tabernaculum meum, in medio veſtri ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus, Leuit. 26. Comminationes Diuinæ ſunt ſequentes, *ſi non faciatis ea, quæ à me conſtituta ſunt*. Primò viſitabo vos in egeſtate, & ardore. Secundò fruſtrà ſeretis *ſementem*, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Tertiò ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini ijs, qui oderunt vos, & fugietis nemine perſequente. Quartò dabo vobis Cælum deſuper ſicut ferrum, & terram æneam. Quintò immittam in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & peccata veſtra. Sextò Inducam ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Septimò mittam peſtilentiam, in medio veſtri. Octauò cadetis inter ruinas Idolorum veſtrorum, vide Leuit. 26. & Deut. 28.

22 De Præceptis moralibus ſatis dictum eſt in 5. Libro Cæremonialia veteris legis, Scotus in 4. diſt. 3. q. 4: ad Argumenta principaliter reuocat ad purificationes, & oblationes, & ait purificationes quaſcumque figuraſſe purificationem perfectam à peccatis, quoad culpam, & pœnam per Sanguinem Chriſti, oblationes ſimiliter perfectam eiuſdem Chriſti oblationem per Cruentam mortem Crucis, inde fuiſſe ſigna exteriora, proteſtantia ex vi inſtitutionis Diuinæ; Primò fidem, & ſpem in eundem Chriſtum venturum Redemptorem communem per paſſionem, & mortem; Secundò actus latriæ, & Charitatis in Deum, ſic omnia Cæremonialia illius legis vltimate ſolum mediante Chriſto reuocari poſſunt ad cultum, & dilectionem veri Dei ſuper omnia, ſiue formaliter, ſiue diſpoſitiuè; Purificationes hoc modo iuſtificantes, & ſanctificantes diſponebant ad cultum, & amorem veri Dei, ſcilicet figuratiuè ſignificantes purificationem à peccatis in fide, & ſpe Chriſti venturi Redemptoris ſic præparabant Animum ad oblationes, etiam ſecundum ſe figurantes perfectam Chriſti oblationem in ara Crucis futuram Deo acceptabilem in ſignum interioris cultus, ſibi debiti exterius proteſtantes in illis interiorem fidem, ac ſpem in Chriſtum venturum vniuerſalem Redemptorem per eius cruentam mortem.

23 Ex dictis ſatis colligi poteſt; Immò eſt de fide Cæremonialia veteris legis per ſe, primò fuiſſe figuralia, iuxtà illud primæ ad Corint. 10. hæc omnia in figura contingebant illis, & ex Hebræorum 9. vbi plurima commemorantur veteris legis cæremonialia tabernaculum, primùm cum omnibus ornamentis, Sanguinis Animalium effuſio ſuper munera, & Sacrificia, & annualis introitus Pontificis in Sancta Sanctorum in figuram Chriſti; Ideò Scotus in 4. diſt. 3. ad argumenta aſſerit legem veterem, quoad Ceremonialia eſſe prorſus euacuatam, quia erant omnia per ſe figuralia, ait legem Euangelicam, quoad hanc partem implere legem veterem in

ſuis ſignificatis præſentibus, non ampliùs in ſeipſis futuris, pręterijt vmbra, ſucceſſit veritas plenariè, ſcilicet ceſſauere figuræ præſente figurato; In his exercebantur exterius; primò vel proximè ad proteſtandum interiores actus fidei, & ſpei in ipſum Chriſtum venturum Redemptorem, ſecundariò vel vltimatè actus latriæ, ac Charitatis in Deum; Hæc iam completa ſunt, & conſummata ex ore Chriſti in Cruce clamantis conſummatum eſt; Ioan. 19. Inde in noua lege, alia inſtituit Cæremonialia Chriſtus ipſe illis ſatis pauciora, leuiora, & perfectiora omnia ex vi operis gratiam conferentia, ex Scoto in 3. diſt. vltima, vt oſtenderet illa remanere omninò inutilia mortifera, in errorem ducentia, ac ad idolatrandum viam parantia.

24 Cæremonialia in veteri lege fuerunt innumera; nam ſi omnia Cæremonialia figurabant multiformem effectum gratiæ Dei per Chriſtum in illis figuratum, ex Epheſ. 3. vt innoteſcat per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei ſecundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino Noſtro, ex neceſſitate ſequitur debuiſſe Cæremonialia in lege illa multiplicari; primò iuxtà exigentiam miſteriorum, circa Chriſtum futurum Redemptorem per eius Paſſionem, ac cruentam mortem (in quorum fide, & ſpe tunc Iudæi ſpiritualiter purgabantur ſanabantur, & iuſtificabantur à quauis infirmitate peccati, & iniuſtitiæ, vt per diuerſitatem Cæremoniarum exterius etiam proteſtarentur fidem de illis miſterijs de neceſſitate ſalutis, ab ipſis credendis.) Secundò iuxtà exigentiam ſtatus diuerſi ipſorummet Iudæorum inducendorum ad credendum, & ſperandum in Miſterium prædictè Paſſionis, & mortis Cruentæ Chriſti futuræ; Tertiò iuxta exigentiam vitiorum vitandorum auertentium à cultu vnius veri Dei, & conuertentium ad cultum falſorum Deorum; Ideò ait Scotus in 1. d. 2. q. 3. & 4. diſt. 1. q. vltima, in fine ad compeſcendam peſſimam conditionem illius populi Deum multiplicia dediſſe Cæremonialia: Primò ne excuſarentur à futura eorum ſæuitia perſequendi, & occidendi Chriſtum; Secundò ne ſic facilè ad idolatriam defluerent.

25 Dices multitudo Cęremonialium præceptorum ab Apoſtolis, in Actibus cap. 15. indicata eſt occaſio facilis transgreſſionis; Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruicem Diſcipulorum, quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuerunt; Deus pro nullo ſtatu homini præcepta impoſuit, vt ex eis acciperet occaſionem delinquendi, ergo nec debuit in veteri lege tradere innumera Cæremonialia, maximè ad obſeruandum difficilia, Scotus in 4. diſt. 20. q. 1. mouet prudentem legiſlatorem non debere prętermittere, quæ ſecundum ſe congrua ſunt ad commune bonum Reipublicæ; Conſeruandum licèt aliquis his occaſionem acciperet delinquendi. Cæremonialia illa plura in veteri lege, ſecundum rectam rationem erant congrua remedia ad procurandam communem ſalutem, Hebræorum vt viſum eſt; Nunc è contrà illamet eſſent nobis, potiùs certa via ad ruinam, per quam reipſa ad interitum Iudæi ambulabunt, non credentes veniſſe Meſſiam, inde monet Petrus; Quid tentatis Deum? maximè quia extincta neceſſitate illorum Cæremonialium ceſſauit auxilium Diuinum, neceſſarium regulariter ad obſeruantiam illorum; Ideò ex duplici capiti tentaret, ſi iugum illius legis, quis imponeret ſuper Ceruicem Diſcipulorum cultorum Dei; Primò ex natura prædictorum contentorum in illa; Secundò ex denegatione iuſta ſpecialis auxilij Diuini, nunc regulariter ſolùm parati ad veram Chriſti legem implendam.

26 Dices 2. ex Scoto, in 4. diſt. 3. q. 4. Hebręi licitè poſt Aduentum Meſſiæ, poſt eius mortem Reſurrectionem, & Aſcenſionem obſeruabant Cæremonialia; Immò Paulus ſecundum legem purificatus eſt poſt quatuor annos, ergo Cęremonialia non erant damnata, aut mortifera; Reſponde-

ponderetur ſecundùm Scotum, Paulum tunc obſeruantem legalia inter Iudæos ante ſolemnem publicationem Euangelicæ legis, non fuiſſe reprehenſibilem, quia tunc non erant omninò illicita, nec à Chriſto omninò reuocata, qui voluit ſepelire ſynagogam cum honore; Inde Scotus diſtinguit illa quatuor tempora Veteris legis, in quorum primò illa fuit neceſſaria, in ſecundò vtilis, in tertiò licita, in quartò mortifera; Petes quid figurabant *illa Cæremonialia, in tertiò tempore*, ideſt à tempore mortis Chriſti, vſque ad Aſcenſionem in Cælum, ante ſolemnem publicationem Euangelicæ legis; Reſpondet Scotus, loco cit. nihil tunc figuraſſe, nec Apoſtoli illa implentes, ſpem aliquam in eis habebant, tantum habita ſunt licita propter honorem ſynagogæ, vſque ad certum tempus manifeſtæ reuocationis per reuelationem Diuinam Apoſtolis; Inde poſteà hæreſis ſemper fuit putare illam licita, & ad ſalutem ſufficientia, vt habetur extra de Baptiſmo, & eius effectu, cap. maiores.

27 Aptæ Ceremoniæ veteris legis diuiduntur in Sacrificia, Sacramenta, Sacra ſigna, & Sacras obſeruantias, ita Scotus in 4. d. 1. q. 6. vbi vocat omnia Cæremonialia veteris legis impropriè, vel ſaltem æquiuocè Sacramenta, vt ſub vno ſignato nominis Sacramenti conueniant ſecundùm diuerſas rationes, ideò diuiduntur, vt voces in ſignificata; Dictum eſt ſaltem æquiuocè, nam vt dictum eſt reperiebatur pro ſtatu naturæ Sacrificium inſtitutione ſua verè Sacramentale in remedium Originalis culpæ, cui ſucceſſit Circumciſio in lege ſcripta, omnia fuerunt à Deo legaliter inſtituta, vel ſaltem priuatim inſpirata; Primò vt propriè ex opere operato hominem ſanctificarent; Secundò vt ſaltem impropriè per modum meriti in ſola nuda ſpe, & fide venturi Redemptoris in illis figurati per Paſſionem eius, & mortem à Deo præuiſam augmentum gratiæ conferrent, ſic præparabant inde hominem vltimatè diſpoſitiuè, vel formaliter ad latriam, & cultum in Deum, ſic omnia ex æquo recipiebant nomen Sacramenti, quod ex Scoto, loco citato, q. 2. eſt ſignum ſenſibile per inſtitutionem Diuinam ſignificans, aliquem effectum inuiſibilem, vel ex vi operis, vel ex vi operantis; Accipitur in eis ratio Sacramenti extrinſecè, tàm ex parte Dei legaliter inſtituentis, quàm priuatim inſtituentis.

28 Conuenientia Quadrimembris Diuiſionis in Sacrificium, Sacramentum, ſignum, & obſeruantiam probatur; In ſtatu naturæ Sacramentum, & Sacrificium, ſaltem ratione diſtinguebantur; In lege ſcripta Sacrificium omninò ſeparatur à Circumciſione propriè Sacramento ex opere operato gratiam conferente, ſigna à Scoto, dicuntur legales illæ genuflexiones, inclinationes, proſternationes, quæ eadem omninò perſeuerant in Lege Euangelica; Legales obſeruantiæ ſunt abſtinentiæ à cibis temporibus determinatis, quæ etiam nunc per traditionem ſaltem Apoſtolicam obſeruantur in noſtra Eccleſia, in quatuor anni temporibus, in Vigilijs maioribus, & quadrageſimali tempore, ante Dominicam Reſurrectionis Domini deſignato; ergo aptiſſimè ſub Cæremonialibus veteris legis diuiduntur Sacrificia à Sacramentis, & ſigna Sacra ab obſeruantijs; Hinc veritas Scoticæ veritatis, ſcilicet in quauis lege fuiſſe à Deo Sacramentum rigoroſè ex vi operis iuſtificatiuum hominis ab Originali culpa ineuitabiliter ab omnibus contracta (exceptà Immaculata Virgine Matre Dei) vel contrahenda omninò diſtinctum à Sacrificijs, ſignis, ſacris, & obſeruantijs.

29 Præcepta Cæremonialia Veteris legis fuiſſe à Deo inſtituta ob rationabilem, & iuſtam cauſam eſt certum de fide; fuiſſe à Deo Cæremonialia legaliter inſtituta, vel ſaltem Patribus Veteris legis interius priuatim inſpirata conſtat, Exod. 20. vſque ad finem, vbi omnia narrantur veluti Diuina præcepta; Ratio à priori fuit fides neceſſaria. Patribus illius legis, ac omnibus cultoribus eius

illius legis, ac omnibus cultoribus eius in Chriſtum futurum Redemptorem, vt in ſpe Paſſionis, & mortis eius præuiſæ à peccatis iuſtificarentur, ergo fuerunt neceſſaria Cæremonialia, tum ad figurandum Chriſtum Redemptorem per Cruentam mortem, tum ad proteſtandum exterius illos interiores actus fidei, & ſpei in Chriſtum de neceſſitate ſalutis; Deus ab æterno ſtatuit Chriſtum cauſam meritoriam noſtræ prædeſtinationis, tàm quoad formalem electionem ad gloriam, quam quoad præparationem efficacem mediorum; Item vt eſſet caput in vtraque Eccleſia, inde poſt præuiſionem lapſus decernens venturum Redemptorem per Paſſionem, & mortem cruentam regulariter diſpoſuit nulli dare gratiam, niſi per eius merita exhibita, vel præuiſa ex Scoto in 4. diſt. 2. q. 1. ergo oportuit Cæremonialia dari in veteri lege, quæ figurarent Chriſtum Redemptorem per eius Cruentam mortem; Hæc eſt vna cauſa proximæ inſtitutionis Cæremonialium; Vltima eſt proteſtatio Latriæ, & Charitatis in Deum; Inde ait Apoſtolus 1. Corint. 10. omnia in figura contingebant illis;

30 Deus igitur propitius volens miſericorditer hominem ſaluare totus fuit priùs ad ipſum purgandum à peccatis, vt poſſet ipſum ſibi amicum conſtituere, & gratiam, & alia dona ſupernaturalia elargiri, quibus adiutus valeret meritis de condigno propriam ſalutem operari, & certam ſuam vocatione, & electionem ad gloriam reddere; Egebat homo poſt lapſum primi Parentis à Deo adiuuari, per aliquod ſpirituale remedium certum ab eo inſtitutum debens ex opere operato Originalem culpam ineuitabiliter à ſe contractam, hoc in ſtatu naturæ aliquod fuit Sacrificium, ex Scoto loco citato includens veram rationem Sacramenti, cui ſucceſſit Circumciſio in lege ſcripta immediatè à Deo inſtituta, ex Geneſ. 17. quæ pariter habuit veram rationem Sacramenti propriè dicti, quatenus delebat peccatum Originale, & ex opere operato conferebat gratiam; Hoc remedium fuit pro ſolis maſculis inſtitutum habentibus præputium; pro fæminis remanſit, ex Scoto, illud idem Sacrificium habens in lege naturæ, eandem rationem Sacramenti ad delendum, tunc ex vi ſua in eis, eandem Originalem culpam; His in lege Euangelica ſucceſſit Baptiſmus, maſculis cum fæminis commune remedium ad eandem Originalem culpam auferendam per ſanctificantis gratiæ infuſionem; Vnde nullum in hoc eſt aſſignandum diſcrimen Diuinæ legis hominibus impoſitæ ab Adam vſque modò, niſi materialis ex diuerſitate ſignorum, vel ſpiritualis ex parte gratiæ collatæ maioris, vel minoris intenſionis.

31 Confirmantur prædicta illo axiomate Scotico, quod Deus nullo tempore dimiſerit ſuos cultores, ſine remedio certo mundante ab Originali morbo ad vitam æternam conſequendam neceſſariò; omni tempore poſt lapſum Primorum parentum fuit neceſſaria deletio, vel remiſſio Originalis culpæ, quæ nec ex propria voluntate vitari poterat, nec ex vi eiuſdem certo deleri, quomodo certo ex vi naturalis Originis oportet contrahi, ergo omni tempore fuit tale remedium efficax neceſſariò inſtituendum à Deo ex opere operato ad iuſtificandum ab Originali culpa procedens ex antecedente Dei voluntate, quam ſemper voluit omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, ex 1. ad Timoth. capit. 2. Quod quidem remedium habens veram rationem Sacramenti, non ſolùm erat deletiuum peccati Originalis, ſed etiam collatiuum gratiæ ſanctificantis, iuſtificantis, & reconciliantis, nam ſi remittebat tantùm Originale peccatum, & non conferebat gratiam, duo inde ſequerentur abſurda vnum contra generalem Dei prouidentiam de facto exiſtere, tunc hominem in puris naturalibus, medium inter filium

ſium Regni, & filium gehennæ, nec ad beatitudinem ordinatum contra ſpecialem ordinem Diuinæ prouidentiæ prædictæ dirigentis, ex Scoto in 2. diſt. 33. in fine, rationalem creaturam ad proprium finem propter quem ea, ne creauit; Alterum abſurdum Deum regulariter remittere peccatum, ſine gratia inhærente.

32 Præcipua ratio præceptorum Iudicialium veteris legis fuit pænalis ad exercitium Iuſtitiæ punitiuæ, vt continerent pænas ex inſtitutione Diuina taxatas, arcentes homines à tranſgreſſione moralium, & Cæremonialium præceptorum obligantes, ſub lethali culpa Iudices ad illas inſligendas, & tranſgreſſores ad illas patienter ſuſtinendas; Ita Scotus in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 2. vbi ait principale præceptum inter Iudicialia fuiſſe legem talionis, quæ eſt omnium radix fontale principium omnis iuſtitiæ punitiuæ ad æqualitatem, vt pro damno illato proximo contra moralia præcepta in propria ſpecie fieret recompenſatio reipſa ad æqualitatem arithmeticè, patet Exodi 21. & 22. & hoc vt pacificus in vtraque politia humana, & Diuina ſit tutior; Dices tutior pax ſeruatur in Republica, ſi non percutias percutientem, & non vtaris lege talionis, ita ex Scoto in 4. diſt. 3. quæſt. 4. quæ videtur deſtruere Charitatem, quæ docet remittendam eſſe offenſam; Reſpondetur pax in Republica duabus vijs conſeruatur, vna eſt publica in foro iudiciali, in quo offenſiones ad æqualitatem recompenſantur, ſaltem in æquiualenti; Altera priuata in foro conſcientiæ, in quo Iuri ſuo ceditur, ſi à creditore reſtitui eſt impoſſibile, in primò ſunt Iudicialia neceſſaria in ordine ad rectitudinem iuſtitiæ, in ſecundò eſt neceſſaria condonatio Euangelica, vt remittantur acceptæ iniuriæ, quando eſt impoſſibilis recompenſatio.

33 Scotus in 3. diſt. vltima, in fine ſupponit iudicialia veteris legis ex inſtitutione Diuina, vel propoſuiſſe legaliter, ſub explicito pacto legis præmia temporalia ad alliciendum homines ad obſeruantiam moralium, & Cæremonialium præceptorum, vel ſtatuiſſe temporalia ſupplicia ad terrendum à tranſgreſſione illorum, non tamen negaret Scotus temporalia bona, tunc promitti ad figurandum bona æterna, ſimiliter temporale ſupplicium Deum, tunc comminari ad figurandum ſupplicium æternum. Ita quod non putamus longè eſſe à veritate aſſerere Iudicialia veteris legis eſſe litteralia, & figuralia, litteralia quatenus litteraliter bona, vel mala temporalia, vel promittebantur moralia obſeruantibus, vel comminabantur tranſgreſſoribus; figuralia verò quatenus bona, vel mala figurabant; quamuis igitur non figurabant Chriſtum Meſſiam futurum Redemptorem, tamen verè figurabant finalem iudicium Vniuerſale omnium in vltimò die per ipſum futurum ad retributionem bonorum, & ad punitionem malorum, ex Ioan. cap. 5. Pater dedit Poteſtatem filio iudicium facere, quia filius hominis eſt; Cæremonialia figurabant Chriſtum ſolùm futurum Hebræis vniuerſalem Redemptorem, per eius Cruentam mortem Iudicialia ſtatum æternæ vitæ beatorum, vel damnatorum hominum.

34 Lex vetus, & Moſaica abrogata eſt, quoad Cæremonialia, & Iudicialia; Quoad Cæremonialia dicendum abrogata fuiſſe; De quando dicimus, nec in Aduentu Chriſti, nec ſtatim in eius morte Cæremonialia ceſſaſſe, quia tota Lex vetus fuit à Deo lata, veluti ad ſalutem neceſſaria duratura, vſque ad legem Euangelicam nouam ſolemniter promulgatam, quia Lex poſitiua non obligat, niſi fuerit; Primò inſtituta ab habente auctoritatem; Secundò ſi fuerit iuſta; Tertiò ſi ſufficienter promulgata; Quartò ſi fuit recepta; Quintò ſi per legem in contrarium, vel conſuetudi-

tudinem expreſsè, vel tacitè à principe non reuocata, Scotus in 4. diſt. 3. q. 6. In primis Lex Euangelica non fuit inſtituta in Natiuitate Chriſti, nec immediatè poſt, cum eius prædicatio non inceperit, niſi poſt regreſſum à Deſerto; Vnde de fide eſt, vſque ad annum trigeſimum Chriſti, omnia Cæremonialia Veteris legis fuiſſe de neceſſitate ſalutis, & gratis conceſſo legem Euangelicam in morte Chriſti, non ſolùm fuiſſe plenè inſtitutam, ſed ſufficientiſſimè promulgatam, quod non credimus, nec indè ſequitur euacuatam ſimpliciter legem veterem, quia ex Scoto loco citato, lex Euangelica non ex natura rei euacuauit legem veterem, quaſi fuerint incompoſſibiles, ergo ad eius reuocationem fuit ſimpliciter neceſſaria ſuſpenſio immediatè à Deo, à quo etiam immediatè fuit inſtituta.

135 An verò poſt Paſſionem Chriſti legalia potuerint ſeruari ſine peccato, Scotus in 4. diſt. 3. q. vltima, poſt multa concludit Paulum licitè inter Iudæos ſeruaſſe legalia, etiam multò tempore poſt tertium Concilium fuiſſe, tamen ſibi licitum, abſque vlla ſpe ſalutis in eis, quamvis non eſſet vtile, nec neceſſarium illa ſeruare; Inter gentes, Gentibus ſe conformauit, quia licuit ſibi legem non ſeruare pro illo, ſecundò tempore Baptiſmi; ſimiliter ait Petrum in Ieroſolyma ſeruantem legem non peccaſſe, quia licuit Iudæo inter Iudæos, tunc legem ſeruare. In Antiochia autem inter Gentiles conuerſos non ſeruans legem, non peccauit; Inde ſe conformauit eis in cibis, & potibus ſine peccato, quia ſibi licuit non ſeruare legem; Peccauit poſteà ſegregans ſe ab eis in cibis, & potibus ob ſcandalum datum Puſillis Gentilibus, qui ex tali ſegregatione potuerunt dubitare, non licere manducare ex cibis gentilium, ſed eos debere ſe conformare Iudæis in cibis, &c. Sed hoc eſt falſum. Hinc Scotus loco citato, tutius credit legalia potuiſſe licitè ſeruari, ſine culpa Lethali, vſque ad eorum reuocationem, ſimpliciter à Deo factam prohibendo per Apoſtolos, vel eorum ſucceſſuros illa ſeruare; Hæc tamen reuocatio in Scriptura Sacra, non habetur, quia hiſtoria Sacræ Sripturæ, non perducit Eccleſiam vſque ad quintum annum Neronis, ſcilicet vltrà 30. annum à Paſſione Chriſti, toto illo tempore etiam Iudæi conuerſi legem obſeruabant ſine culpa.

136 Quod verò lex vetus Moſaica, quoad Iudicilia ſit abrogata, & omninò per Chriſtum euacuata in confeſſo habet Scotus, in 3. diſt. vltima, quoad vim tamen ſolam obligandi de neceſſitate ſalutis, non quoad moralem rectitudinem; Immò à Deo non ſolùm immediatè reuocata, ſed effecta mortifera ex 2. diſt. 3. quæſt. 4. poſt ſolemnem publicationem Euangelijs, hoc eſt vt ſit mortiferum credere adhuc ex inſtitutione Diuina obligare de neceſſitate ſalutis; Ideò ait Apoſtolus 1. Cor. cap. 6. iam quidem omninò delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? relaxauit rigorem Iudicialium Chriſtus. Matth. 5. ſi quis percuſſerit te in vna vna maxilla præbe illi, & alteram, & ſi quis voluerit tibi tollere tunicam relinque ei, & pallium, pertinebant iudicialia illa, ſic de neceſſitate ſalutis ad legem talionis, quæ non ſtat cum lege Euangelica, quæ eſt lex Charitatis præcipiens iniurias, ex toto corde remitti, non vlciſci, niſi cum ſolo moderamine inculpatæ tutelæ per ſeipſum iniuriam, ne inferatur, repellendi, vel illatam per ſolùm Iudicium publicæ Poteſtatis ad æqualitatem, vel in propria ſpecie, vel per æquiualens compenſandi; Igitur iudicialia veteris legis ex vi inſtitutionis Diuinæ, non habuerunt perpetuam obligationem, ſed fuerunt per Chriſtum omninò euacuata, in quantum fuit inſtitutor nouæ legis miticatis, &

tis, & Charitatis cum qua non cohærebat rigor illorum Iudiciarium de neceſſitate ſalutis.

De Lege noua, & Euangelica. Artic. 2.

1 Legi Veteri ſcriptæ, & Moſaicæ abrogatæ ſucceſſit Lex noua, & Euangelica, quam Chriſtus inſtituit, ad Chriſtianos pertinens; Ideoque non ſolùm redemptor, ſed etiam legislator dicendus, iuxtà illud Iſaiæ 33. 22. Dominus Iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter ipſe ſaluabit nos, & in Euangelio paſſim loquitur de ſua lege, Ioan. 14. 15. mandata mea ſeruate, Ioan. 15. 10. ſi præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea, Matth. 28. 19. docete eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis, & 1. Cor. 7. ijs autem qui Matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere, & 1. Cor. 9. Illis, qui ſine lege erant factus ſum, tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti; Apoſtolus ad Hebræos 1. dicit Deum locutum eſſe nobis in filio longè excellentiori modò, quam locutus ſit Patribus in Prophetis, nam Prophetæ docuerunt olim, & locuti ſunt priſcis Patribus Iudæis ſcilicet ijſque ſolis, Chriſtus verò iam nouiſſimè diebus iſtis locutus ſit nobis omnibus in quam hominibus; quaſi diceret Prophetæ priſco, & rudi incultoque ſæculo rudes, & incultos Patres noſtros docuerunt, Chriſtus verò nos tot legis præceptis, tot Cæremoniarum ritibus, tot Prophetarum oraculis inſtructos, & expolitos docuit ipſum apicem veritatis ſalutis ſapientiæ, & perfectionis;

2 Sed aduertendum eſt, quod pro nouiſſimè diebus iſtis Græca habet nouiſſimis, vel vltimis diebus, ideſt temporibus iſtis, quæſt. 6. olim vnus Propheta alteri, vna lex alteri ſucceſſit, iam verò omnibus Prophetis, vltimus Chriſtus Prophetarum maximus, & omnibus legibus vltima lex Chriſti ſucceſſit, cui nulla alia ſuccedet; Vnde ſequitur, nec plenas, nec completas, aut perfectas fuiſſe leges, & Doctrinas Prophetarum, Chriſtus verò legem, & Doctrinam plenam, & perfectam eſſe, adeò vt nihil illi ſit addendum; Secundò hiſce Verbis, ait Griſoſthomus, excitat Paulus Hebræos ad ſpem, & conſtantiam in perſecutionibus, in bonorum expoliationibus, pro fide tolerandis quaſi dicat, Agite, modicum adhuc tolerate, ex hi ſunt vltimi dies, poſt quos mox ſequitur finis laborum, & Paſſionum, atque initium præmiorum, & gaudiorum, ex aſpirat iam dies æternitatis, ex imminet vita illa glorioſa, & beata Regnum, in quam Chriſti, cuius non erit finis; ecce loquitur Chriſtus filius, qui habet verba æternæ vitæ dat vobis legem facilem, breuem, & ſuauem, qua feliciter peruenire poſſitis ad illam gloriam, ad quam ordinati eſtis.

3 Locutus eſt nobis in filio, Prophetæ enim docuerunt Patres Noſtros, vt Prophetæ, & quaſi homines futura de Chriſto, & Eccleſia Chriſti obſcurè præuidentes, & prænunciantes, iam verò in lege noua, docet nos Chriſtus filius Dei, qui clarè videt, & penetrat omnem Dei Patris ſapientiam, ſicut ergo Vmbra Corpori, ita Prophetæ Chriſto cedere, eoque præſenti tacere debent; Quaſi dicat D. Paulus, videte ergo Hebræi, & agnoſcite veſtram fælicitatem, gratias immortales Deo agite optimo maximo, quod vos in hoc legis nouæ ſæculum reſeruauerit, quo non Prophetas imperfecti membratim per partes, & obſcurè docentes, & Prophetantes, ſed ipſummet Dei Filium arcanorum Patris conſcium videre, eumque clariſſimè, & pleniſſimè docentem; atque abſcondita à conſtitutione mundi eructantem.

ſtantem audire licet; ac conſequenter aduertite, quam Chriſto præ Moyſe, & Prophetis credere, in eiuſque fide vos corroborare debeatis, vt ſcilicet bonorum rapinam malaque omnia adeoque mortem, & Martyrium pro ea libenter, & intrepidæ ſub eatis, ita D. Paulus, hortatur ſuos Hebræos ad legem Euangelicam ſuſcipiendam, deferendam, & vſque ad Sanguinis effuſionem in ea permanendum.

4 Lex hæc Euangelica vocatur Anthonomaſticè lex gratiæ, & veritatis, ſic à D. Ioanne, cap. 1. dicente gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta, & à Scoto, in 3. diſt. vltima, artic. 2. declaratur, ex parte Sacramentorum huius legis, quæ plura ſunt, & omnia ex opere operato gratiam conferunt; Primò iuſtificantem à quibuſcumque peccatis, deindè vltimò diſponentem ad gloriam, non ſic Sacramenta veteris legis, quorum vix vnum, ſic ex opere operato conferebat gratiam à ſola culpa Originali iuſtificantem, nec vt vltimam diſpoſitionem ad gloriam; Secundò Paſſio Chriſti exhibita maiora intenſiuè, & extenſiuè promeretur nobis eam, ſic credentibus exhibitam actualia excitantis, & adiuuantis gratiæ auxilia, quam in Veteri lege ſolùm præuiſa Sanctis Patribus illam, tunc credentibus exhibendam; Tertiò Lex Euangelica clarius, & vberius continet, quæ neceſſaria ad aquirendam certitudinaliter vitam æternam, quam lex vetus in qua, nec explicitè, ex Scoto loco citato ſupernaturalis beatitudo erat à Deo promiſſa per modum præmij, coronæ, mercedis, & brauis cum explicito pacto legis; omnia in figura contingebant illis, ex 1. Cor. 10. Non ſic in hac lege, in qua Matth. 10. clarè reuelatur, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, Lucæ 10. fac hoc, & viues, 1. Ioan. 3. cum apparuerit ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt; Nullibi ſic in veteri lege habetur Deũ explicitè propoſuiſſe ſupernaturalem beatitudinem promerendam.

5. D. Thomas in p. 2. quæſt. 106. artic. 1. abſolutè ait Legem Euangelicam, dicendum eſſe inditam non ſcriptam, cum tota eius virtus ſit gratia Spiritus Sancti, diffuſa in cordibus noſtris, per fidem Chriſti; Scotus verò, quæſt. 2. Prol. ad primum, & in 3. diſt. 37. ad 3. tantùm in ſtatu naturæ, ait Diuinam legem fuiſſe interius inditam, vel inſpiratam non exterius ſcriptam; Primò quia paucioribus erat contenta; Secundò quia populus in illo tempore erat longioris vitæ, & melioris diſpoſitionis in naturalibus, vt facilè potuerit legem illam memoriæ commendare; poſteà homo effectus deterioris conditionis, in naturalibus ob infirmitatem naturæ cæpit exigere legem ſibi dari, & ſcribi; Hæc exigentia maior apparet in ſtatu Euangelico, in quo homo eſt breuioris vitæ. Ideò ad mentem Scoti dicendum eſt Legem Euangelicam eſſe à Verbo Dei in carne latam, Sanctis Apoſtolis primò traditam, ab eis ſolemniter promulgatam, & à quatuor Euangeliſtis conſcriptam; Ideò S. Ioannes de ſuo Euangelio, ait cap. 20. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis; Loquitur Euangeliſta de Euangelio à ſe conſcripto continentem legem promerendam vitam æternam, ergo periculoſum eſt negare legem nouã eſſe Euãgelicam, quoad omnia præcepta credendi, ſperandi, & diligendi, ad ſcriptam.

6 Nec ex alio capite, quam à Scriptura Euangeliſtarum, patent nobis præcepta fidei de neceſſitate ſalutis, de quibus idem Ioannes, cap. 4. ait, qui non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine filij Dei, ſimiliter præcepta ſpei de neceſſitate ſalutis, de quibus Matth. 9. confide (ait Saluator) fili, remittuntur tibi peccata tua, & Ioannis 16. in mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici Mundum; Hinc ait Apoſtolus Hebræorum 10. nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. defectu cuius Iudas damnatus eſt, Matth. 27. receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit; Demum

Demum præcepta Charitatis, etiam ex neceſſitate ſalutis; In his duobus mandatis, ſcilicet in dilectione Dei, & proximi vniuerſa Lex pendet, & Prophetæ, ex Matth. 39. omnia eiuſmodi præcepta in Sacra Scriptura, noui Teſtamenti continentur. Ideò ait Apoſtolus Romanorum 15. quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram Doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus; facit hoc Scriptura per exempla Sanctorum præcipuè Ieſu Chriſti quæ narrat, per exhortationes per promiſſiones, & præmia quæ Deus ſeruis ſuis promittit in Scriptura; His enim ſpem noſtram acuit, nos conſolatur exhortatur, & in deſiderium beatitudinis excitat.

7 Omnia Cæremonialia nouæ legis, quæ ſunt ſeptem Sacramenta per modum inſtrumenti ex opere operato iuſtificant, vel gratiam conferunt ex ſpeciali inſtitutione Diuina, ex meritis Paſſionis Chriſti exhibitæ, ita Scotus in 3. diſt. vltima; Inde Roman. 1. Apoſtolus vocat Euangelium virtutem Dei, in ſalutem omni Credenti ad differentiam veteris legis habentis, vim iuſtificandi vix à peccato Originali per gratiam collatam, per aliquod ex Cæremonialibus ipſius, nec vt diſpoſitionem proximam inducentem vitam æternam, vel ſupernaturalem beatitudinem, cum ab alijs actualibus ſolùm iuſtificabat *in ſola fide*, & *ſpe Chriſti Venturi ex opere opere operantis*, ſub *meritis ſuæ Paſſionis præuiſæ*; Ideò hæc dicitur Lex gratiæ ad illius differentiam, vt non ſolùm in omnibus ſuis Sacramentis conferat gratiam abundantiorem iuſtificantem à culpis omnibus, ſed diſponentem vltimò ad gloriam in termino huius vitæ mortalis ex explicito pacto; ſic gratia Spiritus Sancti, interius data, principaliter pertinere dicitur ad legem nouam, ad differentiam pariter Veteris legis, quæ nec ſic gratiam conferebat in omnibus Cæremonialibus, vel Sacramentis ex vi operis excepta Circumciſione, nec per modum vltimæ diſpoſitionis ad gloriam, quæ adhuc de rigore iuſtitiæ Diuinæ exigebat prætium noſtræ Redemptionis ſolui in Sanguine Chriſti, ſine quo nulli tunc regulariter clauſa Ianua Cæli non erat aperienda.

8 Ideò hæc Lex noua lata eſt à Chriſto, qui eſt plenus gratiæ, & veritatis per ſolutum prætium ſui Sanguinis delens aduerſum nos Chirographum Decreti ex Apoſtolo ad Coloſſ. 2. contrarium nobis, ſcilicet impeditiuum gloriæ. Immò permiſſiuum alicuius pænæ ſenſus, ſub tyrannide Diaboli, ſaltem detentionis localis per modum Carceris in Lymbò loco retro oſcuro, ſic enim loco citato, ait Apoſtolus, & vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ conuiuificaui cum illo donans vobis omnia delicta (ſcilicet quoad culpam) delens quod aduerſus nos erat Chirographum Decreti (ſcilicet pænalis excluſionis à Regno Beatitudinis, quæ à Scoto, dicitur Ianua clauſa pæna damni, tunc debita Originali peccato,) & incluſionis permiſſiuè in Lymbo, ſub poteſtate Diaboli, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio (in quo conſiſtit, ex eodem Scoto aperitio prædictæ Ianuæ) affigens illud Cruci, (in qua eſt proindè ſalus, & Reſurrectio noſtra,) & expolians Principatus, & Poteſtates, (ſcilicet ſoluens Sanctos omnes à vinculis Diaboli, localis detentionis in Lymbo auferens ab illo illud tyrannicum ius in carcerandi deinceps, etiam decedentes iuſtos ſanatos de hoc ſæculo à quauis culpa, & ratio pænæ iuſtæ mundatos) traduxit confidenter palàm triumphans illos in ſemetipſo; ſcilicet ducens illos virtute ſui meriti, vel prætio ſui Sanguinis in Regnum Beatitudinis; Hæc eſt gratia nouæ legis denegata veteri ob non ſolutum prædictum prætium.

9 Ex his magnum reſultat dubium inter Scholaſticos; In quo genere lex noua iuſtificat phyſicè in genere naturæ, an moraliter in genere doni, & beneficij;

In ge-

cij; In genere cauſæ formalis, ſcilicet ſit ne ipſa habitus infuſus gratiæ iuſtificantis, an potiùs cauſa principalis, vel inſtrumentalis effectiua iuſtificationis, an demum ſit cauſa ſolùm moralis directiua hominis ad ipſam iuſtificationem; D. Thomas docet Principale in lege noua eſſe ipſam gratiam Spiritus Sancti, interius datam ad formaliter iuſtificandum hominem, quæ ſententia ſupponit diſtinctionem duplicis gratiæ, creatæ regulariter concurrentis ad iuſtificationem peccatoris, alia enim eſt actualis tranſiens ſanctæ illuminationis, & inſpirationis excitantis, & adiuuantis Dei, vt peccator ſic diſponatur, vt oporteat per actum credendi, ſperandi, & diligendi, ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 6. Can. 3. altera verò gratia habitualis permanens, inhærens Animæ iuſtificati, vtraque iſta gratia eſt donum Dei alias non eſſet gratia; Quatenus eſt beneficium Dei, ſuo modo effectiuè ad iuſtificationem, quatenus verò forma inhæret formaliter concurrit ad iuſtificationem, ſicut gratia actualis concurrit diſpoſitiuè, ſic communiter Theologi, cum eodem Concilio.

10 Reſpondendo igitur ad dubium propoſitum, dicimus legem nouam verè ac proprio iuſtificare ſolùm directiuè, vel oſtenſiuè per modum regulæ, vt ſit lex gratiæ, ex ſeipſa in ſeptem Sacramentis ſolùm inſtrumentaliter illam cauſantibus in genere cauſæ efficientis; Verùm enim eſt dictum, D. Pauli 2. Cor. 3. littera occidit Spiritus autem viuificat verificari de lege veteri, & lege noua, ſi lex noua ſpectetur pro ſola Scriptura Euangelij, non prout ſignificat Spiritum in ea contentum concipiendum ab eius cultoribus per fidem, & ſpem; Primò in Chriſtum ſub ſpeciebus panis, & vini Euchariſtiæ in ea verè, ac realiter contentum, & in eius merita exhibita; Secundò in efficaciam omnium aliorum Sacramentorum habentium, ſub illa vim iuſtificandi, vel gratiam conferendi ex vi operis per Sanguinem Chriſti; Ideò contra D. Thomam, nulla lex pro ſola Scriptura habere poteſt vim iuſtificandi in genere cauſæ formalis cum ipſa Scriptura, nec ſit formaliter gratia infuſa iuſtificans, nec effectiuè mediante eius obſeruantia; Inſtituta eſt vtique primò à Chriſto in merita Paſſionis eiuſdem habens efficaciam iuſtificandi à quibuſuis culpis per obſeruantiam legalem ſeptem Sacramentorum per gratiam proximè diſponentem ad gloriam.

11 Et Chriſtus ſumma gratia, in rebus per tempus ortis, ex Auguſt. cap. 19. lib. 13. de Trinit. plenus gratiæ, & veritatis, ex Ioan. cap. 1. de cuius plenitudine omnes accepimus, ex eodem Ioan. cap. 3. ergo collectiuè in Chriſto; Primò iuſtificat lex noua; Secundò in ſeptem Sacramentis, quæ ſunt Cæremonialia eius ex Scoto, in 3. diſt. vltima, aliqua ſaltem non omnia neceſſaria omnibus ad ſalutem, ergo ſolùm directiuè lex noua iuſtificat dirigendo per modum regulæ ſuos Cultores ſecundùm intentionem Chriſti inſtituentis ſe veluti medium morale, vel Theologicum ordinatum ad illos ſanctificandos; Hinc patet magis ſenſus Apoſtoli littera occidit Spiritus viuificat, ſi quis legem nouam impleret prout littera ſonat, & non ſecundùm intentionem Chriſti Legiſlatoris non iuſtificaretur, non intendens facere in Sacramentis illius, quod Chriſtus in ea intendit fieri; ſolus Chriſtus eſt Spiritus viuificans, vſque ad conſecutionem gloriæ incluſiuè latens in veteri, manifeſtatus in noua lege; primò ſaltem meritoriè, quomodo ſolus Deus eſt ſic Spiritus viuificans phyſicè, ideò vt iuſtificat lex noua à quibuſuis Culpis in ordine ad conſequendam gloriam ſecundùm intentionem Chriſti Legiſlatoris, implenda eſt etiam cum fide, & ſpe in meritis ſuæ Paſſionis exhibitis; Ideò ipſe Ioannis 10. dicit ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit ſaluabitur; ego ſum via veritas

ritas, & vita nemo venit ad Patrem, niſi per me.

12 Docet Doctor ſubtilis, in 4. diſt. 2. q. 1. in initio Deum inferendis legibus pro diuerſis ſtatibus naturæ proceſſum ſeruaſſe ab imperfecto ad perfectum; Inde in primò ſtatu naturæ legem dediſſe imperfectiſſimam (ſcilicet paucioribus contentam) modicam Doctrinam continentem, tantùm in ſpiratam, non ſcriptam ſatis ſobriè proponentem neceſſaria ad ſalutem citra pactum explicitum promerendi de condigno vitam æternam, immò vix in ea conſtabat legale remedium ex vi operis propriè Sacramentum, iuſtificans ab Originali peccato ex inſtitutione Diuina, ex 4. diſt. 1. q. vlt. in fine, vbi piè tantum credit Sacrificia illius temporis fuiſſe legalia à Deo immediatè ordinata; In ſecundò ſtatu tempore Moyſis, dedit legem ſcriptam perfectiorem (ſcilicet copioſiorem præceptis refertam) moralibus, Iudicialibus, & Cæremonialibus certioribus efficacioribus, primò ad iuſtificandum ab Originali peccato, ex opere operato, & ab alijs actualibus, ſaltem ex opere operantis, ſecundò ad declinandam Idolatriam, ad figurandum pleniſſimè Chriſtum venturum Redemptorem per cruentam Crucis mortem, vel ex præuiſis meritis ſuæ Paſſionis per ſpem, & fidem in eis iuſtificarentur in Cæremonialibus prædictis, vt dictum eſt; inde ſanctificati erigerentur ad cultum Dei viuentis.

13 In tertiò ſtatu dedit legem nouam perfectiſſimam continentem pauciora præcepta Cæremonialia vberiora tamen, & faciliora omnia ex vi operis gratiam conferentia, & immediatam diſpoſitionem ad gloriam, iuſtificantem in Baptiſmo, etiam à reatu pœnæ damni, & ſenſus, inde Doctrinam magis explicatam declaratiuam ſupernaturalis veritatis, circa finem vltimum noſtrum conſtitutum in Deo clarè viſo, & beatè amato cum explicito pacto legis promiſſum, & circa media certa infallibilia ad illum conſequendum; Ideò Scotus, loco citato; In proceſſu Dei in ordine gratiæ, in confeſſo habet poſteriora eſſe perfectiora, vt Deus proceſſerit more naturæ ab imperfecto ad perfectum; ſed quæres cur Deus in ſeipſo agens perfectiſſimum, cuius perfecta ſunt opera, ex Deut. 38. rationabiliter hunc naturæ proceſſum ſeruauerit ab Imperfecto ad perfectum inferendis ſuis legibus neceſſarijs hominibus ad conſequendam vitam æternam, certè ſi in principio Mundi dediſſet hanc legem nouam, & Euangelicam tot gratijs, auxilijs, & beneficijs fæcundam homines illius ætatis, ſicuti fuerunt proſperioris complexionis naturalis, fuiſſent quoque promptiores ad opera exequenda præſcripta in tali Euangelica lege.

14 His tamen non obſtantibus dicendum eſt rationabiliſſimè legem nouam non debuiſſe à principio mundi dari, iuxtà exigentiam naturalis proprietatis perſonalis filij Dei legislatoris venturi in Carnem humanam ad redimendum humanum genus, ratio à priori eſt beneplacitum Diuinæ voluntatis, iuxtà illud D. Anſelmi Proſol. 11. vbi ſic Deum alloquitur; Illud eſt iuſtum, quod vis Domine, non iuſtum, quod tu non vis; Hæc tamen ratio eſt nimis generalis, & communis. Ideò propria ratio intrinſeca petenda eſt ex naturali proprietate perſonali filij Dei, qui eſt legifer, & Saluator Noſter; Hic filius Dei eſt neceſſariò, ſimpliciter medius in Sanctiſſima Trinitate inter Patrem, & Spiritum Sanctum; Inde venit ex 1. ad Timothæum, cap. 2. Mediator Dei, & hominum aſſumendo humanam naturam in medio temporis, & operando ſalutem noſtram in medio terræ, ſic ex miſſione filij Dei, ad extra manifeſtata eſt proceſſio eius à Patre, & conditio mediæ proprietatis inter Patrem, & filium.

15 Hac ratione Apocalip. 7. dicitur Agnus in medio Throni, & Ioannis 1. medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis, capit. 20. ſtetit in medio; Lucæ 2. ſedit in medio Doctorum 4. tranſiens per medium illorum ibat; Cap. 22. ego autem in medio veſtrum ſum

ſum, ſicut qui miniſtrat, & alibi ſæpe; Hac eadem ratione, vt manifeſtaretur filius Dei permiſſionem ad extra medius in Trinitate per proceſſionem ad intra etiam in ignominioſa morte Caluarij voluit medium Crucifigi inter duos latrones, ſimiliter extremos ex parte dextera pertinentem ad Regnum Dei ex parte ſiniſtra pertinentem ad Regnum Diaboli, ex Ioannis 19. Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc medium autem Ieſum, ergo ſecundum exigentiam ſuę perſonæ manifeſtandæ nobis in aſſumpta carne, initio mundi filius Dei venire non debuit, cum nec ipſe, ſed Pater ſit principium in Trinitate; Venit in medio annorũ docturus medium virtutis, in quauis materia, vt eſſemus perfecti, ſicut Pater noſter de Cælis perfectus eſt, Mat. 5.

16 Si non fuit data Lex noua Euangelica in Initio Mundi eſt tamen vſque in finem Mundi duratura, ita Scotus in 4. diſt. 2. q. 1. in initio ex Matth. 26. hic eſt Sanguis noui, & æterni Teſtamenti æterni, vſque ad finem Mundi duraturi, vt non ſit aliud Teſtamentum legale futurum expectandum; Item ex Matth. 24. dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, probat ratione Scotus in 3. diſt. 3. q. 1. ſcilicet ex lapſu primi hominis noſtri protoparentis propagato in omnibus per naturalem originem, non ſolùm quoad culpam, ſed etiam quoad pœnam hanc carentiæ viſionis Diuinæ, licèt Deus ab æterno præuiderit Chriſti paſſionem, & mortem à ſeipſo ſpecialiter ordinata in remedium redemptionis totius humani generis, determinauerat tamen acceptare eius paſſionem, & mortem præuiſam ad remittendam illam culpam Originalem omni credenti, ac Crediture paſſionem illam, & mortem, non ſic ad relaxandam pœnam damni illi peccato debitam (ſcilicet carentiam viſionis Diuinæ) propter ſolam paſſionem, & mortem eius præuiſam, niſi propter ipſam exhibitam, & conſummatam in Ara Crucis; futura enim paſſio in quantum futura, multa bona credentibus, & operantibus præſtitit, apertiorem tamen Ianuæ Regni Cæleſtis non impetrauit.

17 Inde ait ibidem Scotus, Sanctos Patres in Limbo, ſub tyrannide Diaboli extitiſſe à peccato Originali mundatos ob clauſam eis ianuam Regni æternæ beatitudinis in pœna prædictæ culpæ, vſque ad ſolutionem pœnæ debitæ illi in Sanguine Chriſti; Ideò illis Patribus aliàs Sanctiſſimis aperiri Ianua illius non potuerit, quouſque paſſio, & mors Chriſti non foret exhibita; Ita reuelatum eſt ab Apoſtolo ad Hebr. 9. Ideò noui Teſtamenti Mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis; Vbi enim Teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris; Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet, dum viuit, qui teſtatus eſt; Vnde nec primùm quidem ſine Sanguine dedicatum eſt (concludit) omnia penè in Sanguine, ſecundùm legem mundantur, & ſine Sanguinis effuſione, non fit remiſſio; Loquitur de effuſione Sanguinis Chriſti in re; & de remiſſione integra culpæ, & pœnæ ſcilicet carentiæ viſionis Diuinæ, ob ianuam cæleſtis Regni clauſam, & ex Decreto Diuino non aperiendam, niſi cum effectu ſoluti prætij paſſionis, & mortis Chriſti. Hæc eſt tota perfectio, maior gratiæ collatæ in Sacramento Baptiſmi, huius legis auferentis etiam reatum pœnæ, quam gratiæ collatæ in Sacramento veteris legis; maior inquam extenſiuè, vt ſit vltima diſpoſitio ad gloriam reipſa communicandam poſt ſtatum huius mortalis vitæ immediatè, vſque ad finem hominum capacium beatitudine, id eſt vſque finem mundi; Hæc noua lex eſt duratura.

18 Vlterius procedendo dicimus legem nouam, & Euangelicam eſſe ſimpliciter æternam, vel per totam æternitatem duraturam, etiam in ſtatu beatitudinis; Hoc dictum eſt certum, & infallibile; ſuppoſito totam legem Euangelicam principaliter reuocari ad dilectionem Dei, & proxi-

proximi, vt ait Saluator, Matth.22. In his duobus mandatis, tota lex pendet, & Prophetæ; Hoc præceptum dilectionis contentum in Euangelio ex toto Corde,& tota Anima,ex tota mente,& ex omnibus viribus,non eſt poſſibile impleri in via, ex Scoto in 3.d.27.art.1. non conuenimus tamen cum Caluino aſſerente hoc præceptum de dilectione Dei eſſe ſimpliciter impoſſibile pro ſtatu iſto, quod omninò negamus, quantum ad ſubſtantiam præcepti; ſed concluſio Scoti reſpicit illas omnes conditiones ſecundum quas vix poteſt adimpleri, cum nec ſit poſſibilis in hac vita mortali, tanta vir cum recollectio, vt amotis impedimentis poſſit noſtra voluntas, tantò conatu fieri in Deum, quanto ſi eſſent vires vnitæ, & non impeditæ; Vnde infert Scotus ibidem ex Auguſtino, & Magiſtro ſententiarum prædictum præceptum habiturum completam obſeruantiam in ſtatu beatitudinis, & non in via ſecundum illam intentionem actus expulſis impedimentis, & recollectis viribus, cum in ſtatu iſto pronitas virium inferiorum impediat etiam ſuperiores ab actibus perfectis, non impedit tamen obſeruantiam ſubſtantialem præcepti, quam cum auxilio ſpeciali Diuino exercent vires ſuperiores diligendo Deum ſuper omnia appretiatiuè contra Caluinum.

19 Hæc æternitas, ſiue perpetuitas legis Euangelicæ oſtenditur, *Lucæ 1. regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis,*& Dan.2. In diebus regnorum *illorum* ſuſcitabit Deus Cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & Micheæ 4. ambulabimus in nomine Dei noſtri in æternum, & infra regnabit Dominus ſuper eos in Monte *Syon*, ex hoc nunc, & vſque in æternum; Iam Regnum Chriſti inchoatum eſt in Eccleſia militante, & conſummatur in triumphante ergo æternum eſt; Inde etiam lex æterna, cum nequeat manere Regnum ſine lege; Confirmatur magis ex Dan.7. poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferretur, & Regnum eius, quod non commouebitur ergo in vera æternitate perficiendum,& conſummandum per numerum prædeſtinatorum, & complendum; ibi permanebit Sacerdotium Chriſti, quoad dignitatem,& iuriſdictionem ſuper excellentiæ; Ex Scoto in 4. diſt.19. ſimiliter quoad perfectum, & perpetuum effectum ſui Sacrificij, quomodo ab Apoſtolo Hebr.9.vocatur æterna redemptio; Ex his exploduntur aliquot Hæreſes; Quarum prima Hæreſis eſt ſlagentium ſe impudenter fingentiam defeciſſe Euangelium poſt aduentum ſuæ ſectæ;Secunda Almarici, ſtulte affirmantis legem nouam viguiſſe, vſque ad tempus ipſius poſteà habuiſſe finem.

20 Tertia cuiuſdam Ioannis de Parma opinantis Euangelium Chriſti, non eſſe Euangelium Regni, ideò poſt hoc aliud Euangelium ſuccedere; Quomodo non eſt Euangelium Regni, ſi eſt à Chriſto Rege Regum inſtitutum in vniuerſum ab Apoſtolis prædicatum, vſque ad conſummationem ſæculi permanſurum, & plus vltrà in Regno æternæ Beatitudinis? Regnum Chriſti eſt principaliter in Beatitudine, ergo Euangelicum erit ibi in ſummo gradu obſeruantiæ; Hinc quarta alia alicuius dicentis Euangelium Chriſti euacuari, alio Euangelio Spiritus Sancti adueniſſe, ſeu clareſcenti opere Ioachimi Abbatis; Hæreſes à Baruch.cap.2.dicente ſtatuam illis Teſtamentum alterum æternum; Iterum Apoc.14.à Ioanne, vidi alterum Angelum per medium Cælum habentem Euangelium æternum, patet demum ex ore Legiſlatoris, Lucæ 21. Cælum,& terra tranſibunt,verba autem mea non tranſibunt; Non obſtat textus Pauli 1. Cor.13. Cum venerit quod perfectum eſt euacuabitur,quod ex parte eſt,hoc ſolùm probat, quod ſupra docuit Scotus, hanc legem habere in Regno Beatitudinis vltimum complementum ſuæ perfectionis, maximè in quo ait Apoſtolus videmus nunc per ſpeculum in Enigmate, tunc autem faciem ad faciem, euacuabitur igitur ex parte Intellectus obſcuritas cognoſcendi Deum, ex parte ve-

rò voluntatis imperfectio ipſum diligendi.

21 Lex noua, & Euangelica aliquos exteriores actus præcipit, vel prohibet; inquit Scotus in 3. diſt. vlt. In primis præcipit in vniuerſali politia ſpirituali Eccleſiæ opera Sacramentorum, ex inſtitutione Diuina ex vi operis conferentia gratiam; Hæc ſeptem Sacramenta, non omnia ſunt omnibus Chriſtianis neceſſaria, non ſolùm ex Scoto, ibidem ſunt ſigna ſenſibilia exteriora vltimatè diſponentia ad gratiam Dei habendam, ſed etiam ordinantur ad vniendum fideles Chriſti exterius in vnitate eorumdem Sacramentalium rituum ſenſibilium, vt diſtinguantur à quibuſcumque alijs hominibus falſa religione ſectatoribus, ex eodem Scoto in 4. diſt. 1. q. 4. art. 1. Secundò præcipit exteriorem cultum Deo in Sabbato ſanctificato, ideſt die Dominica exhibendum; Demum quæ in Decalogo præcipiuntur implenda; Supponit hic Scotus fideles, ſeu Eccleſiam hanc noſtram militantem Chriſti ſponſam viſibilem conſeruatam, ex fidelibus hominibus viſibilibus, inde poſcentem viſibile caput initio ſui ortus ipſum met Chriſtum eius Architectum, qui ideò vt Deus reuerſurus ad Patrem, vnde deſcenderat, ex Ioan. 13. à Deo exiuit, & ad Deum vadit, & cap. 16. exiui à Patre, & veni in Mundum, iterùm relinquo mundum, & vado ad Patrem.

22 Caput ſic viſibile in eius locum Petrum ſuffecit, tu eſt Petrus, Matth. 16. & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, tu vocaberis Cephas, Ioan. 1. cui poſt mortem ſucceſſit Romanus Pontifex legitimè electus, caput pariter viſibile habens Poteſtatem Hyerarchiam in vniuerſali politia Eccleſiæ iudicandi de exterioribus actibus omnium fidelium; Iam Eccleſia viſibilis, ſub capite prædicto viſibili ex membris viſibilibus exigit actus viſibiles exteriores, pro ſua vitali vnione, manifeſtatione, & conſeruatione; ergo oportet in noua lege præcipi aliquos actus exteriores diſtinctos pro diuerſitate ſtatus Eccleſiaſtici, qui ſcilicet Eccleſiam ipſam in ſua vnitate conſeruant, & adaugent, aliquos pariter prohiberi, qui ſcilicet eiuſdem Eccleſiæ vnitatem, vel diſſoluunt, vel dilacerant. Ideò benè ait Scotus, ſeptem Sacramenta nouæ legis ſpectare, quidem ad ordinatam Eccleſiæ viſibilis vnitatem, vt non omnia ſint omnibus fidelibus neceſſaria, cum oporteat in ea reperiri omnes ſtatus, primò merè Eccleſiaſticorum ad exercendos Sacros ordines, & merè ſæcularium coniugatorum, ex eodem Scoto in 4. diſt. 26. q. vnica, ad propagationem electorum hominum ſecundùm prædeſtinationem Diuinam ad reparationem ruinæ Angelicæ.

23 Huic primæ Diuiſioni ſtatus in Corpore myſtico Eccleſiæ, ſub eius viſibili capite reſpondent, duo extrema Sacramenta in eodem incompoſſibilia (ſiuè de iure Diuino, ſiuè de iure Canonico) ordo, & Matrimonium, quæ ſupponunt hinc inde fideles Eccleſiaſticos, & ſæculares vnitos, etiam in vnitate viſibili, aliorum Sacramentorum Baptiſmi, Confirmationis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis. Ex his patet Eccleſiam hunc noſtram, ex Diuina inſtitutione eſſe viſibilem, ſub capite viſibili, ob Sacramenta in ea à Chriſto inſtituta viſibilia ad obtinendam principaliter gratiam ſanctificantem, vt dignè contra Fauſtum 19. docuerit Auguſtinus; In nullum nomen Religionis poſſunt homines colligari, niſi aliquorum ſignorum, velut Sacramentorum viſibilium conſortio colligantur, quo vinculo ſic colligati, quamuis alijs conditionibus diuiſi, verè tamen poſſunt dici vniti, ad ſenſum Apoſtoli, Rom. 12. ſicut in vno corpore, multa membra habemus omnia autem Membra, non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, quorum colligantia præcipuè reſultat ex Baptiſmo.

24 Inde Scotus in 4. diſt. 2. q. 1. numerum Sacramentorum, nouæ legis declarat in ordine ad manifeſtandam maximam perfectionem extenſiuam, noſtræ viſibilis

Eccleſiæ, quæ eſt vnum Corpus perfectum in genere moris Organicum, ex partibus Ætherogeneis conſtans non ſecus, ac Corpus naturale humanum, cuius vita naturalis; Primò poſſit generationem naturalem; Secundò alimentum, & nutritionem; Tertiò corroborationem; Quartò ſanitatis perditæ reparationem; Quintò complementum ſanitatis; Sextò propagationem ſpiritualem; Septimò propagationem corporalem, & carnalem ſpeciei nimirum propagationem. A ſimili Corpus Eccleſiæ, vt ſpiritualiter viuat, ſub capite Chriſto; Primò exigit Baptiſmum neceſſarium ad generationem ſpiritualem; Secundò Euchariſtiam ad nutritionem; Tertiò Confirmationem, ad roborationem; Quartò pœnitentiam ad lapſi reparationem; Quintò extremam vnctionem ad finalem præparationem; Sextò ordinem Sacrum ad multiplicationem in eſſe gratiæ vitæ ſpiritualis; Septimò, & vltimò Matrimonium ad multiplicationem electorum in eſſe naturali, ſic patet inordinata vnitate viſibili, horum ſeptem Sacramentorum, primò conſiſtere noſtram viſibilem Eccleſiam, de qua in Septimò Libro diffuſus erit Sermo.

25 Lex noua, & Euangelica ſufficientiſſimè ordinat hominem in actibus interioribus, tàm ad ducendam vitam honeſtam Ciuilem, quam ſupernaturalem ſanctam patet ex prima Cor. 13. in qua reuelantur tres habitus *infuſi à Deo interius perficientes* hominem adæquatæ fides, quoad Intellectum circa credenda, vt à Deo reuelata de neceſſitate ſalutis; Spes quoad appetitum ſecundùm affectionem commodi circa bonum Diuinum beatificè attingendum, inde in hac vita ſperandum cum auxilio Diuinæ gratiæ per Chriſtum ad æqualitatem bonorum operum; Primò ſub præcepto, Secundò ſub conſilio; Charitas quoque ad voluntatem ſecundùm affectum iuſtitiæ ad diligendum Deum propter ſe, & proximum propter Deum, nunc manent fides, ſpes, Charitas, tria hæc maior horum eſt Charitas; De neceſſitate fidei, ait Hebræorum 11. accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quia remunerator horum eſt, ideſt bonorum eſt, & Ioan. cap. 13. qui non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine Vnigeniti filij Dei, & Maria 16. qui crediderit, & Baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit damnabitur; ecce quantæ neceſſitatis eſt actus fidei.

26 Hunc actum fidei Theologi communiter, diſt. 25. q. 1. de neceſſitate ſalutis explicitè extendunt in omnibus ad contenta in Symbolo Apoſtolorum, in quo etiam continetur explicitè credendus de neceſſitate ſalutis articulus Sanctiſſimæ Trinitatis, ſub actu fidei proponuntur, tàm ſperanda de neceſſitate ſalutis ſecundùm exigentiam habitus prædicti infuſæ ſpei (de cuius actu, ait Saluator Matth. 9. confide fili remittuntur tibi peccata tua, & Hebr. 10. Itaque nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem, Defectu cuius Iudas laqueo ſe ſuſpendit, quamuis pœnitentia ductus retulerit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, dicens peccaui tradens Sanguinem iuſtum, Matth. 25. Quam agenda ex Charitate in Deum, quæ primæ Cor. cap. 13. reuelatur forma omnium virtutum, ſine qua nulla virtus prodeſt ad ſalutem, & cum qua quæuis ſufficiens; Circa tria igitur Lex noua ſufficienter ordinat interius hominem, circa Credenda, & ſperanda in Symbolo Apoſtolorum contenta, & circa agenda in Decalogo de neceſſitate ſalutis; quæ communiter Theologi, cum Magiſtro in 3. diſt. 37. ex Scoto diſtinguunt in duas Tabulas digito Dei in Monte Syna conſcriptas, & Moyſi datas.

27 Hæc agenda ſufficienter declarant dilectionem Dei, & proximi, in qua vniuerſa Lex, ſcilicet moralis pendet, & Prophetæ, ex Matth. 22. ideò ordinatè diſtincta in præcepta primæ Tabulæ immediatè ordinantia hominem ad ipſum Deum ſecundùm ſe, vel propter ſeipſum; Primò diligendum, & in præcepta ſecundæ imbibentia rectitudinem vtriuſque iuſtitiæ directiuæ eiuſdé hominis ad proximũ; ſcilicet moralis in ordine ad cómune

bonum pacifici conuictus in propria politia inter ipſos homines conſeruandum, & ſupernaturalis, vel Theologicæ in ordine ad bonum Diuinum ab omnibus beatificè attingendum; In his ſolis decem præceptis diſpoſuit Deus exhibito ſuæ voluntatis totam perfectionem humanorum actuum neceſſariam ſufficientem ad ſalutem in ſupernaturali politia Eccleſiæ; ſufficienter quoque in his, quodammodo dirigitur totus humanus affectus ad ſe, & ad alterum; ſiuè ſuperiorem, ſiuè Inferiorem, ſiuè æqualem in politia humana temporali; Dirigatur concupiſcibilis humana per ista verba, vel præcepta non concupiſces rem, non concupiſces perſonam proximi tui, non furtum facies, non fornicaberis, iraſcibilis per illud, non occides, voluntas ad Deum per illa verba, Diliges Dominum Deum tuum, non aſſumes nomen Dei tui in vanum, Sabbata ſanctifices, ad alios ſuperiores in Politia humana per illud, Honora Parentes, ad æquales; vel inferiores per illud, non dices aduersùs proximum tuum falſum Teſtimonium, & per alia moderatiua, vt meritò dixerit Saluator, Matth. 19. & Lucæ 10. hoc fac, & viues.

28 Eſt de fide in Lege noua proponi, quædam determinata conſilia de operibus perfectionis ſolùm vtilia ad conſequendam vitam æternam, ex Scoto in 2. diſt. 21. q. 1. vbi actum humanum deordinat cum diſtinguit, primò in Lethalem auferentem ordinationem virtutis, ſub Diuino præcepto neceſſariam ad ſalutem, & inuenialem ponentem deordinationem oppoſitam ordinationi virtutis, ſub conſilio Diuinò vtilis ad eundem finem conſequendum; Inde ibidem, diſt. 6. q. 2. art. vltimò peccata mortalia in homine, primò proponit diſtingui per habitus ſeptem virtutum, tres Theologicos, & quatuor Morales; poſteà certius ſubdit diſtingui per actus decem Præceptorum Decalogi, cum Deus, non omnem rectitudinem virtutis humano, ac tui debitum ex regula naturalis rationis acceperit ſub præcepto neceſſariam ad ſalutem; Peccatum mortale, & veniale eſt prima Diuiſio peccati in ſe; Mortale verò in tot ſpecies diuiditur, quod ſunt præcepta Diuina obligantia de neceſſitate ſalutis, ſimiliter venialia, ex Scoto in 2. diſt. 21. in tot ſpecies, quot ſunt actus virtutum, ſub Diuino conſilio vtiles ad conſequendam vitam æternam non neceſſarij, ex neceſſitate præcepti; Inde patet dari actus moraliter bonos extra Diuina præcepta, ex Charitate ordinabiles in Deum, ex inde propoſitos in noua Lege determinatos per modum conſilij, vt ſunt voluntaria paupertas, Cælibatum, abnegatio, propriæ voluntatis, humilitas, liberalitas, eleemoſinam, &c.

De Legibus Veteri, & noua comparatis adinuicem. Artic. 3.

1 LEx noua abſolutè eſt alia à lege veteri ſolùm quoad numerum, & diuerſitatem ſpecificam præceptorum, non quoad finem ſanctificandi, iuſtificandi, ſaltem à peccato Originali, & ſaluandi populum, vel illum beandi, ſaltem in promiſſione citrà explicitum legis; Hæc propoſitio; Probatur per principium hic aſſertum à Sancto Thoma, ſcilicet eſſe vnum eundemque finem, vtriuſque legis, ſicut eſt vnus Deus vnus Chriſtus. Idem numero (ex Auguſtino de Spiritu, & littera) in figuris veteris legis velatus in hac noua lege in propria ſpecie manifeſtatus, immò etiam ſub ſpeciebus panis, & vini Euchariſtici realiter contentus, vtrobique meritoriè iuſtificans, & ſaluans, ſolùm ergo, primò in numero, & diuerſitate præceptorum; Differt ſimpliciter lex noua à veteri habente innumera, & diuerſa ſpecie præcepta Iudicialia, & Cæremonialia, non talia in hac lege noua; Secundò differt ex parte gratiæ collatæ in tot Sacramentis nouæ legis regulariter iuſtificantis à quauis culpa,

hæc vis in illa conferebatur, ex vi operis in Circumciſione, ſola ad iuſtificandum ab Originali culpa; Tertiò gratia Circumciſionis, nec diſponebat immediatè ad Regnum beatitudinis auferens reatum pœnæ damni ſignificatum per ianuam ipſius clauſam, quæ vt ſæpè dictum non poterat aperiri, niſi ſoluto pretio Paſſionis, & cruentæ mortis Ieſu Redemptoris.

2 E contrà gratia Baptiſmalis in Sacramentis *nouæ legis*; *Vndè ex triplici* Cauſa, dicitur Euangelium lex gratiæ; Primò quià plura continet Sacramenta illam efficaciter conferentia; Secundò remittit ex vi operis Sacramentalis, quamcumque culpam; Tertiò immediatè ordinat hominem ad vitam æternam auferens reatum omnem pœnæ peccato Originali debitæ, quomodo non vetus; Quartò Lex vetus, & noua differunt ex parte præconis promulgantis, nam lex vetus fuit promulgata per Angelos, & per Moyſen Populo, lex verò noua per ipſum conditorem Chriſtum Apoſtolis, & per Apoſtolos vniuerſo orbi; Quintò ſic pariter differunt in multis alijs nouæ legis Sacramentis Euchariſtiæ, Matrimonij, Confirmationis, Ordinis, & Extremæ vnctionis, ex Scoto in 4. diſt. 7. q. 10. ex vi operis pariter ordinatis ad augendam, nutriendam, ornandam, tuendam, & roborandam ſpiritualem politiam viſibilem per gratiam habitualem intenſius ex diuerſo per Ieſu Chriſti merita titulo *collatam; quæ nulla fuerunt talia in veteri lege; Sextò ex parte efficacioris auxilij actualis intenſiuè*; & extenſi; ſcilicèt Crebioris collati, vel exhibiti ad obſeruanda omnia legis præcepta collectiuè, cum omnium tentationum Victoria; De qua gratia maiori loquitur, Scotus in 3. diſt. vltima, art. 1. dicens, quod Paſſio Chriſti exhibita plus meretur, de gratia credentibus eam iam exhibitam, quam meruerit Patribus, vel cultoribus veteris legis credita exhibenda.

3 Lex noua totam implet legem veterem, *vel formaliter in ſeipſa, vel virtualiter* in æquipollenti, vel in ſuis ſignificatis, ita Scotus in 4. diſt. 3. quæſt. vltima, vbi declarat textum, Matth. 5. non veni ſoluere legem, ſed adimplere, ſic in lege veteri erant moralia Iudicialia, & Cæremonialia, de ſingulis accipit relatum oraculum Chriſti. In primis Decalogus, ſimpliciter manet in noua lege perfectiùs expoſitus, quam à Iudæis percipiebatur, ex Matth. 5. non legiſtis, quia dictum eſt antiquis, non occides, ego autem dico vobis, quicumque dixerit fatue reus erit gehennæ ignis; Audiſtis quia dictum eſt Antiquis, non mœchaberis, ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mæchatus eſt in corde ſuo; Iudicialia omninò reuocauit ob rigorem iuſtitiæ, quoad ſolùm obligationem in foro conſcientiæ ſub lethali culpa, de neceſſitate ſalutis, in eis conſulens fini illorum perfectiùs per præcepta ſola Charitatis; Ad eundem finem efficacius præcepta Charitatis inducunt per condonationem iniuriæ citra exigentiam recumpenſationis neceſſariæ, ſub lethali culpa, ob inopiam debitoris, inde ait non veni ſoluere; ſic Scotus Iudicialia veteris legis manere in æquipollenti putat.

4 Cæremonialia illius legis, ſimiliter manent veluti ſigna in proprijs ſignificatis; veluti figuræ in ſuis figuratis, ſcilicet in Chriſto nato, paſſo, mortuo, in illis figurato, inde omninò euacuata, quoad illam vim obligandi in foro conſcientiæ, ſub lethali culpa, de neceſſitate ſalutis; ſic Chriſtus in Cæremonialibus figuratus in ſeipſo impleuit legem Cæremonialium, vt ait Matth. 5. nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere; nam ſi omnia figurabant vitam, & mortem Cruentam Chriſti ad redimendum genus humanum, & pacem perfectam per ignitam eius Charitatem, inter homines ſtatuendam, atque etiam certitudinem ſtatus æternæ beatitudinis, vel æterni ſupplicij deſignandam optimè impleuit,

non ſoluit Chriſtus legem illam veniens in mundum vniuerſalis Redemptor ignẽ Charitatis mittens inter homines, ore proprio clarè reuelans veritatem ſtatus æternæ beatitudinis, vel ſupplicij; Dices impletio contrariatur euacuationi; Lex noua euacuat veterem, ex 5. ad Galatas, ſi circumcidamini Chriſtus, nihil vobis proderit, ergo Lex noua non eſt impletiua veteris, Scotus negat conſequentiam, nam Lex non euacuat veterem euacuatione materiali; aut locali; ſed quomodo præſentia rei figuratæ figurationem figuræ, & quomodo Lux euacuat vmbram.

5 Dices ſecundò in lege noua, ex Matth. 5. Chriſtus tulit legem contrariam Veteri; Dictum eſt antiquis, quicunque dimiſerit vxorem ſuam det illi libellum repudij, ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis Cauſa fecit eam mœchari, Scotus in 4. diſt. 33. q. 3. ait Deum in Veteri Lege ad maius malum vitandum diſpenſaſſe in vinculo indiſſolubili Matrimonij per repudium, quomodo ob maius bonum prolis procreandæ diſpenſauit in Poligamia; In Lege verò Euangelica Chriſtus reduxit Matrimonium in priſtinam ſuam perfectionem, ideò Legem repudij reuocauit, magis confirmans indiſſolubilitatem contractus Matrimonialius, iuxtà Originariam eius inſtitutionem in Lege naturæ, quod Deus coniunxit homo non ſeparet, Matth. 14. Dices tertiò; In veteri Lege innumera fuere præcepta Iudicialia, in Lege Euangelica nulla ex Scoto; Reſpondetur in Lege non admitti Legem talionis, nec alia ſimilis, quia Lex noua ex Scoto, eſt Lex Charitatis non admittens rigorem iuſtitiæ ſub neceſſitate ſalutis, maximè ad vitandum liuorem vindictæ; remanet tamen ex Scoto, in Lege noua finis Iudicialium ex præcepto Charitatis, ſub eadem neceſſitate ſalutis certius, quam ex rigore iuſtitiæ, cum verius pax conſeruetur per remiſſionem offenſæ, quam per vltionem vindictæ, ad quam vitandam ait Saluator, ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros.

6 Lex noua continetur in veteri ſolùm metaphoricè, ſicut Lex res ſignata in ſigno, figurata in ſuis figuris, non phiſicè, ſicut effectus in cauſa, complementum in recompleta, locatum in loco fructus in arbore frumentum in ſpica, hoc dictum eſt de fide; ex Ezechiele 1. Rota erat in rota, ſecundùm Expoſitionem Gregorij, Homil. 6. nouum Teſtamentum eſt in veteri figuratiuè; Comparatur Lex noua ad veterem à Scoto in 4. diſt. 2. quæſt. 1. ſicut perfectum ad imperfectum, etiam figuratiuè, quomodo comparantur ſignum, & ſignatum, figura, & figuratum; Ideò Lex noua, dicitur complementum veteris ab eodem Scoto, hoc ſenſu, vt tota eius virtus ſanctificandi, & iuſtificandi homines fuerit Chriſtus in ea figuratus, vel ea ſignificatus. Hinc Lucæ 24. Idem Chriſtus ad illuminandos Diſcipulos, non credentes incipiens à Moyſe, & in omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant; Sanè moralia nouæ Legis, eadem omninò ſunt, quæ in veteri Lege, vt Chriſtus, Lucæ 10. dixerit ad legisperitum interrogantem, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? cui Chriſtus in Lege, quid ſcriptum eſt? quomodo Legis? ſcilicet illum ad eandem Legem veterem, quoad moralia miſit; Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut teipſum hoc fac, & viues, ſolùm in noua Lege manent, hæc moralia perfectius à Chriſto expoſita, ex Matth. 5.

7 In Iudicialibus Veteris Legis tantùm noua Lex continetur per Æquipollentiam præceptorum Charitatis, quæ efficaciora ſunt illis ad pacem conſeruandam inter homines, immò Lex Charitatis de remittendis iniurijs eſt fructus iuſtitiæ, intentus per Legalia veteris Legis, Charitas enim, ex prima Cor. 13. patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambi-

ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate congaudet veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſuſtinet; Ex his patet quoque vberior fructus ex ſola lege Charitatis in Euangelio, quam ex innumeris Iudicialibus in Veteri lege. Cæremonialia huius legis ſunt ſeptem Sacramenta; pariter figurata in Veteri lege, quæ omnia ex vi operis conferunt gratiam immediatè diſponentem ad gloriam; in quantum maior eſt virtus rei in ſe ipſa, quam in ſuis figuris; Ideò iure ait Apoſtolus, Roman. 1. ſe à Deo ſegregatum in Euangelium, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis Sanctis, ſcilicet Veteris Teſtamenti de filio ſuo.

8 *His verbis D. Paulus, Dignitatem Euangelij apertè indicat*, quod non hominum ſit recens inuentum, ſed Dei antiqua promiſſio vera, & magnifica, vt D. Ambroſius appellat in commentarijs, demonſtrauit, inquit iſte Sanctus Doctor etiam perſonas per quas promiſſionem ſignauerit Deus, vt quam vera, & magnifica ſit promiſſio ex his oſtenderetur, cuius effectiua executio ſolemni nuntio annuntiatur, quod Euangelium appellatur, quod quidem antonomaſticè dicitur Nuntium, & quidem bonum, quod vnicum Eccleſia ex peccabat de aduentu Meſſiæ, nuntium bonum felix, & toto orbi fauſtum, & iucundum, totiuſque fælicitatis, & bonitatis fons; Rem totam aureo, vt ſolet calamo explicauit D. Griſoſthomus, homil. 1. in Matthæum; Non abs re (inquit) Matthæus inſcriptionem ſuam Euangelium vocauit, ſiquidem veniam peccatorum, ſanctificationem, atque iuſtitiam, redemptionem, filiorum adoptionem, & Cælorum hæreditatem omnibus nuntiauit; Numquid poteſt eſſe aliquid æquale ijs tam bonis nuntijs? propterea ergo Euangelium iſta vocatur Hiſtoria, id eſt nuntium bonum, quaſi ſi omnia alia Verba inania doceantur, quibus ſolent præſentia iſta promitti, vt copia diuitiarum honores, & principatus. Hæc Chriſoſthomus, ab hoc Euangelio Lex noua data à Chriſto dicitur Euangelica, vt tota ſit inſirmandis promiſſionibus Euangelicis, & adimplendam Veteri lege.

9 Lex noua non continetur in Veteri phyſicè, vt effectus in virtute ſuæ Cauſæ, nam ſicut quæuis Cauſa eſt perfectior ſuo effectu, maximè ſi fuerit æquiuoca, ita Lex vetus foret perfectior lege noua, quod eſt error in fide; Item Lex noua non eſt in veteri, vt tota arbor in ſemine, nam certum eſt totam virtutem arboris eſſe in ſemine; ideò ſequeretur totam virtutem ſanctificandi, & iuſtificandi homines legem nouam habere ex veteri, quod Catholicæ veritati contradicit; reſtat ergo legem nouam eſſe in Veteri, ſicut figuratum in ſua figura; Dices figuratum in figura nullum eſſe reale habet proprium inde nullam naturalem virtutem in illa exercet; Cum igitur Lex noua, & Chriſtus in veteri lege, ſolùm hoc eſſe figuratiuum habeat, ergo nullam naturalem virtutem Sanctificandi hominem ex vi operis exercuit, ergo falſum eſt Chriſtum in veteri lege iuſtificaſſe ſaltem à culpa Originali ex vi operis, quomodo ſic iuſtificat à culpis omnibus in noua lege; Reſpondetur negando conſequentiam Chriſtus, ex Scoto in 4. diſt. 2. quæſt. 1. ſolùm meritoriè iuſtificat hominem à culpa non naturaliter, cum ſit tantum proprium Dei, ſic hominem à culpis iuſtificare, pendet vt ait Scotus ibi à ſola diſpoſitione totius Trinitatis, vt Chriſtus fuerit à principio cauſa meritoria iuſtificationis noſtræ, pro quouis ſtatu; Ideò ſemper exercuit hanc cauſalitatem moralem ſecundùm diſpoſitionem Diuinam; Primò ex opere operato legaliter in Sacramentis; Secundò ex opere operantis, ſcilicet ſub actibus noſtris fidei, & ſpei in ipſum ſiue fuerit tantùm futurus, vt in veteri lege, ſiue in naturali exiſtentia, vt ab initio nouæ legis, hæc cauſalitas eſt

ſolùm Metaphorica, non phyſica, ſeu naturalis, quæ phyſicè, & propriè exitare in ſua propria exiſtentia.

10 Abſolutè loquendo lex noua, & Euangelica eſt Leuior lege veteri propter duo; Primò quoniam multò pauciora continentur præcepta in lege noua Chriſti quàm in veteri, quia tantùm præcepta moralia Iuris naturalis pauca Cæremonialia, & nulla Iudicialia, vt videbimus, moralia enim quatenus à Chriſto in Euangelio explicantur, & ab Interpretibus interpretantur non variantur, niſi in maiori, vel minori claritate, vel obſcuritate, nam explicationes iuris naturalis, ſiue præceptorum Decalogi, quæ in Veteri non erant explicitè continebantur, tamen ibi in virtute; Secundò eſt Lex Chriſti leuior propter conſiderationem præmij, & adiutorium ad operandum, nam ſeruantibus legem Euangelicam propoſuit Chriſtus Dominus vitam æternam, ſed conſideratis bonis Cæleſtibus vileſcunt omnia, quæ habentur in terris; Eſt inſuper adiutorium gratiæ, & Charitatis, quia ſine gratia, nemo poteſt legem Chriſti obſeruare etiam propoſito, ſibi fine beatitudinis gratia verò eſt, quæ res aſperas molles reddit, ita vt non ſolùm præcepta, ſed etiam conſilia obſeruare leue ſit. Accedit motiuum facilitans, quia lex vetus inducebat hominem ab bonum propter timorem ad Hebræos 12. Lex autem noua mouet ad bonum propter amorem, ad Rom. 8. non accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterùm in timore, hoc eſt quia non imponit pænas, quas ſtatim inferat tranſgreſſoribus ſicut Lex Moyſis, quæ mox puniebat delinquentem.

11 Chriſtus Saluator, Matth. 7. loquens de Lege Euangelica appellat eam viam arctam; Arcta inquit eſt via, quæ ducit ad vitam; Eſt autem Lex Chriſti via arcta propter præceptorum difficultatem, non quod Chriſtus introduxerit aliquas nouas difficultates ſuper legem veterem, quia nulla præcepta poſuit vltrà ea, quæ de iure naturali erant, ſed quia illa explicauit quantum ad aliqua, quæ obſcura erant, vel potiùs per prauam conſuetudinem obſcurata; atque ita ius naturale ſi plenè obſeruandum eſt habet multas difficultates, & ratio eſt, quia omnes operationes noſtræ per virtutem dirigendæ ſunt, operari autem ſecundùm virtutem eſt valdè difficile, quia virtus conſiſtit in medio 2. Ethicorum, inuenire autem medium eſt valdè difficile, vt patet ibidem; quantò magis circa medium inuentum operari? & ideò dicitur Matth. 7. quod pauci ſunt, qui inueniunt eam; Menſuram huius anguſtiæ, & arctitudinis viæ ad cælum æquè, ac paucitatis eorum, qui ſaluantur, & qui illam capeſcunt extima ex ſequentibus typis, qui ſi conſiderentur facilè dirigent ad inueniendum, tàm deſiderabilem viam.

12 Primus typus eſt diluuium Vniuerſale, hoc enim ſolus Noe euaſit cum ſeptem Animabus; Cæteros ob peccata diluuium abſorpſit; In mundo enim eſt exvndatio, & diluuium ſcelerum indeque pænarum, & ærumnarum omnium; Secundus Typus eſt Loth, qui ſolus cum duabus filiabus euaſit incendium Sodomæ, & Pentapolis Cæteris omnibus, ob libidinem eo concrematis; Mundus enim eſt inſtar Sodomæ, ardetque cupiditate, & Luxuria, quo circa longè maior pars eorum, qui damnantur ob pollutiones, & libidines damnantur; Tertius typus eſt in ingreſſu terræ promiſſæ, quæ erat typus Cæli; Hunc enim ex ſexcentis millibus Hebræorum duo ſoli puta Ioſue, & Caleb, ingreſſi ſunt, Num. 14. 30. tandem patet ex irrefragabili Chriſti ſententia dicentis multi ſunt vocati pauci verò electi, Matth. 20. Indè ſapienter monet Caſſianus, viue cum paucis, vt inter paucos inueniri ſaluari quæ merearis. Multitudo denique damnatorum liquet ex magnitudine Inferni, quæ eſt ſtadiorum 1600. Apoc. 14. 20. hoc eſt ducentorum milliarium Italicorum (octo enim ſtadia faciunt vnum milliare Italicum) idque quaquaverſum; ſcilicèt vt Infernus profundus ſit 200. milliaribus Italicis totidem longus, & totidem latus, quod ſpacium capiet multa millie-

millena millia millionum damnatorum, qui in Inferno compingentur, ſicut halèces, & piſces in vaſe.

13 Operari autem vitioſè eſt valdè facilè propter duo; Primò quia nulla eſt difficultas in inueniendo viam, quia non eſt aliquis modus certus operandi ad malè agendum, ſed qualitercumque velimus poſſumus malè facere; Secus autem de bono, quia non poteſt bonum fieri, niſi vno modò ſcilicèt obſeruando omnes circumſtantias ſecundùm rectam rationem, malum autem ex defectu cuiuſcumque circumſtantiæ. Quapropter dicitur 2. Ethic. quod peccare contingit Infinitis modis benè autem agere ſolùm vno modò, & ponit exemplum de ſagittantibus, quia difficile eſt percutere ſignum, eo quod ad percutiendum, non eſt niſi vna via ad deficiendum autem ſunt infinitæ, ideò vna via perditionis eſt, & ferè totus mũdus, via eſt perditionis; Secundò quia operari malum non habet difficultatem, cum ſit inclinatio naturæ noſtræ deprauatæ, inclinamur enim ad aliquod extremum in omnibus Paſſionibus, & actionibus vitia autem conſiſtunt in extremo, virtus autem ſemper eſt contra naturam deprauatam, & eius corruptam inclinationem, & ideò operari ſecundùm virtutem eſt ſemper difficile; etiam ſi in omnibus rebus medium eſſet cognitum, & quoad hanc difficultatem æquales ſunt, vtraque Lex vetus, & noua.

14 Dictum eſt ſuperius explicitas declarationes, quas Chriſtus fecit ſuper Decalogum virtute fuiſſe, etiam in veteri lege attamen; quia Ignorabant Iudæi eaſdem declarationes faciliùs excuſabantur; nam quia apud Antiquos dicebatur non occides, & putabant ſe non obligatos, niſi ad cauendam occiſionem; & corporalem percuſſionem Chriſtus autem explicabat debere intelligi etiam abſtinentia ab ira, & contumelia. Idem dic de Adulterio, quod non ſolùm prohibebatur adulterium, vt putabant Iudæi, ſed etiam videre mulierem ad concupiſcendum eam, & quantum ad hæc, & alia ſimilia Lex Chriſti iudicatur ardua, & difficilis; Inſuper Chriſtus quædam prohibet nunc, quæ in veteri lege permiſſa erant propter infirmitatem hominum, & in hoc manifeſtè difficilior eſt noua Lex quam vetus, quia ibi permittebatur Libellus repudij, Deut. 24. nunc autem non permittitur, Matth. 19. & iſta eſt quædam magna difficultas; ſicut dixerunt Diſcipuli Chriſto Domino, ſi ita eſt cauſa hominis, cum vxore ſcilicet, quod non poteſt eam repudiare non expedit homini nubere. Etiam permittebatur illis dare vſuras extraneis, Deut. 23. Nulli autem nunc permittitur, quod etiam eſt difficile; Lucæ mutuum datæ nihil inde ſperantes. Vlterius tunc permittebatur appetitus vindictæ, & perſecutio hoſtium, & occiſio eorum etiamſi eſſent Innocentes, Deut. 19. & 35. nunc autem non ſolùm Innocentes, ſed etiam hoſtes iniuſtiſſimos odiſſe non licet, ſed diligere eos monemur, Matth. 5. atque ita in his maior patet difficultas legis nouæ ſuper veterem.

15 Vaſquez diſput. 183. cap. 2. grauitatem veteris legis reſpectu nouæ principaliter oſtendit ex carentia gratiæ iuſtificantis ex vi operis; In primis hoc exploſum eſt cum pro quouis ſtatu poſt lapſum Deus inſtituerit legalè remedium contra Originale; quod non poteſt regulariter applicari ſine infuſione gratiæ iuſtificantis ex vi operis per merita Paſſionis Chriſti præuiſa, vt patet Ezechielis 18. vbi etiam ex vi operis vocatur iuſtus implens præcepta illius legis, ſecundò gratia iuſtificans non aufert grauitatem legis, nec affert leuitatem, ex Scoto, in 1. diſt. 17. q. 2. § & ad ſolutionem, &c. neque ex ſubſtantia operis præcepti, nec ex intenſione actus, nec ex delectatione implendi præceptum certi ſumus gratiam iuſtificantem in eſſe nobis, cum illa omnia poſſint haberi ex ſolis naturæ viribus, cum ſolo generali concurſu Dei, alioquin eſſet homo certus à poſteriori de ſua iuſtificatione; Ideò ex eodem Scoto, ibi gratia iuſtificans, tantùm ponit principium implendi prædicta Diuina præcepta, cum meritò

vitæ æternæ, ergo grauitas veteris legis eſſentialiter eſt poſita in diuerſitate præceptorum ſcilicet iudicialium, & Cæremonialium, quæ non ſunt in noua lege; Secundò leuitas nouæ legis conſiſtit intrinſecè in abundantiori; auxilio Dei efficaciter mouentis excitantis, & adiuuantis per ſanctas illuminationes, & inſpirationes, etiam iugiter habitas ex maiori efficacia Paſſionis Chriſti exhibitæ, ad facilius, & ſuauius implendum Diuina præcepta, iuxtà illud Pſalmi 118. viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum.

16 Vtrum additio Eccleſiæ, facta Legi Euangelicæ reddet eam grauem, & obſeruatu difficiliorem lege veteri, pro intelligentia hujus notabilis difficultatis eſt ſupponendum Eccleſiam accepiſſe à Chriſto poteſtatem regendi, & paſcendi gregem Domini. Ad regimen autem Animarum, quoad mores multa ſunt pro varietate circumſtantiarum loci temporis, & Perſonarum ſtatuenda, nec ſtabilem, & generalem legem huiuſmodi habent, ſed eſt penes Prudentes Patres familias dare in tempore tritici menſura, Lucæ 12. & propter hoc fideles diſpenſatores vocantur Eccleſiæ miniſtri; Quare Chriſtus non ſatis Eccleſiæ ſuæ conſuluiſſet, niſi talem Poteſtatem ei reliquiſſet; ſupponitur etiam tanquam certiſſimum, quod Eccleſiæ Prelati Apoſtolis ſucceſſerunt, vt videndum eſt infrà in 7. libro vbi erit Sermo diffuſus de Eccleſia; Apoſtoli autem huiuſmodi leges tulerunt, nam D. Paulus 1. Cor. 14. de ratione, & ordine Prophetandi multa præcepta dat; Apoſtoli in Concilio 3. Ieroſolimitano, Actuum 15. ſtatuerunt Decretum de abſtinendo ab immolatitijs, & ſanguine, & alia ſimilia.

17 Mandata Eccleſiæ, in quantum comparantur cum Diuinis poſſunt, quatuor modis conſiderari; Primò, vt ſint huiuſmodi, quæ in Scripturis apertè ponantur, vt cum iubet Eccleſia honorare parentes, quod etiam in Decalogo iubet Scriptura, & hoc modo ſunt pure Diuina, & ſolùm miniſterialiter ab Eccleſia, quia à Deo immediatè latam ſunt, & Eccleſia in huiuſmodi Præconis, tantùm miniſterio fungitur, talia ſunt præcepta moralia ad rectum gratiæ vſum ſimpliciter neceſſaria, quæ vetus, & noua Scriptura, ſufficienter complexa eſt, vt docet Sanctus Thomas 1.2.q.108. artic. 2. Alio modò conſiderantur præcepta Eccleſiæ quatenus, & ſi in Scripturis apertè non ponantur, tamen ex Scripturis bona conſequentia deducuntur ſilogiſticum diſcurſum adhibendo, vt quia Scriptura dat Presbyteris Poteſtatem abſoluendi peccata, iubet Eccleſiam eadem confiteri, quia ſine confeſſione cognoſci, & conſequenter ſolui non poſſunt; talia etiam Diuina ſunt, quia proximum fundamentum in Verbo Dei habent, & Eccleſia in huiuſmodi, nihil aliud facit, niſi proponere explicitè, quod implicitè continebatur in Scriptura, & eam exponere.

18 Tertiò modo conſiderari poſſunt, quod generaliter, vel Scriptura, vel natura in ſpecie iubet, Eccleſia in particulari determinat, vt quia Deus in Scriptura iubet ieiunare, & mortem Domini commemorare, & orari Eccleſia certa ieiunandi, orandi, & communicandi tempora præſcribit; Hæc ſunt Eccleſiæ præcepta propria, nec propriè Diuina, & ſi condita per Poteſtatem Diuinitus acceptam; Quartò modo conſiderantur præcepta Eccleſiæ, quæ abſolutè Eccleſia facit, nec determinando, nec exponendo ius Diuinum, aut naturale, ſed ea ferendo, quæ ad ædificationem præſentem facere Iudicat, & quæ nullo mandato Diuino repugnant, & in Eccleſia eſſe hanc Poteſtatem decernit Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. Can. 20. vbi Patres Anathema dicunt eis, qui dicunt hominem iuſtificatum ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ non teneri, quibus verbis manifeſtè innuunt eſſe quædam Eccleſiæ præcepta à Dei præceptis diſtincta, quæ conſcientiam obligant, quod patet per illud Apoſtoli ad

Hebr.

Hebr. 13. obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis ipſi enim peruigilant pro Animabus veſtris, quaſi rationem Deo redituri, atque adeò non obedire peccatum eſt contrà præceptum Apoſtoli, idest Dei per Apoſtolum loquentis.

19 Sed nota, quòd Lex aliqua conſcientiam obligat, & culpam inducit quatuor modis; Primò ex ſola Legislatoris voluntate, vt principali cauſa obligationis, vt mandatum videlicet neceſſariò ſit iuſtum, & Sanctum, ideoque obligans; quia Legiſlator ſic mandat; Hoc autem eſt proprium ſolis præceptis Diuinis, & Diuinis legibus quas videlicet, aut in Scriptura Deus reuelauit; aut in mentibus hominum per naturæ inſtinctum inſcripſit; Quicquid enim, vel Deus in Scriptura, vel naturæ lex dictat, hoc ipſo obligat; Secundò modo ex Legiſlatoris voluntate non quidem principaliter, ſed quatenus à Diuina voluntate deriuatur; ſic Principium, & Eccleſiæ leges, niſi ab æquo, & iuſto ab errarent, & tunc ſolùm obligarent ad formaliter non contemni; Tertiò modo in quantum Lex ipſa eſt Reipublicæ vtilis, & de bono honeſto, ſic etiam Leges humanæ obligant etiam ad mortale, ſi materia eſt grauis; Quartò modo ex parte finis in quantum Lex non ſolùm eſt de bono honeſto, ſed etiam ad Lucrum, vel cuſtodiam fidei, vel Charitatis Chriſtianæ, ac denique ad edificationem Eccleſiæ, aut communitatis, vel proximi in particulari, & ſic Leges Eccleſiaſticæ multò fortiùs, & certius ligant, quam Ciuiles ſub pæna peccati, quia pro proprio obiecto habent, & finem proprio Animarum ſalutem.

20 His notatis dicendum eſt, cum Doctore ſubtili, in 3. diſt. 40, q. vnica §. ſi tamen loquamur de Lege noua, &c. quod loquendo de Lege quatenus eſt, non ſolùm à Chriſto tradita, ſed etiam quatenus eſt per alios explicata, vel in quantum ſuper eam alia per alios ſunt addita, quantum ad Cæremonialia poteſt dici illud, quod dixit D. Auguſtinus ad Inquiſitiones Ianuarij, ſcilicet quod Eccleſia paucis, & manifeſtis Sacramentorum ritibus contenta eſt, quidam tamen ſeruilibus premunt oneribus, adeò vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui non humanis præſumptionibus, ſed Diuinis ſubijciuntur inſtitutis, quibus verbis conqueritur, D. Auguſtinus, de tanta ſtatutorum, & præceptorum multiplicatiòne in Eccleſia Dei, non quidem vniuerſalis Eccleſiæ, quæ ſunt à Spiritu Sancto condita, immò illa dicit eſſe pauciſſima, quæ tangunt omnes homines, vt ſtatutos ab Eccleſia Feſtos dies ab operibns ſeruilibus abſtinendo celebrare, Sacrum Miſſæ Officium diebus Feſtis reuerenter audire; Quadrageſima; quatuor anni Temporibus, & Vigilijs, ſecundum morem Eccleſiæ ieiunare; Feria 6. & Sabbato à Carnibus abſtinere, peccata Sacerdoti approbato confiteri, & Sacroſanctam Euchariſtiam, circa Feſtum Paſchæ ſumere, idque ſaltem ſemel in anno diebus ab Eccleſia interdictis nuptias, non Celebrare volentes Sacris Ordinibus inſigniri ad Cælibatum obligari.

21 Sed conqueritur de Sinodalibus Capitularibus, & particularibus ſtatutis ab Eccleſiæ, & Religionum Prelatis, ſine ratione in damnationem Animarum multiplicatis cogitent prædicti Prælati, quam ſit pernicioſum ab vti Poteſtate conceſſa in tantam perditionem ouium, ſibi commiſſarum pro quarum ſpirituali ſalute tenentur dare Animam ſuam, iuxtà mandatum, & exemplum Chriſti ſupremi Prelati, & Paſtoris; qui dans legem pro hoc ſtatu pauca mandata inſtituit, docens Prælatos Eccleſiæ, & potiſſimè qui præeſt toti Eccleſiæ pauca debere inſtituere ſeruanda ab hominibus, neque debere curare, quod ad perfectionem homines tendant, ſed ſolùm à mortalibus caueant, & ideò ſine neceſſitate non debere legem aliquam condere, quia quandocumque Legem condit inducit nouam obligationem, & reducit homines in ſeruitutem, cum tamen Chriſtus voluit

luit

luit nos liberos eſſe à iugo mandatorum, & iugum ſuum ſuaue ſumere, & portare, onus ſuum leue, ſicque faciendo Lex Chriſtianorum erit leuior lege antiquorum Iudæorum, quam D. Petro teſte portare non potuerunt, quæ præter multa Iudicialia, vltrà ſexcenta præcepta Cæremonialia continebat, prout à Rabbi Moyſe collecta, & numerata ſunt.

22 De qua lege veteri, loquens Legiſlator Euangelicus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cur dixit apud D. Matthæum 5. non veni ſoluere legem, ſed adimplere, cum tamen certum ſit Legem Moyſis ſolutam eſſe, quia ceſſauit? curioſum dubium, & vtilis difficultas; Pro cuius germana intelligentia notandum eſt; Primò quod in lege, & Propheris erant quædam per modum præcepti, & alia per modum promiſſi, obſeruantibus legem per modum præcepti erant præcepta moralia, Cæremonialia, & iudicialia; per modum promiſſi erant bona temporalia, & honoris Excellentia, vt patet Deut. 26. cuſtodias omnia præcepta eius, & faciet te excellentiorem cunctis gentibus, atque etiam ipſe Meſſias, qui in Lege, & Prophetis promittebatur; Secundò notandum, quod Lex dupliciter impletur vno modò faciendo ea, quæ in illa ſcripta ſunt; alio modò implendo ea, quæ per eam ſunt promiſſa, vt dicit D. Auguſtinus, contra Fauſtum; Impletur ergo Lex, vel cum ſiunt ea, quæ in ea ſcripta ſunt, & quæ ibi præcepta ſunt, vel cum exhibentur, quæ prophetata ſunt; Chriſtus autem dicebat ſe veniſſe ad implenda ea, quæ in lege promiſſa erant tanquam quid ſingulare, non ad facienda ea, quæ in ea ſcripta, quod alijs poteſt competere; quibus verbis apertè oſtendebat Chriſtus ſe eſſe Meſſiam, nam nullus erat, per quem poſſent impleri omnia promiſſa in lege, & Prophetis, niſi Meſſias.

23 Notandum eſt tertiò, quòd ſoluere legem ſtat dupliciter; primò eſt ea, quæ lex præcipit non obſeruare; ſecundo quæ promittit non adimplere; ſoluere enim eſt deſtruere, & tunc res deſtruitur, quando vigor eius auffertur, habet autem lex vigorem in duobus videlicet, quia aliquid fieri iubet, & aliquid ad exhibendum promittit promiſſum eſt principale in lege, cum propter illud Lex obſeruetur, dicitur autem res manere, quando manet ſecundùm illud, quod in ea eſt principale, & deſtrui ſimpliciter quando deſtruitur ſecundùm id quod eſt principale eius, ſi ergo Lex annihilaretur quantum ad promiſſa, itaut ea quæ promiſſa erant, nunquam exhiberentur diceretur Lex ſoluta; ſi autem promiſſa in lege omninò exhiberentur, diceretur Lex ſimpliciter impleri; Hoc modò Chriſtus locutus eſt dicens, non veni ſoluere legem, ideſt euacuare promiſſa eius, itavt non exhibeantur, ſed implere ideſt illa exhibere realiter, & per hoc quòd venit prædicauit, paſſus eſt, & reſurrexit impleuit legem, quia nihil aliud in lege promittebatur, Chriſtus ergo nihil aliud intellexit, niſi quod ipſe non veniebat ad euacuandum promiſſa Dei in lege, ſicut ſi vellet nouam legem dare, & nouas promiſſiones, quia illud eſſet omninò ſoluere legem, ſed venit ad implendum, quia perfecit omnia, quæ promiſſa erant in Lege, & Prophetis.

24 Lex Moyſis fuit ſoluta; Primò per Deum definientem tempus, & durationem eius, & dantem aliam legem, per quam ipſa tolleretur, iuxtà illud Ierem. 31. Ecce dies veniunt, & feriam Domui Iſrael, & Domui Iuda fœdus nouum non ſecundum pactum, quod pepigi cum Patribus veſtris in die illa, qua comprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti pactum, quod irritum fecerunt; ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael, poſt dies illos dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eum, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum; Quod vaticinium manifeſtè intelligitur de Lege Chriſti, quæ vocatur lex noua, ſicut hic dicitur feriam fœdus nouum, & per hoc quod vocauit legem

iſtam

iſtam nouam innuit, quod Lex vetus aliquando ceſſatura erat; nam id, quod veteraſcit propè interitum eſt, & ſic aliquando finem habet, vt dicit Apoſtolus ad Hebr. 8. vbi hanc auctoritatem Ieremiæ explicat; Secundò Lex vetus fuit ſoluta per ſe ipſam, quia peruenerat ad finem ſuum, & ſic naturaliter ceſſabat, nam habito termino ceſſat motus, Lex enim vetus ordinabat ſolùm ad Meſſiam tanquam ad finem; Cum ergo Meſſias veniret, & compleret omnia, quæ in lege, & Prophetis ſcripta erant, ad quæ Lex ipſa ordinabat, iam erat contra rationem manere ipſam legem, quia iam euaſerat ſignum falſum, & fallax.

25 Tertiò Lex vetus ſoluta fuit per Chriſtum tanquam per complentem, omnia quæ in ea promiſſa erant, & deducentem eam ad ſuum finem, nam vt dictum eſt impleuit Legem Moyſis exhibendo omnia in ſeipſo, quæ in ea, & in Prophetis promiſſa erant, Matth. 5. Impletis autem omnibus ad quæ Lex ordinabatur, non poterat ipſa ampliùs manere; Item ſoluit eam auferendo aliquid de præceptis, vel permiſſionibus eius, vt libellum repudij dare, vſuram extraneis, odium Inimicorum appetitum vindictæ, & multas alias permiſſiones abſtulit de Lege Moyſis, quæ obtinuerant vim legis ob imperfectionem Iudæorum, atque ita Chriſtus diſſoluit vim Legis Moyſis; Quartò Lex vetus fuit ſoluta per Eccleſiam, & Apoſtolos congregatos, in Concilio Ieroſolimitano; Actuum decimoquintò, quia cum ante dubium eſſet, an legalia adhuc obligarent conuerſos ad Chriſtum definitum eſt, non eſſe eos obligatos, ſed per ſolam Chriſti fidem poſſe ſaluari; Diuus quoque Paulus, ſcribens ad Galatas, expreſsè de hac materia locutus, capit. 4. 5. 6. oſtendit nihil proficere obſeruationes legalium potiſſimum Circumciſionem.

De Prærogatiuis legis Chriſti ſuper Legem Moyſis. Articulus 4.

1 Ex dictis de Lege veteri, & Lege Euangelica colliguntur aliquot prærogatiuæ, & excellentiæ quibus Lex Euangelica eminet ſuper Legem veterem; Prima ex Originaria forma qua data eſt, nam Lex vetus data eſt primò in ſcripto, Lex verò Chriſti in ipſis viſceribus Cordis Spiritu conſignata; ſic teſtante Ieremia, capit. 31. Hoc inquit eſt teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus dabo Legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Idem D. Paulus ad Hebræos 9. Dei proprium eſt ad viſcera ipſa penitus intrare in animum calamum inferre in corde veluti candidiſſima charta ſcribere; Ideòque huiuſmodi legis inſcriptio non Moyſi conceſſa, ſed illi reſeruata eſt, qui homo ſimul eſt, & Deus. In Monte Synai veteri Populo in tabulis lapideis mandata exarauit, nouo Populo in tabulis cordis carnalibus Legem inſculpſit; Vnde illud D. Pauli 2. Corint. 3. Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei viui non in tabulis lapideis, ſed in tabulis Cordis carnalibus, ex hoc loco Pauli (inquit Theophilactus 2. Cor. 3.) noui Teſtamenti infert præcellentiam; Quantò igitur interuallo Spiritus ab Atramento diſtat, & cor à Lapide tanto, & nouum Teſtamentum à lege diſcrepat.

2 Dices; Lege noui Teſtamenti quemadmodum, & veteris atramento in Charta conſcriptæ ſunt, hæ à Moyſe, & Prophetis, illæ ab Apoſtolis, & Euangeliſtis, non ergo videtur vera prærogatiua; Reſpondetur Leges noui Teſtamenti atramento conſcriptas eſſe in Charta quemadmodum, & veteris idque commune eſſe vtrique legi, ſed

cum

cum duplici differentia; Prima quod lex ſcripta, dicitur ſcripta, quia primò data fuit à Deo ſcripta in tabulis lapideis, Lex verò Christi, primò data eſt in corde Apoſtolorum, & impreſſa menti eorum, quæ vt mente retineretur ad adiuuandam memoriam fidelium, poſt aliquot annos ab Apoſtolis conſcripta eſt; Secunda differentia, quod Legem Euangelicam Deus Populo Christiano, impreſſio per Charitatem, non ſic Legem Veterem, non enim ad Teſtamentum vetus Charitatis, & gratiæ in mente impreſſio pertinet, quia ex vi Veteris Teſtamenti Charitas, & gratia nulli hominum data eſt extra remedium Originalis peccati, de quo ſupradictum eſt; ſimiliter natura licèt poſſit Intellectum, aliquo modo illuſtrare, atque adeò leges in Intellectu (qui pertinet ad cor) inſcribere nouo tamen Teſtamento peculiaris eſt imprimi in Animis per Charitatem, & gratiam.

3 Secunda prærogatiua, Vetus Teſtamentum neminem vi ſua iuſtificauit omnis peccatorum actualium remiſſio ad Teſtamentum nouum pertinet, ſic D. Paulus ad Galat. 2. ex operibus inquit legis non iuſtificabitur omnis Caro, ideſt nulla, caro nullus homo iuſtificabitur ex lege veteri; Immò inquit D. Paulus 2. Cor. 3. ait littera occidit Spiritus viuificat litteram appellat legem veterem, litteris exaratam eam, non ſolùm non iuſtificare, ſed occidere, quia inquit D. Auguſtinus, lib. de Spiritu, & littera cap. 4. Spiritus vitam, ideſt gratiam vi ſua largiri nequiret concupiſcentiam prohibendo augeret; Dices ergo Antiqui illi Patres? qui ſub legis veteris ſtatu vixerunt gratia, & Charitate caruerunt, ſiquidem lex gratiam nemini largiri poterat? Reſpondetur fontem totius gratiæ Charitatis, & remiſſionis peccatorum nouum eſſe Teſtamentum, ideſt Chriſtum, qui ad nouum pertinet Teſtamentum. Ex hoc fonte gratiam; Charitatem peccatorum remiſſionem in Patres antiquos reliquoſque Iudæos, qui ſub legis iugo vixerunt emanaſſe fatemur; Habet enim fons hic miros quoſdam aquæ ductus, quibus cæleſtis aqua, non ad eos ſolos ducitur, qui hoc tempore vincunt, ſed ad eos etiam ducta eſt, qui ab orbe condito ad hoc vſque tempus vixere, ad eos quoque ducetur, qui ad extremum vſque diem Iudicij huius lucis vſura perfruentur.

4 E contra verò nouum Teſtamentum, ſiue lex dicitur viuificare; Primò quia gratiam largitur, quæ eſt vera Animæ vita; Secundò quia impios non occidit, ſed per Baptiſmum, & pænitentiam vitali ſpiritu donat; Tertiò quia per gratiam, & Charitatem concupiſcentiam frenat; Quartò quia aduersùs peccatum, quod oſtendit vires elargitur; Quintò, quia legis veteris præceptorum multiplicitatem abrogauit; Hæc autem omnia Auctori legis Chriſto tribuenda ſunt; Itaque conſtat Legem veterem nemini gratiam tribuiſſe; Conſtat item Legem nouam gratiam, & Charitatem per Spiritum Sanctum in cordibus hominum diffundere, vnde D. Paulus 2. Cor. 3. promulgationem noui Teſtamenti appellat miniſtrationem Spiritus, & miniſtrationem iuſtitiæ, & ad Galat. 3. hoc ſolùm inquit à vobis, volo diſcere, *Ex operibus legis Spiritum accepiſtis; an ex auditu fidei?* qui tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Quibus interrogationibus apertè indicat Apoſtolus Spiritum dari, non per opera legis, ſed per fidem viuam, quæ per Charitatem operatur.

5 Tertia prærogatiua, vetus Teſtamentum imperfectum erat, nouumque perfectiſſimum; Probatur ex D. Paulo ad Hebræos 7. reprobatio inquit fit præcedentis mandati, ideſt veteris Teſtamenti, & Legis propter infirmitatem eius, & inutilitatem; nihil enim ad perfectum adduxit lex; Infirmam in primis appellat legem, quod remiſſionem peccatorum actualium non habuerit; Nouum verò Teſtamentum potentiſſimum, vocat ad Roman. 1. Non erubeſco Euangelium, inquit Apoſtolus, virtus enim Dei eſt, (Grecæ ideſt potentia Dei eſt) ad ſalutem

omni

omni credenti; Quaſi dicat Euangelium, ſiuè nouum Teſtamentum, aut noua Lex non eſt Teſtamentum infirmum, & imbecille, vt vetus, ſed potentiſſimum ad afferendam ſalutem, quorumcumque peccatorum remiſſionem, gratiam æternam, viſam omnibus fide viua credentibus; Gratia inquit Ioannes 1. per Chriſtum facta eſt, Lex vera (quæ gratia carebat) per Moyſen data eſt; Hoc forſitan adumbrabat durus ille lapis, in quo Decalogus in ſcriptus legitur, videlicet legem veterem ad emoliendum corda gratiam, & efficacitatem non præbere; Ignis verò, qui Apoſtolorum Capitibus, in die Pentecoſtes inſedit noui Teſtamenti Poteſtatem, & gratiam prædicabat; Quemadmodum enim ignis omnia domat duriſſimum etiam ferrum emollit, ita noui Teſtamenti gratia, duriſſima etiam corda flectit.

6 D. Ambroſius in Pſalmum 14. non præualebat inquit vetus Teſtamentum ad iſtius mundi redemptionem inuocabat, & quaſi ad auxilium arceſcebat nouum Teſtamentum, clamabat Lex annuncians Euangelium, erat enim ſemiplena, & ideò erat neceſſarium, vt veniret, qui eam impleret; Hæc ille, &c. & D. Auguſtinus, in lib. de gratia Chriſti, cap. 19. Lex inquit data eſt, vt gratia quæreretur, gratia data eſt, vt Lex impleretur; Denique vmbras habebat Lex futurorum, vt ait Apoſtolus ad Hebr. 10. Quemadmodum vmbra hominem demonſtrat hominis, tamen officia obire nequit, qualia ſunt loqui, edere, euidere, & alia ſic Lex Chriſtum indicabat, eius tamen opera præſtare non poterat, ea ſunt criminum condonatio gratiæ, & Charitatis elargitio, conſcientiæ ac totius hominis purificatio; Accedit Gloſſa Hebræorum, cuius meminit Paulus Burgenſis, in additione prima Epiſtolæ ad Hebræos; in verba illa Eccleſiaſtæ 1. Capite omnia Vanitas, huiuſmodi extat Hebræorum Gloſſa; omnis Lex, quam addiſcimus in præſenti tempore, vana eſt reſpectu Legis Meſſiæ ſic Gloſſa; Vana autem erat Lex vetus, cum Lege Meſſiæ comparata, quia vmbra erat.

7 Quarta Prærogatiua; Nouum Teſtamentum, ſiuè Lex cæli fores aperuit quas vetus aperire non potuit; D. Paulus ad Hebræor. 10. habentes inquit fiduciam in Introitu Sanctorum in Sanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen ideſt carnem ſuam, &c. Ideſt fiduciam ad introeundem in Sancta Sanctorum, ideſt Cælum habemus in Sanguine, & meritis Chriſti; Quemadmodum enim Pontifex antiquus, non ſine Sanguine introibat in Sancta Sanctorum, ſic Chriſtus non ſine Sanguine, immò totus conſperſus proprio Sanguine (iuxtà illud Iſaiæ 63. quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra) introiuit in Cælum fores nobis aperuit, fiduciamque præſtitit, Initiauitque viam nobis, ideſt initium dedit viæ in Cælum tendenti in die Aſcenſionis, viæ inquam nouæ, quia nullus illud iter ante Chriſtum fecit, & viuenti, viam viuentem appellat hoc eſt perpetuam, quæ ſemper patebit nunquam morietur, ideſt nunquam occludetur; Initium autem dedit huic viæ, per velamen ideſt carnem ſuam extollendo in Cælum humanitatem ſuam, quæ velamen erat Diuinitatis, vel initiauit, & aperuit hanc viam nobis per carnem, ideſt per oblationem Corporis in Cruce, & per merita humanitatis, vt per eam tanquam per velamen ingrediamur in Sancta Sanctorum.

8 Vide quàm pateant Cæli portæ, duodecim portas Cæli, vidit Ioannes Apoc. 21. ne vnam quidem clauſam Portæ, inquit eius non claudentur; Ab oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres, verſus omnes Cæli plagas portæ, patent quia totius orbis habitatoribus patent, non veteris legis, ſed nouæ beneficio, ecce (inquit primus noui Teſtamenti Martyr, cui corona nomen indidit, iam è vita abiturus) ecce video Cælos apertos, videlicet vt vinculis Corporis ex ſolutum Spiritum æterno,

ſtatim

ſtatim exciperent habitaculo; At Iſraelitarum ille progenitor Iacob deſcendam, inquit Lugens in Infernum, Geneſis 37. Rex quoque Sanctiſſimus Ezechias, vadam ait ad portas Inferi, Iſaiæ 38. De Cæleſti via, ne Verbum quidem faciunt morituri, non enim Cælum, cuius portas tunc temporis clauſas eſſe nouerant, ſed Infernus ſub terra ſedes, vſque ad nouum Teſtamentum, & nouam Legem Patres illi antiqui Teſtamenti, & Veteris legis promittebant, quia claues Cæli nundum erant fabrefactæ malleo, & incudine meritorum Chriſti, & Sanguinis ipſius.

9 Quinta Prærogatiua; Lex, & Teſtamentum vetus temporaria, ac terrena præmia ſuis obſeruatoribus; nouum Teſtamentum Cæleſtia, ac æterna pollicetur. Quò circa ad Hebr. 7. vocat D. Paulus Teſtamenti noui meliorem ſpem, per quam proximamus ad Deum, quia ſcilicet Cæleſtia, ac æterna ſperat, & cap. 8. de Teſtamento nouo loquens; In melioribus, inquit repromiſſionibus ſancitum eſt; nulla promiſſio æternorum in Veteri lege audita eſt, in noua lege gratiſſimæ audiuntur illæ voces pænitentiam agite appropinquauit enim Regnum Cælorum, & Beati Pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum; D. Paulus ad Gal. 3. ſcribi Lex Pedagogus noſter; Quemadmodum ergo Pueri terrenis munuſculis à Pædagogo inuitantur, ſic Hebræi à Lege terrenis bonis ſunt inuitati; Hinc illud Exodi 3. Dixi vt educam vos ad terram fluentem lacte, & melle; pellicit illos Dominus veluti pueros lacte, & melle; Ideò D. Bernardus, Serm. 30. Graue legis iugum, & vile præmium, nam terra eſt in promiſſione; Dices in Sacris, quæ fiunt pro mortuis recitatur, ſignifer Sanctus Michael repræſentet eas in Lucem Sanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius, ergo antiquis Patribus; Abrahamo promiſerat Deus Lucem Cælorum Sanctam.

10 Item lib. 2. Machab. 7. ex antiquis Machabæis, quidam ait Rex Mundi defunctos, nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ Reſurrectione reſuſcitabit; Item alius fratres, inquit mei modico, nunc dolore ſuſtentatos ſub Teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt; & Lucæ 18. Quidam interrogat Chriſtum; Quid faciens vitam æternam poſſidebo? ergo Iudæis Legis obſeruatoribus, vita æterna promiſſa erat; His omnibus, & alijs ſimilibus argumentis paucis; Reſpondetur Teſtamentum vetus, ſiuè Legem veterem non promiſiſſe ſuis obſeruatoribus Regnum Cælorum; Abraham fuit ante Legem veterem, ergo eius promiſſiones non fuerunt factæ intuitu legis, Machabæos autem, & Iudæos alios fatemur vitam æternam mortuorumque Reſurrectionem, & nouiſſe, & in votis, ac ſpe habuiſſe, fideque docente intellexiſſe Deum vnum eſſe, & inquirentes ſe remunerare, ſed negamus Legem veterem vitam illam æternam, vel mortuorum ad Cæleſte Regnum Reſurrectionem, vel remunerationem, de qua Apoſtolus loquitur Hebr. 11. ſuis obſeruatoribus promiſiſſe; Concedimus tamen ratione legis obſeruatæ in gratia donatam gloriam, quemadmodum donatur ratione quorumlibet bonorum operum, quæ in gratia præſtamus, verum tamen hanc gloriam promiſiſſe negamus; quia ad Chriſtum hæc promiſſio pertinebat.

11 Sexta Prærogatiua; Teſtamentum vetus, & Lex vetus ſeruorum erat, Teſtamentum verò nouum, & Lex noua eſt filiorum D. Paulus ad Rom. 8. non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterùm in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater. Theodoretus hunc in locum, ſic ſcibit appellat Apoſtolus ſeruitutem vitam, quæ ſub lege veteri agitur. Quæres num Iſraelitæ, qui iuſtitiæ, & ſectatores in gratia Dei viuebant filij Dei fuerint, an tantummodò ſerui; filios non fuiſſe probat illud D. Pauli ad Roman. 8. initio propoſitum, non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterùm in timore; & illud ad Gal. 4. Teſtamentum vetus in ſeruitutem generans, quæ duo loca oſtendunt Iudæos fuiſſe ſeruos non liberos;

Item

Item Chriſtus, ideò in orbem venit, vt adoptionem filiorum reciperemus, ad Gal.4. & dedit nobis Poteſtatem filios Dei fieri, Ioan.1. ergo ante Chriſtum, non erat huiuſmodi poteſtas, & adoptio; His tamen non obſtantibus Iſraelitas verè fuiſſe filios Dei, id quod tum Sacræ litteræ prædicant, tum ratio ipſa docet; Nam Iſaias 1. ait Dominus filios enutriui, & exaltaui; Exodi 4. Populum Hebræum filium ſuum primogenitum appellat, & Deut. 32. in Cantico Moyſes prouocauerunt inquit, eum filij ſui, & filiæ, in his autem, & alijs pluribus locis credendum eſt, non ſolum dici filios viros probos, verùm etiam improbos loquitur Scriptura de toto Populo Hebræo.

12 Dicuntur improbi filij Dei, quia ab eo ſunt procreati, quomodo Iob.38. Deus dicitur pluuiæ Pater, quia eam creat, & gubernat, &c. Probi autem viri, tum ob eaſdem rationes filij Dei appellantur, tum vel maximè, quia à Deo per gratiam ſunt adoptati, & cæleſtis Regni hæredes effecti, quæ ratio filiationis, non ſolùm Chriſtianis, verùm etiam Iudæis iuſtis congruit; Per gratiam enim à Deo adoptati ſunt etiam ante Chriſti aduentum, & Cæleſtis Regni hæredes conſtituti; hæreditatem tamen ante Chriſtum adire non poterant, erat enim ſtatus ille teneræ ætatis filiorum, quibus antequam ad prouectiorem ætatem perueniant hæreditas non traditur, quia *filius tunc nihil differt à ſeruo*; teſtimonia verò illa D.Pauli, quæ *ſpiritum ſeruitutis Iudæis tribuunt*, de *ſtatu legis intelligenda ſunt*; Nam Iudæi ſecundùm ſtatum legis ſeruierant, & Spiritum ſeruitutis recipiebant, gratia filij erant, quicumque gratia prædicti fuerunt; Itaque Hebræi, iuſti cum eſſent Domini omnium, ideſt filij, & Hæredes æterni Regni per gratiam, nihil differebant à ſeruis, ſed ſub lege, tanquam ſub tutore, & actore erant vſque ad præfinitum tempus à Deo. At vbi venit plenitudo temporis præfinita Dei, conſilio miſit Deus filium ſuum, vt ſtatum illum ſeruitutem aboleret ſublatis, quæ tutoribus, & actoribus Hebræos in libertatem filiorum aſſereret, ſimiliter Hebræi, ante aduentum Chriſti habebant Poteſtatem filios Dei fieri, non ex vi ſtatus, ſed ſecundùm gratiam, ſibi datam.

13 Septima prærogatiua; Teſtamentum vetus, ſiue Lex vetus fuit timoris Lex noua, ſiuè Teſtamentum nouum eſt amoris, ita D.Auguſtinus, libro aduerſùs Adimantium; Hæc eſt inquit breuiſſima, & apertiſſima differentia, duorum Teſtamentorum timor, & amor; Appoſuit Dominus illi antiquo populo, ſupplicia quæ timeret; In ipſa verò legis promulgatione tonitrua caliginem procellam, ignem, fulgura, tubæ ſonum, montem Synai ardentem, ac fumantem tantoque terrore percuſſus eſt, vt dixerit Moyſi; Exodi 20. loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur, & Deuter. 5. cur moriemur, & deuorabit nos hic ignis maximus? ſi audierimus vltrà vocem Dei moriemur; Nec populus ſolus horruit, verum etiam ipſi Moyſes Dux Populi, vt teſtatur D. Paulus ad Hebr. 11. vel 12. & ita, inquit terribile erat, quod videbatur Moyſes dixit exterritus ſum, & tremebundus; Appoſuit inquam hæc Deus Populo, vt timeret; ſic enim Moyſes ait; Exodi 20. vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis; ſic ille perfidus populus tractari debuit, qui tot beneficijs prodigioſis, & portentoſis flecti noluit ad amoroſam Dei ſeruitutem.

14 In nouo autem Teſtamento populo; immò filijs ſuis Chariſſimis aperuit tanquam Pater, quod amarent, aperuit paterna viſcera, paternum amorem præmia cæleſtia amore plena Sacramenta. Denique fontem amoris aperuit palamque omnibus propoſuit Chriſtum Crucifixum, qui totus amorem ſpirat, quo circa Cant. 5. dicitur totus deſiderabilis. Iam verò ſi ad promulgationem Teſtamenti noui animum vertas, ab amore profectam intelliges; Cœpit enim promulgari à Petro, die ipſo Pentecoſtes, quo Spiritus ſanctus Apoſtolis, ſe ſe infudit; Nonnè Spiritus

tus

tus Sancti peculiare nomen eſt amor ? In die ergo amoris nouum Teſtamentum promulgatur, quia amoris Teſtamentum eſt, nuſquam ibi metuenda tonitrua, nuſquam fulgura, caligo, procella, non fumat mons Sion, non ardet igne horrendo, vt Sinai, ſed fit de Cælo ſonus, tanquam ſpiritum vehementis, apparent igneæ linguæ, Apoſtolorum verticibus inſident, omnes Diuino Spiritu, ſumma cum Animi dulcedine complentur; Deique magnalia eloquuntur, omnia hic plena amore, nemo timet, nemo territus, ait non loquatur nobis Dominus, aut deuorabit nos hic ignis maximus; locutus eſt Dominus in veteri Teſtamento magno cum terrore, at in nouò magno cum amore; Vnde illud Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

15 Octaua Prærogatiua; Teſtamentum, & lex vetus vmbra fuit, & Typus noui, ita D. Paulus ad Hebræos 10. Vmbram ait habuiſſe legem futurorum bonorum; Quemadmodum enim res ipſas, non ſatis expreſsè, ac perſpicuè Vmbra rappræſentat, ſed obſcurè, ſic lex futura noui Teſtamenti bona, non ita clarè expreſſit, vt ab omnibus intelligerentur, ſed delineauit tantùm, vt Diuini Spiritus lumine ad ea cognoſcenda opus ſit; Ideoque Chriſtus, Lucæ 24. aperuit ſenſum Diſcipulis, vt intelligerent Scripturas, & incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis interpretatus eſt Cleophæ, & ſocio comiti in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant; Ideò notandum D. Paulum, loco cit. dixiſſe legem habuiſſe vmbram, non Imaginem futurorum bonorum habuit vmbra, quia futura bona adumbrauit, non habuit imaginem, quia res apertè non euulgauit; Imago enim hoc ab vmbra differt, quod vmbra tenuiter, & obſcurè Imago perſpicuè, & expreſsè rem rappræſentat; Eodem ſenſu appellat etiam D. Paulus, ea quæ Iſraelitis contigerunt figuras, & typus 1. Cor. 10. hæc omnia in figura contingebant ipſis, vel Paulò ante; Hæc autem in figura facta ſunt noſtri figura, hic tàm exemplum, quàm typum ſignificat; Voluit enim Deus Hebræos ſtatuere Chriſtianis in exemplum, vt ex ipſorum punitione diſcerent Deum reuereri illi, qua obedire.

16 Habet vetus Teſtamentum Spiritum habet, & corpus ſiuè carneum ſenſum habet nucem, & nucleum, habet corticem, & medullam, habet Moyſes velamen habet, & velatum ſplendorem; Hinc D. Hieronimus ad Paulinum, Epiſt. 13. totum quod legimus in Diuinis Litteris nitet quidem, & fulget etiam in cortice, ſed dulcius in medulla eſt, qui edere vult nucleum frangat nucem; Hinc apparet cæcitas Iudæorum in Intellectu Scripturarum, litteræ hærent, ſpiritum deſerunt, corpus tantùm Veteris Teſtamenti cernunt; Animam intellectu non aſſequuntur, corticem rodunt, dulcem medullam non deguſtant; nucleum non edunt, quia nucem non frangunt, inſulſum cibum mandunt ſpiritales intelligentiæ, ſal reiciunt; Iudæorum cæcitatem, D. Paulus indicat 2. Cor. 3. illis verbis obtuſi ſunt ſenſus eorum, vſque in hodiernum diem, idipſum velamen in Lectione Veteris Teſtamenti, manet non reuelatum, quoniam in Chriſto euacuatur, ſed vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes velamen poſitum eſt ſuper cor eorum; Cum autem conuerſi fuerint ad Chriſtum auferretur velamen; Docet D. Paulus, velamen quod Moyſis faciem ſplendidam tegebat, Exodi 34. Iudæorum cæcitatem, in Intelligenda Lege Moyſis, & veteri Teſtamento adumbraſſe.

17 Nona Prærogatiua; Veteris Teſtamenti, & Legis Moyſis iugum graue fuit, noui Teſtamenti, & Legis leue, ac ſuaue eſt; ad quod videtur Chriſtus reſpexiſſe, cum Matth. 11. Iudæos graui legis iugo oneratos ad ſe vocat, & inuitat leui noui Teſtamenti, & Legis Euangelicæ veteri depulſo impoſiturus, venite inquit ad me omnes qui laboratis, & iugo graui legis onerati eſtis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue; Legis difficultatibus laborantes, ait D. Hilarius ad ſe vocat; quam verò fuerit graue anti-

quum

quum Iugum D. Petrus, Actuum 15. oſtendit dicens; Quid inquit tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec Patres noſtri, nec nos portare potuimus? His verbis legis onus exagerat, non tamen intendere vult Deum impoſſibile aliquid præcepiſſe, id enim à ratione, & fide alieniſſimum, vt falſiſſimè colligit Caluinus; Execramur (inquit D. Hyeronimus in Expoſitione Symboli ad Damuſ.) eorum Blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo præceptum eſſe; Eandem Blaſphemiam execratur etiam Synodus Tridentinum, ſeſſ. 6. Can. 18. his verbis, ſi quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia anathema ſit.

18 Itaque non erant ad obſeruandum impoſſibilia legis veteris à Deo datæ mandata, ſed obſeruatu difficilia, quod indicat D. Petrus illa exaggeratione, nec enim ſine Cauſa, Exodi 17. manus Moyſis graues dicuntur quippè quæ graue legis iugum hominibus impoſuerint; Graue iugum erat primò propter præceptorum multitudinem, quo circa à D. Auguſtino, Serm. 9. de Verbis Domini, appellatur Sarcina innumerabilium obſeruationum, numerantur autem in lege ſexcenta tredecim præcepta; affirmantia; ducenta Quadraginta octo; negantia trecenta ſexaginta quinque; Item graue dicitur Iugum, quia legis ille ſtatus vt dictum eſt non erat gratiæ, & Charitatis onus ſubleuantis; Item quia pauciora tunc auxilia, quam nunc ad ferendum Dei onus donabantur; Roborantur fideles Chriſtis maximis auxilijs ad Euangelicæ legis obſeruantiam; Primùm eſt Paſſio Chriſti exhibita, quæ multò efficacior eſt, quam ſolùm præuiſa, & exhibenda ex Scoto in 4. diſt. 2. q. 1. Secundùm auxilium eſt efficacia Sacramentorum, quæ ex opere operato Paſſionis Chriſti exhibitæ ſignificant conferunt, & continent gratiam, quam ſola Circumciſio in veteri Lege ſignificabat, & conferebat cætera verò Sacramenta illius legis ſolùm ſignificabant.

19 Tertium auxilium eſt maior præceptorum explanatio, nam licèt eadem præcepta moralia ſint data Iudæis, & nobis tamen non fuerunt, ita explicata tunc, ſicut modò; Quartum auxilium eſt copioſa Theſauri Eccleſiæ diſtributio, quæ fit per Summum Pontificem; Hic Theſaurus eſt ſuper abundantia meritorum Chriſti B. V. & multorum Sanctorum, qui non ſolùm meruerunt ſibi, ſed etiam nobis ſaltem diſpoſitionem ad gratiam; Quintum auxilium eſt copioſa, & certa æternorum bonorum promiſſio, quibus auxilijs ſuppoſitis; Hæc Sarcina, vt ait D. Auguſtinus, non eſt pondus onerati, ſed alæ volaturi; habent enim, & Aues pennarum ſuarum ſarcinas, portant illas in terra portantur ab illis in Cælo, &c. & D. Bernardus, Epiſt. 341. ad Monachos Sancti Bertini Leue inquit Saluatoris onus, quo creſcit amplius, eo portabilius eſt; nonnè, & auiculus leuat, non onerat pennarum, ſiuè plumarum numeroſitas ipſa, tolle eas, & reliquum corpus fertur ad ima; ſic diſciplina Chriſti, ſic ſuaue Iugum ſic onus leue, quo deponimus eo deprimimur ipſi, quia portat potiùs quam portatur, &c.

20 Decima prærogatiua; Teſtamentum, & Lex vetus vni tantùm populo propter Chriſtum Lex verò Chriſti, & Teſtamentum nouum vniuerſo terrarum orbi datum eſt; Populum enim Iſraeliticum, quia ex eo Meſſiam orbis ſeruatorem oriturum decreuerat, Deus tuendum ſuſcepit ac ornandum; Ideoque illum è ſeruitute Ægiptiorum in libertatem aſſeruit, Maris Rubri fluctus diſcidit, Pharaonem demerſit, per medium Maris iter aperuit, è Cœlo cibum, erupe potum mirabiliter effudit Vetus Teſtamentum, & Legem ei tradidit, Sacerdotium, Sacerdoteſque ritus inſtituit, ac in illo ordinauit, in terram illam beatam, quę cæleſtem Partum, ideſt Meſſiam editura erat,

ra erat, ideſt Palæſtinum multis editis prodigijs victorem intromiſit; Cùm verò Palæſtinam coleret Idolatriæ ſcelere ſe contaminauit, quapropter perpetuæ captiuitatis ſupplicio decem tribus affectæ ſunt, tribus verò Iudæ in Babiloniam relegata; quàm tamen pluribus poſt annis ſuſtinuit, vſque ad partum Meſſiæ, omnibus votis experti; ſed proh nephas ab ijs à quibus tamdiu fuerat expectatus Cruci eſt affixus; tanti verò ſceleris rei omnibus ornamentis ſpoliati, ab hoſtibus miſerandum in modum profligati, e patrio ſolo expulſi, & æterni exilij pœna ſunt irremiſſibiliter puniti.

21 Quo facto ablatum etiam à Tribu Iuda Regnum iuxtà prædictionem Iacob Patriarchæ Geneſ. 49. & datum eſt Genti facienti fructus ſuos, iuxtà prædictionem eiuſdem Meſſiæ; Matth. 21. male Iudæos Deus perdidit Regnum illis abſtulit, vineam locauit Gentibus; Vniuerſo terrarum orbi Teſtamentum nouum promulgari, omnes nationes quantumuis barbaras, & feras in opes Iudæis promiſſas intromitti, & Luce Euangelica illuſtrari voluit; Vnde Marci vltimò Diſcipulis, ſic præcipit euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni Creaturæ; Pertinebat hoc ad Meſſiæ dignitatem, vt Lex ab eo Lata non vni tantùm Populo quemadmodum lex vetus, ſed vniuerſis ferretur nationibus, vt Euangelium illius non Iudeæ tantùm finibus concluderetur, ſed per totum terrarum orbem perſonaret; ſicut reuera exitus probauit, iuxtà illud Pſalmi 18. in omnem terram exiuit ſonus eorum; Rex toti Regno leges ſolet ſancire; Cùm ergo Chriſtus totius orbis Rex ſit eam legem condere par erat, quæ totum orbem obſtringeret; Ad vnam aliquam domum illuminandam Lucerna vna ſufficit, ad illuminandum verò terrarum orbem ſolis ſplendor opus eſt; ſic ad illuſtrandam vnam domum Iſrael parua quadam lucem præceptorum antiquum ſuffecit Teſtamentum; Ad illuminandas verò omnes terræ regiones noui Teſtamenti fulgor fuit neceſſarius.

22 Vndecima prærogatiua, nomen ipſum indicat Legis nouæ, & Teſtamenti noui, nouum enim meritò appellatur eo quòd in eo ſunt omnia noua, Griſoſthomus in 2. Cor. 5. rerum inquit vices iam mutatæ ſunt, vt & Anima noua, & corpus nouum, & nouum adorationis genus, & pollicitationes nouæ, & Teſtamentum, & vita, & menſa, & veſtis, & vno verbo dicam omnia noua ſunt; noua igitur terra eſt, eius nouitas è Cælo nouo effluxit, vidimus enim non ſolùm terram nouam, ſed etiam Cælum; erat olim Cælum æneum, obſerratum, nubibus, & rore carens, iam nouum eſt, iam patet, iam rorem gratiæ pluuiamque demiſit; rorarunt enim cæli deſuper quod præcatur Iſaias, & nubes pluerunt iuſtum; Chriſto veluti nouo ſole nouum ſplendeſcit Cælum, Deipara Virgine veluti noua Luna rutilat, ſanctorum virorum virtutibus, veluti nouis aſtris micat; Vetera tranſierunt inquit Apoſtolus 2. Cor. 5. Ecce facta ſunt omnia noua, vetus Regnum tranſijt vetus Teſtamentum, vetus Lex, vetus Sacerdotium, vetera Sacrificia, vetus homo; veteri Teſtamento nouum, veteri Legi noua Lex, Veteri Sacerdotio ſecundùm ordinem Aaron, nouum ſecundùm ordinem Melchiſedech veteribus multiplicibuſque Sacrificijs nouum admirabile vnicumque Sacrificium, Veteri Adamo nouus Adamus ſucceſſit, & vt ait D. Gregorius, Homil. 32. in Euangel. nouus homo venit in mundum noua præcepta dedit mundo, & vitæ noſtræ veteri contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ.

23 Nouus homo harum omnium nouitatum finis fuit, etenim nouum Creauerat Deus hominem gratia Originalique iuſtitia veluti pretioſiſſimo veſtimento amictum iuſtitia nouitateque abiecta

ille

ille in vetuſtatem delapſus vetus homo factus eſt, nec fieri nouus potuit, niſi ab illa eadem potentia, qua primum fuerat Creatus noua quadam recreatione recrearetur; Is ergo qui creauerat Deus eundem ſtatuit recreare, & in priſtinam gratiæ nouitatem per admirandas nouitates nouoſque labores adducere; Creatio hominis abſque vllis meritis illi contigit, renouatio eximia Chriſti merita efflagitauit Creationem præceſſit nihilum, renouationem peccatum; nullum obſtaculum Creationi reſtitit, magnus obex renouationi occurrit, nulla hominis voluntas ad creationem eſt poſtulata, magna hominis, ſi rationis munere iam fungatur, voluntas ad renouationem expoſcitur, nam vt D. Ambroſius ſcribit in 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſed ſi accedant ad eum, non enim ſic vult, vt nolentes ſaluentur, ſed vult illos ſaluari, ſi & ipſi velint, &c. Nihil laboris habuit Creatio, multò ſanguine, ac vulneribus conſtitit recreatio, Geneſ. 2. formauit Deus hominem de Limo terræ, & in faciem eius ſpiraculum vitæ inſpirauit; Vides quanta facilitate creauit, expende quanta difficultate, diuino ſanguine vbertim fuſo multis acceptis vulneribus, multis paſſis cruciatibus, denique ſanctiſſima vita amiſſa in nouum ſtatum adduxerit; ſpiraculum illud vitæ in faciem hominis facillimè inſpirauit, ſpiritum verò ſanctum terræ renouatorem in Animam hominis, vt inſpiraret ipſe Deus cruci affixus expirauit.

24 Induentes nouum hominem, ait D. Paulus ad Coloſſ. 3. videlicet veſtis prætioſiſſima eſt nouus homo, & nuptialis, qua qui caret in cæleſtes nuptias recipi nequit ex vellere, ideſt meritis immaculati agni pro nobis attenti, & occiſi contexta, iuxtà illud Iſaiæ 53. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet; Tantæ molis erat nouum condere hominem; Diuus Bernardus in Libro de diligendo Deo; Non ſum tàm facilè refectus, quam factus ſiquidem non ſolùm de me, ſed de omni quoque, quod factum eſt ſcriptum eſt, dixit, & facta ſunt, at verò qui me tantùm, & ſemel dicendo fecit; In reficiendo profectò, & dixit multa, & geſtis mira, & pertulit dura, nec tantùm dura, ſed etiam indigna, &c. Denique ecce facta ſunt omnia noua, & ipſe homo factus eſt nouus; propter quem omnia noua facta ſunt; Reliquum eſt vt nouus homo nouum Deo canticum pro nouis noui Teſtamenti beneficijs decantet, gratias quæ agat ſempiternas, dicatque cum Bernardo, libro citato. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, ideſt in primò opere Creationis, quo me mihi dedit; In ſecundò ideſt in renouatione dedit ſe, & me mihi reddidit; Datus ergo, & redditus me prò me debeo, & bis debeo. Quid Deo retribuam pro ſe, ne etiam ſi millies rependere poſſem, Quid ſum, ego ad Deum?

25 Duodecima Prærogatiua; Lex Teſtamenti noui data eſt in Monte Sinai, prima pars non habet oppoſitionem; nam Chriſtum Dei filium Deumque veriſſimum Legem nouam hominibus tradidiſſe, docet D. Ioannes cap. 1. Lex inquit per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, Deum nemo vidit vnquam; Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris aſſumpta humanitate ipſe enarrauit; ad Hebræos 1. nouiſſimè locutus eſt in filio, In Malachiæ 3. Veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus Teſtamenti quem vos vultis; Angelus Teſtamenti Chriſtus appellatur, tum quia Veteris Teſtamenti vaticinijs promiſſus eſt, tum quia noui Teſtamenti Angelus ideſt nuntius fuit, nouum enim Teſtamentum hominibus nunciauit; Quantum ad ſecundam partem; eſt famoſa controuerſia; An cum Deus in Veteri

teri Teſtamento dicitur locutus, vel aliquid feciſſe, verè fuerit ex ſe locutus, vel opera ad extra fecerit, vel per Angelum? Primam partem docent Plurimi Patres; Secundam partem docet D. Stephanus actorum 7. dicens Hebræis accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum, & D. Paulus ad Galat. 3. Lex inquit ordinata per Angelos, & D. Dioniſius Magnus Areopagita, lib. de Cæleſti Hierarchia, cap. 4. Has inquit Diuinas viſiones Patres noſtri perceperunt per medias cæleſtes virtutes, idem docent plures alij, de qua re plura ſuperiùs dicta ſunt.

26 Tertia decima Prærogatiua; Vetus Teſtamentum, ſiue Lex Vetus Chriſti fidei fuit implicitè; Nouum verò, ſiue Lex noua eſt fidei explicatiſſimæ? Neceſſaria fuit fides ab orbe condito, ſed quemadmodum Luna in dies creſcit quouſque ſuum orbem compleat, ſic fides creuit quouſque in nouo Teſtamento ſuum, quaſi orbem perfecit; Creuit inquam fides ſecundum ea, quæ credenda proponuntur, non enim valdè multa legis naturalis, & ſcriptæ obſeruatoribus credenda proponebantur. Chriſtianis plurima, & explicatiſſima proponuntur, ad apicem quippe ſummum, & incrementum aſcendit fides; Erat autem olim in Lege naturæ, & veteri fides de Deo remuneratore explicata, & de Chriſto Redemptore occulta, & implicita, nemini tamen vnquam, ſine fide in Chriſtum Redemptorem occulta, atque implicita contigit ſalus, quod docuit Auguſtinus pluribus locis præcipuè Epiſtol. 157. ad optatum ſaluberrima inquit fide, etiam illi iuſti ſalui facti ſunt, qui priuſquam veniret in carne crediderunt in carne venturum; eadem namque fides eſt, & noſtra, & illorum quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos credimus factum.

27 Quarta decima Prærogatiua. Nouum Teſtamentum, ſeu lex noua eſt finis Veteris, propterea enim datum eſt vetus, vt viam muniret ad nouum; Vnde illud D. Pauli ad Roman. 10. finis Legis Chriſtus: Quemadmodum fructus finis eſt, tàm ſeminis, quam florum, ita Chriſtus finis fuit, tàm promiſſionis, quam legis antiquæ, quia promiſſionis, & Legis veteris ſeminis, & florum Chriſtus fuit fructus, vt D. Bernardus docet, Homil. 1. ſuper miſſus eſt; Videntur inquit mihi quoddam ſemen fuiſſe Diuinæ cognationis, tanquam è Cœlo iactatum in terris allocutiones, & promiſſiones factæ ad Patres Abraham, Iſaac, & Iacob, floruit autem hoc ſemen in mirabilibus, quæ oſtenſa ſunt in exitu Iſrael de Aegypto, in figuris, & ænigmatibus per totum iter in deſerto, vſque ad terram promiſſionis, & deinceps in viſionibus, & vaticinijs Prophetarum, in ordinatione quoque Regni, & Sacerdotij vſque ad Chriſtum, Chriſtus autem huius ſeminis, & horum florum, non immeritò fructus eſſe intelligitur, ita D. Bernardus; A D. Ambroſio in Pſalm. 41. Vetus Teſtamentum abyſſus, dicitur abyſſum inuocans, ideſt nouum Teſtamentum, tanquam finem perficientem, clamabat lex annuncians Euangelium, erat enim ſemiplena, & ideò erat neceſſarium, vt veniret qui legem impleret.

28 Quinta decima Prærogatiua; Teſtamentum nouum, ſiue Lex noua eſt æterna, iuxtà illud Chriſti; Hic eſt Calix Sanguinis mei noui, & æterni Teſtamenti, & illud D. Pauli ad Hebr. 13. Deus eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in Sanguine Teſtamenti æterni Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; D. Anſelmus, ibi nouum inquit Teſtamentum dicit æternum, quia aliud ei non ſuccedet, ſicut idem ſucceſſit Veteri; Vetus autem Teſtamentum temporarium fuit, & vſque ad Chriſtum habuit firmitudinem; Ideò Apoſtolus 9. ad Hebr. inquit iuſtitias car-

nis,

nis, ideſt iuſtificationes Legis corporales vſque ad tempus correctionis eſſe impoſitas, ideſt vſque ad tempus Chriſti à quo omnia ſunt correcta, & emendata; tunc enim cum tempus correctionis, & Meſſiæ affulſit abrogata ab eo Lex eſt, & noua Lex promulgata, nam vt Apoſtolus ait ad Epheſios 2. Chriſtus fecit vtraque vnum, ideſt ex duobus populis Ethnico, & Iſraelitico fecit vnum ouile, & medium parietem maceriæ ſoluit, ideſt Legem abrogauit, quæ medius erat paries ſeparans, & diſtinguens Populum Iudaicum ab Ethnico paries inquam Maceriæ, ideſt non ad modum firmus, & ſtabilis, ſed facilè ſolubilis, quemadmodum Maceria facilè diſſipatur.

29 Soluit autem Legem, quæ cauſa erat Inimicitiarum inter Iudæos, & gentes, in carne ſua ideſt per Paſſionem ſuam, Legem mandatorum Decretis euacuans, ideſt Legem veterem, quæ multis conſtabat mandatis abrogans Decretis, ideſt per Decreta noua, & Doctrinam Euangelicam, ita vt Lex illa mandatis iam vacua neminem obſtringere poſſit; & ad Coloſſenſ. 2. Delens quod aduerſùs nos erat Chirographum Decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud Cruci. Deleuit Chriſtus Legem ſcriptam, nam Chirographum idem eſt quod manuſcriptum; Chirographum inquam Decreti, ideſt Legem ſcriptam mandatorum, quod erat contrarium nobis, quia Lex iugum graue erat contraria libertati hominum, & voluntati, augebat concupiſcentiam, & peccata grauiora reddebat; Deleuit Chriſtus Legem, tulit illam de medio, ideſt abrogauit, & veluti affixit Cruci, quia Legem veluti Crucifixit ſecum, & occidit, itaut vires iam non habeat; Ideò Chriſtus optimus Maximus poſt Reſurrectionem præcipit Diſcipulis in hæc Verba, euntes docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis; Non dixit docentes eos, quæ mandauit Moyſes, ſed quæ mandaui vobis, quia Lex Moyſis erat mortua, & abrogata.

30 Sacerdotium Lex ſequitur; Vndè illud D. Pauli ad Hebr. 7. tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, vt & tranſlatio fiat; Sacerdotium autem Aaronitum abrogatum eſt ergo, & Lex vetus; Aaronicum autem Sacerdotium abrogandum à Meſſia Dauid docet præclaro illo Pſalmo 109. Tu es inquit Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech fore Meſſiam Sacerdotem prædicat, non tamen ſecundùm Aaronis ritus, ſed ſecundùm ordinem Melchiſedech, neque enim Tauros, & Hircos Deo Meſſias, aut immolauit, aut immolandos docuit, ſed ſemetipſum Patri in Crucis ara cruentam victimam ſub quæ panis, & vini velamine incruentam hoſtiam Melchiſadechi inſtar obtulit, quem ſacrificandi ritum admirandum Sacerdotibus ſuis tradidit Aaronio ritu abrogato; Ideò Malachiæ primò; Deus ſic loquitur, non eſt mihi voluntas in vobis Dicit Dominus, & munus non accipiam de manu veſtra; ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda; Eximia ſanè ſunt hæc Verba, & rem Chriſtianam perſpicuè demonſtrant, docet in primis Deus Iudæos à ſe repudiatos, non eſt mihi voluntas in vobis; Ideſt iam populus meus eſſe deſijſtis non vos, amo non curo; Deindè Aaronica reijcit, munus ait non accipiam de manu veſtra 70. legunt Sacrificium, non accipiam de manu veſtra.

31 Abrogata igitur eſt Lex vetus, & abolita ſunt eius Sacrificia, & ritus, & mutata in Legem multò præſtantiorem, mutata Sacrificia, ſed in Sacrificium interuallo infinito præſtantius; Numquid manducabo carnes taurorum, aut Sanguinem hircorum potabo? ait

Dominus Pſalmi 49. quaſi dicat non indiget veſtris tauris, aut hircis, neque enim brutorum Animantium carnibus veſcitur: Imola Deo Sacrificium Laudis; Laudatur Deus potiſſimè cum eius beneficia per gratiarum actionem recoluntur; quod præſtatur per Sacrificium Euchariſtiæ, quæ bona gratia dicitur, & meritò Sacrificium laudis dicendum, quo non immolantur Deo tauri, & hirci, ſed ipſe Chriſtus filius Dei, Deus homoque verus pretij Hoſtia infiniti offertur; Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? plenus ſum Hebraicè ſatur ſum, ſaturatus eſt Deus Iudæorum Sacrificijs, vſque ad faſtidium; Iam epulas faſtidit, menſam, ideſt templum, & altare Iudæorum ab oculis iuſſit remoueri; noſtram verò menſam numquam faſtidiet, ijs enim epulis extructa eſt, quæ nec Deo, nec homini faſtidium vnquam parere poſſunt, cum ipſamet dulcedo ſint, atque ſuauitas; Menſa ideſt Iudæorum Altare Deum impleuit, ideſt ſaturauit; Ideò dixit plenus ſum.

32 At ſi de noſtra loquamur menſa, meritò dicat Deus alio ſenſu. Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? plenus ſum, ideſt quorſum mihi opus ſunt veſtra Sacrificia, ò Iudæi? non placent, non arrident. Plenus ſum Euchariſtiæ, Sacramento, hoc me implet, hoc meam dignitatem, hoc meam menſuram complet, offertur Deo Deus, & homo, victima eſt Deus homo digniſſima ipſo Deo. Pſalm. 109. Iurauit Dominus, & non pænitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech; veluti pænituit eum Sacerdotij, ſecundùm ordinem Aaronis, quia hoſtijs parum delectatus ſum, quas offerebat illud antiquauit; At Sacerdotij ſecundùm ordinem Melchiſedech; ideſt Sacerdotij Chriſti, numquam illum pænitebit, quia Hoſtia mirum in modum oblectatur, quam offert nullo, vnquam tempore illud abrogauit; Iurauit Dominus, & non pænitebit eum vnquam tanti Sacrificij, quo Chriſtus infinito amore digna victima offertur; Excelſa ſunt hæc, non pertingit huc Iudæorum mens, quia Celſa, ideò digna Deo excelſo. Orent vt poſſint pertingere credant, vt intelligant, iuxtà illud Iſaiæ 7. ex verſione ſeptuaginta Interpretum, niſi crediderìtis non, intelligetis.

33 Lex naturæ non eſt abrogata, nec abrogati poteſt Lex Moyſis, quoad Decalogum, magna pars, & præcipuè, immò ipſa legis medulla, non eſt abrogata, dicta eſt Legis magna pars, quia ſecundùm D. Auguſtinum, in quæſtionibus ſuper Exodum, lib. 2. q. 140. cætera omnia legis præcepta ad Decalogum reuocantur, ſicut hæc Decalogi præcepta ad duo illa magna, nempè ad dilectionem Dei, & proximi reuocari intelliguntur. Hæc magna Legis pars æterna eſt; Nec medulla poſt Legem antiquatam adhuc viuit, viuetque in ſempiternum; & de hac intelligendæ ſunt Scripturæ Sacræ, quæ Legem Moyſis appellant æternam, ſiuè ſub nomine pacti, ſiuè fæderis, ſiuè mandati, ſiuè præcepti. Cætera præcepta Cæremonialia, & Iudicialia, quæ Decalogi velut appendices, & additamenta quædam erant mortua ſunt, quia temporaria erant. Mortuum eſt ſceptrum Iudæorum, mortua quoque eorum Reſpublica, ergo mortua ſunt præcepta Iudicialia, quibus Reſpublica eſt ſceptrum moderabantur ergo, & eadem præcepta Iudicialia mortua ſunt; mortuum eſt Sacerdotium, ergo mortua ſimul præcepta Cæremonialia, quibus Sacerdotium gubernabatur, mortua ſunt, nec vlla eſt hominis potentia, quæ illa in vitam reuocare poſſit, quippè manu Dei potentiſſima ſint conſepulta.

34 Flumen Iordanis inter flumina, totius vniuerſi nobiliſſimum ob plura inſignia in eo à Deo operata, poſtquam Iudæorum regiones alluit, & fæcundat in mare mortuum illabitur irrigandique vim amittit, eandem in modum Lex, quæ velnti Iordanis Iudæos, non gentes irrigabat in mare, tandem mortuum, ideſt in mortem, & abrogationem influxit irrigandique Iudæos, & fæcundandi vires amiſit; Quemadmodum Iordanis aquæ Mare mortuum ingreſſæ non abluunt, ſed inqui-

inqui-

inquinant; Hoc enim Mare emittit fumum, & nebulas in modum camini Infernalis, ex quo tota illa vallis ad dimidiæ Dietæ ſpatium ſterileſcit, neque piſces fert, nec aues circa ſe, & quodcumque Animal in eo mergitur etiam ligatis pedibus enatare dicunt, ſic Lex poſtquam abrogata eſt, non prodeſt, ſed obeſt vtpotè Mari mortuo ſimilis, quod nullum piſcem, ſed multum piſcis habet, ſiuè bituminis, quo ſic Animis Iudæorum adhæſit, & inhæſit, vt ab ea etſi mortua, & fætente auelli nolint, nec ſeparari quantumuis innumera malæ, & prorſus indicibilia damna ab ea euenire illis ſua perfidia eo gente experiantur, de quibus in ſequenti articulo redibit Sermo.

35 Meritò igitur, & optimo iure eſt mutata; Primò propter imperfectionem ſuã; quia licèt eſſet bona non erat tamen bona abſolutè, ſed bona pro hominibus imperfectis, & pueris paruulis, ideò dicebatur ad Gal. 3. Pedagogus Hebræorum; Secundò, quia mala quædam continebat; nam quamuis omnia, quæ in Lege erant licita eſſent, quia Deus illa iuſſerat, vel permiſerat quædam tamen illorum, non erant ſimpliciter bona, quia melius erat ſuum oppoſitum, vt dare ad vſuram, dare libellum repudij, & alia ſimilia, quæ permiſit Deus Iudæis, ob eorum imperfectionem; Tertiò quia ipſa Lex ex ſeipſa, ſic requirebat, vt aliquando ceſſura eſſet, quia omnis res, quæ habet aliquem terminum illo adueniente ceſſat, terminus autem Legis Moyſis erat aduentus Meſſiæ, & bona per ipſum conferenda, atque adeò adueniente Meſſia, & exhibente omnia, quæ promiſſa erant in Lege, & Prophetis Lex illa ceſſare debuit; Quartò ſi Lex Moyſis eſſet in vi, & ſeruari deberet inuolueret in ſe contradictionem, & repugnantiam, nam Cæremonialia eius erant omnia figuralia Meſſiæ, & factorum eius, & tamen non poterant ampliùs figurari, quia Meſſias iam aduenit, & figurata omnia exhibuit.

36 Quintò fuit abrogata, quia continebat grauiſſimum Iugum, iuxtà ſententiam D. Petri, Actuum 15. Sextò, quia fuit per Chriſtum impleta, & alia inſtituta Sacramenta inſtituta ſunt virtute maiora vtilitate, meliora actu, faciliora numero pauciora; Septimò, quia Legis ſplendor veluti aſtrorum erat noctem illuminans, qui ſoli Chriſto effulgente debuit diſparere, ita D. Hieronymus ad Gal. 4. Octauò, quia ſi Lex vetus vigeret Iudaicique ritus à Chriſti populo ſeruarentur, non Chriſti populus, ſed Moyſis, nam Iudaicus, non Chriſtianus videretur, quis enim Iudæos non appellaret, quos circumcidi à porcina Carne abſtinere Sabbata, colere tauros, & hircos immolare cæteraque Moſaicæ Legis præcepta obſeruare cerneret? ne igitur tanta reſuſtaret confuſio Lex vetus abrogari debuit; Nonò, quia ad Meſſiæ honorem pertinebat Legis ferendæ, & abrogandæ poteſtas, quia maior Moyſe, qui ideò ſolùm Legem promulgauit, ſed Chriſtus Legem tulit; Decimò, quia Chriſtus fecit vtraque vnum fecit, vnum ouile ex duobus populis, ergo vna ſola Lex Chriſti debebat ouile obligare cæteris abrogatis.

De præeminentia adorabilitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Art. 6.

1 Viſum eſt in hoc Libro 6. Chriſtum habuiſſe haberi, & in æternum habiturum ſuppoſitum Diuinum vnitiuum duarum diſtinctarum naturarum Diuinæ ſcilicet, & humanæ, quarum prima eſt infinita, & illimitata habens omnem perfectionem, Secunda eſt quidem creata, & naturaliter finita, & limitata, tamen fuit, & eſt tot donis gratijs, & priuilegijs decorata, quod maior, & ſublimior illa non eſt poſſibilis inter Creaturas; Ideò non eſt mirum dari in Chriſto multiplex ratio, & motiuum adorabilitatis, ſiuè adorationis paſſiuæ; Quòd hic declarandum eſt, & vt eius intelligentia clarior euadat, notandum eſt Adorationis tres eſſe ſpecies, quarum prima vocatur

Latriæ 2. Hiperduliæ 3. Duliæ, quæ diuiſio ſumitur ex parte obiecti formalis adorationis videlicèt Excellentiæ rei adorandæ; hiſque vocibus vſa eſt Eccleſia in 2. Synodo Nicena; Adoratio igitur exhibetur alicui ob eius Excellentiam, ſed in Chriſto reperitur duplex Excellentia, ſcilicet Creata, & increata; atque adeò duplici adoratione adorari poteſt adoratione Latriæ, quæ reſpicit Excellentiam Increatam, & adoratione Hyperduliæ, & Duliæ, quæ reſpicit Excellentiam creatam. Hyperdulia ſignificat honorem, qui exhibetur Humanitati Chriſti; Primò deinde B. Virgini Mariæ ob maiorem Excellentiam ſanctitatis, & virtutis inter alios Sanctos, Dulia verò ſignificat reuerentiam, quæ exhibetur alicui propter dignitatem, quæ in alijs reperitur, & huiuſmodi eſt cultus, quem ſanctis exhibemus.

2 Notandum eſt ſecundò, quod Latria, & quælibet adorationis ſpecies fieri poteſt interius, & exterius, atque ita diuidi ſolet adoratio in interiorem, & exteriorem, cultus ſeu adoratio exterior eſt, quæ per ſigna externa, & ſenſibilia fit verbi gratia, laudando, adorando, munera offerendo, genufléctendo, pectus tundendo, caput inclinando, locum alteri cedendo, & huiuſmodi Adoratio interior non fit, niſi per actus mentis, ſcilicet intellectus, & voluntatis recognoſcendo illum, quem adoramus habere Excellentiam dignam eamque per voluntatis affectum, & hac vtraque adoratione Deum poſſumus adorare, & reuereri. Notandum eſt tertiò, quod dupliciter aliquid adorari poteſt per ſe, & per accidens per ſe adoratur, quod in ſe rationem, vel Cauſam adorationis habet, & ſic ſola natura intellectualis adoratur, quia ſola habet virtutem, & ſanctitatem in ſe; Secundò modo ideſt per accidens adoratur, quatenus habet aliquem reſpectum ad perſonam, quæ per ſe adoratur vt Imago. Notandum quartò, quod obiectum adorationis eſt duplex materiale, & formale; Materiale eſt res quæ adoratur, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens; formale eſt cauſa, qua res illa adoratur modò ſit forma quædam vt Excellentia aliqua alicuius rei modò conſideretur per modum formæ ſubſtantialis, ſeu accidentalis vt natura ipſa intellectualis, vel bonitas, vel virtus, ſiuè per modum operationis, quia ſcilicet eſt benefactor, vt Chriſtus Dominus, qui eſt Redemptor, & omnipotens Deus.

3 Adoratio Latriæ eſt actus virtutis ſpecialis, & moralis, quæ vocatur Religio, vel virtus Religionis, nam omnis actus procedens ab electione, & cadit ſuper debitam materiam, & cum debitis circumſtantijs eſt actus virtutis, ſed adoratio Latriæ eſt actus huiuſmodi, ergo eſt actus virtutis, atque adeò Latria eſt virtus; Maior patet ex Ariſtot. 2. Ethicorum minor probatur, quia actus Latriæ ab electione procedit, qua quis eligit exhibere Deo aliquem cultum; cadit etiam ſuper debitam materiam, videlicet exhibendo Sacrificia genuflexiones, vel huiuſmodi, poteſt etiam hic actus veſtiri debitis circumſtantijs, finis, loci, temporis, &c. Hæc virtus eſt moralis, non Theologica, nam inter virtutem moralem, & Theologicam hæc eſt differentia, quod virtus Theologica habet Deum pro obiecto, virtus verò moralis quamuis habeat Deum pro fine, non tamen reſpicit illum tanquam obiectum, ſed aliquid circa Deum, ideſt circa cultum Dei, qui cultus eſt honor ſacer, qui tribuitur Deo in Diuino miniſterio, ac Ceremonijs ſacris; quia includit omnia illa, quæ in Diuinum honorem, & miniſterium apparantur; Hinc ſatis clarè colligitur, inter omnes virtutes morales Latriam eſſe præſtantiorem, quia poſt virtutes Theologicas immediatius attingit Deum, quam quæcumque alia virtus moralis, dum enim verſatur circa cultum Dei, & Diuinos honores quodammodo in ſuo obiecto ipſum Deum, quod non habet alia virtus moralis, ſed iuxta Diuum Auguſtinum 10. lib. de Ciuit. Dei, cap.

58. ſum-

58. ſummum bonum eſt Deo cohærere, ergo Latria eſt virtus omnium moralium præſtantiſſima.

4 Hæc virtus Latriæ eſt pars potentialis iuſtitiæ, & non ſobiectiua; nam omnis virtus moralis, quæ ordinat hominem ad aliud ſub ratione debiti pertinet ad iuſtitiam, ſed Latria eſt huiuſmodi, ergo continetur ſub iuſtitia, maior probatur, quia nulla eſt virtus moralis, quæ ordinat ad aliud præter iuſtitiam, ſed ad ſe; & ſi ſit aliqua virtus pertinens ad iuſtitiam, non ordinans ad aliud tanquam ad debitum vt liberalitas; minor patet Latria enim ordinat nos ad Deum ſub ratione debiti, ergo pertinet ad iuſtitiam, & quod ſit pars potentialis iuſtitiæ, & non ſubiectiua probatur, præſupponendo quod iuſtitiæ ſunt duæ partes, ſcilicet ſubiectiua, & potentialis, ſubiectiuæ ſunt ſpecies iuſtitiæ directè, ſub ipſa contentæ, aut habent perfectam rationem iuſtitiæ, vt ſunt iuſtitia commutatiua, & diſtributiua; Partes potentiales quæ non directè continentur ſub iuſtitia, ſed ad eam reducuntur eo quòd perfectum iuſtitiæ rationem non habent; Tria enim ad rationem iuſtitiæ requiruntur; Primùm quod ſit virtus ad alterum, & ordinet ad illud; Secundùm quod hoc ſit ſub ratione debiti; Tertium quod reddat æquale; Vnde virtus illa quæ harum aliquam conditionem non habet, dicitur pars potentialis iuſtitiæ; Et hinc eſt, quòd Latria licèt ordinet hominem ad aliud ſcilicet ad cultum Dei, & ſub ratione debiti tamen, quia non poteſt Deo reddere æquale, ideò non perfectè habet rationem iuſtitiæ, quia numquam redditur tantus honor, quantum Diuina exigit Excellentia, ſed ſecundùm poſſibilitatem naturæ; Ideò Eccleſiaſtici 43. dicitur Benedicentes Dominum magnificate, quantum poteſtis maior eſt enim omni veſtra laude.

5 Lumine naturali conſtat, necnon ex Sacris litteris, quod Deus eſt adorandus adoratione Latriæ propter hoc enim D. Paulus Gentiles Romanorum cap. 1. repræhendit dicens, quod cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt; Deindè Exodi prohibet quodlibet aliud adorare ſimili adoratione, cap. 20. & Deut. 4. non habebis Deos alienos in conſpectu meo, non facies tibi ſculptile, & alibi ſimiliter, Matth. 5. Dominus Dominus, & Deus noſter Diabolo affectanti adorationem; Reſpondit Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies; Et ſi quæratur quo tempore quis teneatur adorare? Inquit D. ſubtilis in 3. diſt. 9. q. 1. quod pro tempore Legis Moſaicæ videtur determinatum fuiſſe ad actum illius præcepti per illud; Tertium præceptum Decalogi Sabbata ſanctifices, quod etiam fuit præceptum tempore Legis naturæ, vt ſcilicet aliquo determinato tempore vacaret homo ab operibus ſeruilibus, & in hac ſola negatione non eſſet obſeruatio præcepti, ſed in actu poſitiuo in ſanctificando, ideſt magnificando Deum; Pro tempore verò Legis Euangelicæ cultus illæ exhibendus Deo in ſanctificatione Sabbati determinatur, die Dominico, & etiam determinatur, quantum ad actum illum, ſecundùm quem debet exhiberi puta in auditione, vel celebratione illius ſummi Sacrificij Euchariſtici, quod Sacerdos offerre debet pro ſe, & pro populo, qui etiam ſuo modo, ſiuè ſpiritualiter adorat dum eidem aſſiſtit.

6 Deus adorandus eſt à nobis actu interiori, & exteriori; Probatur ſic à D. Auguſtino lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 4. homo conſtat Corpore, & Spiritu, ſed Deus eſt Auctor conſeruator, & Saluator, tàm Corporis, quàm Animæ, ergo homo tenetur Deum colere actibus, tàm Corporis, quàm Animæ, Sacrificium eſt opus exteriùs, quo Deum tantùm adorare licèt non creaturam, quod colligitur ex capit. 13. Iudicum, vbi Angelus qui apparuit Manue, non prohibuit ipſum Manue, vt ſibi aliquam

adora-

adorationem impenderet, prohibuit tamen vt ſibi offerret ſacrificium. Aliquæ ſunt voces, quibus Deum adoramus, quæ non licet alij à Deo exhiberi, & hoc ex Lege Diuina, & non ex natura Rei, vt verbi gratia, iſtæ Miſerere mei, & propitius eſto mihi peccatori; Alia ſigna adorationis exteriora, vt percuſſio pectoris, genuflexiones licèt principaliter ſint Deo exhibenda, nullum tamen erit periculum hos, & ſimiles actus ſanctis exhibere, dummodo alia intentione Deo, & alia ſanctis exhibeantur; Ita D. Thomas 3. contra Gentes, cap. 120. Ex his colligitur Ieſum Chriſtum, quatenus ſuppoſitum Diuinum, cum Diuina natura adorandum eſſe illa perfectiſſima adoratione Latriæ, qua tota Trinitas, & ſingulæ perſonæ adorantur; Hoc eſſe definitum de fide conſtat ex Scripturis Concilijs, & Patribus; Chriſtus enim de ſe loquens, Ioan. 5. inquit vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant Patrem, & D. Paulus ad Rom. 14. de Chriſto exponit illud Iſaiæ 45. mihi curuabitur omne genu, quod de adoratione Latriæ dictum eſſe conſtat, & idem ad Philip. 2. dicit in nomine Ieſu omne genuflectatur, & D. Thomas adorans Chriſtum, Ioan. 20. dixit Dominus meus, & Deus meus, & eadem fide cæcus illuminatus à Chriſto procidens adorauit eum, Ioann. 9. ſic Magi adorauerunt, Matth. 2. Hoc pariter modo adorant Sancti omnes Agnum occiſum, Apoc. 5.

7 Definitur etiam veritas hæc in Concil. Epheſino, actu 10. vbi dicitur, vnus Intelligitur Chriſtus Ieſus filius Vnigenitus, qui vna adoratione propria cum carne adoratur, id quæ definitur anathematiſmo octauò, quem explicans Cyrillus in Libro declarationum, inquit vtpotè vnus exiſtens filius, non abſque ſua Carne, ſed cum ſua adorandus eſt, & in 6. Synodo Collat. 8. Canon. 9. & in 7. Synodo actione 8. tom. 5. versùs finem; Patres quoque vniformiter idem confitentur Adamus hic quid dicat, D. Damaſcenus, Orat. 3. de Imaginibus, vbi 5. diſtinguit titulos, quibus oſtendit ſummum honorem Deo deberi totis generibus diſtinctum ab honore Creaturæ; Primus eſt ſupremum Dominium propter quod ſupremum adorationis genus eſt illi impendendum, nempè ſumma ſeruitutis ſummiſſio; Secunda eſt ſuprema gloria, & ſanctitas, qua propter ſumma debet eſſe in admiratione, & reuerentia; Tertius eſt maxima beneficentia erga homines, qua etiam de Cauſa ſumma illi debetur gratiarum actio; Quartus eſt prouidentia, conſeruatio, & vltima hominum fælicitas, quæ in eo conſiſtit, propter quam debetur ei fidei confeſſio, qua profitemur nihil ſine Deo nos poſſe; Quintus denique eſt peccatorum remiſſio, qua propter tunſionem pectoris, accuſationem peccatorum, Sacrificia, oblationes, & alia ſimilia debemus ei offerre; Multaque alia huiuſmodi poſſent coaceruari, quibus honor ſummus Deo debitus, & adoratio Latriæ poſſet rappreſentari; ſed hæc dicta ſatis ſint de adoratione Chriſto debita, quatenus eſt filius Dei habens naturam Diuinam, ſicut aliæ Diuinæ Perſonæ.

8 Hic reſoluendum eſt, qua adoratione adorandus eſt ſpeciali excellentia naturæ humanæ, quæ habet ſummam gratiam, ſecundùm quam eſt Caput Eccleſiæ, & qua redemit nos. De qua re eſt 2. opinio; Prima opinio eſt Alenſis, 3. p. q. 30. Membro 1. & aliorum dicentium eſſe adorandum adoratione Hyperduliæ. Alij aſſerunt eſſe adorandum ad adoratione Latriæ non propriè, ſed impropriæ dictæ, ſed dicendum humanitatem Chriſti in ſe conſideratam, cum ſuis donis præſcindendo vnionem cum Verbo adorandam eſſe adoratione non duliæ, nec Latriæ, ſed Hyperduliæ; Ita Scotus 3. diſt. 9. q. 1. art. 3. & ratio eſt, quia humanitas Chriſti, vt ſic eſt Creatura ergo in ſe, & propter ſe non eſt adoranda Latria, ſed Hyperdulia, ſi Chriſtus vt homo præcisè adoretur propter dignitatem, & excellentiam gratiæ vnionis illa adoratio, non erit perfecta Latria, ſed Inferior, & ſic declaratur. Quod enim Chriſtus ſub hac ratione adorari poſſit per ſe notū eſt, quia ſub hac ratione

gione habet maiorem excellentiam, & dignitatem, quàm ſit omnis Creata Excellentia; & per conſequens propter hanc dignitatem, non ſolùm eſt adoratione dignus, ſed etiam maiori, & excellentiori, quàm ſint omnes Sancti, propter Sanctitatem ſuam; Quod autem hæc adoratio ſit inferior Latria, quæ debetur Deo ſecundùm ſe probatur, quia minor eſt excellentia gratiæ vnionis in ipſa humanitate, quam ſit excellentia Diuinitatis, ſecundùm quàm formaliter differunt ſicut Creatum, & increatum.

9 Humanitas Chriſti in concreto per ſe adoratur Latria, quia hic homo Chriſtus per ſe Latria adoratur, ſicut Deus, & Verbum per communicationem Idiomatum, non quod humanitas ſit obiectum formale, vel ratio adorationis Latriæ, ſed ipſa perſona Diuina in vtraque natura ſubſiſtens, pro qua ſupponit hic homo; Licèt humanitas Chriſti poſſit diſtingui à Verbo, ſaltem in adoratione interiori, & ſpeculatiuè, melius eſt tamen non diſtinguere illam à Verbo interius, neque etiam practicè in exteriori adoratione. Nam licèt adorationes Chriſti oratione adorandi ſpeculatiuè rectè diſtinguantur practicè tamen, & moraliter ſemper eſt Chriſtus perfectiſſima adoratione Latriæ colendus, quia vnuſquiſque ſimpliciter adorari debet perfectiſſimo honore ratione ſuæ Excellentiæ ſibi debitæ; Quod obſeruandum præſertim eſt in communi, & publica Eccleſiæ adoratione, nam in interiori, & priuata quæ ſolùm inter hominem, & Chriſtum intercedit. Si quis rectè ſciat diſtinguere rationes adorandi poterit interdum aliqua ex dictis orationibus ſuo arbitrio, & deuotione Chriſtum adorare; Homines enim externa vident, & de exterioribus iudicant Chriſtus, autem intuetur cor, & intentionem cognoſcit, ſicque Caietanus docet 3. p. q. 25. art. 3. quod Eccleſia vult ne interiori Adoratione (& multò minus in exteriori humanitatem Chriſti à Verbo diuidamus, non tamen prohibet Eccleſia debitam adorationem Humanitatis Chriſti à Verbo diſtinctè in mente factam, ſed ſolùm ne exteriùs hæc diſtinctio fiat.

10 Caro Chriſti, ſi verè apparet viſibiliter in Euchariſtia adoranda eſt adoratione Latriæ, quod ſi non nequaquam tali adoratione adoranda; Probatur prima pars, nam Caro Chriſti, ideſt natura eius, non poteſt apparere, niſi vnita verbo, quia cum Verbum numquam dimiſit; Dictum eſt ſi verè viſibiliter appareat, quia tribus modis verùm Chriſti Corpus in Sacramento apparere poteſt, ac proindè Latria adorari adhibita prudentis Animi cautela; Primò opere dæmonis, & tunc nulla ei debetur reuerentia; Secundò modo à Deo, vel ab Angelo in ſolùm Teſtimonium, vel confirmationem fidei, & non in veram repræſentationem Corporis Chriſti, & tunc non eſt adhibenda adoratio Latriæ, ſed ſola reuerentia; Tertiò modo in veram Corporis Chriſti oſtenſionem, & tunc ei adoratio Latriæ debetur, ſed cum ſecerni non poteſt vtrùm vera, vel apparens ſit Corporis Chriſti oſtenſio debet ſemper, ſub conditione adorari, quatenus Corpus Chriſti ſic, & non aliter. Verùm notandum eſt verum Chriſti Corpus in Sacramento apparere poſſe, vel inuere proximo, & continuò Sacramento, vel mutatis ipſis ſpeciebus Sacramentalibus in ſui Corporis ſpecies, vel his ſpeciebus non mutatis. Nihil enim horum eſt impoſſibile, quamuis enim in ſpeciebus, non ſit ſecundùm modum quantitatis eſt, tamen huiuſmodi Corpus totum in Sacramento toto vndè ſicut facies poteſt apparere in toto ſpeculo ſic, & Chriſti Corpus in toto Sacramento; ſpecies enim illa quæ relucet in ſpeculo ſe habet fermè adinſtar modi exiſtendi Corporis Chriſti in Sacramento. Diuiſo enim ſpeculo tota ſpecies apparet in ſingulis partibus, ſicut & totum Chriſti Corpus, ſub qualibet Sacramenti particula, & ideò nõ magis repugnare videtur totũ Chriſtum in toto Sacramento apparere, quã totam ſpeciem in toto ſpeculo, ſic & diſparitas ſit, quo ad trãſubſtãtiationemque non reperitur in ſpeculo.

11 Cùm

11 Cum multa circa Sacramentum Euchariſtiæ poſſint contingere, quæ adeò non ſunt certa, quod clara elici veritas poſſit, vt Sacerdos non baptizatus, aut non ordinatus ſacrificans hoſtiam exhibens adorandam, vel non conſecrans quæritur, an Chriſtus in Sacramento Euchariſtiæ ſit abſolutè, & ſine conditione adorandus D. Bonauentura in 3. diſt. 24. q. 1. art. 1. ad vltimum dicit, nihil eſſe adorandum abſolutè, & ſimpliciter, niſi de quo habetur certitudo fidei; Illud verò de quo non habetur certitudo fidei debet adorari, ſub conditione, ſic ergo putat D. Bonauentura Chriſtum adorandum eſſe in Euchariſtia. Alenſis 3. p. q. 30. membro 3. art. 1. requirit conditionem tacitam, vel expreſſam; Alij putant in tali adoratione ſatis eſſe habere conditionem habitualem, ſed videtur non eſſe neceſſariam in tali adoratione, alioquin nec Sacerdos poſſet abſolutè Euchariſtiam alteri porrigere, ſed ſub conditione, ſi eſſet baptizatus, immò nec poſſet Patrem ſuum abſolutè venerari, quia certo ſcire non poſſet, an ſit verus eius Pater; Denique qui adorat hoſtiam totam in Chriſtum dirigit intentionem; ſiue igitur conſecrata ſit Hoſtia, ſiuè non numquam eſt Idolatra, ſicut nec Idolatra eſſe poteſt, qui recta intentione adorat Chriſtum, quod enim Chriſtus ſit hic, vel alibi non facit ad eſſentiam adorationis dummodo in Chriſtum feratur intentio; Quamuis enim adorandus ſit in Hoſtia conſecrata, & in non conſecrata adorari non debeat, cum tamen videmus omnia fieri, quæ ad conſecrandam Hoſtiam peragi ſolent, nulla inſurgit occaſio dubitandi, alioquin nulla in rebus humanis, quæ dignitatem, vel auctoritatem concernunt haberi poſſet certitudo.

12 Non ſolùm Chriſtus ſub ſpeciebus latitans, ſed etiam totum Sacramentum viſibile, nempè ſigna cum rebus, quas ſignificant vnico Latriæ actu eſt adorandum; Ita communis Theologorum conſenſus, & totius Eccleſiæ vnanimis ſententia contra omnes Hæreticos præcipuè Ecolampadium, Caluinum, cęteroſque Sacramentarios; De qua re vide Belarminum lib. 4. cap. vltimò de Euchariſtia; ſi tamen ſpecies Sacramentales ſeorſim à rebus, quas ſignificant, inueniantur nullus eſt Catholicus, qui doceat ipſa ſymbola externa per ſe, & propriè eſſe adoranda cultu Latriæ, itaut adoratio terminetur ad exteriorem ſpecierum ſuperficiem, & non tendat vlterius ad ipſam rem ſub illis latitantem, ſed ſolùm veneranda eſſe ſymbola cultu minori, qui omnibus debetur Sacramentis, & Sacramentalibus; ſi enim vaſa antiquitus cultui Diuino dicata ſub interminatione mortis reuerenter erant tractanda multò magis Sacramentales ſpecies, quæ non Sanguinem taurorum continent, vt vaſa tabernaculo Legis Moyſis conſecrata; ſed verum Chriſti Sanguinem à quo nullatenus poſſunt ſeparari, quamuis cogitentur, vt ſeparata; Ex quibus omnibus patet impoſtura Hæreticorum, qui dicunt adorationem Euchariſticam eſſe Idolatriam, quia Catholici dicunt non remanere panem, ſed conuerti in ſubſtantiam Corporis Chriſti, & ſpecies ſeorſum ſumptas non eſſe adorandas adoratione Latriæ, mirum tamen eſt, quod Lutherus, & eius aſſeclæ, qui veram Chriſti præſentiam ſub his ſpeciebus cum ſubſtantia panis eſſe putant damnat tamen reuerentiam, & adorationem ei exhibitam.

13 Si Præputium, & Sanguis Chriſti de corpore eius in Cruce fluens adhuc in terra conſeruatur Latria Analogica ſunt adoranda, qui ſi crux, & claui (*vt infrà patebit*) quia ipſum tetigerunt ratione contactus, & vt perfuſa Sanguine eius dicta Latria adorantur; igitur à fortiori ipſe Sanguis, & etiam aqua quæ de latere eius fluxit ſi alicubi reperiretur, quia partes Corporis tales ſuo modò fuerunt vnitæ Diuinitati, ſimiliter, & capilli eadem Latria adorandi ſunt, & hoc eſt verùm etiam ſi modò ipſi Diuinitati vnita, vel coniuncta non ſint, atque adeò quod Gabriel in Canone Lect. 50. & multi Alij dicunt, quod talis Sanguis Chriſti, qui

nunc

nunc Diuinitati non vnitus in terra reperitur non Latria, ſed hiperdulia, vt humanitas Chriſti Verbo, non vnita adorandus eſt; Intelliguntur de Latria perfecta abſoluta, vt ait Syluester in ſua aurea Roſa quæſt. 34. ſed certè talem ſenſum non videntur illi Doctores habuiſſe, nec eſt eadem ratio de humanitate Chriſti non vnita verbo, quæ ratione ſuæ Excellentiæ in ſe, aut per ſe Hyperdulia eſſet adoranda; & de Sanguine Chriſti, qui per ſe nullam talem Excellentiam habet, atque ita nec hyperdulia eſſet adorandus igitur ſola ratione contactus, ſicut Crux Latria Analogica debet adorari; Hæc de Sanguine Chriſti verò, qui aliquando fuit in Corpore Chriſti verò, nec Diuinitati vnitus, Sanguis verò qui miraculosè exiuit de aliqua Imagine Chriſti adorandus eſt adoratione, qua illa imago in ſe adoranda eſt.

14 Crux in qua Chriſtus crucifixus eſt duplici honore, & reuerentia veneranda eſt, primò adoratione Latriæ in ordine, ſcilicet ad prothotypum, in quantum ſcilicet rappræſentat nobis figuram Chriſti in ea extenſi, aliò modo ex contactu membrorum Chriſti, & ex hoc quod eius Sanguine profuſa eſt; Vnde maximo debet eſſe in honore, & reuerentia. Immò (ſaluo ſemper meliori Iudicio) cæteris omnibus ſacris rebus, vel ſacrandis, aut ſacratis maiori dignanda eſt honore, & veneratione, cum cætera omnia ſacra, vel Sacramentalia ſolo oleo, ac Sacerdotis benedictione, aut alijs huiuſmodi ſint conſecrata. Crux verò Chriſti, & claui ac cætera Paſſionis inſtrumenta proprio Chriſti ſanguine ſunt illita. Quod enim dicitur de Cruce, arbitramur de cæteris omnibus inſtrumentis, aut veſtibus proprio Chriſti Sanguine aſperſis, & conſecratis dici poſſe; Id verò de cæteris Crucibus, quæ Chriſti Sanguine non fuerunt aſperſæ dici non poſſe; Quamuis poſſint adorari in ordine ad prothotypum, quatenus ſcilicet nobis rappræſentant Chriſtum Crucifixum, non tamen poſſunt per ſe tanta reuerentia, & veneratione honorari, quanta propria Crux Chriſti, quia nulla poteſt eſſe conſecratio cuiuslibet Crucis, vel Imaginis, quæ ad conſecrationem proprio Chriſti ſanguines conſcendat; Non negatur tamen, quod ſi fuerunt Cruces conſecratæ aliqua eis non poſſit eis exhiberi reuerentia ſicuti, & cæteris rebus conſecratis præter adorationem Latriæ, quæ ipſi exhibetur tanquam Chriſtum Crucifixum rapprææſentanti, ſed ſi nulla ſit propria conſecratio, vel benedictio aliter non poteſt adorari, niſi quatenus refertur ad prothotypum.

15 Huic veritati Vvicleph Anglicus Sacerdos, & Magiſter in artibus, vir Ingenio acer, & ſuo tempore eloquens vixit circa annum Domini 1380. multa volumina ſcripſit, quibus Eccleſiam Catholicam perſecutus eſt; Quæ Conſtantiæ congregata in Concilio Generali eundem Hæreticum declarauit, & 45. articulos, & alios ſimiles ex eius Doctrina decerptos condemnauit; Iſte igitur Hæreticus ſe opponens aſſeruit Crucem Dominicam non eſſe vllo pacto adorandam, cui ex Diametro opponimus Sacram Scripturam in Pſalmo 98. vbi dicitur, adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt; Quod autem verius ſcabellum Chriſti, quam Crux, cui pedes affixerunt? Idem repetit, Pſalm. 131. dicens introibimus in Tabernaculum eius adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius, quod quidem ſcabellum, & locus, vbi ſteterunt pedes eius ſecundùm Caſſiodorum, hiſtorialiter ſignificat Sanctam Crucem, vbi corporaliter ſtetit Chriſtus, quando in ea confixus apparuit, in qua ſtetiſſe rectè dicitur, vbi Corpus eius infixum fuiſſe monſtratur; Meritò ergo hunc Propheta, locum dicit adorandum qui nobis, & fidei ſignum præſtitit, & ſalutem; Hæc Caſſiodor. & vt alios Patres breuitatis

cauſa

cauſa omittamus; Audiamus D. Auguſtinum ſuper Ioannem, tract. 36. vbi ſic ait; Quid ſeruat fideli ſuo, qui talem honorem dedit ſupplicio ſuo? Accedit vniuerſalis Eccleſiæ ritus, & conſuetudo, quæ ſtatuit, & actualiter obſeruat in die Feriæ 6. Paraſceue ſolemnem, & publicam Crucis adorationem poſt decantatum ex Ioanne Euangeliſta nobilem illum triumphum, quem per Crucis mortem Chriſtus illa die acquiſiuit, & quid Ioannes Vvicleph contra Vniuerſalem Eccleſiæ conſenſum.

16 De Imaginibus ſanctis adorandis opportuniori loco acturi de Nominis Ieſu adoratione hic putamus conueniens parum immorandum, & habere ſermonem, De qua adorabilitate, ſeu adoratione loquitur D. Paulus ad Philip. 2. 10. dicens, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum. Hoc nomen Ieſus vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur, deindè octaua die ab eius Natiuitate, dum circumciditur, vocatum eſt nomen eius Ieſus; Ita quod in prima effuſione ſanguinis vocatum eſt nomen Ieſus; In alijs verò effuſionibus ei eſt attributa complete, tanta Excellentia, vt eſſet adorandus, tàm in cœlo, quam in terris, & in Inferno; Ita quod nomen Ieſus ei datum eſt, & glorificátum in effuſione Sanguinis; & ideò tantus ſanguis Eminentiſſimis Epitetis celebratur in Sacra Scriptura, quibus explicatur tanta eius dignitas, & Excellentia; & primò dictus eſt prætioſus 1. Petri cap. 1. ſcientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed prætioſo Sanguine, &c. quaſi Agni Immaculati, & incontaminati.

17 Secundò dicitur Sanguis redemptionis, quia virtute illius Chriſtus Redemptor redemit genus humanum à ſeruitute peccati à Tirannico Diaboli Imperio, & Poteſtate, ſic Apocalip. 5. Dignus es Domine accipere Librum, & ſoluere ſignacula eius, quia occiſus es, & redemiſti nos Deo in Sanguine tuo, & Epheſ. 1. habemus redemptionem in Sanguine eius; Tertiò quia Sanguinis Chriſti meritò iuſtitiæ donum obtinemus, idcircò Sanguis Chriſti iuſtificantis nomen adeptus eſt Rom. 5. multò magis, nunc iuſtificati in Sanguine eius ſalui erimus ab ira per ipſum; Quartò dicitur emundans, & ſanctificans, quia peccati maculas abſtergit, & coinquinatas vitijs animas purgando ſanctiores reddit; ſi enim Sanguis hircorum, & Taurorum, & Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis; Quantò magis Sanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis Hebr. 9. & mox ibidem, cap. 13. Propter quod, & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum Sanguinem extra portam paſſus eſt, & rurſus Sanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato; Dicitur abluens, & lauans, quid dilexit nos, & lauit nos à peccatis in Sanguine ſuo, Apoc. 1. & rurſus, cap. 7. Hi ſunt qui venerunt de tribulationi, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in Sanguine Agni; Sextò vocatur pacificans, & propitians, Rom. 3. 1. iuſtificati per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in Sanguine ipſius.

18 Septimò Sanguis dicitur Teſtamenti, ſeu pacti quod datur homini ius aſpirandi ad æternam fælicitatem, & Hæreditatem, Matth. 27. Hic eſt Sanguis meus noui Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur; Octauò dicitur Auctor noſtræ Victoriæ contra Dæmonem, Apocalip. 12. & ipſi vicerunt eum propter Sanguinem Agni; His titulis Sanguinis ſui filius Dei humanatus aquiſiuit nomen ſuper omne nomen, ideſt Ieſus D. Auguſtinus in Ioannem 2. Ieſus inquit proprium nomen eſt quomodò Moyſes, Elias, Abraham, Petrus, & Paulus, Chriſtus autem Sacramenti nomen eſt, quomodo ſi dicatur Propheta, Sacerdos, vel potiùs nuncupatio Poteſtatis, & Regni; Chriſtus eſt, idem quod vnctus. Vnctio autem duplex

plex nimirum interna, & externa vnctione, externa vngebantur Reges in veteri Teſtamento, ſic dicebantur Chriſti, ſic Pſal.n. 17. faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid, & 1. Regum 24. non mittam manum meam (ait Dauid in Chriſtum Domini; ideſt Saulem Regem, Iſaiæ 45. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro; Qui enim apud Hebræos Reges creabantur oleo perfundebantur, neque Regum tantùm, ſed Pontificum quoque capita inungere mos erat, Pſalm. 132. ſicut vnguentum in Capite, quod deſcendit in Barbam, Barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Vide Exodum 29. & Leuit. 8.

19 Vnctione interna, qua externa præſignabat Dominus Chriſtus Meſſias, & vnctus per Antonomaſiam appellatur; Vnde illud Pſalmi 44. Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis, quippè qui Rex eſt Summus; Summus Pontifex ſecundùm ordinem Melchiſedech, qui Rex fuit ſimul, & Sacerdos; Auguſtinus in Pſalm. 26. Duæ inquit Perſonæ illo tempore vngebantur, ideſt Regis, & Pontificis, & in duabus perſonis præfigurabatur, vnus futurus Rex, & Sacerdos vtroque munere vnus Chriſtus; Nomen Ieſus ſignificat ſalutem, iuxtà id quod dixit Angelus apud Matth. 1. vocabis inquit nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum; Hoc nomen Ieſus eſt nomen ſuper omne nomen, iuxtà illud Pauli ad Philip. 2. dedit inquit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Verùm de hac re eſt magna varietas Interpretum in aſſignanda vera intelligentia prædictorum Verborum D. Pauli; ſed ſuppoſita vera Hiſtoria de impoſitione iſtius nominis nimirum, quod fuerit Impoſitum in Circumciſione, ſi velimus de nomine Ieſu exponere verba Pauli; Hic erit Pauli ſenſus, dedit illi nomen, vt nomen Ieſu quòd anteà iam habebat eſſet ſuper omne nomen, ſicque verificatur, quod in Circumciſione impoſitum ſit nomen Ieſus, quod deindè ſit datum, vel potius ſit Chriſto confirmatum propter merita Paſſionis. Propter quod (ait Paulus) ideſt, quia factus eſt obediens vſque ad mortem Crucis Deus exultauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

20 Nec mirum quod in Circumciſione Domino noſtro ſit impoſitum nomen Ieſum, quia tunc incæpit reipſa ſuum Sanguinem prætioſiſſimum offerre Patri pro ſalute hominum. Ex arca egreſſus Noe Sacrificia Deo obtulit, Gen. 8. odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait ad eum; Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines, tum fœderis ſignum Iridem dedit in nubibus; Arcum inquit meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram; ſimilem in modum egreſſus ex nobiliſſima Arca, hoc eſt Virginis Vtero Chriſtus verus Noe, ideſt vera requies (requiem enim nomen Noe ſignificat) admirandum Patri obtulit Sacrificium, Sanguinem, videlicèt ſuum obtulit. Quantæ verò ſuauitatis fuerit odor huius Sacrificij, quis poterit fando explicare? ſi Sacrificium Noe odorem habuit ſuauitatis, quamuis fuerit Sacrificium Animalium irrationabilium, Sacrificium Sanguinis Chriſti filij Dei viui, quali nam odore cœlos terraſque perfudit? odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait; Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, ſed benedicam propter filium; ſignum fœderis Deus Noe dedit pulchram cœleſtemque in nubibus Iridem; Nobis verò ſignum fœderis, atque ſalutis dedit pulchrum cœleſteque in Sanguine Ieſu nomen; Cùm enim ſalutem ſignificet, ſalutis pacis fœderiſque ſignum eſt perpetuum, Iris arcus eſt, ſed abſque robore, & ſagittis, qui nubibus euaneſcentibus euaneſcit; Nomen verò Ieſus arcus eſt fortiſſimus, & ſagittis quibus cacodemones repellimus, & fugamus.

21 Tempeſtiuè voluit nobis Deus dare indicium ſalutis humanæ daturus eam ſuo tempore in vberrima abundantia; Antequam copioſus imber defluat, tenuis è Cœlo delabitur pluuia, ita tenuis Sanguinis

guinis pluuia è ſublimi illo cœlo, ideſt ChriſtiCorpore in Circumciſione delapſa eſt, copioſus imber reſeruatus eſt Paſſioni; ſatis fuiſſet pluuia tenuis, ſed vt canit Vates Pſalm. 129. copioſa apud eum redemptio; Tertiò Reg. 18. ecce Nubecula parum aſcendebat è mari, poſteà facta eſt pluuia grandis, eundem in modum parua Sanguinis nubecula è pelago Diuinæ miſericordiæ aſcendit in Circumciſione, facta verò eſt pluuia Sanguinis magna in Paſſione; primitias priùs Sanguinis Chriſtus obtulit poſteà, vt legitur Geneſ. 49. lauit in vino ſtolam ſuam, & in Sanguinem Vuæ pallium ſuum, ideſt Corpus Sanguine immerſit. Emptor emendæ rei cupidus antequam totum ſoluat prætium emptionis, ſignum, & pignus venditori præbet ſic Redemptor Animarum noſtrarum cupidiſſimus, antequam totum effunderet Sanguinem, quod illarum prætium eſt, totius prætij reddendi veluti ſignum, & pignus dedit, ſed quale pignus? Sanguinis guttas rubentes gemmas Cæleſtes margaritas Chryſolitis, ſmeraldis, atque topacijs pretioſiores.

22 Nomen Ieſus, & ſi alijs in Teſtamento veteri attributum ſit; Hòc illis non fuit proprium, ſed quodammodò impropriè, & ſecundùm quid prout nimirum afferrebant pro aliquo tempore aliquam ſalutem populo Iſraelitico; & liberando eum ab inimicis ſuis; ſic Deus miſit Iudices in ſalutem Iſraelitarum in diuerſis neceſſitatibus; ſic poterant aliquo modo dici Saluatores; ſed hoc nomen Ieſus vocatur nomen nouum ab Iſaiæ cap. 62. vbi ait vocabitur tibi nomen nouum; Quod os Domini nominauit; vnde Cyrillus, lib. 5. de Trinitate, paulò poſt principium. Nomen inquit nouum Verbo Diuino eſt Ieſus, & concurrens, cum carnis Natiuitate, & Propheticum oraculum aſtipulatur, Iſaiæ 62. vocabunt nomen eius nouum, hoc quod Dominus nominauit; Nomen igitur Ieſus eſt nomen nouum, ſi rationem impoſitionis, ac ſignificationem ſpectes, quoniam noua ratione, & ſignificatione impoſitum eſt; Numquam enim quis propterea Ieſus vocatus eſt, quod perfectiſſimam, tum Animabus, tum corporibus ſalutem eſſet allaturus, quam nouam rationem, ac ſignificationem Angelus aperuit Verbis iam citatis, vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum; O nouam nominis rationem, & omnibus ſæculis inauditam.

23 Duæ igitur nouitates in hoc concurrunt altera eſt nouitas Nominis Ieſu, de qua hucuſque dictum eſt; Secunda eſt nouitas operis, ſcilicet quod Deus effudit Sanguinem. Quid nouum magis, quid magis potuit eſſe inauditum? Viderat orbis Deum cœlos terras, Maria homines condentem, diluuij obruentem aquis, Impios flammis, & vrbes abſumentem, exercitum Pharaonis mari demergentem, tonitruis, fulminibus, tempeſtatibuſque hominum pectora perterrentem, at nouiſſimis diebus Deum vidit fulmine depoſito madentem Sanguine. Hinc apte Verba Ierem. 2. vſurpare dignum eſt. Obſtupeſcite Cęli ſuper hoc ſuper Deum, inquam infantem, ſuper Deum in ſtabulo ortum, ſuper Deum in paleis cubantem, ſuper Deum Sanguine pro mortalibus cruentatum; Obſtupeſcite Cœli, quia non propter Angelos, & Seraphinos veſtros Incolas, ſed propter viles homines Sanguinem fudit Deus; Cecidere Cœlo Angeli, ac Seraphini, iacent æternumque iacebunt. Cecidit homo, manum ſanguineam porrigit Deus, vt iacentem ſubleuet; O amorem æterna memoria æternoque amore hominum digniſſimum; ſi chimitarum Princeps, Gen. 34. Dinæ filiæ Iacob, amore captus Circumciſionem doloroſam ſubijt, & tolerauit, Chriſtus Eccleſiæ ſuæ amore inflammatus eiuſdem Circumciſionis vulnus ſuſtinuit ſanguiniſque primitias fudit; Quemadmodum verò Princeps ille à filijs Iacob eſt occiſus, ita Chriſtus à filijs Iacob in Crucè eſt actus, in qua veluti in ſtrata menſa, totum pro Mundo Sanguinis prætium abundè perſoluit.

24 Nomen Ieſus nobis ineffabile, & inconce-

conceptibile; factus eſt Deus homo ſpectabilis, & effabilis, & nomen habet effabile, & audibile eſt; Romani Deum Romæ tutelarem nominare nephas ducebant, vt teſtatur Plutarcus in Libro problematum; Huius occultationis rationem Plinius reddit, lib.28. cap.2. quæ nihil facit ad Rem noſtram, ideò relinquatur, Deus verus tutelaris omnium rerum ſuum nomen Ieſus ſileri non vult, aut occultari, ſed ore magna, cum veneratione proferri decantari, atque laudari oleum effuſum nomen tuum, ait Salomon Cant. 1. oleum odoriferum, ſi vaſe concluſum eſt latet, ſi effunditur, & apparet ſuauiſſimum odorem longè lateque diffundit; Ieſu nomen non concluſo, ſed effuſo ſimile eſt oleo, quod odoris ſummi ſuauitatem non occultat, ſed per vniuerſum orbem ſpargit; notiſſimum nomen eſt *in cælis, notiſſimum in terris*, notitiam habent etiam *habitatores inferi*; In nomine Ieſu, ait Paulus, omne genuflectatur, Cæleſtium, Terreſtrium, & infernorum ad Philip. 2. Antequam nomen Ieſus haberet notus erat in Iudæa Deus, & inde in omnem terram excurrit; O nomen benedictum exclamat Bernardus, Serm. 15. in Cantica; O oleum vſquequaque diffuſum de Cœlo in Iudæam, & inde in omnem terram excurrit; & D. Ambroſius, in lib. de Spiritu Sancto, cap. 7. Chriſti nomen ante eius aduentum in Iſrael Populo, *quaſi vaſi claudebatur*, notus enim in Iudæa Deus, poſteà verò per omnem Creaturam Diuinam, ſuum nomen extendit replens vacua, vt eſſet admirabile nomen eius in vniuerſa terra.

25 Hoc nomen Ieſus cum ſit vſquequaque admirabile eſt quoque; Vndique laudabile, & primò, quia rappræſentat Deum optimum maximum, verumque hominem tanquam eius Imago, omne enim nomen imago eſt Vicarium rei; Vnde D. Bernardus, Serm. 15. in Cantica, cum nomine Ieſum (inquit) hominem mihi propono mitem humilem corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni ſanctitate conſpicuum; eundem Deum ipſum omnipotentem, qui ſuo me exemplo ſanet, & roboret adiutorio; Hæc omnia ſimul mihi ſonant cum inſonuerit Ieſus, ſummo mihi exempla de Nomine Deo, & auxilium à potente; Secundò Nomen Ieſus eſt in Capite Libri vitæ ab æterno ſcriptum; Primus enim prædeſtinatorum eſt Ieſus, per quem omnes homines prædeſtinati ſunt; Ieſus ergo primùm locum obtinet in libro prædeſtinationis; D. Bernardus, tom. 2. Serm. 49. Nomen Ieſus, primò fuit à Patre prænominatum, immò à tota Trinitate, in principio Libri vitæ, æternaliter fuit ſcriptum; Item in Capite Libri vitæ, tanquam caput omnium ſaluandorum poſitum eſt; Tertiò nomen Ieſus è Cœlo venit, Angelus nomen hoc è Cœlo attulit Chriſtoque antequam in Vtero conciperetur impoſuit, Lucæ 2. & meritò quia ſalutem non à terra terreniſque Regibus, ſed è Cœlo cæleſtiſque Imperatore allatam ſignificat.

26 Nomen Ieſus alia Meſſiæ nomina complectitur; Vocabitur (ait Iſaias 9.) nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis Pater futuri ſæculi, princeps pacis; Admirabilis eſt Ieſus, quia admirandum in modum, & præter Iudæorum opinionem ſalutem orbi attulit; Conſiliarius quia eximia hominibus præcepta, & conſilia ad æternam ſalutem comparandam præbuit, Deus, & Emanuel, ideſt nobis cum Deus, quia Saluatorem Mundi Deum eſſe neceſſe erat; Fortis quia hoſtes, morbos, quæ hominum ſaluti aduerſantes ſuperauit. Pater futuri ſæculi, quia eos quos ſaluos fecit regenerauit omnium ſæculorum ſalutem peperit. Princeps pacis, ideſt pacificus, quia bella extinxit, D. Bernardus, Sermon. 10. (qui parui dicuntur.) Admirabilis Chriſtus in Natiuitate conſiliarius, in prædicatione Deus, in operatione fortis, in Paſſione, Pater futuri ſæculi, in Reſurrectione, Princeps pacis in æterna Beatitudine; Prætereà admirabilis eſt Ieſus, ideſt

Saluator in ſalute aſſerenda hominibus, quia admirabiliter voluntatem Impij hominis auertit, & conuertit, auertit à peccato, à mundo, à voluptate, & conuertit ad Deum, ad virtutem, & ſanctitatem.

27 Si conſideres quàm admirabiliter Pauli voluntatem Auguſtini, Franciſci, & aliorum ſimilium à Mundo abduxerit, & in omnem ſanctimoniam adduxerit exclamabis cum Propheta; Hæc mutatio dexteræ excelſi; Hæc mutatio Saluatoris admirabilis; D. Bernardus Sermon. 10. Sermonum, qui parui dicuntur, Admirabilis, inquit Chriſtus eſt in conuerſione noſtræ voluntatis, quæ mutatio ſolius dexteræ excelſi; Secundò conſiliarius eſt, poſtquam enim ad Deum conuertimur conſilia nobis præbet Ieſus ſalutaria ad ſalutem inſpirat, quid nos facere velit, Docet D. Bernardus. Dicitur Chriſtus conſiliarius in reuelatione ſuæ voluntatis, quando reuelat, quid faciendum ſit conuerſis; Vnde Paulus conuerſus dicebat Domine quid me vis facere; Tertiò Ieſus dicitur Deus, quia ſalus nulli abſque peccatorum remiſſione contingit, ſolus verò Deus peccata poteſt remittere; Quartò dicitur fortis vt conuerſis fortitudinem largiatur opemque ferat, ſine qua nemo poteſt obſiſtentes aduerſarios ſuperare iuxtà ſententiam, D. Pauli ad Timothæum, ſcribentis neceſſe eſt, vt omnes qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur; & ille adiuuat vt poſſis ſuſtinere, dans tibi auxilium ſuum.

28 Cum ergo ſit nobis, cum in tribulatione noſtra, & in ipſa nos protegit cum ipſas aereas poteſtates arcet à nobis ac repellit, cum quibus habemus continuam luctam; Quid aliud dici poteſt, niſi quod Deus fortis dat nobis victoriam; Quintò dicitur Pater futuri ſæculi, quia corporibus, & Animabus in futuro ſæculo ſalutem æternam; ideſt fælicitatem, & gloriam æternam daturus eſt, ſicut in hoc ſæculo dedit gratiam ſuam, quæ eſt ſemen gloriæ, cuius gloriæ ſpe, & expectatione filij futuri ſæculi in hoc ſæculo fulciuntur; Quemadmodum huius ſæculi filij temporalium rerum ſpe ſuſtentantur. D. Bernardus, quoniam (inquit) ipſa conuerſio, & vita noſtra in Chriſto agenda eſt non intuitu temporalium rerum, ſed futurorum bonorum, ideò quintò loco ponitur Pater futuri ſæculi, Pater ſcilicet in regeneratione corporum noſtrorum, quæ regeneratio facienda eſt vltimis, ac nouiſſimis diebus huius ſæculi, qua corpora noſtra de corruptione reſurgent incorrupta, & configurabuntur corpori claritatis ſuæ, tunc enim induentur veſtibus immortalitatis, qua alienata, & procul poſita à ſuis contrarijs, tàm intrinſecis, quàm extrinſecis perpetua, & æterna tranquillitate, quieti, & pace fruentur. Ideò meritò additur Princeps pacis, non tantùm natus eſt, quando totus mundus erat pace compoſitus, ſed etiam quia Patri reconciliauit peccatores; pacem pariter compoſuit inter Deum, & peccatores eos ordinando ad pacem futuri ſæculi.

29 Nomen Ieſu à maximo Dei opere, hoc eſt ſalute hominibus per Incarnationem crucemque ablata ductum eſt, ipſam enim ſalutem ſignificat; Cæli enarrant gloriam Dei, inquit Propheta nomen verò Ieſu enarrat, tum gloriam Dei eximiam, tum hominibus à Deo oblatam ſalutem maximam, opera manuum Dei annunciat firmamentum, maiora opera annunciat nomen Ieſus; manus enim pedeſque Dei annunciat clauis eſſe confixos, caput ſpinis cruentatum, corpus flagellatum, Sanguinem pro hominum ſalute effuſum; Quodnam maius vnquam, quod admirabilius fuit Dei opus? mirabilior ait D. Leo, Serm. de Paſſione eſt ſecunda hominum generatio, quam conditio prima, quia plus eſt in nouiſſimis ſæculis reparaſſe Deum quod perierat, quam à principio feciſſe, quod non erat Exodi 2. Pharaonis filia, in ripa fluminis inuento infanti no-

ti nomen impoſuit Moyſes, quia inquit de aqua tulit eum; Nomen Moyſis à frigida aqua ſumptum eſt; At nomen Ieſus ab ardentiſſimo Sanguine eſt de promptum; Nomen Moyſis Dux populi Iudaici inuenit, quia ex aqua fluuij à folia Faraonis eſt ereptus; Nomen Ieſus Dux populi Chriſtiani eſt conſecutus, quia in fluuium Sanguinis eſt immerſus, hoc eſt, quia per Sanguinem nos ſeruauit Baptiſmus aquæ.

30 Luctatus eſt cum Angelo, *Gen. 34.* Iacob ex admirabili verò illa colluctatione nomen Iſrael reportauit; Luctatus eſt cum Diuina iuſtitia, qua nihil fortius. Chriſtus, & ex ſtupenda illa colluctatione Ieſu nomen accepit; tetigit Angelus neruum fæmoris Iacob in lucta illa, & emarcuit. Iuſtitia autem Diuina non vnum aliquem neruum, ſed totum Chriſti corpus tetigit, totumque Sanguine effuſo exaruit; Contra Deum fortis fuit Iacob in illa Lucta, multò in ſua lucta fortior fuit Chriſtus Diuinæ enim iuſtitiæ ex ſeueriſſimo rigore, & iure fecit ſatis, cumque vna Sanguinis gutta ſatis fuiſſet flumen effudit, empti eſtis prætio magno, ait Paulus 1. Corinth. 6. 20. hoc eodem prætio magno emptum eſt nomen Ieſus, Nomen Deus Creator Verbum, & huiuſmodi reliqua nullo prætio conſecutus eſt; At nomen Ieſu magno prætio comparauit; Nullo prætio comparat Princeps Regis nomen, quod à Patre ſimul cum Regni hæreditate accipit; At nomen Africani, Aſiani, Indici, non niſi magno labore, & multò Sanguine victa Africa, Aſia, India comparabit; Ita Chriſtus nomen Dei Verbi, & huiuſmodi alia à Patre, ſimul cum Diuina eſſentia ſine labore habet. Nomen verò Ieſus à Cruce à Sanguine à toto orbe magno, cum labore redempto adeptus eſt.

31 Primus Parens Adamus animantibus ad ſe adductis, cuiuſque conſiderata natura nomina impoſuit Pater æternus eximio ſeruatoris conſiderato officio, atque opere Chriſto à ſalutem nomen dedit. Quis poterit meritis encomijs ſalutem à Ieſu mundo partam celebrare? ſalus Ieſu, ſalus eſt perfecta, ſalus æterna, ſalus Diuina; Perfecta eſt, quia non corporis tantùm, ſed Animi quoque morbos omnes depellit; Medici corpori ſolùm Medicinam adhibent Ieſus, tum Animo, tum corpori medetur, Medici mortuo corpori ſalutem afferre nequeunt, Ieſus ipſis hominum cadaueribus vitam, & ſanitatem conferet admirabilem. Medici cunctis morbis præſentia remedia non habent Medicus noſter habet præſentiſſima; Medici argento ſalutem vendunt; Chriſtus gratis donat; Medicorum pharmaca, vt plurimum ſalutem non efficiunt, Chriſti medicamenta ſi benè recipiantur ſemper ſanitatem conferunt; Æger eſt hominis Intellectus, ægra voluntas, ægre memoria, æger appetitus, ægri ſenſus; Intellectum veri ignorantia occupat, voluntatem peccandi cupido inuadit; Memoriam Dei Diuinique Iudicij obliuio tenet, appetitum inclinatio ad malum omninò trahit, ſenſus corruptiſſimi obiectorum varietas ad illecebras trahit, & allicit, ſed noſter Ieſus has, aliaſque omnes quaſcumque mens poterit excogitare ægritudines præſentiſſimis remedijs perfectiſſimè curat; Vndè Regius vates Pſalm. 102. Qui propitiatur, ait omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas, & D. Auguſtinus eodem Pſalmo, ait omnipotenti Medico nullus languor inſanabilis occurri.

32 Hæc ſalus eſt quoque æterna, Iſaias 45. Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna, ſi Medicus in orbi reperiri poſſet, qui ſalutem ægris afferret ducentorum annorum Deus bonè, quis non ad illum properaret? quis non quæreret? quis longam ſalutem auro non compararet? En medicum habemus, qui non ducentorum, vel mille annorum, ſed totius æternitatis ſalutem ijs affere, quibus medicinam facit, & tamen à multis

non quæritur, à multis cum fores pulſat rejcitur; O ſingularem hominis dementiam, qui corporis paucorum annorum ſanitatem Corporis Animæ, quæ ſaluti æternæ anteponit; Longa hominis vita (ait D. Auguſtinus, Serm. 3. de Verbis Domini) tanta breuitate conſtringitur ad vniuerſi ſæculi futuri latitudinem, quaſi gutta ad vniuerſum Mare; De mens ergo eſt, qui vt vnam ſalutis, ſiuè vitæ vmbram comparet, tàm ſedulio laborat, vt veræ ſalutis vitæque impenetrabili Oceanum aſſequatur nihil curat; Denique Diuina eſt Ieſu ſalus nemo enim, niſi Deus illam poteſt ad ferre, tàm ſunt horrendi, & periculoſi animorum morbi, vt à ſolo Deo curari poſſunt, ſolus Deus vnguentum efficere poteſt, quo omnes ſanentur id verò eſt gratia; ſolus prætereà Deus, & homo, hoc vnguentum cunctis hominibus ſanandis emere valuit, emit autem prætio ſummo hoc eſt vita, & Sanguine; Habet Medicus noſter Vnguentum hoc in prætioſis vaſis reconditum ea ſunt Sacramenta prætioſiſſima, quæ gratiam continent.

33 Nomen Ieſus ſupra caput moriens habuit Chriſtus, æquum enim erat, qui pro hominum ſalute moriebatur ſalutis nomen ſupra caput haberet, quod mortis cauſam Mundo indicaret, Matth. 27. Impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam; Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, etenim cauſa cur Chriſtus ſubibat mortem, hæc eſt quia erat Rex, qui pro populo ſuo, aduerſus Tartareos hoſtes voluit dimicare; Hæc Cauſa ipſius, vt appellat Euangeliſta, ipſius in quam ſolius; Alij qui in Crucem agebantur propria crimina luebant Cruce, Dominus luebat aliena Sanguine; Alij morte plectebantur, quod homicidæ, quod furis, quod denique ſcelerati eſſent; Ideò meritò talibus ſupplicijs ſubijciebantur. Dominus verò morte afficiebatur, quod eſſet Ieſus, quod eſſet hominum Saluator; Hæc ipſius ſolius cauſa; Nemo enim propterea mori potuit, quod totius mundi, quemadmodum Chriſtus, & Saluatore eſſet. Hoc nomen ſupra caput moriens habuit Chriſtus. Idem nos cum morimur habemus ſupra cor, & ſupra linguam, idem corde, & ore terribili illa voluamus hora; Hoc oleum in fluctus mortis, tu mentes effundamus; Nomen enim Ieſus ſacra eſt mortalium anchora, ac præſidium; In tentationibus igitur, doloribus, periculis miſeræque huius vitæ tempeſtatibus Ieſum inuocemus, & ad Sacram hanc Anchoram confugiamus.

34 Nomen Ieſus, nomen eſt miſericordiæ atque amoris; olim Iſaias, capit. 30. Ecce inquit nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius greuis ad portandum, Spiritus eius ſicut torrens mundans, vſque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum; at nouiſſimis temporibus longè aliter, ecce nomen Domini venit de Cœlo ardens non furore, ſed amore eius, leue ad portandum iugum eius, Spiritus eius ſuper mel dulcis ad ſeruandas gentes. Apparuit inquit D. Paulus ad Titum 3. non ira, ſed humanitas noſtri Dei, Grecè apparuit amor erga homines; Quod nam benignius nomen, quàm Ieſus nomen? Quod dulcis? Quod ſuauius? Deus noſter canit Regius Propheta, Pſalm. 67. Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis; Deus ſaluos faciendi, ait D. Auguſtinus lib. 17. de Ciuitate Dei, cap. 18. Dominus eſt Ieſus &c. Hebraicè dicitur Deus noſter, Deus ſaluationum, & Dei Domini egreſſionis mortis. Eſt enim Chriſtus, non vnius tantùm, ſed duplicis ſaluationis Cauſa Animæ videlicet, & corporis præſentis, & futuræ; Ad Philip. 3. Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum Corpori claritatis ſuæ; Reformabit poſteà corpus humilitatis noſtræ, ideſt abiectum,

ctum, & humili nunc reformat Animum, poſteà Corpus Animum, qui æterna gloria exornabit, nunc Animum à peſtiferis peccatorum morbis liberat.

35 Eſt praetereà Chriſtus Ieſus ſaluationum Dominus, quia non tantum hominem, aut populum, ſed multos homines, & multos populos certè à principio mundi incipiendo ab illis primis noſtris Parentibus, qui ſalui facti ſunt in fide nominis Ieſu; ſic Abel, Noe, cæterique in quocumque ſtatu, tàm legis naturæ quam ſcriptæ; Qui ſaluabantur eorum ſalus erat cum proteſtatione fidei in Ieſum Chriſtum vniuerſalem Saluatorem; Hæc proteſtatio implicitè fiebat, dum Deo ſua ſacrificia offerrebant, tàm qui ſaluabantur in ſtatu legis naturæ, quam qui ſaluantur in lege ſcripta, ſicque omnibus hominibus, tàm prætentis, quam *præſentibus*, & *futuris*, non ſolùm verò *futuris*, ſed etiam poſſibilibus fuit eſt, & erit in *promptu* propria vnicuique ſalus; Ad hoc enim ob merita eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti Deus pro quolibet ſtatu prouidit remedium contra Originale peccatum; Ideò ſubditur in plurali Domini quoque exitus mortis, ideſt liberationes à morte, quotquot enim à morte peccati morte, quæ æterna exeunt liberantur à Ieſu Chriſto Ieſu ſolo, iuxtà dictum Apoſtoli Petri dicentis, non eſt aliud nomen ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri; Actuum 4. Hinc Sanctos Patriarcha Iuſtinianus, Serm. de Circumciſione, ſi tentaris inquit à Diabolo, ſi ab omnibus hominibus opprimeris, ſi confeceris ægritudine, ſi doloribus fatigaris, ſi Blaſphemiæ, ſeu deſperationis agitaris ſpiritu, ſi concuteris formidine; ſi dubietate pulſaris Ieſu nomen edito; In arduis, in periculis, in terroribus, in domo, in via, in ſolitudine, in fluctibus vbicumque extiteris Saluatoris profer nomen, non ex ore tantùm, ſed etiam ex corde cordis tui priùs affectum præbe, vt rectè labiorum confeſſionem exhibeas, hæc D. Iuſtinianus.

36 Nomen Ieſus perfectè in ſolùm Deum quadrat ſeruatorem enim perfectiſſimumque à peccatis omnibus, & malis liberatorem ſignificat; Is autem ſolus eſt Chriſtus Deus, non homo alius, non Angelus, ſed ſolus Deus homo, qui vocatur Ieſus; Nolite confidere in principibus, ait Regius Propheta, Pſalm. 145. in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus, ſed in Ieſus Deo, & homine; Pſalm. 3. Domini eſt ſalus, & Iſaiæ 49. Dedi te in lucem Gentium, vt ſalus mea vſque ad extremum terræ; Idcircò Euangelicæ tempus à Paulò 2. ad Corint. 6. dies appellatur ſalutis. Ecce inquit nunc tempus acceptabile ecce dies ſalutis; dies ſalutis eſt tempus hoc quoniam eſt dies Ieſu, ideſt Saluatoris 4. Reg. 6. quædam interpellans Regem Iſrael, ait ſalua me Domine mi Rex; At ille reſpondit vnde te poſſum ſaluari. De Area, vel de torculari? Hoc eſt numquid frumentum habeo ex Area, vt vinum de torculari? quo famem tuam, & ſitim pellere te, quæ ſeruare te poſſim; minimè, longè aliter ſe habet Rex noſter ſi petas ſalua me Domine mi Rex, non equidem reſpondebit, vndè te ſaluare poſſum de Area, vel de torculari? Horrea enim habet frumento referta torcularia vino redundantia, omnipotens Saluator eſt, cui ad ſaluandum omnia abundantiſſimè ſuppetunt, nec verò voluntas deeſt, quomodo poteſt deficere, qui dat eſcam omni carni, & implet omne Anima benedictione.

37 Ioſeph illi Hebræus, quem ægiptus Saluatorem Mundi appellauit, Geneſ. 41. Mundi totius Saluatoris vmbra fuit, tanta autem exſtitit tempore illius abundantia tritici, vt Arenæ maris coequaretur, & copia menſuram excederet ſimilem in modum noſtri Saluatoris tempore, tanta eſt Diuini pabuli copia, vt Arenam ſuperet maris, menſuramque omnem excedat etenim Chriſti merita, quibus paſcimur omnem menſuram tranſcendunt; Habet Aream

Rex Iſrael pleniſſimam frumenti copiam, habet quoque torcularia vino redundantia, ex quibus nos ſaluare poſſit, iuxtà illud Gen. 49. lauabit in vino ſtolam; & in Sanguine Vuæ pallium ſuum, ſtola & pallium Chriſti Eccleſia eſt toto orbe diſperſa, exundare ergo torcular oportet, quo iam longa, itaque ſtola abluitur; At dices quid horrea proſunt abſcondita; quid occulta torcularia? Non ſunt occulta patent omnibus; qui ea non videt, cæcus eſt; Abundantiſſimæ ſalutis horrea, ac torcularia ſunt Eccleſiæ Sacramenta; qui ſalutem cupit, Sacramenta adeat in illa die, ait Zacharias 13. erit fons patens domui Iacob, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris erit inquit fons patens non abſconditus.

38 Patent Saluatoris fontes, non ſunt ab hominum oculis remoti; De his Iſaias 12. ait Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris in gaudio, ait haurietis, ne formides accedi ad gaudium, ſed dices; Numquid in gaudio ex Sacramento Pænitentiæ, aquæ hauriuntur ad quod mæſtitiam lachrymas cordis quæ contritionem afferre opus eſt? Verùm quidem ideſt, at lachrymas has mæſtitiam, & contritionem ſummum gaudium conſequitur; Amarum quidem Mare eſt, ſed ex amaro Mari dulces emanant fluuij; Amarus dolor eſt pænitentiæ, ſed ex dolore amaro dulce exoritur gaudium Lamentationes, & væ continebat volumen illud, quod Ezechielem comedit; In ore tamen eius factum eſt ſicut Mel dulce, ſimilem in modum Lamentationes, & lachrymæ; quas pro noſtris, pro quæ aliorum peccatis fundimus, dulces fiunt in corde Theodoretus in locum illum, Ezechielis cap. 3. ſic ſcribit Dulcis, & iocundiſſima eſt, ob peccatum lamentatio; Defectio quidem tenuit me, inquit Dauid Pſalm. 118. pro peccatoribus, &c. Vidi præuaricantes, & tabeſcebam, eiuſque filius Salomon admonet Eccleſ. 7. cum ait melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij; Ita Prophetæ fuit melli ſimilis voluminis commeſtio, cum nihil iocundi, aut vnde oblectaretur contineret, ſed lamentationem tantùm, & carmen, & væ, & cum hæc omnia bona à nomine Ieſu; In auditione illius omne genuflectetur, Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, &c.

LIBER SEPTIMVS

IN QVO AGITVR DE RESTITVTIONE HOMINIS ad amiſſam perfectionem, tàm ſecundùm quid, & incompletam per gratiam virtutes Theologicas, & Sacramenta, quàm ſimpliciter, & completam per æternam gloriam, & fælicitatem.

De gratia, & eius effectibus. *Cap. I.*

De Natura, & quidditate gratiæ eius diuiſione, & neceſſitate. Articulus 1.

1 NE procedamus in æquiuocis omiſſis varijs gratiæ ſignificationibus, dicimus gratiam eſſe propriè gratuitũ, & ſupernaturale Dei donum, quod per Chriſti meritum nobis confertur ad vitam æternam conſequendam ad Rom. 5. dicimus ſecundò eſſe de fide dari gratiam regulariter pro materiali aliquid in Anima inhærens Animæ per modum qualis; ſiuè de genere qualitatis, quia hæc gratia ſanctificans, ſeu iuſtificans Animam, tanquam forma qualificatiua ſupernaturalis, cum alijs donis ſupernaturalibus habitualibus præcedens effectiuè ſub illa ſumma, & increata gratia, nempè à gratuita Dei voluntate, de qua loquens D. Auguſt. 13. de Trinit. cap. 19. dicit quod in rebus per tempus ortis ſumma gratia eſt hominem fieri Deum, ſicut procedit, & glorificatio iuxtà illud, gratiam, & gloriam dabit Dominus; ſtat ergo veritas gratiam iuſtificantem eſſe formam inhærentem Animæ per modum habitus pertinentis ad qualitatis prædicamentum.

2 Arguunt Hæretici in oppoſitum probantes gratiam nihil ponere in Anima, ſic enim homo dicitur habere gratiam Dei, ſicut etiam gratiam hominis, Gen. 39. Dominus dedit Ioſeph gratiam in conſpectu Principis Carceris, ſed gratia hominis in Animam alterius hominis grati nihil ponit, ergo nec gratia Dei ponit neceſſariò in Animam iuſti. Reſpondetur quod gratia hominis, ideò non ponit aliquid in Animam hominis grati, quia eam non viuificat, nec corporaliter, nec ſpiritualiter, ideò non eſt opus, vt ponat aliquid in eam, ſed gratia Dei viuificat ſpiritualiter Animam hominis expellendo ab ea formaliter cauſam mortis nimirum peccatum; Ideò Doctor ſubtilis 4. d. 14. q. 2. art. 2. dicit in Sacra Scriptura

ſatis reuelare remiſſionem peccatorum regulariter non fieri, niſi per infuſionem gratiæ, & Charitatis, imò ipſam, & gratia Dei ſolùm per quamdam concomitantiam vocatur remiſſio peccatorum, ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. dogmatizante iuſtificationem non eſſe ſolam remiſſionem peccatorum, ſed & ſanctificationem, & renouationem interiorem hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum, quæ gratia, & dona, ex Cor. 13. virtualiter in ſolis tribus habitibus Fidei, Spei, & Charitatis continetur.

3 Gratia duplex eſt habitualis, & actualis, gratia habitualis, & actualis vtraque eſt in Anima, illa per modum habitus infunditur in iuſtificatione de qua huc vſque dictum eſt; Iſta nimirum actualis non eſt generalis Dei concurſus, ſed quid præuium ad iuſtificationem conſiſtens in ſanctis illuminationibus, & in pijs deſiderijs affectus, & voluntatis quæ omnia ponuntur in prima ſpecie qualitatis, in qua ponuntur etiam habitus, vt Fides, Spes, Charitas, ſiue gratia habitualis, certum eſt autem tales gratias actuales, non ſolùm eſſe diſpoſitiones ſimplices ad habitus ſupernaturales, ſed effectiuè ſe habere ad cauſandos actus ſupernaturales, hoc confirmat Concilium Trident. ſeſſ. 6. Can. 4. vbi dicit liberum arbitrium à Deo motum non merè paſſiuè, ſe habet recipiendo illam qualitatem tranſeuntem (nempè gratiam actualem) quæ cum ipſo libero arbitrio concurrit ad elliciendum actum ſupernaturalem, quod tunc voluit ſignificare Concilium illis verbis liberum arbitrium, &c. non merè paſſiuè ſe habet, ergo gratia actualis eſt qualitas (licèt citò tranſiens) ſpiritualis, ſicut gratia habitualis eſt qualitas ſpiritualis de difficili mobilis à ſubiecto, quia habitus, & eiuſdem diſpoſitio ad idem genus prædicamentale ſpectare noſcuntur.

4 Dicent adhuc Hæretici; Nulla eſt neceſſitas talis qualitatis nouæ ſupernaturaliter à Deo infuſæ ad iuſtificandum hominem à peccatis, ſicut nec dari poteſt eiuſmodi creata qualitas ex natura ſua præſeferens peccatorum remiſſionem, vel iuſtificationem, & ſanctificationem, ſed ſufficienter ſaluatur tota ratio iuſtificationis peccatoris, ac peccatorum remiſſio per ſola Chriſti merita nobis imputata. Scotus egregie ſoluit hoc Hæreticorum argumentum refundens totam neceſſitatem infuſi habitus gratiæ ſanctificantis in Diuinam ordinationem, in Sacra Scriptura clarè reuelatam, & à Sanctis Patribus, & Concilijs comprobatam, vt modus iuſtificationis hominis ad effectum promerendi de condigno vitam æternam ſit ei connaturalior, & magis in ſua poteſtate virtute eiuſmodi qualitatis infuſæ habentis rationem habitus actiui, quo vtimur cum volumus, ſic ait in 1. diſt. 17. q. 2. art. 3. per hanc gratiam Deum in nobis inhabitare paſſim Sacræ Scripturæ oſtendunt Roman. 8. Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi Spiritus Dei habitat in vobis, & 2. Cor. cap. 6. inhabitabo in illis, & in ambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus, & cap. 12. vt inhabitet in me virtus Chriſti; Per hanc inhabitationem ſignificatur habitus gratiæ ſanctificantis qualitas permanens in Animam iuſti.

5 Doctor ſubtilis in 2. diſt. 26. docet aperto gratiam habitu non diſtingui à Charitate. Hoc enim habitu Spiritus Sanctus inhabitat Animam, vt viſum eſt ex Scripturis citatis, vt eò mouet ad meritoriè diligendum. Hæc gratia habitualis ſine dubio eſt verè, & propriè virtus ſupernaturalis à Deo ſolo creata, & infuſa vt infrà videbimus; nam ſi ex Ariſtotele 6. Phyſic. tex. 17. virtus naturalis eſt quædam diſpoſitio ad optimum, quod eſt diſpoſitum ſecundùm naturam; vt virtutes naturales aquiſitæ, indè ponantur diſpoſitiones, quibus homo conuenienter diſponitur vltimatè ſecundùm naturam qua homo eſt, ſcilicèt ad operandum honeſtè, & ciuiliter; Infuſæ virtutes altiori modò diſpoſitiones ponuntur in homine in ordine ad finem altiorem

tiorem, & ſupernaturalem quibus diſponitur ad diuinam naturam, vt efficiatur Deiformis conſors illius quodammodò illam participans; ergo gratia eſt virtus ſimpliciter infuſa, & quidem præſtantior alijs aquiſitis; eſt etiam moderatrix Paſſionum, ex 1. Cor. 12. datus eſt mihi, inquit D. Paulus ſtimulus carnis meæ ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me, & dixit mihi ſufficit tibi gratia mea, nam virtus (ideſt gratia) in infirmitate perficitur.

6 Item gratia eſt habitus actiuus diſponens hominem ad operandum ſupernaturaliter ſecundùm rectiſſimam regulam Diuinæ voluntatis perficit habentem, quia reddit Dei formem, eiuſque opus bonum reddit, ſcilicèt vitæ æternæ meritorium, ſic Ariſtot. 2. Ethic. capit. 5. virtutem ab effectu eius adæquato deſcribit; Item gratia eſt habitus electiuus appetitiuus in mediocritate conſiſtens, ſcilicet ad amandum Deum toto quidem conatu, prout tamen determinata ratione ſapiens determinabit, iuxtà regulam fidei infuſæ; Dicens cum D. Thoma ex D. Auguſtin. libro de Prædeſtinat. Sanctorum capit. 2. gratia præuenit charitatem, ergo non eſt virtus, cum ſint tantùm tres virtutes, infuſæ, Fides, Spes, Charitas ex 1. Corint. capit. 13. negatur ſequela, in primis D. Auguſt. poteſt exponi de gratia actuali, qua Deus vocat hominem ad recipiendas virtutes infuſas, Fidem, Spem, & Charitatem, eumdem ſanctificantis gratiæ habitum præſeferentem. Secundò reſpondetur gratiam habitualem præuenire Charitatem in ordine ad effectum per ipſam formaliter ſignificatum, non ſecundùm rem in ratione habitus, quaſi ſint duo effectus diſtincti, quia priùs eſt animam eſſe Deo gratam, quàm Deum Charum animæ. Tertiò gratis conceſſo gratiam, & Charitatem eſſe habitus diſtinctos negatur adhuc ſequela, nam Apoſtolus loco citat. tantùm tres numerauit virtutes infuſas, ſuppoſito gratiam à Charitate in ratione habitus non diſtingui.

7 Gratia habitualis immediatè ſubiectatur in ſola potentia volitiua, non in nuda eſſentia animæ intellectiuæ. Scotus in 2. diſt. 26. Probatur Anima non eſt coniungibilis Deo vitaliter, niſi per operatricem potentiam obiectiuè; Hæc Deus aliter eſſe poteſt vita ſpiritualis eius, niſi per intimam eius præſentiam obiectiuam per ſpeciem in enigmate in via, facie ad faciem in Patria; Non enim viuificat Deus ſpiritualiter animam per informationem, nec immediatè per eſſentiam ratione immenſitatis, nec per operationem ratione omnipotentiæ, nec per præſentiam ratione omni ſcientiæ, cum iſti modi ſint generales, & communes rebus omnibus, ergo ſolùm in ratione obiecti per operationem vitalem attingibilis obſcurè in via, clarè in Patria; Ideò gratia habitualis diſpoſitio ſupernaturalis ad Deum vitaliter attingendum erit neceſſariò immediatè in appetitu humano vitaliter actiuo, & operatiuo, eò vel maximè, quia habitus gratiæ in eſſentia animæ, ſi realiter eſſet diſtinctus à Charitate, vel eſſet prorſus otioſus, non diſponens immediatè ad operationem vitalem ad Deum obiectiuè terminatam. Sicut Anima Intellectiua ſi eſſet ab intellectu, & voluntate diſtincta, nec eſſet verè actiua, nec verè operatiua, vel eius actio prorſus naturalis phyſicè determinaret liberum arbitrium ad vnum, vt non haberet vſum libertatis cum indifferentia ſuæ naturæ potentiæ actiuæ.

8 Item homo per gratiam actualem diſponitur ad aquirendam gratiam ſanctificantem, & iuſtificantem, ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. Can. 3. & per eamdem adiuuatur ad perſeuerandum in ea per obſeruantiam diuinorum præceptorum ex Can. 22. Gratia autem hæc actualis formaliter conſiſtit in actibus intellectus, & vo-

& voluntatis in ſanctis cogitationibus, & pijs deſiderijs, ergo ſimiliter gratia habitualis inhærebit primo potentijs, quia primo illi inhæret forma, cui primo inhæret diſpoſitio ad formam maximè cum forma hæc nomine gratiæ ſignificata ſit proximum, vel immediatum actus meritorij; Argues cum D. Thom. Per gratiam regeneramur in filios Dei, ſed generatio priùs terminatur ad eſſentiam, quàm ad potentias, ergo gratia priùs eſt in eſſe, quàm in potentijs; Reſpondetur aſſumptum eſſe verùm de generatione naturali, non de morali, & legali; generatio enim naturalis ſicuti procedit à natura, tanquam à principio productiuo, ita terminat ad naturam, & eſſentiam tanquam ad ſuum terminum, non ſic generatio moralis, & legalis conſtituens filios adoptionis; Hæc adoptiua filiatio ex Scoto, fit per ſolam voluntariam obligationem Animæ, ipſi Deo per gratiam Baptiſmalem, vel per gratiam ſanctificantem, ex Scoto in 3. diſt. 10.

9 Gratia duplex eſt ex Scoto in 3. diſt. 2. q. 2. vna dicitur increata, gratuita nimirum Dei voluntas, qua ad extra operatur, & producit quidquid debitum naturæ, ſic conceditur gratia medium congruitatis in vnione hypoſtatica, quatenus Deus gratuite, ſcilicet ex ſolo ſuæ voluntatis beneplacito illam effecit. Ideò dicitur gratia ſumma à D. Auguſt. 13. de Trinit. cap. 19. ſcilicèt ſumma condeſcenſio diuinæ voluntatis ad eam efficiendam, quam nec tota natura creata poterat attingere, vel ad illam ſe phyſicè diſponere, vel illam de condigno; vel de congruo quoad ſubſtantiam eius promereri. Alia dicitur gratia creata, quæ eſt effectus ordinarius gratiæ increatæ; Hæc gratia creata duplex eſt alia ſubſiſtens, & alia inhærens. Ita Scotus in 4. diſt. 1. q. 2. art. 3. gratia ſubſiſtens eſt Chriſtus in Euchariſtia, ſic enim ab Apoſtolo gratia appellatur in Epiſt. ad Titum; apparuit gratia Dei; gratia inhærens, ſiue accidentalis, quæ aliquo modo requirit ſubiectum cui inhæreat de qua dictum eſt; Gratia accidentalis adhuc diuiditur in gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem, illa confertur homini ad vtilitatem aliorum, hæc ad propriam ſalutem, & iuſtificationem, Ita Scotus 4. diſt. 6. q. 9. & D. Thom. 1. 2. q. 3. art. 1.

10 Gratiæ gratis datæ numerantur nouem à D. Paulo 1. Cor. 12. 8. nempè ſapientia, ſcientia, fides, gratia ſanitatum, operatio virtutum, diſcretio ſpirituum, propitia, genera linguarum, interpretatio ſermonis, de quibus videndum eſt apud Orthodoxos interpretes; Gratia gratum faciens diuiditur in actualem, & habitualem, habitualis complectitur omnes habitus ſupernaturales, qui nobis infunduntur à Deo cuiuſmodi ſunt fides, ſpes, Charitas, quæ eſt idem habitus cum ipſa gratia, Fides eſt in intellectus, Spes, & Charitas in voluntate, Gratia actualis diuiditur in operantem, & cooperantem, in præuenientem, & ſubſequentem, in excitantem, & adiuuantem, in ſufficientem, & efficacem, de quibus per ordinem dicendum eſt. Gratia habitualis ſic vocatur à Theologis, quia inhæret voluntati tanquam habitus per modum permanentis, dicitur etiam ſanctificans, iuſtificans gratum faciens propter varios effectus, quos habet, nam habitualiter hominem ſanctificat, iuſtificat, & Deo gratum facit; Gratia actualis non datur homini per modum habitus, ſed per modum actus tranſeuntis, & dicitur gratia auxilij, quia ſub iſtra gratia compræhenduntur omnia adiutoria, & auxilia, quæ dantur à Deo hominibus ad ſuam ſalutem.

11 Hæc gratia actualis ſortitur varia nomina ob varios effectus quos efficit; dicitur operans in nobis ſine nobis quatenus, vel illuſtrando intellectum, vel mouendo affectum operatur, quod nobis poteſt eſſe cauſa ſalutis, quod tunc euenit nobis cum voluntas noſtra præſtat conſenſum huiuſmodi bono motui diuino, ſicque talis gratia ex operante fit cooperans, quia cum noſtra voluntate cooperatur ad bonum actum ſupernaturalem. Eadem gratia actualis dicitur etiam præueniens,

niens, & ſubſequens, ſiuè antecedens, & conſequens, aut concomitans iuxtà illud Pſalm. 59. Miſericordia eius præueniet me, & ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ; Vox eſt peccatoris, qui petit quod non habet, ſcilicèt excitari per gratiam præuenientem, & adiuuari per ſubſequentem ad opera iuſtitiæ neceſſaria, nam; Poteſt etiam eſſe vox iuſti, & exiſtentijs in gratia Dei, qui petat adiuuari per vberiorem, & efficaciorem gratiam præuenientem, ad cooperandum gratiæ iuſtificanti, & per gratiam ſubſequentem conſeruari in accepta gratia iuſtificante; iuxta illam Eccleſiæ petitionem; tua nos Domine gratia ſemper præueniat, & ſequatur ex Dominica 16. poſt Pentecoſten; & quis non videt in his ſolam gratiam actualem per modum actionis, & fluxus tranſeuntis ſignificari appellatam in Concil. Trident. ſeſſ. 6. adiuuantem, illuminantem, inſpirantem, &c.

12 Gratia igitur excitans conſiſtit tum in illuminatione, ſiuè illuſtratione intellectus, tum in pia motione voluntatis, dicitur autem excitans, quia excitat, allicit, & inuitat voluntatem noſtram ad liberum boni operis conſenſum; ea dicitur præueniens, quia præuenit liberum conſenſum, & operans, quia ſola quodammodò operatur noſtrum conſenſum non quidem phyſicè, & effectiuè, ſed motiuè, ſola enim eſt quæ allicit, & ſuadet voluntati; vt conſentiat; Adiuuans eſt, quia iuuat voluntatem noſtram, & effectiuè cum ea concurrit ad conſenſum boni operis elliciendum, vndè, & cooperans dicitur, quia cum voluntate cooperatur, & ſubſequens, quia ſubſequitur præuenientem, & excitantem; Hinc non improbabiliter aſſeritur gratiam excitantem, & adiuuantem, eſſe eamdem gratiam, quæ quatenus excitat, & inuitat hominem ad conſenſum dicatur excitans, quatenus verò cum homine cooperatur ad eliciendum conſenſum dicitur cooperans, & adiuuans; ex quo etiam ſequitur eamdem motionem diuinam, ſeu actualem gratiam habere duplex officium vnum excitandi, alliciendi, & iuuandi voluntatem ad liberum conſenſum, & ſic vocatur adiuuans cooperans concomitans, & ſubſequens, ſubſequitur enim ipſam ratione officij, quia cum priùs eſſet excitans poſteà fit adiuuans.

13 Gratia ſufficiens dicitur quæ quidem poteſt effectum habere tamen non habet reipſa actualem; Gratia efficax eſt, quæ effectum habet in nobis, quæ aliò nomine vocatur congrua; An verò gratia efficax quatenus diſtinguitur à gratia ſufficiente ſit ex ſe efficax, an tantum ex euentu? Aliqui putant ex ſe eſſe efficacem, & hanc efficaciam conſiſtere in motione diuina, ſeu actione Dei phyſica, quæ ex ſe determinat voluntatem ad conſentiendum, itaut voluntas non poſſit non conſentire; Alij contra ſentiunt non eſſe efficacem ex ſe, nec habere vim determinandi voluntatem, ſed fieri efficacem ex libera voluntatis cooperatione, ſeu ab effectu, & eſſe in poteſtate hominis conſentire, & repugnare; Alij aliter philoſophantur; Pro huius difficultatis deciſione notandum eſt vtraſque gratiam ſufficientem, & efficacem pertinere ad gratiam excitantem, quæ eſt in voluntate; Hæc autem poteſt tribus modis ſpectari; Primò præciſe ſecundùm naturam, & entitatem ſuam quatenus eſt quædam actualis motio à Deo voluntati immiſſa; Secundò ex parte modi quo homini confertur à Deo; Tertiò ex parte effectus, quem habet quando voluntas conſentit, & illi cooperatur.

14 Si ſpectetur primò modo ipſius efficacia nihil aliud eſt quàm ipſa natura, & entitas gratiæ, nam ipſa talis naturæ eſt, vt habeat vim, & efficacitatem non ſolùm formaliter elliciendi, & excitandi voluntatem ad conſenſum, ſed etiam effectiuè concurrendi cum voluntate ad conſenſum per modum cauſæ partialis; Hæc autem vis, & efficacitas non ſolùm eſt in gratia excitante, quæ effectum habet, ſed etiam in illa, quæ effectum non habet; omnis enim gratia excitans, ſiuè ſit efficax, ſiuè inefficas, habet hanc vim, &

ener-

cilio Trid. ſeſſ. 6. Can. 3. in quo ſancitur hominem ſine ſpeciali Dei adiutorio non poſſe credere, vt oportet, relate nimirum ad obtinendam gratiam ſanctificantem, ergo poteſt abſolutè, & ſine tali ordine quoad ſolam ſubſtantiam actus; Probatur à Scoto in 1. diſt. 3. q. 4. vbi de tribus generibus cognoſcibilium oſtendit, pro ſtatu iſto nos habere veritatem ſinceram, certam, & euidentem; Primò de principijs per ſe notis, & de concluſionibus ex illis *ſilogiſticè illatis*; Secundò de cognoſcibilibus per experientiam; Tertiò de noſtris actibus: Omnia hæc naturaliter cognoſci poſſunt; Primò per aſſenſum fidei ex auditu per Doctrinam dicentis ſecundùm conceptus proprios ex proprijs.

18 Homo poteſt pro ſtatu iſto cum ſolo generali Dei concurſu, ſine ſpeciali auxilio gratiæ velle, & facere quodcumque opus naturale, morale, & ſupernaturale, quoad ſolam ſubſtantiam actus integrum, & completum ſine aliquo deffectu, cum tamen maxima difficultate, & hoc citra meritum vitæ æternæ. Concluſio probatur, omne opus bonum, aut eſt ſecundùm regulam Theologicæ virtutis, aut moralis ſecundùm vtramque poteſt homo operari ſecundùm ſolam ſubſtantiam operis, pro ſtatu iſto, cum ſolo Dei concurſu generali; de opere ſupernaturali ſtat Concilium Trid. loco cit. decernens hominem non poſſe credere, ſperare, &c. ſicut oportet in ordine, ſcilicèt ad vitam æternam conſequendam, ergo poteſt abſolutè, & ſine tali ordine credere, & ſperare ſine auxilio diuino ſpeciali, ſine inquam tali ordine, & ſine meritò diſponente de congruo ad iuſtificationis gratiam, ſed ſolùm (vt dictum eſt) quoad ſolam ſubſtantiam actus; de operibus virtutum moralium, probat Scotus in 2. diſt. 7. artic. 1. bonum opus morale integrum, cum ſuis, ſcilicèt circumſtantijs, potuit homo in ſtatu innocentiæ ſine ſpeciali auxilio gratiæ, cum omni facilitate facere, ergo poteſt modò etiam ſi peccator fuerit maxima tamen difficultate; probatur actus virtutum moralium in ſua propria ſpecie, non ſunt ſupernaturales, ſicut nec ipſe virtutes morales: ergo complete in ſua ſpecie proportionantur humanæ naturæ, non excedentes naturales eius vires.

19 Solus generalis Dei concurſus ſufficit homini pro ſtatu iſto ad diligendum Deum ſuper omnia, vt eſt Auctor naturæ, quoad ſolam ſubſtantiam actus, hoc demonſtratur à Scoto in 4. diſt. 49. q. 1. ad quæſtionem; in appetibilibus eſt ordo eſſentialis, in quo naturali lumine notum eſt dari vnum ſupremum commodum, & honeſtum intenſiuè infinitum in omni genere ſuper omnia propter ſeipſum amandum, & nobis concupiſcendum; Quod naturaliter intellectus iudicat magis bonum, magis in ſe amandum, & nobis concupiſcendum, voluntas ſimiliter ad idem magis bonum in ſe amandum, & ſibi concupiſcendum ſupra quodcumque minus bonum, ergo ſolis naturæ viribus homo pro ſtatu iſto Deum ſuper omnia amare poteſt, quoad ſolam ſubſtantiam actus; Patet, nam vires humanæ naturæ ad cognoſcendum bonum honeſtum commenſurantur prorſus viribus eiuſdem ad illud idem amandum, immò ſunt omninò eodem vires ſaltem radicaliter ex parte ipſius naturæ tantùm diſtinctæ formaliter, vt intellectus, & voluntas, ſicque identificantur cum natura, à qua, & inter ſe formaliter diſtinguuntur; Ideò actiuitas intellectus ad cognoſcendum ſemper commenſuratur actiuitati voluntatis ad volendum; Vnde Scotus in 3. diſt. 27. q. vnica, ex iſtis ait nihil poſſe intellectum, in quouis ſtatu rectè dictare in quod nequeat voluntas naturaliter tendere; Confirmatur, non defuere viri ſupernaturali lumine totaliter deſtituti plus amantes commune bonum propriæ patriæ ex motiuo iuſtitiæ moralis, quàm proprium eſſe; Quid dicam nonnè plures hæreticos falſæ Religionis cultores homines perditiſſimos, quouis gratiæ auxilio deſtitutos ſcimus cum omni Animi alacri-

alacritate, potius mortem ſubire, quam eius ignominioſam ſectam abiurare.

20 Homo pro ſtatu iſto cum ſolo generali concurſu diuino ſine ſpeciali auxilio gratiæ præcepta legis implere, quoad ſolam ſubſtantiam operis citra meritum de congruo, & de condigno; probatur hæc aſſertio; Impletio omnium præceptorum legis non eſt actus ſupernaturalis ſecundùm ſubſtantiam alioquin, nec potuiſſet homo omnia illa implere in ſtatu naturæ integræ, cum ſolo generali concurſu Diuino, ſine gratia ſpeciali viribus naturæ ſuperaddita, ergo illa implere non eſt ſupranaturales vires hominis pro ſtatu iſto, vt ex vi operis ſit neceſſaria gratia; Secundò omnia præcepta legis, de quibus ait Saluator, Lucæ 10. hoc fac, & viues, vel ſunt expreſſæ de lege naturæ, ſcilicet naturaliter nota ex D. Th. vel ſaltem legi naturæ conſona, vel non repugnantia ex Scoto, ergo ſi intellectus humanus, cum ſolo naturali lumine, ſine ſpeciali illuminatione interiori ſuper addita naturali lumini intellectus, maximè ſuppoſita exteriori reuelatione Dei poteſt judicare illa eſſe recta, & ad honeſtatem moralis virtutis, iuſtitiæ, Temperantiæ, & Fortitudinis euidenter conſor a; cur voluntas ſua ſola naturali actiuitate non poterit eam ſolo generali Dei concurſu ſine ſpeciali gratia ea implere? Cum intellectus, & voluntas ſint æqualis virtutis in operando;

21 Homo ex ſolis naturæ viribus ſine ſpeciali auxilio diuinæ gratiæ, non poteſt vitam æternam promereri minus obiectum beatificum naturaliter attingere ob ſolam negationem ſupernaturalis ordinis beatifici obiecti ad intellectum, & voluntatem creatam in ratione motiui; hoc dictum eſt dogma fidei contra Pelagium, in Trid. Concilio ſeſſ. 6. Can. 1. clarè definitum illis verbis; ſi quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis Doctrinam fuit abſque Diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo Anathema ſit; ſupponit in hoc Canone, Concilium hominem per naturales vires tantùm ſuppoſita Doctrina legis poſſe præcepta omnia implere, quoad ſubſtantiam operis ex numero præcedenti; negat huiuſmodi opus ſine gratia eſſe meritorum Canone ſequenti: ſi quis dixerit ad hoc ſolùm Diuinam gratiam per Ieſum Chriſtum dari, vt facilius homo iuſtè viuere, & vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægre tamen, & difficiliter poſſit Anathema ſit; Ratio vtriuſque eſt naturalis impotentia fundata in ſola negatione ſupernaturalis ordinis operandi in ordine ad meritum de condigno.

22 Homo ex ſolis naturæ viribus ſine ſupernaturali auxilio excitantis, & adiuuantis Dei cum ſolo generali eius concurſu non poteſt ſe diſponere ad gratiam ſanctificantem, ſic colligitur clarè ex Scoto in 4. diſt. 1. q. 5. probatur ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. vbi deffinit iuſtificationis exordium in Adultis à Dei per Ieſum Chriſtum gratia ſumendum eſſe, hoc eſt ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur, vt qui per peccatum a Deo auerſi erant per eius excitantem, & adiuuantem gratiam ſe conuertant ad ſuam iuſtificationem; Hinc Can. 3. definitur: ſi quis dixerit ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, & pœnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur Anathema ſit; Accipitur communiter dogma hoc fidei ex Ioanne 6. Nemo venit ad me ſcilicèt per actum credendi, ſperandi, diligendi, pœnitendi, &c. niſi Pater meus traxerit eum, ſcilicet per auxilium hoc excitantis, & adiuuantis gratiæ; Hinc ſuam veritatem habet illud commune principium: facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam, ideſt facienti quod in ſe eſt auxilio excitantis, & auxiliantis gratiæ Deus non denegat gratiam ſanctificantem.

23 Excepto peccato Originali, & nonnullis alijs venialibus ex infirmitate corruptæ naturæ poteſt homo (cum maxima

tamen

tamen difficultate) omne aliud peccatum actuale vitare ſine gratia ſpeciali in ſolo genere moris, non Theologicè ad obtinendam meritoriè vitam æternam præuia gratia ſanctificante, probatur Concluſio; Peccata procedentia ex plena deliberatione, ſicut in pleno Dominio hominis, ideò ſunt abſolutè in plena eius poteſtate ne comitantur, ſaltem quatenus turpia, oppoſita honeſtati in genere moris; Monet Scotus in 4.d.21.q.16.ad probationem 2. & in quolibet 18. §. ex iſto peccata dupliciter conſiderari poſſe, primò Philoſophicè quatenus priuatiuè opponuntur regulæ rationis naturaliter notæ, & Theologicè, vt opponuntur regulæ ſupernaturali; ſi naturale lumen ſufficit ad dictandum, vel practicè iudicandum omne turpe propter ſe vitandum, poterit quoque voluntas omne tale ſine ſpeciali Dei gratia vitare; paritas ſæpè dicta eſt conſpicua ex Scoto in 3. d. 37. §. ex iſtis nihil poteſt intellectus humanus ex puris naturalibus rectè dictare in toto genere agibilium per vltimatum iudicium practicum ſilogiſticè deductum ex hoc generali principio, omne honeſtum eſt proſequendum, omne turpe vitandum, in quod voluntas nequeat ex puris naturalibus tendere.

24 Regulariter, ſeu de communi lege, impoſſibile eſt hominem poſſe ſuis virtutibus ſurgere à peccato Theologicè conſiderato, prout ſcilicèt eſt accerſiuum à Deo ablatiuum ſanctificantis gratiæ, & inductiuum æterni ſupplicij, probatur non ſurgit homo fructuosè à peccato ſic conſiderato, niſi per reconciliationem, cum Deo, vel remiſſionem à Deo, ſed reconciliatio hæc, & remiſſio, regulariter, & de communi lege diſpoſitiua non fit ſine auxilio excitantis, & adiuuantis gratiæ, nec formaliter ſine infuſione ſanctificantis gratiæ, ſed homo ex naturalibus, nec habet auxilium excitans, & adiuuans, nec gratiam ſanctificantem, quæ eſt forma, neceſſariò inducens remiſſionem peccati commiſſi ex ſpeciali ordinatione Dei, ergo nequit ex naturalibus ſolis fructuosè à peccato ſurgere Theologicè conſiderato.

25 De fide eſt hominem iuſtificatum, egere auxilio ſpeciali ad benè operandum, & peccatum omne vitandum, cum meritò ſalutis æternæ diſtincto, tàm ab habitu iuſtificantis gratiæ, quam generali concurſu; Hæc veritas eſt expreſſa in Sacra Scriptura, Ioan. 15. ſine me nihil facere, ſcilicet nihil cum meritò vitæ æternæ ſine me priùs natura excitante, & adiuuante nihil poteſtis facere; eſt vox Dei primæ veritatis infallibilis ad omnes homines, pro quouis ſtatu omninò generalis, patet etiam ex Ezechiele 36. Spiritum ecce nouum ponam in medio veſtri, & faciat, vt in præceptis meis ambuletis, mandata mea cuſtodiatis, & operemini ſcilicèt meritoriè ad attingendum beatificè implendo omnia præcepta, & vitando omnia peccata; Li vt nota eſt cauſalitatis ſignificans antecedere motionem Dei neceſſariò, in operibus ſupernaturalibus, ſeu meritorijs vitæ æternæ in hominibus iam iuſtificatis; Deffinitur etiam hæc veritas in Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 16. Chriſtus Ieſus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipſos viuificatos iugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo modò grata, & meritoria eſſet, ergo de fide eſt homini iuſtificato eſſe neceſſarium ſpeciale auxilium Dei ad benè operandum meritoriè, de condigno diſtinctum ab auxilio habituali habitus gratiæ, & à generali concurſu ſibi intra ordinem naturæ cum cunctis creaturis debito.

26 Dices iuſtus homo eſt iam per gratiam ſibi inhærentem, vel inhabitantem Deo ſpecialiter gratus ex Scoto in 1.d.17. q.2. ergo bonum opus elicitum, & abſtinentia à quouis peccato habent meritum vitæ æternæ ſine alio ſpeciali auxilio, in quantum procedunt ex ſolo prædicto principio ſupernaturali inhabitantis, vel in exiſtentis gratiæ; Reſpondetur nego ſequelam, nam inquit iuſtus ſecundùm inclinationem gratiæ iuſtificantis, ſcilicèt

cum

cum meritò vitæ æternæ operari, niſi à Deo excitetur, vel moueatur antecedenter ad ſic operandum, cum ipſa gratia habitualis ſit cauſa ſecunda naturaliter actiua reſpectu voluntatis noſtræ, cui eſt ſic ſubordinata; Dices ſecundò, Iuſtus ſufficienter eſt eleuatus per gratiam ſanctificantem ſupernaturalem, vt ſit dignus vita æterna, cur primò nequit meritoriè operari, & peccatum omne ex ſolo illo principio, ſine alio ſpeciali auxilio? Reſpondetur, quia opus iuſti non eſt meritorium, niſi principietur à Deo, & eliciatur ex inclinatione inhærentis gratiæ habitualis, ſic phyſicè principiari ab ipſa nequit talis habitus noſtram voluntatem, ſibi ſubordinare, & ad tale opus antecedenter applicare.

27 De fide eſt homini in gratia conſtituto neceſſarium eſſe auxilium ſpeciale Dei ad perſeuerandum finaliter in ea, cum certitudine phyſica infallibili, & meritò vitæ æternæ in ordine ad maius augmentum beatitudinis; Per hoc auxilium Deus ex miſericordia prædeſtinatos ab æterno à miſeria culpæ præſentis; Primò totaliter liberat; Secundò ab iminente præſeruat ſpecialiter aſſiſtens eis, eoſque regens, & gubernans, per ſanctas cogitationes piaque deſideria continuata, quibus iugiter excitat ad noxia cuncta fugienda, & vniuerſa proficua proſequenda; Inde eius ſponſa Eccleſia docet enixè deprecari: ſupplices te rogamus, vt noxia cuncta ſub moueas, & omnia nobis profutura concedas. Concluſio probatur ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. de Iuſtificatione, Can. 22. definiente: ſi quis dixerit iuſtificatum, vel ſine ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe Anathema ſit. Ratio à priori eſt ad vitam æternam aquirendam vſque ad finem vitæ, reipſa eſſe neceſſariam finalem perſeuerantiam in gratiam, per finalem obſeruantiam mandatorum Dei, de condigno meritorium cum fuga, cuiuſcumque peccati mortalis, dicente Ieſu Chriſto, Matth. 24. non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit ſaluus erit.

28 Non deſunt aliqui recentiores, qui non amore veritatis, nec charitate moti, ſed liuore in Doctorem ſubtilem conantur, hic eundem Pellagianum, vel Semipellagianum oſtendere, ex 1. diſt. 17. q. 2. §. ad ſolutionem, vbi affirmat ſecundùm ipſos ad bonum opus perſeuerandi in adimpletione diuinorum mandatorum ſufficere ſolam potentiam, cum ſola ratione recta, ſine ſupernaturali habitu, & conſequenter ſine vllo ſpeciali auxilio, quia ait habere, à prædictis cauſis tantùm ſuam ſubſtantiam, intenſionem, facilitatem, delectationem, totam bonitatem, vel moralem rectitudinem, & hoc ſolùm ſufficit iuſtificato ad perſeuerandum in accepta iuſtitia, ſcilicèt realis obſeruantia mandatorum vſque in finem, ergo per Scotum poteſt homo iuſtus ſine ſpeciali auxilio perſeuerare in accepta gratia, & iuſtitia, quod eſt damnatum in Concil. Trident. loco citato, ſed iſte modernorum conatus iritus eſt, & vanus, nam Scotus loco cit. docet opus meritorium præter ſubſtantiam, intenſionem, delectationem, rectitudinem, vel conformitatem, cum recta ratione habere ſpecialem acceptationem Dei per modum meriti de condigno, & non ſine habitu charitatis infuſæ, nec ſine ſpeciali auxilio Dei excitantis, & adiuuantis naturam ad ſic operandum, & ſpecialiter gubernantis, regentis, & protegentis vſque ad finem vitæ. Talis eſt Scoti Doctrina pia, & Catholica.

29 Gratia habitualis per creationem, & actualis ſaltem per naturalem eductionem infunditur à ſolo Deo, ita clarè ex Rom. 9. Gratia Dei ſi ex meritis, iam non eſſet gratia, ergo in genere moris pendet à ſolo Deo nullam ſupponens ex parte recipientis cauſam de condigno meritoriam; ſi eſt ſanctificans, nec etiam de congruo, ſi eſt adiuuans patet quoque ex Rom. 5. Gratia Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Inde Concilium Arauſicanum Can. 15. definit fortitudinem Chriſtianorum. Dei Charitas facit, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per volunta-

tis arbitrium, ſed per Spiritum, qui datus eſt nobis nullis meritis gratiam præcedentibus, ideò Scotus in 4.d.22.q.1. art.2. appellat tantum donum Dei principium operis meritorij pendens à ſola Dei liberalitate; inde diſt.3.q.2. ait non oportere ex parte recipientis intrinſecam aliquam cauſam gratiæ in genere moris aſſignare, cum cauſa talis meritoria perfectiſſima omnis gratiæ, ex diſpoſitione Sanctiſſimæ Trinit. ſit ſolùm Chriſtus; Phyſicè tamen in genere entis, vel qualitatis à Scoto in diſt.17. à ſolo Deo pédet, ſicut ipſa anima rationalis pendet inquam per creationem.

30 Ex parte tamen hominis adulti, aliqua diſpoſitio requiritur ad recipiendam à Deo gratiam ſanctificantem eſt de fide, ex Zach. 1. & Ioele 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, & Prou.18. hominis eſt pręparare Animam, & 1.Reg. 7. Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli; & definitur in Concil. Trid. ſeſſ.6. Can.9. ſi quis dixerit impium ſola fide iuſtificari, itaut intelligat, nihil aliud requiri, quoad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe cum ſuo voluntatis motu præparari, atque diſponi, Anathema ſit. Hanc diſpoſitionem Scotus in 4. diſt. 14. q.2. art.2. ponit deteſtationem peccati, vt eſt Dei offenſiuum, & ab eo auerſiuum; vel prę mij impeditiuum, & ſupplicij inductiuum, & q.3. ait eam pendere ex regula fidei, per Diuinam reuelationem, vocans illam attrictionem, diſpoſitionem, ſufficientem ad gratiam actualiter, & vltimatè iuſtificantem per modum meriti de congruo; Dictum eſt in principio illam diſpoſitionem eſſe neceſſariam ad obtinendam gratiam ſanctificantem, quam ad recipiendam gratiam actualem adiuuantem, & excitantem nihil poteſt homo, quo ſe præparet diſpoſitiuè per modum meriti de congruo.

31 Contra arguitur Scotus q.1. Prol. ait hominem eſſe naturaliter inclinatum ad gratiam ſanctificantem recipiendam, vt ad formam ſibi maximè conuenientem, immò in ordine ad ipſam ponit potentiam naturaliter paſſiuam, indè in 4 diſt. 49.q.11.§.ad quæſtionem, ait hominem ex puris naturalibus eſſe immediatè ſuſceptiuũ Beatitudinis, ſine media diſpoſitione, ideò multò magis eſt, ſic ſuſceptiuus gratiæ ſanctificantis, ergo ſuperuacanea eſt, ex Scoto, hæc diſpoſitio ex parte hominis ad gratiam recipiẽdam. Reſpondetur concedendo ſequelã ex natura rei, vel ex naturali eius exigentia, quæ nulla eſt; non tamen ex ſpeciali ordinatione diuina; Homo enim ad perfectionem ſuam ſupernaturalem à Deo ordinatur actiuè, non paſſiuè tãtùm, & quatenus actiuè excedit vires naturæ oportet à Deo miſericorditer ſupra omne debitum naturæ adiuuari, ſicuti ex ſola miſericordia, ſine præuiſis meritis ab æterno ad gloriam eſt prædeſtinatus. Hæc diſpoſitio requiſita in homine non eſt illi actiuè naturalis, quàm proprijs viribus, non poteſt naturaliter diſponi, ſed ſupernaturalis, quatenus ſit ex ſpeciali auxilio, excitãtis, & auxiliãtis gratiæ.

32 Caluinus lib.2.Inſtit.c.3.§.7.& §.10. docet duos errores, vnus eſt quod voluntas non cooperetur gratiæ auxilianti, & adiuuanti. Alter quod non ſit in poteſtate voluntatis conſentire, aut refragari, vterque pernitioſus, & Sacræ Scripturæ cõtrarius; prior refellitur, ex illo 1.Cor.c.15.10 vbi dicit Apoſtolus gratia eius in me vacua nõ fuit, ſed abbũdantius illis omnibus laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum, quæ verba ſic explicat D.Aug.lib. de gratia, & libero arbitrio, cap.5. nõ ego autem, ſed gratia Dei mecum, ideſt nõ ſolus, ſed gratia Dei mecum, ac per hoc non gratia Dei ſola, nec ipſe ſolus, ſed gratia Dei cũ illo Pſal.29. 9. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, & Pſal.69. Deus in adiutorium meũ intende, ſi Deus adiuuat nos, ſanè, & nos aliquid agimus. Itẽ Rom. 8, 26. Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram, & Philip.4. omnia poſſum in eo, qui me confortat; Hinc rectè colligunt Theologi duplex eſſe officium gratiæ actualis, alterum prouenire, excitare, & præparare noſtram voluntatem ad conſenſum; Alterum voluntatem iam præparatam adiu-

uare, & cum ea cooperari ad conſenſum elicitendum. Vndè dicit D. Auguſtinus in Enchirid. cap. 31. Hominis voluntatem Deus præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam, & D. Bernardus de gratia, & libero arbitrio conatus noſtri caſſi ſunt ſi non adiuuantur, & nulli ſi non excitantur.

33 Alter error Caluini erat non eſſe in poteſtate hominis conſentire, vel reſſiſtere gratiæ Dei excitanti, ſeu præuenienti; Hic etiam refellitur; Nam D. Stephanus obijcit Iudæis ſuam obſtinationem; vos ſemper Spiritui Sancto reſſiſtitis. Actuum 7.51. & in Pſal. 49. 4. admonentur acquieſcere gratiæ; Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra; & Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi ianuam Intrabo in illum; Hinc Ieſus Chriſtus conquerebatur cum Ciuitate Ieruſalem, circa obſtinationem ſuam multiplicem, quoties volui congregare filios tuos, & voluiſti. Matth. 23. 37. & 1. Prou. vocaui, & renuiſtis, ecce Sacra Scriptura, ſæpè inculcat hominibus voluntariam eorum reſſiſtentiam vocationibus, & monitis Diuinis, è contra alij conſenſerunt promptè eiſdem vocationibus Diuinis, ſic Matth. in telonio, Paulus in itinere, Zachæus in Arbore, & Latro in Cruce, Ecce contra Caluinum ſæpè pugnant circa prædictum errorem; aſtruens hominis poteſtatem, & libertatem ad reſſiſtendum, & conſentiendum vocationibus Diuinis.

34 Homini præparanti ſe ad gratiam ſanctificantem, ex præuio ſpeciali Dei auxilio excitantis, & adiuuantis, vel facienti, quòd in ſe eſt ex auxilio tali datura Deo gratia habitualis ſanctificans neceſſariò neceſſitate immutabilis, & infallibilis diſpoſitionis ſuæ liberæ, & liberalis voluntatis; Hic ſupponitur contra Semipellagianos motum Fidei, Spei, & Charitatis in Deum, & pęnitentiæ ex puris naturalibus, cum ſolo generali Dei concurſu non eſſe diſpoſitionem ſufficientem, nec ad gratiam habitualem de qua agitur, nec ad primum gratiæ auxilium diſponens hominem ad illam. Dices peccator (inquit Scotus) poteſt ex naturalibus cum communi influentia conſiderare peccatum, vt offenſiuum Dei, & vt contra Legem Diuinam, & vt accerſiuum à Deo, &c. & ſic illud deteſtari, &c. ita Scotus in 4. d. 14. q. 8. §. ad huius intellectum, ergo ex Scoto Peccator non eget prædicto ſpeciali auxilio ad diſponendum ſe ad recipiendam gratiam ſanctificantem, ſic arguunt maleuoli in Scotum volentes adhuc illum eſſe Semipellagianum, ſed falluntur, & decipiuntur ignorantia Doctrinæ; Doctoris ſubtilis; qui nomine communis influentiæ, non intellexit generalem Dei concurſum omnibus Creaturis communem, vt putant aduerſarij, ſed intellexit ſpecialia auxilia, & adiutoria, quæ à Deo communiter dantur hominibus in ordine ad ſalutem, quæ æquiualenti nomine vocantur adiutoria communia in 1. diſt. 46. q. vnica ad argumenta principalia; ita quod apud ipſum tantùm ſignificat influentia communis quantum adiutoria communia, ſicque eſt Scotus pius, & Catholicus velint noluit.

35 Suppoſito ergo, hoc primò auxilio ſpeciali Dei vocantis, excitantis, & adiuuantis fidei dogma eſt homini præparanti ſe per illud, vel facienti per illud, quòd in ſe eſt dare gratiam ſanctificantem neceſſariò ſaltem neceſſitate incommutabilis diſpoſitionis Dei vocantis, excitantis, & adiuuantis; Probatur Deus vocat, excitat, & adiuuat hominem vt ſe præparet, & diſponat ad gratiam ſanctificantem; patet Cant. 5. Aperi mihi ſoror mea; Hæc eſt vox dilecti vocantis peccatorem per pęnitentiam ad gratiam, & Epheſ. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus, & Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo; non clamaret, non pulſaret ad oſtium cordis noſtri Deus, immò non clamitaret aperi; ſi audienti, venienti, & aperienti infallibiliter non daret gratiam ſanctificantem, non inuitaret ad ſe, venite ad me omnes qui laboratis, ſi venientibus certò non daret gratiam reficientem, iuſtificantem, & ſanctificantem, ergo de Fide eſt homini à Deo

Deo ſpecialiter moto, vocato excitato dari gratiam neceſſariò, neceſſitate immutabilitatis Dei, vocantis, & excitantis ad illam; patet ex Pſalm. 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis; Hæc eſt fidelitas in verbis Dei, vt venienti à ſe vocato infallibiliter detur gratia, ad quam vocatur.

36 Si arguas; Ad gratiam ſanctificantem homo ſe præparat per gratiam excitantem, ergo ad gratiam excitantem, vel ſe præparat per ſolas naturæ vires, vel per aliam gratiam in infinitum. Reſpondetur negando conſequentiam; in naturalibus non datur diſpoſitio ante diſpoſitionem ex natura rei ad formam in infinitum, ne in ordine gratiæ ex ordinatione extrinſeca; Contra ad recipiendam primam gratiam homo eſt in ſe diſpoſitus; Conceditur paſſiuè, negatur actiuè; Contra gratia actualis Dei præparatiua hominis ad iuſtificationem, non inducit ius iuſtitiæ ad gratiam, ergo non neceſſariò datur gratia habitualis homini præparanti ſe ad illam; Conceditur ſequela de neceſſitate ex debito iuſtitiæ, negatur de neceſſitate liberæ, & liberalis voluntatis Dei, vocantis, excitantis, miſerantis, & adiuuantis; Contrà ſi homo ex auxilio ſpeciali Dei ſolùm de congruo ſe diſponit ad gratiam ſanctificantem, cur ergo ex ſolis naturæ viribus nequibit ſe diſponere ad recipiendum hoc primùm gratiæ auxilium, vt detur neceſſariò etiam ex neceſſitate Diuinæ diſpoſitionis liberæ, & liberalis facienti quod in ſe eſt ſolis naturæ viribus; Reſpondetur Deum extra ſe nullo modò fieri debitorem abſolutè independenter à libero Decreto ſuæ voluntatis alicui Creaturæ, vt teneatur illi communicare perfectiones, ſibi conuenientes in genere naturæ, & meriti in ordine ſuperiori gratiæ, & gloriæ, ex Scoto in 4. diſt. 46. q. 1.

37 Caluinus docet Chriſtum non omnibus, ſed paucis tantùm largiri ſuam gratiam, nempè ſolis prædeſtinatis, non reprobis, ita ille lib. 3. inſtit. cap. 24. §. 13. vbi diſertè, ait prædeſtinatos donari gratia non reprobos, & cauſam addit, quia illi ad vitam hi ad iram, & contumeliam vocati ſunt, & ordinati ob eandem rationem alibi docet, Chriſtum pro ſolis prædeſtinatis mortuum eſſe ſolos prædeſtinatos habere fidem, ſolos eſſe in Eccleſia reprobos omninò excludi; Catholici non reſtringunt mortem, merita, & beneficia Chriſti ad paucos putant enim omnibus eſſe communia; hoc enim Scriptura diſertè teſtatur 2. Cor. 5. 15. pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, 1. ad Timot. 2. 6. qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus 1. Ioan. 2. 2. ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, ſed etiam pro totius mundi, & Ioan. 1. 9. illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hinc D. Ambr. Serm. 8. & in Pſalm. 118. ait Sol iuſtitiæ omnibus ortus eſt, omnibus venit, omnibus paſſus eſt, & omnibus reſſurrexit; Et Clemens Alexandrinus, in Orat. ad Gentes: Audite qui eſtis longè, audite qui propè nullis celatum eſt verbum. Lux eſt communis omnibus illuceſſit; Addamus, & nos; dona gratis dari omnibus tàm dona gratiæ actualis, quæ ſpectant ad vocationem, quàm dona gratiæ habitualis, quæ ſpectant ad iuſtificationem.

38 De primis ſic probatur: quicumque excitantur ad fidem, aut pœnitentiam per gratiam præuenientem ſine dubio percipiunt à Deo aliquod donum gratiæ; at reprobi ſæpè excitantur ad fidem, ergo ſæpè percipiunt à Deo aliquod donum gratiæ; Minor probatur, quia Chriſtus promiſcuè, & omnes vocat, & inuitat, Matth. 11. 25. Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos, & Matth. 20. 16. multi ſunt vocati, pauci electi, & Marci 16. 11. euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni Creaturæ 1. ad Timot. 2. 4. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, & 2. Petri 3. 9. non vult aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. At ſi ita eſt, inquies, cur non omnes ſalui fiunt?

Reſpondetur, quia nolunt vti auxilijs à Deo, ſibi exhibitis ad ſalutem, & cum ijs ad ſalutem cooperari. Hoc Deus indicat per Iſaiam 4. quid eſt quod debui facere vineæ meæ, & non feci ei, quaſi dicat nil omiſi eorum, quæ facere debui, cur ergo non tulit fructum? quia noluit; Prouerb. 1. 24. vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, & Matth. 23. 37. Ieruſalem, Ieruſalem quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti.

39 De donis etiam gratiæ habitualis idem probatur; multi reprobi non solùm excitantur ad fidem, & pęnitentiam per internam vocationem, ſed etiam reipſa fidem iuſtitiam, & gratiam habitualem conſequuntur, ſed fides, & iuſtitia, ſunt dona gratiæ ex meritis Chriſti, gratiæ inquam habitualis iuſtificantis, & ſanctificantis; Maior probatur ex illo Hebræorum 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, rurſum renouari ad pęnitentiam; Hic duo inſinuat Apoſtolus; Primò fieri poſſe, vt qui ſemel per Baptiſmum, & fidem illuminati ſunt, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, prolabantur iterum in peccatum, & deſinant eſſe quales erant; Secundò impoſſibile eſt eos, qui ita prolapſi ſunt, iterùm renouari ad pęnitentiam. Apoſtolus hic ſecundùm Caluinum, nec loquitur de prædeſtinatis, qui ſi peccant ſecundùm Caluinum, numquam amittunt fidem, & iuſtitiam loquitur ergo de reprobis, ergo ſi ſic planè conſequens eſt reprobos, aliquando reipſa illuminari, & participes fieri donorum Spiritus Sancti, quæ nonniſi ex Chriſti meritis conferuntur.

40 Deus igitur offert ſufficientem gratiam, non ſolùm prædeſtinatis, ſed etiam reprobis; Ratio ſumitur ex generalibus principijs in Scriptura fundatis; Primò quia Chriſtus omnes ad ſe inuitat, tàm prædeſtinatos, quàm reprobos; Secundò pro omnibus Sacramenta inſtituit; Tertiò omnibus imponit præceptum Baptiſmi, & pęnitentiæ; Quartò omnes hortatur ad mandatorum obſeruantiam: denique teſte Apoſtolo, vult omnes ſaluos fieri; hæc non poſſunt fieri ſine ſufficienti gratia, ergo ſi feriò (ſalua tamen libertate arbitrij noſtri) debet omnibus (quantum in ſe eſt) prouidere media, quibus id præſtare poſſint, ſi velint; quod autem adducitur reprobos non ad ſalutem, ſed ad ſupplicium deſtinatos eſſe diſtinguendum eſt; Poteſt enim dupliciter intelligi; Primò reprobos ſola Dei voluntate nulla ipſorum culpa ad ſupplicium ab æterno deſtinatos eſſe; Secundò reprobos non ſola Dei voluntate, ſed propter præuiſa eorum peccata ad hoc eſſe deſtinatos, prior ſenſus eſt falſus, & Caluiniſticus, poſteris verus, & Catholicus; Hinc non ſequitur eos omni gratiæ præſidio deſtitui, ſed contrarium potius eos oblato præſidio non velle vti, & propriæ ſalutis immemores ad alia ſtudia ſe conferre potiſſimum ad curam corporum, & ad diuitias congregandas omni diligentia vacare.

41 Eandem gratiam ſufficientem offert Deus omnibus peccatoribus etiam ijs, qui indurati, & excęcati ſunt; Probatur 1. ex iiſdem principijs generalibus; Secundò ſpeciatim ex illo actuum 7. ſi dura ceruice, & incircumciſis cordibus; & auribus vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, procul dubio loquitur de Iudæis obduratis, & hi ipſi mouentur, & excitantur à Spiritu Sancto per internam gratiam, alioquin non dicerentur ei reſiſtere, & Matth. 11. 21. Si in Tiro, & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in Cinere, & cilicio pęnitentiam egiſſent: Hic apertè conſtat Iudæos induratos habuiſse tantam gratiam, quanta ſufficiebat ad ſalutem, & pęnitentia, ſed ea vti noluiſſe. Obijcies illud 2. Machab. 9. 13. orabat hic ſceleſtus Deum à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Hic vides Antiochum ne quidem orando potuiſſe impetrare gratiam, & reconciliationem, adeò fuit

deſer-

Deſertus, & omni præſſidio deſtitutus. Reſpondetur hominem duplici nomine dici in ſuis peccatis obduratum; Primò ex ſua parte, quia Deo vocanti ad pænitentiam non vult obedire, obdurando concurſum, & inſpirationem Dei reſpuēdo, iuxtà illud vocaui, & renuiſtis; Hinc alibi mouentur peccatores, vt non obdurent cor ſuum quando à Deo vocantur, Pſalm. 94. Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra; Secundò ex parte Dei, qui propter eius peccata ipſum deſerit, non quidem negando communem, & ſufficientem gratiam, ſed ſubtrahendo maiora, & efficaciora ſubſidia, quæ benè agentibus dari ſolent; Antiochus orabat eripi ex malis corporis, & temporalibus, non ad obtinendam Dei gratiam per veram pænitentiam.

42 Etiam Gentiles, qui nihil vnquam de Chriſto audierunt, habent ſufficientem gratiam qua ſaluari poſſunt ſi volunt; Probatur primò ex generalibus principijs ſupradictis; Secundò ex cap. 1. & 2. ad Rom. vbi Apoſtolus oſtendit eos habere ſufficientem cognitionem veri Dei, & poſſe naturalem legem ſeruare ſi velint, & quidem ſi ſeruent ſaluari poſſe, ſi non ſeruent inexcuſabiles eſſe; Tertiò ex illo ſæpè citato 1. ad Tim. Deus vult omnes homines ſaluos fieri 1. Timoth. 2. 4. & ad agnitionem veritatis peruenire; ſanè ſi omnes Gentiles vult ſaluari, & veritatem fidei agnoſcere, debet illis prouidere de ſufficienti medio, quo id conſequantur, alioquin fruſtrà id vellet; Vbi aduerte Deum non vno, ac eodem tempore dare omnia auxilia Gentilibus, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, ſed ſeruato ordine incipit à minoribus, & paulatim progreditur ad maiora, nam primò excitat illos ad dolorē peccatorum præteritorum; Secundò ad legem naturalem in futurum ſeruandā; Tertiò ad eleemoſynas, & alia bona opera rectè rationi conſentanea; Quartò ad rogādum, & impetrandū aliquid à Deo; ſi hæc omnia præſtent ad maiora præparantur præſertim ad fidem Chriſti acceptandā, ſi non præſtant illis imputandum eſt. Exemplum habemus in Cornelio Centurionē, qui ſeruando legem naturalem, dando eleemoſynas, inuocādo Deum impetrauit tandē, vt ab Angelo monitus, & ab Apoſtolo inſtructus veram Fidem, & Baptiſmum reciperet, quod Corn. contingit omnibus euenire poteſt, qui legem ſeruant.

43 Omnibus dat hanc gratiam ſufficiētem, ſed non æqualiter, iuxtà Rom. 12. 3. vnicuique diuiſit Deus menſuram fidei, & 1. Cor. 12. 11. diuidit ſingulis vult, & Mat. 13. 12. vobis datum eſt noſce miſteria Regni, illis autem non eſt datū. Hæc inæqualitas ſecundùm Pelag. pendet ex inæqualitate noſtri conatus; Duo ſunt illorū fundamenta; Alterū nos per ſolas vires liberi arbitrij poſſe bene, & ipſam gratiā mæreri; Alterum Deū ex ſe eſſe quidem æqualiter promptum, ac paratum ad conferendā omnibus gratiam reipſa tamē inæqualiter conferre propter inæqualia merita, ſiuè inæqualem conatum liberi arbitrij. Hinc inferunt omnem gratiam eſſe ſubſequentem: nullam enim dari niſi noſtro merito, & conatu. Hæc omnia falſa ſunt, & pridem à D. Auguſt. & alijs confutata. Veritas Catholica eſt inæqualitatem gratiæ non prouenire à nobis, ſed ex beneplacito, & voluntate Diuina quòd apertè patet ad Rom. 9. vbi aſſerit D. Paulus diſtributionem gratiæ, non pendere ex conatu hominis, volentis, aut currentis, ſed ex voluntate Dei miſerantis, de qua nulla alia cauſa eſt requirenda, ſed clamandum cum Apoſtolo. O altitudo diuitiarum.

44 Quandocumque occurrit obligatio alicuius præcepti, ita vt homo peccaret ſi præceptum non obſeruaret ſemper adeſt auxilium ſufficiens à Deo, quo quis poteſt præceptū adimplere; Probatur de homine iuſto, quia Deus non deſerit iuſtum in neceſſitate, niſi priùs ab illo deſeratur, ex Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. at qui tempore obligationis præcepti eſt magna neceſſitas gratiæ, ergo Deus non deſerit tunc hominem iuſtum; Secūdò probatur de homine peccatore, ex illo Apoc. 3. 20. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, certò ſi Deus per ſuam gratiā pulſat oſtiū peccatoris, id maximè

facit tempore neceſſitatis; extra tempus præcepti, & obligationis non ſemper offertur gratia ſufficiens ad bona opera præſtanda, ſed certis temporibus, quando Deo viſum fuerit cum Creaturis nihil debeat, nec creaturæ habeant aliquod ius, ſiuè æqualiter, ſiue inæqualiter, ſiuè in vno tempore, ſiuè in alio nunquam eſt acceptator perſonarum; hæc de Adultis: Hæc gratia ſufficiens paruulis infantibus à Deo non confertur ob deffectum liberi vſus rationis, quo carent ideò non poſſunt coagere gratiæ ſufficienti, ideò in noua lege non habent aliud præſidium ordinarium, quo ſaluentur præter Baptiſmum, quorum multi tali auxilio deſtituuntur ex diuina diſpoſitione, & voluntate, præſertim ij, qui ſola vi naturæ moriuntur in vtero materno, aut qui in lucem editi citius decedunt, quàm poſſit adhiberi, & baptizari, in qua re neceſſaria eſt charitas parentum, & obſtreticum, vt baptiſmum obtineant.

45 Quamuis Deus ſit paratiſſimus ex ſe ad exhibendam gratiam ſufficientem, & iuſtificantem, non tamen ſequitur aliquem certò ſcire poſſe in hac vita ſe gratiam conſecutum, & patet, quia delicta ab hominibus perpetrata illis ipſis frequenter ſunt ignota, vel quia non recordantur, vel quia ignorantia, eaque ſupina flagitia admittunt, vel quia negligentia multa prætereunt, vel quia peccata non diſcernunt, vel denique; quia poſt peccatum neſciunt vtrùm debitam pænitentiam egerint: quæ ſunt quinque obſtacula quibus præpeditur intellectus, ne poſſit peccata diſtinctè cognoſcere; & primùm quidem cum homo non recordatur de peccatis toto vitæ curriculo perpetratis, & vtrum de illis perfectam egerint pænitentiam, necne, quomodo poteſt ſcire vtrum ſint deleta, & conſequenter vtrum ſit in gratia. Ignorantia craſſa eſt, & ſupina quando peccat, & conſequenter inexcuſabili, quomodo poteſt ſcire vtrum ſit in gratia; ignorantia enim talis non excuſat à peccato, & tamen præpedit ne peccatum cognoſci poſſit: quomodo igitur, qui hoc ignorat ſcire poſſit in gratia reperiri? cum ipſe per Paulus Apoſtolus dicat, nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus ſum.

46 Tertiò cum negligentiæ culpabili multa ſoleant omitti, aut prætermitti, quæ ſunt ad ſalutem, & præceptum Dei, & Eccleſiæ obſeruandum, aut ad officium exequendum neceſſaria, qui fieri poteſt vt homo poſt tot omiſſiones culpabiles toto vitæ curriculo contractas poſſit ſcire an odio, vel amore dignus ſit; cum multi ex debito officij, aut ex præcepto diuino debeant malis reſiſtere, & occurrere, & non occurrant, nec reſiſtant, vt Iudices, qui multa furta, & ſcelera perpetrari, & oculos claudunt, aut propter reſpectus humanos, aut paſſiones, odij, amoris, & timoris diſſimulant, vnde multa oriuntur vitia, peccata, & homicida, aut non currant animas curæ ſuæ concreditas, vnde maxima earum pernicies prouenit etiamſi videantur in reliquo benè viuere, non poſſunt tamen certo ſcire vtrum ſint in gratia. Quartò cum vix, aut ne vix quidem peccata omnia poſſit homo diſcernere præſertim interna, raro enim diſcernere poſſumus, quando peccatum ſit mortale, aut veniale; quouſque enim cogitatio debet procedere, vt ſit mortale Doctiſſimus hominum vix poteſt determinare; quamuis dicant Doctores, quod delectatio moroſa eſt peccatum mortale raro tamen poteſt clare dignoſci, quando ſit moroſa; ſimiliter in materia furti, quis vnquam certò deffiniuit quantitatem mortalem? & quænam varietas Doctorum in alijs materijs?

47 Quintò denique cum homo, vt plurimum ignoret vtrum perfectam de peccatis pænitentiam egerit; quamuis enim confiteatur, & pænitentiam impoſitam agat vix tamen ſcire poterit vtrum optimè diſpoſitus acceſſerit; quomodo namque ſcire poterit ſe eſſe in gratia ſi neſciat debitam de peccatis ſe egiſſe pænitentiam ſibique peccata à Deo eſſe remiſſa, niſi forſam baptiſmum recenter ſuſcepiſſet, aut illa perfectè confeſſus fuiſſet ve-

hemen-

hementem habuiſſet contritionem, magnis lacrimarum imbribus; iam verò pro coronide, quod nullus ſciat certa cognitione, ſcientia, aut experientia ſe eſſe in gratia poteſt patere exemplo patientiſſimi viri Iob, qui ſine dubio iuſtus erat, & nihilominus de ſe profitebatur: ſi iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me ſi innocentem oſtendero prauum me comprobabit etiam ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea, ſi venerit ad me non videbo illum, ſi abierit non intelligam. Iob 9.11. ſolùm igitur reſtat, vt homo per ſolam reuelationem ſcire certò poſſit vtrum ſit in gratia, & per coniecturam iſtud arbitrari tantùm probabiliter, quidquid in contrarium dicant Caluiniſtæ, & dum aſſerunt ſe ſentire, & experiri in ſe motiones Spiritus Sancti, nihil eſt primò, quia eiuſmodi motiones ſunt communes iuſtis, & peccatoribus; Secundò, quia non præbent certitudinem fidei, quàm incitant hæretici, ſed coniecturam experimentalem, quàm concedunt Catholici.

De primò effectu Gratiæ, hoc eſt de Iuſtificatione. Artic. 2.

1 MVtatio illa, qua homo ex ſtatu peccati transfertur in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei vocatur apud Theologos iuſtificatio, ſicut mutatio, qua quis ex ægroto fit ſanus, dicitur ſanatio, & qua ex frigido fit calidus, dicitur calefactio; ita apud Scotum in 1. ſent. diſt. 17. q. 1. vbi ait remiſſionem peccatorum fieri regulariter per gratiam ſanctificantem, vt iuſtificatio ſit vera mutatio noua poſitiua realis ab iniuſtitia ad iuſtitiam; Peccator ante pænitentiam eſt verè iniuſtus, eſt pænitentiam eſt verè iuſtus, patet Ezechielis 12. & 22. vbi peccator iniuſtus liberatus à peccato iuſtus vocatur; Iniuſtitia formaliter priuatio nequit ab aliquo auferri, niſi per habitum oppoſitum, quomodo generatim priuatio aufertur per habitum ex 1. Met. 15. Anima humana eſt ſubiectum, ſaltem per ſuas naturales potentias capax iuſtitiæ, & iniuſtitiæ; ideò ſit homo iuſtus de iniuſto per habitum poſitiuum iuſtitiæ regulariter à Deo infuſum. Idem oſtendit ex parte Dei aliter ſe habentis ad iuſtum, & iniuſtum; Peccator eſt vita æterna indignus per iuſtificationem ſit dignus, ante eſt à Deo auerſus, per iuſtificationem conuerſus, ante Deo inuiſus, per iuſtificationem verè gratus, anteà dicitur Deus ab eo offenſus, poſt reconciliatus. Hæc diuerſitas non ex parte Dei, vt ipſe in ſe, vel in acta ſuæ voluntatis abſolutè mutetur; ideò eſt neceſſariò in peccatore comparatione Dei, ſic diſponentis per iuſtificationem mutari à priuatione iuſtitiæ ad realem formam iuſtitiæ à ſe infuſam, vt iuſtificatio ſit vera realis peccatorum remiſſio ad nouam formam iuſtitiæ ſuperadditam.

2 Pro intelligentia clara dictorum, & dicendorum; Notandum eſt, quod iuſtificare in Sacra Scriptura tripliciter vſurpatur; Primò vt ſit idem quod iuſtum facere, vt Rom. 4. 5. credenti in eum, qui iuſtificat impium, & D. Auguſt. in Pſalm. 30. quis eſt, qui iuſtificat impium? qui facit ex impio iuſtum, & in Epiſt. 120. cap. 20. credenti in eo, qui iuſtificat impium; Secundò, vt ſit idem quod iuſtiorem facere, Eccleſ. 18. 22. non verearis vſque ad mortem iuſtificari, & Iacobi 2. 24. videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm, & Apoc. 22. 11. qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc; Tertiò, vt idem eſt, quod declarare, ſiuè pronunciare aliquem iuſtum; ſic Prou. 17. 15. qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum abominabilis eſt vterque apud Deum. 3 Hinc fit vt iuſtificatio ſummatur etiam tribus modis; Primò pro aquiſitione iuſtitiæ, is enim, quem Deus iuſtificat, ideſt iuſtum facit dicit aquirere iuſtitiam; Secundò pro argumento iuſtitiæ, cum enim iuſtitia latitudinem habeat, is qui ſemel iuſtitiam nactus eſt poteſt in ea creſcere, & proficere; Tertiò pro declaratione iuſtitiæ, nam qui ante ſuſpectus, aut etiam

Ccc 4 reus

reus erat iniuſtitiæ poteſt pronunciari, & declarari tamquam iuſtus, etiamſi iuſtus non ſit, ex his tribus acceptionibus Catholici ſummunt iuſtificationem; Primò, & ſecundò modò pro acquiſitione, & augmentatione iuſtitiæ; prima eſt gratuita, ſecunda ex meritis bonorum operum.

3 Iuſtificatio prima duplex eſt, altera qua quis ex non iuſto fit iuſtus, quo pacto primi parentes in Paradiſo Terreſtri, & Angeli in Paradiſo Cæleſti in ſua creatione iuſtificati ſunt de hac non agimus; altera qua quis ex iniuſto fit iuſtus, quo pacto Peccatores iuſtificantur hæc vocatur iuſtificatio impij, & ad hunc locum pertinet, quæ poteſt ſic deſcribi; iuſtificatio eſt translatio à ſtatu peccati ad ſtatum gratiæ, vt colligitur ex illo Coll. 1. 13. qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum filij ſui, & 1. Pet. 2. 21. vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus; Hinc patet iuſtificationem in his duobus conſiſtere; Primò in remiſſione, ſeu expulſione peccati; Secundò in infuſione, ſeu acquiſitione gratiæ, & iuſtitiæ, ſicut calefactio, qua quis ex frigido fit calidus continet duas partes, nimirum depulſionem frigiditatis, & acquiſitionem caloris, & in hoc differt à iuſtificatione primorum Parentum, & Angelorum, quæ conſtabat ſola infuſione gratiæ non autem peccati remiſſione.

4 Iuſtificatio igitur impij (Theologicè loquendo) eſt vera, & realis peccatorum remiſſio, ita Scotus in 4. d. 21. q. 1. docens gratiam iuſtificantem, non ſtare cum debito pænæ æternæ radicato in mortali culpa à Deo verè non remiſſa contra Caluinum, lib. 6. de iuſtificatione, cap. 15. alioquin contraria in ſummo ſtarent, ſimul in eodem ſubiecto, ſcilicèt ius ad vitã æternam fundatum in gratia iuſtificante, & reatus pęnæ, & mortis æternę expectato; Probatur ex Actuum 3. pænitemini, & cõuertimini, vt deleantur peccata veſtra, & Lucæ 12. deſcendit is iuſtificatus in domum ſuam, ſcilicèt publicanus, iam peccator ad differentiam Phariſæi, ille orauerat priùs petens ſuorum peccatorum veniam dicens; Deus propitius eſto mihi peccatori, orauerat iſte impiè ſeipſum laudans non accuſans, ille à ſuis peccatis deſcendit iuſtificatus, iſte in ſua inani laude confuſus. Probatur à Scoto in 4. diſt. 14 q. 1. art. 1. ex D. Auguſt. ſupra Pſalm. 31. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum; qui anteà dixerat, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, egerunt peccata per pænitentiam cum à Deo ampliùs non imputantur ad pęnam æternam, ſic enim ab eo verè remittuntur, quatenus præuia remiſſione aufertur à Deo ius puniendi.

5 Caluinus lib. 3. Inſt. cap. 11. §. 2. & in antidoto, Concil. Trid. ſeſſ. 6. ad cap. 8. aſſerit iuſtificationem non conſiſtere in interiori renouatione Animi, aut ſanctificatione, quæ fiat per infuſionem iuſtitiæ inhærentis, ſed in ſola peccatorum remiſſione, ſeu non imputatione, aut occultatione, ſeu tegumento, & probat eodem Pſalmo 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates; Quid ſit iſta remiſſio iniquitatum declarat; Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, ergo peccata ſemél commiſſa ſemper manent, remittuntur quatenus non imputantur; Idem accipit ex Rom. 4. vt iuſtificatio ſit ſola non imputatio, non vera remiſſio. Hunc errorem ſæpè Sacra Scriptura explodit præcipuè, in Iſaia, cap. 1. ſi fuerint peccata veſtra vt cocinum, veluti lana alba erunt per realem remiſſionem. Vndè Scotus locis citatis in 4. ait Deum vtique non imputare peccatum ad pęnam æternam, ſi per pęnitentiam verè à peccatore retractetur, verè à Deo remittitur; Duo ſunt in peccato Theologicè in ordine ad legem poſitiuam Dei, nimirum culpa Dei offenſiua, & reatus æternæ pęnæ, ſecundùm ius puniendi Deo acquiſitum ob eamdem culpam; De primò ait Propheta: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, ex præuia pęnitentia fructifera; De ſecundò: Beatus vir cui Dominus non imputauit peccatum, priùs natura remittitur à Deo peccatum per pęnitentiam

retra-

retractatum; Deindè ad pœnam æternam ampliùs non imputatur, vt ſit prioritas naturæ primi ad ſecundùm, ſiuè præſuppoſitionis naturalis inhærentiæ, vel exiſtentiæ, ſiuè naturalis intelligentiæ.

6 Contra argues, Deus nequit facere præteritum non fuiſſe, ex ſententia Agatonis ab omnibus recepta, hoc ſolo priuatur Deus ingenita facere, quæ facta ſunt maximè à Scoto in 4.d.1. q.6. docente indè, nec poſſe Deum ſua abſoluta potentia reparare virginitatem incorruptam ex impoſſibilitate rei, quia non eſt factio poſſibilis non entis de non ente, ergo nec Deus poteſt facere peccatorem non peccaſſe, etiamſi eſt iuſtificatus, iuſtificatio erit ſola peccati præteriti, non imputatio, non vera ac realis remiſſio; Ad ſolutionem neganda eſt conſequentia, remiſſio peccati eſt tota ex parte Dei credentis viri ſuo exigendi à peccatore illam pœnam, & amplius, conſeruandi in illo reatum huiuſmodi, Id Deus decreuit præſtare præmiſſa: ex parte peccatoris retractantis præteritum peccatum ex auxilio ſuæ excitantis, & auxiliantis gratiæ; Hæc eſt vera, ac propria peccati remiſſio nolle illud amplius punire, & gratiam ſanctificantem reparare, non hoc non peccaſſe. Quaſi ipſa remiſſio realis ſit negatio phyſicè præteriti actus peccaminoſi, ſit ex natura rei non auferibilis, niſi per habitum ſanctificantis gratiæ.

7 Caluinus eſt omninò impius in hac materia de iuſtificatione, & potiſſimum quia tollit efficaciam Sanguinis Chriſti, dum dicit peccata non tolli in iuſtificatione, ſed tantùm tegi, ſeu non imputari, & intelligit de omni peccato tàm originali, quàm actuali, & ſimiliter de omni iuſtificatione, ſiuè in Sacramento, ſiuè extra Sacramentum; ſic ille aſſerit in Antidoto Concil. Trident. ſeſſ. 5. & lib. 4. inſtitut. cap.15.§.11.& lib.3.cap.11.ſeſſ.2.& §.21. Error dictus Caluini; tres partes complectitur; Prima eſt peccata in iuſtificatione non tolli, ſed manere; Secunda manere quidem, ſed non imputari, ſed tamen tegi, & occultari ne appareant; Tertia non imputari ad pœnam: ſingulæ ſeorſum ſunt diſcutiendæ, & prima quod in iuſtificatione peccata non tollantur, ſed maneant in homine iuſtificato, apertè pugnat cũ Scripturis, derogat meritis, Paſſionis Chriſti, & efficaciæ Sanguinis eiuſdem, tollit vim, & energiam Baptiſmi; Verba Scripturæ clara, & aperta ſunt Ioan.1.19. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; Actor. 3.19. Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Hebr.9.28. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda peccata. Micheæ 7.19. Proiciet in profundum maris omnia peccata noſtra; ex his teſtimonijs ita concluditur, id quod tollitur, deletur, exhauritur, & longiſſimè proijcitur ab homine certè non manet in homine, ſed in iuſtificatione peccatum, tollitur, & exhauritur, ergo peccatum non manet in homine iuſtificato.

8 Ex confutatione primæ partis Caluiniſtici erroris, ſequitur confutatio ſecundæ partis nimirum peccata manere in homine iuſtificato, ſed tegi, & occultari iuſtitia Chriſti, ne appareant peccati in conſpectu Dei Patris, nam ſi peccata verè tolluntur, delentur, exhauriuntur, vt probatum eſt, optimè ſequitur non tegi tantùm, & occultari; & vix inueniri poteſt tàm malitioſus, qui Scripturæ verba eludat in hũc modum: Agnus Dei tollit, ideſt tegit, peccata mundi; & conuertimini, vt deleantur, ideſt tegantur peccata veſtra, & Chriſtus oblatus ad multa hauriẽda, ideſt occultanda peccata; Nimis extorta ſunt hæc. Obijcit Caluinus, illud Pſal.31. ſæpè ab eo recantatum, & à ſuis Caluinis valdè exageratum: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Huic obiectioni iam ſuperiùs ſatisfactum eſt, ſed adducamus reſponſionem, D.Aug. qui enarratione 2. ſuper Pſal. 31. vulnera Corporis duobus modis tegi poſſunt; Primò ab ipſo vulnerato; Secundò à Medico, vulneratus tegit ea pallio, nõ tollit, Medicus emplaſtro tegit, & tollit, idẽ fit in peccatis, tegi poſſunt, & ab ipſo peccatore, & à Deo: peccator tegit quando diſſimulat, & quæ intus in animo latent exterius non

prodit,

prodit, Deus regit quando infundit gratiam, & ſanat; Hic patet alio modo regi peccata ſecundum Catholicos, alio ſecundùm Caluinum.

9 Tertia pars eiuſdem erroris Caluiniſtici; peccata, quæ iuſtitia Chriſti tecta ſunt, non imputari peccata quidem manere in homine iuſtificato, tolli tamen in iudicio Dei. Hoc dupliciter intelligi poteſt; Primò peccata non imputari ad culpam, vel tolli in iudicio, quoad culpam; Secundò non imputari ad pænam, vel tolli in iudicio Dei quoad pænam; prior ſenſus quibuſcumque verbis exprimatur falſus eſt, & refellitur; Primò, quia ſi peccata verè manent in homine quoad culpam; ideſt ſi homo retinet in ſe reatum culpæ, itaut verè ſit culpabilis peccator, & iniuſtus, quomodo pro tali non habetur in iudicio Dei? Iudicium Dei eſt ſecundùm veritatem, inquit Apoſt. ad Rom. 22. & quomodo erit ſecundùm veritatem, ſi Deus non iudicat ſicuti res in ſe eſt ſi culpam, quæ verè culpa eſt, cenſet non eſſe culpam? ſi hominem qui ſordibus, & ſparcitijs plenus eſt, pronunciat eſſe iuſtum, mundum, & incontaminatum; Hæc materia ſunt Caluiniſta, quæ ſuperant captum Chriſtianæ ſimplicitatis; poſterior ſenſus qui aſſerit peccata manere in homine; & tolli in iudicio Dei quoad pænam æquè improbabilis eſt, quamquam duobus modis accipi poſſit; Primò, vt Deus iudicet hominem non eſſe dignum pæna, qui re vera dignus eſt, quod apertè pugnat cum illo Apoſtoli: Iudicium Dei eſt ſecundùm virtutem; Secundò, vt iudicet quidem eſſe dignum pæna, ſtatuat tamen eum non punire, ſicuti dignus eſt, & hic ſenſus poteſt admitti.

10 Motus fidei infuſæ, vel acquiſitæ ex reuelatione Dei eſt ſimpliciter neceſſarius adoptiuam iuſtificationem impij, actualem, vel formalem in ordine ad leges diuinas; ſupponitur hic actualis connexio virtutis appetitiuæ, cum intellectiua ex Scoto in 3. diſt. 36. art. 2. pariter formam iuſtificantem à Deo infuſam eſſe formaliter virtutem, ſic connexam cum Fide virtute intellectiua; indè exigere actualem reſpectum extrinſecus aduenientem, ſub ordinationis in agendo ad iudicium, ſaltem habituale noſtri intellectus proponentis habitualiter, vel virtualiter Diuinas leges in ordine ad quas oportet hominem iuſtificari; ideò certum eſt eſſe, ſimpliciter neceſſarium motum illum Fidei infuſæ, vel acquiſitæ ex extrinſeca reuelatione Dei, immò vtriuſque ſimul ſic habitualiter proponentis diuinas leges de neceſſitate ſalutis implendas, ſaltem ordinatione Diuina in Sacra Scriptura contenta, ex Scoto in 3. diſt. 23. ſic colligitur ex Hebr. 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Vnde D. Auguſt. lib. de Prædeſtinatione Sanctorum, cap. 7. inquit fides prima datur, ex qua cætera impetrantur, & D. Griſoſth. Homil. de Fide, Spe, & Charitate, dicit Fidem eſſe originem iuſtitiæ.

11 Hæc autem Fides non eſt illa ſpecialis, quàm fingunt Lutherus, & Lutherani, Caluinus, & Caluiniſtæ, cæterique Hæretici, qua quiſque credat ſe iuſtum eſſe, ſed eſt Fides Catholica; qua credimus vera eſſe quæcumque à Deo reuelata ſunt (Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6.) inter cætera hæc duo reuelata ſunt. Alterū quod Deus ſit iuſtus, & ſeuerus in vindicandis, & puniendis peccatis. Alterum quod in ijſdem remittendis ſit etiam benignus, & miſericors, eoque fine miſerit Filium ſuum Vnigenitum Chriſtum Saluatorem, vt ſua morte à peccatis nos liberaret, & in ſortem filiorum Dei aſſereret. Ex fide prioris articuli oritur timor Domini, iudicij, & pænarum infernalium, quo animus peccatoris vtiliter concutitur, & ad emendationem excitatur; ex fide poſterioris naſcitur ſpes Diuinæ miſericordiæ, & remiſſionis peccatorum, per merita Chriſti Redemptoris, ex hac ſpe conſequitur amor erga Deum, qui tàm miſericors, & benignus eſt, & ſimul odium, & deteſtatio peccati, quod nos à tam benigno Deo auertit, cui annexum eſt propoſitum vitæ melio-

melioris, & obſernationis mandatorum Dei. His poſitis immediatè ſequitur iuſtificatio, ideſt remiſſio peccatorum, & infuſio gratiæ ſanctificantis.

12 Probatur ex Doctrina Scoti hanc fidem infuſam ſaltem ex ordinatione diuina ad iuſtificationem neceſſariam eſſe, ex Deuter. 33. Dei perfecta ſunt opera, vt hominem inde perfectum, & perfectè ſanum reddat; ideſt totaliter interius ſanat, ideò neceſſaria eſt infuſa fides ad ſanandum ſupernaturaliter intellectum humanum; ſpes ad ſanandam hominis concupiſcientiam, vt moderatè concupiſcat temporalia in ordine ad Diuina, & Diuina ex meritis præcedentibus, & iuxtà illorum menſuram ex bonitate, vel miſericordia tantùm Diuina ob certam Dei promiſſionem non ex condignitate operis ex natura rei; gratia habitualis, vel charitas ad ſanandam humanam volútatem, ad Deum ſuper omnia diligendum, ex affectione iuſtitiæ, ex quo patet contra citatos perditiſſimos hæreticos ſolam fidem, pro ſola fiducia ad iuſtificationem non ſufficere, quamuis Actuum 16. habeatur per gratiam Domini Noſtri Ieſu Chriſti, credimus ſaluari, nec ſufficere ſolam ſpem etiã infuſam, quamuis Rom. 8. dicat Apoſtolus, ſpe ſalui facti ſumus cum ad ſanandum, vel iuſtificandum perfectè, ideſt totaliter hominem, ſimul concurrant Fides, Spes, gratia, vel Charitas virtutes infuſæ in habitu, in paruulis, & in actu ſimul in Adultis dicente, loco cit. Apoſtolo, nunc manent ſcilicèt in homine iuſtificato, ſeu perfectè ſanato Fides, Spes, Charitas, ergo requiruntur collectiuè, omnes prædicti habitus infuſi, atque eorum actus circa credenda, ſperanda, & agenda, ſub illis à Deo nobis propoſita per verbum ſcriptum, vel traditum.

13 Iuxtà Communem legem Dei in Adultis ad iuſtificationem eſt neceſſarius motus liberi arbitrij, vt præuius regulariter ſolùm diſpoſitiuè ex Scoto in 4. d. 14. q. 2. art. 2. Probatur, ex natura rei phyſicè ex genere entis, nulla talis diſpoſitio eſt neceſſaria ad iuſtificationem, etiam regulariter factam per habitum infuſum inhærentis gratiæ, cum eiuſmodi habitus infundatur phyſicè à ſolo Deo, per creationem, vel concreationem, vel per ſupernaturalem eductionem independenter à ſubiecto diſpoſito ſufficit ſola capacitas naturalis rationalis creaturæ ad recipiendum habitum prædictum, quæ nec per peccatum aufertur, nec per aliquem actũ voluntatis fit ex natura rei capacior, ergo in ſolo genere moris, vel Theologicè ex Communi legem eſt neceſſarius hic motus liberi arbitrij, ad recipiendam gratiam Spiritus Sancti iuſtificantem ex congruitate, vt ille motus initiatiuè etiam ſit à Deo per auxiſium excitatus, contra aliquos potiùs hanc diſpoſitionem refundentes præcisè in naturalem conditionem hominis, quæ agens liberum eſt exigens à Deo ad iuſtificationem moueri per ſimultaneum potiùs, quàm per hunc præuium motum ſui liberi arbitrij ad differentiam grauium, & leuium ad eorum motum merè paſſiuè ſe habentium.

14 Dogma fidei eſt ad iuſtificationem impij eſſe neceſſarium motum voluntarium deteſtandi peccatum, vel retractatiuum peccati, cum debitis circumſtantijs ſolùm præuium non ſimultaneum; hic ſupponitur; Primò homines eſſe peccatores à natiuitate, ſcilicèt originaliter, & actu poſtea, ex Pſalm. 50. Iniquitatibus conceptus ſum, tibi ſoli peccaui, & ex Epiſt. D. Ioan. ſi vixerimus, quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus; Secundò à Deo non deleri ab homine peccato, in ordine ad iuſtificationem ſine pænitentia, ex Ezechiele 18. agite pænitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruina iniquitas veſtra; & ex Cantico, Ezechiæ Regis recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ; Tertiò hanc pænitentiam antecedenter ex auxilio gratiæ actualis excitantis, & adiuuantis fieri per liberam confeſſionem peccatorum, retractatiuam immediatè Deo in veteri lege, ex Pſalm. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti iniquita-

quitatem peccati mei. In Lege Euangelica à Chriſti Vicario in Eccleſia, & ab eo legitimè ordinatis Sacerdotibus; ex Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, ſcilicèt Sacramentaliter per ſenſibilem confeſſionem ipſorum; Quartò Confeſſionem hanc pęnitentialem peccati retractatiuam neceſſariò, ex communi lege Dei agendam eſſe ex præuio excitantis, & adiuuantis Dei, quia ſine me nihil poteſtis facere, Ioan. 15. ex motiuo amoris Dei offenſi, vel ſaltem ex motiuo gehennæ, vel æterni ſupplicij, cum abſoluto propoſito ampliùs non peccandi, ex Concilio Tridentino.

15 His præuijs diſpoſitionibus ad iuſtificationem neceſſariò requiſitis poſitis in eſſe, adhuc tamen eadem iuſtificatio eſt gratuita; in qua re Hæretici aduerſarij ſtrenuè hic mentiuntur, dum aſſerunt nos docere, noſtris nos operibus iuſtificare, ideſt iuſtificationem męreri; non id docemus, fatemur quidem cum Apoſtolo augmentum iuſtitiæ, conferri nobis à Deo propter bona opera, quibus id meremur; ſed negamus primam iuſtificationem eſſe ex noſtris meritis, immò conſtanter tenemus diſpoſitiones illas, quæ præcedunt iuſtificationem, quamuis ſint opera bona partim à Spiritus Sancti gratia, partim à libero arbitrio, tamquam à duabus cauſis producta, non tamen męreri primam gratiam ſanctificantem, & remiſſionem peccatorum, eò quòd fiant ab homine nondum iuſtificato, ſed in ſtatu peccati adhuc exiſtente, & conſequenter aſſerimus primam iuſtificationem eſſe merè gratuitam, nec vllo modò deberi nobis ex iuſtitia, tameſi prædictæ diſpoſitiones præceſſerint; ſic expreſsè docet, Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 8. his verbis, nil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiuè opera ipſam iuſtificationis gratiam promæretur, & hic eſt conſenſus omnium Catholicorum, vt proindè mirum ſit aduerſarios potuiſſe eſſe tàm impudentes, vt contrarium nobis imponerent.

16 Regulariter ex communi lege iuſtificatio neceſſariò fit per infuſionem inhærentis gratiæ, vt peccator in iuſtificatione verè mutetur à peccato, veluti à termino à quoad gratiam inhærentem, veluti ad terminum ad quem; Ita Scotus in 1. diſt. 17. q. 2. & eſt de Fide, ex Rom. 3. omnes peccauerunt, & egent gloria Dei iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 9. Hanc præparationem iuſtificatis ipſa conſequitur, quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum; Clarius contra Lutherum, Can. 9. Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, vt intelligat nihil aliud requiri, anathema ſit; Item Scotus in 2. diſt. 28. per remiſſionem peccatorum homo ex iniuſto fit poſitiuè iuſtus, ex inimico poſitiuè in habitu eſt actu Amicus, non tantùm negatiuè non inimicus; Iuſtitia ſit eſt quid poſitiuum, non ſola carentia iuſtitiæ, ergo neceſſariò in remiſſione peccatorum infunditur gratia inhærens, conſtituens peccatorem intrinſecè iuſtum, ex Rom. 8. quos prædeſtinauit vocauit, & iuſtificauit; Intrinſecè Deus prædeſtinatos glorificat, ergo quos vocat intrinſecè iuſtificat, & nonniſi per gratiam iuſtificantem.

17 Per abſolutam Dei potentiam poteſt impius iuſtificari, & etiam intrinſecè iuſtus fieri, ſine infuſione inhærentis gratiæ, ex Scoto in 1. diſt. 17. q. 2. §. de 2. art. vbi ait de potentia Dei abſoluta, Deum poſſe naturam intellectiuam creatam acceptare in ordine ad beatitudinem acceptatione ſpeciali, ſimiliter actum eius moraliter bonum ex puris naturalibus elicitum, vt meritorium; Item ibidem docet prius naturà Deum remittere peccatis eius offenſam, quam illi tribuat gratiam, idem Doctor ait in 4. diſt. 16. vbi ex hoc principio colligit mutationem, non eſſe gratiæ ad eſſe illius, ſi ſunt duæ mutationes realiter diſtinctæ ſeparabiles, vt remiſſio culpæ, ſit prior infuſione gratiæ per ſolam concomitantiam realiter vnitæ poſſet Deus abſoluta

ſoluta potentia priorem ſeparare à poſteriori, & tunc homo per eandem Dei potentiam abſolutam conſtitueretur iuſtus, Sanctus, & Diuinus, ſine gratia, qua regulariter tamen fit iuſtus intrinſecè, vel extrinſecè; Hæc veritas nullam debet ingerere difficultatem Theologo, probo ſcienti Deum eſſe liberum, & ad extra operantem omninò contingenter, & in eius virtute abſoluta eſſe poſſe ad libitum acceptare naturam intellectualem, iuſtificare, & beatificare, ſiuè cum gratia inhærente, ſiuè non.

18 Effectus formalis abſolutus habitus gratiæ, ſibi in genere qualitatis commenſuratus à ſe inſeparabilis eſt ſpiritualem hominis pulchritudinem facere, ſcilicèt eius voluntatem venuſtare, ornare, & ſpiritaliter decorare, ita Scotus in 1. diſt. 36. q. 2. vbi primò ponit gratiam eſſe decorem naturæ, ſcilicèt in eius ſpirituali facie; Secundò in ea reſultare relatiuam rationem ſpecialis acceptabilitatis à Deo ex Communi lege eiuſdem Dei; Tertiò actualem complacentiam diuinæ voluntatis in ordine ad vitam æternam; Quartò inclinare per modum ponderis ad determinatum actum dilectionis diuinæ; Quintò augere vires voluntatis, vel illi coagere ad intenſiorem, & perfectiorem actum dilectionis Dei; ſolus primus effectus in genere cauſæ formalis eſt abſolutus ei conueniens in genere qualitatis ex natura rei; Probatur, omnis forma realis ponit in ſubiecto effectum realem formalem, intrinſecum inſeparabilem; ſed habitus gratiæ eſt forma, verè informans vitalem voluntatem rationalis creaturæ, verè actiuam, & operatiuam, circa quodcumque obiectum præcipuè circa Deum principalem vitam ſpiritualem hominis vltimum eius finem, ergo ponit in ea aliquem proprium effectum intrinſecum, inſeparabilem, & nonniſi hunc venuſtare, decorare faciem ſpiritualem hominis.

19 Eſt quoque effectus realis habitus iuſtificantis, & ſanctificantis gratiæ formaliter per modum ponderis in genere qualitatis, vel virtutis in genere principij inclinare actiuè humanam voluntatem ad Deum amandum in genere naturæ præſcindendo à debitis circumſtantijs amoris ſancti, iuſti, vel honeſti, in genere moris; nam habitus quicumque inſtar ſpeciei impreſſæ habet determinatum obiectum à quo ſpecificatur in genere naturæ, vel qualitatis; gratia ſanctificans includit talem habitum de genere qualitatis appetitiuum, ergo habet determinatum obiectum ex natura propria, ad quod amandum inclinat humanum appetitum. Diximus obiectum hoc eſſe Deum ex natura habitus, vt ſic abſolutè amandum, præſcindendo ab omnibus circumſtantijs, è regula rationis dictantis propter ſe ſuper omnia, & bonum commune ab omnibus condiligendum hic, & nunc quomodo oportet; Probatur nequit habitus gratiæ, vt abſoluta qualitas ad Deum, ſub his circumſtantijs amandum inclinare, ſiuè formaliter, ſiuè virtualiter, ex Scoto in 3. diſt. 28. quia habitus abſolutus in genere naturæ, vt vnus fundat habitudinem ad obiectum vnum abſolutum in genere entis; actus amandi Deum ſic nude, vel abſolutè eſt tantùm materialiter bonus, honeſtus, vel Sanctus non formaliter cum formale, hoc pendat ab alijs circumſtantijs.

20 Habitus gratiæ ratione ſui abſoluti ſolùm materialiter in generis moris conſtituit hominem in actu primò iuſtum in ordine ad Deum; nam ratione ſui abſolutè non eſt formaliter iuſtitia, nec virtus Theologica cuius ratio generica Communis virtutibus moralibus, & Theologicis (inter quas gratia, & iuſtitia ſupernaturalis ſumma aliarum omnium forma, & regula Communis) eſt prorſus relatiua, alioquin virtus appetitiua exiſteret integra in ſuo formali eſſe ſaltem in actu primò, non exiſtente virtute intellectiua, vel intellectu exiſtente obliquo, & in caſu

verè

vere habitus gratiæ hominem iuſtificare: ſi Deus per abſolutam potentiam ſine fine, & iudicio recto intellectus ex fide eam gratiam in anima conſeruaret ſublata fide omninò per actum infidelitatis, & gratis conceſſo habitum gratiæ ex natura ſua præſeferre reſpectum aptitudinalem, vel tranſcendentalem ad agendum, iuxtà regulam rationis ex fide, nec eſſet formaliter iuſtitia ſicut nec virtus, quia reſpectus aptitudinalis, vel tranſcendentalis non potuit formam virtutis ſiuè moralis, ſiuè Theologicæ cum idem indiuiſibilis nequeat tendere in obiectum ſub tot circumſtantijs ad ſpecificandam eſſentiam virtutis neceſſariò requiſitis.

21 Habitus gratiæ, & Charitatis iuſtificat hominem formaliter ſolùm per accidens ratione extrinſeci reſpectus actualis conformitatis ad agendum cum regula fidei ſupernaturalis voluntati propoſita per vltimum iudicium practicum intellectus, vt reſpectus illè ſit forma conſtitutiua ipſius habitus in ratione iuſtitiæ, nam formale conſtitutiuum virtutis appetitiuæ eſt ſolum reſpectus extrinſecus aduenìens proximè fundatus in habitu infuſo, vel acquiſito, quo in eſſendo, aut in agendo ſubordinatur iudicio practico intellectus habituali, vel actuali, ſed gratia iuſtificans eſt quædam ſpecialis virtus Theologica in re, à Charitate non diſtincta, ergo eſt forma iuſtificans hominem per reſpectum conformitatis extrinſecus aduenientem cauſatum principaliter à Deo, ex Communi lege aſſiſtenti Animæ, vel voluntati minus principaliter ab imperio eiuſdemmet voluntatis humani appetitus actiuè libere volentis in agendo ſubordinari regulæ fidei ſupernaturalis; Probatur ex 2. Cor. 6. vos enim eſtis Templum Dei, ſcilicèt per hunc habitum iuſtificantis, & ſanctificantis gratiæ, & Rom. 8. ait Apoſtolus, qui ſpiritu Dei aguntur ij ſunt filij Dei, Hoc ſpecialiter agi ſignificat ſubordinationem prædictam, vt voluntas ſub habitu gratiæ ſe conformet diuinis præceptis ab intellectu propoſitis; vt per huiuſmodi conformitatem conſtituatur in actu primò, & in actu ſecundò, vt ſit Sancta Deo placens, ex Communi lege ſuppoſito ſemper ſpeciali Dei auxilio excitantis, & adiuuantis gratiæ.

22 Habitus gratiæ inhærentis in nullo genere naturæ, nec abſolutè, nec relatè, ſub reſpectu conformitatis ad ſupernaturalem regulam fidei extrinſecus, ſibi adueniente hominem meritoriè iuſtificat, ſanctificat Deo gratum reddit, filium eius adoptiuum facit dignum vita æterna conſtituit, niſi ſolùm in genere moris, vel Theologicè extrinſecè, ex ſola Communi lege ipſiuſmet Dei, & ratio eſt, quia habitus gratiæ eſt quædam qualitas nullam habens cum Deo naturalem connexionem; nullam entitatiuam commenſurationem, immò entitatiuè eſt deterior, quacumque perfectione ſubſtantiali creata etiam materiali ergo in nullo genere naturæ poteſt meritoriè iuſtificare, Deo gratum facere, & ſimiles recenſitos effectus formales præſtare; patet vlterius ipſamet natura humana, vel Angelica naturaliter ad imaginem Dei creata in gradu ſummo participans diuinum eſſe ex propria natura coniungibilis Deo, vt eſt vita ſpiritualis ipſius apta in eo ſpiritualiter viuere per actualem coniunctionem obiectiuam cum eo, ex Scoto in 4. diſt. 6. q. 11. Immò habens naturalem propenſionem ad conuiuendum illi beatificè, ex 4. d. 49. q. 1. tamen non habet talem connexionem connaturalem cum Deo, vt ſit naturaliter iuſta, meritoriè, actiua, ſancta, Deo grata, vt vita Dei beata, ſit ſibi naturaliter debita multò minus forma hæc accidentalis poterit prædictos effectus præſtare in homine.

23 In homine actualiter peccante, poteſt Deus ſua abſoluta potentia conſeruare gratiam habitualem cum cæteris virtutibus Theologicis, ac moralibus. Scotus enim in 3. d. 27. docet priùs naturaliter iuſtum ſe auertere à Deo per peccatum, quàm Deus ceſſet in eo gratiam conſeruare, loquitur de prioritate naturæ, ſiuè naturalis intelligentiæ, ſiuè naturalis præſuppoſitionis, qua cauſa quæcumque ſolet

præce-

præcedere ſuum effectum, non de prioritate durationis, quatenus accerſio à Deo per peccatum eſt cauſa demeritoria ſubtractionis gratiæ. Impium quippe eſt, & erroneum dicere de Communi lege ſtare ſimul in aliquo inſtanti peccatum auerſiuum à Deo, cum gratia ad eumdem Deum conuerſiua; non ſic per abſolutam potentiam, cum peccatum quodcumque, nec ex natura rei à Deo auertat, nec gratia ex natura rei ad Deum conuertat, vt indè homo ſimul foret demeritoriè auerſus, & meritoriè conuerſus. Conceſſo gratiam conuertere ad Deum, ex natura rei ſaltem in genere qualitatis, prout eſt amor habitualis determinatè inclinans ad Deum amandum, ex Scoto in 1. diſt. 17. q. 3. & peccatum eſſe determinatum odium Dei, non ſequitur naturalis incompoſſibilitas cum gratia ponat conuerſionem habitualem in ſolo actu; Primò circa meritum, peccatum verò auerſionem in ſolo actu ſecundò, citrà demeritum non implicaret hominem eſſe ſimul in ſolo genere naturæ à Deo, auerſum in actu ſecundò, & conuerſum in actu primò, vel accerſum actualiter, & conuerſum habitualiter.

24 Per abſolutam potentiam, poteſt homo per habitum gratiæ manere ad Deum meritoriè in actu primò, & ſecundò conuerſus, & per cætera peccata (excepto actu odij) nullo modò, nec in aliquo genere auerſus; Dices, per gratiam homo conuertitur ad Deum volens Deum eſſe, Deo ſubeſſe, voluntatem ſuam ſubijci voluntati Dei; per peccatum è contra peccator vult Deum non eſſe, Deum non ſubeſſe, ſuam voluntatem Diuinæ præferri; Hæc contradictoria ſunt. Reſpondetur ſi ſermo eſt de odio Dei ſolùm in actu ſecundò, odiens vellet Deum non eſſe, Deum non ſubeſſe, ſuam voluntatem Diuinæ præferri; in actu tamen primò, per gratiam Deum eſſe Deo ſubeſſe, voluntatem ſuam Deo ſubijci, & eius Diuinæ voluntati, hæc ſolùm virtute non formaliter contradicunt; ſi ſermo eſt de alijs peccatis certiùs patet eſſe contradictionem virtualem tantùm interpretatiuè, ita Scotus in 2. d. 21. q. 2. vbi docet quod interpretatiuè omnis peccans, vult Deum non eſſe, vel eius voluntatem voluntati Diuinæ, cui non obedit præferri intelligens regulariter ſuppoſito eius Diuina lege iam lata in Decalogo, nec ſic doceret ſuſpenſa omni lege, tali per abſolutam Dei potentiam.

25 Quamuis remiſſio peccatorum non ſit naturaliter connexa cum infuſione gratiæ, eam tamen neceſſariò ſimpliciter requirit antecedenter ordine naturæ, vel naturalis præſuppoſitionis ad poſitiuam iuſtificationem impij actualem. Concluſio hæc ſpecificè ponitur de iuſtificatione impij ad gratiam reconciliatricem formam nouam abſolutam, & reſpectiuam regulariter ex Communi lege Dei. In Angelis viatoribus, vel in primò inſtanti creationis, vel immediatè fuit vera, perfecta, actualis poſitiua, & conſumata iuſtificatio per gratiam habitualem, ſine ordine ad remiſſionem peccatorum præcedentem, vt gratia habitualis in eis non fuit vt in nobis reconcilians; ſimiliter in prioris parentibus in ſtatu innocentiæ, ex quibus caſibus remiſſio peccatorum potius ex Scoto in 1. d. 17. q. 2. & in 4. d. 16. q. 2. & infuſioni gratiæ extrinſeca ſolùm neceſſariò requiſita per modum remouentis prohibens quatenus, non datur adoptiua filiatio ex gratia reconciliante, nec actualis reſpectus conformitatis, vel ſubordinationis in voluntate humana ad diuinas leges implendas ſub fide in intellectu noſtro in re propoſitas reddẽs eam formaliter iuſtam, niſi amoueatur peccatum per pęnitentialem retractationem impediens hominem fieri gratum filium adoptiuum.

26 Hic datur ordo naturæ ſecundùm Doctrinam Doctoris ſubtilis inter requiſita ad iuſtificationem impij via executionis, tàm ex parte Dei iuſtificantis, quam ex parte impij iuſtificandi; Primò eſt motio ſupernaturalis Dei per auxilium gratiæ actualis, excitantis, & auxiliantis, ſiuè adiuuantia, quia exordium iuſtificationis

eſt à

eſt à Deo per auxilium prædictum, ex Concilio Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. Secundò motus liberi arbitrij excitati, & adiuti moti per Fidem, Spem, & Charitatem in Deum, & in peccatum per fructuoſam retractationem ibidem, Can. 3. Tertiò remiſſio peccati à Deo facta veluti amotio impedimenti, impedientis phyſicè ſecundùm Sanctum Thomam, vel ſolùm demeritoriè ſecundùm Scotum infuſionem habitus gratiæ; Quartò Infuſio gratiæ habitualis, tanquam finis præcipuus iuſtificationis; Quintò actualis reſpectus charitatiuæ conuerſionis in Deum ſibi gratæ. Sextò reſpectus ſubordinationis conformitatis, vel conuerſionis in habitu gratiæ ad diuinas leges adimplendas. Porrò hæc charitatiua conuerſio ad Deum ſibi grata, & etiam actualis reſpectus conformitatis ad diuinas leges adimplendas, ſunt conſtitutiua dicti habitus in ratione virtutis, vel formalis iuſtitiæ ſupernaturalis.

27 Iuſtificatio impij prout regulariter in eo incipit à Deo primò per modum excitantis, & adiuuantis auxilij vſque ad infuſionem gratiæ iuſtificantis, non eſt poſſibilis in inſtanti, ſed neceſſariò fit ſucceſſiuè, vel in tempore, quia actus fidei neceſſarius ad iuſtificationem ex Roman. 10. regulariter pendet ab auditu corporeo patet ex conuerſione D. Pauli Actuum 9. circumfulſit eum lux de Cœlo cadens in terram, audiuit vocem dicentem ſibi Saule, Saule quid me perſequeris, iam motus hic fidei per auditum exteriorem eſt neceſſariò ſucceſſiuus, ergo periculoſum eſt negare iuſtificationem impij regulariter fieri neceſſariò, ſucceſſiuè, vel in tempore per proprium motum eius fidei in Deum, & in peccatum reſpectiuè, alioquin impoſſibile foret deffendere liberum arbitrium impij actiuè concurrere ad ſui iuſtificationem, ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 4. & non ſe habere, vt inanime quodam in omnibus rebus prærequiſitis, & concomitantibus, quæ ſunt plures iam recenſitæ, & hoc præcipuè ob imperfectionem huius ſtatus, in quo pars intellectiua in operando pendet à ſenſitiua, vt oporteat intelligentem phantaſmata ſpeculari, cuius motus neceſſariò vt partis materialis extenſæ eſt in corpore.

28 De Communi lege iuſtificatio impij quoad ſolam remiſſionem peccati, & gratiæ infuſionem fit in inſtanti. Hoc putamus non habere difficultatem, quia hæc duo fiunt immediatè à Deo, qui in operando non indiget ſucceſſione, aut tempore; ſed tota ſucceſſio conſiſtit in actibus præcedentibus, & diſpoſitionibus requiſitis neceſſariò, ad remiſſionem peccatorum, & infuſionem gratiæ habitualis. Concedimus tamen poſſe Deum per abſolutam potentiam poſſe impium etiam in tempore iuſtificare ſucceſſione extrinſeca, tàm quoad ſimplicem peccatorum remiſſionem, quàm quoad ſimplicem habitualis gratiæ infuſionem, hoc patet ex Scoto in 3. diſt. 3. q. 1. ad primam inſtantiam; ſi Deus voluntariè non agit inſtanti aliquo, nec oportet expectare tempus, vt in vltimò inſtanti illius agat, quidquid immediatè agit, ergo per abſolutam eius potentiam poſita diſpoſitione, vltima ex parte impij iuſtificandi poteſt Deum expectare moram aliquam in qua peccata remittat, & gratiam infundat. Immò poteſt in ſimili mora diuiſibili gratiam diuiſibilem infundere, præcipuè quia habitus ſupernaturales omnes, ex Scoto in 1. diſt. 17. q. 3. habent realem intenſionem graduum, & augentur per additionem vnius ad alterum ſucceſſiuè ſucceſſione diſcreta, non continua.

29 Ex dictis, & alijs infrà dicendis patet falſitas ſententiæ Caluiniſticæ in materia iuſtificationis, in qua in primis negat dari iuſtificato aliquam iuſtitiam inhærentem, ſed ſolùm iuſtitiam Chriſti nobis imputari, qua ſola iuſti ſumus, & cenſemur; quæ vt nobis imputetur, & quodammodo noſtra fiat nulla alia re opus eſt, niſi ſola fide, quæ tam apprehendat, & quaſi nobis eam communicet, hoc ſenſu ſola fide dicitur iuſtificare, hæc autem fides quæ ſola iuſtificat in eo conſiſtit, quod certò credas peccata omnia tibi remitti propter merita Chriſti, & ſe iuſtum eſſe

in

in conſpectu Dei, & diſtinguitur à fide Hiſtorica, & miraculorum, & donatur ſolis prædeſtinatis, & numquam reprobis, & ſemel habita amitti non poteſt, facitque hominem certum, & ſecurum de præſenti iuſtitia, de perſeuerantia, de prædeſtinatione, ac vita æterna, nec indiget vllo adminiculo bonorum operum ad ſui conſeruationem, ſed ſola ſibi ſufficiens eſt. Hæc eſt breuis reſſolutio totius Doctrinæ Caluiniſticæ de iuſtificatione, quæ tanquam falſa, impia, & Hæretica partim ſupra reiecta eſt, & partim infrà reicietur.

30 In primis falſum eſt poſſe haberi certitudinem fidei de ſua iuſtificatione, vt affirmant Caluiniſtæ, ſic definitum eſt in Concilio Tridentin. ſeſſ. 6. Can. 13. & 14. nam certitudo fidei non habetur, niſi de re diuinitus reuelata; vnde ſi Deus alicui reuelaret ſe ipſi remittere peccata, is haberet certitudinem fidei, de ſua iuſtificatione, quòd contigit Magdalenæ, Paralitico, *Zachæo*, Latroni, & alijs. Contrà; Quibus non reuelat non poſſunt habere hanc certitudinem; Et quis noſtrum eſt cui reuelauit Deus? Nec ſufficit illa generalis reuelatio, qui crediderit ſaluus erit, hæc enim applicari non poteſt, niſi eadem certitudine certus ſis, te fidem, & reliqua neceſſaria habere, & poſt Baptiſmum non peccaſſe. At vbi hoc reuelatum eſt? nuſquam inuenitur; ſimiliter falſum eſt non poſſe amitti iuſtitiam ſemel acquiſitam, vt affirmant Caluiniſtæ, contra quos eſt Concil. Tridentinum ſeſſ. 6. Canon. 23. D. Auguſt. de Corrept. & gratia, cap. 13. vbi ait credendum eſt quoſdam in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere viuere, & aliquandiu fideliter iuſtè viuere, & poſteà cadere; Hoc Caluiniſtæ non credunt, ſunt tamen aliqui, qui ſpeciali Dei dono, & beneficio, ita diriguntur, & cuſtodiuntur, vt fidem, & iuſtitiam, quàm ſemel à Deo acceperunt, nunquam per peccatum mortale amittunt, quos vocamus confirmatos in gratia cuiuſmodi fuerunt B. V. Maria, Ioannes Baptiſta, Apoſtoli accepto Spiritu Sancto; & ſimiles alij?

31 Idem falſum; & Hæreticum eſt aſſerere, ſicut aſſerunt Caluiniſtæ iuſtitiam acquiſitam ſola fide conſeruari, & fidem non poſſe deficere, ſed errant in vtroque; Catholica ſententia eſt iuſtitiam acquiſitam conſeruari obſeruatione mandatorum Dei, ita docuit nos Chriſtus, Matth. 19. 17. ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & apertius Ioan. 15. 10. ſi præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea, & Paulò poſt Verſ. 14. Vos amici mei eſtis ſi feceritis, quæ præcipio vobis, & ratio eſt, quia iuſtitia non perditur, niſi per peccatum mortale, & nemo peccat mortaliter, niſi tranſgreſſione mandatorum Dei; ergo qui ſeruat mandata non peccat mortaliter, ergo nec iuſtitiam amittit. Huc ſpectat illud 2. Petri 1. 10. Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis, hoc enim facientes, non peccabitis aliquando; obſeruare autem Diuina præcepta non eſt impoſſibile, quia Deus non præcipit impoſſibilia, ſed poſſibilia, & iucunda, auxilio Diuino adiuuante; hoc fatetur Dauid, Pſalm. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum; ecce cucurrit viam mandatorum non ambulauit: vndè ille curſus? quia Deus dilatauit cor per gratiam ſuam; & ſimiliter Apoſtolus ad Philippenſ. 4. 13. omnia poſſum in eo, qui me confortat, quaſi dicat meis quidem viribus, nihil aut parum poſſum, at diuino auxilio poſſum omnia, & propter hoc auxilium dixit Chriſtus Matth. 11. 30. iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

32 Sed reuertamur ad noſtrum propoſitum de iuſtificatione relinquentes Hæreticos, qui ideò locuti ſunt falſa, quia errauerunt ab Vtero Sanctæ Matris Eccleſiæ, quæ eſt columna veritatis; dicamus ergo iuſtificationem impij eſſe maximum opus Dei, ſaltem negatiuè plurimorum attributorum, & perfectionum manifeſtatiuum; in hac aſſertione, dicitur ſaltem negatiuè eo ſenſu, & modò, quo Scotus in 3. diſt. 13. quæſt. 1.

poſuit gratiam animæ Chriſti ſummam negatiuè per non excedi à quauis alia poſſibili per abſolutam Dei potentiam; Probatur opus iuſtificationis diſpoſitiuè pendet à ſola miſericordia Dei parcentis ex Scoto in 4.d.46.q.2.nullis exiſtentibus meritis ex parte impij,immò maximè obſiſtente demeritò culpæ eum miſericorditer præueniens ei fructiferam pęnitentiam inſpiret per auxilium gratiæ excitantis,& adiuuantis,ergo iuſtificatio eſt opus maximè miſericordiæ manifeſtatiuum; auxilium hoc datum vt efficax ex D. Aug. à nullo duro corde reſpuitur, ideò eſt opus manifeſtatiuum ſapientiæ, potentiæ, & bonitatis Dei;nec fit impij iuſtificatio, niſi adſit libera eius ad Deum conuerſio; In quo verè apparet opus iuſtificatio, quàm creare Cœlum,& terram ex nihilo, maius quoad manifeſtationem potentiæ maioris, quia in creatione nihil ei poteſt obſiſtere;in iuſtificatione,obſiſtere poteſt liberum arbitrium ex Concil. Trid. ſeſſ.6. cap.5. & Can.4.

3 Quamquam Diuinæ potentiæ non repugnet de lapidibus iſtis filios Abrahæ ſuſcitare, & facere iuſtificationem omninò,& ſecundùm rem,& ſecundùm modũ miraculoſum præter Communem legem; regulariter tamen Deus citrà miraculum iuſtificat impium, quia ex Communi lege nemini viatori denegat ſufficiens auxiliũ neceſſariũ diſpoſitiuè ad iuſtificationem, nec ſubtrahit efficax niſi ponenti obicem, ideò communiter iuſtificatio impiorum in via non eſt miraculoſa præter Communes leges Dei in Sacra Scriptura reuelatas. Aliquorum tamen iuſtificatio ſecundùm modum eſt miraculoſa; Primò ſi auxilium efficax excitantis,& adiuuantis gratiæ daretur actu peccanti, & ponenti, poſitiuè obicem; talis fuit iuſtificatio Pauli actu perſequentis Chriſtum; Matthæi, actu in Telonio fænerantis, ſic Thomæ Apoſtoli reſurrectioni Chriſti obſtinatè reſiſtentis; Secundò ſi efficax auxilium ad finalem iuſtificationem daretur peccatori morti vicino grauiſſimè lapſo cui vix ordinariũ ſufficeret, ob inſtantem mortem; talis fuit iuſtificatio illius, de quo Scotus in 4. diſt. 22. q.1. Tertiò ſi efficax auxilium ad infallibilem iuſtificationem daretur peccatori habituato,vel multis peccatis irretito,cui auxilium ordinarium regulariter ſibi debitum non foret ſufficiens ob indiſpoſitionem ſubiecti, iuxtà Scotum in 4.d.20.q.1.

De ſecundò effectu Diuinæ gratiæ hoc eſt de merito bonorum operum. Art.3.

1 Eſt certum de fide hominem poſſe apud Deum aliquid mereri;patet ex Scriptura Sacra,Pſalm.37. ſecundùm opera manuum tribue illis, redde retributionem eorum ipſis, & Pſalm. 41. reddet vnicuique ſecundùm opera ſua, & alibi ſæpiſſimè, ſi ergo iudicium Dei cum creaturis liberis fit, iuxtà opera ſua propria vniuſcuiuſque quis ambiget opera hominis eſſe meritoria, vel vitæ æternæ, vel æterni ſupplicij?ideò dicit Apoſtolus. Secundò ad Timot. cap. 2. non coronabitur niſi qui legitimè certauerit cum Deus ſit Dominus ſuæ gloriæ potuit, & de facto illam expoſuit per modum mercedis, præmij,& coronæ certantibus,currentibus,laborantibus,& ſic definitur in Concil.Trid. ſeſſ.6. c.16. tanta eſt Dei erga omnes homines bonitas,vt eorum velit eſſe merita, quæ ipſius dona ſunt;ideò Can.32.definit ſi quis dixerit hominis iuſtificati bona opera,ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona, ipſius iuſtificati merita anathema ſit; Contra Lutherum, & Caluinum opinantes iuſtorum opera eſſe damnabilia vitiata, immò ſordes meras iniquitates potiùs digna ſupplicio, quam pæna.

2 Iſti hæretici apertè pugnant cum Scripturis Sacris, in quibus tanquam in exemplaribus ſpeculis opera nedum bona,& honeſta,ſed illuſtria, & heroica hominum igneum narrantur præſertim Iob, & Dauid; Iob 1.22. in his omnibus non peccauit Iob labijs ſuis, nec ſtultu aliquid contra Deum locutus eſt,& cap.23.Numquid cõſideraſti ſeruum meum Iob, quod

non

non ſit illi ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam, & Dauid Pſalm. 7. 9. Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me, & Pſalm. 16. 3. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas, & Pſalm. 118. 121. Feci iudicium, & iuſtitiam non calumnientur me ſuperbi, quid ad hæc dicis Caluinæ? Iob non peccauit labijs ſuis, & tu aſſeris omnia verba ipſius eſſe damnabiſia, Iob recedit à malo, & retinet innocentiam, & tu clamas mereri iuſtam obbrobrij mercedem; Deus non inuenit iniquitatem in corde Dauidis, & tu nihil ibi reperis niſi damnabile, Dauid non geſſit impiè, ſed fecit iudicium, & iuſtitiam, & tu audes eum calumniari; fortè ad te reſpexit cum dixit, non calumnientur me ſuperbi.

3 Idem opus puri hominis ad Deum præter præceptum, ſcilicèt alias indebitum ſine ſuper erogationis ſub auxilio eiuſdem Dei mouentis in fide, & ſpe Paſſionis, & mortis Chriſti ante iuſtificationem eſt de congruo ſatisfactorium pro culpis remittendis, & meritorium gratiæ iuſtificantis poſt iuſtificationem ſi continuetur eſt pariter ſatisfactorium, de condigno pro pæna debita pro culpis remiſſis, ſiuè in toto, ſiuè in parte pro qualitate operis, vel pro feruore charitatis in Deū. Item de condigno eſt meritorium augmenti gratiæ, & vitæ æternæ; Deus quidem abſolutè poterat nos ſibi obligare, vt quidquid ſumus, & poſſumus ei deberetur ex neceſſitate præcepti ratione, & titulo creationis, conſeruationis, gubernationis, & glorificationis, ex ipſius tamen Diuina miſericordia infinita ſciens figmentum noſtræ fragilitatis, & difficultatis ad virtuosè, & honeſtè operandum, in quauis materia; voluit quidquid operamur eſſe nobis, vel de congruo, vel de condigno eſſe ſatisfactorium, quo ad pænas debitæ, vel meritorium gratiæ, & vitæ æternæ præcipua opera pænalia, ex Scoto in 4. diſt. 15. q. 1. art. 2. principali tria ſunt ſatisfactoria Deo in ſtatu gratiæ potiſſimum nempè ieiunium cum quouis alio genere macerandi corpus; eleemoſina, & oratio ad quæ cætera alia opera exteriora reducuntur.

4 Hæc opera extra præcepta Deo indebita ex ſola voluntate præcipuè imperata per actus fidei, ſpei, & charitatis, & pænitentiæ diſponunt ſufficienter de congruo, ſub auxilio ipſius Dei excitantis, & adiuuantis ad remiſſionem peccatorum à Deo, & ad gratiam iuſtificationis, ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. Can. 3. ergo ſunt de congruo ſatisfactoria pro offenſis remittendis ad æqualitatem; quæ opera ſi continuentur poſt iuſtificationem, tunc redduntur de condigno ſatisfactoria pænæ æternæ in maiori gradu, quàm reſpondeant obſeruantiæ mandatorum Dei; eadem opera aliàs indebita extra præcepta ſic ſatisfactoria ſupponit Catholica Eccleſia in Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 9. vbi docet tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pænis ſponte à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, ſed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis apud Deum Patrem per Ieſum Chriſtum ſatisfacere valeamus, quia opus noſtrum de congruo ſatisfactorium pro culpis remittendis, & meritorium iuſtificantis gratiæ, & augmenti ipſius habet extrinſecè condignitatem, ſcilicèt ex meritò Paſſionis, & mortis Chriſti ſine quo nihil agere valemus, nec de condigno, nec de congruo; hæc ſatis de ſatisfactione bonorum operum; accedamus ad meritum.

5 Scotus varijs in locis ſuæ Doctrinæ, nempè in 1. diſt. 17. q. 2. in 3. diſt. 18. quolib. 17. art. 2. variè deffinit meritum, & inde colligi poteſt hæc vna, & adæquata deffinitio, quæ talis eſt: Ille ritum hominis ad Deum eſt bonum opus eiuſdem hominis ex auxilio Dei mouentis ab eius voluntate elicitum, vel imperatum ſecũdùm inclinationem charitatis acquiſitæ, vel infuſæ ex ordinatione ipſius, & pacto ab eodem Deo ex debito accepta-

bile in ordine ad præmium, ſiuè ex pacto ſolius promiſſionis ſuæ, ſiuè ex pacto iuſtitiæ iam à Deo poſitæ ſimpliciter commutatione. Hac definitione definitur meritum hominis ad Deum in communi abſtrahens à merito de congruo, & de condigno, in qua quædam per modum ſubiecti, & fundamenti, ſic aſſumitur bis opus eiuſdem hominis, &c. quædam per modum rationis fundandi ſic bis ex auxilio Dei mouentis, quia in relationibus extrinſecus aduenientibus, ratio fundandi extrinſeca fundamento; cætera aſſumuntur per modum formæ, ſcilicèt complures reſpectus habentes ſaltem vnitatem integritatis, tandem quædam per modum correlati, & termini prædictorum reſpectuum, & tot requiruntur termini, quot reſpectus rationis ponit formale meriti hominis ad Deum, ſiuè de congruo, ſiuè de condigno.

6 Ex his patet hanc definitionem traditam meriti nil continere ſuperflui, & nil habere diminuti, eſt definitio phyſica per omnia quatuor cauſarum genera; Cauſa materialis eſt Lij opus humanum bonum ſecundùm inclinationem charitatis propter Deum; Hæc omnia conſtituunt proximum potentiale meritoriæ bonitatis, ex Scoto quolibeto 17. in fine. Cauſa efficiens principalis eſt ordinatio diuinæ voluntatis mediante gratia ſaltem actuali, minùs principalis eſt liberum arbitrium hominis, Formalis eſt condignitus, vel ſaltem commenſuratio, vel aliqua propoſitio extrinſeca operis prædicti humani, cum præmio vitæ æternæ, vel remiſſionis peccatorum, vel ſupernaturalis iuſtificationis Cauſa formalis eſt præmium vitæ æternæ; Dices meritum de congruo, æquiuocè dicitur meritum in ordine ad meritum de condigno, quia huic de rigore iuſtitiæ debetur præmium, illi non ergo definitio tradita nequit conuenire meritò in communi abſtrahendo à merito de congruo, & de condigno, quia vniuocata non habent rationem communem. Reſpondetur negando antecedens, nam vtrumque meritum pendet ex ordinatione diuinæ voluntatis, & pacto inducente debitum iuſtitiæ in diuerſa ſpecie, ſiuè commutatiuè, ad æqualitatem ſiuè liberalis promiſſionis ex æquitate; De meritò erit Sermo infrà vberior.

7 Ex dictis patet illa famoſa diuiſio meriti in meritum de congruo, & meritum de condigno. Meritò de congruo debetur præmium, ex pacto liberalis miſericordiæ Diuinæ. Meritò autem de condigno debetur præmium non ex miſericordia Diuina tantùm, ſed, & ex pacto iuſtitiæ; Ad hoc meritum de condigno requiruntur quinque conditiones neceſſariæ. Prima vt opus ſit moraliter bonum. Secunda vt ſit libera. Tertia vt ſit hominis viatoris. Quarta vt procedat ab homine exiſtente in gratia, & amicitiæ Diuinæ. Quinta vt intercedat Diuina acceptatio, & promiſſio de compenſatione, ſeu retributione facienda; ſingulæ breuiter explicandæ ſunt. At primò quidem debet eſſe opus bonum moraliter, mala enim opera mærentur quidem pęnam, ſed non pręmium de quibus loquens D. Aug. lib. de gratia, & libero arbitrio, cap. 6. ait quæ mala ſunt non coronat Deus 2. debet eſſe liberum iuxtà communem Theologorum placitum, & colligitur ex Apoſt. 1. Cor. 9. 17. ſi volens hoc ago mercedem habeo, ſi autem inuitus diſpenſatio mihi credita eſt, & ratio eſt quia agenti inuito nihil imputatur, ſiuè præmium, ſiuè pæna.

8 Meritum pendet ab acceptatione Dei iuxta ſextam conditionem, ſed Deus poteſt acceptare ad vitam æternam, non ſolùm actiones liberas, ſed etiam neceſſarias ſicuti acceptauit ad palmam martyrij, non ſolùm mortem voluntariam Apoſtolorum, ſed etiam non voluntariam innocentium. Reſpondetur aliud eſt acceptare aliquid in vitam æternam, aliud verò acceptare ad meritum vitæ æternæ; Poteſt Deus acceptare actiones neceſſarias ad vitam æternam, non tamen ad meritum vitæ æternæ, nam meritum ſicut, & laus requirit liber-

tatem;

ratem; Vnde patet differentia inter mortem Apoſtolorum, & innocentium, Illam quia erat voluntaria acceptauit Deus ad meritum vitæ æternæ, ſed ad ipſam vitam acceptauit. Dices ſecundò, Chriſtus maximè meruit per Paſſionem ſuam, & mortem, ſed paſſio, & mors fuerunt illi neceſſariæ, quia ex præcepto diuino debuit pati, & mori, ergo Deus acceptat ad meritum non ſolùm actiones liberas, ſed etiam neceſſarias. Reſpondetur quòd Chriſtus habuerit præceptum moriendi, non eſt adeò certum; ſuppoſita tamen parte affirmatiua, obligatio illius præcepti non intulit neceſſitatem intrinſecam, ſed tantùm extrinſecam; ac proinde per eam non eſt ablata, aut læſa intrinſeca arbitrij libertas.

9 Tertia conditio operis meritorij de condigno eſt, vt procedat ab homine viatore, nam in hac vita eſt tempus certaminis, pugnæ, luctæ, & laboris. Vnde hortatur frequenter nos Scriptura, vt ſi quid apud Deum mæreri volumus id in hac vita faciamus ob futuram vitam præmij tempus, coronæ, & quietis 2. Cor. 6. 2. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, & Gal. 6. 10. Dum tempus habemus operemur bonum. Quarta cōditio vt procedat ab homine exiſtente in gratia, & amicitia Dei, ideò dicit Apoſt. 1. Cor. 13. 3. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt; & Ioan. 15. 14. Sicut palmes non poteſt à ſemetipſo ferre fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis; ego sū vitis, vos palmites; Hinc aperte patet ad fructū, ideſt ad opera virtuoſa, & meritoria de condigno facienda neceſſariam eſſe gratiam diuinā, qua homo conſtituitur viuus palmes in Chriſto, tanquam in vitæ, & ratio eſt, quia vita æterna, eſt homini indebita, & tantùm fit debita, ex gratioſa ordinatione Dei, libera, & contingente, Deus enim eſt obiectum omninò voluntarium vitæ æternæ, & fælicitatis non naturaliter attingibile ab Anima rationali pro ſtatu quolibet.

10 Quinta conditio operis meritorij de condigno eſt, vt intercedat pactum, & promiſſio Dei de compenſatione faciēda, & retributione exhibenda. Hic nonnulla quæſtio eſt inter Scholaſticos, an præter gratiam ſanctificātem requiratur hoc pactū affirmat Scotus cum alijs, negat Caiet. & plerique alij Thomiſtæ, quorū opinione relicta, Scoticam ſequimur dicentes aliud eſſe opus eſſe dignū aliqua mercede, ſeu pręmio, aliud verò operi ex iuſtitia deberi talem mercedem, ſeu pręmiū. Poteſt enim fieri, vt quis integro die laboret in alterius vinea, & labor illius ſit dignus ſtipendio, & tamen alter ex iuſtitia, nō teneatur illi ſtipendium ſoluere, niſi cum eo pactus ſit; ita res ſe habet in propoſito. Opera hominis iuſti, & exiſtentis in ſtatu gratiæ per ſe digna ſunt vita æterna, & cum ea habent proportionem, quia procedunt ex gratia, quæ eſt ſemen gloriæ, nihilominus tamen Deus non tenetur ex iuſtitia compenſare illa ſecluſo pacto, & promiſſione. Vndè & rectè dici poteſt, & breuiter huiuſmodi opera ſecluſa promiſſione eſſe digna vita æterna non dignitate iuſtitiæ, ſed proportione medij ad finē, at poſita promiſſione mereri vitam æternam ex iuſtitia. Hoc ſenſu dixit D. Aug. Serm. 16. de verbis Apoſtoli. Debitor nobis factus eſt Deus, non aliquid accipiendo, ſed quod placuit promittendo, & D. Bernard. in lib. de gratia, & libero arbitrio in fine promiſſum quidem ex miſericordia, ſed tamen ex iuſtitia perſoluendum.

11 Pro cōpleta notitia meriti obſeruandum eſt meritum de congruo non carere omninò pacto diuinæ miſericordiæ, quāuis careat pacto diuinæ iuſtitiæ, quod correſpōdet meritò de cōdigno, vt dictū eſt; In primis Scotus in 4. diſt. 14. q. 2. art. 2. in peccatore iuſtificando (ex Ezech. cap. 18. vel 21. dicente in quacumque hora ingemuerit peccator, non recordabuntur ampliùs eius peccata) dari ait meritū attritionis, neceſſariā diſpoſitionē, & meritū de cōgruo ad remiſſionē peccatorū, & iuſtificationē eius, quæ ſequitur in vltimò inſtāti illius motus perfectè circumſtantiati, & ſubdit; & ſubdit clarius ſe declarās ſi ferit

illi motus circumſtantiatus in genere moris (ſi tamen procedat ex diuino auxilio) videtur diſpoſitio omninò ſufficiens ad iuſtitiã in termino illius attritionis acquirendam; Ly omninò dicit infallibilitatem, vel neceſſitatem iuſtificationis in vltimò inſtanti illiuſque neceſſitas infallibilitatis non oritur in caſu, niſi ex pacto diuino, vel ex ordinatione illa legali; Secundò Scotus ibi ſubdit, nec hoc pactum omiſit ſequi iuſtitiam ad prædictam diſpoſitionem in termino, quem Deus præfixit debere eſſe terminum illius attritionis, quàm vſque dum vult continuari; Ly præfixit pactum, vel legem diſpoſitionem declarat.

12 Tertiò Doctor ſubtilis ducit ad inconueniens negantem hanc diſpoſitionem ex parte peccatoris ad iuſtificationem ex pacto, vel Communi lege diuina oporteret alias dicere iuſtificari peccatorem ſine omni ſufficiente diſpoſitione de congruo ex parte eius, quæ ſit neceſſaria ex Communi lege; & inde difficile eſſet ſaluari apud Deum, non dari acceptationem perſonarum, ideò concludit eſſe neceſſariam illam diſpoſitionem de congruo meritoriam, vſque ad illud inſtans ad quod Deus determinauit attritionem debere durare, vt ſit meritum de congruo, vel ſufficiens diſpoſitio vltima, ad iuſtificationem per infuſionem, ſcilicèt gratiæ, ſine Sacramento in re ſuſcepto; Idem clarius infrà, Diſponit Deus ſcilicèt regulariter per attritionem in aliquo tempore, ſcilicèt præcedente tanquam per aliquod meritum de congruo dare gratiam in vltimò inſtanti illius, & pro illa attritione pro merito iuſtificat, iuxtà illud Ioelis 1. vbi Deus ad hoc inuitat, dicens Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, conuertimini de iis veſtris malis, ſcilicet per actum credendi, ſperandi, diligendi, & pœnitendi, & præuio auxilio meo, excitantis, & adiuuantis gratiæ, & ego conuertar ad vos, per infuſionem gratiæ iuſtificantis, & ſanctificantis.

13 Item ad idem Apoc. 3. adhuc Deus, ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, ſcilicèt per aſſenſum fidei, & aperuerit mihi ianuam per actum ſpei, dilectionis, & charitatiuæ retractationis peccati introibo ad illum, ſcilicèt per habitum ſanctificantis gratiæ fundantis ius ad regnum, & cœnabo cum ipſo, ſcilicèt per donum perſeuerantiæ vſque ad finem, & ipſe mecum, ideſt erit ſemper mecum in gloria; ecce progreſſus ſanctificationis perſeuerantiæ in ſanctitate, & glorificationis procedens ex illo aperuerit audierit, &c. Item apud Iſaiam 1. ad idem inuitantur peccatores lauamini mundi eſtote auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, & venite arguite me dicit Dominus, ſi fuerint peccata veſtra, vt cocynum, quaſi nix dealbabuntur, ſi nullum præcederit ex parte Dei pactum acceptandi de congruo prædictos actus peccatorum hominum in ordine ad iuſtificationem, quomodo diceret venite, & arguite me. Igitur certum per reuelationem habetur excitatis, & innumerabilibus aliis Scripturis pactum Dei, cum peccatoribus, vt conuertantur ad Deum per motum illum, ex Scoto loco ſupracitato declaratum, & iuſtificantur veluti per meritum de congruo; Cui ex pacto gratioſo, & pure liberali ipſius Dei omninò debetur iuſtificatio; Hoc certiſſimè eſt valdè conſolatorium peccatori, non habenti copiam confeſſarii potiſſimum in articulo mortis, ſed ille actus contritionis debet habere ſua requiſita, ideò dicitur communiter contritio.

14 Ex his tamen non licèt inferre illud dogma Pelagii falſiſſimum, & hæreticum nimirum hominem ex puris naturalibus poſſe mæreri primam gratiam, ſeu primam vocationem, qua excitamur ad prædictam attritionem; hoc enim reprobatum eſt ſæpè per Concilia præcipuè Tridentinum, & ſæpiſſimè per Patres præcipuè per D. Auguſtinum exagitatum, & confutatum; homo igitur non poteſt mereri nedum primam gratiam habitualem, multò minus primam gratiam actualem, de actuali eſt certum, apud D. Paulum 10 Rom. 9. 16. vbi ait non eſt volentis, neque

que currentis, ſed miſerentis eſt Dei, & 2. ad Timoth. 1. 9. vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam, ratio eſt efficax, quia ante gratiam primam excitantem, nihil eſt in homine, niſi peccatum, & vires liberi arbitrij, & homo peccator per ſolas vires naturæ infimi ordinis, non poteſt mereri primam gratiam, quæ eſt ſuperioris, & ſupernaturalis ordinis; cum qua vires naturæ, non poſſunt habere proportionem meriti, & præmij, & ſi prima gratia daretur ex meritis iam non eſſet gratia; ſed debitum; de gratia habituali iam notum eſt, nam cùm ipſa gratia habitualis ſit principium meriti de condigno, non poteſt cadere ſub merito de condigno, & eſſe eiuſdem meriti præmium.

15 Habitam gratiam ſanctificantem, poteſt homo iuſtificatus meritis de condigno augere, ſcilicèt per bona opera, & obſeruantiam mandatorum Dei, vt patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 10. & Can. 32. & probatur Sacris Scripturis, Eccleſiaſtici 18. 29. ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, ideſt per bona opera in iuſtitia creſcere, & Apoc. 22. 11. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc; hinc petimus cum Eccleſia ad hoc dicentes da nobis Spei, Fidei, & charitatis augmentum; Immò talis iuſtificatus, & in gratia conſtitutus verè poteſt de condigno, ſibi promereri finalem perſeuerantiam in gratia; hoc eſt de fide reuelata in Sacra Scriptura, Matth. 11. *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit*, ex qua reuelatione certum eſt perſeuerantiam eſſe in noſtra poteſtate, veluti neceſſariam ad ſalutem, per continuatam operationem meritoriam illius cauſam moralem à qua pendet ſemper in fieri; quod quidem donum obtinuiſſet etiam primus Parens Adamus, ſecundùm Scotum in 2. d. 20. q. 1. Si primæ tentationi reſtitiſſet; nam ſicuti falſum eſt dogma Pelagianum liberum hominis arbitrium ſufficere ad cauendum omnem peccatum, ita Catholicum dogma veriſſimum adiuuante Deo poſſe vitare omne peccatum, atque adeò poſſe habere donum perſeuerantiæ.

16 Ad perſeuerandum finaliter in gratia duo ſunt reipſa neceſſaria; Primùm eſt phyſicus Dei concurſus immediatè conſeruatiuus ipſius gratiæ iam habitæ; Secundùm eſt ſuſpenſio omnis contrarij ex parte habentis de Communi lege ſaltem demeritoriè deſtructiui effectus eiuſdem Dei concurſus, ad primùm non exigitur nouum meritum de congruo, vel de condigno, cum regulariter ſit omninò debitus ex Communi lege conſeruatiuus gratiæ ex parte Dei, maximè cum ex Scoto quolib. 12. & Caiet. productio, & conſeruatio rei, ſit eadem numero actio Diuina diſtincta ex ſola connotatione diuerſi reſpectus rationis ad non eſſe immediatè præcedens, & ad eſſe præhabitum. Vndè regulariter ex eadem Communi lege nequit Deus concurſum conſeruatiuum gratiæ iam inhærentis iuſtificatos trahere, niſi in pęnam ob mortale peccatum demeritorium illius, ex Scoto in 4. diſt. 1. q. 1. ad argumentum, & diſt. 16. q. 2. vt moraliter perſeuerare finaliter in gratia ſit formaliſſimè vitare omne mortale peccatum, vſque ad finem vitæ per continuatam omnium diuinorum mandatorum obſeruantiam; iam de fide eſt homini iuſtificato, ſub gratia conſtituto eſſe poſſibilem obſeruantiam diuinorum præceptorum, ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. Can. 18. vt ſit ei regulariter pro exigentia talis ſtatus ſufficiens munus perſeuerantiæ, vt habeat ſufficienter vndè poſſit perſeuerare finaliter, ergo efficax auxilium, ſic de facto perſeuerandum, ſi non erit illi debitum in tali ſtatu ſaltem erit in eius poteſtate illud de condigno promęreri, ex eodem Concil. Can. 26. ſeſſ. 6.

17 Ad ſecundùm requiſitum ad donum perſeuerantiæ, nempè ad ſuſpenſionem omnis contrarij, &c. ſolùm requiritur auxilium efficax continuatum ad vitandum omne peccatum contra Diuina præcepta; per iuſtificationem reipſa datur, vt regulariter debitum ſufficiens auxilium ad ſeruanda omnia mandata Diuina, ergo ex illo

ex illo iuſtus poteſt reipſa inchoare meritum de cõdigno ad totam collectionem efficacium auxiliorum intrinſecè pertinentium ad finalem perſeuerantiam, quia nihil deeſt illi ad hoc meritum; Secundò quia quicumque poteſt mẹreri finem poteſt etiam mẹreri media neceſſaria ad finem, ſed iuſtus de condigno poteſt mẹreri finem nempè perſeuerantiam finalem, vt ſupra probatum eſt, immò ipſammet beatitudinem, vt ſtatim videbimus ergo etiam auxilia actualia, quæ ad illam obtinendam neceſſaria ſunt; Tertiò quia Deus non deſerit iuſtum, niſi ab eo deſeratur, vt ex D. Auguſt. refert Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. at qui ſi iuſtus non poſſet mẹreri auxilia gratiæ actualia, & ipſam perſeuerantiã finalẽ, iam à Deo deſereretur, quod eſt falſiſſimum, Deus enim eſt, vt inquit Apoſt. ad Philip. 1. 6. Qui cẹpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu; ſed quomodo eſſet in noſtra poteſtate ſi eſt in nobis impoſſibilis phyſicè, & moraliter ex vi meriti per modum præmij? Quomodo Deus iuſtè nos moneret ad perſeuerandum, ſi perſeuerantia non eſſet in noſtra poteſtate ſuppoſito diuino auxilio, quod ſibi ſemper adeſt? nõ eſt igitur à veritate alienum aſſerere iuſtũ, & amicum Dei poſſe de condigno mẹreri perſeuerantiam finalem in diuina gratia, & amicitia cum eſto caſu Deo adiutorio.

18 Si obijciatur Concil. Trid. quod ſeſſ. 6. Can. 16. decernit hoc modo, ſi quis dixerit magnum illud, vſque ad finem perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta, & infallibili certitudine, ſcilicèt phyſica, niſi hoc ſpeciali reuelatione didicerit anathema ſit. ergo homo iuſtus conſtitutus in gratia Dei, non poteſt ſibi de condigno mẹreri huiuſmodi donum, tàm magnum, & ſublime. Reſpondetur negando conſequentiam, nam poteſt ſtare quòd iuſtus mereatur de condigno perſeuerantiæ finalis donum in gratia; & ſi neſciat ſe certò habiturum certitudine infallibili, & abſoluta, & ratio eſt, quia omnis operatio Diuina ad extra eſt omnino contingens, itaut meritò Diuina voluntas, dicatur imperſcrutabilis intellectui creato; potiſſima tamen, & probabiliſſima coniectura habendi huiuſmodi donum perſeuerantiẹ eſt benè ſentire de Deo, de eius bonitate, & in promiſſis fidelitate, & iugiter vacare obſeruãtiæ prẹceptorũ, & mandatorũ Dei; hæc enim duo ſunt in libera poteſtate iuſti in gratia Dei conſtituti, & conſequenter habere tale donum, ſic enim nũquam deſereretur à Deo, & qui incepit in eo opus bonũ perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.

19 Perſeuerantiã in bonis operibus in hac mortali vita ſequitur in æterna vita retributio prẹmij, quod conſiſtit in æterna beatitudine, quod quidẽ prẹmium homo viator iuſtus conſtitutus in gratia Dei poteſt de cõdigno promẹreri; ſupponitur hic ex ordinatione diuina hominẽ per gratiã eleuatũ ad æqualitatẽ cum Deo per imitationẽ, quod habitus infuſus gratiæ, ex eadẽ ordinatione Dei ſit mediũ, vel proximũ fundamẽtũ illius æqualitatis in ſolo genere doni, & beneficij eiuſdẽ Dei; ſupponitur quoque pactum iuſtitiæ ex liberis decretis eiuſdem Dei initum nobiſcũ Matth. 1.9. reuelatum: ſi vis ad vitã ingredi ſerua mãdata; hoc agamus benè, vt illud habeamus plenè inquit D. Aug. & Luc. 12. quid faciendo, & vitã æternã poſſidebo? in lege quid ſcriptum eſt, &c. hoc fac, & viues, & Rom. 2. reddet vnicuique ſecundùm opera ſua, & 2. Cor. 5. omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt refferat vnuſquiſque propria corporis (ideſt facta humana in corpore cũ erat viator,) provt geſſit, ſiue bonum, ſiue malũ, & 1. ad Tim. 4. Bonum certamen certaui, &c. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Declaratur in Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 16. Benè operãtibus vſque ad finẽ, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Chriſtũ Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda: ergo de fide eſt hominem iuſtum in gratia poſſe de condigno mẹreri vitam æternam, vide Concil. prædictũ ſeſſ. 6. Can. 32.

20 Quamuis homo iuſtus, gratus, & amicus Dei, dũ eſt in via non poſſit mẹreri reparationẽ proprij lapſus in peccatũ; Probatur

batur ex illo Ezec. 10. 24. ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitaté omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat nó recordabuntur; tamen aliquis Sanctus, ſiuè ſit in via, ſiuè in patria poteſt peccatori promereri, primũ gratiæ auxilium efficax excitãtis, & adiuuantis illum ad infallibiliter obtinendam à Deo primã gratiam iuſtificantem, ſic de facto promeruit D. Steph. Paulò, ſic aſſerit D. Aug. in illud c. 7. actuũ poſitis genibus clamauit voce magna dicens, *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum*, vbi ait ſi Martyr Steph. non ſic oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet, ſed ideò de terra ereptus eſt Paulus, quia inclinatus eſt Stephanus. Secundò ſic Apoſtoli meruerũt exaudiri à Chriſto pro Cananea, rogabãt eum dicentes, dimitte eam, quia clamat poſt nos; ſtatim non fuit exaudita, quia in ſeipſa non benè humiliter diſpoſita, immò poſitiuè indiſpoſita erat, ideò de cõdigno ei Apoſtoli impetrarunt efficax auxilium, quo ſe humiliter priùs diſponeret, quã ſanitatem ſuæ filiæ obtineret, fiat tibi ſicut vis. Tertiò Monica meruit à Deo conuerſionem filij ſui Auguſtini vnici, vt inde Eccleſia vocet dupliciter Matre, quia eum mundo, & Cælo peperit. Nec dubium eſt plures huiuſmodi cõuerſiones fieri in Eccleſia meritò ſolũ Sanctor. in Cęlo regnãtium, ſed etiam iuſtorũ nobiſcũ viuentiũ.

21 Sed hic valdè notandum, quod vtraque gratia prima efficaciter diſponens, & prima iuſtificans, & augmentũ eius cadit ſub meritò de cõdigno Chriſti, qui ſic meruit omnibus etiã formalem electioné ad gloriã, & queuis alia dona ſupernaturalia infallibiliter eleuãtia prædeſtinatũ ad ſtatum gloriæ, ſic enim (vt inquit Scotus in 4. d. 2. q. 1.) diſpoſuit Sanctiſs. Trinitas ſic eſſe Chriſtũ perfectiſſimam causã meritoriã gratię in toto genere humano, vt õne meritũ, ſiuè de condigno in homine ad promerendũ ſiuè ſibi, ſiuè alijs aliquid à Deo habeat efficaciã à mente ipſius Chriſti, vt in nomine ipſius tantũ debeamus ad Deũ preces pro nobis, & pro alijs fundere, & gratiã illis promereri, ideò dicitur Chriſtus Mediator Dei, & hominũ ex 1. ad Timot. c. 2. vt iure Eccleſia ſemper in nomine eius precetur per Chriſtũ Dominũ noſtrũ; Ipſemet Chriſtus reuelauit hãc Dei legalem diſpoſitioné per ſolũm ipſum mediatoré conferre nobis etiã per modũ meriti noſtri quidquid petimus pro nobis, vel pro alijs ad conſequendã vitam æternam, ſic Ioan. 13. quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam, &c. quodcumq; petieritis Patré in nomine meo det vobis, & alibi ſæpè. Ideò inquit D. Iacobus 1. vlt. multùm valet deprecatio iuſti aſſidua, & addit, orate pro inuicé vt ſaluemini. Hæc de pręmijs ſupernaturalibus meritorum.

22 In veteri teſtamento bona tẽporalia à Deo conferebantur per modũ *pręmij* figurando tamé in eis veras diuitias æternæ gloriæ, iuxtà illud Pſal. 143. Beatũ dixerũt cui hæc ſunt, ergo periculoſum eſt negare bona temporalia cadere aliquo modo ſub merito. In nouo teſtamẽto bona tẽporalia in eo gradu, tantùm in quo prædeſtinatis vtilia ſunt in præſenti vita mortali ad promerendã vitã æternã cadũt ſub meritò de condigno quatenus ſcilicèt eadé bona tẽporalia ordinantur in prædeſtinatis ad cõſeruãdũ eos, primò in hac vita mortali, vt viuentes ad menſuram meritorum perueniãt per exercitia virtutũ, tum pietatis, & religionis erga cultũ Dei, tum charitatis, & miſericordiæ erga proximũ, ſed valdè notandũ eſt bona temporalia, non dari iuſtis ſecundũ proportioné, & quantitatem meritorum, ſed prout magis, vel minus eũ ducũt ad vitæ æternæ conſecutioné, vndè fit vt multi iuſti relinquantur in extrema paupertate, alij affluant omnibus diuitijs, alij in medio conſiſtant ſecundũ præſcriptum diuinæ prouidentiæ, prout declarat, D. Iacobus in ſua Canonica Epiſtola.

In hoc opuſculo de gratia actuali, & habituali cõprehẽſo in folijs viginti à me ſingulariter ſignatis in extrema cuiuſcumque parte, nihil continetur, fidei, moribus, vel Summorum Pontificum, pro hac materia Decretis contrarium, quamuis Authoris nomen in eo reticeatur.

Hac die vlt. Maij 1679.

Fr. Laurentius de Laurea Minor. Conu. Conſult. S. Officij.

De Virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate. Cap. II.

De fidei eſsentia Diuiſionibus, & proprietatibus. Artic. I.

1 HOc nomen Fides eſt æquiuocum, quia ſignificat plura diuerſæ rationis; Primò enim ſignificat fidem, ſeu credulitatem Diuinam, qua credimus vera eſſe quæ à Deo dicta, ſeu reuelata ſunt; Hebr. 11. 6. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; Secundò fidem, ſeu credulitatem humanam, qua credimus vera es quæ ab homine dicuntur; Tertiò conſcientiam, Rom. 14. 15. omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, ideſt quicquid facit homo contra dictamen propriæ conſcientiæ in eo peccat; & hoc ſenſu dicunt Iuris conſulti; Poſſeſſor bonæ fidei præſcribit; Quartò fidelitatem in ſeruandis promiſſis; Hic eſt Sermo de fide, primò modò ſumpta, ideſt de fide Diuina, qua credimus vera eſſe quæ à Deo reuelata ſunt; quæ primò ſe offert pertractanda inter virtutes Theologicas, non quidem dignitate, & perfectione, ſed origine, & neceſſitate; Ideò meritò, D. Paulus dicebat Hebræis, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 8. docet fidem eſſe humanæ ſalutis initium principium, & radix totius iuſtificationis, nec Charitas poſſet tendere in Deum ſummè amabilem, niſi priùs per fidem talis oſtenderetur.

2 Definitio fidei tradita ab Apoſtolo, D. Paulo ad Hebræos 11. dicente eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, ſic explicatur à Gloſſa de ſumma Trinit. & Fide Catholica, cap. Firmiter; Dicitur ſubſtantia ſperandarum rerum quas ſperare debemus; Argumentum non apparentium, quia per Prophetias, iam completas debemus habere argumentum, ideſt probationem non apparentem de futuris complendis, ſcilicet de die Iudicij, & de fine Mundi; Verùm hæc explicatio parum Magiſtralis, ac Theologica eſt; Ideò aliter explicatur. Fides dicitur ſubſtantia; quia hoc nomen ſubſtantia, vt hic accipitur, ſignificat primùm cuiuſcumque rei fundamentum, & ſuſtentaculum quod fulcit, & ſuſtentat cætera, & quia cæteris ſubſtat dicitur ſubſtantia, ideſt ſubſtentatio; ſicut ergo in Domo fundamentum eſt quædam inchoatio, in cuius virtute tota domus continetur, ita fides eſt fundamentum, ſuſtentaculum omnium, quæ ſperamus in alia vita, habemuſque in fide, quandam vitæ æternæ inchoationem, in cuius virtute continentur omnes res, quæ ſperantur, atque ita qui credit, certo, & firmiter aſſentit per fidem euentura ſibi ea, quæ ſunt in alia vita; Vnde D. Paulus 1. ad Cor. 3. ait fundamentum aliud, nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ideſt Fides Ieſu Chriſti; Dicitur etiam ſubſtantia, quia facit res, quas ſperamus ſubſiſtere, quaſi dicat tam certi ſumus per fidem de rebus quas ſperamus, ac ſi illæ in rerum natura ſubſiſtere.

3 Secunda particula eſt Sperandarum rerum, in qua intelligitur beatitudo, quæ eſt præmium iuſtorum, & pæna Inferni, quæ ex ſtipendium impiorum pro ſuis peccatis, & quamuis verum ſit, quod per fidem, non ſolùm credimus futura, ſed etiam præſentia, & præterita, definitur tamen fides per futuram beatitudinem, quia inſtrumentum aptè definitur per ſuum finem; Fides verò eſt inſtrumentum conſequendæ beatitudinis poniturque in numero plurali ſperandarum rerum; quia Incarnationem, quam credimus præteritam ſperamus viſuros in Beatitudine, & multa alia, quæ quia numero plura ſunt, & ſperamus ea videre, ideò in numero plurali ponuntur, & quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina, ideò in hac particula intelligimus, quod per fidem credimus finem malorum, qui eſt mors æterna, in

quàm

quàm credimus per venturos eſſe peccatores; Tertia particula eſt argumentum, & ſignificat conuictionem, quia Intellectus conuincitur auctoritate Diuina, ſeu eius dictis ab ea reuelatis, ita certus aſſentit, ac ſi oculo Corporis videret ea quæ credit, Fides enim duo habet, primùm facere nos certos de ineuidentia rerum; Secundùm firmare, & fundare ſpem; Quarta particula; Non apparentium, quia res fidei modò non videntur, ſed latent.

4 Hæc definitio explicat totam eſſentiam, & quidditatem fidei, ſapienter, & doctè oſtendit, D. Bonau. in 3. diſt. 23. art. 1. q. 5. Tunc enim definitio eſt rectè aſſignata (inquit ille) quando nihil continet ſuperfluum, nihil etiam diminutum, & hoc eſt quando per ipſam notificationem ipſius definiti eſſentia planè indicatur, & apertè manifeſtatur, & ab omnibus alijs ſeparatur, hoc autem eſt reperire in propoſito, ſi quis attendat; Nam ipſa fides ſecundùm eſſentiam ſuam, aliquid reſpicit ex parte Intellectus, & aliquid ex parte affectus; habet enim affectum ſtabilire, & intellectum illuminare, & in quantum affectum ſtabilitat dicitur ſubſtantia, ſiuè fundamentum, in quantum verò Intellectum illuminat, dicitur argumentum, vt ergo plenè fidei eſſentia explicaretur oportuit eam definiri, ſeu notificari, vt diceretur ſubſtantia ſimul, & argumentum; Debet enim totam eſſentiam definiti claudere, & eam apertè notificare; Debet etiam definitio definitum ab omnibus ſeparare, dicitur in definitione argumentum non apparentium, vt fides diſtinguatur ab habitibus aliarum virtutum.

5 Fides ex D. Damaſceno, lib. 4. de fide, cap. 11. duplex eſt prima eſt acquiſita, quam ex auditu per Doctrinam aſſequimur, cum edocemur articulos fidei, aut audientes Verbum Dei dicimus, quæ nobis credenda proponuntur, & de hac loquitur D. Paulus ad Roman. 10. dicens, quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? ergo fides ex auditu eſt, auditus autem per Verbum Chriſti; Et huiuſmodi fides, vt habeatur efficax debet bonis operibus comprobari, & Diuinorum obſeruatione mandatorum fulciri; De ijs enim qui ore quidem credunt, ſed operibus à fidei pietate abhorrent, dicit D. Paulus ad Titum 1. Qui dicunt ſe noſſe Deum factis autem negant; Altera autem eſt fides infuſa Animabus eorum, qui Baptiſmum ſuſcipiunt, & vna de numero Chariſmatum Spiritus Sancti, inſpirantis eam in cordibus fidelium; quam Apoſtolus ad Hebræos 11. definit definitione ſupra declarata. Hæ duæ fides Infuſa, & acquiſita, quadruplici differentia ab inuicem differunt, vt docet Gabriel in 3. diſt. 23. q. 2. quam accepit à Scoto, in quolib. 14. art. 1.

6 Primò differunt, quia fides acquiſita eſt habitus naturalis naturaliter acquiſitus ex actibus credendi frequentatis, ſed fides infuſa eſt habitus à Deo ſupernaturaliter, & immediatè in Anima Creatus; Secundò differunt, quia fides acquiſita immediatè inclinat ad actum credendi, nec aliud coexigit, niſi appræhenſionem credibilis, nam credens docentem, aliquod credibile eſſe veracem; ſtatim credibili reuelato, aſſentit, at fides infuſa, numquam inclinat ad actum credendi, immediatè reſpectu cuiuſcumque credibilis, ſine habitu fidei acquiſitæ; nam ſi puer Baptizatus nutricatur inter infideles, & non informetur de his quæ ſunt fidei habet quidem fidem infuſam, reſpectu huius credibilis, Deus eſt Trinus, & vnus, vel Deus factus eſt homo, & tamen non poteſt aliquem actum, circa illud credibile elicere, ſecluſo miraculo diuinæ reuelationis, & illuminationis, niſi inſtruatur, & credat per fidem acquiſitam, & per inſtructionem; Tertiò differunt, quia fides infuſa eſt vnica, circa omnes articulos credendos, non ſic fides acquiſita, quia licèt fides infuſa, & acquiſita ſint de eiſdem articulis, & credibilibus, tamen non omnium credibilium eſt vna fides acquiſita, ſicut eſt vna fides infuſa, ſed ſunt tot fides acquiſitæ, quot credibilia; Quartò differunt, quia fides infuſa corrumpitur

per

per quemcumque errorem, circa quemcumque articulum, fides autem acquiſita vnius articuli ſtat cum errore reſpectu alterius articuli,

7 Sacrum Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 5. & 6. docet neceſſariam eſſe fidem; qua credamus reuelata à Deo, & quod per gratiam Dei, & redemptionem à Christo factam iuſtificatur peccator, vt præparemur ad iuſtificationem. Quam fidem definit, & à nemine haberi poſſe, abſque auxilio Dei, & gratia præueniente, ſic enim ait Can. 3. ſi quis dixerit ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atque adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, & pænitere poſſe, ſicut oportet vt ei iuſtificationis gratia conferatur Anathema ſit; & hæc fides ſic diſponens ad iuſtificationem, neque eſt habitualis, neque formata, neque infuſa, ſed tantùm actus credendi res fidei, quem actus nullus habere poteſt, niſi ſpeciali Dei auxilio, Scotus autem in 3. diſt. 23. q. vnica, non loquitur de huiuſmodi actu fidei ſecundùm quod per illum diſponimur ad iuſtificationem, de tali namque fide numquam negauit, ſed potiùs docuit non poſſe fieri abſque auxilio ſpeciali Dei; Hæc eſt mens Scoti, probare habitum fidei infuſæ eſſe neceſſarium cuilibet adulto ad credendum, quia ſi aliquis Gentilis deſideret fidem, & Baptizatus moreretur conſequeretur vitam æternam, & tamen nundum habuiſſet acquiſitum habitum fidei acquiſitæ, quia ad illud acquirendum requiruntur plures actus, quos ille in tali caſu non potuit habere in tàm paruo tempore.

8 Certum eſt, quòd in nobis eſt fides acquiſita reuelatorum credibilium; Probatur primò authoritate, D. Auguſtini contra Epiſtolam Manichæi, quæ dicitur fundamentum dicentis Euangelio non crederem, niſi Eccleſiæ me moueret authoritas, patet igitur ſecundùm D. Auguſtinum, non eſſe credendum libris Sacris, niſi quia Eccleſia docet credendum eſſe illis, & ita inquit D. Auguſtinus; Non credimus Euangelio Nazarenorum, ſed quatuor Euangelijs; quia hæc approbat Eccleſia, illud verò reprobat, ex hoc dicto D. Auguſtini, ſic arguitur; ſicut Hiſtorijs famoſis credimus fide acquiſita, aut audiendo eas ab hominibus fide dignis propter authoritatem ipſorum, ita fide acquiſita credimus Hiſtorijs Sacrorum librorum narrante Eccleſia, & eius Prædicatoribus propter authoritatem Eccleſiæ approbantis illos Libros, & nobis proponentis, & narrantis, ergo certum eſt, quòd in nobis eſt fides acquiſita; Ita quod credibili reuelato poteſt quis dupliciter aſſentire, priori modò quia credit reuelantem eſſe veracem, & nolle mentiri; aliò modò propter authoritatem approbantis illud credibile fuiſſe reuelatum ab homine veraci, & nolente mentiri.

9 Secundò probatur, ſi puer Iudæus non baptizatus educaretur ab infantia inter nos audiendo Prædicatores haberet fidem de rebus, quas nos Chriſtiani credimus, at ille non haberet fidem infuſam, quia vt ſupponimus non eſſet baptizatus; ergo talis crederet per fidem acquiſitam; ſicut ergo fide acquiſita ex auditu parentum, & aliorum credo multa tempora tranſijſſe; Mundum etiam non incepiſſe mecum; Credo etiam Hieroſolymam eſſe quam non vidi ex reatu dignorum; ſic & reuelatis in Scriptura per fidem acquiſitam ex auditu firmiter adhæreo credendo Eccleſiæ approbanti veritatem authorum illorum; Tertiò probatur ex D. Paulo ad Rom. 10. dicente. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante, ergo fides eſt ex auditu, & auditus à prędicante; Prædicare autem nullus poteſt, niſi mittatur, ergo de primò ad vltimum nullus poteſt credere, niſi audiat aliquem prædicantem; Hoc argumentum non valet, niſi fiat Sermo de fide acquiſita, quia fides generatur in homine ex hoc, quia audit Verba prædicantis eis adhibendo fidem; Ex dictis reaeendum eſt tanquam certum nedum in Doctrina Scoti, ſed D. Pauli, & D. Auguſtini locis citatis, quod reuelatorum in Scriptura eſt nobis fides acquiſita generata

ex au-

auditu, & ex actibus noſtris, qua eis firmiter adhæremus.

10 Hoc poteſt vlterius confirmari; ſi aliquis Baptizatus, & credens omnes articulos fidei cadat in Hæreſim contra vnum articulum, habet fidem aliorum articulorum, quia eis firmiter adhæret, & non infuſam; quia in Hæreticis non manet fides infuſa, ergo talis habet fidem acquiſitam de rebus reuelatis, verb. gr. ſi quis Baptizatus credens omnes articulos erret deindè circa vnum tantùm, ſcilicèt Trinitatem Perſonarum, & vnitatem eſſentiæ; tamen ſentit ſe firmiter adhærere cæteris credibilibus, non enim oportet errantem circa vnum articulum errare circa omnes, quia hæreſes non ſunt neceſſariò connexæ; Ille vtique ſine fide Infuſa credet alijs articulis, quia fides infuſa corrumpitur cum Hæreſis generatur, nam Hæreſis, & fides infuſa licèt non repugnent formaliter, repugnant tamen demeritoriè, atque adeò non ſunt ſimul; Quemadmodum Charitas, & peccatum mortale non poſſunt ſtare ſimul; Igitur de fide acquiſita credat alios articulos, quæ ſcilicèt fuit cum infuſa præcedente ſi aliqua talis fuit, non enim in illo inſtanti, in quo corrumpitur fides infuſa per Hæreſim generatur primò fides acquiſita, nam ille error, non eſt pro tunc diſpoſitio ad fidem, immò eſt indiſpoſitio vt pro tunc non generetur; Igitur præfuit ante illum errorem, atque ita certum eſt in nobis eſſe fidem acquiſitam.

11 Non eſt naturaliter ſcitum, vel ſcibile demonſtratiuè à priori, vel à poſteriori habitum fidei ſupernaturalem dari à Deo infuſum regulariter neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem patet diſcurrendo per ſingulas Cauſas, non per Cauſam aliquam efficientem, quia nulla eſt niſi ſolus Deus reuelans Cauſans, & infundens, ſed Deus vt ſic non eſt ſcitus ab Intellectu noſtro naturaliter, nec ſcibilis, nec demonſtrabilis ergo; non eſt naturaliter demonſtrabile per Cauſam efficientem habitum fidei ſupernaturalem dari à Deo Infuſum regulariter neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem; Hæc per Cauſam formalem, quia nulla forma naturalis datur in Intellectu noſtro pro ſtatu iſto, ex cuius cognitione poſſimus demonſtrare huiuſmodi neceſſitatem, quæ cum ſit ordinis purè, & ſimpliciter ſupernaturalis non poteſt demonſtrare in eſſe per formam, aliquam formam ordinis naturalis. Non in genere Cauſæ materialis, cum natura humana ſecundùm partem Intellectiuã ſit ex ſe Capax immediatè cuiusvis perfectionis ſupernaturalis, tàm in actu primò, quàm in actu ſecundò, vt nulla requiratur ex natura rei diſpoſitio etiã ad recipiendos actus beatificos, ex Scoto in 4. diſt. 49. q. 11. alioquin daretur proceſſus in Infinitum in diſpoſitionibus in hoc genere, cum ipſemet habitus fidei non minus ſit ſupernaturalis, quàm aſſenſus fidei perfectus.

12 Non in genere Cauſæ finalis cum nullus habitus ſit vltima perfectio potentiæ, vel quid optimum, vel vltimum eius, immò habitus quicumque eſt propter actum, & non è contra; Nec in genere medij, vel inſtrumenti inſeruientis agenti ad attingendum finem commenſuratum ſuæ potentiæ, cum Cauſalitas inſtrumenti ad genus efficientis reuocetur, eſtque ſolùm neceſſaria Cauſa inſtrumentalis agẽtibus corporeis per ſeipſa, ſeu per propriam formam nequientibus immediatè attingere principalem effectum ad quem ordinatur naturalis actiuitas ſuæ formæ. Patet in cunctis elementis non valentibus generare ſibi ſimilia, ſine inſtrumentarijs formis accidentalibus, ergo certa eſt ſupra poſita Concluſio, neque à priori, neque à poſteriori poſſe naturaliter demonſtrari habitum infuſum fidei dari neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem, virtualiter, vel actualiter credentem; contra ſententiam D. Thomæ ponentis eſſe neceſſarium infuſum habitum fidei, tanquam ſupernaturale principium credendi commenſuratum, vel proportionatum credibili; Quippè quòd commenſuratum, vel proportionatũ redditur per Diuinam reuelationẽ ſignus

exte-

bitus fidei, quaſi annulus digito noſtri Intellectus, hanc ſignificauit Virgo Agnes, annulo ſuo ſubarrauit me Dominus meus Ieſus Chriſtus.

16 Hic habitus fidei à Deo infuſus aliquos exercet effectus reales, vt non ſit à parte rei omninò ſuperuacaneus, & otioſus; Probatur primò eſt habitus realis de genere qualitatis, ergo habet effectum formalem realem ſibi commenſuratum à ſe inſeparabilem, qui eſt intellectum noſtrum decorare, venuſtare ſpiritualiter ornare; De qua venuſtate habetur in Canticis, cap.4. oculi tui columbarum; Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum; Hæc eſt noſtri Intellectus ſpiritualis pulchritudo in via Deo dilecta, ex qua oculi noſtri intus dicuntur Diuini, eſtque tantus eius ſplendor, vt more humano Deus de ſingulari eius affectu ibidem, cap.4. reuelauerit; Auerte oculos tuos à me, quia ipſi mea volare fecerunt; Secundò præſtat quoque vtrumque effectum realem acquiſitio habitus; In genere Cauſæ formalis per modum ponderis Intellectum inclinat ad facilius credendum, & in genere efficientis auget eius natiuam virtutem ad eliciendum aſſenſum intenſiorem, perfectiorem, & firmiorem; Quamuis huiuſmodi effectus præſtentur ſufficienter per habitum acquiſitum, vt inde non ſit hic habitus ad hunc finem ſimpliciter neceſſarius; Nihilominus hi duo habitus, ſimul vniti augent magis credendi facilitatem, & natiuam Intellectus virtutem ad eliciendum firmiorem, ac intenſiorem aſſenſum.

17 Hic habitus fidei Infuſus exercet in noſtro Intellectu alios duos effectus morales; Primùm illum ſanare; Secundùm illi inſeruire per modum inſtrumenti ad regulariter habendam obiectiuam præſentiam credibilium ſub formali motiuo Diuinæ reuelationis; Concluſio quoad priorem effectum patet ex Scoto in 3. qui ſupponens totam humanam naturam ex peccato primi parentis vulneratam, iuxtà illud Lucæ 10. & à Chriſto verò Samaritano ſufficientiſſimè ſanatam ex Gregor. Homil. 18. in Euangelio meritoriè perfectè in Baptiſmate ibi de fide eſt ſanari Intellectum per infuſum habitum fidei; Voluntatem ſecundùm affectionem commodi per infuſum habitum ſpei, & ſecundùm affectionem iuſtitiæ per infuſum habitum Charitatis, vel gratiæ. Hæc ſanitas noſtri Intellectus per habitum non eſt naturalis, ſeu phyſica, cum nec in hoc genere naturæ per peccatum fuerit eius infirmitas, ſeu vulnus; ſed vulnus peccati in eadē parte Intellectiua hominis eſt quædam inhabilitas rectè iudicandi in particulari de ſingulis ſpeculatiuè, vel practicè, & honeſtè eligendi ob dependentiam illius partis in agendo, & operando à parte ſenſitiua; Ideò inhabilitas illa ob dependentiam eſt pęnalis non naturalis ex Scoto in 1.diſt.3.q.3.§.his viſis, & quolib. 14 art.2. ergo moraliter tantùm habitus fidei infuſæ à Deo ſanat noſtrum Intellectum ſicut moralis eſt eius infirmitas.

18 Quoad poſteriorem effectum patet ex eodem Scoto, quomodo lumen gloriæ habituali in Patria Communiter eſt neceſſarium ad Deum beatifice videndum ex 1.d.17.q.2.in calcè, ſic non aliter communiter eſt ponendus neceſſarius hic habitus infuſus fidei in via ad credendum in Deum in noſtro Intellectu cum ex Scoto in 3.diſt. 32. ex communi ſaltem lege habitui huic fidei in via ſuccedat habitus luminis gloriæ in Patria; Lumen gloriæ habituali eſt ſolùm inſtrumentaliter neceſſarium ex ſola Communi lege Dei inſeruiens ex vi primariæ ſuæ infuſionis ad habendam præſentiam Dei obiectiuam immediatè in ſua propria exiſtentia, & ſecundariò tantùm ad videndum Deum intenſius, & perfectius; ergo ſimiliter hoc lumen fidei habituali erit ſolùm neceſſarium ex Communi Legi Dei, ex primaria ſui inſtitutione inſeruiens ad habendam præſentiam obiectiuam credibilium, ſub Diuina reuelatione, & ſolùm ſecundariò per modum Cauſæ ad eliciendum aſſenſum credendi intenſiorem perfectiorem, & firmiorem; obiectiua enim præſentia credibilium ſub neceſſariò prę-

requiſitis ad credendum eſt Intellectui noſtro ſupernaturalis in genere gratiæ non ſecus ac præſentia Dei obiectiua in ſua exiſtentia ad ipſum videndum beatificè.

19 Eſt Orthodoxa Doctrina contra Lutherum, & Caluinum veram fidem hoc eſt Theologicam, quam definit Apoſtolus ad Hebræos 11. quæque vnà cum alijs virtutibus Theologicis in Scripturis requiritur ad ſalutem cum Charitate, & ſine Charitate poſſe conſtare, ac proindè quoad rem ipſam attinet optimam eſſe diſtinctionem illam Theologorum fidei in formis, & formatæ; Ita enim in Concil. Trid. aduerſus hos Hæreticos definitum eſt, ſeſſ. 6. cap. 15. & Canon. 28. quam Doctrinam à Chriſto, & Apoſtolis Eccleſiæ traditam, & ab ea perpetuò retentam, hæc poſſunt argumenta docere; Primò Chriſtus inquit Matth. 7. omnis qui audit Verba mea hæc, & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper Arenam; poteſt igitur quis audire verba Chriſti, & eis credere, & tamen non eſſe in gratia, & hoc idem poſſunt illa verba Chriſti ad Apoſtolos; ſi hæc ſcitis beati eritis ſi feceritis ea; Nam ea ſatis innuunt fieri poſſe, vt quis ſciat mandata Chriſti, & eis fidem adhibeat, & tamen illa non faciat; Idem apertius oſtēdit Chriſtus in Parabola filij Prodigi, Lucæ 15. nam vtique ille fidem habebat, cum in ſe reuerſus dixit; Quanti Mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo; Item in Euangelio Ioan. cap. 12. apertè teſtatur, multos ex principibus Iudæorum credidiſſe in Chriſtum, ſed dilexiſti eos magis gloriam hominum, quam gloriam Dei.

20 Diuus quoque Paulus, idem apertius teſtificat 1. Cor. 13. his verbis ſi habuero omnem fidem, itaut Montes transferam Charitatem autem non habuero, nihil ſum in quibus Verbis innuit, ita poſſe fidem inueniri abſque Charitate, ſicut certò ſcimus Prophetiam, & cognitionem myſteriorum Diuinorum, & eleemoſinas, & tolerantiam mortis non raro inueniri abſque Charitate; Demum apertiſſimè D. Iacobus (cuius Epiſtolam Canonicam, Lutherus impudenter vocat Stramineam) teſtatur fidem eſſe in peccatoribus; Quid proderit (inquit) cap. 2. Fratres mei, ſi fidem quis dicat habere opera autem non habeat? numquid poterit fides ſaluare eum? quibus Verbis apparet affirmare fidem, quandoque eſſe ſine operibus, ſed ſine illis non poſſe quemquam ſaluare; & ſtatim peccatorem interrogat; Tu credis quoniam vnus eſt Deus, & quaſi annuenti ſe credere mox ait benefacis, ſed ne tali fide putaret quiſpiam ſe ſaluum fore adiecit ſtatim; etiam fidem etiam eſſe in dæmonibus, & otioſam ac planè mortuam eſſe, ſicut Corpus Spiritu deſtitutum; Ecce ex D. Iacobo clara fidei diſtinctio in Informem, & formatam.

21 Charitas eſt forma fidei, ita omnes Theologi cum D. Paulo ad Gal. 2. fides inquit per dilectionem operatur, ſed vnumquodque operatur prout eſt in actu per formam, quia operari eſt à forma; Charitas non eſt forma fidei phyſica, aut naturalis, intrinſeca ſubſtantialis, vel accidentalis cuius eſt triplex proprietas, nempè inhærere materiæ, dare illi ſpeciem, & eſſe principium operationis, vt forma ignis inhæret materiæ ignis, & dat igni talem ſpeciem eſt principium, quo ignis ignit calefacit, & comburit; non ſic Charitas reſpectu fidei, ſed eſt ei forma extrinſeca, nam Charitas eſt in voluntate, vt in ſubiecto fides verò in Intellectu, vt infrà magis patebit, ergo Charitas extrinſecè ſe habet ad fidem, cui quamuis non det ſpeciem, & operationem ſecundùm ſpeciem, vt forma ignis Materiæ ignis, extrinſecè tamen, & moraliter, tribuit illi pulchritudinem, tribuendo meritum, & pulchritudo eſt à forma; Item tribuit illi robur, & firmitatem contra tentationum pericula, quibus fides, ſine Charitate periclitari ſolet; Tertiò quia tribuit illi perfectionem, quæ ordinat illam in vitam æternam; Quartò quia tribuit illi operationem ſpiritualem, & conſequenter vitam à qua dicitur fides viua.

22 Fides

22 Fides abſolutè eſt appellanda virtus; Probatur ex Clementina de Summa Trinitate, & fide Catholica §. rerum ubi Clemens V. abſolutè appellat fidem, Spem, & Charitatem, tres virtutes infuſas, & Theologicas; fides formata eſt vera virtus habens perfectum ſtatum virtutis; ita Communiter Theologi; Primò quia facit bonum habentem per inclinationem ad rectè, & laudabiliter operandum; Secundò quia eſt diſpoſitio perfecti ad optimum actum poſſibilem Viatori, actus enim fidei formatè eſt elicitus ab Intellectu perfecto fide, & imperatus à voluntate perfecta Charitate; eſt etiam laudabilis, & circa difficile; & productus prompti, facilè, & delectabiliter, & firmiter fertur in verum inuiſibile, & propter vltimum finem ſupernaturalem; Item actus fidei formatæ concurrit ad iuſtificationem ergo eſt actus veræ virtutis; Deindè fides formata eſt principium faciendi actum perfectum ergo eſt virtus; Probatur antecedens, quia actus fidei formatæ eſt aſſenſus veritatis infallibilis ex parte Intellectus ordinatus per Charitatem in vltimum finem ex parte voluntatis ergo eſt actus perfectus; Dices fides non dependet à Charitate quantum ad habitum ergo, nec quantum ad actum vt ſit virtuoſus, & per conſequens Charitas non eſt perfectio fidei conſtituens ipſam virtutem; Reſpondetur diſtinguendo conſequens, de actu veræ fidei extra rationem perfectæ virtutis conceditur de actu verò optimo in ratione virtutis perfectæ negatur.

23 Fides informis eſt propriè virtus; Probatur ſuppoſita definitione virtutis tradita ab Ariſtotele 2. Ethicor. cap. 2. quæ eſt huiuſmodi; Virtus eſt quæ bonum facit hominem habentem, & opus eius bonum reddit; Quæ definitio non ſic eſt Intelligenda, vt dicamus temperantiam verbi gratia facere ſimpliciter bonum habentem, ſed in ſuo genere, temperantia enim facit temperatum, & fortitudo fortem, hoc ſuppoſito probatur intentum; Virtus eſt quæ facit bonum habentem in ſuo genere, & opus eius reddit bonum in ſuo genere, ſed fides abſque Charitate eſt huiuſmodi, ergo de ſe abſque Charitate eſt propriè virtus conſequentia eſt bona, maior eſt definitio virtutis, & minor probatur, quia licèt fides informis non faciat habentem illam ſimpliciter bonum, facit tamen in ſuo genere, ideſt in genere cognitionis diuinorum, quia facit fidelem hoc eſt credentem Diuinis Sermonibus, & omnes Hæreſes refutantem, iſtudque æſt optimum in ſuo genere, ſicut infidelitas eſt peſſimum, & facit habentem malum, & eius actum reddit malum, ita fides facit bonum, & opus habentis reddit bonum; & hoc etiam dicendum eſt de Spe, videlicet quod eſt propriè virtus etiam informis, quia facit hominem certò ſperantem Diuina promiſſa, & hoc eſt bonum.

24 Habitus fidei infuſæ poteſt augeri ſecundùm maiorem intenſionem factam in ſubiecto per quoſcumque actus meritorios tàm elicitos à fide, quàm etiam imperatos, nam fides augetur à nobis meritoriè à Deo autem effectiuè, vt omnis Theologorum Schola fatetur, ſed non ſolùm actus fidei elicitus, ſed etiam imperatus poteſt eſſe meritorius ſi fiat cum Charitate, ergo fides augetur per huiuſmodi actus; Item fides infuſa augetur per ſuos actus etiam informes, quia fides non dependet à Charitate, quantùm ad ſui infuſionem, & conſeruationem, ergo nec quantum ad augmentum; probatur conſequentia; quia habitus remiſſus; & intenſus ſunt idem numero; Probatur ſecundò; Peccatores poſſunt habere intenſiſſimos actus fidei ergo per illos augebitur eorum fides; Probatur antecedēs ex Matth. 7. vbi legimus multos damnandos in nomine Chriſti miracula facturos, quæ ſine magna fide fieri nequeunt, & D. Paulus 1. Cor. 13. ait ſi habuero omnem fidē, itaut Montes transferā ergo per tales actus fidei poterit augeri habitus; atque

adeò habitus fidei infuſæ poteſt augeri, non tantùm per actus formatos Charitate, ſed etiam informes.

21 Habitus fidei infuſæ augetur, non ſolùm per quoſcumque actus meritorios intenſiores, ſed etiã per remiſſiores; Prima pars communiter conceditur; Secunda pars probatur fides per actus augetur meritoriè, vel diſpoſitiuè, ergo ſicut quando adeſt quicumque actus meritorius, qui ſit diſpoſitio ad fidem ſtatim augetur fides, ſecundò probatur, ex intente meritò ſtatim confertur præmium ſi aliundè, nam adſit impedimentum, ergo exiſtente actu meritoria augmenti fidei aderit ſtatim augmentum ipſius fidei, ſed quilibet actus meritorius, ſiuè intenſus, ſiuè remiſſus eſt verè meritorius quamuis diſponat adulterius meritum, ergo per talem actum verè augetur habitus fidei; & ſi dicas ergo aſſiduè augetur habitus vel fides, hoc autem videtur contra experientiam; quia experimur nos in operando circa fides, non tàm faciles, & promptus eſſe; Reſpondetur quod experiri nos, non ita faciles in operando prouenit ex Paſſionibus in appetitu exiſtentibus, & inſurgentibus, quæ ſimul ſunt cum habitibus infuſis, vt patet etiam in aſſiduè recipientibus Sacramenta pænitentiæ, & Euchariſtiæ, per quæ ex opere operato confertur gratia, & tamen non ſe experiuntur magis faciles, ac promptos in operando ratione Paſſionum, quæ non tolluntur, neque minuuntur, niſi frequenter operando, & acquirendo oppoſitos habitus.

26 Per actus fidei infuſæ producitur in Intellectu habitus fidei acquiſitæ, & idem iudicandum eſt de Spe, & Charitate; Probatur infidelibus Chriſtianis eſt fides acquiſita genita ex actibus, ſed illi actus procedunt à fide infuſa, ergo per actus fidei infuſæ producitur habitus fidei acquiſitæ. Maior patet, quia fidelis factus Hæreticus circa vnum articulum amittit fidem infuſam, qni nihilominus credit alios articulos, quoniam Hæreſes (vt ait Scotus in 3. d. 23. q. vnica) non ſunt neceſſariò connexæ, neque in illo inſtanti, in quo amittitur fides infuſa generatur habitus acquiſitus, ergo priùs habebat fidem acquiſitam; Probatur minor, quia fides infuſa, & acquiſita concurrunt, ſimul ad eundem actum numero producendum, vt docet Scotus loco cit. & quolib. 14. art. 1. & probatur, quia ſi illi actus, per quos eſt genita fides acquiſita non proceſſiſſent à fide infuſa, pari ratione, neque alius actus ab ea procedet, atque ita erit otioſa, hoc autem non eſt dicendum, ergo potiùs dicendum eſt quod illi actus, per quos fides acquiſita eſt genita ſunt à fide infuſa; Magnum quippè eſſet abſurdum concedere fidem infuſam eſſe ſuper vacaneam, & otioſam contra torrentem Sacrarum Scripturarum Concilij Tridentini Sanctorum Patrum, & omnium Theologorum.

27 Fides eſt in Intellectu, tanquam in ſubiecto, ita communiter Theologi Alenſis 3. p. q. 68. memb. 8. art. 1. D. Thomas 2. 2. q. 4. art. 2. D. Bonauentura in 3. diſt. 23. art. 1. q. 2. Richardus in 3. diſt. 23. art. 6. q. 1. & Scotus in 3. diſt. 25. q. 2. quæ tenenda eſt ſecundùm fidem; & enim contra omnes Hæreticos potiſſimum Lutherum, & Caluinum, qui aiunt actum fidei iuſtificantis eſſe actum fiduciæque ponitur in voluntate tanquam in ſubiecto eſt enim modus quidam ſpei in voluntate exiſtens; Certum eſt enim, & Catholicum quod ad fidem ſpectant, tanquam actus proprij intelligere cognoſcere, ſcire, & Credere, ſed conſtat naturali ratione huiuſmodi actus in Intellectu, tanquam in ſubiecto reſidere, ergo error eſt negare actum fidei in Intellectu, tanquam in ſubiecto exiſtere; Maior probatur ex multis teſtimonijs Sacræ Scripturæ, verbi gratia, ad Hebr. 11. dicitur fide intelligimus aptata eſſe ſæcula Verbo Dei, & ad Coloſſ. 2. inſtructi in Charitate, & in omnes delicias plenitudinis Intellectus in agnitionem Miſterij Dei Patris, & Chriſti Ieſu, ex Apoſtolus vocat fidem diuitias plenitudinis Intellectus.

28 Si Angeli, & Homo fuerunt Creati in gratia, vt communis opinio tenet ſimul habuerunt fidem Trinitatis, & aliorum miſteriorum fidei; Probatur primò de Angelo, ex Ezechiele 28. vbi loquens de Lucifero ante lapſum, ſic ait tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore in delicijs Paradiſi Dei fuiſti omnis lapis prætioſus operimentum tuum, vbi inſinuatur Angelos ante caſum habuiſſe omnes virtutes Intellectuales; Item Angeli non videbant Myſteria fidei in ſeipſis, talis enim viſio facit Beatos, & tamen habebant eorum aſſenſum; quoniam ſine tali aſſenſu impoſſibile eſt placere Deo; Angeli autem, & homo in ſui principio placuerunt Deo, ergo habebant fidem illorum; Deindè inhabentibus gratiam nondum conſummatum, eſt quædam inchoatio Beatitudinis ſperatæ, nundum adeptæ; Hæc autem inchoatio fit in Intellectu, & in voluntate; In intellectu per fidem, in voluntate per Charitatem, ergo ſi Angelus, & homo fuerunt in gratia conditi, non habuerunt illam conſummatam, atque adeò ſtrictè, & propriè habuerunt fidem; Inſuper habuerunt tunc cognitionem ſupernaturalem ſui finis, ſed hæc non potuit eſſe clara, & intuitiua, quia nondum erant beati ergo per fidem Infuſam.

29 Probatur ſpecialiter de homine ex illo Eccleſiaſt. 17. creauit Deus de terra hominem ſecundùm Imaginem ſuam, & iterùm conuertit illum in ipſum, & ſecundùm ſe veſtiuit illum virtute, & paulò inferius dicitur; Corde dat illi excogitandi, & Diſciplina Intellectus repleuit illum, ideſt virtutibus intellectualibus; Inter homines igitur Adam primus credidit in Chriſtum, & ſuam Fidem oſtendit, cum dixit; Geneſ. 2. 23. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de Carne mea; Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt; Quamobrem relinquet homo Patrem ſuum, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in Carne vna, nam his Verbis non ſolùm locutus eſt de præſenti ſuo Matrimonio cum Eua, ſed etiam Prophetauit de futura Chriſti conuerſione cum Eccleſia, quæ præfigurabatur per coniunctionem Adæ, & Euæ, vt interpretatur Apoſtolus Epheſ. 5. 32. vbi explicans prædicta verba, ſic ait Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia; vide Diuum Hyeronimum, lib. 3. Commentar. in Epiſtolam ad Epheſ. Dices, ſi Adam præſciuit per Fidem venturum Chriſtum, ergo etiam præſciuit ſe peccaturum, quia vt dicunt aliqui Chriſtum, non erat venturus, niſi propter peccatum Adæ; Reſpondetur non ſequitur, quia poteſt fieri, vt aliquis cognoſcat effectum, & nòn cognoſcat cauſam.

30 Fides non eſt in Dæmonibus per liberum voluntatis arbitrium in ordine ad bonum, ſicut in Chriſtianis Viatoribus; Probatur quia talis Fides eſt laudabilis, & honeſtatem habens, & à Dæmonibus aliena propter eorum oſtinatam malitiam voluntatis, & confirmatur, quia Dæmon nunquam bonum intuetur, neque habet ordinem ad bonum, ſed ad malum; ex quo manifeſtum apparet id, quod dicunt Alexander Alenſis 3. parte, quæſt. 6. Membr. 7. & Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 5. artic. 2. quando dicunt Dæmones, & alios damnatos non credere ex affectu ad bonum, ſed quia conuincuntur pondere argumentorum Fidei, quod eſt intelligendum de affectu voluntatis ad bonum ſupernaturale gratuitum gratiæ videlicet, & gloriæ, ex quo alioquin fideles etiam ſi ſint Charitate, & gratia deſtituti credunt, aut poſſunt credere; Ex affectu verò ad bonum naturale hoc eſt veritatem ipſam; quæ bonum, quoddam Intellectus eſt Dæmones credere poſſunt, ſicuti etiam reliqui damnati; Immò hi omnes operari poſſunt ex affectu aliquo, & bono morali ſaltem obiecto, tametſi adiungant malam aliquam circumſtantiam

ex illo iuſtus poteſt reipſa inchoare meritum de cõdigno ad totam collectionem efficacium auxiliorum intrinſecè pertinentium ad finalem perſeuerantiam, quia nihil deeſt illi ad hoc meritum; Secundò quia quicumque poteſt mereri finem poteſt etiam mereri media neceſſaria ad finem, ſed iuſtus de condigno poteſt mereri finem nempè perſeuerantiam finalem, vt ſupra probatum eſt, immò ipſammet beatitudinem, vt ſtatim videbimus ergo etiam auxilia actualia, quæ ad illam obtinendam neceſſaria ſunt; Tertiò quia Deus non deſerit iuſtum, niſi ab eo deſeratur, vt ex D. Auguſt. refert Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. at qui ſi iuſtus non poſſet mereri auxilia gratiæ actualia, & ipſam perſeuerantiã finalẽ, iam à Deo deſereretur, quod eſt falſiſſimum, Deus enim eſt, vt inquit Apoſt. ad Philip. 1. 6. Qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu; ſed quomodo eſſet in noſtra poteſtate ſi eſt in nobis impoſſibilis phyſicè, & moraliter ex vi meriti per modum præmij? Quomodo Deus iuſtè nos moneret ad perſeuerandum, ſi perſeuerantia non eſſet in noſtra poteſtate ſuppoſito diuino auxilio, quod ſibi ſemper adeſt? nõ eſt igitur à veritate alienum aſſerere iuſtũ, & amicum Dei poſſe de condigno mereri perſeuerantiam finalem in diuina gratia, & amicitia cum eſto caſu Deo adiutorio.

18 Si obijciatur Concil. Trid. quod ſeſſ. 6. Can. 16. decernit hoc modo, ſi quis dixerit magnum illud, vſque ad finem perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta, & infallibili certitudine, ſcilicèt phyſica; niſi hoc ſpeciali reuelatione didicerit anathema ſit. ergo homo iuſtus conſtitutus in gratia Dei, non poteſt ſibi de condigno mereri huiuſmodi donum, tàm magnum, & ſublime, Reſpondetur negando conſequentiam, nam poteſt ſtare quòd iuſtus mereatur de condigno perſeuerantiæ finalis donum in gratia; & ſi neſciat ſe certò habiturum certitudine infallibili, & abſoluta, & ratio eſt, quia omnis operatio Diuina ad extra eſt omnino contingens, itaut meritò Diuina voluntas, dicatur imperſcrutabilis intellectui creato; potiſſima tamen, & probabiliſſima coniectura habendi huiuſmodi donum perſeuerantiæ eſt benè ſentire de Deo, de eius bonitate, & in promiſſis fidelitate, & iugiter vacare obſeruãtiæ præceptorũ, & mandatorũ Dei; hæc enim duo ſunt in libera poteſtate iuſti in gratia Dei conſtituti, & conſequenter habere tale donum, ſic enim nũquam deſereretur à Deo, & qui incepit in eo opus bonũ perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.

19 Perſeuerantiã in bonis operibus in hac mortali vita ſequitur in æterna vita retributio præmij, quod conſiſtit in æterna beatitudine, quod quidẽ præmium homo viator iuſtus conſtitutus in gratia Dei poteſt de cõdigno promereri; ſupponitur hic ex ordinatione diuina hominẽ per gratiã eleuatũ ad æqualitatẽ cum Deo per initationẽ, quod habitus infuſus gratiæ, ex eadẽ ordinatione Dei ſit mediũ, vel proximũ fundamẽtũ illius æqualitatis in ſolo genere doni, & beneficij eiuſdẽ Dei; ſupponitur quoque pactum iuſtitiæ ex liberis decretis eiuſdem Dei initum nobiſcũ Matth. 19. reuelatum; ſi vis ad vitã ingredi ſerua mãdata; hoc agamus benè, vt illud habeamus plenè inquit D. Aug. & Luc. 12. quid faciendo, & vitã æternã poſſidebo? in lege quid ſcriptum eſt, &c. hoc fac, & viues, & Rom. 2. reddet vnicuique ſecundùm opera ſua, & 2. Cor. 5. omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis (ideſt facta humana in corpore cũ erat viator,) prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malũ, & 1. ad Tim. 4. Bonum certamen certaui, &c. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Declaratur in Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 16. Benè operãtibus vſque ad finẽ, & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna, & tanquam gratia filijs Dei per Chriſtũ Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda: ergo de fide eſt hominem iuſtum in gratia poſſe de condigno mereri vitam æternam, vide Concil. prædictũ ſeſſ. 6. Can. 32.

20 Quamuis homo iuſtus, gratus, & amicus Dei, dũ eſt in via non poſſit mereri reparationẽ proprij lapſus in peccatũ; Probatur

batur ex illo Ezec. 10. 24. ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat nō recordabuntur; tamen aliquis Sanctus, ſiuè ſit in via, ſiuè in patria poteſt peccatori promereri; primū gratiæ auxilium efficax excitātis, & adiuuantis illum ad infallibiliter obtinendam à Deo primā gratiam iuſtificantem, ſic de facto promeruit D. Steph. Paulò, ſic aſſerit D. Aug. in illud c. 7. actuū poſitis genibus clamauit voce magna dicens, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum, vbi ait ſi Martyr Steph. non ſic oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet, ſed ideò de terra ereptus eſt Paulus, quia inclinatus eſt Stephanus. Secundò ſic Apoſtoli meruerūt exaudiri à Chriſto pro Cananea, rogabāt eum dicentes, dimitte eam, quia clamat poſt nos; ſtatim non fuit exaudita, quia in ſeipſa non benè humiliter diſpoſita, immò poſitiuè indiſpoſita erat, ideò de cōdigno ei Apoſtoli impetrarunt efficax auxilium, quo ſe humiliter priùs diſponeret, quā ſanitatem ſuæ filiæ obtineret, fiat tibi ſicut vis. Tertiò Monica meruit à Deo conuerſionem filij ſui Auguſtini vnici, vt inde Eccleſia vocet dupliciter Matre, quia eum mundo, & Cælo peperit. Nec dubium eſt plures huiuſmodi cōuerſiones fieri in Eccleſia meritò ſolū Sanctor. in Cęlo regnātium, ſed etiam iuſtorū nobiſcū viuentiū.

21 Sed hic valdè notandum, quod vtraquè gratia prima efficaciter diſponens, & prima iuſtificans, & augmentū eius cadit ſub meritò de cōdigno Chriſti, qui ſic meruit omnibus etiā formalem electionē ad gloriā, & queuis alia dona ſupernaturalia infallibiliter eleuātia prædeſtinatū ad ſtatum gloriæ, ſic enim (vt inquit Scotus in 4. d. 2. q. 1.) diſpoſuit Sanctiſs. Trinitas ſic eſſe Chriſtū perfectiſſimam causā meritoriā gratię in toto genere humano, vt ōne meritū, ſiuè de condigno in homine ad promerendū ſiuè ſibi, ſiuè alijs aliquid à Deo habeat efficaciā à mente ipſius Chriſti, vt in nomine ipſius tantū debeamus ad Deū preces pro nobis, & pro alijs fundere, & gratiā illis promereri, ideò dicitur Chriſtus Mediator Dei, & hominū ex 1. ad Timot. c. 2. vt iure Eccleſia ſemper in nomine eius præcetur per Chriſtū Dominū noſtrū; Ipſemet Chriſtus reuelauit hāc Dei legalem diſpoſitionē per ſolùm ipſum mediatorē conferre nobis etiā per modū meriti noſtri quidquid petimus pro nobis, vel pro alijs ad conſequendā vitam æternam, ſic Ioan. 13. quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam, &c. quodcumq; petieritis Patrē in nomine meo det vobis, & alibi ſæpè. Ideò inquit D. Iacobus 1. vlt. multùm valet deprecatio iuſti aſſidua, & addit, orate pro inuicē vt ſaluemini. Hæc de pręmijs ſupernaturalibus meritorum.

22 In veteri teſtamento bona tēporalia à Deo conferebantur per modū pręmij figurando tamē in eis veras diuitias æternæ gloriæ, iuxtà illud Pſal. 143. Beatū dixerūt cui hæc ſunt, ergo periculoſum eſt negare bona temporalia cadere aliquo modò ſub merito. In nouo teſtamēto bona tēporalia in eo gradu, tantùm in quo prædeſtinatis vtilia ſunt in præſenti vita mortali ad promerendā vitā æternā cadūt ſub meritò de condigno quatenus ſcilicèt eadē bona tēporalia ordinantur in prædeſtinatis ad cōſeruādū eos, primò in hac vita mortali, vt viuentes ad menſuram meritorum perueniāt per exercitia virtutū, tum pietatis, & religionis erga cultū Dei, tum charitatis, & miſericordiæ erga proximū, ſed valdè notandū eſt bona temporalia, non dari iuſtis ſecundū proportionē, & quantitatem meritorum, ſed prout magis, vel minus eū ducūt ad vitæ æternæ conſecutionē, vndè fit vt multi iuſti relinquantur in extrema paupertate, alij affluant omnibus diuitijs, alij in medio conſiſtant ſecundū præſcriptum diuinæ prouidentiæ, prout declarat, D. Iacobus in ſua Canonica Epiſtola.

In hoc opuſculo de gratia actuali, & habituali cōprehēſo in folijs viginti à me ſingulariter ſignatis in extrema cuiuſcumque parte, nihil continetur, fidei, moribus, vel Summorum Pontificum, pro hac materia Decretis contrarium, quamuis Authoris nomen in eo reticeatur.

Hac die vlt. Maij 1679.

Fr. Laurentius de Laurea Minor. Conu. Conſult. S. Officij.

De

De Virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate.
Cap. II.

De fidei eſsentia Diuiſionibus, & proprietatibus.
Artic. I.

1 HOc nomen Fides eſt æquiuocum, quia ſignificat plura diuerſæ rationis; Primò enim ſignificat fidem, ſeu credulitatem Diuinam, qua credimus vera eſſe quæ à Deo dicta, ſeu reuelata ſunt; Hebr. 11. 6. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; Secundò fidem, ſeu credulitatem humanam, qua credimus vera es quæ ab homine dicuntur; Tertiò conſcientiam, Rom. 14. 15. omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, ideſt quicquid facit homo contra dictamen propriæ conſcientiæ in eo peccat; & hoc ſenſu dicunt Iuris conſulti; Poſſeſſor bonæ fidei præſcribit; Quartò fidelitatem in ſeruandis promiſſis; Hic eſt Sermo de fide, primò modò ſumpta, ideſt de fide Diuina, qua credimus vera eſſe quæ à Deo reuelata ſunt; quæ primò ſe offert pertractanda inter virtutes Theologicas, non quidem dignitate, & perfectione, ſed origine, & neceſſitate; Ideò meritò, D. Paulus dicebat Hebræis, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 8. docet fidem eſſe humanæ ſalutis initium principium, & radix totius iuſtificationis, nec Charitas poſſet tendere in Deum ſummè amabilem, niſi priùs per fidem talis oſtenderetur.

2 Definitio fidei tradita ab Apoſtolo, D. Paulo ad Hebræos 11. dicente eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, ſic explicatur à Gloſſa de ſumma Trinit. & Fide Catholica, cap. Firmiter; Dicitur ſubſtantia ſperandarum rerum quas ſperare debemus; Argumentum non apparentium, quia per Prophetias, iam completas debemus habere argumentum, ideſt probationem non apparentem de futuris complendis, ſcilicet de die Iudicij, & de fine Mundi; Verùm hæc explicatio parum Magiſtralis, ac Theologica eſt; Ideò aliter explicatur. Fides dicitur ſubſtantia; quia hoc nomen ſubſtantia, vt hic accipitur, ſignificat primùm cuiuſcumque rei fundamentum, & ſuſtentaculum quod fulcit, & ſuſtentat cætera, & quia cæteris ſubſtat dicitur ſubſtantia, ideſt ſubſtentatio; ſicut ergo in Domo fundamentum eſt quædam inchoatio, in cuius virtute tota domus continetur, ita fides eſt fundamentum, & ſuſtentaculum omnium, quæ ſperamus in alia vita, habemuſque in fide, quandam vitæ æternæ inchoationem, in cuius virtute continentur omnes res, quæ ſperantur, atque ita qui credit, certo, & firmiter aſſentit per fidem euentura ſibi ea, quæ ſunt in alia vita; Vnde D. Paulus 1. ad Cor. 3. ait fundamentum aliud, nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ideſt Fides Ieſu Chriſti; Dicitur etiam ſubſtantia, quia facit res, quas ſperamus ſubſiſtere, quaſi dicat tàm certi ſumus per fidem de rebus quas ſperamus, ac ſi illæ in rerum natura ſubſiſtere.

3 Secunda particula eſt Sperandarum rerum, in qua intelligitur beatitudo, quæ eſt præmium iuſtorum, & pæna Inferni, quæ ex ſtipendium impiorum pro ſuis peccatis, & quamuis verum ſit, quod per fidem, non ſolùm credimus futura, ſed etiam præſentia, & præterita, definitur tamen fides per futuram beatitudinem, quia inſtrumentum aptè definitur per ſuum finem; Fides verò eſt inſtrumentum conſequendæ beatitudinis poniturque in numero plurali ſperandarum rerum; quia, Incarnationem, quam credimus præteritam ſperamus viſuros in Beatitudine, & multa alia, quæ quia numero plura ſunt, & ſperamus ea videre, ideò in numero plurali ponuntur, & quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina, ideò in hac particula intelligimus, quod per fidem credimus finem malorum, qui eſt mors æterna, in-

quàm

quàm credimus per venturos eſſe peccatores; Tertia particula eſt argumentum, & ſignificat conuictionem, quia Intellectus conuincitur auctoritate Diuina, ſeu eius dictis ab ea reuelatis, ita certus aſſentit, ac ſi oculo Corporis videret ea quæ credit, Fides enim duo habet, primùm facere nos certos de ineuidentia rerum; Secundùm firmare, & fundare ſpem; Quarta particula; Non apparentium, quia res fidei modò non videntur, ſed latent.

4 Hæc definitio explicat totam eſſentiam, & quidditatem fidei, ſapienter, & doctè oſtendit, D. Bonau. in 3. diſt. 23. art. 1. q. 5. Tunc enim definitio eſt rectè aſſignata (inquit ille) quando nihil continet ſuperfluum, nihil etiam diminutum, & hoc eſt quando per ipſam notificationem ipſius definiti eſſentia planè indicatur, & apertè manifeſtatur, & ab omnibus alijs ſeparatur, hoc autem eſt reperire in propoſito, ſi quis attendat; Nam ipſa fides ſecundùm eſſentiam ſuam, aliquid reſpicit ex parte Intellectus, & aliquid ex parte affectus; habet enim affectum ſtabilire, & intellectum illuminare, & in quantum affectum ſtabilitat dicitur ſubſtantia, ſiuè fundamentum, in quantum verò Intellectum illuminat, dicitur argumentum, vt ergo plenè fidei eſſentia explicaretur oportuit eam definiri, ſeu notificari, vt diceretur ſubſtantia ſimul, & argumentum; Debet enim totam eſſentiam definiti claudere, & eam apertè notificare; Debet etiam definitio definitum ab omnibus ſeparare, dicitur in definitione argumentum non apparentium, vt fides diſtinguatur ab habitibus aliarum virtutum.

5 Fides ex D. Damaſceno, lib. 4. de fide, cap. 11. duplex eſt prima eſt acquiſita, quam ex auditu per Doctrinam aſſequimur, cum edocemur articulos fidei, aut audientes Verbum Dei dicimus, quæ nobis credenda proponuntur, & de hac loquitur D. Paulus ad Roman. 10. dicens; quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? ergo fides ex auditu eſt, auditus autem per Verbum Chriſti; Et huiuſmodi fides, vt habeatur efficax debet bonis operibus comprobari, & Diuinorum obſeruatione mandatorum fulciri; De ijs enim qui ore quidem credunt, ſed operibus à fidei pietate abhorrent, dicit D. Paulus ad Titum 1. Qui dicunt ſe noſſe Deum factis autem negant; Altera autem eſt fides infuſa Animabus eorum, qui Baptiſmum ſuſcipiunt, & vna de numero Chariſmatum Spiritus Sancti, inſpirantis eam in cordibus fidelium; quam Apoſtolus ad Hebræos 11. definit definitione ſupra declarata; Hæ duæ fides Infuſa, & acquiſita, quadruplici differentia ab inuicem differunt, vt docet Gabriel in 3. diſt. 23. q. 2. quam accepit à Scoto, in quolib. 14. art. 1.

6 Primò differunt, quia fides acquiſita eſt habitus naturalis naturaliter acquiſitus ex actibus credendi frequentatis, ſed fides infuſa eſt habitus à Deo ſupernaturaliter, & immediatè in Anima Creatus; Secundò differunt, quia fides acquiſita immediatè inclinat ad actum credendi, nec aliud coexigit, niſi appræhenſionem credibilis, nam credens docentem, aliquod credibile eſſe veracem; ſtatim credibili reuelato, aſſentit, at fides infuſa, numquam inclinat ad actum credendi, immediatè reſpectu cuiuſcumque credibilis, ſine habitu fidei acquiſitæ; nam ſi puer Baptizatus nutricatur inter infideles, & non informetur de his quæ ſunt fidei habet quidem fidem infuſam, reſpectu huius credibilis, Deus eſt Trinus, & vnus, vel Deus factus eſt homo, & tamen non poteſt aliquem actum, circa illud credibile elicere, ſecluſo miraculo diuinæ reuelationis, & illuminationis, niſi inſtruatur, & credat per fidem acquiſitam, & per inſtructionem; Tertiò differunt, quia fides infuſa eſt vnica, circa omnes articulos credendos; non ſic fides acquiſita, quia licèt fides infuſa, & acquiſita ſint de eiſdem articulis, & credibilibus, tamen non omnium credibilium eſt vna fides acquiſita, ſicut eſt vna fides infuſa, ſed ſunt tot fides acquiſitæ, quot credibilia; Quartò differunt, quia fides infuſa corrumpitur

per

per quemcumque errorem, circà quemcumque articulum, fides autem acquiſita vnius articuli ſtat cum errore reſpectu alterius articuli,

7 Sacrum Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 5. & 6. docet neceſſariam eſſe fidem; qua credamus reuelata à Deo, & quod per gratiam Dei, & redemptionem à Christo factam iuſtificatur peccator, vt præparemur ad iuſtificationem. Quam fidem definit, & à nemine haberi poſſe, abſque auxilio Dei, & gratia præuenientе, ſic enim ait Can. 3. ſi quis dixerit ſine præueniente Spiritus Sancti inſpiratione, atque adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, & pœnitere poſſe, ſicut oportet vt ei iuſtificationis gratia conferatur Anathema ſit; & hæc fides ſic diſponens ad iuſtificationem, neque eſt habitualis, neque formata, neque infuſa, ſed tantùm actus credendi res fidei, quem actus nullus habere poteſt, niſi ſpeciali Dei auxilio, Scotus autem in 3. diſt. 23. q. vnica, non loquitur de huiuſmodi actu fidei ſecundùm quod per illum diſponimur ad iuſtificationem, de tali namque fide numquam negauit, ſed potiùs docuit non poſſe fieri abſque auxilio ſpeciali Dei; Hæc eſt mens Scoti, probare habitum fidei infuſæ eſſe neceſſarium cuilibet adulto ad credendum, quia ſi aliquis Gentilis deſideret fidem, & Baptizatus moreretur conſequeretur vitam æternam, & tamen nundum habuiſſet acquiſitum habitum fidei acquiſitæ, quia ad illud acquirendum requiruntur plures actus, quos ille in tali caſu non potuit habere in tàm paruo tempore.

8 Certum eſt, quòd in nobis eſt fides acquiſita reuelatorum credibilium; Probatur primò authoritate, D. Auguſtini contra Epiſtolam Manichæi, quæ dicitur fundamentum dicentis Euangelio non crederem, niſi Eccleſiæ me moueret authoritas, patet igitur ſecundùm D. Auguſtinum, non eſſe credendum libris Sacris, niſi quia Eccleſia docet credendum eſſe illis, & ita inquit D. Auguſtinus; Non credimus Euangelio Nazarenorum, ſed quatuor Euangelijs, quia hæc approbat Eccleſia, illud verò reprobat, ex hoc dicto D. Auguſtini, ſic arguitur; ſicut Hiſtoriis famoſis credimus fide acquiſita, aut audiendo eas ab hominibus fide dignis propter authoritatem ipſorum, ita fide acquiſita credimus Hiſtorijs Sacrorum librorum narrante Eccleſia, & eius Prædicatoribus propter authoritatem Eccleſiæ approbantis illos Libros, & nobis proponentis, & narrantis, ergo certum eſt, quòd in nobis eſt fides acquiſita; Ita quod credibili reuelato poteſt quis dupliciter aſſentire, priori modò quia credit reuelantem eſſe veracem, & nolle mentiri; aliò modò propter authoritatem approbantis illud credibile fuiſſe reuelatum ab homine veraci, & nolente mentiri.

9 Secundò probatur, ſi puer Iudæus non baptizatus educaretur ab infantia inter nos audiendo Prædicatores haberet fidem de rebus, quas nos Chriſtiani credimus, at ille non haberet fidem infuſam, quia vt ſupponimus non eſſet baptizatus; ergo talis crederet per fidem acquiſitam; ſicut ergo fide acquiſita ex auditu parentum, & aliorum credo multa tempora tranſiјſſe; Mundum etiam non incepiſſe mecum; Credo etiam Hieroſolymam eſſe quam non vidi ex reatu dignorum; ſic & reuelatis in Scriptura per fidem acquiſitam ex auditu firmiter adhæreo credendo Eccleſiæ approbanti veritatem authorum illorum; Tertiò probatur ex D. Paulo ad Rom. 10. dicente. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante, ergo fides eſt ex auditu, & auditus à prędicante; Prædicare autem nullus poteſt, niſi mittatur, ergo de primò ad vltimum nullus poteſt credere, niſi audiat aliquem prædicantem; Hoc argumentum non valet, niſi fiat Sermo de fide acquiſita, quia fides generatur in homine ex hoc, quia audit Verba prædicantis eis adhibendo fidem; Ex dictis tenendum eſt tanquam certum nedum in Doctrina Scoti, ſed D. Pauli, & D. Auguſtini locis citatis, quod reuelatorum in Scriptura eſt nobis fides acquiſita generata ex au-

auditu, & ex actibus noſtris, qua eis firmiter adhæremus.

10 Hoc poteſt vlterius confirmari; ſi aliquis Baptizatus, & credens omnes articulos fidei cadat in Hæreſim contra vnum articulum, habet fidem aliorum articulorum, quia eis firmiter adhæret, & non infuſam; quia in Hæreticis non manet fides infuſa, ergo talis habet fidem acquiſitam de rebus reuelatis; verb. gr. ſi quis Baptizatus credens omnes articulos erret deindè circa vnum tantùm, ſcilicèt Trinitatem Perſonarum, & vnitatem eſſentiæ; tamen ſentit ſe firmiter adhærere cæteris credibilibus, non enim oportet errantem circa vnum articulum errare circa omnes, quia hæreſes non ſunt neceſſariò connexæ; Ille vtique ſine fide Infuſa credet alijs articulis, quia fides infuſa corrumpitur cum Hæreſis generatur, nam Hæreſis, & fides infuſa licèt non repugnent formaliter, repugnant tamen demeritoriè, atque adeò non ſunt ſimul; Quemadmodum Charitas, & peccatum mortale non poſſunt ſtare ſimul; Igitur de fide acquiſita credat alios articulos, quæ ſcilicèt fuit cum infuſa præcedente ſi aliqua talis fuit, non enim in illo inſtanti, in quo corrumpitur fides infuſa per Hæreſim generatur primò fides acquiſita, nam ille error, non eſt pro tunc diſpoſitio ad fidem, immò eſt indiſpoſitio vt pro tunc non generetur; Igitur præfuit ante illum errorem, atque ita certum eſt in nobis eſſe fidem acquiſitam.

11 Non eſt naturaliter ſcitum, vel ſibile demonſtratiuè à priori, vel à poſteriori habitum fidei ſupernaturalem dari à Deo infuſum regulariter neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem patet diſcurrendo per ſingulas Cauſas, non per Cauſam aliquam efficientem, quia nulla eſt niſi ſolus Deus reuelans Cauſans, & infundens, ſed Deus vt ſic non eſt ſcitus ab Intellectu noſtro naturaliter, nec ſcibilis, nec demonſtrabilis ergo; non eſt naturaliter demonſtrabile per Cauſam efficientem habitum fidei ſupernaturalem dari à Deo Infuſum regulariter neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem; Hæc per Cauſam formalem, quia nulla forma naturalis datur in Intellectu noſtro pro ſtatu iſto, ex cuius cognitione poſſimus demonſtrare huiuſmodi neceſſitatem, quæ cum ſit ordinis pure, & ſimpliciter ſupernaturalis non poteſt demonſtrare in eſſe per formam, aliquam formam ordinis naturalis. Non in genere Cauſæ materialis, cum natura humana ſecundùm partem Intellectiuã ſit ex ſe Capax immediatè cuius vis perfectionis ſupernaturalis, tàm in actu primò, quàm in actu ſecundò, vt nulla requiratur ex natura rei diſpoſitio etiã ad recipiendos actus beatificos, ex Scoto in 4. diſt. 49. q. 11. alioquin daretur proceſſus in Infinitum in diſpoſitionibus in hoc genere, cum ipſemet habitus fidei non minus ſit ſupernaturalis, quàm aſſenſus fidei perfectus.

12 Non in genere Cauſæ finalis cum nullus habitus ſit vltima perfectio potentiæ, vel quid optimum, vel vltimum eius, immò habitus quicumque eſt propter actum, & non è contra; Nec in genere medij, vel inſtrumenti inſeruientis agenti ad attingendum finem commenſuratum ſuæ potentiæ, cum Cauſalitas inſtrumenti ad genus efficientis reuocetur, eſtque ſolùm neceſſaria Cauſa inſtrumentalis agẽtibus corporeis per ſeipſa, ſeu per propriam formam nequientibus immediatè attingere principalem effectum ad quem ordinatur naturalis actiuitas ſuæ formæ. Patet in cunctis elementis non valentibus generare ſibi ſimilia, ſine inſtrumentarijs formis accidentalibus, ergo certa eſt ſupra poſita Concluſio, neque à priori, neque à poſteriori poſſe naturaliter demonſtrari habitum infuſum fidei dari neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem, virtualiter, vel actualiter credentem; contra ſententiam D. Thomæ ponentis eſſe neceſſarium infuſum habitum fidei, tanquam ſupernaturale principium credendi commenſuratum, vel proportionatum credibili; Quippè quòd commenſuratum, vel proportionatũ redditur per Diuinam reuelationẽ ſignus

exte-

bitus fidei, quaſi annulus digito noſtri Intellectus, hanc ſignificauit Virgo Agnes, annulo ſuo ſubarrauit me Dominus meus Ieſus Chriſtus.

16 Hic habitus fidei à Deo infuſus aliquos exercet effectus reales, vt non ſit à parte rei omninò ſuperuacaneus, & otioſus; Probatur primò eſt habitus realis de genere qualitatis, ergo habet effectum formalem realem ſibi commenſuratum à ſe inſeparabilem, qui eſt intellectum noſtrum decorare, venuſtare ſpiritualiter ornare; De qua venuſtate habetur in Canticis, cap. 4. oculi tui columbarum; Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum; Hæc eſt noſtri Intellectus ſpiritualis pulchritudo in via Deo dilecta, ex qua oculi noſtri intus dicuntur Diuini, eſtque tantus eius ſplendor, vt more humano Deus de ſingulari eius affectu ibidem, cap. 4. reuelauerit; Auerte oculos tuos à me, quia ipſi mea volare fecerunt; Secundò præſtat quoque vtrumque effectum realem acquiſitio habitus; In genere Cauſæ formalis per modum ponderis Intellectum inclinat ad facilius credendum, & in genere efficientis auget eius natiuam virtutem ad eliciendum aſſenſum intenſiorem, perfectiorem, & firmiorem; Quamuis huiuſmodi effectus præſtentur ſufficienter per habitum acquiſitum, vt inde non ſit hic habitus ad hunc finem ſimpliciter neceſſarius; Nihilominus hi duo habitus, ſimul vniti augent magis credendi facilitatem, & natiuam Intellectus virtutem ad eliciendum firmiorem, ac intenſiorem aſſenſum.

17 Hic habitus fidei Infuſus exercet in noſtro Intellectu alios duos effectus morales, Primùm illum ſanare; Secundùm illi in ſeruire per modum inſtrumenti ad regulariter habendam obiectiuam præſentiam credibilium ſub formali motiuo Diuinæ reuelationis; Concluſio quoad priorem effectum patet ex Scoto in 3. qui ſupponens totam humanam naturam ex peccato primi parentis vulneratum, iuxtà illud Lucæ 10. & à Chriſto verò Samaritano ſufficientiſſimè ſanatam ex Gregor. Homil. 18. in Euangelio meritoriè perfectè in Baptiſmate ibi de fide eſt ſanari Intellectum per infuſum habitum fidei, Voluntatem ſecundùm affectionem commodi per infuſum habitum ſpei, & ſecundùm affectionem iuſtitiæ per infuſum habitum Charitatis, vel gratiæ. Hæc ſanitas noſtri Intellectus per habitum non eſt naturalis, ſeu phyſica, cum nec in hoc genere naturæ per peccatum fuerit eius infirmitas, ſeu vulnus; ſed vulnus peccati in eadē parte Intellectiua hominis eſt quædam inhabilitas rectè iudicandi in particulari de ſingulis ſpeculatiuè, vel practicè, & honeſtè eligendi ob dependentiam illius partis in agendo, & operando à parte ſenſitiua; Ideò inhabilitas illa ob dependentiam eſt pęnalis non naturalis ex Scoto in 1. diſt. 3. q. 3. §. his viſis, & quolib. 14 art. 2. ergo moraliter tantùm habitus fidei infuſæ à Deo ſanat noſtrum Intellectum ſicut moralis eſt eius infirmitas.

18 Quoad poſteriorem effectum patet ex eodem Scoto, quomodo lumen gloriæ habituali in Patria Communiter eſt neceſſarium ad Deum beatifici videndum ex 1. d. 17. q. 2. in calcē, ſic non aliter communiter eſt ponendus neceſſarius hic habitus infuſus fidei in via ad credendum in Deum in noſtro Intellectu cum ex Scoto in 3. diſt. 32. ex communi ſaltem lege habitui huic fidei in via ſuccedat habitus luminis gloriæ in Patria; Lumen gloriæ habituali eſt ſolùm inſtrumentaliter neceſſarium ex ſola Communi lege Dei inſeruiens ex vi primariæ ſuæ infuſionis ad habendam præſentiam Dei obiectiuam immediatè in ſua propria exiſtentia, & ſecundariò tantùm ad videndum Deum intenſius, & perfectius; ergo ſimiliter hoc lumen fidei habituali erit ſolùm neceſſarium ex Communi Legi Dei, ex primaria ſui inſtitutione inſeruiens ad habendam præſentiam obiectiuam credibilium, ſub Diuina reuelatione, & ſolùm ſecundariò per modum Cauſæ ad eliciendum aſſenſum credendi intenſiorem perfectiorem, & firmiorem; obiectiua enim præſentia credibilium ſub neceſſariò prę-

requiſi-

requiſitis ad credendum eſt Intellectui noſtro ſupernaturalis in genere gratiæ non ſecus ac præſentia Dei obiectiua in ſua exiſtentia ad ipſum videndum beatificè.

19 Eſt Orthodoxa Doctrina contra Lutherum, & Caluinum veram fidem hoc eſt Theologicam, quam definit Apoſtolus ad Hebræos 11. quæque vnà cum alijs virtutibus Theologicis in Scripturis requiritur ad ſalutem cum Charitate, & ſine Charitate poſſe conſtare, ac proindè quoad rem ipſam attinet optimam eſſe diſtinctionem illam Theologorum fidei informis, & formatæ; Ita enim in Concil. Trid. aduerſus hos Hæreticos definitum eſt, ſeſſ. 6. cap. 15. & Canon. 28. quam Doctrinam à Chriſto, & Apoſtolis Eccleſiæ traditam, & ab ea perpetuò retentam hæc poſſunt argumenta docere; Primò Chriſtus inquit Matth. 7. omnis qui audit Verba mea hæc, & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper Arenam; poteſt igitur quis audire verba Chriſti, & eis credere, & tamen non eſſe in gratia, & hoc idem poſſunt illa verba Chriſti ad Apoſtolos, ſi hæc ſcitis beati eritis ſi feceritis ea; Nam ea ſatis innuunt fieri poſſe, vt quis ſciat mandata Chriſti, & eis fidem adhibeat, & tamen illa non faciat; Idem apertius oſtēdit Chriſtus in Parabola filij Prodigi, Lucæ 15. nam vtique ille fidem habebat, cum in ſe reuerſus dixit; Quanti Mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo; Item in Euangelio Ioan. cap. 12. apertè teſtatur, multos ex principibus Iudæorum crediſſe in Chriſtum, ſed dilexiſſe eos magis gloriam hominum, quam gloriam Dei.

20 Diuus quoque Paulus, idem apertius teſtificat 1. Cor. 13. his verbis ſi habuero omnem fidem, itaut Montes transferam Charitatem autem non habuero, nihil ſum in quibus Verbis innuit, ita poſſe fidem inueniri abſque Charitate, ſicut certò ſcimus Prophetiam, & cognitionem myſteriorum Diuinorum, & eleemoſinas, & tolerantiam mortis non raro inueniri abſque Charitate; Demum apertiſſimè D. Iacobus (cuius Epiſtolam Canonicam, Lutherus impudenter vocat Stramineam) teſtatur fidem eſſe in peccatoribus; Quid proderit (inquit) cap. 2. Fratres mei, ſi fidem quis dicat habere opera autem non habeat? numquid poterit fides ſaluare eum? quibus Verbis apparet affirmare fidem, quandoque eſſe ſine operibus, ſed ſine illis non poſſe quemquam ſaluare; & ſtatim peccatorem interrogat; Tu credis quoniam vnus eſt Deus, & quaſi annuenti ſe credere mox ait benefacis, ſed ne tali fide putaret quiſpiam ſe ſaluum fore adiecit ſtatim; etiam fidem etiam eſſe in dæmonibus, & otioſam ac planè mortuam eſſe, ſicut Corpus Spiritu deſtitutum; Ecce ex D. Iacobo clara fidei diſtinctio in Informem, & formatam.

21 Charitas eſt forma fidei, ita omnes Theologi cum D. Paulo ad Gal. 2. fides inquit per dilectionem operatur, ſed vnumquodque operatur prout eſt in actu per formam, quia operari eſt à forma; Charitas non eſt forma fidei phyſica, aut naturalis, intrinſeca ſubſtantialis, vel accidentalis cuius eſt triplex proprietas, nempè inhærere materiæ, dare illi ſpeciem, & eſſe principium operationis, vt forma ignis inhæret materiæ ignis, & dat igni talem ſpeciem eſt principium, quo ignis ignit calefacit, & comburit; non ſic Charitas reſpectu fidei, ſed eſt ei forma extrinſeca, nam Charitas eſt in voluntate, vt in ſubiecto fides verò in Intellectu, vt infrà magis patebit, ergo Charitas extrinſecè ſe habet ad fidem, cui quamuis non det ſpeciem, & operationem ſecundùm ſpeciem, vt forma ignis Materiæ ignis, extrinſecè tamen, & moraliter, tribuit illi pulchritudinem, tribuendo meritum, & pulchritudo eſt à forma; Item tribuit illi robur, & firmitatem contra tentationum pericula, quibus fides, ſine Charitate periclitari ſolet; Tertiò quia tribuit illi perfectionem, quæ ordinat illam in vitam æternam; Quartò quia tribuit illi operationem ſpiritualem, & conſequenter vitam à qua dicitur fides viua.

22 Fides

22 Fides abſolutè eſt appellanda virtus; Probatur ex Clementina de Summa Trinitate, & fide Catholica §. rerum, vbi Clemens V. abſolutè appellat fidem, Spem, & Charitatem, tres virtutes infuſas, & Theologicas; fides formata eſt vera virtus habens perfectum ſtatum virtutis; ita Communiter Theologi; Primò quia facit bonum habentem per inclinationem ad rectè, & laudabiliter operandum; Secundò quia eſt diſpoſitio perfecti ad optimum actum poſſibilem Viatori, actus enim fidei formatè eſt elicitus ab Intellectu perfecto fide, & imperatus à voluntate perfecta Charitate; eſt etiam laudabilis, & circa difficile; & productus prompti, facilè, & delectabiliter, & firmiter fertur in verum inuiſibile, & propter vltimum finem ſupernaturalem; Item actus fidei formatæ concurrit ad iuſtificationem ergo eſt actus veræ virtutis; Deindè fides formata eſt principium faciendi actum perfectum ergo eſt virtus; Probatur antecedens, quia actus fidei formatæ eſt aſſenſus veritatis infallibilis ex parte Intellectus ordinatus per Charitatem in vltimum finem ex parte voluntatis ergo eſt actus perfectus; Dices fides non dependet à Charitate quantum ad habitum ergo, nec quantum ad actum vt ſit virtuoſus, & per conſequens Charitas non eſt perfectio fidei conſtituens ipſam virtutem; Reſpondetur diſtinguendo conſequens, de actu veræ fidei extra rationem perfectæ virtutis conceditur de actu verò optimo in ratione virtutis perfectæ negatur.

23 Fides informis eſt propriè virtus; Probatur ſuppoſita definitione virtutis tradita ab Ariſtotele 2. Ethicor. cap. 2. quæ eſt huiuſmodi; Virtus eſt quæ bonum facit hominem habentem, & opus eius bonum reddit; Quæ definitio non ſic eſt Intelligenda, vt dicamus temperantiam verbi gratia facere ſimpliciter bonum habentem, ſed in ſuo genere, temperantia enim facit temperatum, & fortitudo fortem, hoc ſuppoſito probatur intentum; Virtus eſt quæ facit bonum habentem in ſuo genere, & opus eius reddit bonum in ſuo genere, ſed fides abſque Charitate eſt huiuſmodi, ergo de ſe abſque Charitate eſt propriè virtus conſequentia eſt bona, maior eſt definitio virtutis, & minor probatur, quia licèt fides informis non faciat habentem illam ſimpliciter bonum, facit tamen in ſuo genere, ideſt in genere cognitionis diuinorum, quia facit fidelem hoc eſt credentem Diuinis Sermonibus, & omnes Hæreſes refutantem, iſtudque æſt optimum in ſuo genere, ſicut infidelitas eſt peſſimum, & facit habentem malum, & eius actum reddit malum, ita fides facit bonum, & opus habentis reddit bonum; & hoc etiam dicendum eſt de Spe, videlicet quod eſt propriè virtus etiam informis, quia facit hominem certò ſperantem Diuina promiſſa, & hoc eſt bonum.

24 Habitus fidei infuſæ poteſt augeri ſecundùm maiorem intenſionem factam in ſubiecto per quoſcumque actus meritorios tàm elicitos à fide, quàm etiam imperatos, nam fides augetur à nobis meritoriè à Deo autem effectiuè, vt omnis Theologorum Schola fatetur, ſed non ſolùm actus fidei elicitus, ſed etiam imperatus poteſt eſſe meritorius ſi fiat cum Charitate, ergo fides augetur per huiuſmodi actus; Item fides infuſa augetur per ſuos actus etiam informes, quia fides non dependet à Charitate, quantùm ad ſui infuſionem, & conſeruationem, ergo nec quantum ad augmentum; probatur conſequentia; quia habitus remiſſus, & intenſus ſunt idem numero; Probatur ſecundò; Peccatores poſſunt habere intenſiſſimos actus fidei ergo per illos augebitur eorum fides; Probatur antecedẽs ex Matth. 7. vbi legimus multos damnandos in nomine Chriſti miracula facturos, quæ ſine magna fide fieri nequeunt, & D. Paulus 1. Cor. 13. ait ſi habuero omnem fidẽ, itaut Montes transferã ergo per tales actus fidei poterit augeri habitus; atque

28 Si Angeli, & Homo fuerunt Creati in gratia, vt communis opinio tenet ſimul habuerunt fidem Trinitatis, & aliorum miſteriorum fidei; Probatur primò de Angelo, ex Ezechiele 28. vbi loquens de Lucifero ante lapſum, ſic ait tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore in delicijs Paradiſi Dei fuiſti omnis lapis pretioſus operimentum tuum, vbi inſinuatur Angelos ante caſum habuiſſe omnes virtutes Intellectuales; Item Angeli non videbant Myſteria fidei in ſeipſis, talis enim viſio facit Beatos, & tamen habebant eorum aſſenſum; quoniam ſine tali aſſenſu impoſſibile eſt placere Deo; Angeli autem, & homo in ſui principio placuerunt Deo, ergo habebant fidem illorum; Deindè inhabentibus gratiam nondum conſummatum, eſt quædam inchoatio Beatitudinis ſperatæ, nundum adeptæ; Hæc autem inchoatio fit in Intellectu, & in voluntate; In intellectu per fidem, in voluntate per Charitatem, ergo ſi Angelus, & homo fuerunt in gratia conditi, non habuerunt illam conſummatam, atque adeò ſtrictè, & propriè habuerunt fidem; Inſuper habuerunt tunc cognitionem ſupernaturalem ſui finis, ſed hæc non potuit eſſe clara, & intuitiua, quia nondum erant beati ergo per fidem Infuſam.

29 Probatur ſpecialiter de homine ex illo Eccleſiaſt. 17. creauit Deus de terra hominem ſecundùm Imaginem ſuam, & iterùm conuertit illum in ipſum, & ſecundùm ſe veſtiuit illum virtute, & paulò inferius dicitur; Corde dat illi excogitandi; & Diſciplina Intellectus repleuit illum, ideſt virtutibus intellectualibus; Inter homines igitur Adam primus credidit in Chriſtum, & ſuam Fidem oſtendit, cum dixit; Geneſ. 2. 23. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de Carne mea; Hæc vocabitur virago, quià de viro ſumpta eſt; Quamobrem relinquet homo Patrem ſuum, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in Carne vna, nam his Verbis non ſolùm locutus eſt de præſenti ſuo Matrimonio cum Eua, ſed etiam Prophetauit de futura Chriſti conuerſione cum Eccleſia, quæ præfigurabatur per coniunctionem Adæ, & Euæ, vt interpretatur Apoſtolus Epheſ. 5. 32. vbi explicans prædicta verba, ſic ait Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia; vide Diuum Hyeronimum, lib. 3. Commentar. in Epiſtolam ad Epheſ. Dices, ſi Adam præſciuit per Fidem venturum Chriſtum, ergo etiam præſciuit ſe peccaturum, quia vt dicunt aliqui Chriſtum, non erat venturus, niſi propter peccatum Adæ; Reſpondetur non ſequitur, quia poteſt fieri, vt aliquis cognoſcat effectum, & nòn cognoſcat cauſam.

30 Fides non eſt in Dæmonibus per liberum voluntatis arbitrium in ordine ad bonum, ſicut in Chriſtianis Viatoribus; Probatur quia talis Fides eſt laudabilis, & honeſtatem habens, & à Dæmonibus aliena propter eorum oſtinatam malitiam voluntatis, & confirmatur, quia Dæmon nunquam bonum intuetur, neque habet ordinem ad bonum, ſed ad malum; ex quo manifeſtum apparet id, quod dicunt Alexander Alenſis 3. parte, quæſt. 6. Membr. 7. & Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 5. artic. 2. quando dicunt Dæmones, & alios damnatos non credere ex affectu ad bonum, ſed quia conuincuntur pondere argumentorum Fidei, quod eſt intelligendum de affectu voluntatis ad bonum ſupernaturale gratuitum gratiæ videlicet, & gloriæ, ex quo alioquin fideles etiam ſi ſint Charitate, & gratia deſtituti credunt, aut poſſunt credere; Ex affectu verò ad bonum naturale hoc eſt veritatem ipſam; quæ bonum, quoddam Intellectus eſt Dæmones credere poſſunt, ſicuti etiam reliqui damnati; Immò hi omnes operari poſſunt ex affectu aliquo, & bono morali ſaltem obiecto, tameſi adiungant malam aliquam circumſtantiam,

propter obſtinationem voluntatis ad malum, ex quo fit vt malè credant cum ex pia affectione minimè credant.

31 Fides eſt in Dæmonibus de omnibus veritatibus quas docet Eccleſia, & hoc ex conuictione intellectus; Probatur Dæmones vident multa manifeſtaque ſigna ex quibus colligunt fidem Eccleſiæ, & Doctrinam eſſe à Deo profectam, & per conſequens eſſe veram, & credendam, quamuis res ipſas creditas non videant, ergo credunt habent quæ illorum fidem; Vndè ſequitur quod fides Dæmonum eſt coacta conuincitur enim Dæmon ad credendum euidentia ſignorum; vident namque creditas veritates confirmari ſignis, quæ niſi à Deo fieri queunt, atque ita etiam renuente voluntate velint nolint credere compelluntur; Dices de ratione fidei eſt quod ſit libera, & voluntaria, ſed fides Dæmonum eſt omninò coacta vt viſum eſt, ergo non eſt fides; Reſpondetur, de ratione fidei bonæ moraliter, & propter finem ſupernaturalem eſt quòd ſit libera, & voluntaria conceditur; De ratione fidei prouenientis ſolùm ex perſpicacia Intellectus, & non ex bono affectu voluntatis, quòd ſit voluntaria, & libera negatur; & talis eſt fides Dæmonum, quæ non prouenit ex bono affectu, ſed malo quia dum vident demonſtrationem credibilitatis egerimè fuerunt myſteria fidei tot euidentibus ſignis confirmari.

32 Quamuis actus fidei Dæmonum, & damnatorum fidelium ſit bonus ex genere, non tamen habent fidem infuſam quàm habuerunt in via; Prima pars patet, quia ille actus fidei eſt bonus ex parte obiecti materialis tranſit enim ſuper debitam materiam; Secunda pars probatur; Actus fidei infuſæ eſt aſſenſus Intellectus moti piè à voluntate erga Deum, & pia affectione erga Diuina, ſed hæc affectio in damnatis, ſiuè Dæmonibus, ſiuè hominibus non reperitur ergo; Secundò probatur actus fidei infuſæ eſt in homine ex auxilio Dei gratuito, & ſupernaturali, ſed non eſt veriſimile, quòd Deus huiuſmodi auxilia ſupernaturalia hominibus damnatis, & Dæmonibus tribuat ergo, &c. Tertiò probatur, fides infuſa non inclinat ad actum malum ex aliqua circumſtantia, ſed actus fidei Dæmonum eſt vituperabilis, quia eſt malus ergo non eſt à fide infuſa, & per conſequens eam illi non habent; Probatur quartò fides infuſa eſt donum ſupernaturale conceſſum viatoribus ad inclinandum Intellectum ad credendum Deo, & voluntatem ad benè operandum, iuxtà fidem, ergo deſinit eſſe in exiſtentibus in termino, ſimpliciter qualiter ſunt damnati, & Dæmones; Dictum eſt in exiſtentibus in termino, ſimpliciter propter Patres olim exiſtentes in Limbo, & propter exiſtentes modò in Purgatorio, in quibus eſt vera fides infuſa, quia adhuc ſunt in via ad gloriam, & in ſtatu compoſſibili cum fide.

33 Hæreticus negans vnum articulum non habet fidem infuſam aliorum quibus aſſentitur, ita D. Thomas 2. 2. q. 5. art. 3. & Scotus in 3. d. 23. q. vnica, quos ſequuntur omnes Theologi, & probatur obiectum formale fidei eſt prima veritas reuelans prout proponit Eccleſia, ſed Hæreticus non aſſentitur articulis propter hoc obiectum formale ergo non habet fidem infuſam de illis; Secundò probatur; quia ſi Hæreticus haberet habitum fidei ſequeretur ipſum eſſe fidelem, & infidelem ſimul, eſſet fidelis ab habitu fidei infuſæ à quo tales denominamur; infidelis etiam quia ſi dubius in fide eſt infidelis, ex cap 1. de Hæreticis à fortiori erit infidelis, qui aliquid affirmat contra fidem; Item probatur, antequam fides infundatur alicui, ſi nolit credere vnum articulum, quamuis credat alios non infunderur illi fides ergo, nec conſeruabitur poſt infuſam indicto caſu, tantùm enim donum eſt conſeruare ſicut, & infunda; Item præciſa ratio quare

pecca-

peccatum mortale corrumpit Charitatem eſt, quia illi contrariatur, ſed hæreſis contrariatur fidei, ergo corrumpit etiam fidem, eo ſcilicèt modò, quo peccatum mortale corrumpit Charitatem, nempè demeritoriè, & Apoſtolus qualeſcumque Hæreticos cenſet naufragium facere in fide 1. Timot. 1.

34 Fides Catholica, docet in Chriſtiano peccatore, atque Catholico manere verã fidem ſine Charitate, itavt licèt quolibet peccato mortali Charitas amittatur fides, tamen non amittitur in hac vita, niſi per infidelitatem, & hæc eſt concors ſententia Catholicorum, & probatur; Donum Prophetiæ miraculorum, & eijciendi Dæmonia, non poſſunt eſſe abſque donis fidei, & tamen illa habentes damnantur propter peccatum mortale, iuxtà illud Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, Domine non, ne in nomine tuo Prophetauimus, &c. tunc Confitebor illis, quia nunquam noui vos, diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, ergo corrupta Charitate manet vera fides; Prætereà Ioan. 12. ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ne ex Synagoga eijcerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloria Dei, & 1. Cor. 13. ſi habuero omnem fidem, itaut Montes transferam Charitatem autem non habuero, nihil ſum ergo fides poteſt manere ſine Charitate; Nam ſi D. Paulus, dicit ſi habuero fidem, & non habuero Charitatem poteſt ſecundùm D. Paulum, & eius Doctrinam fides ſtare ſine Charitate; Hæc ſecundùm Catholicos.

35 Lutherus tamen hanc ſolidam veritatem, & Doctrinam non concedit, ſed diſtinguit fidem, in fidem Hiſtoricam, quæ eſt aſſenſus eorumque recenſentur in Diuinis Litteris, & hæc inquit manet in peccatore, & in fidem iuſtificantem, quæ eſt fiducia, qua quis credit infallibiliter ſe eſſe iuſtum, & hæc iuſtificat, & ſola priuatio eius condemnat, & in hanc acceptionem ſecundùm Lutherum, ſolùm peccatum infidelitatis imputatur, cætera autem vt homicidium fornicatio furtum, &c. non imputantur dummodò quis firmiter credat ſe eſſe iuſtum; Vndè ex hac Lutheri ſententia, vel potiùs manifeſta hæreſi Hæretici, Lutherani, in hanc hæreſim inciderunt, vt exiſtimarent fidem, ſimul cum Charitate amitti per peccatum mortale; contrà quos ſtat firma, & ſtabilis fides Catholica, in Concilio Tridentino fulminans huiuſmodi Anathema, ſeſſ. 6. Canon. 28. ſi quis dixerit per peccatum gratiam ſimul, & fidem ſemper amitti, aut fidem quæ remanet, non eſſe veram fidem licèt non ſit viua, aut eum qui fidem ſine Charitate habet, non eſſe Chriſtianum Anathema ſit, cui omnes Theologi, & controuerſiſtæ contra hæreſes ſubſcripſerunt; Videantur Alphonſus à Caſtro, contrà Hæreſes V. fides Hæreſi 2. Roſenſis art. 1. contra Lutherum, Andreas Vega. lib. 14. in Concilium Trid. cap. 8. q. 10. & Bellarminus, tom. 3. lib. 1. de iuſtific. c. 15.

36 Satis huc vſque actum eſt de habitibus fidei acquiſitæ, & infuſæ nunc aliqua ſcribenda ſunt de actibus fidei, & primò de interiori; Secundò de exteriori; & primò circa actum interiorem aſſerimus actum credendi, ſeu actum fidei ſub Imperio voluntatis perfectiſſimum in genere naturæ, & moris cum imputabilitate ad laudem, & vituperium meritum, & demeritum ſubſequi ad iudicium practicum Intellectus ſaltem probabile, vel moraliter certum à prima ſimplici appræhenſione terminorum, cum præuia combinatione complexa eorum vſque ad vltimationem diſcurſus; Hic ſupponitur ex Communi ſententia tripliciter obiectum ſe habere ad humanum Intellectum; Primò tanquam euidenter veram, vt pænitus illum conuincat ad aſſentiendũ; Secũdò vt indifferens ad veritatem, & falſitatẽ nulla ex parte eius apparẽte ratione probabili, quæ moueat ad aſſenſum; Tertiò ſub probabilitatẽ verũ, vt aliqua ratio aſſentiendi appareat obſcurè tamen, quæ non conuincat, nec ſufficienter phyſicè determinet ad aſſentiendum, niſi moraliter tantùm, ſic oportet ſaltem proponi credibile

ſub Diuina reuelatione, vt indè neceſſaria ſit motio voluntatis ad eum phyſicè determinandum.

37 Probatur Intentum principale. Humana voluntas non operatur, niſi circa præcognitum obiectum, nec eligit honeſtè, niſi ſub regula præuia rationis ergo, nec poteſt actum fidei perfectum cum laude, & meritò imperare, niſi ſub præuio eiuſdem Intellectus iudicio dictantis ſaltem probabiliter hic, & nunc credendum eſſe; Item actus credendi nequit eſſe plenè voluntarius à voluntate cum plena deliberatione imperatus, nec eſt poſſibile ſimpliciter aliter prudenter imperari, niſi ſub præuio hoc iudicio probabili, ac ſaltem moraliter certò eiuſdem Intellectus proponentis obiectum credibile à Deo immediatè eſſe reuelatum indè de neceſſitate ſalutis credendum; Pro horum Intelligentia per ſigna diſtinguendi ſunt actus omnes antecedentes pleniſſimum aſſenſum fidei; In primò eſt ſola apprehenſio terminorum obiecti credibilis, ac diuinæ reuelationis; In ſecundò Iudicium de non repugnantia credibilis; In tertiò Iudicium de reuelatione, quod ſit Diuina; In quartò Iudicium vltimum ex præmiſſis Silogiſticæ deductum, ſaltem moraliter certum concludens eſſe credendum; In quintò poteſt Intellectus mox aſſenſum ipſum credendi elicere ante imperium voluntatis, non ſatis tamen perfectum ac firmum ſiuè intenſum; In ſextò accedit Imperium voluntatis efficaciter eligentis eſſe firmiter credendum; Septimò ex vi talis efficacis electionis phyſicè imperat prædictum actum credendi ab intellectu firmiter eliciendum; In octauò, phyſicè determinatus firmiter credit.

38 Actus fidei, qui eſt initium ac fundamentum iuſtificationis adultorum, ſaltem in fieri eſt meritorius tantùm de congruo. Supponitur hic dari duplicem actum fidei in adultis peccatoribus nondum iuſtificatis, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 6. Can. 3. vnum elicitum ex ſolis naturæ viribus, cum ſolo generali concurſu Dei à voluntate credentis imperatum, ſub formali motiuo Diuinæ reuelationis exterius ex auditu per Verbum Chriſti propoſitæ; Alterum ex præuio actuali auxilio ſpeciali excitantis, & adiuuantis gratiæ eiuſdem Dei; De hoc dumtaxat poſteriori eſt concluſio non de priori; Hic à ſolo Deo ſuæ gratiæ auctore incipit per actuale auxilium excitantis, & adiuuantis gratiæ, ideò regulariter eſſe poteſt meritoria diſpoſitio ſaltem de congruo initium fundamentum iuſtificationis in fieri; Patet, principiatiuè Deo auctori gratiæ commenſuratur; Ideò ſaltem diſpoſitiuè eidem Deo terminatiuè proportionatur, ergo nihil ei deeſt, vt ſit meritum hominis ad Deum; Habet omnia requiſita; Primò eſt actus liber voluntarius imperatiuè pendens à voluntate credentis; Secundò eſt moraliter bonus, honeſtus, adæquatè attingens Regulam ſupernaturaliter Diuinam; Tertiò pendet antecedenter ab auxilio ſpeciali Diuino; Quartò ex vi eiuſdem vltimatè terminatur in eundem Deum ſuper omnia diligendum.

39 Actus fidei imperatus à voluntate, ſiuè anteà iuſtificati, ſiuè ab eo continuatum vſque ad inſtans incluſiuè ſuæ iuſtificationis, circa credenda de neceſſitate ſalutis ex motiuo Diuinæ reuelationis eſt meritorius etiam de condigno, Initium quoque intenſioris iuſtificationis eiuſque ſubſtantia, ac fundamentum ſaltem in fieri; Concluſio hæc ſupponit primò iuſtificatũ eſſe capacem maioris ſanctificationis, & iuſtificationis, iuxtà illud Apoc. qui Sanctus eſt Sanctificetur adhuc, & qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, ſupponit ſecundò diſcrimen inter meritum ſimpliciter de condigno, & ſecundùm quid de congruo, (de quo alibi fusè dictum eſt) Priùs exigit hominem iuſtificatum ſupernaturaliter eleuatum ad hæreditatem Dei, illi gratum, filium eius adoptiuum effectum, ideò actus credendi ab eo elicitus ſub Imperium ſuæ voluntatis, ex lege Diuina concernente hunc ſtatum hominis iuſti ad Deum habet condignitatem, ac æqualitatem ad præmium vitæ æternæ. Poſteriùs è contra hominem ſupponit extra ſta-

tra ſta-

tra ſtatum iuſtificationis ad Deum, immò ab eo auerſum ingratum, inuiſum, filium perditionis; diſponit tamen illum ex pacto ſpeciali Dei excitantis, & adiuuantis Dei, vt per actum liberum credendi à ſtatu peccati per fructuoſam retractationem ſe diſponat ad recipiendam ſanctificationis gratiam, ergo actus fidei imperatus à voluntate antea iuſtificati circa credenda de neceſſitate ſalutis in eo eſt meritorius de condigno.

40 Eſt neceſſarius ſemper ſaltem in genere moris per modum regulæ aliquid diſcurſus præuius ad actum credendi à voluntate credentis prudenter imperatus, iuxtà illud Eccleſiaſtici, cap. 19. qui citò credit leuis eſt corde, non eſt ſtatim credendum, ergo eſt primò prudenter iudicandum per diſcurſum præuium de poſſibilitate credibilis per non repugnantiam, & de veritate Diuinæ reuelationis, an proponatur ſub debitis circumſtantijs ac ſignis à poſteriori, ſaltem oſtendentibus illam eſſe Diuinam, ſub morali certitudine; Idem ex Lucæ cap. 1. cùm audiſſet, ſcilicèt Verbum Dei ab Angelo propoſitum turbata eſt Maria in Sermone eius, & cogitabat, id eſt diſcurrebat qualis eſſet iſta ſalutatio; Idem cap. 2. Maria conſeruabat omnia verba hæc, ſcilicèt ſibi credenda propoſita conferrens in corde ſuo; hic actus collatiuus formaliter diſcurſus eſt; Ibidem Paſtores ab Angelo edocti de Chriſti Natiuitate loquebantur adinuicem tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc Verbum, quòd factum eſt, & Dominus oſtendit nobis ergo diſcurſus præuius eſt neceſſarius antecedenter, ſaltem extrinſecè ad prudenter imperandum actum credendi.

41 Immò datur actus aliquis credendi per ſe pendens à diſcurſus hoc ſenſu; Cauſatur aſſenſus materialis credibilis ex motiuo reuelationis Diuinæ, priùs cognitæ non moraliter tantum, ſed phyſicè, vt actus ipſe credendi per ſe pendeat in genere efficientis ex præuio aſſenſu principij extrinſecè motiui in genere efficientis prædicto, non tamen ex motiuo formali intrinſeco, quomodò notitia ſcientifica poſterioriſtica pendet propter quid ex tali intrinſeco medio; patet ex Scoto in 3. diſt. 24. ad quæſtionem, vbi multipliciter diſtinguens ſcientiam concludit actum credendi Theologicum eſſe ſcientificum per diſcurſum, ex tertio motiuo credulitatis Dei reuelantis; vt patet ex hoc diſcurſum; Quicquid Deus reuelat eſt ſimpliciter verum, Deus reuelat ſe eſſe vnum in eſſentia, & Trinum in perſonis, ergo diſcurſiuè credimus Deum eſſe vnum in eſſentia, & Trinum in perſonis; hic diſcurſus reſſoluitur vltimatè in hoc principiū, ſimpliciter neceſſarium Deum, non poſſe falſum reuelare in quantum, nec poteſt ſeipſum negare, vel à ſeipſo recedere; Vndè actus credendi per diſcurſum meritum fidei non euacuat, immò ſub auxilio ſpeciali mouentis Dei ad gratiam ſanctificantem verè diſponere, & ſub illa ad conſequendum ſupernaturalem finem Beatitudinis.

42 Actus fidei conuenientiſſimè à Diuo Auguſtino, diſtinctus eſt in tres realiter diſtinctos ordinem cauſalitatis præſeferentes credendi Deo, credendi Deum, & credendi in Deum, patet primò ex Sacra Scriptura, Geneſ. 15. Credidit Abraham Deo; Hebr. 11. accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, ſcilicèt credere Deum eſſe; Ioan. 6. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, & cap. 14. Creditis in Deum, & in me credite, ergo Orthodoxa, & Catholica diſtinctio eſt actus fidei credendi Deo Deum, & in Deum; Secundò ſub his actibus perficitur adæquatè totus homo in politica Chriſtiana veluti, ſub integra Regula fidei ſupernaturali; In primis appetitus naturalis hominis ad Deum finem ſuum ſupernaturalem nequit dirigi, niſi ſub præuia illius cognitione, cum nil ſit volitum quin ſit præcognitum; ex naturalibus tantùm, ex Scoto prima q. Prol. homo non poteſt particularem habere cognitionem illam Dei finis vltimi, an ſit quomodo ſit, quibus auxilijs attingi poſſit, niſi ex ſupernaturali reuelatione, ergo primus actus fidei

eſt credere Deo, ſcilicèt reuelanti; Secundus credere Deum vnum in eſſentia Trinum in perſonis eſſe finem vltimum hominis ſuper omnia diligendum, ac beatè attingendum; Tertius credere in Deũ, ſcilicèt debere hominem ſeipſum, ac ſua in eã referre; ex his patet adequata diſtinctio actus fidei per modum regulæ completiſſimè dirigentis hominem ad ſuum finem ſecundùm omnes eius internas facultates.

43 Neceſſitas credendi aliquid ſupra naturalem rationem in ordine ad ſalutem, neque eſt naturalis Medij, neque naturalis præcepti probatur à Scoto q. 1. Prol. ſalus æterna hominis eſt prorſus ſupernaturalis excedens vires totius naturæ Creatæ, ergo nequit naturaliter ſic pendere à medijs creatis cuiuſuis ſint ordinis ex illorum natura, quomodo in naturalibus ſolet finis à medijs proprijs in genere efficientis Cauſari; Secundò ex Scoto in 1. diſt. 17. quæſt. 2. §. de ſecundò poteſt Deus ſua abſoluta potentia humanam naturam in puris naturalibus eleuaret, iuſtificare per ſolùm extrinſecum actum ſuæ liberalis voluntatis nulla facta mutatione præuia ex parte illius, indè immediatè eam beatificare per ſolos actus ſuæ beatificæ viſionis, ac dilectionis; Poteſt ſimiliter Deus eadem potentia abſoluta actum hominis quemcumque ſaltem moraliter bonum ex ſolis naturæ viribus ab eo elicitum ſub debitis circumſtantijs ſpecialiter acceptum habere veluti de condigno meritorium vitæ æternæ, cum ex terminis nulla ſit contradictio, ergo actus credendi, aliquid ſupernaturalem rationem non eſt homini ex natura rei neceſſarius ad ſalutem.

44 Tota neceſſitas actus credendi ad conſequendam ſalutem pendet ex Communi lege poſitiua Dei ſtatuentis hominem ſic ſaluare; ideò eſt neceſſitas dumtaxat poſitiui præcepti Diuini, vel diuinæ ordinationis; patet ex Sacra Scriptura Deus eſt ſpecialis dominus ſuæ gloriæ, ideò Pſalm. 23. dicitur Rex gloriæ, & Pſalm. 83. gratiam, & gloriam dabit Dominus, ergo à ſola poſitiua ſua lege, & vltimatè à libera ordinatione ſuæ voluntatis pendet neceſſitas credendi aliquid ſupranaturalem rationem. Ex ſuppoſitione huius ait Apoſtolus ad Hebræos 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; A priori probatur ex naturali proprietate vltimi finis hominis, qui eſt Deus beatificè attingibilis ſub ratione Deitatis ex Epiſt. Canon. Ioannis, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt; Deus non eſt ex natura ſuæ Diuinitatis naturaliter viſibilis ab Intellectu noſtro, aut Angelico, vt dicat naturalem ordinem ad illum in ratione motiui, quomodo cætera Creata ſunt naturaliter motiua illius; ſi ex ſola ſua voluntate libera mouet Deus Intellectum Creatum ad ſui viſionem, ex Scoto quolib. 2. & quolib. 14. art. 2. ergo in ſolam diſpoſitionem liberam ſuæ voluntatis refunditur, tota neceſſitas credendi, aliquid ſupra naturalem rationem, cum aſſenſu actuali cæterorum, quæ homini reuelata ſunt veluti ſibi neceſſaria ad conſequendam vitam æternam.

45 Non eſt neceſſarium credere, quæ poſſunt à priori ratione naturali demonſtrari; Hic ſupponitur, omnia Credibilia ſub naturali ratione negatiuè, cognoſci poſſe per non implicantiam contradictionis terminorum actus fidei cohæret actui ſcientifico, ſub hoc gradu non repugnantiæ, ex Scoto in 3. diſt. 24. Tenetur quiſque Theologus, ex eodem Scoto in 2. diſt. 1. q. 3. fructuosè laborare ad inquirendas naturales rationes de omnibus credibilibus, ex 1. Petri, cap. 3. parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos, rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe; Syrus de ſpe fidei; ideſt de ſpe, quam acuit fides; parati inquit S. Petrus; Non dantes, quia ſemper paratos nos eſſe oportet at non ſemper actu dare, ſed tunc ſolùm quando oportet, & expedit; ſolùm à poſteriori, non à priori cum ſic neceſſariò oporteat potiùs credere, quæ rationem naturalem excedunt; Naturale lumen demonſtrat ſolùm à poſteriori Deum eſſe ſubſtantiam, ſpiritum, vitam intellectualem, infinitum, æternum, im-

menſum, vnum verum bonum, Creatorem omnium Omnipotentem, ex Rom. 1. Inuiſibilia Dei à Creatura Mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſiuè negatiuè via remotionis, ſiuè poſitiuè via attributionis.

46 A ſolo Scoto Theologicè ſunt ſufficienter propoſita explicitè credenda à cunctis fidelibus in Eccleſia, de neceſſitate ſalutis, quorum ſcilicèt viſio ſpectat, vel ad eſſentialem, vel ad conſubſtantialem, vel ad Cauſas phyſicas, vel morales humanæ beatitudinis ſimpliciter; Hic ſupponitur primò explicitè credendum ab omnibus de neceſſitate ſalutis miſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius viſio cauſat proximè eſſentialem beatitudinem humanam; Secundò miſterium Incarnationis, cuius viſio Cauſat beatitudinem eiuſdem conſubſtantialem, ex textu D. Ioannis, ego ſum Oſtium, ſi quis per me introierit Paſcua inueniet in eus per viſionem Humanitatis ſuæ. Tertiò ſeptem Sacramenta à Chriſto instituta, & inter ea, primò proponitur explicita credendus Baptiſmus, qui ex opere operato iuſtificat hominem à peccato originis per tres habitus infuſos Fidei, Spei, & Charitatis, ſimiliter eſſentialia præcepta ab eodem Chriſto in noua lege, vel inſtituta, vel confirmata in Decalogo contenta, Lucæ 10. & Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata; Horum viſio in Patria ſpectat ad cauſas beatitudinis phyſicas, vel morales principales, vel inſtrumentales.

47 Maiores, & minores in Eccleſia inæqualiter tenentur ad credendum omnia, quæ ſunt de ſubſtantia fidei; ſupponitur hic dari in Eccleſia Maiores, non ſolùm Prælatos ex officio obligatos ad illuminandum Inferiores, ſed etiam Theologos ex profeſſione fidei ad idem obligatos, de quibus ait Scotus in 4. diſt. 17. q. 1. art. 2. turpe eis eſſe ignorare Sacram Scripturam; Ex his probatur omni modò tenentur Maiores æqualiter ad explicitè credendum, quæ ſunt de ſubſtantia fidei ad differentiam minorum, ex Rom. 12. contra Caluinum; Non omnia Membra (ſcilicèt vnius Corporis myſtici in Eccleſia) eundem actum habent, ſi totum Corpus eſſet oculus, vbi eſſet auditus; Ideò in vno corpore myſtico militantis Eccleſiæ diſtinguenda ſunt membra, ſub eodem capite Chriſto, non eundem actum fidei æqualiter habentia, idem ex Epheſ. 4. Alios dedit Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, & ædificationem Corporis; ergo non omnes fideles in Eccleſia tenentur de neceſſitate ſalutis ad omnia credendum expliciter æqualiter. Fides Catholica in tota Eccleſia neceſſariò continetur obiectiuè; Primò in Sacra Scriptura; Secundò in traditionibus; Tertiò in Summorum Pontificum Decretis; Hæc vix explicitè creduntur à fidelibus Doctoribus; ergo nõ æqualiter de neceſſitate ſalutis fideles omnes obligãtur ad credendũ omnia.

48 Maiores curam animarum exercẽtes omnia tenentur explicitè credere ob curã Animarum ſuſceptam, ex qua obligantur ad illuminandos alios, quomodò Angeli ſuperiores ratione ſtatus ſuperioritatis tenẽtur regulariter illuminare inferiores; Ipſis ait Chriſtus, Ioan. 5. Scrutamini Scripturas, ille enim teſtimonium perhibẽt de me; Theologi omnes legitimè laureati ratione profeſſionis ſolemniter emiſſæ tenẽtur, pariter de neceſſitate ſalutis omnes explicitè credere; Inde ait Scotus loc. cit. turpe eſſe Theologo, aliquid credendũ in Biblia contineri ipſumque neſcire, nec locum citare; Minores in Eccleſia Catholica minora tenentur de neceſſitate ſalutis explicitè credere, quàm Maiores; & ordo Hierarchicus Eccleſiæ hoc ex poſtulat, nã ſi minores illuminandi ſunt à Maioribus, ſequitur Minores, non teneri tot explicitè credere quod maiores; oportet lumẽ fidei in maioribus Eccleſiæ eorum ſtatui proportionari, ergo ſicut ſtatũ ſuperioritatis ſuſcipiunt ad regendum alios, ita lumen explicitum fidei tenentur habere plus intenſum, & extenſum quàm minores.

49 Hæretici impudenter cõtendunt vnũquemq; hominẽ habere propriã ſuæ fidei regu-

regulam, vt quiſque etiam ſimplex æqualiter teneatur ad omnia explicitè credenda, & inde ad legendam, & intelligendam Sacram Scripturam; ſic arguunt omnes in Baptiſmo obligantur ad credendum, ſicut omnes ex vi illius æqualiter conſtituuntur fideles, ergo omnes de neceſſite ſalutis tenentur explicitè credere, omnia myſteria fidei in Sac. Scriptura contenta, Hæretici perditiſſimi auferunt ordinem Hierarchicũ ab Eccleſiã ad deſtruẽdam Paſtoralem curam nolentes de iure Diuino in ſpiritualibus ſuperiores habere, ne à libertate carnis arceantur; Ad argumentum negamus conſequentiam; Ex vi Baptiſmi omnes vtique æqualiter tenentur explicitè credere, quæ ſuccedunt fidei in ſtatu beatifico, iuxtà ordinem ab Apoſtolo præſcriptum ad Epheſios ſcribente, cap. 4: ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores, ergo ſunt de iure Diuino in Eccleſia Paſtores, & qui Doctores aſſumpti ad illuminandos alios, inde obligati ad credendum plura, vel pauciora, magis, vel minùs intensè, & extensè.

50 Scotus in 2. *diſt.* 1. q. 3. docet ſi ſint rationes aliquæ neceſſariæ pro creditis eas afferre non eſſe periculoſum, quaſi euacuantes neceſſitatem Diuinæ reuelationis indè auferentes, vel diminuentes meritum fidei eiuſmodi rationes ex Scoto pediſſequæ ſunt ad formale motiuum credendi adiuuantes tantùm ſecundariò intelligibilitatem credibilium de neceſſitate ſalutis, indè augentes potius, quam minuentes meritum fidei; Probat Scotus Doctores Catholici omnes per rationem inquirunt veritatem credibilium non intendentes per hoc neceſſitatem fidei euacuare, eiuſque meritum diminuere, ſed potius augere, ſic D. Auguſtinus, D. Anſelmus, & cæteri Eccleſiæ Doctores meritoriè laborarunt; vt credenda de neceſſitate ſalutis per rationem intelligerent; patet ex Iſaiæ, cap. 7. à Scoto ibi citato, niſi credideritis non intelligetis; Lumen ſupernaturale Diuinæ reuelationis excitat rationem humanam ad perfectam intelligentiam credibilium illam excedentium; Rationes à priori procedentes, ex primis, veris immediatis prioribus notioribus per euidentiam rei, ſicut euacuant ſimpliciter neceſſitatem fidei, ita totaliter auferunt eius meritum; non ſic rationes à priori procedentes ex communibus tantùm peruiam non repugnantiæ, & à poſteriori ex effectibus, vel ex eiſdem principijs creditis.

51 Confeſſio exterior fidei eſt actus imperatus à voluntate humana ex motiuo Diuinæ reuelationis per ſe ſpecificantis habitum infuſum fidei Theologicæ virtutis, iuxtà illud Roman. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ſcilicèt à Deo reuelatam, ore confeſſio fit ad ſalutem, ſcilicèt ex motiuo eiuſdem Dei reuelantis; Inde in Concilio Later. ſub Innocentio III. De ſumma Trinit. & fide Catholica ſcribitur. Firmiter credimus, & ſimpliciter profitemur vnum ſolùm eſſe verum Deum, &c. & in Concil. Lugdunenſi 2. ſub Gregorio 10. fideli ac deuota profeſſione fatemur Spiritum Sanctum æternaliter ex Patre, & Filio, ex vno principio; non duobus vnica ſpiratione non duabus procedere; Pendet exterior confeſſio fidei ab actu interiori credendi, ſiuè vt à Cauſa proxima, ſiuè ab effectu præuio, in quantum idem formale motiuum, vel vtrumque actum cauſat immediatè, vel vnum mediante altero; Vtrumque tamen cauſat imperatiuè per modum regulæ regulantis humanam voluntatem ad illos imperandos phyſicè; Locutio exterior hominis phyſicè imperatur à voluntate; Voluntas incredibilibus moraliter mouetur à ſola reuelatione Diuina ab Intellectu propoſita, ſub quibuſdam ſignis, ac circumſtantijs, ideò ſicut ex Scoto in 3. diſt. 25. Intellectus determinatur phyſicè à voluntate ad eliciendum firmum aſſenſum credendi, ita motiua virtus in ore ſic pariter ab eodem determinatur ad formandam vocem.

52 Confeſſio exterior fidei eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ex neceſſitate poſitiui præcepti Dei, Scotus in 3. diſt. 25. quæſt. 1.

quæſt. 1. iuxtà illud ad Hebr, 10. teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem; Confeſſio exterior ſpei inſeparabilis eſt à confeſſione fidei; Inde ait D. Ioannes in 1. Epiſt. cap. 4. omnes Spiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt, & omnis Spiritus, qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt; Idem ad Philip. cap. 2. ait D. Paulus omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris, & ad Rom. 10. illis verbis corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem; Quod quidem præceptum confeſſionis an obliget ſub mortali Ieſus Chriſtus in Euangelio, Matth. cap. 10. ſatis clarè reuelat dicens omnis, qui confitebitur me coram hominibus confitebor, & ego eum coram Patre meo, qui in Cęlis eſt; qui autem negauerit me coram hominibus negabo, & ego eum coram Patre meo, qui in Cęlis eſt; Præmium confeſſionis, & ſupplicium negationis fidei æternæ proponit hic Chriſtus, vt inde declaret confeſſionem fidei exteriorem eſſe neceſſariam ad ſalutem; Confeſſio enim fidei primario ordinatur in honorem Dei; Secundariò in ædificationem Proximi cuius ſalutem in caſu neceſſitatis quiſque tenetur ex præcepto Charitatis procurare.

53 In nullo caſu etiam ad corporalem vitam ſeruandam licèt fidem exterius verè, vel fictè negare; immò eſt actus Deo iniurioſus execrandus, & æterna morte dignus, qui negauerit me coram hominibus negabo, & ego eum coram Patre meo, qui in Cęlis eſt; patet clarius, ex Lucæ 12. vbi ait Chriſtus, qui voluerit Animam ſuam, (ſcilicèt corporalem vitam) ſaluam facere per exteriorem negationem fidei, ne à Tyranno Catholicæ fidei perſecutore perdet eam (ſcilicèt in altera vita cum damnatis,) & hoc ex demeritò ſuæ fictæ fidei; Negatio enim illa exterior etiam ſi fuerit ficta ad euadendum periculum mortis eſt mortalis contra negatiuum præceptum Dei obligans de neceſſitate ſalutis, ideò ſubtexit ibidem Euangeliſta, qui me erubuerit, & Sermones meos, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in Maieſtate ſua, ſcilicèt ad iudicandum, ergo certum eſt, ex Euangelio mortaliter peccare ob metum mortis, vel aliam ob cauſam exterius negantem fidem Catholicam totam vel partem, ſcilicèt ſi negauerit eſſe Chriſtianum Catholicum Papiſtam, Romano Pontifici, legitimo vniuerſalis Eccleſiæ, Capiti ſubiectum, ſiuè verè, ſiuè fictè; Hoc præceptum eſt diſtinctum ab alio credendi interiùs, de quo ait D. Ioannes, qui non credit, iam iudicatus eſt, vt patet.

54 Euſebius lib. 6. Hiſtoriarum, cap. 31. & Epiphanius Hæreſi 19. referunt genus quoddam Hæreticorum opinantium tempore perſecutionis ad tuendam vitam corporalem, licere exteriùs fidem negare in clara tamen luce allucinatorum docente Chriſto, Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt Corpus, Animam, autem non poſſunt occidere; Qui odit animam ſuam in hoc Mundo in vitam æternam cuſtodit eam; Loquitur in ſubiecta materia de confeſſione fidei facienda quando oportet, & de negatione eiuſdem ſemper præcauenda, ex præcepto negatiuo; Obijcies Lex naturæ ſuperior eſt omni poſitiua lege, ex præcepto legis naturæ tenetur quiſque vitam ſuam temporalem ſaluare, ergo nulla Lex poſitiua inferior poteſt contra illam obligare; Maior in ordine ad Deum vera eſt ex Scoto in 3. diſt. 37. de Lege naturæ ſecundùm exigentiam ſuæ Diuinitatis, & de Lege poſitiua liberè à ſe data; De Lege enim naturæ quiſque tenetur Deum ſuper omnia diligere, & colere; Non poteſt Deus pro libertate contra ſe ferre, vndè ſit licitum Deum odiſſe Blaſphemare, & ei irreuerentiam irrogare; Hæc enim Lex naturæ reſpiciens, ſic Deum tanta eſt, vt proxius cuſtodia omnis creatura exponi debeat omni detrimento, & conſequenter etiam homo exponere teneatur vitam ſuam temporalem.

55 A ſignis legalibus veræ fidei nunquam eſt publicè recedendum ad illam occultandam, vel diſſimulandam, nec conſequenter vtendum ſignis conſimilibus

ad ſimulandam fidem contrariam ſigna legalia Chriſtianæ Religionis, ſeptem ſunt Sacramenta, quorum duo ſunt de neceſſitate ſalutis Baptiſmus, & Pænitentia, quomodo apud Hebræos inter ſimilia ſigna potiſſimum fuit Circumciſio, nunc commune eis cum Turcis; peccaret mortaliter contra Confeſſionem fidei, ſi quis inter Hebræos, ac Turcas hæc legalia noſtræ Eccleſiæ ſigna negligeret, ſeu omitteret ad fidem Catholicam occultandam, & ſineret ſe Circumcidi ad contrariam fidem ſimulandam; ſimiliter qui ſigno Crucis omiſſo, & alio legali alterius falſæ ſectæ ſe ſignaret ad ſimulandam fidem falſam; Eadem eſt ratio de Sacrificijs legalibus, cuiuſcumque ſectæ, vt ſi quis Sacrificio Miſſæ poſtpoſito ad verum Deum colendum vteretur Sacrificijs veteris legis ad ſimulandum ſe Hebræum, vel Turcam, veram Fidem Catholicam negaret, & mortaliter peccaret; E contrà licèt factis, & ſignis priuatis veram fidem occultare, ac diſſimulare, immò, & falſum ſimulare, ſiuè ad tuendam vitam veraciter expoſitam, ſiuè ad declinandum periculum, atque etiam ad irridendam falſam ſectam non eſt dubitandum; Sunt eiuſmodi ſigna, vel facta priuata, ex communi conſuetudinem nullam vim publicam habentia ad libitum aſſumpta ad veram fidem confitendam, vel ad falſam ſimulandam, ideò nullum eſt periculum, ſub prædictis veram occultare fidem, & ſimulare falſam.

56 Maiores ad actum confeſſionis fidei; Primò tenentur tunc quando minores, ſibi ſubiecti exigunt ab eis erudiri, in ipſis rebus explicitè credendis de neceſſitate ſalutis; ad idem tenentur minores poſt adeptum vſum rationis vocati à maioribus ad diſcenda in Eccleſia prædicta credibilia de neceſſitate ſalutis; Item maiores ex Scoto in 3. diſt. 38. dum ſunt Paſtores tempore perſecutionis tenentur non fugere, ex Ioan. 10. Mercenarius, & qui non eſt Paſtor, vidit Lupum venientem dimittit oues, & fugit; Non ſic ait Scotus teneri omnes etiam ſi fuerint Religioſi ſtatum perfectionis acquirendæ aſſumentes, niſi eorum fuga eſſet ſcandalizatiua Infirmorum; In quo caſu ſicut, & laureati ſi fugerent viderentur male ſentire de fide non exponentes vitam ſuam pro fidei defenſione, omnes prædicti præcipuè maiores in hoc ſequantur feruorem Originis, cuius animus in confitenda fide fuit prorſus adamantinus, vtpotè quem nec vitæ auſteritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec æmulorum improbitas, nec ſuppliciorum timor, nec vlla mortis facies à ſancto inſtituto, vel tanti illum dimouere potuit; Et vtinam ſenior non dediſſet maculam in gloriam ſuam, vt aliqui dicunt, qui an verum attigerint contra tàm Illuſtrem Heroum Iudicium ſtet apud Sanctam Eccleſiam totius veritatis ſedem.

57 Sicuti maiores Eccleſiæ perſecutionis tempore, non poſſunt licitè fugere, ita à Tyrannis publica auctoritate de vera fide interrogati ſeriò reſpondere tenentur, & ad tuendam fidem per exteriorem confeſſionem ex neceſſitate ſtatus obligantur propriam vitam exponere; ſicut D. Petrus Apoſtolus in tali caſu Spiritu Sancto repletus, dixit in Concilio Iudæorum; Principes Populi, & ſeniores audite ſi nos à vobis iudicamur hodie in benefacto hominis iſtius, &c. Scitote, In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos Crucifixiſtis iſte aſtat coram vobis ſanus, &c. nec aliud nomen eſt ſub Cęlo datum hominibus, in quo oportet nos ſaluos fieri; patet ergo ex hoc facto Paſtores Eccleſiæ teneri tempore perſecutionis non fugere, nec publica auctoritate interrogati de ſua fide poſſe licitè tacere, ſed ſeriò reſpondere; Et per exteriorem confeſſionem de vera fide annunciare; Non ſic obligantur cæteri fideles tempore perſecutionis, ſed tunc ad tuendam vitam corporalem licitè fugere poſſunt, & illegitimè interrogati de ſua fide, non tenentur de neceſſitate ſalutis reſpondere, ſi propter irridendam veram fidem interrogentur; Nam fugiens quis perſecutionem Tyranni, fidem non negat, ſed actum exterioris Confeſſionis expreſsè tantùm ſuſpendit;

pendit; immò illa fuga eſt ſignum ſaltem tacitæ exterioris fidei confeſſionis.

58 D. Thomas 2.2. q.3. art.2. ait quemlibet teneri fidem ſuam alijs propalare; Primò ad inſtructionem aliorum fidelium; Secundò ad confirmationem; Tertiò ad reprimendam infidelium inſultationem; Quartò quando per dimiſſionem exterioris confeſſionis fidei ſubtraheretur honor Deo debitus; Quintò quando etiam proximis impendenda eſt vtilitas; Ita D. Thomas, & quidem vniuerſaliter benè; ſed an de neceſſitate non ſe explicat; Cæterum præter caſus ſupradictos omnibus alijs feſtiuis diebus præcipuè ſolemnioribus, nec non temporibus abſtinentiæ ex publica Eccleſiæ auctoritate deſignatis tenentur fideles omnes ſine diſcrimine ad exteriorem confeſſionem fidei; nam Sabbatum ex Iure Diuino Sanctificandum, atque alij feſtiui dies ex Iure Eccleſiaſtico hunc intrinſecum finem habent interius, & exterius exercendæ fidei; ſimiliter iure Eccleſiaſtico omnes fideles obligantur de neceſſitate ſalutis omnibus feſtiuis diebus ad audiendum Miſſæ Sacrificium, ad ei interreſſendum præſentialiter cum debita intentione ſatisfaciendi fini Vniuerſalis Eccleſiæ, qui eſt Deus ſuper omnia colendus, in eum credendum, ac ſperandum ipſumque ſuper omnia diligendum, ergo de neceſſitate ſalutis fideles omnes tenentur feſtiuis diebus ad exteriorem confeſſionem veræ fidei æqualiter ſine diſcrimine, vtinam, & æquali deuotione ad quam inuitat immò incitat, & vrget ipſa præſentia Corporis, & Sanguinis Ieſu Chriſti in illo venerabiliſſimo Sacramento Euchariſtiæ veraciter contenti, quem ambitioſo famulatu omnes Cæleſtes Spiritus adorant.

De obiecto Formali, & Materiali Fidei. Art. 2.

1 Sicuti in ſcientijs naturalibus inuenitur duplex obiectum nempè materiale, & formale, materiale eſt id ad quòd ſcientia vltimatè terminat, tanquam ad rem vltimatè in tali ſcientia conſideratam; formale verò eſt ratio ſub qua, vel ſecundùm quam omnia conſiderata in tali ſcientia pertractantur, vt alias viſum eſt; ſic, & fidei ab omnibus Theologis duplex agnoſcitur obiectum materiale, & formale, obiectum materiale eſt quodlibet ſpirituale credibile, vel credendum, quod alias vocatur articulus fidei, obiectum verò formale eſt infallibilis reuelatio proueniens à prima veritate, qui eſt Deus ipſe; & veritas hoc loco non ſumitur pro veritate tranſcendentali, quæ omnibus rebus communis eſt; & à qua vnaquequæ res, tàm Creata, quàm increata dicitur eſſe vera, ſeu habere ſummam veritatem, ſed ſumitur pro veracitate, qua quis verax eſt in dicendo, & non mentitur; talis eſt veritas Diuina, & infinita veracitas, quæ nec poteſt falli, aut errare, quia eſt ſummè ſapiens, nec velle alios fallere, aut in errorem ducere, quia Deus infinitè bonus eſt; omnia igitur quæ ab eo dicuntur, aut reuelantur, infallibiliter credi poſſunt ac debent.

2 Eſt dogma fidei Deum de facto loqui creaturis rationabilibus Angelis, & hominibus maximè ad reuelandum certò eis ſua arcana, ordinis Diuinæ gratiæ, in ordine ad ſupernaturalem beatitudinem attingendum, iuxtà illud Pſalmi 84. audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & Iob 45. auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Probatur ſunt in Deo omnia requiſita ad locutionem in quantum eſt ſubſtantia ſpiritualis, ſempiternè viuens, intellectiua volitiua, primùm omnium principium, finis vltimus, primus motor legiſlator noſter in genere naturæ, & gra-

& gratiæ omnium artifex, & infinitæ virtutis, ac perfectionis habens, vnde nobis poſſit ſuos manifeſtare conceptus, vel decreta libera ſuæ voluntatis òrdinatiſſima, abditiſſima, inde nos in illis potens eſt illuminare, maximè etiam in quibus per viam ſenſus naturale lumen noſtri Intellectus cæcutit, ac ſcientificè deficit, vt per Fidem à ſe, & per Doctrinam remaneat homo ſufficienter inſtructus, cum omnimoda certitudine; ex parte noſtra pariter ſunt omnia requiſita ad audiendum Deum loquentem eſt, indè ex Sacra Scriptura ſufficientiſſimè conſtet Deum ſanctis hominibus locutum, ac Sanctos homines audiuiſſe eum loquentem; iuxtà illud Iſaiæ 10. Domini locutum eſt, & Pſalm. 88. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.

3 Naturale lumen ſaltem per non repugnantiam, negatiuè verè demonſtrat Deum poſſe homini per auditum ex fide, aliquid ſibi occultum certò reuelare, patet ex dictis Deum naturæ Authorem ſimpliciter primùm omnium legislatorem poſſe ex ſeipſo loqui ad manifeſtandum ſuos occultos Conceptus, ac libera Decreta in quantum natura Intellectualis intelligens, & volens habens Intellectum ſpirituale os ad dicendum Verbum, & voluntatem ad illum applicandum vt dicat; eiuſque Verba ad extra proferat; Experitur naturaliter homo ſuum Intellectum intus loquentem per actionem expreſſiuam Verbi, vel dictionem eius, & voluntatem imperatiuè illum applicantem ad ſic intus loquentem, vt dixerit Propheta Pſalmi 44. Eructauit cor meum Verbum bonum dico opera mea Regi, ergo naturalis ratio, idem etiam poſitiuè demonſtrat ex plena intelligentia naturali communi terminorum Deo conuenire; Poſſe nobis loqui per ſigna ſenſibilia, quomodo nos experimur adinuicem loquentes, nulla eſt ratio naturalis oppoſitum conuincens, immò non repugnat ex natura rei Deum vti eiſdem ſignis ſenſibilibus à nobis ad placitum inſtitutis ad manifeſtandum noſtros occultos conceptus, & libera noſtræ voluntatis Decreta per fidem ex auditu, ergo poteſt naturalis, ratio negatiuè ſaltem demonſtrare Deum poſſe nobis loqui per ſigna ſenſibilia ad manifeſtandum per fidem ex auditu libera ſuæ voluntatis arcana, ac eadem via illuminando noſtrum Intellectum, circa naturaliter occulta nobis ſcientificè.

4 Poteſt Deus nobis loqui per ſigna ſenſibilia maximè ſingularizantia ipſum loquentem, quæ ſint voces ſimilitudinariæ humanæ in aere formatæ, ſic de facto per fidem habemus Deum miraculosè locutum, primò Moyſi, Exodi 3. In flamma Ignis de medio Rubi, & videbat Moyſes, quod Rubus ardebat, & non comburebatur, iure appellans viſionem illam magnam à ſolo Deo ſuprà facultatem naturæ, vt demonſtratiuè cognoſceret Deum ſibi loquentem; ſic refert Matthæus, cap. 3. Baptiſtam Ioannem audiuis ſe vocem de Cœlis eſſe aperti ſunt cęli, & vidit Spiritum Dei, deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuprà ſe, & ecce vox de Cælis dicens; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ſimilem vocem, Matth. 17. in Monte Thabor audierant Chriſti Diſcipuli in Transfiguratione; Ecce vox de Nube dicens; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite; De hac voce è Cęlo elapſa à Magnifica gloria teſtatur etiam D. Petrus 2. Epiſt. Canon. cap. 1. Dices vox humana eſt actus vitalis, materialis, ſenſibilis, extenſus Organizatus, ſcilicèt ab homine in parte determinata, ſui Corporis exercitus, vt eſt os lingua dentes; naturalis ratio, nec demonſtrat Deum corporum, nec poſſe Corpus humanum aſſumere, in quo exerceat ſaltem ſimilitudinariè actum huiuſmodi, ergo nec demonſtrat Deum, poſſe nobis ſenſibiliter loqui ad reuelandos ſuos occultiſſimos conceptus, & ſuæ Arcanæ voluntatis; Reſpondetur negando conſequentiam; Vox ſimilis humanæ voci poteſt in aere formari; In quantum vox eſt ſonus in aere repercuſſo.

5 Deus viſus, & non viſus, ſcitus, &

non

non ſcitus, quoad propria ex proprijs à nobis in hoc ſtatu poteſt euidenter loqui cum claritate ſui loquentis, & obſcuritate rei credibilis; Hic ſupponitur ex Scoto (vt alibi probatum eſt) Viſionem Dei, ſeu cognitionem Dei diſtinctam homini in hac vita mortali poſſibilem, & cum tali viſione, ſeu cognitione cohæreat certiſſima eius locutio de rebus obſcuris, quomodo de ſeipſo, ait D. Paulus 2. Cor. 12. ſcio hominem in Chriſto raptum vſque ad tertium Cœlum, quoniam raptus in Paradiſum, & audiuit arcana Verba, quæ non licèt homini loqui clarè hic D. Paulus pro Scoto q. 2. prol. duo de ſe affirmat vidiſſe Deum, & audiſſe arcana Verba; Paradiſus ex communi ſententia Patrum, & ſenſu Eccleſiæ viſionem Dei ſignificat; Ideò primò dicit ſe raptum in Paradiſum, deindè audiuiſſe arcana Dei, quæ non licèt homini loqui, ſcilicèt ob eorum obſcuritatem, maximè cum homini ſit proprium de rebus ſcitis loqui teſte Chriſto, Ioan. 3. quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, ergo viſio Dei eſt compoſſibilis cum obſcuritate rei credibilis ſub locutione euidenti Dei viſi reuelantis; Secundò ſupponitur Deum non viſum, ſed ſcitum etiam propter quid per medium ſuæ propriæ Diuinitatis per impreſſam homini in hoc ſtatu ſui ſpeciem poſſe reuelare res obſcuras, vt cum euidentia ſui reuelantis ſtet pariter obſcuritas rei reuelatæ, quomodo fortè Adæ noſtro primo Parenti, Geneſ. 2. factum probabiliter in illo ſopore, &c.

6 Tertiò ſupponitur citrà ſui viſionem, & perfectam ſcientiam à priori dari claritatem Dei loquentis, cum obſcuritate rei Credibilis, ſub ſola euidentia ſuæ locutionis, patet ſi locutio hæc fieret per inſtrumentum in aere à ſolo Deo aſſumptum, vel applicatum ad formandam humanam vocem, vel ſine vllo tali inſtrumento immediatè ab eo immediatione virtutis, & Cauſæ cuiuſuis efficientis principaliter, & inſtrumentaliter, præcipuè ſub alijs effectibus miraculoſis ſuprà facultatem totius naturæ Creatæ clarum, & euidens foret locutionem in caſu exire à ſolo Deo ad reuelandum credibilia ſine ſui viſione, ac ſcientia ad propriam eius naturam terminata, immò etiam ſine vllo tali effectu miraculoſo ſingularizante eius vocem poteſt Diuina locutio nobis fieri cum omnimoda euidentia ſui loquentis, ſub aliqua tamen efficaci motione ſui auxilij mouentis, & excitantis cor noſtrum ad audiendum, quomodo facta fuit puero Samueli 1. Reg. cap. 1. Samuel Samuel loquere Domine, quia audit ſeruus tuus, hic tamen modus Dei loquentis eſt prorſus ab homine Carnali incapibilis.

7 Habitus ſcientiæ poteſt ſimul ſtare in eodem Intellectu cum habitu fidei reſpectu eiuſdem obiecti, & ſub eadem ratione, ita Scotus in 3. Report. diſt. 23. & diſt. 24. §. Ad Argumenta principalia; ſupponit habitum fidei, & ſcientiæ poſterioriſticæ per cauſam neceſſariam euidentem opponi virtualiter tantum, vel cauſaliter non eſſentialiter inquiens, quando effectus ſunt incompoſſibiles in aliquo ſimul Cauſæ eorum ſunt ſimul incompoſſibiles in cauſando nequientes ſimul cauſare, vel idem numero ſubiectum ſimul mutare; ſi mouet vel cauſat vna non mouebit, vel cauſabit altera; à fortiori cauſa præuenta, ſuſpenſa, impedita à pari ſi ſimul concurrant, medium dialecticum, & demonſtratiuum ad mouendum, & perficiendum Intellectum reſpectu eiuſdem obiecti per aſſenſum probabilem, & ſciētificum; Medium dialecticum nihil faciet impeditum à demonſtratiuo efficaciori; Iam habitus ſcientiæ, & fidei reſpectu eiuſdem in eodem genere qualitatis nullam oppoſitionem entitatiuam habent, ſicut nec ſpecies albedinis, & nigredinis, frigiditatis, & caliditatis, humiditatis, & ſiccitatis in eodem Intellectu in gradu ſummo cum contraria in re non ſint contraria in Intellectu; quia oppoſitio formalis, vel entitatiua ſolùm reperitur in materialibus rebus adinuicem generalibus, & corruptibilibus, nec per ſe primò in earum ſubſtantia cui nihil eſt contrarium ſolùm in earum accidentarijs formis actricibus,

tibus, vel reſiſtrictibus; non ſic dicendum de habitu fidei, & ſcientiæ, & alijs quali-tatibus ſpiritualibus.

8 Actualis aſſenſus ſcientificus poſte-rioriſticæ cum habitu fidei, & verſa vice actualis fidei aſſenſus cum habitu ſcienti-fico poſſunt ſimul ſtare in eodem Intelle-ctu noſtro reſpectu eiuſdem obiecti ſub eadem ratione, ita Scotus locis citatis, & in 4. diſt. 49. q. 12. & 16. vbi duplicem de-clarat repugnantiam in rebus formalem in abſolutis rerum corruptibilium quali-tatibus in ſummo ad cohærendum ſimul eidem ſubiecto. & virtualem, ſeu Cauſa-lem ad ponendum ſimul effectus in gene-re efficientis, ſic ait opponi ſtatum huius viæ, & ſtatum patriæ virtualiter tantùm non formaliter, in quantum hic cauſaliter habet mortalitatem, ille immortalitatem; Indè docet Beatitudinem eſſentialem conueniſſe Chriſto viatori citrà effectum immortalitatis; Iam habitus fidei, & ſcien-tiæ ſolùm opponuntur virtualiter, vel cauſaliter ex præcedenti numero, ergo ef-fectus vnius habitus poteſt ſimul ſtare, tantùm cum abſoluto cauſæ alterius; De facto aſſenſus ſcientificus actualis in eo-dem reſpectu eiuſdem cum habitu fidei ſimul ſtaret ſi Deus ad claram ſui viſio-nem fidelem eleuaret ſicut eleuauit D. Paulum ex 1. Cor. 13. vel ſi ſui ſpeciem il-li imprimeret; non ſic ſi aſſenſus fidei cau-ſaretur ab habitu fide, vt num. ſequenti patebit.

9 Actualis aſſenſus ſcientiæ poſterio-riſticè cum actuali aſſenſu fidei in eodem Intellectu reſpectu eiuſdem obiecti ſub eadem ratione ſimul cohærere pro for-mali eſt prorſus impoſſibile etiam per ab-ſolutam Dei potentiam; Probatur à Scoto in 3. diſt. 24. nam contradictio eſt à di-uerſis illis motiuis Intellectum noſtrum ſimul moueri ad illos duos aſſenſus, quia eſſent; & non eſſent eiuſdem efficaciæ; tam certum eſt euidentiam rei, vel rem in lumine ſuæ naturalis præſentiæ eſſe cau-ſam motiuam efficaciorem indè priorem, priùs ſcilicèt aptam mouere Intellectum ad aſſenſum ſcientificum præueniendo impediendo, ac ſuſpendendo actionem ſui ipſius ſub inefficaciori, vel poſteriori, ac deteriori motiuo ad cauſandum aſſen-ſum fidei, quomodo maius lumen præue-nit impedit, & ſuſpendit actionem illumi-natiuam minoris luminis; nec ſi Deus im-mediatè per ſeipſum cauſaret illos duos aſſenſus in noſtro Intellectu, ſimul forent poſſibiles pro formali; eſſent enim aſſen-ſus tantùm materiales, vt alter tantùm ſcilicèt ſcientiæ ſtaret cum aſſenſu fidei pro materiali in genere qualitatis, non pro formali de genere vitalis operationis prorſus relatiuo ad obiectum viſum, ſci-tum, vel creditum per actualem reſpe-ctum vnionis potentiæ vitalis cum ipſa re viſa ſcita, vel credita illam intrinſecè terminante, vel actualem attingentiam ipſiuſmet rei vitæ ſcitæ, vel creditæ ex-primentem vltimam formalitatem vitalis operationis nos pro ſtatu iſto omninò la-tentem, quæ cum ſit formalis effectus po-tentiæ vitaliter operantis à Deo per abſo-lutam potentiam nequit ſuppleri.

10 Eſſe non viſum, vel non ſcitum non pertinet ad conſtituendum formale obie-ctum fidei in actu primò, ſed ſolùm in actu ſecundò eſt conditio neceſſariò præ-requiſita, vt proximè cauſet actualem aſ-ſenſum formam impoſſibilem cum præ-ſentia eiuſdem obiecti per modum viſibi-lis, ac ſcibilis via naturali; hoc patet ex præcedentibus; ſtaret integrum formale obiectum fidei, etiam ſi res ſub illo credi-bilis in ſeipſa foret viſa, vel ſcita, cum nulla ſit oppoſitio formalis inter infallibi-le teſtimonium veraciter dicentis rem vt credibilem, & inter ipſammet rem in ſe-ipſa Intellectui obiectiuè præſentem in actu primò in ratione viſibilis, ac ſcibilis; Nec eſt talis oppoſitio inter actualem aſ-ſenſum ſcientiæ, & formale motiuum fi-dei oppoſitio eſt tantùm virtualis, quo-modo inter habitum ſcientiæ, & fidei de eadem re ſub eadem ratione; Res igitur non viſa non pertinet ad integritatem obiecti formalis fidei in actu primò, ſed eſt conditio requiſita ad actum ſecun-dum, quia ſi per motiuum ſcientificum adequa-

adęquatè mouetur Intellectus ad aſſenſus ſcientiæ tunc ſit immobilis ab aſſenſu fidei ſolùm extrinſecè, quia impeditur ab illo fortiori efficaciori ac priori motiuo; nam fortiùs, & priùs mouet res in ſeipſa ſcibilis noſtrum Intellectum ad actualem aſſenſum ſcientiæ, quam ſub motiuo teſtis etiã veraciſſimi per modũ Credibilis, ergo res ſcita, vel viſa impedit actũ ſecundùm motiui obiecti formalis fidei, atque adeò res non ſcita, & nõ viſa eſt cõditio neceſſariò requiſita ad actualẽ aſſenſum fidei.

11 Rationes naturales non ſolùm probabiles, ſed neceſſariæ, ac demonſtratiuæ ſolùm Metaphyſicè per viam non repugnantiæ procedentes nõ ſpectant ad formale obiectum fidei, ſed ſolùm neceſſariæ ſunt in Maioribus Eccleſiæ, ſiuè Paſtoribus ad examinandum, an ſit Diuinum tale formale motiuũ; Prima pars huius concluſionis eſt contra Manichæos, qui cum Abailardo contendunt aſſenſum fidei tantùm humanæ rationi Intelligenti, vel ſaltem credibile perſuadenti niti; Contra quos eſt D. Paulus 1. Cor. 2. Prædicatio noſtra non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis vt fides veſtra non ſit in ſapiẽtia hominum, ſed in virtute Dei, & 2. Cor. 10. captiuantes Intellectum in obſequium Chriſti. Quæ foret hæc Intellectus noſtri captiuatio ſi tantùm crederet, quæ humana ratio vera probaret; Ideò Matth. 11. Chriſtus ait Petre Caro, & Sanguis, ideſt naturale lumen, ſeu vires eius in carne, vel Sanguine non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in Cęlis; Probatur ex D. Aug. contra eoſdem Manichæos de vtilitate credẽdi, c. 1. Aſſenſus fidei non eſt ex euidentia rei certus (ita etiam Scotus in 3. d. 23. non aſſentior credibili, quia ex ſe apparet euidens, ſed ex ſola veracitate reuelantis ergo ratio humana, nec eſt fundamentum vltimũ in quòd reſſoluitur fides, nec formale motiuũ proximè ad credẽdũ.

12 Naturales rationes, non ſolùm probabiles, ſed neceſſariæ, ac demoſtratiuè poſterioriſticæ ſolùm neceſſariæ ſunt in Maioribus Eccleſiæ ad examinandũ, an ſit Diuinum tale formale motiuum; iuxtà illud Eccl. 19. qui citò credit ergo ponderate videndum eſt, an tale ſit credendum ne periculo errandi exponatur, & primæ Ioan. 4. probate Spiritus an ex Deo ſint, & primæ Theſſal. c. 5. omnia probate quòd bonum eſt tenete; hæc probatio ſit per ſolùm lumen naturale rationis, ergo probãdum eſt rationibus cõuenientibus, an credibile ſit à bono motiuo fidei proximè dictante eſſe credendum, & Scotus in 3. diſt. 23. dicit in reuelationibus, nec proceditur in Infinitum, nec in reuelationem clarum peruenitur, ergo oportet in lumine naturali ſiſtere quo examinentur, & probentur credenda, & ne cõtingant proponi etiam rationi contraria; Nec argumenta non cogunt ad conſtituendum motiuum formale fidei in lumine, & ratione naturali Intellectus, vt volebant Manichæi, & Abailardus, ſed probant neceſſariò requiri ad examinandum, & inquirendum formale fidei motiuum, vt nobis innoteſcat eſſe Diuinum certum, & Infallibile.

13 Formale motiuum vltimum per modum primi principij vltimatè reſſolutionis fidei, vel in quod vltimatè reſſoluitur fides non eſt Deus, ſub ratione Deitatis à poſteriori naturaliter notus de quo fuit Sermo in primo Libro vbi definitum eſt cum Scoto Deũ, ſub ratione Deitatis eſse obiectum Theologiæ in ſe, ſed hic non inquiritur de obiecto formali Theologiæ, ſed inquiritur vltimum obiectum formale reſſolutiuum fidei, quod ponitur Deus, cuius tota ratio motiua eſt ſola auctoritas dicentis, ſeu teſtis veracitas ſub ſolo auditu noſtro aſſenſum fidei cauſantis, ex Rom. 10. fides ex auditu auditus per Verbum Chriſti; Veraciſſimum ex eodem ibidem, cap. 3. eſt Deus verax, omnis homo mendax, ergo ratio Deitatis non fundat formaliter obiectum formale motiuum fidei, ſed materialiter tantùm ob neceſſariam connexionem. Patet formale motiuum fidei eſt prędicatum aliquo modò ad extra neceſſariò non connexũ, cũ Deitate prædicato omninò ad intra, illud prædicatũ eſt veritas Dei qua abſolutè nequit mẽ-

titi ad extra ſine cõtradictione, iuxtà illud ex Ioan. 3. quem miſit Deus verba Dei loquitur; qui credit in Filium habet vitam æternam; Qui incredulus eſt Filio non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum, ergo tanta eſt auctoritas Dei veraciſſimi teſtis ad proponendum Credibilia vt inducat neceſſitatem aſſentiendi illis maiorem, quàm ſi forent nobis in ſeipſis præſentia cum naturali euidentia.

14 Hoc vltimum formale motiuum fidei vltimatè ſuæ reſſolutionis cauſaliter à priori, non eſt naturaliter notum, ſed oportet ſic à priori accipi ab ipſomet ſupernaturali lumine actuali Diuinæ reuelationis; Probatur; Aſſenſus fidei in nobis eſt ſuperioris ordinis, quoad actualem exiſtentiam, ideò non reſſoluitur in Principium naturaliter notum, nec quoad ſolam poſſibilitatem, nec quoad actualem exiſtentiam; Nititur tantùm motiuo ſupernaturali, & in eo ſolo fundatur, ideò etiam quoad poſſibilitatem, & infallibilem veritatem reſſoluitur in principium reuelatum non naturaliter notum, aut ſcitum; Patet ex Malachia, ego Deus, & non mutor, & ex Matth. Cælum, & terra tranſibunt Verba autem mea non præteribunt; Aſſenſum incarnati Verbi ex 3. diſt. 1. q. 1. omnes Theologi, cum Scoto reſſoluunt quoad poſſibilitatem vtique in principium naturaliter notum ſecundùm efficientiam in potentiam infinitam Dei aſſumentis humanam naturam ad vnionem hypoſtaticam, in potentiam obedientialem paſſiuam eiuſdem naturæ humanæ ad ſubſiſtendum in Verbo ſecundùm non implicantiam contradictionis, ſecundùm terminationem independentiam ex parte naturæ aſſumptæ, & in indepentiam perſonæ Diuinæ; Hæc tamen reſſolutio naturalis non tollit quin ſit ſupernaturalis ſuperioris ordinis aſſenſus fidei terminatus ad actualem exiſtentiam huius Altiſſimi Myſterij.

15 Formale motiuum fidei conſtitutiuum proximæ rei credibilis, vel motiuum noſtri Intellectus ad actualem aſſenſum eſt Deus volens teſtis veraciſſimus vt ſic, ſolùm proximè applicatus per actum reuelandi à reali ſua voluntate ad extra verè operatiua, & actiua; Prior pars colligitur ex Scoto in 3. diſt. 25. affirmante fidem habere vnitatem ab vnitate reuelantis credibilia; non dicit ab vnitate reuelationis, vel actus reuelandi, vel actionis reuelatiuæ quæ nec in Deo, nec in rebus reuelatis eſt forma realis abſoluta, vel reſpectiua, ſed ſola extrinſeca denominatio ſic extrinſecè Deum ex tempore denominans reuelantem, & ſumpta denominatione à paſſiua in rebus, pariter ſic extrinſecè denominatis reuelatis; eiuſmodi denominationes extrinſecæ, nihil poſitiuè ponunt, vel præſeferunt in extremis denominatis, quòd ſcilicèt moueat noſtrum Intellectum phyſicè ad poſitiuũ aſſenſum fidei realem eo vel maximè, quia nulla forma reali noua in rebus denominatis videtur accipi cum ſit nimis difficile talem formam fingere; Ideò ait Scotus ab vnitate reuelãtis, quæ eſt realis vnitas Dei, ſeu potiùs ſuæ volũtatis volẽtis reuelare à qua Deus extra dicitur vnicus teſtis veraciſſimus, ex Apoſtolo Deus verax eſt, omnis autem homo mendax.

16 Reuelatio Diuina, quatenus eſt formale obiectum fidei debet eſſe obſcura ex parte rei reuelatæ, ideſt non debet clarè, & euidenter oſtendere rem claram reuelatam; Probatur primò ex illo Hebr. 11. 1. Fides eſt argumentum rerum non apparentium, ideſt res quæ creduntur per fidem non videntur, vndè D. Auguſtinus, tract. 40. in Ioannem; Quid inquit eſt Fides? niſi credere quòd non vides; Item ex illo 1. Cor. 13. 12. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem à facie ad faciem, ideſt in hac vita obſcurè, & quaſi in enigmate cognoſcimus myſteria Fidei in altera clarè, & intuitiuè videbimus, & ratio eſt, quia ſicut homo qui multa mihi narrat de externis actionibus non efficit per ſuam narrationem, vt clarè videam ea quæ narrantur, ſed tantùm vt obſcurè credam, ſic etiam Deus quando reuelat nobis myſterium Trinitatis, vel Incarnationis non efficit per ſuam reuelationem, vt cla-

vt clarè videamus hæc Myſteria, ſed tantùm vt obſcurè credamus, & hoc docet experientia; Igitur res reuelata quamuis nobis innoteſcat aliquo modò, quæ priùs erat omninò ignota, tamen non ita innoteſcit vt ſit clara, & euidens, ſed retinet magnã partem ſuæ naturalis ineuidentiæ.

17 Dices, Multa credimus per fidem quæ oculis videntur credimus enim Chriſtum feciſſe miracula pependiſſe in Cruce mortuũ, & ſepultum eſſe, & poſt reſurrectionem ad Cœlum aſcendiſſe, quæ omnia ſuis oculis viderunt Apoſtoli, & Chriſtus in Euangelio, dicit Ioan. 20. 29. quia vidiſti me Thoma credidiſti; Pro reſponſione notandum eſt 1. Myſteria fidei quæ ab vno creduntur poſſe videri ab alio, nam Beati modò clarè intuitiuè vident Myſterium Trinitatis, quod nos fide credimus; Secũdò Myſteria fidei quæ ab aliquo credũtur non poſſe ab eodem ſimul videri vnico actu, nam idem numero actus non poteſt ſimul eſſe clarus, & obſcurus reſpectu eiuſdem obiecti; Tertiò Myſteria fidei quæ ab aliquo creduntur, non poſſet ſimul ab eodem videri diſtinctis actibus, quorũ alter ſit obſcurus, & alter euidens; ſunt tamen probabiliter affirmãtes; Quartò Myſteria fidei poſſet ab aliquo ſucceſſiuè credi, & videri; quia Apoſtoli in hac vita crediderunt Myſterium Trinitatis, quòd nunc clarè in Cœlo vident; Quintò Myſteria fidei quatenus per ſolam reuelationem proponuntur à nobis videri non poſſe; quia reuelatio per ſe non habet hanc vim vt rem reuelatam exhibeat nobis præſenté. Quòd obijcitur de Thoma Apoſtolo, dicendũ eſt illum aliud vidiſſe, aliud crediſſe, vidit Chriſti humanitatem, & credidit Diuinitatem, & Reſurrectionem.

18 Reuelatio vt ſit formale obiectum fidei an debeat eſſe publica vel priuata; pro Intelligentia nota quòd publica reuelatio eſt, quæ immediatè facta eſt Prophetis, & Apoſtolis per totam Eccleſiam, & per totum orbem publicata, iuxtà illud Marci 16. 15. euntes in Mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni Creaturæ, & Rom. 10. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum; Priuata eſt quæ fieri poteſt alicui priuato homini non pro tota Eccleſia, ſed pro ipſo ſolo; Hoc notato dicendum cum fide Catholica publicam reuelationem ſufficere eamque ſingulis applicari per Prædicationem Euangelij, & auctoritaté Eccleſiæ, quod probatur illis verbis citatis. Euntes in Mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni Creaturæ vbi Chriſtus ſicut, & alibi ſæpiùs mandat Apoſtolus, vt myſteria fidei quæ ab ipſo acceperant alijs per prædicationẽ Euangelij communicarent; Sed notandum eſt duo requiri ad credenda myſteria fidei; Primò Prædicationem Euangelij, iuxtà illud Apoſtoli fides ex auditu; Secundò internam gratiam ſine qua nemo poteſt credere, quæ audit per prædicationem Euangelij, huiuſmodi enim gratia eſt quædam motio, ſeu impulſus ſupernaturalis, qui excitat, & adiuuat hominem, vt velit, & poſſit credere Myſteria fidei, quæ ipſi per prædicationem proponuntur.

19 Hæretici noſtri temporis videntur vtramque exigere, quia publica reuelatio, quæ Prophetis, & Apoſtolis facta eſt non poteſt ſingulis in particulari applicari, niſi per internam, & priuatam reuelationem, quæ vnicuique propria eſt; Quàm alio nomine ſolent appellare internum, & priuatum Spiritum teſtificantem, cui tria competere contendunt; Primò quod detur omnibus, & ſolis prædeſtinatis; Secũdò quod omnes, & ſolos prædeſtinatos quando legunt, vel audiunt Scripturam infallibiliter faciat certos, de Diuina ipſius auctoritate, itaut ſtatim norint diſcernere quænam Scriptura ſit Diuina, quæ non ſit; Tertiò quod eadem infallibilitate faciat eos certò, non ſolùm de præſenti iuſtitia, & remiſſione peccatorum, ſed etiam de futura perſeuerantia, & vita æterna; Mira eſt humana malitia Hæreticorum iſtorum qui vt ſe excuterent à Iudicio, & à Doctrina Summi Pontificis, & totius Eccleſię ad inuenerunt Spiritũ priuatum verè priuatum omni rectitudine, & plenum omni ſuperbia, ſed accedat neſcio qualis Magiſter Caluiniſtarum, & interrogetur

Fff 2 dum

dum doces tuos Caluiniſtas, an doceas electos, vel reprobos, ſi electos fruſtrà nam eundem ſpiritum habent quem tu; ſi reprobos iterùm fruſtrà, quia cũ hoc Spiritu deſtituti ſint non poſſunt audire vocẽ Patris; Quid igitur delirant Caluiniſtæ.

20 Hæreticum eſt dicere, quòd Deus de facto, vel in Sacris litteris, vel in aliqua alia re falſum protulerit; quia quod Deus fuerit mentitus eſt apertè contra Scripturã, nam Exodi 34. legitur Dominator Domine Deus Miſericor, & clemens patiens ac multæ miſerationis, & verax, & Numeri 23. Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, & Ioan. 3. qui accepit eius teſtimoniũ ſignauit, quia Deus verax eſt, & Ioan. 8. Qui me miſit verax eſt, & alibi ſæpè. Hæreticum eſt dicere, quòd Deus per naturam aſſumptam, hoc eſt per Humanitatẽ aliquando fuerit mentitus patet, Ioan. 7. Ego ſum inquit Chriſtus via veritas, & vita; Item Apoc. 17. Ecce æquus albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis, & verax quæ viſio, vt docent Sancti erat Imago Chriſti; Conceditur tamen Deum poſſe dicere, & ſæpè dixit in Scriptura Sacra aliqua, ex quibus audientes decepti ſunt, & Deus præuidebat id futurum tamen Deus, nec decepit, nec falſum dixit; quia non eſt idem Deum docere aliquid, ex quo homines propter ignorantiam, aut rei difficultatem decipiantur, & Deũ docere falſum; vt patet conſideranti; Omnis enim Hæreſis ferè ſemper ortum habuit ex Sacris Scripturis malè intellectis, omnes quippe Hæretici dicunt pro ſe ſtare Sacras Scripturas.

21 Hæreticum eſt dicere, quòd Deus aliquando ſit mentitus per aliquem aliũ à ſe, quia eandem vim habet quòd aliquis mentiatur per ſe, vel Imperet alij vt mẽtiatur; Item quia ſi Deus mentitus fuiſſet, vel per Prophetas, vel per Apoſtolos, vel per aliquos alios homines meritò dubitaremus de veritate Sacrarum litterarũ, hoc autẽ ſalua fide fieri nequit, ergo Deus non poteſt decipere per alios, & tamẽ ſepiſſimè loquutus eſt per Homines, vel Prophetas, vel Apoſtolos, vel alios qui fuerũt Sacrarum Scripturarũ ſcriptores, atque ita ſi poſſet decipere per alios rueret noſtra fides, ſecus autẽ ſi nobis iam conſtat ex reuelatione Deũ per alios non poſſe mẽtiri: & ſi dicas, quod Deus vtique per aliũ mẽtiri poteſt, at nunquã per alium mentitur; Reſpondetur adhuc claudicare noſtrã fidem, nam ſi poteſt mentiri per aliũ, quando per ipſum loquitur, quomodo certus erit, quod de facto nõ velit per ipſum decipere; ergo de facto in Deo non eſt admittenda potẽtia ad decipiendum, niſi cũ periculo ruinæ noſtræ fidei ſemper enim crederemus cum formidine de oppoſito, ſicque noſtra fides non eſſet certior opinione; quod infrà oſtendetur falſum.

22 Deus de potentia abſoluta nõ poteſt mentiri, & aſſerere oppoſitũ eſt Hæreticũ; Prima pars probatur; Per nullam potẽtiã poteſt Deus facere quoddam eſt de ſe illicitum, & intrinſecè malum cõtrariè, ergo Deus de potentia abſoluta mentiri nõ poteſt conſequentia eſt bona, & maior de ſe patet; Minor probatur ex D. Auguſtin. lib. 1. de Symbolo ad Cathecumenos, cap. 1. inquit Deus omnipotens eſt, & cum ſit omnipotens mori, non poteſt falli non poteſt mentiri non poteſt, & ſeipſum negare non poteſt; Secunda pars probatur per D. Thom. p. 1. q. 22. art. 4. vbi ait quod illa propoſitio eſt Hæretica indirectè, quæ quamuis non ſit reuelata ſecundùm ſe tamen illa poſita tollitur veritas Diuinæ reuelationis, ſed poſita hac propoſitione Deus poteſt mentiri de potentia abſoluta, ſequitur manifeſtè non eſſe credendũ Deo infallibiliter, quod eſt auferre veritatem diuinæ reuelationis, ergo illa propoſitio eſt Hæretica indirectè; Minor declaratur, quia ſi Deus de potentia abſoluta poſſet mentiri, euidenter ſequitur quòd quando dicitur ſe de potentia ordinaria non mentiri poſſemus credere illi cum formidine, hoc autem eſt tollere veritatẽ Diuinæ reuelationis, quia vt ait D. Auguſt. 8. de Trin. c. 4. ea quæ ſunt fidei non ſunt credenda cum formidine.

23 Turpiſſimum eſt malè ſentire de veracitate, & fidelitate Dei, nihilominus

Aime:

Armeni prout refert Alphonſus à Caſtro aduerſus Hæreſes, lib. 5. Verb. Deus Hæreſ. 3. dixerunt non ſolùm Deum poſſe mentiri, & fallere, ſed etiam quod actu mentitus eſt, & feſellit, quorum ſententia habet apparens robur in Scriptura, ex quibuſdam locis malè intellectis; pro quorum Intelligentia notandæ ſunt quædam Regulæ, quarum prima eſt ex D. Auguſtino 1. de Trinit. cap. 12. videlicèt quòd nunquam Scriptura vtitur aliquo locutionis genere, quòd à communi hominum loquendi vſu ſit pænitus alienum; Secunda Regula eſt ex D. Thoma p. 1. q. 1. art. 9. ad ſecundùm, & Scoti in Prol. q. 3. quòd quicquid Scriptura dicit in vno loco verbis improprijs, ſiuè metaphoricè acceptis in alio loco, dicit in Verbis in propria ſignificatione ſumptis; Tertia Regula ex D. Damaſceno, lib. 4. de Fide, cap. 14. Quotieſcumque Scriptura tribuit Deo peccatum, vel aliquòd illicitum quale eſt mendacium; quamuis Verba ſonent quaſi poſitiuè accepta, ſenſus tamen accipiendus eſt tantummodò ſecundùm permiſſionem, & nullo modò ſecundùm actionem.

24 Ex his tribus Regulis colligemus Methodum quàm tenere debemus vniuerſaliter in explicando quocumque loco Scripturæ quo Deo attribuatur, vel peccatum, vel mendacium, vel decipere aliquem nempè vt primùm omnium defendamus firmiter eum locum ſolùm eſſe intelligendum de Diuina permiſſione, quantum pertinet ad Deum; Secundò elaborandum eſt, vt per alium locum Scripturæ oſtendamus in propoſitis Verbis de quibus eſt Sermo ſolùm fuiſſe Sermonem de Diuina permiſſione quantum ad ea, quæ pertinent ad Deum; Tertiò in hoc intendere debemus, vt doceamus Phraſes, & modos loquendi, quibus vtitur pagina Sacra etiam ad communem hominum locutionem accommodari poſſe; Iſtis præſuppoſitis, & annotatis facilis eſt; Reſponſio ad fundamenta Armenorum deſumpta ex Sacris litteris; Et primò ex 3. Reg. 22. vbi quærit Deus aliquem qui decipiat Acab, & tandem miſit ad eum Sathanam vt deciperet eum; Ita enim ibi legitur; Dixit Deus, qui decipiet Acab Regem Iſrael, &c. Egreſſus eſt autem Spiritus, & ſtetit coram Deo, & ait, ego decipiam illum; Cui dixit Dominus decipies, & præualebis egredere, & fac ita.

25 Reſpondetur quod debet intelligi permiſſiuè permiſit enim Deus, quod deciperetur Acab propter eius peccata, & vſus fuit ad hoc Mendacio falſorum Prophetarum, quia noluit credere verò Prophetæ Micheæ, & hoc colligimus ex ſubſequentibus Verbis, quia cum Michæas Propheta Sanctus dixiſſet ad Regem Dominus immiſit Spiritum erroris in omnes Prophetas tuos; Deindè Sedechias Propheta falſus percuſſiſſet Michæam in maxilla ſic ait; Me ne dereliquit Dominus, & tibi locutus eſt; Vndè ſatis intelligebat Sedechias, quòd Deum immittere Spiritum erroris, & mendacij in aliquem Prophetam, nihil aliud eſt quàm Deum derelinquere ipſum, & hæc eſt phraſis accomodata Communi vſui loquendi hominum, & ſic ait Chriſtus, Ioan. 2. loquens de ſola permiſſione ſoluite templum hoc, &c. Secundò probant per id quòd filij Iſrael; Exodi 12. fecerunt, vt præcipit illis Deus per Moyſen, & quod præcepit fuit vt deciperent Ægyptios in mutatione vaſorum, & Veſtium; Ad hoc reſpondetur quòd Deus non præcepit vt Ægyptios deciperent, ſed ſolùm vt peterent ab eis veſtes, & vaſa, quæ poſteà non præcepit, vt redderent propter duas rationes; Prima ratio fuit in mercedem laborum; Filij enim Iſrael ſeruierunt Ægyptijs in Palea luto latere abſque vlla mercede vt patet, Exodi 1. pro qua mercede optimè potuerunt retinere eorum vaſa, & veſtes; Secunda ratio eſt, quia erant ſpolia impiorum; Certum enim eſt quòd quando bellum eſt iuſtum quale erat ex parte Filiorum Iſrael potuerunt licitè accipere ſpolia Inimicorum illoſque expoliare.

26 Ex dictis ſatis clarè colligi poteſt Fidei Religionis Chriſtianæ non poſſe ſubeſſe falſum; ſic omnes Theologi ſentiunt, & po-

omnes Theologi, & potiſſimum Scotus in 3. diſt. 23. & 24. Probatur nihil pertinet ad aliquam potentiam vel habitum, niſi ſub ratione formali illius potentiæ vel habitus, ſed obiectum formale fidei eſt veritas prima, ergo nihil pertinet ad habitum fidei Religionis Chriſtianæ, niſi ſub ratione primæ veritatis, ſicut nihil pertinet ad viſum, niſi ſub ratione luminis, & coloris. Tunc vltrà; veritas prima non poteſt eſſe ratio cognoſcendi falſum ergo nullum falſum poteſt ſubeſſe fidei noſtræ; Probatur antecedens, quia obiectum alicuius potentiæ, vel habitus ſolùm eſt principium cognoſcendi illa quæ continentur ſub veritate ſua, ſicut lumen ſolùm eſt principium cognoſcendi, vel videndi illa in quibus virtus luminis recipi poteſt, ſed veritas prima non continet ſub ſua virtute aliquod falſum, ſicut bonum non continet ſub ſe aliquod malum, ergo ſicut bonum non eſt ratio cognoſcendi aliquod malum, ita verum non eſt ratio cognoſcendi aliquod falſum; Confirmatur quia fides infuſa eſt ſpeciale inſtrumentum à Spiritu Sancto diffuſum in cordibus hominum ad aſſentiendum inclinans, atque ita ſi inclinaret ad falſum; Deus ſpecialiter moueret ad aſſentiendum falſo quòd eſt inconueniens.

27 Habitus, & actus fidei infuſæ, quo ad perfectionem eſſentialem, & quidditatiuam ſunt perfectiores, quàm ſint habitus Intellectuales acquiſiti, ita Scotus in 3. diſt. 23. in reſponſione ad vltimum principale, Probatur ille habitus, ad quem non poteſt homo ex omnibus naturalibus ſuis attingere eſt ſimpliciter perfectior omni habitu, ad quem poteſt attingere generando ipſum in ſe ex ſuis principijs naturalibus, ſed homo ex tota coordinatione virium ſuarum naturalium, & earum actuum, & obiectorum non poteſt generare in ſe fidem infuſam, ergo fides infuſa eſt perfectior omni habitu acquiſitio; Quòd actus etiam fidei infuſæ ſit perfectior, quàm ſint actus habituum naturalium; Probatur quia perfectiori habitui correſpondet perfectior actus; at habitus fidei infuſæ eſt perfectior omnibus habitibus acquiſitis, vt probatum eſt, ergo actus credendi fidei infuſæ eſt perfectior omnibus actibus habituum acquiſitorum; eſt ergo fides infuſa perfectior ſimpliciter quocumque habitu acquiſito, eo quòd ratione ſuæ perfectionis non poteſt cauſari niſi à Deo in ratione cauſæ, vt cauſat obiectum, vel per alium modum ſupplendo vicem obiecti; quando non eſt perfectè præſens in ratione obiecti fidei, vt reuelando articulum fidei.

28 Fides ex ſuo fundamento, ideſt conſiderando certitudinem ex parte Cauſæ ſuperat incertitudine, & veritate humanas ſcientias, & artes, & prudentias, atque adeò omnes habitus Intellectuales; ita Scotus, & D. Thomas, & alij Theologi; Probatur fundamentum fidei eſt reuelatio Dei, & fundamentum ſcienciarum humanarum eſt ipſa natura rerum, & operatio naturalis, ſed reuelatio Dei eſt certior, & verior, quàm naturæ operatio Chriſto Domino docente, Lucæ 12. Cælum, & terra tranſibunt Verba autem mea non præteribunt, ergo ſi natura deficere poteſt, & Diuina reuelatio nequit deficere certiùs habet fundamentum fides, quàm habitus intellectuales humani; qui ſunt ſequentes; ſapientia quæ eſt notitia rerum Diuinarum; Intellectus, qui eſt notitia principiorum, & propoſitionum immediatarum, quæ cognoſcuntur ſine diſcurſu ſolùm cognitis terminis; ſcientia, quæ eſt notitia Concluſionum per diſcurſum demonſtrabilium; Ars quæ eſt notitia rerum mechanicarum, atque Prudentia, quæ eſt notitia rerum agibilium, vt colligitur ex Ariſt. 6. & 7. Ethicorum inter quos habitus eſt duplex differentia; Prima eſt quod tres priores ſunt habitus ſpeculatiui, quorum finis eſt contemplari, duo autem poſteriores ſunt habitus practici, quorum finis eſt operari; Secunda tres priores verſantur circa neceſſaria, duo autem poſteriores circa contingentia.

29 Aſſenſus fidei in Intellectu credentis certior eſt aſſenſu ſcientifico, ita quòd credens certior ſit de eo, quod credit, quàm

quàm de eo quod ſit; Hoc eſt Intellectus credentis, qui eſt ſubiectum fidei eſt magis certus eorum quæ fides nouit, quàm eorum quæ ſcientia; Probatur ex D. Baſilio in Homil. 1. Exam. dicente quòd ſimplicitas fidei firmior eſt rationibus demonſtratiuis, & D. Griſoſth. in Epiſt. ad Hebræos 11. vbi inquit, quòd maiorem ſatisfactionem habet homo eorum, quæ credit quàm eorum quæ videt, & D. Auguſtinus lib. 7. Confeſſionum, cap. 10. dicit potiùs dubitarem me videre quàm eorum quæ credo; Item impoſſibile eſt Angelos beatos mentiri tamen certiùs aſſentiendum eſt fidei, quàm dictis Angelorum, ex D. Paulo ad Gal. 1. Prætereà intellectus interdum negat principia naturalia, propter fidem ergo certior eſt de fide quàm de ſcientia, conſequentia patet; Antecedens probatur eſt enim Principium quòd à priuatione ad habitum eſt impoſſibilis regreſſus Chriſtianus autem id negat, quoniam credit mortuos reſurrecturos, & Chriſtum illuminaſſe Cæcos, & ſi Euangelium diceret quantitatem infinitam eſſe poſſibilem; crederet Chriſtianus, & negaret Doctrinam Ariſtotelis, ſicut negat Mundum fuiſſe ab æterno, & Deum ad extra agere neceſſariò, & accidens ſine ſubiecto eſſe non poſſe, & alia ſimilia, quæ manifeſtè Ariſtotelis affirmat cum tota Phyloſophia peripaterica.

30 Conſiderando certitudinem ex parte ſubiecti certior eſt aſſenſus habituum Intellectualium quàm fidei, ideſt ſubiectum fidei minus certum eſt eorum quæ fides credit quàm illorum, quæ ſcientia nouit, quia Intellectus noſter plenius appræhendit veritates naturales, quàm veritates fidei, illæ enim ſunt ſibi euidentes, & iuxtà eius capacitatem, iſtæ verò ſunt obſcuræ, & ſupra eius capacitatem; Secundò probatur, quia in Intellectu aliquando inſurgunt quidam Infidelitatis motus, qui motus non ſibi contingunt circa ea, quæ nouit ſcientia, & huius rei; Ratio eſt, quia Intellectus in ſcientijs determinatur intrinſecè à ſeipſo; In fide autem non determinatur intrinſecè à ſeipſo, ſed extrinſecò à voluntate Diuina; Ex hoc ſequitur, quod ſi interdum fideles titubant, & dubijs agitantur, & nonnumquam à fide deficiunt, id noſtræ infirmitati eſt attribuendum, qui pro noſtro arbitratu habitibus vtimur, vel non vtimur, nihilominus tamen fidei habitus certiſſimè, & veraciſſimè in Dei veritatem inclinat; ſed ſtatus præſentis vitæ non permittit Intellectum ſequi huiuſmodi inclinationem ob vehementes Paſſiones prædominantes in appetitu cui Intellectus valdè inclinat, vel ob connexionem potentiarum in operando, vel propter peccati Originalis malas affectiones, & hæc ſatis de obiecto formali fidei.

31 Obiectum principale primùm primò occurrens materialiter credendum omnimoda primitate de neceſſitate rei, & ſalutis ſub formali motiuo Dei reuelantis credibilia eſt ipſemet Deus prout eſt à parte rei abſolutè, & reſpectiuè primariè, & ſecundariè ſub genere entis, vel ſubſtantiæ, hoc vltimum patet dum dicitur ab Apoſtolo 11. ad Hebr. ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentium; Secundò neceſſariam eſſe ad ſalutem, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; Tertiò primam eius materiam, vel obiectum primò creditum eſt eſſe Deum, credere oportet accedentem ad Deum quia eſt; Deus ex Scoto in 3. diſt. 26. ex propria ratione hoc eſt pro naturali ſua exigentia eſt Trinus in perſonis, vnus in eſſentia; ergo hoc eſt primùm obiectum credibile, vel primò creditum in materia fidei ſub motiuo formali veracitatis Dei reuelantis ſcilicet Deus eſt; ſcilicet tam abſolutè ſingulariſſimè exiſtens Deitate primariè ſecundùm adæquatiſſimam eius quidditatem, quam relatè Trinus in perſonis relatiuis ſcilicet relatè exiſtentibus, vel in quibus hic Deus ſingulariſſimas ſecendariè exiſtit relatè ratione ſuæ naturalis communicabilitatis per abſolutam eius indiuiſibilem in exiſtentiam abſolutam; Vtramque exiſtentiam vnitim Apoſtolus ſignificauit per lij. Quia eſt; vtraque vt ſic ſpectat ad

primùm genus ſubſtantiæ; In quo noſtro modò concipimus Deum ſingulariſſimè vnum vltimatè exiſtentem Trinum.

32 Non datur aliquid ſimplex vnum materiale obiectum noſtræ fidei adæquatum latius Deo; ſed eſt ipſe Deus volens legaliter hominem verè beare; Hoc ſic declaratur. Fides noſtra ex Scoto q.4. prol. ex obiecto eſt omninò practica; hoc obiectum ibidem ſupponit eſſe finem vltimum ipſius hominis, quamuis ſub hac ratione formali finis non ſpecificans per ſe primò noſtram fidem, niſi ſecundariò tantùm manifeſtatiua; Iam finis in operabilibus ſe habet vt principium in ſpeculabilibus; ergo ſicuti habitus ſcientiæ in ſpeculabilibus habet veritatem ſuæ materiæ, ſecundùm adæquationem ab vno primò ſcibili virtualiter, vel potentialiter primò ſub ſe continente omnes veritates neceſſarias ſub illo habitu, ita habitus prædictus noſtræ fidei habet vnitatem ſuæ materiæ à fine ad quem ordinantur omnia alia neceſſariò à nobis credenda ad eundem finem attingendum, eiuſmodi media ex alibi dictis non ſunt ex natura rei neceſſaria (ſcilicèt ex natura propria intrinſecè ad illum attingendum ordinata,) ſed extrinſecè tantùm ex ſola ordinatione libera Diuinæ voluntatis, ergo tale obiectum adæquatum non erit vnum ſimplex, ſcilicèt Deus prout eſt ex natura ſua propria hominis beatificatiuus, ſed vt volens ipſum beatificare; Patet à ſola enim eius Voluntate pendent prædicta media neceſſaria ad eum beatè attingendum, ergo in eius ſola voluntate poſſunt virtualiter vniri, quomodò per eius actum liberum ſuæ reuelationis poſſunt pariter nobis notificari.

33 Clarius ex eodem Doctore ſubtili, quolib. 14. ſi eſſentiam Diuina non eſſet formaliter volens nihil omninò poſſet ad extrà operari, aut Cauſare eum nihil, niſi naturaliter cauſaret, quodcumque ſibi extrinſecum eſt ens contingens, vel contingenter non neceſſariò exiſtens, ideò in ſola Diuina voluntate habent virtualem continentiam prædicta media neceſſaria ad Deum beatè attingendum; Hinc Scotus q.3. Prol. in hoc complexum obiectum Deus Vult, reuocat omnes veritates contingentes ſpectantes ad materiam Fidei Chriſtianæ, eiuſmodi ſunt Deus ab æterno Angelos, & homines prædeſtinauit; Mundum hunc ſenſibilem initio temporis propter electos creauit, ſuum Verbum in carnem humanam miſit, & ſimiles ergo Deus volens legaliter hominem beatificare erit materia adæquata noſtræ Fidei ſecundùm virtualem continentiam. Omnia à nobis credenda de neceſſitate ſalutis ſub formali motiuo veracitatis Dei reuelantis ab beandum hominem ordinantur ſaltem ex extrinſeca ordinatione Diuinæ voluntatis, ergo ſub Deo volente hominem beatificare habent vnitatem adæquationis ſecundùm virtualem continentiam omnia à nobis credibilia de neceſſitate ſalutis.

34 In Habitu fidei obiectum materiale attributionis eſt Deus. Ita omnes Theologi Alex. Alenſis 3. p. q. 68. Membr. 7. art. 6. Vbi agens de obiecto fidei, quòd creditur dicit verum increatum, quod eſt Deus eſſe primùm, & per ſe obiectum fidei; Albertus Magnus in 3. diſt. 23. art. 12. ſic alij Theologi, qui ſuam ſententiam probant per Sacram Scripturam, Marci 11. habete fidem Dei, & Ioan. 14. creditis in Deum, & in me credite, & 1. ad Theſſal. 1. in omni loco fides veſtra, quæ eſt ad Deum, Profecta eſt, & alibi ſæpè; Probatur ſecundò ex Symbolo Apoſtolico, vbi primus fidei articulus numeratur ille credo in Deum Patrem, &c. quia ſcilicèt Deus eſt primarium obiectum fidei, quo reliqua omnia credibilia referuntur, Idem probatur ex Patribus, nam D. Auguſtinus, lib. de Ciuitate Dei, cap. 20. Ita ſcribit. Fidei primùm officium eſt, & maximum vt in verum credatur Deum; Deindè probatur manifeſtiſſima ratione, nam illud eſt primarium, & attributionis obiectum habitus cognoſcitiui, atque adeò fidei ad cuius pleniorem cognitionem referuntur omnia alia, quæ per talem habitum cognoſcuntur, ſed omnia quæ cognoſcuntur, &

tur, & creduntur per fidem ſpectant eo, vt pleniorem de ipſo Deo cognitionem habeamus quoad eius fieri poteſt in hac vita, ergo Deus eſt obiectum materiale primarium ſiuè attributionis fidei.

35 Ad Fidem Catholicam pertinent illa ſolùm, quæ ſunt reuelata à Deo in Scriptura Sacra; Probatur quia illa ſolùm ſunt vniuerſaliter propoſita omnibus ad credendum ex quo infertur, quòd ſi Deus reuelaret alicui quòd eſſet in gratia ille, talis non tenetur aſſentiri reuelationi, quia non eſt Catholica, ſed tantùm Diuina; Pro cuius intelligentia notandum eſt, quòd ſiuè fides ſumatur pro obiecto credito, ſiuè pro actu credendi fides Catholica differt à Diuina, & infuſa, non enim omnis fides Diuina, ſeu infuſa, & Theologica eſt fides Catholica, neque omnia quæ fide Diuina Theologica dicenda ſunt ſpectare ad fidem Catholicam, quæ reuelata ſunt à Deo ad ſalutem communem omnium, & vt talia omnia ſuo tempore proponi debent per Eccleſiam; Alia verò quæ ſunt reuelata à Deo ad peculiarem alicuius conſolationem, vel punitionem, vel perſonas aliquas particulares concernunt non ſpectant ad fidem Catholicam, atque adeò fides Catholica, quoad aliquid differt à fide Diuina, & infuſa; nam ſi ſumatur pro rebus creditis, tunc fides Catholica ſignificat aggregatum omnium illarum rerum, quæ publicè, & vniuerſaliter omnibus proponuntur ad credendum; Catholicum enim, idem eſt quòd Vniuerſale; ſi verò ſumatur fides pro actu credendi, tunc fides Catholica erit actus fidei non quicumque, ſed qui verſatur circa res propoſitas omnibus fidelibus ad credendum, atque ita fides Catholica addit ſupra fidem infuſam reſpectum quendam ad tale obiectum, ſcilicèt vniuerſaliter propoſitum; nam fides infuſa in ſua ratione tantùm importat, quòd ſit à Deo ſpecialiter concurrente, & quòd verſetur circa res à Deo reuelatas; fides verò Catholica addit quòd verſetur, non ſolùm circa res reuelatas, ſed circa res reuelatas, & vniuerſaliter propoſitas.

36 Quicquid à Deo fuerit reuelatum, etiam ſi priuatim reuelatū fuerit eſt obiectum fidei Diuinæ, & infuſæ, itaque habitus fidei inclinat ad aſſenſum illius reuelationis, quia ſi Deus alicui reuelaret priuatim, quòd eſſet in gratia, talis homo teneretur aſſentiri Deo reuelanti, & ille aſſenſus eſt aſſenſus fidei ergo, &c. quia eſt aſſenſus certus, & obſcurus procedens à lumine ſupernaturali; Confirmatur, quia niſi talis aſſentiretur Deo in caſu poſito eſſet infidelis, & amitteret fidem, ergo fides infuſa inclinat ad aſſentiendum illi reuelato; Probatur antecedens, quia in euentu poſito ille talis non poſſet diſſentire Deo, niſi iudicando, vel quod Deus eſſet mendax, vel quod non tenetur aſſentiri Deo reuelanti, ſed vtrumque horum eſt Hæreſis, ergo qui ſic iudicaret amitteret fidem; Secundò probatur, ille cui facta eſt priuata relatio tenetur credere, vel ergo per fidem infuſam, ſcilicèt Diuinam, vel per fidem acquiſitam, & humanam, non per fidem humanam, quia talis fides non reddit hominem certum ſe non poſſe falli in tali aſſenſu, ergo debet credere fide infuſa, & Diuina, & ſupernaturali; Hic ſupponitur quod prædicta reuelatio ſit verè facta à Deo quamuis priuatim; nam ſi non eſſet certa talis reuelatio nullus teneretur illi aſſentiri.

37 Obiectum fidei, vt illud de quo creditur, vel ſecūdùm ſe eſt aliquod ſimplex, & incomplexum, ideſt ſi nomine obiecti fidei intelligatur res, de qua habetur notitia, ſiuè aſſenſus fidei eſt aliquid incomplexum, hoc eſt notum apud omnes, & nulla indiget probatione; nam ſicut illud de quo ſcitur eſt ſubiectum concluſionis ſcitæ, & eſt ſimplex, & incomplexum itâ illud, de quo creditur eſt ſubiectū cōcluſionis creditæ, & eſt ſimplex, & incōplexū; Item prima veritas eſt primùm obiectum formale fidei quæ eſt Deus, Deus autē, & ſimpliciſſimus; Immò obiectū materiale fidei eſt res cognita à Deo, at quicquid à Deo cognoſcitur, per modū ſimplicitatis cognoſcitur, ergò ſubiectū formale & materiale eſt incōplexū, & ſimplex, &

hoc

hoc modò (ſcilicèt pro re extra Intellectum, quæ non eſt ipſa compoſitio aſſenſus intellectualis) accepit obiectum fidei D. Auguſtinus in Enchiridion, cap. 8. cum ita ſcribit; Eſt itaque fides, & bonorum rerum, & malarum quia, & bona creduntur, & mala, & hoc fide non mala; eſt enim fides, & præteritarum rerum, & præſentium, & futurarum, & in lib. de Agone Chriſtiano, cap. 13. cum ait fides in Eccleſia breuiſſimè traditur, in qua commendantur æterna quæ à Carnalibus intelligi nondum poſſunt, & temporalia præterita, & futura, quæ pro ſalute hominum geſſit, & geſtura eſt æternitas Diuinæ Prouidentiæ.

38 Obiectum fidei tanquam id quod creditur, vel ſecundùm quod recipitur in nobis eſt aliquod complexum per modum enunciandi, ideſt ſi nomine obiecti intelligatur notitia, ſeu aſſenſus ipſius fidei mediante quo res cognita, dicitur eſſe in cognoſcente ſic obiectum fidei eſt aliquod complexum; format enim intellectus de articulis fidei propoſitiones complexas; Probatur obiectum fidei tanquam id quod creditur eſt ipſa concluſio, ſiuè propoſitio credita quemadmodum obiectum ſcitum eſt concluſio ſcita, ſed propoſitio, ſeu concluſio eſt quid complexum per modum enuntiabilis ergo obiectum fidei eſt quid complexum per modum enuntiabilis; Probatur ſecundò, omne quòd recipitur per modum recipientis recipitur, ergo veritas fidei recipitur in nobis ſecundùm noſtrum modum; ſed noſter modus eſt vt intelligamus per veritatem, & falſitatem complexionis, & per modum enunciabilis, ergo obiectum fidei in quantum proponitur nobis, & recipitur in nobis eſt aliquid complexum per modum enunciabilis; ſic accipit obiectum fidei D. Auguſtinus lib. de Geneſi ad litteram Imperfecto, cap. 1. cum inquit Catholica fides explicanda eſt; Eſt autem hæc Deum Patrem Omnipotentem vniuerſam Creaturam feciſſe, atque conſtituiſſe per Filium ſuum Vnigenitum, &c. Hæc & alia quæ ibi addit, D. Auguſtinus veritates quædam Intellectus ſunt complexæ, & enunciabiles, quæ vt ipſe ait dici, & enunciari poſſint ac debeant.

39 Inter credibilia datur ordo ex natura Rei ſi non ſemper cauſalitatis, vel dignitatis ſaltem naturalis præſuppoſitionis vnius ad alterum; De credibilibus ad intra ſimpliciter neceſſarijs conſpicuum eſt, nam inter illa datur neceſſariò ordo naturalis prioritatis, vel materialis ſcilicèt præſuppoſitionis, quomodo inter eſſentialia ad intra, vel etiam formalis eſſentialium ſcilicèt ad notionalia; vt patet ex Scoto quolib. 1. Priùs naturaliter eſt hic Deus ſingulariſſimè exiſtens ſua propria quidditate quàm ſit vnus, verus, bonus, priùs eſt Intellectiuus, quàm volitiuus priùs intelligens quàm volens; Inter notionalia conſimilis ordo, priùs eſt Deũ Patrem generare quàm ſpirare; Inter credibilia materialia ex vna parte, & formale obiectum ex altera eſt ordo cauſalitatis certus cum omnis aſſenſus fidei terminatus, ad determinatum credibile cenſetur ex formali motiuo reuelantis; Cauſa vt ſic prior, & potior eſt ſuo effectu; Inter merè credibilia materialia ad extra nullus datur ordo in eſſe credibilis; nam vt inquit Scotus in 3. diſt. 25. q. 2. ad ſecundùm omnia materialia fidei obiecta (ſiuè ſint primi articuli, ſiuè concluſiones ex illis) æquè primò, vel immediatè immediatione Cauſæ cadere ſub motiuo formali ipſius, omnia immediatè credimus, quia à Deo reuelata.

40 Oportet credibilia à nobis de neceſſitate ſalutis diſtinguere incertos ac determinatos articulos; Ad intra eſt actualis diſtinctio eſſentiæ ab eſſentialibus eſſentialium à notionalibus, igitur talia credenda ſunt ſecundùm illorum ordinem, ſecundùm diuerſos, & ordinatos articulos; Inde ex Simbolo D. Athanaſij fides Catholica hæc eſt vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur, neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes; Alia eſt Perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti; Clarius ex 1. q. Prolog. Homini Viatori

agenti propter finem neceſſaria eſt triplex cognitio ſui finis; Primò quis ſit in particulari, quomodo, & qualiter eſt attingendus; Secundò notitia mediorum omnium ad illum certò, ac infallibiliter attingendum; Tertiò eorum ſufficientia; Hæc omnia nequeunt ei certò innoteſcere, niſi ſub formali motiuo Fidei ſcilicèt Dei veraciſſimi teſtis ex Pſalm.93. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de Lege tua docueris eum iam hæc plura inter ſe, ac diuerſa ſunt ex neceſſitate ſalutis ab homine viatore credenda ſub motiuo Dei veraciſſimi teſtis, ergo oportet illa nobis proponi incertos ac determinatos articulos, & non confuſa, Scotus in 3. distinct.31.ad 3. credibilia diſtinguit in triplici differentia; Primò quorum viſio per ſe, vel eſſentialiter humanam beat naturam; Secundò quorum viſio aliquo modò ſcilicèt concomitanter, vel conſubſtantialiter complet Beatitudinem; Tertiò quorum viſio nullo modò ad ipſam conducit Beatitudinem.

41 Credibilia diſtributa ſunt ab Apoſtolis in 12. Articulos, qui ſimul iuncti formant vnum Symbolum, quòd alias dicitur Symbolum Apoſtolorum, ſicque ab ipſis formatum fuit contra ſententiam Hæreticorum Lutheranorum; Cum enim Apoſtoli ſint 12. & vnuſquiſque quid ſenſit appoſuit D.Petrus, poſuit primum; Dicens Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem Cœli, & terræ; D. Ioannes appoſuit 2. articulum de Perſona Filij dicens, & in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum Dominum noſtrum; D. Iacobus maior poſuit articulum 3. De Natiuitate, & Conceptione dicens; Qui Conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, & Homo factus eſt; D.Andreas, poſuit Articulum de Paſſione morte, & ſepultura dicens; Paſſus ſub Pontio Pilato Crucifixus mortuus, & ſepultus; D. Philippus addidit articulum de deſcenſu ad Inferos, dicens deſcendit ad Inferos; Reſurrectionem addidit, D.Thomas dicens, tertia die reſurrexit à mortuis, D.Bartholomæus; Aſcenſionē aſcendit ad Cœlum, D.Matthæus, aduentum ad Iudicium, dicens inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, D.Iacobus Alphæi de Perſona Spiritus Sancti, Credo in Spiritum Sanctum; Opus gratiæ dixerunt duo Apoſtoli; nam Simon poſuit effectum gratiæ, quoad collationem boni ſcilicèt, Sanctam Eccleſiam Catholicam; Sanctorum Communionem Iudas Iacobi; Quoad mali remotionem ſcilicèt peccatorum remiſſionem; Poſtremò affectum gloriæ appoſuit Matthias, ſcilicèt Carnis Reſurrectionem, & vitam æternam; Hæc ſunt quodammodò duodecim principia fidei continentia cætera credibilia.

42 Articuli Fidei ſunt euidenter credibiles, ideſt teſtimonia Fidei noſtræ cauſant euidentiam quòd articuli Fidei ſunt credibiles, ita D.Thomas 2.2. q.1.art.4.& omnes Theologi; pro quo nota quòd articuli Fidei poſſunt dupliciter conſiderari; Primò in particulari ſub ratione veri, & ſic non ſunt euidentes; Secundò in Communi ſcilicèt in ratione credibilis, & hoc modò ſunt euidentes; Probatur primò, ex Pſalmo 92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis; Probatur ſecundò, illa ſunt euidentia, quæ ſunt preſto Intellectui ipſumque mouent efficaciter tanquam obiectum, huiuſmodi eſt credibilitas articulorum Fidei; Maior patet cum conſequentia; Probatur minor de ratione credibilis non eſt, quòd ſit præſens, ſed quòd Teſtimonium illius ſit bonum, & præſens, ſed teſtimonia articulorum Fidei ſunt bona, & præſentia ergo; patet à ſimili; Indicium habenti reum conuinctum de Homicidio per teſtes Fide dignos, & omni exceptione maiores, & per eius confeſſionem liberè factam eſt euidens eſſe credibile illum eſſe homicidam, non tamen eſt ita euidens eſſe verum, quia ad rationem euidentis credibilis ſufficit magnum Teſtimonium credibilis quale eſt præſens. Ad rationem verò euidentis verè requiritur ipſam rem veram eſſe præſentem ergo, eodem modo Teſtimonia noſtræ Fidei poſſunt facere articulos Fidei eſſe euidenter credibiles, non tamen euidenter ve-

ter veros, quia veritas illorum non eſt præſens hoc eſt quod dicebat, Iob 42. auditu auris audiui te; nunc autem oculus videt te, ideſt antequam mirabilia tua cognoſcerem credebam te tanquam ex auditu poſtquam tamen ea cognoui, credo vt videns prædibilitatis 43. teſtimonia autem cauſantia euidentiam articulorum Fidei ſunt ea, quæ ſubtiliter explicantur à Doctore ſubtili q. 2. Prol. primùm eſt auctoritas Sacræ Scripturæ, qua vſus eſt Chriſtus Dominus contra Iudæos, Ioan. 5. Scrutamini Scripturas, quia illæ Teſtimonium perhibent de me, & D. Paulus in principio Epiſtolæ ad Romanos, ait Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus ſegregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis Sanctis, &c. Ad cuius teſtimonij efficaciam præmitto euidentiſſimum eſſe. Auctorem principalem Scripturæ Diuinæ eſſe ſolùm Deum; Quòd ſic probatur, euidens eſt quod nullus eſt præciſus futurorum contingentium, niſi ſolus Deus, & cui voluerit Deus reuelare; futura enim contingentia a ſola Dei voluntate dependent; ſed Scripturæ Sacræ dixerunt de Chriſto multò ante plurima futura contingentia, quæ noſtra Fides proteſtatur, ergo euidens eſt ipſam eſſe reuelatam à Deo, & per conſequens ei eſſe credendum, quia Deus mentiri nequit; Probatur minor, quia Iſaias cap. 53. per totum prædixit Chriſti mortem, ac ſi fuiſſet ſuo tempore, & cap. 35. plura Chriſti miracula.

44 Secundùm teſtimonium eſt concordia Sacrarum Scripturarum, quo vtitur D. Auguſtinus contra Gentes, lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 41. Vbi ita ſcribit Auctores noſtri ſanè pauci eſſe debuerunt, ne multitudine vileſcerent, non tamen ita pauci, vt eorum non miranda ſit conſenſio, &c. ex hoc teſtimonio arguitur ſic; Præter aſſenſum primorum principiorum, & Concluſionum demonſtrabilium numquam inter Philoſophos fuit concors omnium ſententia, vt eorum teſtatur multitudo opinantium cuius ratio eſt, quia non habebant vnum Intellectum, ſed plures, & ſic vnuſquiſque ſuum placitum ſequebatur, ſed in Scriptura Diuina, vna eſt omnium Scriptorum ſententia, & nullus alteri contradicit, ergo eorum ſcripta ſunt eiuſdem principalis Scriptoris, & Magiſtri, ſcilicèt Spiritus Sancti, aliàs enim non eſſet concors eorum ſententia: Minor patet, & confirmatur quia multi ex Scriptoribus non viderant aliorum ſcripta, & tamen idem Prophetauerunt; tempore enim quo Ezechiel Prophetauit in Babilonia, Prophetabat Ieremias in Iudæa, & ſic alter alterius ſcripta non potuit videre, & tamen vterque de captiuitate Iudæorum, & de Hyeroſolimæ excidio Prophetauit, quòd non accidiſſet ſi proprio Intellectu, & non Diuina reuelatione Prophetaſſent.

45 Tertium teſtimonium eſt miracula Chriſti, & Sanctorum, ad cuius efficaciam nota ſolùm Deum eſſe principalem Auctorem miraculorum ipſe enim ſolus poteſt mutare ordinem naturæ. Secundò nota Doctrinam ſupernaturalem nonniſi miraculis eſſe probandam, ait enim Chriſtus, Ioan. 15. ſi non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, & opera non feciſſem, &c. modò ſic argumentatur, ſola noſtra Fides eſt confirmata miraculis, ergo ſola noſtra Fides eſt credibilis, alias enim Deus eſſet mentitus confirmans miraculis falſam Doctrinam, quæ nonniſi ab ipſo fieri poſſunt quod eſt impoſſibile: Quare Riccardus à Sancto Victore, lib. de Trinit. cap. 2. inquit Domine ſi error eſt à te decepti ſumus, nam tantis ſignis confirmata eſt Doctrina Euangelica, quæ nonniſi per te fieri poſſent: Nec obſtat dicere etiam Antichriſtus ſit facturus miracula, ex 2. Theſſal. 2. ergo miracula Chriſti, & Sanctorum non ſunt ſigna euidentia ad credendum veritatibus Fidei, quia etiam miracula Antichriſti erunt ſigna falſæ Doctrinæ: Reſpondetur, quod miracula Antichriſti erũt mendacia, ex D. Paulo loco citato, quæ potiùs erunt mirabilia ſicut illa, quæ fecerunt Magi Pharaonis, quartum teſtimonium eſt ex parte Doctrinæ, quæ in Euangelio

gelio ponitur ad crēdendum; Nihil enim ponitur ad credendum, quòd Deum non extollet exaltet, & magnificet, & ſit veritati maximè conſonum, & maximè magnificans Deum, nihil traditur expectandum, quod non ſit homine dignum, quia dicit Beatitudinem ſpiritualibus cōſtare delicijs nempè viſione, & fruitione beatifica; Nihil etiam præcipitur faciendum, quod non ex Fonte legis naturæ deducatur, vt patet ex Sermone Montis, Matth. 5. Hæc igitur Doctrina eſt pura, recta, Sancta, ab omni immunditia pænitus abhorrēs, ab omni erorre prorſus aliena rectæ conſona rationi tota vndique perfecta, quæ docet omnem vitæ perfectionem, & Sanctitatem. Deus ipſe à quo pro manet totus eſt ſecundùm ſe perfectus, purus, & Sanctus, nihil poteſt docere ſtultum mendoſum, falſum, aut imperitum, multò minus aliquid turpe præcipere, aut approbare.

46 Quintum Teſtimonium, eſt irrationabilitas aliarum ſectarum; Duæ ſunt modò ſectæ Principales Chriſtianæ Fidei aduerſæ ſcilicèt Iudæorum, & Maumethanorum; De Iudæorum perfidia in ſuperioribus ſatis dictum eſt; Maumetana ſecta habuit ortum à Maumetho Arabo, qui ſicut fuit vir iniquus rapax, Mæchus Crudelis flagitioſiſſimus obſceniſſimus, & falſus Propheta; ita conglomerauit plurimas obſcenitates, crudelitates Aniles nugas, & innumeras falſitates, & redegit eas in opus in ſcriptum Alcoranum, quod ſub varijs oſtentationibus Hypocriticis Sanctitatis, & bonitatis falſas reuelationes fingens deſuper habitas, & laxans habenas ad omnia vitia Auaritiæ, Gulæ, & Libidinis; tradidit credendum, & obſeruandum tanta pontualitate, vt dubia in eo incidentia non rationibus, ſed armis deciderentur; Mirum eſt quantum indulgeat ſenſibus, vt ſicut ipſe veræ porcus fuit ſpurciſſimus, & Animal immundiſſimum, ita ſibi, & ſuis adhærentibus vltimum finem præſtituit, & beatitudinem porcinam impuritatibus, & obſcenitatibus condequaque conſtantem, vt non mirum ſit quod ſecta hæc tantùm ſit extenſa, vt innumerabiles homines ventri, & gulæ deditos aggregauerit.

47 Alcorani falſitas eſt ſolemnis. Cùm enim Mahometus edoctus fuerit ab Arianis, Neſtorianis Iudæis, & Paganis ex iſtis fontibus fædos, pernicioſoſque hauſit errores; Primò cum Sabellio negat Trinitatem Diuinam; Secundò cum Arrio, & Eunomio Chriſtum Creaturam aſſerit, cumque Deum dicere ridiculum putat; Tertiò cum Carpocrate, dicit Chriſtum ſolùm eſſe Sanctum Prophetam; Quartò cum Cerdone negat Deum poſſe habere Filium cum vxore careat; Quintò cùm Manichæis, Chriſtum negat mortuum, vel Crucifixum, ſed loco eius alium hominem illi ſimilem; Sextò cum Donatiſtis, negat cuncta Eccleſiæ myſteria, quæ à Chriſti Paſſionem ſuam vim, & efficaciam habent; Septimò cum Origeniſtis, dicit Dæmones eſſe ſub Mundi fine ſaluandos; Octauò cum Antropomorphitis Deum corporeum aſſerit; Nonò, cum Cherinto extremam fælicitatem, vel ſummum bonum ſtatuit incorporeis voluptatibus; Decimò, cum Ebionitis Circumciſionem admittit; Vndecimò, cum alijs verè Fidei deſertoribus negat Chriſtum iudicaturum in vltimis diebus; Duodecimò, quod Deus ſit Cauſa omnium peccatorum, cui Caluinus toto ſuo Spiritu annuit; Decimotertiò, quod omnia iſta mundana fortuna ſunt; Decimoquartò, damnat Imagines cum Iconoclaſtis Caluiniſtis, & Lutheranis; Decimoquintò, quod quilibet rectè viuens in ſua ſecta ſaluari poteſt; cum tamen alibi dicat, quod nullus ſaluabitur, niſi in ſecta Saracenorum, & alios errores innumeros docuit in ſuo Alcorano, tàm irrationabilis vt non rationibus, ſed ſolo gladio voluerit probari, & defendi.

48 Sextum Teſtimonium eſt ſeries Pontificum, & perſeuerantia Eccleſiæ quantum ad Papam, mirabile enim eſt dictu quod ferè mille ſexcenti anni præterierunt, & quamuis Tyrannorum rabies in Chriſtianos, & maximè in Summos Pontifices

tifices ſeruierint, nunquam tamen Chriſti Vicarius, cuius vices in terris gereret deficit; Verùm profectò eſt illud Gamalielis; Actorum 5. Diuino ſpiritu dictum. Si eſt hominibus conſilium, hoc aut opus diſſoluetur. Si verò ex Deo eſt non poteritis diſſoluere, ne fortè, & Deo videamini repugnare; Chriſtus etiam dixit, Matth. 16. Portas inferi non præualituras aduerſus ſuam Eccleſiam, ac ſi dixiſſet perſecutio Tyrannorum Diabolica perſuaſione exorta non poterit Eccleſiam meam ſubvertere; Sextum Teſtimonium eſt multitudo Martyrum, qui pro noſtra fide acerrima tormenta ſuſtinuerunt, quorum fidem innumeris confirmabat miraculis; Martyrium Grecè, idem eſt quòd Latinè confeſſio puta Teſtimonium, quòd Martyr fidei perhibuit, & ſua morte, ac Sanguine obſignauit, nam Martyr idem eſt quòd Confeſſor ſiuè teſtis fidei, tale Teſtimonium perhibuere innumerabiles vtriuſque ſexus, & cuiusvis ætatis homines, qui allecti illa promiſſione Chriſti, qui me confeſſus fuerit coram hominibus confitebor, & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt, quaſi ad epulas inuitati lætantur ibant ad mortem, quorum Teſtimonijs Verba Dei, & promiſſa credibilia facta ſunt nimis.

49 Septimum Teſtimonium eſt ex parte eorum, qui Deum toto corde exquiſierunt, nullus enim hactenus Deum toto corde exquiſiuit, cui non fuerit reuelata veritas Euangelica, & falſitas aliarum ſectarum expurgato priùs affectu ab omni praua affectione, quod patet in Cornelio Centurione, & in Eunucho Reginæ Candatis, quibus per Petrum, & Philippum veritas Euangelica annunciata, & explicata fuit, Actuum 8. & 10. & etiam proteſtatur celebre exemplum, Pauli de Sancta Maria Epiſcopi Burgenſis, qui tempore Ioannis 2. Regis Caſtellæ ad fidem de perfidia Iudaica conuerſos fuit, & Epiſcopus Burgenſis, atque Archicancellarius Regis conſtitutus, qui de ſeipſo in Prologo Bibliæ, ſic ait; Cum toto corde à Domino poſtularem, vt quod ſalubrius Animæ meæ eſſet cordi meo inſigere dignaretur, nocte dieque eius auxilium præſtolabar, ſicque factum eſt, vt Catholicæ fidei, deſiderium in mente mea de die in diem fortius incandeſceret, quoad ipſam fidem, quam corde gerebam publicè profiterer, & ea ferè ætate, qua tu nunc es Baptiſmi Sacramentum in huius Eccleſiæ Sacro fonte ſuſcepi. Dices ſi aliquod Teſtimonium faceret euidentiam, quod Articuli fidei ſint Credibiles eſſent maximè miracula Chriſti, & Sanctorum, ſed illa non ergo probatur minor, quia Chriſto proponente Myſterium Euchariſtiæ, multi ex Diſcipulis Chriſti receſſerunt dicentes duras eſt hic Sermo, tamen viderant miracula, ergo non erat euidens per illa miracula, illam Doctrinam eſſe credendam; Reſpondetur negando minorem, quia illi fuerunt excæcati propter malitiam voluntatis, atque ita quamuis ſigna Chriſti eſſent euidentia, & efficacia non crediderunt.

50 Oportet hominem cognoſcere credibilitatem noſtræ fidei, vt prudenter credat loquendo de actu credendi prudenti, & virtuoſo; Moraliter eſt euidens Infidelibus audientibus Euangelium, quam in eius prædicatione Miracula non fiant credendam eſſe fidei noſtræ, dummodò non laborent infidelitate prauæ diſpoſitionis, ſed priuatiua tantum; Probatur moraliter eſt euidens credendum eſſe Hiſtorijs receptis ab aliqua communitate famoſa, & honeſta, ſed huiuſmodi eſt Euangelium, ergo &c. Ex quo infertur; Primò Iudianis fuiſſe prædicatum ſufficienter Euangelium, quamuis apud eos nulla fuiſſent miracula; Secundò infertur verum eſſe, quod inquit D. Thomas 2.2. art. 4. ad ſecundùm videlicet neminem credere, niſi videat eſſe credendum, ideſt niſi habeat Teſtimonia euidentia; quoniam nihil credimus, niſi ſit viſum in ſuo Teſtimonio; Probatur ſic Infideles priuatim audientes in primitiua Eccleſia Euangelium ſignis ſupernaturalibus, atque à pauciſſimis hominibus inermibus, & illiteratis, quorũ Doctrina vſque modò per-

ſeuerat, & audientes prudenter crediderunt, quia non fuerunt teſtimonia ſupradicta proculdubiò excæcati aliquo voluntario errore, & malitia vt ſunt Iudæi, & vt plurimum Maometani, & alij huiuſmodi Infideles, apud quos quæcumque teſtimonia nullo modò mouent.

51 Ad fidei generationem, & conſeruationem neceſſe eſt, quòd præſupponatur euidens notitia, & experimentalis quòd ea, quæ nobis credenda proponuntur ſunt credibilia, iuxtà illud Sap. 19. qui citò credit leuis eſt corde, ergo ad credendum ſine leuitate neceſſe eſt, vt præſupponatur euidentia credibilis; Item ea quæ ſunt fidei non poſſunt à nobis tradi in virtute luminis naturalis; ergo omnes homines ſumus rudes natura noſtra reſpectu eorum, quæ ſunt fidei, vt ait D. Paulus 1. Cor. 2. oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. Sed omnis homo rudis, & ignarus alicuius diſciplinæ, nequit capere diſciplinam ipsâ ab illis, qui ſunt in ea periti, niſi vel talis diſciplina ſit ſubiecta lumini naturali Intellectus, vel niſi cognoſcat homines illos à quibus docetur eſſe peritos in illa diſciplina, & ſapientes per aliquos effectus ſenſibiles, quos experimentaliter videns intelligat præceptores illos eſſe ſapientes in illa arte, & diſciplina quàm tradunt: tunc enim quamuis ipſe non ſit Idoneus, vt poſſit ſcire illam diſciplinam, poterit tamen credere ſe per effectus experimentales intelligat illos præceptores eſſe ſapientes; Ergo cum Apoſtoli, & Eccleſia docuerint diſciplinam ſupernaturalem, & omnes priuati homines naturaliter ſint incapaces illius diſciplinæ, nullo alio modò percipient Doctrinam ab Eccleſia, & Apoſtolis, quàm ſi experimentaliter videant aliquos effectus ſupra vires naturales, ex quibus intelligant Apoſtolos, & Eccleſiam habere ſcientiam illam ſupernaturalem quàm prædicant, & docent.

52 Tales effectus ſuperiùs, ex Scoto enumerati, & declarati ſunt; Hinc ſequitur, quòd multis modis contingit, vt aliquis non ſuſcipiat fidem, neque credat. Primò ſi non aduertat ad miracula, quorum euidentia aliqua experimentalis, vel habitualiter, vel expreſsè præſuppoſita eſt fundamentum fidei; Secundò modò ſi aduertat ad miraculorum experimentum, & non aduertat ad euidentiam in genere credibilis, atque ita deficiebat Pharao viſis miraculis Moyſe; Tertiò quamuis aduertat ad euidentiam in genere credibilis, ſi non format iudicium practicum, quo Iudicet ſibi eſſe credendum, quòd contigit Magis Pharaonis, vt dicitur Exodi 8. Quartò modò ſi haberet huiuſmodi Iudicium ſecundùm habitum, & non ſecundùm actum, & hoc modò deficiebant à fide Phariſæi non credentes Chriſto; ſed non eſt reticendum, quòd quamuis miracula, & quælibet alia motiua ad credendum habeant neceſſariam habitudinem ad actum fidei, tamen ſi conſiderentur in ordine ad inſtinctum Spiritus Sancti, quo mouet voluntatem per affectum, & Intellectum per habitum infuſum habent ſe talia motiua ſufficientia, quaſi materialiter, inſtinctus verò Spiritus Sancti habet ſe formaliter, ita quòd quamuis vtrumque concurrat in genere Cauſæ efficientis ad actus fidei, quia tamen efficacia miraculorum, & perſuaſio, qua euidenter iudicantur ea, quæ ſunt fidei eſſe credibilia minùs principaliter concurrunt, & ideò hæc dicuntur quaſi materialiter ſe habere reſpectu inſtinctus Spiritus Sancti, & ille formaliter quia perfectius concurrit.

De Credendis de neceſſitate ſalutis. Art. 3.

1 Neceſſaria ad ſalutem ſunt in triplici differentia, quædam enim ſunt neceſſaria, vt media ſine quibus homo non poteſt conſequi ſalutem, non tamen eſt præceptum de illis, vt habitus virtutum, & gratiæ, & auxilium Dei actuali, quo nos mouet ad ſalutem de quibus non eſt præceptum, quamuis ſint media neceſſaria ad ſalutem; Quædam verò ſunt neceſſaria ad ſalutem, quia præ-

præcepta ſunt, ſiuè naturalia, ſiuè poſitiua, vt dixit Dominus, Mat. 19. ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata; Alia verò ſunt neceſſaria ad ſalutem vt media, & vt præcepta, ſicut eſt actus Charitatis ſine quo nemo poteſt conſequi ſalutem, & hæc duo 1. & 2. neceſſaria adhuc differunt, quod illa quæ ſunt neceſſaria tantùm neceſſitate præcepti ſufficit, vt homo in præparatione Animi, & in vniuerſali ſit paratus adimplere quando fuerit opus vt ieiunare, &c. Illa veroque neceſſaria ſunt ad ſalutem neceſſitate medij, non adimplentur, niſi actu, & reipſa adimpleantur, & exhibeantur, niſi enim Deus dederit gratiam auxilij homo de facto non poterit ſaluari, quia homo ex puris naturalibus non poteſt gratiam auxilij conſequi, niſi Deus illum gratis dederit contra Pelagium, & Pelagianos.

2 Fides infuſa fuit pro omni ſtatu neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem; quia in nullo ſtatu fuit Anima Deo accepta, niſi fuiſſet ornata, & perfecta per Charitatem quoad voluntatem, ergo neque fuit accepta, niſi perficeretur quoad Intellectum per habitum fidei; Probatur ſequela, Charitas ponitur in voluntate, vt Voluntas poſſit amare Deum ſupernaturaliter, ſed voluntas ita ſe habet cum Intellectu quòd intelligere præcedit velle, ergo ſicut ad velle naturale præcedit intelligere naturale, ita ad amare ſupernaturale præcedit intelligere ſupernaturale, ergo Intellectus debebat præ habere cognitionem Dei ſupernaturalem ad hoc quod voluntas illum amaret ſupernaturaliter, ſed non poſſet Intellectus habere talem cognitionem ſine habitu ſupernaturali, ergo neceſſarium fuit quòd haberet talem habitum ſupernaturalem, & cum non habeatur in hac vita cognitio clara de ſuper naturalibus erit obſcura atque ita fides, & ſic patet quomodo ſemper fuit neceſſaria fides, qua aſſentirent homines verò ſupernaturali; Aduertit tamen Scotus in 3. diſt. 25. quod hæc perfectio ſupernaturalis, qua Intellectus perficitur non præcedit tempore perfectionem voluntatis, id eſt fides non procedit tempore, id eſt non priùs tempore infunditur, quam Charitas, ſed ſimul, vel priùs natura.

3 In omni ſtatu, & lege tàm ante peccatum quàm poſt fuit omnibus; Adultis neceſſarium neceſſitate medij, & præcepti ad ſalutem explicitè credere aliquid ſupernaturale, ita Scotus vbi ſuprà, & eſt communis omnium Scholaſticorum; Dicitur in Adultis, quia duobus modis poteſt, quis ad ſalutem peruenire, vel meritò alieno ſicut pueri, & ſtulti Baptizati, quibus ſuffragatur Chriſti meritum, cuius facti ſunt participes in ſuſceptione Sacramenti, nam proprium meritum habere non poſſunt cum careant vſu liberi arbitrij, qui ad meritum exigitur, vel proprio adiuncto meritis Chriſti, vt ſunt adulti, & ſanæ mentis, at meritum conſiſtit in actu virtutis, ergo ad ſalutem adultorum, qui proprium meritum addere tenentur Chriſti meritò requiruntur actus, & habitus virtutum, at actus virtutum dependet ab habitu fidei, & ab actu eius, quæ intentionem dirigit, ergo in homine habente arbitrium exigitur ad ſalutem actus fidei, at hic non poteſt eſſe, niſi aliquid explicitè, & determinatè cognoſcatur quòd ad fidem pertineat, quod non poteſt eſſe tantùm naturale, ſed neceſſariò debet eſſe ſupernaturale; E confirmatur, nam actus Virtutum moralium fuit in quouis ſtatu neceſſarius ad ſalutem ergo & actus fidei, quia actus virtutum moralium ordinantur in debitum finem per virtutes Theologicas nempè per fidem, & Charitatem ſalus enim Animæ per eas adimpletur, alias vera non eſſet ſalus Animæ.

4 In Symbolo Apoſtolorum continentur ſufficienter quantum ad ſubſtantiam, quæ credere neceſſarium eſt ad ſalutem, quia ſicut in principijs ſufficienter virtute continetur tota ſcientia, ita in prædictis articulis, qui ſunt quaſi principia omnium, quæ oportet credere ſufficienter virtute continentur omnia credenda, ſed omnes articuli fidei ſufficienter continentur in

tur in Symbolo Apoſtolorum, ergo ex conſequenti in illo Symbolo ſufficienter continentur virtute omnia, quæ ad ſalutem neceſſe eſt Credere. Item tota Fides verſatur circa Deum, ſicut circa præcipuum obiectum, ſed cognoſcere Deum non contingit, niſi quoad Diuinitatem, & humanitatem, ſed in Symbolo Apoſtolorum traditur ſufficiens notitia Dei, & quo ad Diuinitatem, & quoad Humanitatem; ergo Fides ibi contenta eſt integra, & perfecta. Item non contingit habere notitiam de Deo, niſi per aliquam eius operationem, quamdiu ſumus in via, ſed omnis Diuina operatio continetur ſub aliqua iſtarum trium Creationis, vel reparationis, vel glorificationis, de quibus explicitè agitur in Symbolo Apoſtolorum, quia oſtenditur ibi Deus eſſe Creator, Reparator, & Glorificator; ergo tota Fides ibi ſufficienter continetur.

5 Sed obijcitur, ſi in Symbolo Apoſtolorum continentur omnia credenda, ergo alia duo Symbola ſcilicèt Nicenum, & Athanaſij erunt ſuperflua; Item extra de Summa Trinit. cap. firmiter creditur inter Articulos Fidei numerantur Articulus de Sacramento Euchariſtiæ, & Articulus de Sacramento Baptiſmi, qui tamen non continentur in Symbolo Apoſtolorum, ergo in eo non continentur omnia neceſſariò Credenda; Reſpondetur ad primùm, quod alia duo Symbola non ſunt ſuperflua, quia iſtud Symbolum ad certam veritatis breuem traditionem, & expreſſionem fuit ab Apoſtolis compoſitum; Symbolum verò Niceni Concilij, fuit factum à Patribus eiuſdem Concilij ad Symboli Apoſtolorum explicationem, & ad quarumdam Hæreſum confutationem, & ad veritatis creditæ publicationem; Symbolum verò Athanaſij, maximè factum fuit ad confutandam Hæreſim Arianam; Vndè ſollicitus fuit Athanaſius ibi diligenter exprimere eſſentiæ vnitatem cum Perſonarum diſtinctione, & æqualitate, vt docent Alexander Alenſis 3. p. q. 69. Memb. 1. D. Bonau. in 3. diſt. 25. art. 1. q. 1. ad vltimum Richard. in 3. d. 25. art. 2. q. 1. Ad ſecundum; Reſpondetur quòd credere Corpus Chriſti in Euchariſtia non eſt Articulus principalis, ſed ſub aliquo Articulo Symboli continetur, ſicut, & alia Sacramenta.

6 Pro Intelligentia dicendorum; Notandum eſt Fidem duplicem eſſe nempè explicitam, & implicitam; Fidem implicitam de aliqua veritate habere dicimur cum elicimus aſſenſum immediatè circa ipſam; Implicitam verò cum aſſenſum alicuius veritatis non habemus ſecundùm ſeipſum, ſed habemus illum, quaſi implicitum in alio actu noſtro, qui habet aliud immediatum obiectum; Vel ſic Fides explicita eſt actus Fidei, quo credimus aliquod obiectum ſupernaturale ſecundùm ſeipſum, vt credere quòd Filius Dei factus eſt Homo, & natus de Maria Virgine, paſſuſque pro noſtra Redemptione, & ſic de alijs Articulis. Fides autem implicita eſt actus Fdei quo credimus implicitè quod continetur ſufficienter in alio, quod creditur explicitè; Dicitur autem aliquod implicitum dupliciter vno modò vt actus in potentia, vel in habitu, qui enim potentiam, vel habitum habet in his etiam actum habere dicitur; Alio modo ſicut particulare in vniuerſali, nam cognito vniuerſali cognoſcitur etiam in ipſo particulare implicitè, vti in Animali implicitè cognoſcitur homo; Illud autem dicitur contineri in alio ſufficienter, quod poteſt deduci ex ipſo per neceſſariam conſequentiam, ſicut quando cognitio effectus deducitur ex cognitione Cauſæ, vel è contrà; Primò itaque modò quis dicitur credere, implicitè quando habitum habet, ſed non exit in actum; Secundò autem modò quando credit, ſed tantùm in vniuerſali non deſcendendo in aliquod creditum, ſimiliter ille habet Fidem explicitam, vno modò quando habet habitu Fidei ſimul cum ſuo actu; Secundò modò, quando non ſolùm credit in generali, ſed etiam deſcendit ad particularia.

7 Neceſſarium fuit pro omni ſtatu habere actum implicitum de omnibus, tunc

enim habetur actus implicitè quando habetur habitus, ſed habere ſolùm actum Fidei non ſufficit, ſed in habente vſum rationis requiritur actus diſtinctior, & explicitus pro ſtatu iſto, non quidem de omnibus credibilibus, quod eſſet impoſſibile rudibus, & ideò ſi ſit aliquis rudis, qui non poſſit concipere quid eſt natura, & quid perſona non eſt neceſſe quod habeat actum explicitè de Articulo pertinente ad eſſentiæ vnitatem, & perſonarum Trinitatem, ſicut habent Clerici Litterati, ſed ſufficit quod credat, ſicut credit Eccleſia; Quilibet tamen habens vſum rationis tenetur pro aliquando ad aliquem actum explicitum, & maximè ad illa, quæ ſunt faciliſſima ad concipiendum ſicut quod Chriſtus natus eſt, & alia, quæ pertinet ad redemptionem; ſic igitur omnes minores tenentur ad aliquem actum explicitum pro aliquando, & alios in generali; aliter dicendum de Maioribus Eccleſiæ, qui perficiuntur alijs, & tenentur alios in Fide inſtruere Verbo veritatis, & exemplo honeſtatis, & de huiuſmodi loquitur, D. Auguſtinus 14. de Trinit. cap. 1. Aliud eſt ſcire tantummodò quid homo credere debet propter adipiſcendam vitam Beatam, quæ nonniſi æterna eſt; Aliud eſt ſcire quemadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra Impios defendatur. Ita Scotus in 3. diſt. 25.

8 Hinc occurrit reijcienda, & confutanda ſententia quorumdam Theologorum, qui (vt refert Michael de Medina, lib. 4. de recta in Deum Fide, cap. 6.) editis Libellis, (quos Doctrinas Chriſtianas inſcribunt) docent quemcumque Chriſtianum poſt diſcretionis annos peccare mortaliter, niſi omnes Articulos Fidei viua memoria conſeruet, atque idem de Chriſtianæ Religionis Sacramentis, immò de Decalogi mandatis perſuadere conantur. Quæ ſententia prætorquam quòd omnibus Scholaſticis Theologis aduerſatur poteſt eſſe multorum ſcandalorum, atque deſperationis ſeminarium; Nam experientia videmus, non tantùm ex plebeis, & extremis, ſed ex mediocri; Immò ex ſupremo Ciuium ordine plures Apoſtolicum Symbolum, Fidei Articulos Decalogi Præcepta, & Eccleſiæ Sacramenta memoria non retinere, non alia ex ratione, niſi quia parum memoria valeant quos nephas eſt affirmare mortaliter peccare; Contrarium eſt etiam rationi, & prorſum inauditum Chriſtianos omnes ad numerum Sacramentorum ſciendum de neceſſitate ſalutis eſſe aſtrictos, cùm nullus, quæ ad ſe non pertinent ſcire teneatur. Vniuerſa autem Sacramenta eidem homini conuenire non poſſunt; Quamuis enim quæ ſingularibus hominibus medendis decernuntur, qualia ſunt Baptiſmus confirmatio Euchariſtia, Pænitentia, & Extrema vnctio vni, & eidem ſubiecto conueniant; Matrimonium tamen, & ordo Sacer ex Eccleſiæ conſtitutione, aut (vt quidam volunt) ex Diuino iure eidem homini conuenire non poſſunt.

9 Quare eſt prorſus aduerſum non modò rationi, ſed omni Theologiæ affirmare à quartodecimo ætatis Anno, quamuis Chriſtianum de ſalutis neceſſitate ad eorum numerum memoriæ continendum aſtringi; Idem eſt Iudicium eſt de decem Decalogi Præceptis; Ingens eſt ergo eorum audacia, qui ſine vlla ratione, aut fundamento contra veterum Theologorum, Alberti Magni in 3. diſt. 25. art. 4. D. Bonauent. in 3. q. 2. Richardi in 3. d. 25. q. 2. D. Thomæ in 3. ſent. diſt. 25. q. 2. art. 3. placitum, & ſententiam ſola ſua Auctoritate pronunciant eum peccare mortaliter, qui vel Articulos Fidei, vel Eccleſiæ Sacramenta, vel decem Decalogi Præcepta memoria non tenet; ſed maior, & perniciosior eorum Sacerdotum ſtupiditas, ne dicam ſuperſtitio, qui horum Libellorum, auctoritate miſeros Ruſticos Sutores, Carpentarios, immò non vulgares Ciues abſolutione peccatorum fruſtrantur, quòd iſta omnia viua memoria non ſeruent; Quòd ſi ab eis exquireretur forſan, ipſi non eſſent facturi; ſunt tamen laudandi illi Paſtores,

ſtores, qui certis pœnis ad hæc omnia diſcenda vrgent, præſertim quo magis intelligant, vernacula Lingua, ſed ita eſſe neceſſariam eorum omnium explicatam memoriam, vt ſine illis (vt iſti contendunt) nemo conſequatur ſalutem omninò falſum extimatur.

10 In ſtatu naturæ, & Legis Maiores Eccleſiæ tenebantur credere explicitè Myſterium Trinitatis, Minores autem implicitè in Fide maiorum. In ſtatu autem gratiæ omnes tenentur illud credere explicitè; Probatur prima pars, quoniam non poteſt Myſterium Incarnationis explicitè credi, niſi etiam explicitè Trinitas credatur conſiſtit enim illud in hoc, quod Filius Dei Patris ſumpſerit naturam humanam, & per gratiam Spiritus Sancti Mundum renouauerit, & ex Spiritu Sancto Conceptus fuerit, ſed in ſtatu Legis, & naturæ Maiores tenebantur explicitè credere Myſterium Incarnationis; ergo Maiores in ſtatu naturæ, & Legis tenebantur explicitè credere Myſterium Trinitatis, & ex hoc patet; Secunda pars, quia ſicut minores tenebantur credere implicitè Myſterium Incarnationis, ita etiam tenebantur implicitè credere Myſterium Trinitatis; Tertia pars; Probatur ex illo Matthæi vltimi, Euntes Prædicate Euangelium omni Creaturæ Baptizantes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; Ex quo arguitur: Omnes tenentur inuocare Trinitatem in Baptiſmo ergo, & credere; Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt; Prætereà omnes tenentur amplecti, & explicitè credere ſummam Doctrinæ Chriſtianæ, ſed hæc præcipuè continetur in Articulis illis, qui publico ritu in Eccleſia celebrantur; ergo omnes tenentur Articulos explicitè credere; Maior ex vltimò Matthæi patet, docete omnes Gentes, & Marci vltimò; Prædicate Euangelium omni Creaturæ, qui crediderit, &c. Sed Myſterium Trinitatis ſpectat ad ſummam Doctrinæ Euangelicę, ergo explicitè oportet in illud credere.

11 Prædicta neceſſitas Fidei explicitè Myſterij Trinitatis poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, non eſt ſolùm neceſſitas præcepti, ſed eſt neceſſitas medij; Probatur primò, nam Fidei huius Myſterij pertinet ad fundamentum ſalutis, iuxtà illud Matth. 28. Docete omnes gentes Baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Secundò ſine hac cognitione non poteſt Chriſtus ſatis cognoſci, cum ſit Filius Patris, & Sanctificatus Spiritu Sancto; eſt ergo Myſterium Trinitatis, ſicut etiam alij Articuli ad Diuinitatem ſpectantes de neceſſitate, tum medij, tum præcepti credendum, iam ſingulis fidelibus, ita ſcilicèt vt ſubſtantia eius intelligatur, quæ nimirum conſiſtat in vnitate eiuſdem Diuinitatis, & eſſentiæ, & diſtinctione Perſonarum, quarum vna non eſt alia; Neque tamen neceſſum eſt hoc ad modum diſtinctè intelligere, ſed ſufficit aliquem confuſum, ſaltem Conceptum formare de vnitate eſſentiæ, & Trinitate Perſonarum, & remittere ſe ad Eccleſiam, quæ diſtinctiorem cognitionem habet huius Sanctiſſimi Myſterij. Ita docet Scotus Doct. noſter ſubtilis, in 3. diſt. 25. q. 1. §. ſed habere ſolùm, &c. tum ait rudem aliquem, qui non poſſit concipere, quid ſit natura, & quid ſit Perſona non obligari vt habeat actum explicitum de hoc Myſterio diſtinctè ſicut habent Clerici, &c. Hic non negat Scotus debere talem habere actum vllum explicitum, ſed actum explicitè diſtinctum.

12 In quocumque ſtatu aliquo modò oportuit credere Myſterium Incarnationis Chriſti, atque etiam fuit creditum licèt non tàm explicitè in vno tempore, quàm in alio, neque ab vnis Perſonis, quā ab alijs; Suppoſito varium fuiſſe humanæ naturæ ſtatum alterum, integrum alterum verò collapſum; ſtatus integer fuit Adami, & Euæ, ſub Innocentia collapſus verò fuit ſtatus ſub peccato, & hic triplex eſt alius ante Legem ſcriptam, qui dicitur ſtatus Legis naturæ, alius ſub Lege Moyſi; Poſtremus ſub gratia Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Hoc ſuppoſito probatur; Prima pars Concluſionis, quia illud eſt neceſſa-

riò credendum, quòd eſt obiectum per ſe Fidei, ſed Myſterium Incarnationis pro omni ſtatu eſt obiectum Fidei, ergo Myſterium Incarnationis, pro quocumque ſtatu fuit credendum; Maior eſt ex ſe manifeſta, & Minor probatur; Illud eſt obiectum per Fidei, quòd eſt via ad Beatitudinem conſequendam neceſſarium, ſed via neceſſaria ad conſequendam Beatitudinem eſt Incarnatio Chriſti, ergo Incarnatio Chriſti eſt per ſe obiectum Fidei, atque adeò Fides eius in quocumque ſtatu fuit neceſſaria; Probatur ex illo Actorum 4. Non eſt aliud nomen, ſub Cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

13 In quocumque ſtatu fuit aliquo modò creditum Myſterium Incarnationis; (Quomodo Adam illud crediderit ante peccatum in ſtatu Innocentiæ,) dictum eſt alibi, & poſt eius peccatum, quia omnia Sacrificia veteris Legis, aliaque ante Legem in ſtatu naturæ præfigurabant aduentum Chriſti; atque ita in illis implicitè credebatur Myſterium Incarnationis; Differenter tamen quoad tempus, & quoad Perſonas credentes, quia quanto homines fuerunt tempore remotiones à Chriſto, tantò in eis Fides Mediatoris fuit inuolutior, atque inexplicatior. Quantò verò ei fuerunt propinquiores, tantò hæc Fides fuit explicatior, & quòd attinet ad perſonas, patet quia multum intereſt inter Maiores, & minores modò, & tunc vt ſapienter docet Scotus loco ſupracitato, nam Maiores illorum Sacrificiorum, quibus vtebantur, ſignificationem intelligebant, & Chriſti Myſterium in illis cognoſcebant, tales fuerunt Patriarchæ, & Prophetæ in ſuis Prophetijs de Chriſto eius vita, & operibus, ideò de mediatore proculdubiò habuerunt Fidem explicitam; Probatur Inductiuè, nam Adam poſt peccatum habuit Fidem Incarnationis explicitam, quatenus ordinabatur in remedium peccati; Iob fuit in Lege naturæ, & idem cognouit explicitè, dum dixit; Credo quòd Redemptor meus viuit, &c, Abraham quoque Teſtante Saluatore, & dicente Abraham Pater veſter exultauit, vt videret diem meum vidit, & gauiſus eſt; Idem apertius, dicendum eſt de Iſaia, qui tàm clarè Natiuitatem Chriſti Prophetauit; Ecce Virgo Concipiet, & pariet Filium.

14 Item Sybillæ multæ habuerunt expreſſam, & explicitam Fidem Chriſti, vt docet D. Auguſtinus, lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 23. & Serm. 1. In Vigilia Natalis, multi etiam Gentiles hanc Fidem habuerunt, vt docet idem D. Auguſt. lib. 18. de Ciu. cap. 47. & D. Th. 2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. vbi refert quod in Hiſtorijs Romanorum legitur, quòd tempore Conſtantini Auguſti, & Irenæ Matris eius inuentum fuit, quoddã Sepulchrum, in quo iacebat homo aureã laminam habens in pectore, in qua ſcriptũ erat Chriſtus Naſcetur ex Virgine, & ego credo in eum; O Sol ſub Irenæ, & Conſtãtini temporibus iterùm me videbis; Eandem Hiſtoriam refert Franciſcus de Mayronis in ſuo Quadrag. Ser. 87. conſiderat. 1. diciteque Sepulchrum illud fuiſſe Platonis; Hæc de Maioribus, in quo cum ſtatu præſertim in ſtatu Legis ſcriptæ. Vndè, & ipſe Dominus, Luc. 24. neceſſe eſt inquit impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege, & Prophetis, & Pſalmis de me, & Ioan. 5. ſi crederetis Moyſi crederetis forſitan, & mihi; Minores verò, hæc omnia Myſteria inuoluti, & implicitè hoc intelligebant hoc eſt ſub velamina Sacrificiorum, nam credentes illa eſſe inſtituta de Meſſia vẽturo velatam, quodammodo habebant Chriſti cognitionem, neque ampliùs tenebantur credere; Hæc Fides ſi erat ex auxilio Diuino mouente, & adiuuante ſufficiebat ad iuſtificationem; Dicente D. Hieron. ſuper id ad Gal. 2. ſcientes quòd non iuſtificatur homo ex operibus Legis, niſi per Fidem Chriſti admonere debemus (verba ipſius) Sanctos, qui antiquitus fuerunt nonniſi ex Fide Chriſti iuſtificatos eſſe.

15 Hinc ſequitur Fidem eiuſdem explicitam eſſe neceſſariam ad ſalutem neceſſitate medij, & præcepti illis quibus per Euangelij promulgationem Chri-

ſtus

ſtus innotuit eſt de Fide, & probatur, Ioan. 5. ſi non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem peccatum non haberent; ſcilicèt Infidelitatis vt interpretatur, Diuus Auguſtinus, atque Iudæi quibus Chriſtus prædicauit, & fuit prædicatus ineſcuſabiles ſunt, & ſicut Marci 16. Chriſtus dicit, Prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & Baptizatus fuerit ſaluus erit, qui verò non crediderit condemnabitur, ergo quibus prædicatum eſt Euangelium neceſſaria eſt Fides Chriſti explicita. Item Ioan. 14. inquit Chriſtus credite in Deum, & in me credite; Præterea quòd Prædicabant Apoſtoli erat præceptum neceſſarium ad ſalutem, ſed potiſſimè prędicabant Chriſtum, ergo poſt huiuſmodi prædicationem Fides Chriſti explicita erat neceſſaria ad ſalutem, & 1. Cor. 1. nos prædicamus Chriſtum Crucifixum, & cap. 2. non iudicaui me ſcire, aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum; Præterea nullus adultus Baptizatur, niſi priùs explicitè credat Chriſtum, nec licèt Baptizare, ergo credere explicitè Chriſtum eſt neceſſarium ad ſalutem, eo modò quo dicitur neceſſaria ad ſalutem gratia, & Charitas.

15 Omni tempore, & ſtatu, ſiuè integræ, ſiuè lapſæ naturæ neceſſe fuit omnibus habere Fidem explicitam de illis duobus, quæ D. Paulus Hebræorum 11. commemorat nempè quod Deus eſt, & quod ſit Inquirentium ſe remunerator, quorum prius pertinet ad Intellectum; Poſteriùs ad voluntatem; Probatur quia his verbis oſtendit D. Paulus non ſolùm eſſe inquirendum Fide, ſed etiam affectu, id quod pro omni tempore, & ſtatu fuit neceſſarium; Item pro omni tempore, & ſtatu fuit neceſſarium ad ſalutem Animæ explicitè credere articulum creationis; hæc ſequitur ex illa D. Pauli ſententia modò citata, ex qua colligitur Deum eſſe inquirendum, & colendum, ſed ſi non habetur Fides, quod Deus ſit hominum omniumque rerum Creator, non poteſt cultus Deo debitus exhiberi, quia ex hoc quod Deus eſt vniuerſorum Conditor eſt omnium Dominus, & ex hoc debetur illi honor, & cultus, ergo explicitè credendus eſt omnium Conditor. Prætereà pro omni ſtatu, & tempore fuit ad ſalutem neceſſarium credere explicitè Animam eſſe immortalem, quod etiam deducitur ex eadem D. Pauli ſententiam patet, nam ſi omni tempore oportuit credere Deum remuneratorem ſe inquirentium, & colentium ergo, & quòd Anima ſit immortalis, alias quæ remuneratio expectanda eſſet, ſi Anima periret cum corpore?

16 Poſt lapſum hominis præter illa duo enumerata à D. Paulo, vt ſupra fuit etiam creditu neceſſarium Deum eſſe placabilem ijs, qui illum offendunt, patet quia alioquin quomodo poſſent homines ad Deum per pænitentiam conuerti, & eidem ſatisfacere? Neſciret enim homo iuſtitiam quærere, ſi ignoraret à quo illa eſſet expetenda, ergo articulus remiſſionis peccatorum fuit pro omni tempore à Lapſu hominis creditu neceſſarium, & ſimiliter fuit etiam neceſſarium homines credere à Lapſu hominis, omnes homines eſſe peccatores; Et confirmatur; quia Articulus de pænitentia, & peccatorum remiſſione eſt maximè neceſſarius propter peccata quotidiana, & ab illo D. Ioannes Baptiſta, & Chriſtus incœperunt prædicationem ſuam; Vndè dictum eſt, Lucæ 24. oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pænitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes; Ex quo ſequitur quòd ſemper fuit neceſſarium credere Deum eſſe prouiſorem ſalutis humanæ, iuſtificatorem, & habere prouidentiam, quomodo per aliquem modum, vel per aliquem Mediatorem remedia ſalutis præſtarentur. Quòd etiam à Lapſu primi hominis pro omni tempore, ideſt tàm in ſtatu legis naturæ, quàm in ſtatu legis ſcriptæ fuit creditu neceſſarium ad ſalutem hominum per Mediatorem à Deo deſtinatum fuiſſe comparandum, iuxtà illud Theologicum axio-

axioma; A lapſu Adæ ſine fide Mediatoris Chriſti nullus vnquam aſſecutus eſt Animæ ſalutem, nec in alio nomine oportet nos ſaluos fieri, niſi in nomine Ieſu Actorum 4.

17 Eadem fuit ſecundùm ſpeciem fides infuſa antiquorum Patrum, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, & noſtra qui eiuſdem Chriſti aduentum ſequuti ſumus, hoc intelligitur de habitu non de actu, quia actus non infunditur, ſed tantū habitus, & tenendo quod fides infuſa inclinat in quodlibet credibile, iuxtà Doctrinam Scoti in 3. diſt. 25. & quolib. 14. non enim fides infuſa variatur propter variationem, mediorum, & minus principalium; Non ſic eſt dicendum de actu; Nam alius eſt actus credendi, & ſpecie diſtinctus articulorum, quos crediderunt antiqui, ab actu credendi articulorum, quos credunt moderni, quod intelligitur de articulis ſolùm, quorum vnus eſt de futuro, & alius de præterito nam diuerſarum veritatum, ſeu propoſitionum ſpecie diſtinctarum, id eſt non Synonimarum diuerſi ſunt actus aſſentiendi, ſeu credendi nam ex diuerſitate obiectorum immediatorum ſpecifica arguitur diuerſitas actuum ſpecifica, ſed propoſitiones creditæ à Patribus ſpecie diſtinguuntur à creditis à nobis ergo, &c. maior patet, & minor probatur, nam illa propoſitio Chriſtus eſt venturus paſſurus, reſurrecturus, &c. quàm illi crediderunt; & iſtæ propoſitiones Chriſtus venit paſſus eſt, & reſurrexit, quas nos credimus diſtinguuntur ſpecie, quia ſunt non ſinonimæ propter diuerſum temporis ſignificationem, ſeu connotationem; nam ſicut variatio ſubiectorum, & prædicatorum facit propoſitiones differre ſpecie, ita variatio copulæ.

18 Fides antiquorum, ſi ſumatur fides pro his, quæ creduntur, & articulus ſimpliciter, eadem fides ſecundùm numerum fuit fidelium, qui aduentum Chriſti præceſſerunt, & qui ſequuti ſunt, quia eandem veritatem numero, quàm illi implicitè, & explicitè crediderunt, iſti explicitè credunt tempora variata ſunt, ſed fides variata non eſt; tàm reſpectu omniū neceſſariorum credibilium, quæ quatuor vera de Deo credenda ſunt ad intra, ſcilicèt vnitas Dei Perſona Patris Ingeniti; Perſona filij, & perſona Spiritus Sancti, quæ ſunt inuariabilia, quàm reſpectu cōmunium contingentium credibilium, ſeu extrinſecorum omnibus Diuinis perſonis communium, qualia ſunt illa tria nempè productio Creaturam remiſſio peccatorum, & glorificatio Beatorum fuerunt eadem fides antiquorum, & Modernorum, ita quòd attenta ſubſtantia credibilium in fide Modernorum, nulla eſt facta additio fidei antiquorum, nec de ea aliquid diminutum; Attenta verò explicatione, & explanatione in Lege Euangelica creuit numerus articulorum fidei de neceſſitate ſalutis, non ſolùm per Symbolum Apoſtolorum, ſed etiam per alias declarationes Eccleſiæ, vt infrà diſtinctè patebit; de qua additione ſatis innuit Saluator, Ioan. 16. dum dicit; Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò, cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit omnem veritatem: Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis.

19 Fides acquiſita antiquorum Patrum, ſcilicèt eorum qui Chriſti aduentum præceſſerunt, ſiuè fuerint in lege naturæ vt Iob Abraham, & alij, & fides acquiſita eorum qui nati ſunt poſt Chriſti aduentum non ſunt eiuſdem ſpeciei; Probatur quia omnes habitus acquiſiti habentes obiecta diſtincta ſpecie, diſtinguūtur ſpecie, ſed habitus fidei acquiſitæ in his, qui Chriſti aduentum ſunt ſequuti habent alia obiecta diſtincta ſpecie ab illis, quæ habuerunt Antiqui Patres, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, ergo erant ſpecie diſtincti; Maior patet, quia obiecta diſtincta ſpecie arguunt habitus diſtinctos ſpecie, minor etiam patet, quia antiqui credebant Chriſtum venturum, & nos credimus ipſum iam veniſſe, ſed hæc obiecta differunt ſpecie, immò interdum contradicunt,

dicunt, verbi gratia, Chriſtus veniet, & Chriſtus non veniet, ſed iam venit; Confirmatur, quia ad diſtinctionem ſpecificam actuum ſemper ſequitur diſtinctio ſpecifica habituum, ſed eſt diſtinctio actuū ſpecifica, vt ſupra probatum eſt ergo, & habituum eſt diſtinctio ſpecifica, ergo fides acquiſita antiquorum Patrum, ſcilicèt eorum, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, & eorum qui nati ſunt poſt Chriſti aduentum non eſt eiuſdem ſpeciei.

20 Credibilia aſſumptum hominem reſpicientia non fuerunt eadem, ſed alia fidei antiquorum, & alia fidei modernorum; Probatur quoniam vnum, & idem non poteſt eſſe verum; & falſum neceſſarium, & contingens eſse articulum, & non eſse articulum, ſed prædicta credibilia nunc credita de Chriſto, tunc ſcilicèt tempore antiquorum, qui Chriſtum præceſserunt fuerunt falſa, & è conuerſo credibilia ab eis credita erant vera nunc ſunt falſa, illorum etiam illa credibilia erant tunc contingentia fieri, vel non fieri poſſibilia, quia futura à nobis autem credita ſunt præterita, & per conſequens ſunt neceſsaria, quia non poſsunt non eſſe facta, & demum illa credibilia credita ante Chriſti aduentum erant articuli, ſeu obiecta fidei, pro hoc autem tempore minimè ergo, &c. Maior apparet, quia credita à nobis de Chriſto ſunt, quòd fuit Conceptus, Natus, Paſsus, Deſcendit, Reſurrexit, aſcendit; Conſtat autem talia credibilia ante Chriſtum fuiſse falſa, nec per conſequens credita à Sanctis Patribus ante Chriſtum natis, ſed ipſe credebant, quod filius Dei erat concipiendus naſciturus, paſsurus, &c. quæ omnia tunc vera, & credita nunc ſunt falſa, nec à nobis credita.

21 Omnis Chriſtianus cuiuſcumque ſtatus, & condictionis tenetur explicitè credere præcipuos articulos Diuinitatis, & humanitatis Chriſti maximè illorum, quorum Eccleſia dies ſolemnes celebrat, ita D. Thomas 2,2. q.2. art.7. & Scotus in 3. diſt. 25. q. 1. & communiter omnes Theologi; De articulo Incarnationis, iam ſupra probatum eſt; De articulo mortis ſepulturæ, & Reſurrectionis; Probatur ex illo Cor. primæ cap. 15. tradidi vobis in primis, quòd, & accepi quòd Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm Scripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit, & ad Rom. 10. ſi credideris, quòd Deus ſuſcitauit Chriſtum à mortuis ſaluus eris; De articulo deſcenſus ad Inferos, dicit à Caſtro contra Hæreſes Verbo Infernus Hæreſi 3. quòd ſolùm conſtat ex traditione Eccleſiæ, quia non expreſsè continetur in Scriptura; De articulo Aſcenſionis; Probatur ex illo ad Eph. 4. Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatē; De articulo Trinitatis dictum eſt ſuprà. Quare pueri docentur, quomodo debeant ſe ſignare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quinque determinatis tēporibus obrigat præceptum credendi, vel Fidei exercendæ circa Articulos neceſſarios ad ſalutem; Primò initio inſtituendæ vitæ Chriſtianæ, dum Fides ſufficienter proponitur; Secundò omnibus Feſtiuis diebus, quibus Myſteria Fidei ſolemniter celebrantur; Tertiò vrgente tentatione tàm interiori diſcredendi; Quartò in mortis articulo; Quintò poſt commiſſum peccatum mortale.

22 Expreſsè credendum eſt ab omnibus de neceſſitate ſalutis à principio Mūdi ſēper fuiſſe, vnam Chriſti Eccleſiā viſibilem viſibile habentem caput; Hic ſupponitur Eccleſiam cæpiſſe ab initio Mundi, cuius fundamentum eſt Fides, vt ait Scriptura deſponſabo te mihi in Fide; Hæc Fides ex Scoto in 3. diſt. 28. q. 1. eadem omninò ſubiectiuè, & obiectiuè explicitè, & implicitè fuit ab initio in Sanctis Patribus, qualis eſt nunc in Eccleſia Euangelica præcipuè circa eadem credibilia de Filij Dei Incarnatione, Chriſti Natiuitate Paſſione, morte, & Reſurrectione cum ſola differentia Verbalis ſignificationis præteriti, vel præſentis, vel futuri, ergo ſemper ab initio Mundi eadem numero vſque ad præſens, & vſque in finem fuit, & erit Eccleſia Dei; Hæc veritas explicitè

ab omnibus credenda continetur in Symbolo Apoſtolorum, & Nicæno, Credo vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam; cæpit viſibilis Eccleſia, hæc noſtra militantium in Terreſtri Paradiſo, mox poſt Euæ formationem ex coſta Adæ deſponſata Chriſto, cuius aduentus ex Sancto Thoma in 3. p. q. 1. art. 3. fuit Adæ reuelatus Sponſalitium illud, tunc primò celebratum Adæ cum Eua figurauit deſponſationem hanc Viſibilis Eccleſiæ cum Chriſto patet ex Epheſ. 5. vbi D. Paulus hoc expreſſit, dicens Sacramentum hoc magnum eſt, ego auté dico in Chriſto, & in Eccleſia.

23 Chriſtus inquit Apoſtolus ad Rom. 10. finis legis ad iuſtitiam omni credenti; In primis declaratum eſt ab eodem Apoſtolo ipſum fuiſſe finem Matrimonialis legis carnalis connubij inter Adam, & Euam in ſtatu Innocentiæ ante peccatum, figuratum vt ſic ſub Diuina ordinatione ſponſum vnicum viſibilis Eccleſiæ, ideò ſub eadem diſpoſitione dictus eſt Agnus occiſus ab Origine Mundi figuratus in Abele à proprio fratre occiſo, omnia Ceremonialia veteris legis, ex eodem Scoto in 4. diſt. 3. q. 4. figurauerunt ipſummet Chriſtum eius Paſſionem, & mortem, & Sacramenta habeo ad iuſtificandum efficaciter hominem inſtituenda, ergo ſemper ab initio Mundi, etiam ante peccatum Adæ fuit Chriſtus deſponſans ſibi Eccleſiam in Diuina diſpoſitione latens ſub figuris; patet ex Apoſtolo Hebr. 13. Ieſus Chriſtus heri, & hodie ipſe, & in ſæcula. Ideò ait ſuprà cit. finis legis Chriſtus, ſcilicèt cuiuſcumque, & pro quouis ſtatu ad iuſtitiam omni credenti, ideſt cauſans iuſtitiam ſupernaturalem ab initio Mundi ſub omni Lege in omnem credentem; Quomodo Ioan. 1. Quotquot receperunt dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius; quia ex Scoto in eodem 4. diſt. 2. q. 1. Initio ipſe Chriſtus complens curſum ſuum in hac vita nobiſcum eſt Cauſa meritoria omnis gratiæ quam Sanctiſſima Trinitas diſpoſuit dare humano generi; Inde dicitur mediator Dei,

24 De neceſſitate ſalutis credendum eſt hanc numero Eccleſiam veram, & legitimam Chriſti ſponſam habere vnum ſingulariſſimum, & viſibile caput ſupremum exigens regimen Monarchicum, ita ex Scoto in 4. diſt. 19. artic. 1. vbi declarat; Primò auctoritatem huius Eccleſiæ diſtinctam ab auctoritate Dei ſimpliciter principali, atque etiam ab auctoritate Chriſti propriè eius Sponſi præexcellente; Secundò hanc auctoritatem, ait immediatè procedere à Deo ſecundùm exigentiam hominum, qui ſunt eius ſingularia Membra, vt regulariter ab ipſo Deo immediatè communicetur; ratione, qua Deus non denegat Creaturis omnibus actionem, vel operationem propriæ naturæ conuenientem; Tertiò docet eam reperiri in ſupremo Eccleſiæ Sacerdote, & in fine ad 5. differentiam poſſit inter claues à Chriſto, cuius Sacerdoti collatas ex VI ordinis. Ioan. 20. accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, & claues datas vni Hyerarchiæ Eccleſiæ etiam in foro exteriori, ex Matth. 18. Quæcumque ligaueris ſuper terram erunt ligata, & in Cœlis; Priores poſſunt, & de facto ſunt, in quouis Sacerdote ſimplici ſiuè poſterioribus; Poſteriores nullo modò ſine prioribus, vt ſupremus Sacerdos Eccleſiæ Principalis Hyerarcha Viſibile eius caput gerens vices Chriſti ratione ſtatus debet eſſe Sacerdos, ſed de hac latè in ſequenti articulo.

25 Eſt neceſſarium ad ſalutem explicitè credere hunc hominem Epiſcopum Romanum eſſe verum Eccleſiæ vniuerſalis caput viſibile legitimum Chriſti Vicarium Petri ſucceſſorem in ea exercentem Monarchicum Regimen immediatè à Chriſto ſibi collatū; huic ſupponitur Epiſcopatum Romanum conuinctum, cum ſuprema dignitate Monarchica viſibilis Capitis in vniuerſali Eccleſia, etiam ex ordinatione Chriſti Oretenus Petro facta; Traditio certa eſt Petrum à Chriſto Romam miſſum cum Paulo, ex S. Leone, Serm, 1. de Sanctis Apoſtolis Beatiſſimus

Petrus

Petrus Princeps Apoſtolici Ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperij; Vndè ex præcepto Chriſti non ex propria voluntate Petrus coniunxit Romanum Epiſcopatum cum Pontificia dignitate; ſupponitur ſecundò dignitatem Pontificiam in Eccleſia ſupremam eſſe de iure Diuino ex immediata Chriſti Inſtitutione, ergo de Fide eſt ab omnibus explicitè credendum in Eccleſia dari hunc hominem Romanum Epiſcopum Pontificem, caput Vniuerſalis Eccleſiæ, verum Chriſti Vicarium legitimum Petri ſucceſſorem; Patet eiuſdem ordinis eſt deſignatio Perſonæ, & modus eam deſignandi, electio, & collatio Poteſtatis in ſubiecta materia deſignant perſonam Summum Pontificem; In Summo Pontifice, Capite Vniuerſalis Eccleſiæ, collatio Poteſtatis Diuina eſt ergo ſimiliter electio, ac modus ſaltem deſignandi perſonam, vt ſit immediatè à Chriſto.

26 Explicitè credendum eſt ab omnibus Papam Chriſti Vicarium habere pleniſſimam auctoritatem, ſeu Poteſtatem in tota Eccleſia militante ſecundùm exigentiam ſui Vniuerſalis Regiminis Monarchici, paulò minùs ab Auctoritate Chriſti diminutam; Probatur ex Matth. 16. tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlis, & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in Cœlis. Hæc poteſtas ligandi, ac ſoluendi, nec aucta, nec diminuta à Chriſto data eſt Petro ſuo Vicario; Diuiditur primò ex Scoto in 4. diſt. 19. q. 1. art. 3. in ordine ad Corpus Chriſti reale, & miſticum; Prima eſt Poteſtas conficiendi Corpus Chriſti. Secunda diuiditur in foro ſecretiſſimo abſoluendi Sacramentaliter à peccatis, & in foro Publico; Hæc eſt multiplex vna conferendi Sacros ordines, ac conſtituendi homines in gradibus Eccleſiaſticis; Secunda creandi Epiſcopos, ac Cæteros Eccleſiæ Prælatos vſque ad Eminentiſſimos; Tertia declarandi, ſeu definiendi omnia dubia in rebus Fidei; Quarta ferendi leges pro bono regimine Eccleſiæ ad reformandos humanos mores; Quinta puniendi delicta contra Fidem, & mores; Sexta excommunicandi, & abſtinendi; Septima cæteras cenſuras ferendi; De his facultatibus, ſeu poteſtatibus redibit vberior Sermo in ſequenti Articulo.

27 Explicitè credendum eſt ab omnibus dari in Eccleſia militante Theſaurum meritorum, ac ſatisfactionum Chriſti Domini Deiparæ Virginis, aliorumque Sanctorum, cuius ſaltem legitimus diſpenſator eſt Supremus Hyerarcha Eccleſiæ primus Sacerdos Summus Pontifex viſibile eius caput, Legitimus Chriſti in terris Vicarius, quòd ſic probatur à Scoto in 4. diſt. 19. q. 1. in fine Claues Eccleſiæ pertinentes ad vtrumque forum ſecretum, & Publicum ad aperiendum Cœlum præcipuè in ſubiecta materia per diſpenſationem, & applicationem Theſauri prædicti Chriſtus tradidit prædicto ſuo Vicario; patet ex Hebræorum 5. omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum vt offerat dona, & Sacrificia pro peccatis; Hic eſt Summus Pontifex Romanus Chriſti Vicarius tanquam Aaron à Deo in locum Chriſti aſſumptus medius inter ipſum Deum, & peccatores ad offerendum dona de Theſauro Eccleſiæ, & Sacrificia pro peccatis; Clarius conſtat contra Hæreticos dari in Eccleſia hunc Theſaurum, ex 1. Cor. cap. 5. pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, & 1. Ioan. cap. 1. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis, non pro noſtris autem tantùm, ſed pro totius mundi merita, & ſatisfactiones Chriſti pro innumerabilibus peccatis, innumerabilium hominum peccatorum; cuius diſpenſatio non niſi Petro eius Vicario, cæteriſque eius legitimis ſucceſſoribus demandanda erat.

28 De neceſſitate ſalutis ab hominibus pariter credendum eſt hunc Theſaurum meritorum, & ſatisfactionum in Eccleſia militante applicari à Papa pro viuis dumtaxat præmiſſa Sacramentali Confeſſione pro pœnis temporalibus ſoluendis per mo-

dum

dum ſolutionis, ac iudiciariæ abſolutiones, ita ad mentem Scoti loco citato in 4. vbi ſupponit duplicem abſolutionem peccatorum, vt ſit immediatè dignus vita æterna prior eſt Sacramentalis per ſe; primò à culpis, quæ pariter annexam habet commutationem reatus pænæ æternæ in temporalem; Poſterior eſt totaliter à pænis; Hæc abſolutio ex Scoto in 4. diſt. 14. eſt prorſus liberalis ex miſericordia Dei, cum diſpoſitio illa interior, ex parte pænitentis per modum meritum non ſufficiat, ſed ex parte Dei aſſiſtentis Sacramento ſuo, diſponit ad recipiendam gratiam iuſtificantem, cui annexa eſt deletio culpæ, & commutatio illa reatus pænæ æternæ in temporalem; Duo enim regulariter ſunt inſeparabilia, in Sacramento pænitentiæ, ſcilicèt culpam deleri, & reatum æternæ pænæ in temporalem iudicialiter mutari, quæ pæna temporalis omninò erit ſoluenda, vel in hac vita, vel in Purgatorio, ideò cupienda magna pænitentia in Sacramento, & Indulgentiæ omni diligentia, & conatu lucrandæ.

29 Credendum eſt de neceſſitate ſalutis Theſaurum Eccleſiæ militantis ad culpas mortales immediatè remittendas infructuoſum eſſe, ita Scotus in 4. diſt. 19. q.2. cui docet auctoritatem abſoluendi à peccatis conceſſam eſſe ſolis Sacerdotibus in foro Secreto Sacramentali; In quo Deus principaliter, & Sacerdos miniſterialiter tantùm delet; Primò culpam commutans debitum vitæ æternæ in temporalem; Secundò aliquam iniungit pęnam pro ſolutione prædictæ pænæ temporalis, quæ (quantum fieri poteſt) debet eſſe ad æqualitatem ſecundùm rigorem Diuinæ Iuſtitiæ, ergo duæ ſunt neceſſariæ abſolutiones inter ſe ordinatæ prior à culpa mortali; Secunda à pęna temporali, prima regulariter eſt Sacramentalis, ſecunda Iudicialis à Hyerarcha Eccleſiæ, ideò merita ac ſatisfactiones Chriſti aliorumque Sanctorum nequeunt, niſi pro pęnis temporalibus debitis culpis remiſſis in foro Sacramentali, applicari; Vnde de fide eſt infructuosè applicari prædictum Theſaurum pro culpis mortalibus immediatè remittendis; ſed id præſtatur à Deo præuia Sacramentali abſolutione à Sacerdote facienda.

30 Theſaurus Eccleſiæ à Papa etiam applicatur mortuis, tantùm per modum ſimplicis ſolutionis, ſeu exhibitionis debiti ad æqualitatem æquiualentem pęnæ peccatis mortalibus debitæ, vt regulariter maneat in diſpoſitione Diuinæ voluntatis eiuſmodi ſolutionem admittere illoſque à vinculo temporalis pęnæ prædictæ abſoluere, ita ex Scoto in 4. diſt. 19. q.1 art. 1. vbi negat in Eccleſia, ſcilicèt in Vicarijs Chriſti Poteſtatem illam præeminentem clauium ex vniuerſalitate Cauſarum iudicandarum, cum ſolus Chriſtus ſit à Deo conſtitutus Iudex vniuerſalis viuorum, & mortuorum. Actuum 10. ipſe ſolus habet claues mortis, & Inferni, Apoc. 1. Papæ eius Vicario dedit claues puro homini conuenientes ſupra membra dumtaxat militantis Eccleſiæ; Defunctorum Animæ pęnam luentes in Purgatorio ſunt quodammodo in termino, ſaltem potentia proxima membra Eccleſiæ triumphantis. Ideò ex dictis dixit Petro, Matth. 16. tibi dabo claues Regni Cœlorum ad ligandum, & ſoluendum ſuper terram, ergo non accepit Iudiciariam Poteſtatem ſupra mortuos ampliùs ſuper terram non viuentes; Ex his patet ex Theſauro Eccleſiæ Papam pro mortuis exhibere Indulgentias per modum Suffragij tantùm ſcilicèt ſimplicis ſolutionis debiti non per modum Iudiciariæ abſolutionis à vinculo, ac reatu pęnæ mortalibus culpis remiſſis debitæ.

31 Demum credendum eſt ab omnibus neceſſariò poſt hanc vitam dari Purgatorium, Infernum, & Sanctorum Patrum Lymbum; De Purgatorio probatur à Scoto in 4. diſt. 21. q. 1. ex prima Cor. cap. 3. ſi cuius opus manſerit quòd ſuperedificauit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit quaſi per ignem D. Auguſtinus lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 26. inquirit quis ſit, qui poſſit ſaluari per ignem; duplicem

diſtinguit ignem vnum temporalem, in quo opus ardebit, & operans ſaluabitur alterum æternum, in quo operantes cum operibus ſemper ardebunt ille ignis eſt Purgatorij, iſte Inferni, iuxtà illud Matth. 25. Diſcedite à maledicti in Ignem æternum datur igitur Purgatorium, & Infernus; Dari Lymbum colligit Scotus in 4. diſt. 45. ex Iſaia 63. Pater Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos; Anima Abrahæ tunc vbi erat? non in Inferno vbi erat ille diues epulo, vt teſtatur D. Lucas, cap. 16. ſepultus eſt in Inferno non fuit in Purgatorio, quia mortuus eſt ſine reatu, ergo fuit in Lymbo, qui cum Chriſto aſcendit in Cœlum; In quo Lymbo fortè detinetur Animæ Infantium ſine Baptiſmo decedentium, ex Scoto in 2. diſt. 33. nullam luunt pœnam, niſi damni merè negatiuam ſine aliqua triſtitia contenti de ſtatu ſuo ſcientes Deum de ſeipſis, ſic diſpoſuiſſe.

De proponentibus Credibilia credenda. Art. 4.

1 Dictum eſt in ſuperioribus non leuiter credendum, ſed prudenter. Cùm enim Fides ſit fundamentum Edificij ſpiritualis omni iudicio practico ſuſcipienda eſt; nùnc in hoc articulo addendum eſt res Fidei eſſe legitimè proponendas, & primò aſſerendum non oportere credibilia à Deo reuelata de neceſſitate ſalutis ab eodem Deo ſingulis hominibus immediatè proponi immediatione virtutis, & immediatione Cauſæ, neque in eorum propoſitione per Idoneum eius Miniſtrum neceſſariam eſſe ſpecialem aliquam virtutem, vltrà generalem concurſum, vt illa ſpeciali modò perſuadeat, vel humanæ Capacitati accommodet; Hic ſupponitur primò omnia credibilia de neceſſitate ſalutis à Deo immediatè reuelari omnimoda immediatione; Secundò eorum propoſitionem à quouis miniſtro fiat à Deo quoque immediatione virtutis, in quantum Deus eſt prima Cauſa ſimpliciter, vt quæuis talis in ſuo ordine ſit mouens mota, ergo ſupponitur propoſitio credibilium ab aliquo miniſtro Dei facta à generali concurſu eiuſdem Dei eſſentialiter pendere immediatione virtutis, ſed non immediatione Cauſæ regulariter, vel de facto.

2 Probatur ex D. Dionyſio, cap. 4. de Diuinis Nominibus Deus regulariter, vel ordinatè diſtribuit illuminationes ſuas, ex Scoto in 2. diſt. 9. q. 2. Primò Angelis ſuperioribus; Secundò Inferioribus per ſuperiores; Tertiò hominibus maioribus per Angelos inferioris Ordinis, vel Hyerarchiæ demum ſingulis hominibus per maiores Idoneos teſtes à Deo in noſtra Eccleſia ad ſupremum gradum illius aſſumptos; Patet aſſumptum D. Dionyſij, ex Rom. 6. quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt Eccleſia triumphantium ordinatiſſima eſt in tres Hyerarchias ſupremam, mediam, & infimam diſtributa; ſingulas tribus diſtinctam Choris ſecundùm determinatas quoque manſiones, & ſeſſiones eſt ex ore Saluatoris, Ioan. 14. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt; In praxi habentur ſæpiſſimè in Sacra Scriptura Angeli miſſi ad illuminandos homines circa credibilia à Deo reuelata de neceſſitate ſalutis; Hinc Actuum, cap. 10. Cornelius non à Deo immediatè fuit monicus vt mitteret, Viros in Ioppem ad Petrum à quo ei proponerentur credibilia à Deo immediatè reuelata de neceſſitate ſalutis.

3 Propoſitio credibilium fit ſufficienter vnicuique ad credendum de neceſſitate ſalutis in Chriſtiana Religione, ſub tribus his præcipuis circumſtantijs (ſuppoſita per non repugnantiam facti poſſibilitate) Prima vt ſit de Rationabilibus; Secunda teſtibus à Deo præordinatis, & Publicæ auctorizatis; Tertia cum eorum conteſtatione; ſub his ſufficit vt quiſque prudenter credat ſub his inde de neceſſitate ſalutis, quiſque ad credendum iurè obligatur; patet agitur hic de propoſitione facienda vnicuique hominum in particulari, vt cura miraculum quiſque teneatur

neatur de neceſſitate ſalutis regulariter venire ad fidem, & credere ſecundùm exigentiam humanæ Intelligentiæ neceſſaria ad ſalutem, ſub neceſſitate præcepti, iuxtà illud Ioan. 3. quì credit in eum non iudicatur, qui autem non credit iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine Vnigeniti Filij Dei; Hæc eſt Fides in nomine Vnigeniti Filij Dei propoſita à teſtibus à Deo præordinatis, qui ſunt Eccleſia, Concilium generale, & Summus Pontifex Romanus, de quibus per ordinem dicendum eſt.

4 Eccleſia eſt Corpus Myſticum Ieſu Chriſti viſibile conſtans ex Capite, & membris pariter viſibilibus, quæ ſic declarat Thomas Valdenſis lib. 2. Doctrinæ Fidei, cap. 28. aliqua ſunt coniuncta ipſi Chriſto, aliqua coniunctiora, aliqua coniunctiſſima; Coniuncta ſunt omnia, quæ Chriſtum induerunt per Fidem, aut Baptiſmum Sacramentum Fidei, & applicatum ſibi Chriſtum habent per Communionem Sacramentorum; Vndè D. Paulus ad Gal. 3. ait omnes Filij Dei eſtis per Fidem, quæ eſt in Chriſto, quicumque enim in Chriſto Baptizati eſtis Chriſtum induiſtis; Coniunctiora membra ſunt, quæ non ſolùm per Fidem, & Sacramentorum vſum, ſed etiam per Charitatem Chriſto adhærent, & vnus cum eo Spiritus fiunt; Ad talem coniunctionem hortatur D. Petrus 1. 5. Capite ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis; Coniunctiſſima membra ſunt, quæ non ſola Fide, & Charitate, ſed etiam Spe non fruſtrabili, & finali perſeuerantiæ connexa Chriſto coniunguntur, hoc enim proprium eſt electis; Itaque prima ſunt membra per Fidem; Secunda chara membra per Charitatem; Tertia Chariſſima membra per electionem, omnes tales ſunt membra Eccleſiæ, licèt diuerſo loco honore, & gradu.

5 Eccleſia Chriſti propter hæc tria ſuorum membrorum genera varias in Scriptura nuncupationes accipit; propter primùm genus vocatur, Domus magna in qua ſunt vaſa in honorem, & vaſa in contumeliam 2. Timoth. 2. Ciuitas ſupra Montem poſita, Matth. 5. in qua ſunt Ciues, qui ambulant iuxtà formam Apoſtolicam, & ſunt alij ambulantes inordinatè; Item Ager, in quo creſcit triticum cum Zezania, Matth. 15. Area quæ continet triticum cum palea, Matth. 3. Sagena miſſa in Mari, quia Prædicatio Eccleſiæ congregat piſces bonos, & malos, Matth. 13. Denique Regnum Cœlorum, in quo ſunt Virgines fatuæ, & prudentes, fatuæ, quia non habent oleum in Lampadibus ſuis, ideſt bona opera cum Fide; Propter ſecundùm genus vocatur Eccleſia Corpus Chriſti ad Epheſ. 1. cuius membra ſunt Templum Dei, & Spiritus Sancti 1. Cor. 3. 6. & habent Spiritum Chriſti, quo aguntur, Roman. 8. Item ſponſa Chriſti, quàm diligit ad Epheſ. 5. Denique domus ſpiritualis regale Sacerdotium, gens Sancta 1. Petri 2. Propter tertium genus vocatur Eccleſia hortus concluſus, fons ſignatus vnica Columba amica mea, tota pulchra, Cant. 4. Comparatur Arcæ Noe, 1. Petri 3. in qua non omnes, ſed pauci ſaluantur; Denique vxor Agni, Apoc. 19. Hæc enim omnia ſolis electis, ideoque arctiſſimè coniunctis competunt.

6 Ex his ſequitur peccatores fideles eſſe vera membra Eccleſiæ, quamuis ſint præſciti; Probatur ex illo, Matth. 4. cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, paleas autem ſubijciet igni inextinguibili; Item Matth. 13. Simile eſt Regnum Cœlorum, ideſt Eccleſia ſagenæ miſſæ in Mare ex omni genere piſcium congreganti. Item Matth. 25. Simile eſt Regnum Cœlorum decem Virginibus, quinque fatuis, & quinque prudentibus; Ex his auctoritatibus colligitur, quod Eccleſia conſtat ex electis, & reprobis, ex iuſtis, & peccatoribus, quod confirmat, D. Paulus 2. Timoth. 3. In magna Domo ſunt vaſa in honorem, & quædam in contumeliam, hi ſunt electi, & Reprobi; Probatur quia Rom. 9. vaſa in honorem vocantur vaſa apta in Interitum; contra hanc veritatem eſt colluuies Hæreti-

reticorum aſſerentium malos, & reprobos non pertinere ad Eccleſiam; Donatus voluit Eccleſiam conſtare ex ſolis iuſtis, & bonis, quales ſecundùm ipſum erant Donatiſtæ, ita refert D. Auguſtinus de Hæreſibus, cap. 6. & Caſtro contra Hæreſes V. Eccleſia Hæreſi 1. ita cum Donato ſenſit Pellagius, & Pellagiani dicentes Eccleſiam eſſe multitudinem hominum perfectorum Caluinus, voluit conſtare ex ſolis prædeſtinatis; Cùm his ſenſit Vviclephi, & Ioannes Hus. Hi omnes conueniunt in hoc quòd ab Eccleſia excludunt reprobos, & malos; quæ ſententia ſatis ex citatis Scripturis confutata eſt.

7 Excommunicati fideles ſunt vera membra Eccleſiæ, quia vnio membrorum Chriſti fit per fidem hanc habent excommunicati ergo, &c. Vocantur autem præciſi ſecundùm quid, ſcilicèt quoad externam communicationem, & conuerſationem, & etiam quoad internam communicationem meritorum Chriſti quibus omnibus priuantur; Hæretici quoque occulti antequam publica ſententia Eccleſiæ præſcindantur ſunt membra Eccleſiæ, quia ſunt vniti Eccleſiæ, quia nullus Theologorum rectè ſentiens aſſerit Papam priuari auctoritate, & poteſtate ob Hæreſim occultam, nec Epiſcopus, nec Prælatos alios, atque adeò Hæreticus occultus eſt adhuc membrum Eccleſiæ propter externam vnionem, quam habet cum Eccleſia; Secus dicendum de Hæreticis iam damnatis per Eccleſiam ſententia publica, & de his intelligendi ſunt Doctores, & Concilia aſſerentia Hæreticis non eſſe membra Eccleſiæ, quia nihil influit caput Chriſtus in illis, nec motum internum Fidei, Spei, & Charitatis, nec externum abſoluendi, & excommunicandi, &c. ſunt enim arida membra non excommunicati nondum exciſa, Hæretici autem publicè damnati nullo pacto ſunt membra Eccleſiæ, quia ab ipſa Eccleſia præciſa.

8 Electi nundum Baptizati in Chriſto non ſunt membra Eccleſiæ, quia electio, ſeu prædeſtinatio, nihil ponit in prædeſtinato, ſed eſt tantùm ratio in mente Diuina, alioquin qui ab æterno prædeſtinantur, vt ſint etiam ab æterno exiſterent; Item ſi electio faceret membrum Eccleſiæ ſuperflua eſſet vocatio, at quos elegit ab æterno hos vocauit in tempore; Nec Catechumeni, nec quicumque non Baptizati ſunt membra Eccleſiæ, quia Baptiſmo tribuit Scriptura, vt ſcimus vnum corpus cum Chriſto, ideſt de membris Eccleſiæ eius; In vno Spiritu omnes nos in vnum Corpus Baptizati ſumus, 1. Cor. 12. Quicumque in Chriſto Baptizati eſtis Chriſtum induiſtis ad Galatas 3. Saluari quidem poteſt Catechumenus, ſolo voto Baptiſmi ſi moriens illo neceſſariò careat; Neque Schiſmatici ſunt membra Eccleſiæ, quia Eccleſia Catholica vna eſt, & ab eius vnitate omnes Schiſmatici receſſerunt; Probatur per D. Auguſtinum de vnitate Eccleſiæ, cap. 4. vbi ait Schiſmaticos (quia vnitati Eccleſiæ non communicant,) ideò non eſſe in Eccleſia, & prætereà à Chriſti teſtificatione recedere.

9 Eſt dogma Fidei Eccleſiam eſſe viſibilem audibilem, & tractabilem; Et per conſequens palpabilem atque ſenſibilem; nam Chriſtus Dominus, veram ſuam Eccleſiam in Magis eris eius allocutus eſt, Matth. 5. dicens vos eſtis Lux Mundi, non poteſt Ciuitas ſuprà montem poſita, nemo accendit Lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt, ergo Magiſtri, & Doctores abſcondi non poſſunt, aut poni ſub modio; ſed ſemper lucere omnibus, qui in domo ſunt, ſed qui ſunt in domo ſunt membra Eccleſiæ, ergo ſunt Capacia lucis, & luminis, ergo ſenſibilia ſunt; Item vera Chriſti Eccleſia eſt, quàm qui non audit habetur pro Ethnico, & Publicano, Matth. 18. falſa enim omninò audiri non debet; Verè enim oues Chriſti non nouerunt voces alienorum, Ioan. 10. ſed de illis dixit Chriſtus dic Eccleſiæ, ergo eſt viſibilis, apud incognitam enim, & inuiſibilem Eccleſiam

incorrigibilis frater accuſari non poteſt; Tandem in Symbolo tenemur credere Eccleſiam Sanctam Catholicam, ergo certitudine Fidei debemus eam cognoſcere, ſed hoc non poteſt fieri ſine auditu, ergo debet eſſe aliquo modo ſenſibilis; Immò eſt etiam viſibilis; Externis enim oculis videmus homines, qui in Eccleſia ſunt; Interna tamen fide credimus veram Chriſti Doctrinam apud eos tradi, & conſeruari.

10 Contra hanc Catholicam veritatem ſtat Communis omnium Hæreticorum noſtri Temporis aſſerentium Eccleſiam, quam in Symbolo credimus inuiſibilem eſſe, & ſi aliqui veritati ipſa coacti doceant eam eſſe viſibilem, ſic tamen vt nomine viſibilis reuera inuiſibilis ſit, vt videre eſt apud Bellarminum, tom. 1. lib. 3. de Eccleſia, cap. 11. itaque ſumma eſt omnium Hæreticorum calculo hodie veram Eccleſiam, quæ errare non poteſt, & quam in Symbolo profitemur Inuiſibilem eſſe; Hunc errorem primas omnium apertè docuit Lutherus in lib. de ſeruo arbitrio, & in Libro de abroganda Miſſa priuata, parte prima, atque adeò omnes omnes Lutherani reijciunt cultum Diuinum exteriorem templa, & Sacrificia externa Orationes vocales cantus, & Cæremonias exteriores, reijciunt enim leges poſitiuas, & Prælatos, & conſequenter aſſerunt Eccleſiam viſibilem, non eſſe regulam infallibilem Fidei, & Teſtimoniæ interna, & Spiritus vnius cuiuſque potiſſimum eos dirigit circa credenda, dum apud Caupones excitant ſe ad alternos hauſtus, & ille habet rectiorem Spiritum dirigentem, qui melius valet ad propinandum.

11 De Fide eſt Eccleſiam Catholicam eſſe vnam; Probatur ex Symbolo Patrum in Concilio Nicæno; Credo vnam Sanctam Eccleſiam, & in cap. firmiter de Summa Trinit. & Fide Catholica, cap. firmiter, & in Canticis, cap. 8. dicitur vna eſt Columba mea; Hanc vnitatem ſignificauit in conſutibilis illa Chriſti Tunica, quàm qui Chriſtum Crucifixerunt Milites non ſcindendam, ſed iuxtà id, quod dixerat Propheta ſortem ſuper eam mittendam eſſe cenſuerunt; Hanc ſignificauit vna illa domus, in qua comedebatur Agnus, qui figura fuit Agni illius immaculati Chriſti ab Origine Mundi occiſi; Hanc expreſſit Apoſtolus dum dixit; Vnum Corpus, vnus Spiritus, vnum Baptiſma, vnus Spiritus ſicut vocati eſtis in vna Spe vocationis veſtræ; Probatur ratione Corpus, quòd vno numero alimento, cibatur eſt vnicum Eccleſiæ, cibatur vnico numero alimento, ergo eſt vnica maior eſt nota Lumine naturæ, & minor patet ex D. Paulo 1. Cor. 10. vnum Corpus multi ſumus, omnes quidem de vno pane, & de vno Calice participamus; Idem probat Analogia Corporis naturalis, de qua D. Paulus ad Roman. 11. & 1. Cor. 11. Corpus naturale eſt vnicum, quamuis habeat diuerſiſſima membra diuerſum actum habentia; Quia habet vnicam Animam, ergo omnes fideles ſumus vnum Corpus miſticum, & vna Eccleſia ratione vnius Spiritus Sancti, quo regimur quamuis inter nos diuerſa ſint Officia.

12 Eccleſia Catholica multipliciter dicitur vna. Primò ratione principij vitalis quale cor eſt in homine, quia ab vno Spiritu animatur, iuxtà illud 1. Cor. 12. omnes in vno Spiritu vocati ſumus. Secundò ratione Ordinis omnium membrorum ad vnum caput, quia ſub vno Capite Chriſto ad Epheſ. 1. ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. Tertiò ratione connexionis membrorum inter ſe ſe mutuò fouentium in Commune bonum, & ad vnum finem conſpirantium, iuxtà illud Apoſtoli ad Romanos 12. ſicut enim in vno corpore multa membra habemus. Quartò ratione connexionis membrorum in Charitate, quoad coniunctionum bonorum, & malorum eſt enim Charitas vna radix pacis, & vnitatis conſeruandæ in Eccleſia, iuxtà illud ad Epheſ. 2. cum patientia ſupportantes inuicem in Charitate ſolliciti ſeruare vnitatem Spiritus, & ad Gal. 6. Alter alterius onera porta-

portare, &c. Quintò propter connexionem Membrorum in Charitate, quoad firmos, & infirmos in fide, iuxtà illud à Philip. 2. Idem ſapiatis eamdem Charitatem habentes vnanimes idipſum ſentientes. Sextò ratione connexionis membrorum in Fide, iuxtà illud Apoſtoli, cum dixit vnus Dominus, & vna Fides, & hæc eſt maxima ratio vnitatis, vt patet conſideranti.

13 Quamuis ratione vnius Fidei ab Initio Mundi ſemper fuerit vna Eccleſia ſucceſſione, & ordine ſicut vnus fluuius tamen poſt Chriſti Natiuitatem, & mortem congregatio fidelium magis vocatur vna Eccleſia quàm antea; nam olim non erat idem Prælatus, neque eidem leges, neque eadem Sacramenta; Pontifex enim, & Leges, & Sacramenta Hebræorum non obligabant Gentiles modo autem poſt Chriſti mortem omnes habemus eundem Pontificem eaſdem Leges, & eadem Sacramenta, iuxtà illud Ioan. 10. Ego ſum oſtium, ouium per me, ſi quis introierit ſaluabitur, & iterum Ioan. 11. Prophetauit quod moriturus pro gente, & non tantùm pro gente, ideſt non tantùm vt repararet genus humanum, ſed vt filios, ideſt prædeſtinatos, qui erunt diſperſi, ideſt qui viuebant ſub diuerſis legibus naturæ, & ſcriptæ congregaret in vnum, ideſt ad ſeruandam vnam Legem Euangelicam ergo Eccleſia, quæ modò eſt magis vna, per connexionem membrorum externam hoc eſt per externam omnium, tum Sacramentorum Communionem, & Sacrarum Cęremoniarum exercitium, & vniuerſum Religionis vſum incultu Legibus Sacris, & Sacramentis conſtitutum.

14 Huic noſtræ, & Catholicæ Eccleſiæ vnitati aduerſantur; Primò Græci, & Armeni, qui tempore Epheſinæ, & Calcedonenſis Synodi ſeparauerunt ſe ab Eccleſia; deindè ſæpè vnione reitarata, & ſeparatione, tandem in Concilio Florentino vltima facta eſt vnio Græcorum, & Latinorum, quæ parum durauit, donec Græci facti ſunt mancipia Turcharum; Secundò eidem vnitati aduerſatus eſt Henricus Octauus Angliæ Rex, Anno 1535. & tot Eccleſias poſuit, quot Regna aſſerens etiam, tot eſſe ſuprema capita earum; Vndè ſe aſſerebat eſſe Supremum caput Eccleſiæ Anglicanæ, cum ſecuta eius filia, fecitque, vt primates iurarent Regem eſſe caput Eccleſiæ in ſuo Regno; cui pluras tum Religioſi, tum ſæculares contradicentes, & vnitatem Catholicæ Eccleſiæ defendentes facti ſunt digni Martyrio, & Corona gloriæ glorificati ſunt; Cęterum vnam eſſe Eccleſiam Dei, iam ſupra probatum eſt; & ſi inter Catholicos videatur eſſe diuerſitas potiſſimum in altercationibus Doctrinalibus potiſſimè in materia Theologica hoc non poteſt arguere diuiſionem Religionis, aut Catholicæ Doctrinæ, ſed eſt permiſſio Eccleſiæ ad dilucidandas difficultates, quarum authentica reſſolutio ſemper reſeruatur ad Summum Pontificem.

15 Eccleſia Catholica, non eſt Sancta hoc ſenſu, quod omnia membra non ſint mixta ex bonis, & malis, qui ſanctitate vitæ carent, nec eſt Sancta, eo ſenſu vt qui verè in ea Sancti, ſunt perfecta Sanctitate in hac vita repleantur; patet quia Vetus, hæc Hæreſis fuit; Primò Nouatianorum, vt docet D. Ambroſius in Commentario 2. ad Timoth. 2. Deindè Pelagianorum, vt teſtatur D. Auguſtinus in lib. de Hæreſibus, Hæreſi 88. & alibi ſæpè; Tertiò fuit Iouiniani teſte D. Hieronymo toto lib. 2. contra eundem; Eccleſia Militans habet, & habebit, ſicuti etiam habuit Sanctos, non quidem omninò Sanctos, ſed tales qui per malos, quibus mixti ſunt in Eccleſia, adhuc ſanctificentur, iuxtà illud Apocal. qui Sanctus eſt Sanctificetur adhuc, & vt D. Auguſtinus, dicit quod malus, aut ideò viuit vt corrigatur, aut per illum bonus exerceatur; Hæc enim noſtra Eccleſia, quæ eſt ſuper terram, in qua perpetua quædam eſt militia habet per Dei gratiam electos, quos Cœlo Deus dignatur, habet alios etiam vocatos quidem Dei miſericordia, ſed ſua

poſteà

poſteà culpa reiectos, quos iure ſuo vendicat Infernus; Interim Eccleſia militans ex vtriſque conſtat.

16 Eccleſia in eo ſenſu Sancta eſt, vt ad perfectam Sanctitatem in altera vita futuram tendat, ſic Chriſtus tradidit ſeipſum pro Eccleſia ſua, vt illam ſanctificaret, & exhiberet glorioſam ſine macula, & ruga. Ad Epheſ. 5. Item dicitur Sancta à meliori ſui parte, quia plurimos in ſe habet iuſtos, & Sanctos reſpectiuè, quorum dicitur in Canticis de Eccleſia tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te; quorum Verborum ſenſus non eſt omnes, & ſingulos fideles in Eccleſia carere ea prorſus macula peccati mortalis, ſed aliquos ea Carere prorſus, itaut ſint toti Mundi, ideſt vt neque ſecundùm Intellectum, neque ſecundùm affectum ſint aliquo modò peccato mortali coinquinati; Eccleſia Sancta dicitur, quia tota Diuino cultui conſecrata eſt præceptis Sacramentis inſtitutis Sanctis continetur prorſus, vt in eam conueniat illud Pſalmi 18. Lex Dei immaculata; Hac ratione Eccleſia tota Sancta dici poteſt; Conſtat enim in hoc ſenſu Sanctam dici Eccleſiam, quia profeſſio eius eſt Sancta, nihil continens falſum, quoad fidei Doctrinam, nihil iniuſtum quoad Doctrinam morum, teſtimonium fidele præceptum Domini lucidum, &c.

17 Eccleſia maximè propriè in Symbolo vocatur Sancta propter fideles Chriſti nomen profitentes, & Chriſti Sacramento Baptiſmi ſcilicèt initiatos, & Sanctificatos Chriſtus enim eam lauit à peccatis ſuis in Sanguine ſuo, qui ſic eam dilexit vt ſeipſum traderet pro illa, vt eam Sanctificaret, atque ab omnibus operibus mortuis emundaret in Sanguine ſuo; fideles in principio Eccleſiæ Euangelicæ paſſim hac ratione vocabantur Sancti, vt Actorum 9. quanta mala fecerit Sanctis, &c. ad Rom. 12. neceſſitatibus Sanctorum Communicantes, & alibi ſæpè à D. Paulo in ſuis Epiſtolis; Item Eccleſia dicitur à ſua firmitate, quâ nihil firmius, nihil eſt fortius, vel quia Chriſto dicata eſt, cui quod dedit Pater, nemo poteſt eripere, Ioan. 17. vel quia ſuper petram ædificata eſt, ita vt neque pluuiæ, neque flumina, neque Venti irruentes eam ſubuertere poſſint, atque nec portas quidem Inferorum aduerſus eam præualituras, dixit Chriſtus: Matth. 16. Habet enim firmum, & ſtabile firmamentum, de quo dicit Apoſtolus 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, eſt ergo vera Sancta, inuicta, & inexpugnabilis Eccleſia, quæ tot tantiſque grauiſſimorum hoſtium oppugnationibus, non modo fracta non eſt, nec debilitata verum confirmata magis, & corroborata.

18 Hanc enim perrumpere conati ſunt Pagani omni ſuppliciorum genere de pijs ſumendo, conati ſunt Tyranni libertatem eripiendo; conati ſunt falſi Fratres Charitatem exterminando, conati ſunt Iudæi fidem impugnãdo, conati ſunt Schiſmatici obedientiam tollendo, & eius vnitatem ſcindendo, conati ſunt Hæretici Scripturas adulterando veritatem earum obſcurando prauæque eas interpretando, ſed fuit hæc acies terribilis omnibus vicit fudit, & fugauit omnes; Vicit Paganos pro Chriſti fide vitam cum Sanguine profundendo, tanto Animi robore, tanta conſtantia, tanta alacritate, vt gauderent etiam cum digni eſſent habiti, qui pro Chriſti nomine contumeliam paterentur, Vicit Tyrannos in Deo, Spem, & fiduciam omnem collocando, ac pro perſequentibus illum orando; Vicit falſos fratres tolerando; Vicit Schiſmaticos ordinem retinendo, & vnius ductum ſequendo. Caſtra Dei ſunt Dei Charitate ordinata, quibus tanquam Chriſti militibus, & Fidei propugnatoribus munitur protegitur, & defenditur Eccleſia Dei; De quibus apud Zachariam dicit Dominus; Circumdabo domum meam ideſt Eccleſiam, ijs qui militant mihi ſunt autem, qui militant Doctores, Antiſtites, & Principes Eccleſiæ, &c.

19 Ex hac firmitate Eccleſiæ reſultat eidem egregium nomen, quod nulli Sectæ potuit

poſuit, nec poteſt conuenire nempè Catholica, ſiuè Vniuerſalis (quòd idem eſt) Eccleſia igitur Chriſti meritò, dicitur Catholica ob varias rationes; Quarum prima eſt vniuerſalitas locorum, quia per vniuerſum eſt orbem diffuſa, quàm rationem appellationis, D. Auguſtinus ſuper Pſalm. 81. & 121. diligenter expoſuit ex eaque ſæpè probat Hæreticorum conuenticula Eccleſiam Chriſti non eſſe, quoniam ſuis quibuſdam tantùm contineantur Prouincijs; Probatur ex promiſſione Patris ad Filium, Pſalm. 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ verba eorum; Pſalm. 18. & Pſalm. 21. Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & Pſalm. 71. Dominabitur à Mari vſque ad Mare, &c. & Iſaias 2. Fluent ad eum omnes Gentes, quòd poſteà multis in locis repetit maximè, cap. 49. 60. & Chriſtus in Euangelio ſuam Eccleſiam deſcribit forè ſocietatem vniuerſalem per omnes gentes diſperſam, Lucæ 24. Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege, Pſalmis, & Prophetis, & Prædicari in nomine meo per omnes gentes.

20 Eccleſia Chriſti eſt quoque Catholica, & vniuerſalis quoad omnia hominum genera, & vniuerſas nationes, colligit enim Chriſti Eccleſia homines, cuiuſcumque ſtatus conditionis ætatis, & ſexus, non eſt in ea diſtinctio Iudæi, & Græci, Roman. 10. Colloſſ. 3. & Gal. 3. non eſt in ea circumciſio, & præputium, non Barbarus, & Scitha, non ſeruus, & Liber, non maſculus, neque fæmina, ſed omnia in omnibus Chriſtus idem Dominus omnium qui inuocant eum, omnis enim, qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit; ſed nota ex D. Auguſtino, Epiſt. 80. ad Heſichicum, vt ſit Eccleſia Catholica non requiri, vt ſit in omnibus hominibus totius Mundi, ſed tantùm, vt innoteſcat omnibus Prouincijs, & in omnibus fructificet, itant in omnibus aliqui ſunt de Eccleſia, donec enim hoc fiat non veniet dies Domini, vt patet, Matth. 24. eſt itaque, ſic Eccleſia omnium Gentium, & locorum, vt vbicumque Chriſti nomen prædicatur per omnia huiuſmodi loca colligatur Eccleſia; Non ſic autem vlla Hæreſis, quæ limitata eſt vt vltra finitos, & determinatos terminos, vt patet diſcurrendo per ſingula tempora, & ætates, in quibus fuerunt Hæreſes, iuxtà illud oportet Hæreſes eſſe.

21 Eccleſia ſumitur tripliciter; Primò pro collectione habentium Fidem, nullis ſignis viſibilibus profeſſam; Secundò pro congregationem habentium Fidem cum Sacramentis exterioribus profeſſam; Tertiò pro collectione Fidelium cum Sacramentis externis, & Fide explicita Chriſti iam nati, & paſſi; Eccleſia primò modo incæpit à Creatione Angelorum; Secundò modo ſumpta fuit ante Chriſti aduentum; nam Synagoga erat Congregatio Fidelium habentium Sacramenta exteriora, quibus proteſtabatur Fides vnius Dei, & Chriſti venturi, vt teſtatur Teſtamentum vetus, ergo ante Chriſtum fuit Eccleſia; Secundò modo ſumpta, quæ incæpit ab Abel iuſto, & vſque nunc perſeuerat; Probatur ab Abel (qui primò ſcribitur Sacrificium obtuliſſe) hue vſque nunquam defuerunt fideles proteſtantes Fidem vnius Dei Sacrificijs externis, ergo ab ipſo Abel, vſque nunc non defuit Eccleſia; Secundò modo ſumpta; Antecedens patet, ex Geneſ. ex Iob, & ex alijs Libris Scripturæ Diuinæ; De origine Eccleſiæ, & progreſſu eius agit, D. Auguſtinus, libro 15. de Ciuitate Dei, ſub nomine Hieruſalem, & in Libro de Catechizandis rudibus, cap. 15. vſque ad finem.

22 De Fide eſt Eccleſiam; tertiò modo ſumptam incepiſſe à Chriſti morte, & duraturam eſſe vſque ad finem Mundi; Prima pars, probatur ex Matth. 16. ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, ergo ante ipſum non erat; Confirmatur ex D. Auguſt. in tract. ſuper Epiſtolam, D. Ioann. dicente inchoata eſt

Eccleſia cum venit Spiritus Sanctus. Secunda probatur multipliciter; Primò vaticinijs Prophetarum, qui in figura loquentes de Regno Dauid, vel de Synagoga in veritate de Regno, & Eccleſia Christi loquebantur. Vndè in Pſalmo 88. Dixit Deus de Dauid Regno; ſi dereliquerint Filij eius Legem meam, &c. Viſitabo in Virga Iniquitates eorum, &c. Miſericordiam autem meą non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, neque profanabo Teſtamentum meum. Idem ipſe alibi ſæpè, & Iſaias exterique Prophetæ, quorum vaticinia de hac perpetuitate Eccleſiæ Christi, ſi vellemus recenſere eſſet nimis longum, & tedioſum; Ideò propius accedamus Christus Dominus, Matth. 16. dixit loquens de Eccleſia, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam, ideſt non poterunt eam euertere, non enim magnæ Hæreſes exorte, nec acerrimi Tyranni Eccleſiam perſequentes, & Martyres interrimentes potuerunt Eccleſiam Christi extinguere, & ſic durabit vſque ad finem Mundi, ſicut idem Christus promiſit, Matth. 28. Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.

23 Ex perpetuitate, & firmitate Eccleſiæ, ſic ſolide oſtenſa facilè colligi poteſt, quàm falſæ pronuntient, dum Hæretici dicunt huiuſmodi Eccleſiam defeciſſe, in qua re magnam iniuriam Christo irrogant; Nam indè apertè ſequitur eum non ſuper petram, ſed ſuper arenam ædificaſſe Eccleſiam ſuam, ac proindè ſtultos, non ſapientes Architectos imitatum eſſe; Immò mendacem eſſe, quòd promiſerit ſe ſuper petram ædificaturum, & defeciſſe non ſeruando promiſſum, contra id quod alibi dixerat Coelum, & terra tranſibunt verba, autem mea non præteribunt; Item cum dixerit Portas inferi non præualituras; & tamen ſecundùm hos Hæreticos præualuerint; ſicque etiam volunt eſſe falſum Oraculum Spiritus Sancti, dicentis per Pſalmiſtam Pſalm. 47. Deus fundauit eam in æternum; ſcilicèt vt in æternum perſeueret, quomodo manſura in æternum ſi defecit; Dicunt aliud abſurdum nimirum Eccleſiam perſeueraſſe primis quingentis Annis veram Catholicam, &c. Deindè defeciſſe vſque ad Aduentum Lutheri, & Caluini; ſi ſic quomodo ſaluabunt 6. Concilium Generali, quod vt Sacroſanctum recipiunt, quod tamen celebratum eſt poſt illos quingentos Annos, in quo Epiſcopi Orientis, & Occidentis conuenerunt cum Romano Pontifici Agatone?

24 Hæc Eccleſia dicitur etiam Apoſtolica; Primò quoniam antiquam Fidem Doctrinam auctoritatem Apoſtolorum perpetuò ſequitur quod non modò facit, quando ſcriptis Apoſtolicis expreſſam Doctrinam retinet; Verùm etiam cum aliquid ipſa per Orbem Vniuerſum obſeruat, quod Apoſtoli tradiderunt, quæ nimirum ad conſtituendam Eccleſiam; quæ ad Fidem, quæ ad Religionem, quæ ad ritus, & Cæremonias pertinent multa docuiſſe dubium non eſt, quæ nuſquam ſcripta reperiuntur; iuxtà illud Apoſtoli 2. Theſſal. 3. dum dicit ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiuè per Sermonem, ſiuè per Epiſtolam noſtram; quibus verbis palam indicat præter ea, quæ ſcripſerat non minus præclara quin, & præclariora ſolo Sermone docuiſſe cum Sermonem priuſquam Epiſtolam nominet; Patet; cum obſeruanda in Dominica Cœna verbo tradidiſſe non ſcripto, ſic enim ſcribit ad Corinthios Cætera (nimirum de Sacramento Euchariſtiæ) cum venero diſponam 1. Cor. 11. ex quo loco Epiſt. 118. ad Ianuarium colligit, D. Auguſtin. totum illum ordinem agendi, quem vniuerſa per Orbem Eccleſia tenet à D. Paulo inſtitutum eſſe.

25 Secundò Eccleſia Christi propriè dicitur Apoſtolica, quia ab Apoſtolis cæpta per omnes terras propagata eſt; Hunc ſenſum accuratè explicat Tertullianus de præſcriptione Hæreticorum; Apoſtoli inquit apud vnamquamque Ciuitatem Eccleſias condiderunt (vel per

ſe,

ſe, vt Paulus, & Barnabas, Actuum 14. vel per alios ab illis miſſos, vt D. Paulus Crete per Titum; Ad Titum 1.) ab his autem Ciuitatibus, ſiuè ab Eccleſijs ab Apoſtolis conſtitutis traducem Fidei, & ſemina Doctrinæ. Cæteræ exindè Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur vt Eccleſiæ fiant, ac per hoc, & ipſe Apoſtolicæ deputabuntur vt Soboles Apoſtolicarum Eccleſiarum; Ita ille tertiò vnaquæque particularis Eccleſia eſt Apoſtolica, quatenus communitas Eccleſijs Apoſtolico labore per vniuerſum Orbem fundatis, hoc pacto Petilianum Donatiſtam Schiſmaticum eſſe conuincit, D. Auguſtinus, lib. 1. cap. 16. contra eundem, & totam Sectam Donatiſtarum, lib. de vnitate Eccleſiæ, cap. 10. Vos inquit Donatiſtæ ſolas Epiſtolas ad Romanos ad Epheſios, &c. in Lectione retinetis; nos autem, & Epiſtolas illas in Lectione, & Fide, & Eccleſias ipſas communione retinemus.

26 Quartò vnaquæque Eccleſia, vt vera ſit Eccleſia Chriſti eſt Origine, ac ſucceſſione Apoſtolica, nam hac ſucceſſione omnes veteres, tanquam Argumento euidentiſſimo vſi ſunt ad Chriſti Eccleſiam oſtendendam, Ireneus cap. 3. lib. 3. enumerat Epiſcopos Romanos à Petro vſque ad Eleutherium, qui ſuo tempore ſedebat, ac dicit per hanc ſucceſſionem confundi omnes Hæreticos, & lib. 4. cap. 63. inquit Agnitio vera, & Apoſtolorum Doctrina, & Antiquus Eccleſiæ ſtatus in vniuerſo Mundo ſecundum ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eum, quæ in vnoquoque loco eſt Eccleſiam tradiderunt, quæ peruenit vſque ad nos cuſtodita, & cap. 43. tantùm Epiſcopis obedire iubet, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, qui cum ſucceſſione Epiſcopatus Chariſma veritatis certum acceperunt, reliquos verò, qui abſiſtunt à principali ſucceſſione quocumque loco colliguntur ſuſpectos haberi vult; Epiphanius Hæreſi 27. quæ eſt Carpocratis enumerat Ordine Pontifices Romanos, & ſubiungit, & ne quis inquit miretur, quòd tàm exactè ſingula recenſemus per hæc enim ſemper Claritas oſtenditur; Vide ad hoc Tertullianum de præſcriptionibus Hæreticorum Origenem in proemio, lib. 2. Periarchon. Ciprianum; lib. 4. Epiſt. 9. D. Hieronymum ſcribentem ad Damaſum, D. Auguſtinum in pluribus locis, Optatum contra Parmen. lib. 2.

27 Eccleſia Chriſti, vnica extra quàm non eſt ſalus eſt, hæc Eccleſia ſingularis, quæ militant ſub obedientia Romani Pontificis, & hic eſt Articulus Fidei; Ita quod non ſufficit Credere in vniuerſali Eccleſiam eſſe in mundo cum ſuo Capite, ſed fideles tenentur credere in particulari, quod iſta Eccleſia Romana, quatenus habet vnitum Pontificatum, viſibilis, & audibilis eſt vera Eccleſia Chriſti, & omnis alia Synagoga Sathanæ, nam dato, & non Conceſſo, Lutheranis quod Eccleſia cognoſcatur per Scripturas noſtra eſt vera Eccleſia; quia Eccleſia Romana dedit omnibus Scripturas. Vndè nec ipſi Lutherani poſſunt negare ſe ab Eccleſia Romana Scripturas accepiſſe; Nam doceant quomodo ſciant Scripturas eſſe Canonicas; Quare pro Scriptura Canonica, Euangelium Lucæ; & non Euangelium Bartholomæi, & Nicodemi non recipiant; profectò ab Eccleſia Romana hoc acceperunt; Probatur ſecundò, ex notis legitimis veræ Eccleſiæ. Illa hominum congregatio ſola eſt Eccleſia Chriſti quæ eadem eſt, & vna, & Sancta, & Catholica, & Apoſtolica, ſed ſola ea congregatio, quæ Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti paret, & nulla alia eſt talis igitur ipſa ſola eſt Eccleſia Chriſti; Maior patet ex ante dictis, minor patet inductiuè de omnibus notis.

28 Et primò, quod ſit vna; Probatur ex vnanimi conſenſu Fidei, & Doctrinæ, quæ in ea ſola reperitur, nam tota eſt vnius labij, vnus in ea Chriſtus adoratur, vnaque regula veritatis obſeruatur, & Concordia ſubſtantialis cuſtoditur; Ipſa ſola vnum Paſtorem rectiſſimè agnoſcit, cuius Iudicio in Fidei controuerſijs

aquieſcit; Itaque quàm facile eſt in Eccleſia cognoſcere, quid Summus Pontifex de Fidei quæſtionibus cum auctoritate, ideſt vniuerſam Eccleſiam obligando decernat, tàm facilè retinere in Doctrina Fidei conſenſum; Vndè ſapienter Beda, in 2. Epiſtola Ioannis dixit, Reuera omnes Catholici per orbem vnam veritatis Regulam ſequuntur, non autem omnes Hæretici, & Infideles vnanimo errori conſentiunt; cum enim ex multis conſtet particularibus Eccleſijs, quæ tamen omnes ſunt vna Eccleſia, cum per orbem vniuerſum longè, latæque ſit diuiſa linguarumque, & morum in ea ſit magna diuerſitas eoſdem tamen ritus, eaſdemque vbique ſeruat cæremonias; Contrà verò Hæreticorum omnium conuenticula, qui nomen Euangelij prætendentes, vt erroris in eo ſui latebras conſtituant ſe ab vna hac Sancta Catholica Eccleſia ſegregauerunt, quot homines tot eſſe propè de dogmatibus Fidei ſententias, neque nobiſcum magis, quàm ipſos inter ſe degladiari, & diſſidere videbis, vt nullum afferri certiùs erroris eorum argumentum poſſit, in vna domo duos aliquando reperire vix licèt, qui ſibi inuicem in omni parte conſentiant; quòd quæ maiori quoque dignum eſt admiratione aliud eos iiſdem de rebus hodie cras aliud ſentire videas.

29 Hæc Eccleſia eſt quoque ſancta exteriori ſanctitate, iuxtà illud Matth. 7. ex fructibus eorum cognoſcetis eos, non autem ſola interiori Sanctitate, quàm ſolus Deus nouit; In ea impletur monitum D. Pauli ad Titum 2. nam viuitur piè iuſti, & ſobriè pia, erga Deum, iuſti erga proximum, & ſobriè erga ſeipſum, piè quidem quia eſt cultrix Dei habet honorifica templa Altaria Sacrificia, & veſtes, orat ſepties in die, media nocte ſurgit ad confitendum nomini Domini vtitur ritibus, at cęremonijs à primitiua Eccleſia inſtitutis; At Lutheranorum, & Caluiniſtarum conuenticula templa non habent, neque ornatum, neque Altare, carent Sacrificio, & alijs ritibus ad colendum verum Deum, nec hoc mirum eſt, quia eorum Deus venter eſt; Præterea in Eccleſia Romana iuſtè viuitur erga Proximum, vt patet in multis Hoſpitalibus, & eleemoſinis, quibus carent Lutherani; viuitur etiam ſobriè, vt patet ex multis ieiunijs, Vigilis, & abſtinentijs diuerſarum Religionum, viuentium in obedientia, in paupertate ſunt, quidem in Eccleſia Romana aliqui mali malis moribus, ſed non Doctrina; Lutherani verò ſunt peſſimi vtroque modo, nec mirum eſt malos moribus eſſe in Eccleſia Romana, quia (vt probatum eſt) conſtat ex bonis, & malis.

30 Hæc Eccleſia Romana eſt etiam Catholica, & vniuerſalis, quia comprehendit omnia loca, omnia tempora, omnia hominum genera, & omnes nationes, ergo ea ſola eſt vera Chriſti Eccleſia; Probatur omnia, nam tempore Apoſtolorum fructificare cæpit, vt D. Paulus, ait ad Coloſſ. 1. Idem aſſerunt pro ſuis Fidelibus, ſuo tempore Iræneus, lib. 1. cap. 3. Tertullianus, lib. 1. contra Iudæos, cap. 3. D. Ciprianus, lib. de vnitate Eccleſiæ, D. Athanaſius, lib. de Humanitate Verbi, D. Hieronimus, & D. Griſoſthomus, in Matthæum, cap. 24. D. Auguſtinus, in Epiſt. 78. & 80. ad Heſychium Theodoretus in lib. de Legibus, & D. Leo Magnus, Serm. 1. de Sanctis Petro, & Paulo. Item tanta, & maior diffuſio erat tempore, D. Gregor. vt patet ex eius Epiſtolis ſcriptis ad Epiſcopos diuerſarum nationum; Denique noſtro tempore Eccleſia Romana præter Italiam, & Hyſpaniam totam, præter Galliam, Germaniam, Angliam, Poloniam, Boemiam, Vngariam, Græciam, Syriam, Æthiopiam, Ægyptum, in quibus multi inueniuntur Catholici; In ipſo nouo orbe habet Eccleſias, ſine admixtione Hæreticorum, in omnibus quatuor partibus Mundi ad Orientem, in Indijs ad Occidentem, in Americam; Ad Septentrionem in Iaponium; Ad Meridiem in multis partibus Africæ.

31 Ec-

31 Eccleſia Romana compræhendit omnia tempora, nam ab Adam incæpit duraturam vſque ad finem Mundi fundauit enim eam Deus in æternum, qui dixit ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi, & ſi de Chriſtiana Eccleſia loquimur ab ipſo Chriſto, & ab eius Apoſtolis ſumpſit Initium nunquam perijt, nec deficiet in æternum; Iuxtà dictum Gamalielis, Actuum 5. ſi eſt ex hominibus Conſilium hoc diſſoluetur; ſi verò à Deo eſt non poteritis diſſoluere, quòd experimur quotidie in conſeruatione Romanæ Eccleſiæ, quæ multis Hæreticorum, & Infidelium concuſsa bellis non eſt deſtructa; Eadem Romana Eccleſia eſt quoque Apoſtolica, quia antiquam Fidem, & Doctrinam Apoſtolorum perpetuo ſequitur, quia ab Apoſtolis cæpta per omnes terras propagata eſt, quia cum omnibus particularibus Eccleſijs Apoſtolico labore fundatis communicat, & quia eſt Origine, ac ſucceſſione Apoſtolica; Vndè D. Auguſtinus, contra Epiſtolam fundamenti, cap. 4. ait, tenet me in hac Eccleſia Romana, omnium gentium conſenſus, atque populorum tenet mea auctoritas miraculis inchoata ſpe nutrita Charitate aucta, & antiquitate firmata, tenet ab ipſa Sede Apoſtoli Petri, vſque ad præſentem diem Epiſcoporum ſucceſſio, tenet me hoc nomen Catholicum, ex quo ſequitur, quod ſicut Fides infuſa inclinat ad credendum Deum vnum, & Trinum, ita ad credendum Eccleſiam Romanam, eſſe veram Eccleſiam Chriſti Apoſtolicam, & Catholicam.

32 Loquendo de credibilibus, quorum veritas non eſt neceſſaria ad ſalutem Eccleſia habuit ignorantiam inuincibilem, nam in primitiuam Eccleſia ignorabatur, an Gentes eſſent admittendæ ad Euangelium, & ante Concilium Nicænum ſecundum ignorabatur, an Spiritus procederet à Patre, & Filio, & modò etiam ignoratur, an Sanctiſſima Virgo fuit Concepta abſque peccato Originali; Quamuis Eccleſia poſſit habere dictam ignorantiam circa Credibilia, non neceſſaria ad ſalutem, tamen non poteſt errare in eis definiendis, verb.gr. ponamus B. Virginem verè Conceptam fuiſſe, abſque peccato Originali, non poteſt Eccleſia oppoſitum definire, iuxtà illud Ioannis 17 Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum Spiritum veritatis; Probatur ratione Eccleſia, non poteſt errare determinando, qui Libri ſint Canonici, ſed eſt eadem ratio de vna propoſitione, & de vno Libro, ergo non poteſt, nec in vno, nec in altero errare; Probatur minor, quia vtrumque aduerſatur veritati, at ſi ſemel fuerit admiſſum mendacium in Sacra Scriptura ruit vniuerſa eius auctoritas; Ita ſi Eccleſia poteſt decipi in vna propoſitione poſſet etiam decipi in omnibus, quia non eſt maior ratio de vna, quàm de alia, & ſic non eſſet columna veritatis.

33 De Fide eſt nullo vnquam tempore poſſe Eccleſiam habere Ignorantiam, circa neceſſaria ad ſalutem, vt ſunt veritates Articulorum Fidei, & præcepta naturalia, nam ſi Chriſtus non reuelaſſet Eccleſiæ, omnia neceſſaria ad ſalutem culpabilis ignorantia redundaret in Chriſtum, qui eſt Caput Eccleſiæ, munus enim capitis eſt illuſtrare membra, ponere autem in Chriſto culpam Blaſphemum eſt; Eccleſia eſt infallibilis veritatis; Itaut in credendo, & ea quæ ſunt Fidei proponendo errare non poteſt; quia Infirmitati, & ignorantiæ humanæ, in his quæ ad Fidem neceſſariò pertinent non ſuccurritur, niſi per ſapientiam Eccleſiæ docentis; Debet ergo Eccleſia, ſic eſſe ſapiens in his quæ Fidei ſunt, vt nec falli, nec fallere poſſit; Antecedens patet, quia Deus externam Eccleſiæ vocem, & magiſterium medium perpetuum, & ordinarium eſſe voluit inducendi homines ad Fidem propter ipſum naturæ humanæ infirmitatem, quæ medio indiget, de conſequentia dubitare non poteſt, niſi qui Dei ſapientiam, & prouidentiam in dubium reuocare

voluerit alioquin Ignorantiæ non ſuccurritur, ſed imponitur.

34 Non ſolùm Eccleſia antiqua in fide errare non potuit, ſed nec Eccleſia quidem quæ nunc eſtque vera futura eſt, vſque ad conſummationem ſæculi errare in fide, aut poteſt, aut poterit; nam pollicitationes Chriſti de præſentia ſua, de Spiritu veritatis, de Regno ipſius ſempiterno, de corpore cuius ipſe erat futurus caput non ad Eccleſiam modo, quæ fuit tempore Apoſtolorum, verum etiam ad Eccleſiam Catholicam, quæ futura erat in ſæculi finem pertinere neceſſe eſt; Probatur nam quod promiſſiones illæ non modò ad Apoſtolos, ſed ad ſucceſſores etiam referri oporteat ex ipſiſmet Chriſti Domini verbis manifeſtum eſt; vt maneat vobiſcum in æternum; Quòd illi ſimile eſt; ecce ego vobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi; Rurſum ex eo quoque Pater ſanctifica eos in veritate; Sermo tuus veritas eſt; Non pro eis rogo tantùm, ſed pro eis qui credituri ſunt per Verbum eorum in me; huius autem promiſſionis. Videtur Iſaias non modò vates illuſtri, ſed interpres; Spiritus meus inquit, qui eſt in te non recedet de ore tuo, & ore ſeminis tui amodo, & vſque in ſempiternum, Iſaiæ 59. Igitur talis Spiritus numquam deſereret Eccleſiam Chriſti, vſque ad conſummationem ſæculi.

35 Finis dati in Eccleſia Miniſterij non ſecus Spiritus Sancti aſſiſtentiam requirit in ſucceſſoribus Apoſtolorum, quàm in ipſis, iuxtà illud ad Epheſios 4. Chriſtus dedit Eccleſiæ, Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, Paſtores, & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus Miniſterij ad ædificationem Corporis, donec occurramus in vnitatem fidei. Nam huiuſmodi Miniſterij Eccleſiaſtici finis in perpetuo decurſu Eccleſiæ eſt ſic paſcere, & docere ouile Chriſti, vt ab omni errore conſeruetur; propter hoc enim dedit Deus Eccleſiæ Paſtores, & Doctores, &c. donec occurramus omnes in vnitatem fidei hoc eſt vſque dum fiat vnum ouile, & vnus Paſtor, & vt non circumferamur omni Vento Doctrinæ in nequitia hominum in aſtutia, & circumuentione erroris, atque adeò Eccleſiæ, Doctrina debet eſſe infallibilis quòd non poteſt contingere, niſi concedatur illa Diuini Spiritus aſſiſtentia non ſolùm Apoſtolis, ſed etiam cæteris Eccleſiæ Paſtoribus pro toto decurſu temporis, eorumdem Apoſtolorum ſucceſſionibus; ſic enim ſonant promiſſiones Chriſti, quæ diſertè ad perpetuitatem deſtinantur manebit vobiſcum in æternum, Ioan. 16. omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.

36 Hæretici potiſſimum Moderni Lutherani, & Caluiniſtæ, huius Eccleſiæ Romanæ determinationem incertam eſſe volunt, & quæ facilè errare poſſit, atque etiam frequenter grauiſſimè errauerit; Quæ ſententia vt omnium Hæreſum fundamentum eſt omnem veræ Religionis, & fidei certitudinem labefactans, ideò omninò damnanda; Probant tamen eam ſic ſi Eccleſia Doctrina eſt infallibilis; hanc infallibilitatem, aut ſtudio, & induſtria conſequitur diligenter Scripturas ipſa, & alia docendi media conſulendo, vel abſque ſtudio, & labore ex ſola perpetua Spiritus Sancti aſſiſtentia precibus inuocata infallibiliter iudicat; ſi priori modò magna quæſtio eſt, quomodo conſtabit de hoc labore ab Eccleſia ſuſcepto, aut de legitimis medijs adhibitis, at ſi de hoc nobis conſtare non poteſt, nec de illa infallibilitate docendi certò vnquam conſtabit; ſi poſteriori modò plura adhuc inconuenientia ſequuntur, ſic enim fruſtrà, & Synodi conuocarentur, & rerum Sacrarum ſtudia negligerentur; Paſtores quoque non vigilantes, ſed ſopori ſomni vacantes (quaſi ſolis afflatibus, & reuelationibus freti) hac ratione conſtituerentur, ſed, & prætereà falſum videtur; Hic enim docendi modus ad immediatam reuelationem eſt tantùm Prophetarum, & Apoſtolorum proprius.

37 Reſpondetur hanc infallibilitatem docentis Eccleſiæ, non ſine ſtudio, & induſtria comparari; quia Eccleſia non expectat doceri à Deo immediatè ſolis reuelatio-

uelatio-

uelationibus,& nouis afflatibus freta; ſed vtitur certis medijs ad dubij dogmatis determinationem,quia docetur nunc non per Apoſtolos,aut Prophetas,aut per Angelos, quibus immediata reuelatio frequens erat,ſed per Paſtores,& Doctores; iuxtà Apoſtolum ad Epheſ. 4. atque adeò multis medijs(de quibus infrà,)& magna conquiſitione vtitur,qua etiam ſeniores, ſeu presbyteri vſi ſunt Actuum 15. vt vnà cum Apoſtolis decernerent dubium dogma ibi controuerſum,& ad inconueniens, quod adducitur. Reſpondetur illud nullum eſſe, quia Deus qui diſponit omnia ſuauiter dans ipſum finem, dat etiam media ad finem neceſſaria,& conſeruat à cõtrarijs, quæ finis conſecutionem impediunt,ſic prædeſtinationis effectus, non ſolùm eſt vita æterna, ſed etiam media, quæ ad illum perducunt, vt vocatio ad fidem, gratia perſeuerantia ſunt eiuſdem effectus. Quare quemadmodum ſi cui diuinitus reuelaretur, vel ſua, vel alterius ſaluatio æterna, is Deo hoc reuelanti ſimpliciter credere, debet etiam ſi media ad ſalutem explorata non habeat; ſic omninò poſtquam nobis in Scriptura reuelatum eſt, quod Eccleſiam per aſſiſtentiam Spiritus Sancti in omnem veritatem inducetur(quòd eſt infallibiliter docere) de hoc ampliùs dubitare non debemus, & ſi media quibus in docendo Eccleſia vti debet, vt infallibiliter doceat, explorata non habemus, ſed Eccleſiæ docenti ſimpliciter credere,& aquieſcere,atque in manifeſtis Chriſti promiſſionibus conquieſcere oportet.

38 Eccleſia ſumpta pro toto corpore myſtico, quinque habet regulas ad non errandum circa determinationem eorum, quæ ſunt fidei, ſcilicèt Sacram Scripturam,traditiones Apoſtolicas;Communem conſenſum Patrum, definitionem Conciliorum;& definitionem Summi Pontificis, de Scriptura,& traditionibus ſatis dictum eſt in 1. Libro,de auctoritate,& auctoritate Conciliorum, & Summorum Pontificũ infrà erit Sermo;Sacra Scriptura Catholicis, & Hæreticis eſt Communis, & in illa eſt Diuina veritas infallibilis, quia continet immediatam Dei reuelationem; Item in Scriptura ſunt illa, quæ ponit ſapiens Eccleſiaſtici 24. Hæc omnia liber vitæ, & Teſtamentum Altiſſimi, & agnitio veritatis Liber vitæ, ideſt Medicina vitalis Teſtamentum Altiſſimi, quia eſt Teſtamentum Dei, & agnitio veritatis, quia repugnant in ea eſſe mendacium; Vnde D. Paulus 2. ad Timoth. 3. omnis Scriptura Diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ, (ſcilicèt veritates,) ad arguendum (ſcilicèt falſitates,) ad corripiendum, ſcilicèt vitia, & malos mores; Ex quo ſequitur quanta reuerentia tractanda ſit Scriptura Sacra; eſt enim opus Diuinum factum Spiritu Sancto dictante Verba, & ſuggerente veram; Itaut cum ea nullus poteſt errare,qui amore veritatis ad eam acceſſerit.

39 Traditio Diuina, & Apoſtolica, quàm ſecuti ſunt Antiqui Patres in rebus fidei definiendis, vt patet in Concilio Nicæno 2. act. 2. vbi approbatur vſus Imaginum, ex traditione Eccleſiæ; non enim habetur in Scriptura, & ideò negabatur ab Hæreticis, vbi multis eſpeditis concluſum fuit; ſi quis traditiones Eccleſiæ,ſiuè ſcripto,ſiuè conſuetudine non curauerit anathema ſit; Idem habetur in Concilio Trident. ſeſſ. 4. Quæ traditiones aliquando ſunt in Concilijs, & Decretis Pontificum,aliquando in Sanctis Patribus aliquando verò in corde Eccleſiæ, & Hiſtorijs Eccleſiaſticis. Vndè traditio eſt Catholica Doctrina Eccleſiæ auctoritate roborata de ore in nos, vſque ad vos accepta, vel vt ex Concilio Trident. loco cit. elici poteſt; traditio eſt Doctrina Catholica, tum ad fidem, tum ad mores pertinens,vel Oretenus à Chriſto,vel à Spiritu Sancto dictata, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruata, atque quaſi per manus tradita, & vſque ad nos perueniens eiuſdem Eccleſiæ, auctoritate roborata; Vndè Scriptura Diuina, & traditio Diuina,& Apoſtolica reducuntur ad vnam Regulam Apoſtolicam, & Euangelicam, vide pulchra de hac 1e lib. 1.

40 Tertia Regula qua vtitur Eccleſia, ne erret eſt ſenſus Communis Doctorum, & Patrum, qui alias dicitur ſenſus, ſiuè conſenſus Communis Eccleſiæ; Hic iudicat de Scripturis, & de verò illarum ſenſu de traditionibus, & de verò ſenſu illarum, non enim ſufficit Scriptura, nec traditio, nec ambæ ſimul, non enim viuant, nec habent os, nec linguam vt poſſint ad interrogata reſpondere, atque adeò neceſſarius eſt ad hoc vnius Iudex, qui determinet, & definiat, & hic eſt ſenſus Communis totius Eccleſiæ, verb. gratia, dicit Lutherus, ſola Fides iuſtificat, dicit Catholicus negatur; Probat Lutherus, ex D. Paulo ad Rom. 4. credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, ſi tunc Scriptura reſponderet Luthero, mentiris quia non ſic intelligor, ſed hoc modò non eſſet neceſſarius alius Iudex, ſed quia hæc non poteſt reſpondere requiritur viuus Iudex, qui hanc litem dirimat, & explicet veram ſenſum, in quo loquitur Scriptura, qualis eſt ſenſus Communis totius Eccleſiæ. Per totam Eccleſiam intelligi totum Corpus Myſticum, non quidem cum omnibus ſuis membris, abſurdum enim eſſet in grauiſſimis quæſtionibus Fidei Sutores eſſe Iudices, & Agricolas, atque Mulierculas, ſed recurrendum eſt ad Paſtores, & Doctores Eccleſiæ, & potiſſimum ad eius Caput, quòd eſt præcipuum membrum.

41 Hæc veritas eſt lapis offenſionis Hæreticorũ, qui eam multipliciter oppugnãt, ſed notent hæc ſequentia, quæ ſufficiunt ad illuminandam, quemlibet ob tenebratũ um Intellectum; Et primò quod de Patrũ auctoritate, & teſtimonijs poſſumus loqui quadrupliciter, Primò de ipſis teſtimonijs in ſe; Secundò de materia ipſorum; Tertiò de Auctoritate, quàm habent; Quartò de modo ſcribendi Patrum; Quoad primum, Teſtimonia Patrum in ſeipſis conſiderari poſſunt tribus modis; Primò quando dicta Doctorum ſingularia ſunt ab vno, ſcilicèt Doctore ſingulariter aſſerta, contra aut omnium, aut plurium Patrum ſententias, talia auctoritatem non habent, ſed potiùs errori humano deputanda ſunt; Secundò modo, quando vnus fortè, aut alter tantùm ex Patribus affirmat, quòd cæteri Patres tacuerunt, neque enim omnes omnia dicere potuerunt, talia Argumentum faciunt probabile quidem, ſed non firmum pro ratione ſubiectæ materiæ; Tertiò modo, quando aut omnes, aut plures vnanimiter docent aliquid; talia pro ratione materiæ firmum, & indubitatum Argumentum faciunt.

42 Quoad ſecundam conſiderationem; Patrum Teſtimonia Materiam habent tripliciter quoque differentem, aliquando enim ea tractant, quæ magis ad Philoſophiam, quàm ad Theologiam pertinent, vt erant in omnibus Diſciplinis verſatiſſimi, in tali materia Teſtimonia eorum parum, aut nihil auctoritatis habent, niſi in quantum vera ratione probant quòd dicunt; Secundò modo tractant Patres ea, quæ ad ſententiam Theologicam, magis quàm ad publicam Fidem attinent, vt quando extra negotium Fidei diſputant; in tali materia vt ab errare Patres poſſunt, ita ab eorum Teſtimonijs nulla firma Argumenta trahuntur, niſi quatenus Canonica auctoritate ſententiam ſuam confirment; Tertiò modo tractant Patres ea, quæ ad publicam Fidem, & ad notiſſimas Chriſtianæ Religionis regulas pertinent in tali materia eorum Teſtimonia valida, & firma ſunt maximè, quando plurium vnanimis conſenſus concurrit; Quoad tertiam conſiderationem Patrum Teſtimonia auctoritatem habent, vel *probabilem*, quàm nec mordicus tenere, nec tamen impudenter reijcere licèt, vt in materia; Secũdò modo dicta, vel certam, & firmam, vt in Materia tertij generis.

43 Quò in loco duo extrema Cauenda ſunt; Vnum eſt Patres ita citare, quaſi omnia quæ dicunt in quacumque materia tenenda eſſe vſque ad vltimum Iota, ſic loquitur Gloſſa ad verba D. Auguſtini, diſt. 9. cap. noli meis, hoc enim ſolis Scripturis debetur. Alterum extremum

eſt

eſt etiam vnanimem conſenſum in materia Fidei reijcere quòd Hæretici faciunt; Vndè diſtinguenda ſunt (& hoc quoad quartam conſiderationem) quæ Patres obiter interdum tractant vel ſcribunt, & aliud agentes ab illis, quæ ex propoſito, & principaliter tractant; Hæc enim magnam Fidem faciunt illa præexiguam. Rurſum illa, quæ ſemel ab illiſque conſtanter, & ſæpè affirmant ac repetunt, ſed maximè diſtinguenda ſunt ea, quæ dogmaticè, & aſſertiuè in tractatu poſitiuo ab illis, quæ contentiosè, & incertamine contra Aduerſarium etiam in materia Fidei pronunciant; Ab hoc enim poſteriori genere dictorum, nulla Teſtimonia ſumenda ſunt, quia facilè contingit in talibus modum excedere, & veritatis lineam tranſgredi, vt de Origene notat D.Athanaſius, in Libello de Decretis Nicęnæ Synodi, & de Gregorio notauit D.*Baſilius*, Epiſt.64. vbi, & hanc diſtinctionem tradit.

44 Hæretici hanc Regulam omninò reijciunt prætendentes ſenſum proprium prævalere vnanimi conſenſui veterum Patrum, vt liceat eis interpretari Sacras Scripturas prolibito, quorum fundamenta ex dictis conuelli poſſunt, ſed dicunt in multis dogmatibus Fidei variè errarunt, quos pro Patribus habemus; Origenes multis ſcatet erroribus etiam damnatis, Tertullianus Montani Hæretici ſectator fuit Cyprianus rebaptizar ab Hæreticis Baptizatos, Hieronymus ſecundus nuptias damnauit, Auguſtinus Euchariſtiam Paruulis neceſſariā iudicauit, Ireneus negauit Animas Beatorum, videre Deū ante diē Iudicij, Clemens Alexandrinus, tenet quòd ſit tātùm mortis neceſſitas, quem, & Griſoſt. ſequitur Hom.24. in Epiſt. ad Eph. Hunc etiam ſequitur Theodoretus, in Cōment. ad Rom.5. ſimiliter in alijs Patribus planè omnibus, aliquid erroneum notari poteſt, ergo illorum Teſtimonia non faciunt firmum argumentum; Reſpondetur quod Patres in materia primi, & ſecundi generis. Item quando ſingulariter aliquid dicunt, vt homines poſſunt errare, falli, & fallere, ſed in materia tertij Generis, & vnanimiter ſentientes errare non poſſunt, vt ſupra dictum eſt, & ſic corruit Hæreticorum ſpeciale fundamentum; nam quòd conſpirent in vnam ſententiam, multi homines qui falli poſſunt eſt ſignum ſupernaturalis directionis.

45 Eccleſia plurimū hac regula vſa eſt ad decidenda dogmata dubia pro tēpore occurrētia; nam ex Teſtimonio, & Iudicio veterum Patrum, & Doctorū Canonicas Scripturas admiſit, ſic admiſit Apocalipſim teſte D.Athan. in Synopſi Diuinæ Scripturæ, & D.Hier. qui idem teſtatur de Epiſt. ad Hebræos, in Epiſt. ad Dardanum, tom.3 Item reijcit Apochryphas Scripturas, ex Euſebio Hiſtor. Eccleſiaſt. lib.3.c.19. Item ad interpretandas Sacras Scripturas adhibuit vnanimem conſenſum Patrū, tanquā certum, & indubitatum mediū; Probatur ex perpetua Concilior. Generalium praxi, & D. Dion. Areop. lib.1. Cęleſtis Hierarchiæ, c.1. eandem Regulam ſecuti ſunt Baſilius, & Greg. Nazianzenus, duo Orientis lumina; praxis quoque Generalium Conciliorū, quæ non alio ferè medio ad Hæreticos conuincendos vſa ſunt, quam præcedentium Patrum Fide, & Auctoritate; In Concil. Niceno 1. Epiſcopi (ait Athanaſius Sanctus) non ſibimetipſis ad inuenientes Verba, ſed habentes ea à Patribus Teſtimonia conſcripſerunt; In Concil. quoque Epheſino Generali 3. Epiſt. Alexandrinæ, Synodo ad Neſtor. ſic loquuntur Patres, in tali ſenſu Sanctos Patres fuiſſe cōperimus in Synodo 7. Gener. & 2. Nicęna, Adrianus Papa in Litteris ad Synod. Patrū Teſtimonijs Iconomacos conuicit, Act.2. In Conc. Florentino, tota cōcertatio inter Latinos, & Græcos ex Sanctor. Patrum teſtimonijs definita, & tranſacta fuit, & alibi pariter.

46 Primitiua Eccleſia prout in ſe continebat Sanctos Apoſtolos, & Dominum Ieſum Chriſtum erat Maioris auctoritatis, quam Sacra Scriptura, eſt omnium Theologorum (Medina excepto,) & eſt ita verum quòd eius oppoſitum eſt temerarium nō indigebat probatione; talis enim Eccleſia includebat auctor. Sac. Scripr. ergo erat maioris

maioris auctoritatis, quàm Sacra Scriptura; Immò Eccleſia vt includit Doctores, & veritatis Magiſtros eſt quid in ſe nobilius, & Excellentius quàm ſit ipſa Sacra Scriptura in ſe conſiderata; atque adeò ad fidem faciendam eſt præſtantioris auctoritatis; Probatur quia Eccleſia, ſic conſiderata non homines ſignificat, aut etiam quoſuis homines fideles, & Deo gratos, ſed Magiſtros Eccleſiarum Diuina Poteſtate præditos, & Spiritu Dei donatos ad hunc finem, vt omnem veritatem doceât; Sacra verò Scriptura, quatenus talis non ipſum Dei Verbum ſignificat (eſt enim, & Dei Verbum extra Scripturas,) ſed Verbum Dei ſcriptum, quatenus ab Eccleſia Scriptum, & in Canonicos Libros ab Eccleſia redactum ſignificat, non eſt autem dubium, quin ſubiectum nobilius ſit per quòd Spiritus agit, quàm illud ipſum, quòd agitur, vt ſanè omnis Cauſa etiam inſtrumentalis ſuo effectu in quantum talis, ſic enim Eccleſiarum primi Magiſtri Scripturam, tanquam Dei calami contexerunt, & quatenus talem produxerunt; porrò, & illi, & eorum ſucceſſores Scripturam, quatenus talem ſuo Teſtimonio conſignarunt ſuo Iudicio acceptarunt, ſua auctoritate promulgarunt, ſua denique arte, ſed Deo dictante, ac dirigente applicarunt.

47 Præſens Eccleſia tantæ eſt auctoritatis ad definiendum res fidei, vt primitiua Eccleſia, quæ comprehendebat Apoſtolos, & Euangeliſtas, quia quamuis illa primitiua Eccleſia in perſonis illius temporis, ſcilicèt in Apoſtolis, & Euangeliſtis alijſque Chriſti Diſcipulis habuerit copioſiorem Auctoritatem ad miracula, ad loquendum varijs linguis, & ad Prophetandum, & ad Sacram Scripturam ſcribēdum, & alia huiuſmodi dona, attamen Eccleſia, quæ nunc eſt (non quidem diſtincta à primitiua illa in Fide, Lege, & Sacramētis, & ſucceſſione Epiſcoporum,)nam hæc vel illa Schiſmatica eſſet, ſed Eccleſia, quæ nunc eſt ab illa diſtincta in Perſonis deriuata autem ab illa per ſucceſſiones Epiſcoporum, & cum illa Communicans in eadem Fide, Lege Sacramentis, & Sacra Scriptura æqualem cum illa auctoritatem habet quoad Poteſtatem Ordinis, & iuriſdictionis, & ad rectam Fidem conſeruandam, & prædicandam, & Sacram Scripturam exponendam, & interpretandam, & dubia quæcumque in Fide, & moribus definiendum, quia eodem Spiritu veritatis dirigitur in clauibus exercendis iuxtà promiſſum Chriſti, Ideò ſunt ambæ eiuſdem auctoritatis non tamen Sanctitatis.

48 Eccleſia quæ ſucceſſit Primitiuæ, & per legitimam ſucceſſionem ad tempora vſque Innocentij XI. peruenit, & eſt permanſura vſque ad finem Mundi, quoad nos Maioris auctoritatis eſt, quàm Scriptura; Hæc propoſitio eſt probabilior ſua oppoſita; Probatur primò Eccleſia primitiua erat maioris auctoritatis, quàm Scriptura, vt probatum eſt, ſed Eccleſia quæ modò exiſtit eſt eadem eſſentialiter cum primitiua, in ea ſiquidē eſt omne id, quod ad vnitatem Eccleſiæ eſſentialiter pertinet, videlicèt Confeſſio eiuſdem Fidei, & eadem aſſiſtentia Spiritus Sancti, ergo Eccleſia, quæ modo eſt maiorem habet auctoritatem quàm Scriptura; Probatur ſecundò, Iudicium vltimum in rebus fidei ſumitur ab Eccleſia, & non à Scriptura, vt docet expreſsè D. Auguſtinus, lib. contra Epiſtolam fundamenti, c. 3. Euangelio non crederem, niſi auctoritas Eccleſiæ me commoueret, ergo Eccleſia maioris auctoritatis eſt quàm Scriptura; Probatur ſequela, quia in ſcientijs naturalibus illud principium eſt dignius à quo vltimatè pendet veritas Concluſionis, quàm illud à quo non dependet vltimatè; Ita à ſimili ab Eccleſia vltimatè, & non à Scriptura dependet Iudicium fidei, ergo, &c.

49 Eccleſia habet poteſtatem docendi omnem fidem, ideſt proponendi res fidei, & iudicandi de eis; Probatur, in Eccleſia futuræ erant Hæreſes 1. Cor. 11. ergo ſi Chriſtus non prouidiſſet Eccleſiæ ad definiendum res fidei non ſufficienter prouidiſſet Eccleſiæ, ergo in Eccleſia eſt Poteſtas proponendi, & iudicandi res Fidei;

Item

Item Chriſtus ſuam inſtituit Eccleſiam ſufficientem, & perfectam in his omnibus quæ neceſſaria ſunt ad Fidei Doctrinam, & ſalutem noſtram ſuper naturalem, ſed nō potuit ſufficienter prouidere alio modò quam largiendo Eccleſiæ, aſſiſtentiam Spiritus Sancti in continua gubernatione, vt res Fidei proponere, & iudicare valeat ergo ita ordinatum eſt à Chriſto; non tamen dedit poteſtatem condendi nouos articulos Fidei ſolis Apoſtolis, & primis Eccleſiæ Magiſtris data fuit hæc poteſtas; nec tamen ex hoc ſequitur poteſtatis diuerſitas, non enim hoc defectu poteſtatis, ſed ex natura rerum oritur; quia Eccleſia primitiua hanc poteſtatem exigebat in fundatione, & conſtructione ſua, qua fundatione peracta; & ſubſtantialiter completa Eccleſia non indigebat poteſtate ad nouos condendos Articulos Fidei, ſed ſolùm ad factos declarandi, decidendi, & ſic proponendi credendos ſuis fidelibus.

50 Eccleſia Libros Scripturarum Canonicos ſua auctoritate certò approbare, & conſignare poteſt, quia Eccleſia ſumpta cum ſuo capite omnem fidem docet ergo, & Scripturam tradit, quæ ad fidem pertinet, ſic enim Veteres. Patres contra omnes Hæreticos aliquam Scripturam, negantes Eccleſiæ auctoritate protulerunt, vt probarent eſſe Scripturam Sacram. Ita D. Auguſtinus contra Fauſtum Manichæū, lib. 13. cap. 4. D. Athanaſius in Synopſi Diuinæ Scripturæ. Item Eccleſia dubios Sacrarum Scripturarum Libros ſua Auctoritate approbauit, & Canonicos fecit, quia variæ Scripturæ ſunt in Canone à multis ſæculis, idque auctoritate decernentis Eccleſiæ, quæ ab Apoſtolis, & eorum proximis ſucceſſoribus receptæ non erant; vt patet de Epiſtola Iacobi, de qua cum diu dubitatum eſſet, vt refert Euſebius, lib. 2. cap. 22. tamen à Concilio Nicæno, Can. vltimò, ſemper fuit habita Canonica; ſimiliter Eccleſia Libros Apochriphos certò reijcere poteſt; quia Hæreticis tales Apochriphos proferentibus auctoritatem Eccleſiæ oppoſuerunt Sancti Patres Athanaſius in Synopſi rationem ad ferens, quare Euangelium Thomæ, Petri, & ſecundùm Hebræos non recipiantur ait; Quatuor Euangeliorum Libros Sacri, ſcilicèt Eccleſiæ Canones nobis ſanxerunt, præter iſta non eſt vllum aliud.

51 Eccleſia præſens aliquos Libros in Canone Scripturarum, referre hodie poteſt; Probatur quia Eccleſia Apoſtolis, longo poſt tempore ſuccedens quoſdam declarauit Canonicos Scripturarum Libros, qui tempore Apoſtolorum dubij ſunt habiti, præſens autem Eccleſia accedens ab illa, nullo modò differentem habet poteſtatem ergo, & præſentem Eccleſiam; Idem facere poſſe non eſt impoſſibile; Pro cuius intelligentia notandum eſt, quod approbare nouam Scripturam quadrupliciter intelligi poteſt vno modò, quoad ſolam approbationem, & declarationem, non autem quoad ipſam ſcriptionem, & ſic olim Apoſtolorum tempore ſcriptam, ſed illo adhuc tempore dubiam, & nundum in Canonem redactam potuit Eccleſia ſuccedens approbare, & in Canonem referre; Alio modò quoad ipſam etiam ſcriptionem, itaut poſſit Eccleſia nouum aliquem Librum Sacrum ſcribere, & in Canonum Diuinarum Scripturarum referre, ſed hoc modò, nec ſuccedens Eccleſia, nec præſens poteſt nouam aliquam Scripturam approbare; Tertiò modo talem nouam Scripturam approbare, quæ olim reprobata fuit, vt Euangelium Thomæ, & ſimilia, quæ ſemper inter Apochripha numerata ſunt; talem verò Scripturam, nec ſuccedens aliqua, nec præſens Eccleſia vnquam approbare potuit, ſic enim ſibi ipſi contrarius eſſet Spiritus Sāctus; Quartò modo noua Scriptura approbari talis poteſt, quam nec approbauit, nec reprobauit vetus Eccleſia, quod nullum inconueniens inuoluit, attenta huius Eccleſiæ auctoritate ſupradicta.

52 Concilium prout ad propoſitum noſtrum Eccleſiaſticum ſpectat relictis alijs deſcriptionibus eſt congregatio plurium Legitimarum Perſonarum auctoritate legitima indicta ad commune bonum promouendum, vel aliquod malum auertendum;

dum; Vndè nomine Concilij, idem ſignificatur in Eccleſia, quod nomine comitiorum in Regnis; Nam quemadmodum cum oritur controuerſia in Republica conueniunt in vnum Principes Regni, vel Magiſtratus ac ſtatuunt quid facto opus ſit; Ita in Eccleſia cum oritur controuerſia, aliqua de Religione conueniunt præſules Eccleſiarum, & aliæ legitimæ Perſonæ, & ſimul collatis vocibus, & votis ſtatuunt quòd bonum videtur; Initia Conciliorum, & initium Eccleſiæ ad idem tempus pertinent; quia poſt Aſcenſione Domini in Cœlum, tunc incæperunt Celebrari Concilia, vt infrà dicetur. Quinque ſunt Conciliorum genera ſecundùm Innocentium, in cap. graue, de præbendis; Quædam enim ſunt generalia, quædam Nationalia, quædam Prouincialia, quædam Diæceſana, quædam Regularia Membrorum trium primorum meminit etiam D. Auguſtinus, lib. 2. contra Donatiſtas, c. 3. vbi dicit, Concilia Prouinciarum, vel etiam maiora, qualia ſunt Regionum emendari à Concilijs plenarijs, de quibus omnibus ordinatè, & breuiter dicendum eſt.

53 Generalia Concilia dicuntur ea, quibus intereſſe poſſunt, & debent Epiſcopi totius orbis, niſi legitimè impediantur, & quibus nemo rectè præſidet, niſi Summus Pontifex, aut alius eius nomine, inde enim dicuntur æcumenica, ideſt orbis terræ totius Concilia; Nationalia dicuntur, in quibus conueniunt Archiepiſcopi vnius Regni, vel Nationis, quibus præeſt aliquis Patriarcha, vel primas qualia ſunt multa Concilia Romana, Toletana, & Affricana, de quibus illud notandum eſt ea licèt ſint verè diſtincta à Generalibus, & Prouincialibus vtrorumque nominibus interdum appellari; Vocatur enim Concilia Vniuerſalia, quia ſunt Generalia in illo Regno, non autem abſolutè, dicuntur verò abſolutè Prouincialia, quia certis Prouincijs continentur, non autem ad omnes Chriſtianos pertinent, ſicut verè generalia. Prouincialia dicuntur, in quibus conueniunt tantùm Epiſcopi vnius Prouinciæ, quibus præeſt Archiepiſcopus, ſeu Metropolitanus, & huius generis ſunt plurima in tomis Conciliorum; Diœceſana, quæ etiam Synodalia appellari ſolent, ſunt in quibus conueniunt tantùm Presbyteri vnius Epiſcopatus, & ijs Epiſcopus præeſt, cuius generis pauciſſima exiſtunt, nec immeritò, nam vix dici poſſunt Concilia, cum in eis ordinariè nullus ſit, qui iuriſdictionem habeat præter vnum Epiſcopum qui præeſt; Concilia Regularia ſunt Capitula Religioſorum, de quibus in cap. in ſingulis, & in cap. ea, quæ de ſtatu Monachorum, & hæc ſunt duo genera, ſcilicèt Generalia, & Prouincialia.

54 Concilia Generalia ſunt, aut ab Apoſtolica Sede approbata, & ab Eccleſia vniuerſa recepta; aut omninò reprobata, aut partim approbata, partim reprobata, aut nec approbata, nec reprobata; Concilia Generalia approbata numerantur huc vſque 18. Primùm eſt Nicænum tempore Conſtantini Imperatoris, & Silueſtri Papæ, in quo conuenerunt Epiſcopi 318. Anno 325. ex Epiphanio Hæreſi 69. Theodoreto, lib. 1. cap. 7. Secundùm Concilium Generali eſt Conſtantinopolitanum Celebratum ſub Theodoſio ſeniore Imperatore, & Damaſo Papa conuenerunt Epiſcopi ex Diuerſis Prouincijs 150. Anno 381. & ſicut Nicænum aduerſus Arium Hæreſiarcham, ita hoc Conſtantinopolitanum contra Macedonium, negantem Spiritus Sancti Diuinitatem, ſicut Arius Diuinitatem Filij; Tertium Epheſinum primùm, quod celebratum eſt, Anno 431. Theodoſio iuniore Imperatore, & Cæleſtino 1. Papa contra Neſtoriam ponentem in Chriſto duas Perſonas, ſicuti erant duæ naturæ, & negantem Mariam Virginem eſſe Matrem Dei; Quartum Calcedonenſe celebratum Anno 451. Leone primo Papa, & Martiano Auguſto Anno 630. Epiſcopis aduerſus Eutychetem Archimandritam ponentem in Chriſto vnam tantùm naturam poſt Natiuitatem.

55 Quintum Concilium Generale fuit Conſtantinopolitanum ſecundùm, Celebratum

lebratum ſub Vigilio Papa, & Iuſtino Seniore Imperatore, Anno 553. ab Epiſcopis 165. contra ſequaces Origenis; Sextum Concilium Generale Conſtantinopolitanum 3. Epiſcoporum 289. ſub Agathone Papa, & Conſtantino IV. celebratum Anno 680. contra Monothelitas, ponentes in Chriſto, vnam tantùm voluntatem, & vnicam operationem; Septimum Nicenum ſecundùm Epiſcoporum 350. celebratum Adriano Papa, & Conſtantino, & Irene Imperatoribus; Anno 787. contra Iconomachos, qui Imagines Chriſti, & Sanctorum ſpoliabant omni honore; Octauò Concilium Generale fuit Conſtantinopolitanum 4. Epiſcoporum 383. Adriano Secundò Papa, & Baſilio Auguſto, celebratum Anno 869. in cauſa Photij incluſi. Nonum Concilium Generale fuit Lateranenſe primum Epiſcoporum 309. & amplius Caliſto II. Papa, & Henrico V. Imperatore, Celebratum Anno 1122. pro recuperanda à Saracenis Terra Sancta. Decimum Lateranenſe II. Epiſcoporum, mille Celebratum; Anno 1135. ſub Innocentio II. Papa, & Lothario Imperatore contra Antipapas, & pro iure Cleri. Vndecimum Lateranenſe tertium Epiſcoporum 300. Celebratum Anno 1179. Alexandro III. & Federico I. Imperatore contra Valdenſes, & pro Reformatione.

56 Duodecimum Concilium Generale, fuit Lateranenſe quartum Patrum 1285. Celebratum Anno 1215. propter recuperandam terram Sanctam, & contrà Hæreſes Innocentio III. Papa, & Friderici II. Imperatoris; Tertiumdecimum fuit Lugdunenſi primum Patrum ferè 1000. Anno 1245. Celebratum tempore Innocentij IV. contra Federicum ſecundum, & pro terra Sancta recuperanda; Quartumdecimum fuit Lugdunenſe ſecundum Patrum, ferè 1000. Celebratum contra errorem Græcorum, Anno 1274. Gregorio X. Papa, & Rudulpho Imperatore; Quintumdecimum, Viennenſe Epiſcoporum 300. Clemente V. Papa, contra Varias Hæreſes, tempore Henricis Imperatoris; Sextumdecimum, Florentinum Patrum 141. Celebratum Anno 1438. contra errorem Græcorum, tempore Eugenij IV. Papæ, & Alberti Imperatoris; Decimumſeptimum fuit Lateranenſi V. Patrum 114. contra Schiſma, tempore Iulij II. Papæ, & Maximiani Imperatoris; Decimumoctauum, Concilium Generale, fuit Tridentinum, Anno 1545. inchoatum, & 1563. finitum contra Hæreſes Lutheranorum, tempore Pauli III. Iulij III. & Pij IV. Summorum Pontificum, & Caroli, & Ferdinandi Imperatorum 268. Patrum pro tempore, &c. Ex his Concilijs nullum eſt, quod non ſit à Pontifice approbatum, & à Catholicis recipiatur.

57 Concilia Generalia reprobata ſunt hæc; Primùm Antiochenum, Anno 345. in quo damnatus, & depoſitus fuit Athanaſius ab Arianis, & in eius locum ſubrogatus Gregorius Capadox, & via patefacta ad euertendum Concilium Nicęnum; Secundùm Mediolanenſe Epiſcoporum plusquam 300. Celebratum Anno 354. tempore Conſtantij Imperatoris, in cuius gratiam oblique Fides Catholicá damnatum eſt; Tertium Ariminenſe Epiſcoporum 600. ſub eodem Conſtantio Imperatore, Ariano celebratum Anno 263. in quo formula Fidei deturpata eſt; Quartum Epheſinum ſecundum tempore Theodoſij Iunioris Imperatoris, in quo factione Dioſcoris occiſus eſt Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Legati Papæ Leonis fugati, & Hæreſis Eurychiana confirmata eſt; Quintum Conſtantinopolitanum, ſub Leone Iſauro, contra Sanctas Imagines, celebratuum Anno 728. vbi, & Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, è Sede deiectus eſt, quia non conſenſit; Sextum Conſtantinopolitanum, ſub Conſtantino Copronymo, Anno 754. ad abolendas Imagines, celebratum, & reprobatum in 7. Synodo, act. 6. Septimum Piſanum, Anno 1511. congregatum ab Imperatore, & Rege Galliæ, & aliquot Cardinalibus cótra Iulium ſecundum Papam, & reprobatum paulò poſt in Concil. Lateranenſi, ſub eodem Iulio II. ſeſſ. 2. & 3.

58 Concilia Generalia partim approbata, & partim reprobata ſunt ſequentia; Primùm Sardicenſe in Cauſa Athanaſij, aliorumque Exulum Epiſcoporum, Celebratum ſub Iulio Primo Papa, & Conſtantino Imperatore, Anno Domini 350. à 176. Epiſcopis, quorum aliqui Fidem Catholicam confirmarunt, & alij Fidem Arianam. Secundùm Syrmenſe, Anno Domini 356. Liberio Summo Pontifice, & Conſtantio Imperatore Ariano; In hoc enim Concilio, duæ formulæ Fidei editæ ſunt, vna Catholica, altera Ariana inter ſe diſſentientes; Tertium qui ſextum Anno 692. celebratum in quo continentur Canones Trullani, qui partim ſunt reprobati à Sergio Papa; partim approbati ab Adriano Papa, & 7. Synodo, in materia depingendis Imaginibus; Quartum Francfordienſe Anno 794. Adriano I. Papa, & Carolo Magno, Francorum Regi, in quo approbatum eſt totum, quicquid ſpectabat ad Doctrinam aſſerentem Chriſtum Dominum, non eſſe Filium adoptiuū Dei, ſed conſubſtantialem ab æterno; Reprobatum quicquid erronee dictum damnando ſeptimam Synodum; Quintum Conſtantienſe Patrum ferè mille, quod cum dicit Concilium, ſupra Papam reprobatur in Concilio Florentino, & Lateranenſi vltimò; In reliquis omnibus, quæ approbauit Martinus V. recipitur à Catholicis; Sextum Baſilienſe, cuius nihil eſt ratum, & approbatum, niſi quædam diſpoſitiones circa beneficia in reliquis reprobatum à Concilio Lateranenſi vltimò, ſeſſ. 2. Septimum Piſanum 1409. in quo depoſitis, Gregorio XII. & Benedicto X. electus fuit Alexander V.

59 Concilia ob 6. Cauſas celebrari ſolent; Prima Cauſa eſt Hæreſis noua, ob quam Cauſam coacta ſunt ſeptem prima generalia Concilia; vt primum Nicenum contra Arium, & Arianos; Primum Conſtantinopolitanum, contra Macedonium, Epheſinum contra Neſtorium, Calcedonenſe contra Eutychetem; Secundùm Conſtantinopolitanum, contra Antymum, & contra Origeniſtas; Tertium Conſtantinopolitanum, contra Monothelitas, qui vnam tantùm in Chriſto ponebant voluntatem: Secundùm Nicenum, contra Iconomacos; Quartum Conſtantinopolitanum, contra Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum, circa proceſſionem Spiritus Sancti à Patre, & Filio; Lateranenſe tertium, contra Valdenſes; Lateranenſe quartum, contra errores Abbatis Ioachim; Conſtantienſe contra Vvicleffiſtas, & Huſſitas, & ante ipſum; Viennenſe contra agenda, & Beguinus Florentinum, contra errore Græcorum, & Tridentinum contra Lutherum; Secunda Cauſa inter Romanos Pontifices eſt Schiſma, & diuiſio, hac enim de Cauſa celebratum eſt Concilium tempore Cornelij, item aliud tempore Damaſi, & rurſum alia temporibus Symachi, Innocentij II. & Alexandri III. & Piſanum, atque Conſtantienſe temporibus Gregorij XII. & Benedicti XIII. Tertia eſt reſiſtentia Communi hoſti totius Eccleſiæ, hoc modò coacta ſunt Concilia, ſub Vrbano II. Caliſto II. Eugenio III. alijs Pontificibus pro bello, contra Saracenos; Item ad deponendum Imperatorem Celebrata ſunt Concilia à Gregorio III. contra Leonem III. Iconomacum à Gregorio VII. contra Henricum IV. ab Innocentio IV. contra Federicum II.

60 Quarta Cauſa eſt ſuſpicio Hæreſis in Romano Pontifice ſi fortè accide, & quod eſſet Tyrannus incorrigibilis, tunc enim deberet congregari Generale Concilium, vel ad deponendum Pontificem, ſi inueniretur Hæreticus; vel certè admonendum ſi in omnibus videretur incorrigibilis, vt dictum eſt ſupra; Quinta Cauſa eſt dubitatio de electione Romani Pontificis, ſi enim Cardinales non poteſt, aut non vellent Pontificem Creare, aut certè ſimul omnes perirent, aut aliundè verè fieret dubium ad quos pertineret huiuſmodi electio ad Concilium generale ſpectaret decernere de electione ſummi Pontificis, quamquam non eſt veriſimile, id aliquando euenturum; Sexta Cauſa eſt reformatio Generalis ab vſuum, & vitio-

rum,

rum, quæ in Eccleſia irrepunt; Quamuis enim Summus Pontifex, poſſit Leges toti Eccleſiæ præſcribere tamen longè ſuauius res agitur, cum approbante Concilio Generali Summus Pontifex eiuſmodi Leges præſcribit; hinc videmus omnia ferè generalia Concilia, Canones edidiſſe de Reformatione, quæ tamen ſuam vim, & Robur obligandi à Summo Pontifice agnoſcunt, qui tanquam Caput, non ſolùm influit in membra vſu, ſed etiam diuiſa inter ſe.

61 Eſt ſententia Catholica, quod ad Papam ſpectat conuocare Concilium generale perfectum, de quo modò loquimur adeo, quòd in nullo caſu ſine auctoritate Summi Pontificis, poteſt conuocari verum, & perfectum Concilium; Nam Concilium Eccleſiæ, non eſt legitimum, niſi congregatur in nomine Chriſti, vt dicitur Matth. 18. Congregari autem in Nomine Chriſti, nihil aliud eſſe videtur, quàm congregari auctoritate Chriſti, hoc eſt ab eo; quia Chriſto habeat congregandi facultatem; Nam in Scripturis. Illud in nomine vbique ferè accipitur pro eo, quod eſt ex auctoritate, vt Marci vltimò; In nomine meo dæmonia eijcient, & Ioan. 5. ego veni, In nomine Patris mei, Matth. 7. nonnè in nomine tuo Prophetauimus; & Actorum 4. in qua virtute, aut in quo nomine hoc feciſtis; At Chriſtus Aſcendens Eccleſiam ſuam gubernandam, in Cęlum Petro, & ſucceſſoribus eius commiſit ergo, qui congregantur ab eo, qui Petro ſuccedit in nomine Chriſti congregantur, atque adeò ad ſolùm Summum Pontificem ſpectat congregare Concilium; quia ad ipſum pertinet agenda incipere proſſequi, & complere, quia ad hoc Poteſtas quæcumque ſecularis non ſe extendit iuridice.

62 Si Concilium congregetur, vt in eo tractentur res Fidei, & ſit Sermo de habentibus votum deliberatiuum, & deciſiuum omnes Epiſcopi, & maiores Prælati ſunt neceſſariò vocandi, & nomine maiorum Prælatorum veniunt etiam Cardinales, qui ſunt collaterales Papæ, qui eſt eorum Metropolitanus; habent enim in ſuis titulis iuriſdictionem Epiſcopalem, cap. ijs quæ de maior. & obedientia; Idem dicendum. Quando in Concilio agendum eſt de rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, quoad votum deciſiuum, quia Epiſcopi, & maiores Prælati propriè ſunt de Concilio generali; Abbates, & prælati minores Epiſcopis, non ſunt de iure neceſſariò ad Concilium vocandi, vt habeant votum deciſiuum in his quæ ſpectant ad Fidem, & ad res, & perſonas Eccleſiaſticas; *Probatur* per id quod dicit Innocent. in cap. graue de præbendis, vbi dicit quod in Concilijs prouincialibus, non ſunt neceſſario Abbates vocandi, ergo à fortiori, nec vocandi ſunt ad Concilia generalia; illicitum namque eſt eum, qui non ſit in ordine Sanctiſſimorum Epiſcoporum Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus; Hodie tamen inoleuit conſuetudo, quod etiam Abbates, & Generales minorum ordinum Religioſorum, & omnes qui cum promouentur ad dignitatem curant venire ad Synodum; Ita legimus factum in Concilijs Generalibus, Conſtantienſi, Baſilienſi, & Tridentino.

63 Quoad votum conſultiuum nedum in rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, ſed etiam in rebus Fidei poſſunt, & debent de honeſtate vocari etiam Inferiores Clerici maximè viri Doctiſſimi, & prudentes quinimò etiam Laici, quia vocantur vt conſulant, non autem vt decidant, quòd patet ex forma ſubſcriptionum, quæ ſiunt in Concilijs, ex qua conſideratur diuerſitas inter maiores, & minores, inter Epiſcopos, & alios Inferiores; nam ſi eſt Epiſcopus eius forma eſt, ego Petrus Epiſcopus N. iudicans ſubſcripſi; Alij vero Presbyteri; Ioannes Presbyter, vel Archimandrita talis Monaſterij ſubſcripſi; Quando in Concilio tractantur ea, quæ concernunt Laicos, ſiuè ſint merè Eccleſiaſtica, ſiuè merè ſpiritualia non ſunt Laici vocandi neceſſariò vt decidant, & definiant in Concilio; vt patet in cap. Principes 23. q. 5. ex dictis colligitur, qui ſint à Concilio repellendi; Quorum primi

ſunt

ſunt Hæretici, vt in cap. cum quibus 1493. niſi fortè eſſent admiſſi ad ſedandam Hæreſim, vt factum legimus in Concilio Conſtancienſi, vbi duo Hereſiarchæ Ioannes Hus, & Hieronymus de Praga combuſti fuerunt, quia in feliciter ſuam cauſam tractarunt.

64 Secundò repellendi ſunt Schiſmatici, ex cap. cum quibus 1493. quia cum his non eſt communicandum, niſi propter dictam Cauſam; Ideò in Concilio Florentino, vbi interfuit Imperator Græcorumi, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, cum multis alijs Prælatis Eccleſiæ Orientalis. In quo Concilio præſidente Eugenio IV. facta fuit vnio inter Græcos, & Latinos, & ibi reducti ſunt Græci, Armeni, Iacobini, vt patet in Decretis ſuper hoc editis, & ſedatum eſt Schiſma, & Hæreſis eorum; confeſſique ſunt Spiritum Sanctum à Patre, & à Filio procedere, & nam à Patre tantùm, vt ipſi credebant; Item quod Chriſti Corpus in azimo, & triticeo pane conſecrarent, ac Purgatorij locum crederent, & Romanum Pontificem, verum Chriſti Vicarium, & B. Petri ſucceſſorem legitimum agnoſcerent, vtpotè qui primùm in orbe terrarum locum tenere debet, & cui Orientalis, & Occidentalis Eccleſia meritò parere debet, quæ vnio, & concordia non fuit acceptata, vt dicit Cardinalis Turrocremata; Tertiò repellendi ſunt Infideles, atque etiam notoriè excommunicati, & vt tales declarati cum ſint priuati participatione Sacramentorum, & Communione Fidelium, vt in cap. à nobis de exceptione. Quartò repellendæ ſunt mulieres pro cap. Mulier diſt. 23. & cap. Noua de pęnit. & remiſs.

65 Soli Prælati maiores, atque hi omnes ideſt Epiſcopi ordinariè, & de Iure in Concilijs Generalibus ſuffragium deciſiuum habent; diximus ordinariè, & de Iure, quia de conſuetudine, & ex Priuilegio Abbates, & Generales Ordinum licèt non ſint Epiſcopi votum deciſiuum habent Presbyteri autem, & Diaconi, Cardinales de Iure (vt creditur) habent vocem deciſiuam, hæc veritas probatur, quia definire in Concilijs ea, quæ ſunt credenda, vel agenda proprium eſt munus Paſtorum, id enim propriè eſt paſcere, ideſt docere, & ita docere, vt teneantur ſubditi credere, iuxtà illud Ierem. 3. dabo vobis Paſtores ſecundùm cor meũ, & paſcent vos in ſcientia, & Doctrina, & licèt Epiſcopus titularis tantùm ſit de iure, tamen habet votum deciſiuum, quia retinet dignitatem Epiſcopalem, vt dicitur in Clementinis; Quamuis de foro Compet. & in plerìſque de electione; è contrà ſi aliquis Epiſcopus haberet plures Eccleſias Cathedrales inuicem annexas, vt in cap. 1. ne Sede vacante non habebit, tamen in Concilio duplex Suffragium, ſed vnum tantùm, quia ambe Eccleſiæ reputantur pro vna, & vnita aſſumit partes illius, cui vnitur, & idem dicitur Epiſcopus vtriuſque, & Sedes Epiſcopalis cui vnitur, quòd maximè verum eſt, quando vna eſſet vnica, alteri extinctiuè, ideſt extinguibilis.

66 Secundùm ſenſum omnium Catholicorum præſidere in Concilijs, vel per ſe, vel per ſuos Legatos eſt proprium munus Summi Pontificis, tanquam ſupremi, ſupremè res Concilij moderantis; Prima pars probatur, quia ſicut Chriſtus in omnibus Concilijs ſpiritualibus præſidet; iuxtà illud promiſſum ſuum, ibi ego ſum in medio eorum, Matthæi 18. & cum in Carne, eſſet omnibus Apoſtolis, quorum ſe Patrem, & Paſtorem appellabat, ipſoſque Filios, & oues, iuxta illud Lucæ 22. Ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, & Ioan. 10. Ego ſum Paſtor bonus, &c. ſic etiam D. Petrus, in omni Conuentu Apoſtolis præſidebat; Primùm in electione noui Apoſtoli; ſtans Petrus in medio fratrum dixit, &c. Deindè in Concilio Apoſtolico, Actor. 15. Surgens Petrus dixit ad eos; Ita etiam Romanus Pontifex, cum ſit verus Petri ſucceſſor eius, vt in omni Concilio fratrum præcidere; eſt enim Summus Pontifex Paſtor, & Pater totius Eccleſiæ, adeò vt etiam Epiſcopi, & Principes omnes, reſpectu Summi Pontificis oues, & Filij dicantur, vt notum eſt ex illo

ex illo, Ioann. vltimò. Paſce oues meas, quas in multis paſcere debet; Primò exemplo bonorum operum; Secundò Doctrina ſana; Tertiò correctione, qui cibi ſuo loco, & tempore ab eo miniſtrari debent, & in Concilijs Generalibus opportunè diſpenſantur, & omnibus ouibus per immediatos Paſtores paſtorali vigilantia diſtribuuntur. Secunda pars non indiget probatione, nam perpetua Eccleſiæ praxis clarè oſtendit in omnibus Generalibus Concilijs approbatis, in quibus Summus Pontifex perſonaliter, interfuiſſe per ſuos Legatos.

66 Quoniam dicitur etiam Imperatores in Concilijs præſediſſe notandum eſt, quòd præſidere in aliqua multitudine congregata, ſtat tripliciter vno modò ad externam, tantùm collectæ multitudinis pacem, & vt omnia ordinatè tractentur, quòd fieri poteſt etiam per eum, qui in illam multitudinem auctoritatem non habet, ſic Imperatores Concilijs Generalibus interfuiſſe, & præſediſſe interdum dicuntur, aliò modò in multitudine congregata præſidere eſt primùm locum obtinere primò loco loqui in definiendo, tamen parem eſſe; vt contingit in diuerſis Senatibus ſæcularibus; ſic ſunt aliquis dicentes Summum Pontificem, ſolùm hoc modo præſidere in Concilijs quòd falſum eſt; Tertiò modo contingit præſidere, cũ auctoritate definiendi, vel confirmandi definita, atque ita in omnibus Concilijs Generalibus, Romanus Pontifex, tanquã Caput Vniuerſalis Eccleſiæ præſedit per ſe, vel per ſe, vel per Legatos ſuos; & quoad ipsã ſententiã ferendam Romani Pontificis Legati, non ſolùm primi dicere, ſed, & dicendo cæteris Epiſcopis præſcribere ſolebãt, itaut in eorũ ſententia cæteri omnes Epiſcopi, neceſſariò deſcendere debuerint.

68 Nec tamen propter hoc ſequitur, quòd Cæteri Epiſcopi non definiant, aut Conſiliarij tantùm ſint, & non etiam Iudices in Concilijs, quoniam, & ſi Romanus Pontifex, vel eius Legati inter ſint, cum auctoritate definiendi, & determinandi, atque hac ratione cæteris omnibus præſideant, tamen omnes Epiſcopi, vt Eccleſiarum Epiſcopi, & Animarum Paſtores iudicant: licèt in Iudicando ſententiam alienam ſequantur; Denique Epiſcopi in Concilijs ſic iudicant, vt tamen ſinguli ſeorſum ſum errare poſſint; Immò aliquãdo maior pars errauit, vt manifeſtum eſt in Conc. Calcedonenſi, Actione 5. & act. vlt. ſed, & Ariminenſe totum, & maximũ Concilium, in definitione fidei errauit ab Arianis deceptum, ſolus autem Petrus, & eius ſucceſſor, ne erraret accepit à Chriſto fidei indefectibilitatem, idque in eum finem, vt fluctuantes Fratres, & Epiſcopos confirmaret in fide, Lucæ 22. eius ergo eſt ſic iudicare cum cæteris, vt tamen aliorũ iudicia corrigere valeant, quòd eſt circa definitionem fidei præſidere, quod eſt ſummoperè notandum; quod totum patet ex Concil. Generali Epheſino, in condemnatione Neſtorij, vbi profitetur ſequi ſen. tentiam Cæleſtini Papæ, qui in Concilio præſidebat per ſuum Legatum, qui fuit Cyrillus Alexandrinus.

69 Concilium illegitimum, ideſt ſine Papæ auctoritate congregatum poteſt errare in omnibus, quia eſt Schiſmaticũ, & longè à Spiritu Sancto, qui eſt Deus pacis, & non diſſenſionis, nec meretur nomen Concilij, ſed Conciliaboli; E contra Concilium Plenarium legitimè congregatum etiam Papa præſente, poteſt errare in Iudicialibus, Ciuilibus, & Criminalibus ferendo ſententiã contra aliquem, vel pro aliquo; Probatur quia tunc Concil. etiam poſt confirmationem, non ſequitur teſtimonia infallibilia, ſed humana quæ falli, & fallere poteſt; Item nec aſſiſtit ei Spiritus Sanctus in illa materia, quæ non eſt de neceſſarijs ad ſalutem, poteſt etiã errare in materia Philoſophiæ, vt errauit Conc. Nicænum 2. dicens Angelos eſſe corporeos, cuius oppoſitum dicit Concil. Later. vt refertur in cap. firmiter, de Summa Trin. & fide Cath. poteſt etiã errare in materia de apicibus iuris, quia in Conc. Vien dicitur in rebus vſu conſũptibilibus vsũ diſtingui realiter à Dominio, cuius contrarium definiuit, Ioan. 22. quàm ſequũtur plurimi ſecundùm quorũ ſententiã Conc. errauit; In qua tamen re non errauit Concil. nec Ni-

colaus 3. vt habetur in 6. cap. exijt de Verborum ſignificatione, quem ſecutus eſt Clemens V. in Concilio Viennenſi; ſed errauit Ioannes 22. nec eſt inconueniens, quia hæc omnia non ſunt neceſſaria ad ſalutem.

70 De Fide eſt Concilium plenarium legitimè congregatum, in quo eſt Papa præſens, vel ipſum confirmans; non poſſe errare in definitionibus Fidei, & morum; Probatur, quia alias erraret Papa, quòd falſum oſtendetur infrà; Secundò probatur Spiritus Sanctus aſtitit in primitiua Eccleſia, ne erraret in definitionibus Fidei; Dicitur enim Actuum 1.5. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis vbi non eſt Sermo ex reuelatione, ſed ex ſtudio, vt modò fit in Concilijs, ergo adeſt modò Spiritus Sanctus, in Concilijs plenarijs à definiendas res Fidei, & morum; Probatur conſequentia, quia tunc aſtitit, quia veritas Fidei erat neceſſaria ad ſalutem, ſed modò etiam veritas fidei, & morum ſunt neceſſariæ ad ſalutem, ergo &c. Item de Fide eſt Deum non deficere in neceſſarijs, ſed certa Fides, & recti mores ſunt neceſſarij ad ſalutem, ergo in his Deus non deficiet; Deficeret autem ſi Concilium, de quo loquimur erraret, nihil enim haberemus certum de Fide; Item de Fide eſt Scripturam Diuinam eſſe Canonicam, ergo de Fide eſt Concilium non poſſe errare, quia Scriptura recipitur à Concilio, quòd ſi poſſet errare vniuerſa Fides, & eius fundamentum rueret; Item Vniuerſale Concilium rappræſentat totam Eccleſiam Catholicam, & quòd ibi definitur, ac ſi à tota Eccleſia definiretur, at Eccleſia Catholica, & vniuerſalis, & infallibilis veritatis in Fide, & moribus ergo, & Concilium eſt infallibilis veritatis in Fide, & in moribus.

71 Concilium Generale legitimè congregatum, vbi non adeſt Papa perſonaliter, ſed tantùm eius Legati, etiam ante confirmationem eſt infallibile in cauſis Fidei, & morum definiendis; Probatur omnibus Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Epiſcopis legitimè congregatis, promiſſa eſt aſſiſtentia Spiritus Sancti in omnibus neceſſarijs ad ſalutem, quales ſunt res Fidei, & morum, ergo errare in illis non poſſunt; Conſequentia ex dictis eſt nota; Probatur antecedens, ex illo Ioannis 14. ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis Spiritum veritatis, vt maneat vobiſcum in æternum; Item ſi dictum Concilium poſſet errare ſequeretur nullum eſſe diſcrimen inter illud Concilium, & Concilium Prouinciale; vtriuſque enim infallibilitas penderet à Papæ confirmatione; Conſequentia eſt notiſſima; ergo tale Concilium legitimè congregatum cum ſola præſidentia Legatorũ Papæ, etiam ante Confirmationem eſt infallibilis veritatis in rebus Fidei, & moribus definiendis. Nihilominus verùm etiam eſt definita à tali Concilio, non ſunt recipienda tanquam de Fide, donec ſint per Papam confirmata; Probatur exemplo multorum Conciliorum, quæ refert Caſtro de iuſta Hæreticorum punitione, lib. 1. cap. 6. quorum confirmatio petita fuit à Papa tunc gubernante.

72 Concilia Prouincialia, & Diæceſana poſſunt errare in Cauſis Fidei, & morum, niſi per Papam confirmentur, Quòd Concilia Prouincialia probatur; Exemplo Concilij Carthaginenſis 80. Epiſcoporum, in quo præfuit D. Ciprianus, quòd errauit definiendo Baptizatos ab Hæreticis eſſe à Catholicis rebaptizandos, & tamen fuit Nationale celeberrimum Legitimum copioſum Epiſcoporum (vt dictum eſt) 80. quorum plerique Martyres, aut Confeſſores Fidei fuerunt, vt patet ex Epiſtola D. Cypriani ad Iulianum; Item Concilium Aquis granum errauit definiendo Imagines eſſe tollendas, & ratio eſt, quia Prouincialia non rappræſentant vniuerſam Eccleſiam, ergo errare poſſunt in Cauſis Fidei, quia ideò Concilia Generalia errare nequeunt, quia rappræſentant totam Eccleſiam, quæ errare non poteſt ipſis autem errantibus tota Eccleſia erraret, vel quia Concilium Generale non ſit, ſine Summo Pontifice, pro quo Chriſtus orauit ne deficeret Fides eius,

at nul-

at nulla harum Cauſarum locum habet in Concilio Prouinciali; Idemet à fortiori dicendum eſt de Concilio Diœceſano, quòd ex ſolis Presbyteris conſtat cum ſuo Epiſcopo Præſide.

73 Quòd verò Concilium prouinciale, non poſſit errare, ſi confirmetur à Papa; quia Papa non poteſt errare in fide, nec in Cauſis fidei definiendis, vt infrà probabitur ergo nec Concilia, quæcumque per Papam confirmata; quia talia Concilia Confirmata potiùs ſunt Decretum Papæ, quàm Concilia Prouincialia, vel Epiſcopalia; Probatur ſecundò exemplis, quoniam Pelagius, & eius errores damnati ſunt in Synodis Prouincialibus, videlicèt Mileuitana confirmata ab Innocentio I. & Cartaginenſi, & Arauſicana confirmatis à Leone I. & Bonifacio confirmatis; Iouinianus quoque, & Elnidius damnati ſunt in Concilio Telenſi, confirmato à Syriaco Pontifice; Deindè Priſcilianus damnatus eſt in Concilio Toletano 1. Confirmato à Leone Primo; Berengarius Eccleſiæ Andegauenſis Diaconus, cum peſtiferam per totas Gallias hæreſim diffudiſſet contra admirabile Euchariſtiæ Sacramentum, Hildebrandus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Legatus, Victoris Secundi, qui tunc Vniuerſali præerat Eccleſiæ illius hæreſim damnauit; eam tamen Nicolaus Pontifex huius nominis ſecundus, qui Victori in Pontificatu ſucceſſit Concilio 113. Epiſcoporum Romæ coacto poſteà damnauit, quàm ſententiam dari non fuiſſet opus ſi ſatisfacere omnibus poſſet; Hildebrandi Legati definitio.

74 Dices; eſt promiſſio vniuerſalis illa Chriſti, Matth. 18. vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum ego ſum, ergo vbique aſſiſtit congregatis in nomine eius, ergo tàm Concilio Prouinciali, quàm Generali in definitionibus fidei, & morum; ergo ſi vnum non poteſt errare, nec aliud. Reſpondetur negando ſequelam, & eius probationem, non enim eſt eadem ratio infallibilis aſſiſtentiæ Diuinæ, vtrobique quamuis ſit eadem promiſſio Diuina, ſed differrenter implenda, nam quia in Concilio Generali eſt ſimpliciter neceſſarium ne contingat error in fide, & moribus indefiniendo, indè ibidem ſemper, & infallibiliter adeſt illuminatio Diuina promiſſa, non ſic in alijs congregationibus, ſiuè etiam Perſonis præter Papam; Quibus proindè nonniſi quando, & quomodo oportuerit ad ſalutem, & Deo placuerit ea fiet illuminatio repromiſſa Diuinitus, & ratio differentiæ vtriuſque aſſiſtentiæ, & promiſſionis fundatur in alia ſpeciali promiſſione Diuina facta illis verbis, Lucæ 22. facta Petro eiuſque pro tempore ſucceſſoribus, nempè rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma Fratres tuos, ſola fides Petri ex hac promiſſione eſt infallibilis; euacillantes Fratres à ſolo Petro confirmantur in Concilijs, ergo in Concilio Prouinciali non eſt infallibilitas, niſi veniat ipſi à ſucceſſore Petri, qui eſt Papa.

75 Definitiones Conciliorum Generalium à Summo Pontifice approbatorum, quamuis ſint Infallibiles non ſunt tamen annumerandæ cum Scriptura Diuina; Quia Papa, & Patres Concilij non loquuntur ex ſibi facta reuelatione immediatè, nec ex ſcientia infuſa, quod requiritur ad Scripturam Diuinam, ſed loquuntur ex ſcientia aquiſita, & humano Ingenio aſſiſtente, tamen Spiritu Sancto ne errent, quod patet ex 1. Apoſtolorum Concilio, Actuum 15. nam Apoſtolis, & Presbyteris in Synodum Hieroſolimitanam congregatis, non ſtatim reuelatum eſt, quid eſſet in fidei Cauſa decernendum, ſed facta eſt priùs, vt D. Lucas, ait magna conquiſitio, & in Nicęna Synodo, vt Ruffinus tradit lib. 10. c. 5. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ per ſingulos dies agitabatur Conuentus, nec facilè, aut temere de re tanta ſtatuere audebant Patres, euocabatur frequenter Arius in Concil. & aſſiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebátur, &

quid aduerſum hęc teneri deberet, aut ſtatui ſumma deliberatione quærebatur. Ita poſt diutinum multumque tractatum firmiſſima omnium ſententia; Arius condemnatus eſt, ex quo perſpicuum eſt non dormientibus, & oſcitantibus. Patribus Spiritum Sanctum aſſiſtere, ſed diligenter humana ratione quærentibus rei, de qua diſſeritur veritatem.

76 Maxima pars eorum, quæ ſunt in Concilijs ad fidem non pertinent, non enim ſunt de fide diſputationes, quæ præmittuntur, neque rationes quæ adducuntur, neque ea quæ ad explicandum, & illuſtrandum afferuntur, ſed tantùm ipſa nuda Decreta, & ea non omnia, ſed tantùm eaque ponuntur tanquã de fide; Ex quo non ſequitur argumentum, quòd contra Scotum de diſtinctione formali relationum ab Eſſentia Diuina, (quòd ex Concilio Tridentino ſumitur) vbi dicitur Diuina ſubſtantia, & perſona re quidem ſunt ſecundum autem intellectionis noſtræ videntur differre, & ſeſſ. 19. loquens de eſſentia, & perſona ait; Haudquaquam putare debetis, quòd re differunt; quandoquidem ſola ratione creduntur, & ſeſſ. vltima, ex conſenſu omnium Epiſcoporum Latinorum, ſcribitur Diuinam ſubſtantiam à tribus Hypoſtatibus non re, ſed ſola ratione differre; Quòd quidem Argumentum contra Scotum, nihil concludit; Quia Concilium non procedit ibi definiendo, ſed diſputando; In diſputationibus autem Concilium ſemper opiniones communiores accipit, vt aduerſitatis inquiſitionem procedat. Concilia interdum aliquid definiunt non vt certum, ſed vt probabile patet de Concilio Viennenſi, quòd decreuit tenendum, vt probabilius Infantibus in Baptiſmo infundi gratiam, & virtutes. Ita Clementina vnica de Summa Trinit. & Fide Catholica.

77 Et in ipſis Decretis de fide non Verba, ſed ſenſum tantùm ad finem pertinent; Non enim eſt Hæreticum dicere in Canonibus Conciliorum, aliquod Verbum eſſe ſuperuacaneum, aut non rectè poſitum, niſi fortè de ipſo Verbo ſit Decretum formatum, vt in Concilio Nicæno decreuerunt recipiendam vocem Homouſion, & in Epheſino vocem Teotocon. Quæ in Conciliorum, vel Pontificum Decretis, vel explicandi gratia inducuntur, vel etiam obiter, & in tranſcurſu præter inſtitutum præcipuum, de quo erat potiſſimum controuerſia, ea ad fidem non pertinent, ideſt non ſunt fidei Catholicæ definitiones; Quòd ex eo patet, quia in c. firmiter de Summa Trin. dicitur Angelos eſſe incorporeos, & tamen id non eſt fidei Decretum, cum poſt decretalem illam nonnulli, & Philoſophi, & Theologi falsò quidem, ſed citra Hæreſi notam contrarium aſſeruerunt; nam vt explicaret Synodus, id quòd fides Catholica tenet; Deum nempè eſſe Creatorem omnium viſibiliũ, & inuiſibilium adiecit corporalium, & incorporalium, quas particulas eſponendi, non definiendi gratia adiectas eſſe conſtat; nam etiam Concilia habent verba, quibus non ſolùm ſuas definitiones firmant, ſed etiam clarè proponunt, & defendunt.

78 Non omnia quæ probantur à Papa, vel à Concilio plenario ſunt de fide, ita vt oppoſitum ſit Hæreticum, quia Hiſtoriæ Martyrum approbantur à Papa, & recitantur in Horis Canonicis, & tamen non ſunt de fide tenendæ, Gelaſius etiam Papa in cap. Sancta Romana, diſt. 15. approbat multa ſcripta Doctorum; Quæ tamen non ſunt de fide; Illa, quæ approbantur à Papa, vel ab aliquo Concilio plenario, quæ ſolùm ad aliquam particularem Eccleſiam ſpectant, & non ad vniuerſalem non ſunt de fide tenenda, quia fides omnium eſt vna, ſed quòd ſpectat ad aliquam particularem Eccleſiam non obligat, omnes ergo non eſt de fide, & Confirmatur, quia certitudo fidei Iudicibus à Deo conſtitutis, non propter Eccleſias priuatas promiſſa, & conceſſa eſt, quæ ſingulæ errare poſſunt, ſed propter vniuerſalem, quæ errare non poteſt; Inſuper Sixtus IV. Papa, Inſtituit Feſtum Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, celebrari

lebrari ab illis, quibus placuerit tantùm, atque adeò non eſt tenendum, de fide Virginem Mariam Conceptam fuiſſe ſine labe Originali, ſed ſolùm eſt opinio probabiliſſima, & Communi Iudicio veriſſima, quamuis Papa in ſua Bulla de iſta materia hoc non declaraſſet.

79 Dictum eſt ſuperiùs Concilium Generale plenarium approbatum, & Confirmatum à Papa, non poſſe errare in rebus fidei, & morum definiendis: modò addimus, idem Concilium eaſdem res de fide, & moribus poſſe validè proponere Credendas de neceſſitate, & obligare vniuerſos fideles ad eas credendas; & tunc maximè, quando in Decreto Papæ, vel huiuſmodi Concilij, ponitur contrarium aſſerentes eſſe habendos, vt Hæreticos, & tunc illud Decretum eſt de fide; Exemplum eſt in cap. damnamus de Summa Trinitate, vbi damnatur error Abbatis Ioachini; Item quando in Decretis Papæ, vel Concilij ponitur pæna Anathematis, maledictionis, alienationis, ſeparationis, vel diuiſionis, (quæ omnia idem ſignificant) talia Decreta ſunt de fide, per illam enim pęnam contrarium ſentientes Iudicantur ſeparati ab vnitate Eccleſiæ, & per conſequens Hæretici; Item quando in talibus Decretis ponitur pœna excommunicationis ſignum eſt quòd ſunt de fide; Adde illud eſſe de fide, quòd per Concilium tale expreſsè, & propriè fidelibus firmiter credendum proponitur, vt ſi dicatur illud tanquam dogma fidei eſſe accipiendum.

80 Si quis plenius vellet informari in hac materia Conciliorum videat Thomam Valdenſem, lib. 2. Doctrinæ fidei, cap. 26. & 27. Ioannem de Thurrecremata, lib. 3. Summæ de Eccleſia, Ioannem Gerſonem, in Tractatibus varijs de Poteſtate Eccleſiæ, & Conciliorum, Dominicum Iacobatium, in lib. 10. de Concilijs, Dionyſium Carthuſianum, in Libris tribus de Concilijs; Ioannem Ecchium in Enchiridion, Iodotum Chiloucum, in defenſione Concilij Senonenſis, & Iodocum Ziletanum, in defenſione Concilij Tridentini, Caietanum in Opuſculis, Albertum Pighium, in lib. 6. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ; Ioannem Cocleum, in lib. de Concilijs, Roſenſem contra Lutherum, art. 28. & 29. Cardinalem Hoſſium, in Explanatione Symboli, cap. 28. & lib. 2. contra Prologomena Brentij Petrum à Soto in defenſione ſuæ Confeſſionis, contra Brentium Canum, lib. 2. de locis Theologicis, Alfonſus à Caſtro, lib. 1. contra Hæreſes, Franciſcum Horantium, lib. 2. de Locis, contra Caluinum Stapletonium Controuerſia 6. q. 3. Bellarminum, lib. 1. & 2. de Concilijs, & Eccleſia, & Franciſcum Aretinum in 3. ſent. diſt. 25. q. 3.

81 Nulli dubium eſt; Caput primum, & principale Corporis Myſtici Eccleſiaſtici, in quòd tendit fides noſtra; quodque influit membris gratiam, & iuſtitiam eſſe Chriſtum Dominum noſtrum; quem (vt dicit Apoſtolus ad Epheſ. 1.) dedit Pater, caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt Corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet, & ad Coloſs. 1. ipſi eſt caput Corporis, qui eſt principium Primogenitus ex mortuis; eſt quoque Chriſtus fundamentum, atque lapis angularis fidei, atque Eccleſiæ cui fundamento, & lapidi hæremus per fidem, ſic dicit Apoſtolus 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id, quod poſitum eſt ſcilicèt Chriſtus, ſuper iſtud fundamentum ſuper iſtum lapidem debemus ædificari, & fundari tanquam lapides viui in domos ſpirituales 1. Petri 2. Vltra hoc caput influens in membra fidem, ſpem, gratiam, ſiuè Charitatem, & alia dona ſupernaturalia, eſt aliud caput eiuſdem Corporis Miſticum ſecundarium, & Miniſteriale Petrus, & ſui ſucceſſores, in quòd Caput credimus, & ei obedimus, veluti Vicario Chriſti; Hunc Vicariū inſtituit Chriſtus, antequā aſcenderet Cęlum, illis Verbis paſce oues meas; ſed dubiū ex his verbis reſultat non parui momenti, donec

contemnendum, an inter oues Chriſti cæteri Apoſtoli pariter numerentur; Ideſt an Petrus habuerit Poteſtatem ſuper alios Apoſtolos.

82 Pro deciſione huius dubij notandum eſt, quòd Apoſtoli Chriſti dupliciter ſunt conſiderandi; Primò quatenus Apoſtoli; Secundò quatenus oues Chriſti, & Eccleſiæ membra; Munus Apoſtolicum eſt Quadruplex, vt optimè conſiderauit D. Thomas ſuper illud D. Pauli 1. Cor. 12. quoſdam poſuit in Eccleſia Apoſtolos, &c. Primùm eſt facultas prædicandi Euãgelium in vniuerſo orbe, ex illo Matth. 28. Euntes docete omnes Gentes, &c. & Marci 16. Prædicate Euangelium omni Creaturæ. Secundùm fuit poteſtas faciendi miracula in confirmationem Prædicationis Euangelicæ, ex illo Lucæ 9. conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis dedit eis Poteſtatem ſuper omnia Dæmonia, & vt languores curarent Marci vltimò; Illi autem Prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & Sermonem confirmante ſequentibus ſignis; Tertium fuit Poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis ſuper omnes fideles totius orbis in vtroque foro ex illo, quodcumque ligaueritis, &c. & quorum remiſeritis peccata, &c. Quartum fuit facultas ſcribendi Libros Canonicos, ideſt Diuinam Scripturam, iuxtà illud Ioan. 15. iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis, atque ita habuerunt reuelationem à Chriſto, omniumque neceſſaria, & vtilia erant Eccleſiæ.

83 Iuxtà hæc quatuor munera Apoſtolica, omnes Apoſtoli ſunt æquales, D. Petro in Apoſtolatu reſpectu totius orbis, & hanc auctoritatem immediatè receperunt; Patet ex ſupradictis; Confirmatur ex D. Apoſtolo Paulo ad Galatas 1. dicente ſe eſſe Apoſtolum, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, & Iterum, cap. 2. qui videbantur eſſe, aliquid ideſt alij Apoſtoli, nihil mihi contulerunt ſcilicet auctoritatis, quaſi dicat ſe à Chriſto auctoritatem Apoſtolatus recepiſſe non ab alijs Apoſtolis, vt aliqui Inimici eius putabant; De alijs Apoſtolis non eſt locus dubitationi, nam claræ ſunt Scripturæ citatæ; Primò quoad munus prædicationis; Pro quo nota, quod Apoſtoli duabus vicibus à Chriſto immediatè miſſi ſunt ad Prædicandum ſemel per vniuerſam Iudæam in omnes Ciuitates, quo ipſe erat venturus; Lucæ 10. & Matth. 10. quàm Prædicationem authoritate Chriſti immediatè recepta Ijdem Apoſtoli confirmauerunt ſignis, & miraculis; Secunda vice miſſi ſunt per Vniuerſum Orbem, vt patet ex Matth. 28. & Marco 16. vbi dicit Deum cooperaſſe, & Sermonem confirmaſſe ſequentibus ſignis.

84 Diuus Petrus fuit immediatè inſtitutus à Chriſto Paſtor omnium fidelium etiam Apoſtolorum; Probatur primo ex Scripturis Sacris; in quibus ex Simone Ioannis mutato nomine à Chriſto vocatus eſt Cephas, Ioann. 1. ideſt Petrus inſinuans ipſum futurum fundamentum ſuæ Eccleſiæ, vt dicere poſſet, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam; Secundò Matthæi 16. inquit Chriſtus Petro, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, quibus Verbis docet Chriſtus; Ideò Petri cognomine à ſe ante illum donatum fuiſſe, quia ipſe futurus erat vera Eccleſiæ ſuæ Petra, ideſt rupes, & fortitudo inuicta, nempè ædificandæ Eccleſiæ ſuæ fundamentum, primus Architectus indefectibilis Magiſter, & ſupremus Paſtor; Ita Germanè oſtendunt ſenſum litteralem horum Verborum, Griſoſthomus, Hilarius, & Theophilatus, & D. D. Hieronimus; Ideò ſenſus illorum Verborum ex dictis, & pluribus alijs Patribus ſic colligi poteſt; Quia tu me Chriſtum filium Dei naturalem, & Redemptorem Mundi confeſſus es, & ego dico tibi, &c. ideſt quod ego habeo per naturam, do tibi per gratiam, quia ſcilicet tu es Petrus, ideſt Petra fundamentalis, & caput Eccleſiæ poſt me, et pro me, nam ſuper hanc

Petram

Petram ædificabo Eccleſiam, etc. Tibi dabo Claues Regni Cœlorum, tanquam meo Vicario, quas ego habeo, vt Princeps ſecundùm Apoc. 3.

85 Lucæ quoque 22. ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos; circa quæ Verba, valdè notandum eſt, quod in communi omnium Apoſtolorum periculo ſolùm Petrum Chriſtus confirmat in fide; Satanas inquit expetiuit vos vt Cribraret ſicut triticum; Ego autem oraui pro te; ex quo enim manifeſtè oſtēdit Chriſtus, quòd Petri tanquam Capitis cæterorum maiorem curam habuit, vt videlicet per illum, poſteà alij confirmarentur, vt notant Leo Magnus in Sermone Anniuerſario Aſſumptionis ſuæ, & D. Auguſtinus in Libro de QQ. veteris, & noui Teſtamenti q. 79. & Serm. 124. de Tempore; Pro fide autem Petri in ſpecie rogauit Chriſtus, vt ille conuerſus confirmaret Fratres ſuos; quæ Verba planè oſtendunt Petro datam eſſe curam cæterorum omnium etiam ipſorum Apoſtolorum; Nam Fratrum nomine Apoſtolos Chriſtus intelligit, de quibus dixit, quòd Satanas expetierat eos cribrare, &c. Deindè confirmare Fratres, ideſt ipſos Coepiſcopos collegas, & comminiſtros eſt proprium firmæ Petræ, cui cæteri omnes innitantur qualem Petrum futurum Chriſtus, Matth. 16. promiſerat.

86 Demum Ioannis 21. apertis Verbis Chriſtus Petrum Supremum totius Eccleſiæ Paſtorem conſtituit, dicens ei per repetito Sermone. Paſce agnos meos, Paſces oues meas, vnde nota quòd poſt Reſurrectionem, poſt datam cæteris Apoſtolis remittendi peccata poteſtatem, Ioan. 20. Iam iam ad Patrem aſcenſurus, atque adeò, aut tunc, aut numquam Vicarium conſtituturus. Hæc Verba Petro dixit, vt notauit D. Ambroſius ſuper Lucam lib. 10. cap. 24. Chriſtus (inquit) eleuandus in Cœlum Amoris ſui Vicarium Petrum reliquit; Secundò nota quod exigit Chriſtus à Petro dilectionem plus cæteris; Simon Ioannis, diligis me plus his? quia diligenti plus cæteris datur poteſtas paſcendi pluſquam cæteris, Notauit hoc Diuus Ambroſius, loco ſuprà citato, dicens quia plus profitetur ex omnibus antefertur; Tertiò nota, quòd dicit oues meas indefinitè, & generaliter vt alibi Animam meam, pono pro ouibus meis, Ioan. 10. ideſt pro ſalute totius Mundi, Ioan. 2. & erit vnum ouile, & vnus Paſtor principaliter Chriſtus miniſterialiter Petrus; Quartò nota quòd propter tantam Verborum ſignificationem, ex hoc potiſſimum loco Patres primatum Petri colligunt.

87 Ratio quoque ipſa ſuadet, nam ſi controuerſia inter Paſtores oriatur de rebus fidei, vel negotijs Eccleſiaſticis, quæ ad ſæcularium hominum cognitionem referri non debeat, nemo erit ordinarias Iudex, qui litibus diſcernendis partes diſſentientes ad concordiam conſenſumque reuocet; Item frequenter occurrunt negotia, quæ ad vniuerſæ Eccleſiæ vtilitatem conſtituenda ſunt omnibus Chriſtifidelibus denuncianda, atque mandanda, quæ niſi ab vno Paſtore imperari comodè, & ſuſcipi cum fructu non poſſunt, quod in multis clarè demonſtrari poſſet, ſed ſufficiat exemplum de noui Calendarij editione, quæ diſperſis toto orbe terrarum Chriſtianis, niſi à totius orbis Præfectò proponi non potuit; Item ad Generalia Concilia indicenda, & totius orbis Epiſcopos Primates, & Patriarchas conuocandos neceſſaria eſt vnius omnium ſuperioris auctoritas, qua Conuentus diuerſiſſimis ex orbis oris, ac regionibus conuocetur, qui cum nullus, nec per Europam, quidem ſit ſæcularis (Imperatori enim vix Germaniæ pro ceres obtemperant, ne dum Hiſpani, Itali, Galli,) erit vtique vnus Prælatus Eccleſiæ, Sacrorum Antiſtes, cuius omnia nutui, & piè voluntati debeant adhærere.

88 Petrus conſtitutus Vicarius Chriſti hanc ſupremam poteſtatem, & ſupremum munus, dum vixit exercuit; nam primò pronunciat Iudam proditorem Apoſtolatu ſuo, & Epiſcopatu ſuo exci-

diſſe, Actuum 1. vbi auctoritatem Pontificiam in deponendis Epiſcopis, primus exercet, ſecundò ibidem proponit faciendam ſurrogationem noui Apoſtoli; oportet ex his viris, &c. teſtem fieri vnum ex iſtis; Hic auctoritatem confirmandi Fratres à Chriſto acceptam exercuit proponendo noui Apoſtoli electionem de Iudæ Apoſtaſia, meritò turbati erant; Tertia ſupremæ poteſtatis actio fuit, quod ſtans Petrus, cum vndecim, prædicauit primùm Euangelium Iudæis, Actuum 2. Hic enim Eccleſia Chriſti actu incæpit, vt notauit D. Ambroſius, Serm. 47. Idem primus prædicauit Gentibus in domo Cornelij, idque ex reuelatione de Cœlis; Actuum 10. ſic idem primus, tum Hieroſolimis, vbi prima fuit Chriſtianorum Iudæorum Eccleſia conſtituens Iacobum minorem, eius loci Epiſcopum, tum Antiochiæ, vbi primùm erat Chriſtianorum Gentilium Eccleſia, & primò nominati ſunt Chriſtiani, Actuum 11. Eccleſiam fundauit teſte, D. Ignatio Epiſtola ad Magneſiano.

89 Quarta ſupremæ poteſtatis actio, quòd primùm ArchyHæreticum, Simonem Magum detexit Iudicauit, Excommunicauit, ac denique deuicit; detexit, dicens; Donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri Iudicauit, dicens; In felle amaritudinis, & in obligatione Iniquitatis video te eſſe; excommunicauit dicens, non eſt tibi pars, neque ſors in Sermone iſto, Actuum 8. Romæ publicè deuicit, & in Cœlum aſcendere proſtrauit in terram deiecit, vt refert D. Ambroſius, Serm. 766. Maximus, Hom. 5. in Natali Apoſtolorum Petri, & Pauli, D. Hieronymus, in Catalogo virorum Illuſtrium; Quintum ſupremæ poteſtatis argumentum eſt, quod ille ſolus ad iudicauit morti ad terrorem Cæterorum Ananiam, & Saphiram mentientes Spiritui Sancto, & verbo occidit; Vndè factus timor magnus in vniuerſa Eccleſia, Actuum 5. Sextum ſupremæ poteſtatis Argumentum, quod orta Antyochiæ magna quæſtione circa fidem, quamuis non deeſſent tunc ibi Apoſtoli, & ſeniores Paulus Barnabas, & alij, vt apparet, Actuum 15. tamen aſcenderunt Hieroſolymam (vbi erat Petrus) ad eam decidendam, vt à Petro ad ferrent ſolutionem; Septimum ſupremæ poteſtatis argumentum eſt, quod in Concilio Hieroſolymitano, primus ſententiam dixit, & totum litem primus definiuit, poſt cuius ſententiam tacuit omnis multitudo, Actuum 15.

90 Additur ad ſingularem Petri honorem, & ſupremam dignitatem; Quòd Paulus poſt Annos, tres prædicationis ſuæ, venit Hieroſolymam videre Petrum, ex Græco legitur, diſcendi Cauſa inuiſere Petrum; Vndè ſubdit, & manſi apud eum diebus quindecim; Quare hoc ex Officio, & iure eiuſdem fidei, & prædicationis feciſſe Paulum ſcribit Tertullianus, in præſcriptionibus, ideſt vt oſtenderet ſe eandem cum Petro fidem prædicare; Dignum enim erat (ait D. Ambroſius, in Commento ad hunc locum, vt cuperet videre Petrum, cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum; Quare hoc honoris Cauſa factum fuiſſe disertè Patres, docent Principi Apoſtolorum (ait Theodoretus in Commento ibidem) cui par erat honorem tribui; Idem ait D. Hieronymus in Comment. ibidem, & Epiſtola vndecima ad Auguſtinum, tantæ inquit Auctoritatis Petrus fuit, vt Paulus ſcripſerit; Deindè poſt annos tres, &c. Griſoſth. Homil. 87. in Ioannem, quia inquit os Apoſtolorum Petrus erat, Princeps, & vertex ipſius cætus, proptereà Paulus aſcendit eum videre præ alijs, qui nimirum ibi erant potiſſimum Hieroſolymorum Epiſcopus Iacobus.

91 Inter D. Petrum, & alios Apoſtoſos, quantum ad functionem reſpectu aliorum fidelium, duæ fuerunt differentiæ. Prima eſt quòd Petrus habuit iuriſdictionem ordinariam, cæteri verò Apoſtoli delegatam; Quoniam Iuriſdictio ordinaria tranſit ad ſucceſſorem delegata autem minimè, ſed ſola iuriſdictio Petri tranſit ad ſucceſſores Romanos Pontifices, ergo iſta iuriſdictio Petri ſuper totum

orbem fuit ordinaria, & aliorum Apoſtolorum fuit delegata, quia omnes Epiſcopi præter Papam ſunt ſucceſſores aliorum Apoſtolorum, quorum nullus habet iuriſdictionem ſuper vniuerſum orbem, ſed tantùm ſuper certas Diœceſes particulares reſpectu, quorum Apoſtoli habebant iuriſdictionem ordinariam. Secunda differentia eſt, quod D. Petrus, & Romani Pontifices eius ſucceſſores ſunt Prelati omnium Apoſtolorum, & Epiſcoporum; Alij autem Apoſtoli non fuerunt inuicem ſubiecti, quia ſoli Petro, ſine diſtinctione fuerunt commiſſæ omnes oues Chriſti; Alijs autem Apoſtolis non ſic. Ex quo ſequitur, D. Ioannem Euangeliſtam, qui vixit poſt Petri Mortem; cui ſucceſſit Linus, & ei Clemens, Clementi fuiſſe ſubiectum, & Lino, quamuis Euangeliſta eſſet ſuperior Lino, & Clementi, quantum ad Apoſtolatum immediatè à Chriſto receptum, non tamen quantum ad iuriſdictionem.

92 Ex dictis patet primatum, & ſupremam poteſtatem D. Petri, quam Chriſtus illi contulit, & quàm ille poſteà exerceat in eius Perſonam non deſijſſe, ſed ad eius ſucceſſores tranſijſſe hoc eſt de fide; Nam Eccleſia Catholica eſt viſibilis in terra, vſque in finem Mundi duratura, ergo debuit ſuum caput habere viſibile Chriſti Vicarium, etiam vſque ad finem Mundi ad eius debitam gubernationem, alioquin non eſ ſatis præciſum Eccleſiæ, iuxtà illud Prou. 11. Vbi non eſt gubernator populus corruet; Neque valet dicere, quod Chriſtus ſolus gubernat eam de Cœlo ſpiritualiter, nam licèt Deus omnes inuiſibiliter, & ſpecialiter Eccleſias gubernet ſpeciales, ſeu particulares, nam ideò reliquit eas ſine ſuis Paſtoribus, & Epiſcopis particularibus viſibiliter eas gubernãtibus, vt in eis ſuus ordo Hyerarchicus ſeruaretur, & omnia Inferiora, per ſuas cauſas medias creatas, ſuperioreſque gubernat; Quare ergo ſuam Catholicam Eccleſiam ſine ſuo Capite, vel Paſtore generali viſibili eam gubernan e relinqueret! Item ſi Deus Sinagogæ prouidit de ſummo Pontifice, pro toto tempore ipſius ergo, & Eccleſiæ ſuæ, pro toto tempore ſuo, vſque ad finem Mundi duraturæ de ſuo Paſtore Vniuerſali, qui dicitur Papa à fortiori prouidit; nam Eccleſia in omnibus illam excedit.

93 Item ſi (vt apertè mentiuntur Hæretici) non auctoritate Diuina, atque tyrannide Papa, eam poteſtatem ſupra totam Eccleſiam, Prælatos, & Principes eius vſurpaſſet; certè oporteret id eos oſtendere ex Hiſtorijs fides dignis quomodo, & quando quibusve ſuffragijs, & armis effecerit contra omnium appetitum, & libertatem, neque eſt credibile, tot Reges Prælatos, & Regna tantam illi poteſtatem ab Initio naſcentis Eccleſiæ ſupra ſe ſpontè dediſſe, niſi ſe ad id obnoxios iure Diuino recognoſcerent; eſt igitur Papa, caput totius militantis Eccleſiæ, membrum quidem ipſius ſimul, & Caput eius viſibile, ſub ordinatum Chriſto capiti primò, & Principali, qui non eſt membrum, ſed Dominus, ac Redemptor à quo ipſe Papa, & Eccleſia habet influxum Inuiſibilem gratiarum donorum, & inſpirationum; A Papa verò Eccleſia habet viſibilem gubernationem, Sacramentorum adminiſtrationem, inſtitutionem Miniſtrorum, & alia ad conſeruationem, & ædificationem fidelium in vera Fide, & Religione Chriſtiana mediatè, vel immediatè pertiuentia; Quiquidem Papa eſt Vicarius Chriſti, non Petri, ſed eius ſucceſſor.

94 Primatum Petro in Scripturis, datum ad ſucceſſores eius in Romana Eccleſia perueniſſe, ex eiſdem Scripturis tradiderunt Patres; nam illud Matthæi 16. ſuper hanc Petram, &c. Ad Romanam Sedem applicat; D. Auguſtinus, numeratè inquit, vel ab ipſa Petri Sede, & in illo Patrum ordine quis cui ſucceſſit, videte ipſa eſt Petra, quem ſuperbæ non vincunt Inferorum Portæ; Per Petri autem Sedem Romanam illum intelligere certò conſtat, tum alibi Petri ſucceſſores enumerans Romanos Pontifices commemoret Epiſt. 166. ſic D. Hieronimus ad Damaſum Papam ſcribens;

Beatis

Beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ Petri Communione conſocior ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio; Item illud Lucæ 22. ne deficiat Fides tua ad Romanum Pontificem, & Petri ſucceſſorem applicat D. Cyprianus, lib. 1. Epiſt. 3. dicens ad Romanam Fidem perfidum acceſſum habere non poſſe; Quare ad illius ſedis Fidem tanquam indefectibilem Veteres Patres recurrebant, & recurrere ſuadebant; Tertiò illud Ioannis 21. paſce oues meas; Ad Romanos Epiſcopos ſuccedentes applicat D. Auguſtinus, contra Epiſtolam fundamenti, cap. 4. tenet me in Eccleſia ab ipſa Sede Apoſtoli Petri, cui Dominus paſcendas ſuas oues commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum Sacerdotum ſucceſſio.

95 Sanctus Petrus in Vrbe Romæ Epiſcopatum tenuit, & in ea ſucceſſores reliquit; Quia Pontificis Romani ſedes, vocatur Petri, ſedes Cathedra Petri, ſedes Apoſtolica; Patet inducendo Damaſi Papæ ſedem vocat D. Hieronimus, Cathedram Petri in Epiſtola ad eundem eodem modò, Arnobius in Pſalm. 106. Cornelij Papæ ſedem vocat Cyprianus, Cathedram Petri, & Eccleſiam principalem, lib. 4. Epiſt. 2. Optatus, lib. 2. ſic ſcribit; Negare non potes ſcire ſe in Vrbe Roma Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederet omnium Apoſtolorum caput Petrus. Hanc etiam ob cauſam Romanæ Eccleſiæ ſucceſſionem ab ipſo Petro primò eius Eccleſiæ Epiſcopo Veteres omnes deducunt, quotquot illam ſucceſſionem deſcribunt, vt Iræneus lib. 3. cap. 3. Tertullianus, in præſcriptionibus, D. Auguſtinus Epiſt. 166. Optatus lib. 2. Epiphanius Hæreſi 27. contra Carpocratianos; Denique Euſebius, lib. 3. cap. 4. & Cæteri omnes Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores à Petro ordiuntur Romani Pontificis ſucceſſionem; Hypolitus apud Prudentium vocat Romanam Eccleſiam Cathedram Petri; Proſperus in lib. de Ingratis Sedes Roma Petri, quicquid non poſſidet Armis Religione tenet; Denique D. Hieronymus, D. Petrum in Vrbe Roma 25. annis ſediſſe, ſcribit in Catalogo virorum illuſtrium.

96 Sanctus Petrus, ſucceſſorem ſibi in Romana Eccleſia ordinauit; Vnde manifeſtum fit illius loci Epiſcopos Petri eſſe ſucceſſores; Probatur ex Epiſtola Clementis ad Iacobum Fratrem Domini, in qua ſcribit Clemens, quòd Petrus illum in Conuentu Fratrum Epiſcopum ordinauerit; Hoc etiam atteſtatur Antiquiſſimus Tertullianus, qui in libro de præſcriptionibus, ait Clementem à Petro Romanæ Eccleſiæ ordinatum fuiſſe; Idem affirmat Damaſus in Pontificali in vita Clementis; Porrò illa Clementis Epiſtola à Ruffino ante Annos 1200. tranſlata, & ab Anacleto, & Alexandro Pontificibus alijſque antiquiſſimis Scriptoribus honorificè citata eſt, de qua lege Franciſcum Turianum, lib. 1. pro Canonicis Epiſtolis Pontificijs, contra Magdeburgenſes; Vniuerſam Poteſtatem Eccleſiaſticam, quæ ad hunc primatum pertinent Romani Pontifices per omnes ætates ad hæc vſque tempora exercuerunt, atque adeò illi ſoli, D. Petri ſucceſſores ſemper habiti fuerunt; Hæc veritas poſſet probari ex Concilijs, quæ hunc primatum Pontifici Romano tribuerunt ex Summis Pontificibus; qui eundem primatum legitimè arrogatum, ex Patriarchis, qui hunc Romani Pontificis primatum agnouerunt, & honorauerunt; Ne probationes prolibito videri poſſunt apud Bellarminum; & alios controuerſiſtas.

97 Eſt neceſſarium ad ſalutem explicitè credere hunc hominem Epiſcopum Romanum eſſe verum Eccleſiæ vniuerſalis caput viſibile legitimum Chriſti Vicarium Petri ſucceſſorem in ea exercentem Monarchicum regimen immediatum ſibi collatum; Hic ſupponitur Epiſcopatum Romanum coniunctum cum ſuprema dignitate Monarchica viſibilis capitis in Vniuerſali Eccleſia etiam ex ordinatione Chriſti oretenus Petro facta; Traditio certa eſt Petrum à Chriſto Romam miſſum cùm Paulo, ex Sancto Leone, Serm. 1. de Sanctis Apoſtolis Beatiſſimus Petrus

Princeps

Princeps Apoſtolici Ordinis ad Arcem Romanum deſtinatur Imperij; Vndè ex præcepto Chriſti non ex voluntate Petrus coniunxit Romanum Epiſcopatum, cum Pontificia dignitate; Secundò ſupponitur dignitatem Pontificiam in Eccleſia ſupremam eſſe de Iure Diuino ex immediata Chriſti inſtitutione, ergo de fide eſt ab omnibus explicitè credendum in Eccleſia dari hunc hominem Romanum Epiſcopum Pontificem, Caput Vniuerſalis Eccleſiæ verum Chriſti Vicarium, Legitimum Petri ſucceſſorem.

98 Probatur eiuſdem ordinis eſt deſignatio Perſonæ, ſeu modus eam deſignandi, & electio, & collatio Poteſtatis in ſubiecta Materia; In ſummo Pontifice Capite Vniuerſalis Eccleſiæ, collatio poteſtatis Diuina eſt, ergo ſimiliter electio, ac modus ſaltem deſignandi perſonam, vt ſit Immediatè à Chriſto de Iure Diuino; patet in Petro, nam fuit à Chriſto immediatè ad Pontificiam dignitatem electus indè ſimul à Deo aſſumpta eius perſona viſibiliter, eique collata poteſtas ex præcedentibus numeris, ergo pariter ſucceſſores à Chriſto immediatè ad eandem dignitatem eliguntur, & ab eodem pendet modus deſignandi perſonam, vt electio fiat ab ipſo Chriſto more humano; Præſumendum non eſt Chriſtum ante Aſcenſionem Petro non præcepiſſe modum eligendi ſucceſſorem, ſiuè per acceſſum, ſiuè per acclamationem, ſiue per ſecreta ſuffragia totius Cleri, ſiuè Epiſcoporum, ſiuè Patrum ab ipſomet Pontifice viuente præſcriptorum, ergo poſt Petrum explicitè credendum eſt de neceſſitate ſalutis per traditionem diuinam decedente Pontifice ſucceſſorem eligendum, ſeu potiùs à Patribus Eccleſiæ deſignandum, quicumque ille ſit.

99 Quando Papa loquitur, vt Doctor poteſt errare in fide; Probatur exemplo Ioannis 22. Honorij I. & Liberij prout referunt eorum Hiſtoriæ; Nihil tamen ſuorum errorum propoſuerunt Eccleſiæ ad credendum, & Confirmatur, quia Papæ non ſunt confirmati in fide, nec in gratia, ſicut Petrus; vt teſtantur deprauati mores multorum Pontificum, vide Platinam de vitis Pontificum, nec hominem, qui alius in fide errare potuit Dignitas Pontificia efficit à fide indeuiabilem, ſed notandum eſt Pontificem, quatuor modis poſſe conſiderari, vno modò vt eſt perſona quædam particularis, ſiuè doctor particularis; Secundò modò vt Pontifex, ſed ſolus; Tertiò modo, vt Pontifex, ſed adiuncto cætu ſolito Conciliariorum; Quartò modo Pontifex, ſed vna cum Concilio Generali; Secundò notandum Romanum Pontificem errare in fide dupliciter intelligi poſſe; primùm quod vt Perſona particularis poſſit malè ſentire de fide, & eſſe Hæreticus; altero modo quòd erroneam, atque Hæreticam Doctrinam, poſſit publicè ſuſtinere, & Eccleſiæ decernendo tradere, ſicuti aliarum Eccleſiarum plurimi fecerunt; Tertiò notandum Catholicos, & Hæreticos, circa hoc in duobus conuenire inter ſe; Primò poſſe Pontificem, etiam vt Pontificem, & cum ſuo cętu Conciliariorum, vel cum Generali Concilio errare poſſe in controuerſijs factis particularibus, quæ ex informatione teſtimonijſque hominum præcipuè pendent; Secundò poſſe Pontificem, vt priuatum Doctorem errare etiam in quæſtionibus vniuerſalibus iuris, tam fidei, quàm morum, idque ex ignorantia, vt alijs Doctoribus interdum accidit.

100 In rebus fidei, Papa nō poteſt errare, ſi præuia Inquiſitione, & faciēdo quòd in ſe eſt definiat, & hoc putatur eſſe de fide; Probatur prima pars Pontifex Synagogę erat infallibilis in rebus fidei, nā in Caipha, qui prophetauit cum eſſet Pontifex, cuius prophetiæ Cauſa præciſa aſſignatur Pontificatus, ergo, & Pontifex noſtræ Eccleſiæ; Conſequentia autem probatur à minori ad maius, & Confirmatur, quia ſi in Lege Veteri ad ſummum Sacerdotem, erat recurſus in dubijs legis Diuinæ, qui per Ephod, & quædam alia diuinitus illuſtratus, populum docebat; Exodi 17. Leuitici 6. & 1. Regum 23. à cuius Doctrina, & ſententia ſub pęna mortis, non licebat deuia-

deuiare, Deuter. 17. ergo etiam in Lege gratiæ Papa maiorem habet illuſtrationem, vt errare non poſſit, nec ab eius definitione diſcedere liceat; Secunda pars probatur, ſcilicèt ad non errandum requiri inquiſitionem debitum; quia negotium fidei, non definitur à Papa per nouam reuelationem ſibi factam; Hoc autem requirit ſtudium, & diligentiam, ergo neceſſaria eſt ad non errandum debita inquiſitio; Tertia pars probatur, ſcilicèt Papam non poſſe errare eſſe de fide, quia alioquin ſequeretur, quòd nihil haberemus certum in quæſtionibus fidei; Definitiones enim Conciliorum, non ſunt habendæ, tanquam de fide, niſi priùs confirmantur à Papa, ergo ſi Papa poteſt in ſuis definitionibus errare, ſequitur definitiones Conciliorum de fide, etiam confirmatorum non eſſe de fide conſequens eſt Hæreticum ergo, & antecedens.

101 Papa non poteſt errare circa mores definiendos; Verb. gratia, determinat talem contractum eſſe, vel non eſſe vſurarium, vel Simoniacum, vel aliquid licere, vel non licere, & proponit toti Eccleſiæ, tunc non poteſt errare; Probatur, non poteſt errare in fide, ergo nec in moribus; Probatur conſequentia, quia ratio quare non erret in fide eſt, quia Paſtor daret ouibus paſtum noxium, ſed idem ſequeretur ſi erraret in moribus ergo, &c. Item Papa non poteſt errare ferendo Leges vniuerſales; Vnde omnis Lex Pontificia vniuerſalis eſt iuſta, quamuis poſſit eſſe contra prudentiam propter multitudinem, & grauitatem legum probatur ex Cap. nulli 25. q. 1. nulli (inquit) fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel Diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare, &c. temerare autem non ſolùm eſt non ſeruare, ſed dicere aliquid iniuſtum, omnis lex Pontificia eſt iuſta; Probatur ratione, abſurdum eſſet totam Eccleſiam ſeruare legem iniuſtam, ergo Lex vniuerſalis Pontificia, non poteſt eſſe iniuſta, quia talis debet ſeruari ab vniuerſa Eccleſia; Confirmatur, quia alias de Papa poſſet dici; Væ qui condunt Leges iniquas, Iſaiæ 10. ſi autem vnus Papa derogat Leges alterius hoc non eſt errare, ſed ſapere, conformat enim ſe tempori.

102 Pontifex Romanus Canonicè electus ordinat, quæ ſunt Fidei Catholicæ, vt ab omnibus de Fide teneantur, ita in cap. maiores extra de Baptiſmo, & probatur Diuina veritas eſt ratio formalis fidei, in quantum ſenſibiliter prædicatur in Eccleſia, ſed ordinarius Prædicator fidei in Eccleſia eſt Summus Pontifex, ergo ad illum pertinet ordinariè determinare ea, quæ ſunt fidei Catholicæ, tum etiam, quia ad ipſum pertinet dirigere fideles ad finem ſuum ſupernaturalem, ſed hoc fit per propoſitionem rerum fidei, ergo ad Romanum Pontificem ſpectat ordinare ea, quæ ſunt fidei. Item Summus Pontifex, dum exercet officium publicum, & commune definiendo ea, quæ ſunt fidei, vt à tota Eccleſia credantur, vel conſtituendo Leges circa ea, quæ pertinent ad bonos mores, vt à tota Eccleſia ſeruentur errare non poteſt, nam Chriſtus Dominus fundauit ſuam Eccleſiam ſuper Pontificem Romanum, tanquam ſuper fundamentum Diuinæ aſſiſtentiæ firmitate munitum, ſed ad fundamentum Eccleſiæ requiritur Doctrina fidei, & morum ergo in Summo Pontifice eſt firmitas fidei, & morum Doctrina ex aſſiſtentia Diuina, talis autem aſſiſtentia Diuina, nullum poteſt admittere errorem, ergo Summus Pontifex docendo ex auctoritate, & officio Publico ea, quæ ſunt fidei, & tradendo Leges pertinentes ad bonos mores errare non poteſt.

103 Dices, ſi Papa non poſſet errare in Decreto fidei fruſtrà congregarentur Concilia generalia, quia ſolus ille poſſet omnia determinare, conſequens autem eſt contra conſuetudinem Eccleſiæ, in qua ſemper fuit Concilium generale, tanquam res ſanctiſſima, & grauiſſima, ergo Papa non eſt Regula infallibilis; Reſpondetur quod non fruſtrà congregatur Concilium, & ſi ſolus Papa poſſit infallibiliter decernere propter multas Cauſas; Prima quia decernit non propheticè, aut ex reuelatione,

tione, ſed diſcurſiuè, & humano modò, atque ad eo inquiſitione opus habet; ſic in primo Concilio Apoſtolico, & ſi ſolus Petrus ſententiam tulit, & eum ſecuti ſunt cæteri omnes tamen priùs conquiſitio, magna facta eſt, Actuum 15. In hac autem inquiſitione iuuant plurimorum Iudicia, quando rei grauitas ita poſtulat; Secunda propter infirmitatem fidelium, qui libentiùs aquieſcunt multorum Patrum Iudicio quam vnius; Tertia quia etiam quoad mores multa ſunt definienda; Quarta vt audiatur, & conuincantur Hæretici ipſi, & eorum, vel ſaluti conſulatur, vel impietati occurratur; Non ſumi ergo Papæ definitio robur ex Concilij definitione; Immo circa rei definitionem, & dubij dogmatis determinationem tanta ſemper fuit Romani Pontificis auctoritas, vt vnumquodque dogma Romanus Pontifex priùs difiniuerit, & vnamquamque Hæreſim priùs damnauerit, vel Synodo Romana ea de re habita, vel per Litteras ſuas ad Concilium miſſas, antequam in Concilium Patres conueniſſent, atque eius Doctrinam, & determinationem reliqui Epiſcopi, & Concilij Patres ſemper adamuſſim ſecuti fuerunt.

104 De fide eſt Papam non poſſe errare in Canonizandis Sanctis, nam in his quæ ad fidem pertinent, aut quæ rem fidei ſecum trahunt Summus Pontifex errare non poteſt, ſed Canonizatio fidem habet annexam, vt ſi in hac re Eccleſia, vel Papa deciperet, vel deciperetur præiudicium fidei generaretur; ergo euidentiſſimũ eſt Eccleſiam, vel Papam in Canonizatione Sanctorum errare non poſſe; Maior eſt ab omnibus Catholicis recepta; Minor probatur, quia qui Canonizatur, vt Sanctus ab Eccleſia, ex hoc ipſo proponitur etiam ab eadem, aut ipſe colendus, aut Deus in illo colatur, in quo cultu ineſt proteſtatio, ac profeſſio fidei noſtræ, qua credimus Sanctorum gloriam, vt optimè docet S. Th. quolib. 9. art. 16. ſi ergo coleretur vt Sanctus, ac propterea vt vnum, & honorabile Chriſti membrum, qui fortè nõ tale eſſet, ſed abiectum, & mortuũ, & denique Diaboli membrum reperiretur mendacium in noſtro cultu, & falſa fidei noſtræ proteſtationi, ſicut ergo Hæreticũ eſt negare eſſe auctoritatem in Eccleſia, & Pontifice ad Canonizandos Sanctos, contra perpetuũ Eccleſiæ Catholicæ, & cõmunem conſenſum omnium Conciliorum, & Patrum à principio naſcentis Eccleſiæ, & fidelium deuotionem, & interruptum cultum Sanctorum. Ita Hæreticum eſt affirmare Summum Pontificem in Canonizatione prædicta poſſe errare, & decipere.

105 Dicere aliquem Sanctũ, ex Canonizatis eſſe in Inferno temerarium, & impiũ eſt; Immo ſapiens Hæreſim, & fortè Hæreticũ dicendum eſt; Quòd ſit temerariũ poſitiuè, & dignum punitione; Probatur quia temerariũ eſt, dũ ſine ratione probabili tenet contra plurima Teſtimonia Sanctitatis alicuius, & eius miraculorũ, talem eſſe damnatũ in Inferno; Quòd ſit etiã impium, quia eſt contra pietatem fidei; ſicut tenere in Canonizatione Sanctor. errare non poteſt eſt de pietate fidei credendum, vt docet D. Thomas, quolib. 9. art. vltimò; quòd autem ſapiat Hæreſim probatur omne, quòd ab Eccleſia Romana videlicet à Papa, vel à Concilio Generali legitimo aſſertiuè definitur, & omnibus fidelibus proponitur, vt Sanctum venerandum, & inuocandum, & imitandum, id ab omnibus eſt, vt tale ſub crimine, & pæna Hæreſis eſt tenendum, ſed dicere aliquem Sanctum eſſe in Inferno eſt contra definitionem Papæ definientis in Canonizatione, alicuius illum Canonizatum eſſe dignum gloria, ergo dicere oppoſitum, non tantùm ſapit Hæreſim, ſed eſt Hæreſis, ſicuti eſſet aſſerere Sanctos Canonizatos non eſſe inuocandos.

106 Papa non poteſt errare approbando Religionis, in quibus ſolemniter profitetur; Probatur Papa eſt Paſtor ouium Chriſti, ſed vnus modus paſcendi oues Chriſti eſt per Religionem approbatam, ergo non poteſt errare in eius approbatione, alioquin Paſtor ouium approbaret ordinem Luporum in perniciem Gregis; Item Papa non

poteſt

poteſt condere legem prauam, ergo nec approbare ordinem prauum, ſic enim plures leges prauas approbaret; Præterea poſt approbationem Religionis tota Eccleſia debet reſpicere illam pro ſtatu perfectionis, ergo ſi Papa errat eam approbando erraret tota Eccleſia quòd eſt falſum; Rurſus Papa approbando Religionem tradit illum tanquam Regulam morum, & benè viuendi modum, ergo ſi errat turpiter errat in moribus; Dices multitudo Religionum nocet Eccleſiæ; Quare in multis Prouincijs, Summus Pontifex multas Religiones abſtulit, vt olim ſublatus eſt ordo Æquitum templariorum, & nuper Pium V. ordo Humiliatorum, & nuper per Alexandrum VII. & ſucceſſores his temporibus extinctæ ſunt diuerſæ Religiones, quæ tamen confirmatæ erant à Summis Pontificibus.

107 Reſpondetur, quòd approbatio per ordinariam fit in vtilitatem Eccleſiæ, & commodam eius conſeruationem, ſeu gubernationem, quæ variatur ſecundùm varietatem temporum, atque ita non mirum, quod aliquæ Religiones olim approbatæ poſteà abrogentur, vel quia ſic expedit Eccleſiæ, vel quia Profeſſores illarum peſſimè viuunt, quamuis Religio ſit optima; Non enim confirmata Religionem à Pontifice confirmantur in gratia, aut in fide, qui illam profitentur; Quare non mirum eſt ſi poſteà Pontifex Religiones ab alijs confirmatas meritò diſſoluat propter malitiam inhabitantium in eis; Immò verò hoc pertinet ad officium ſuum ſupremi, ſcilicèt Paſtoris Religiones reformare, vel ad minorem numerum reducere, aut certè quaſdam diſſoluere, quoniam illarum profeſſi non poſſunt reformari, aut certè quia aliqua Religio eſt inutilis; Pius verò V. ideò Ordinem Humiliatorum deleuit; quia quidam eius Ordinis Monachi coniurati in B. Caroli Borromei Cardinalis, & Archiepiſcopi Mediolanenſis, necem ob Nepharium ſcelus condemnati ſunt, & Anno 1570. auctoritate Pontificia extinctus eſt ordo, & tale edidit Pius V. Exemplum neglectæ Diſciplinæ vindicandæ, vt cæteri diſcant ſibi diligentius cauere, & ſuſceptæ, ac voto promiſſæ vitæ Regulam ſtudioſius tenere. Ad argumentum ergo, negatur conſequentia, ex hoc enim non concluditur, quòd Pontifex errauerit in approbanda mala Religione, ſed ſolùm concluditur, quod eius inſtitutor, vel potiùs Inuentor; & eorum ſequaces non ſeruauerint Religionis ſtatum ſecundùm formam, quàm Summo Pontifici propoſuerunt confirmandam, & quàm ipſis Summus Pontifex confirmauit.

108 Ad Clarius intelligendas auctoritates Summi Pontificis, & Concilij Generalis comparandæ ſunt ambæ adinuicem, & cum aliqua applicatione conſiderandæ. Pro quo notandum eſt, quod Papa; Primò ſit in vna partem, & Concilium Generale ſine Papa Capite, & ſine vlla eius auctoritate; Secundò ſit Papa ex vna parte, & Concilium Generale, ſimul cum ipſo Papa Capite ex altera parte; Tertiò ſit Papa ſolùm ex vna parte, & Concilium congregatum auctoritate Papæ ex altera parte, ita quòd poſt legitimam congregationem, & auctoritatem ipſius Concilij non includatur ampliùs ibi Papa, nec alia eius auctoritas Papalis ad ea, quæ ibi dicenda, & tractanda ſunt in prima comparatione non eſt magna difficultas; nam omnes ferè Catholici conueniunt, quòd Papa eſt ſupra Concilium, & totum Corpus Eccleſiæ Catholicæ, ſicut caput, & Princeps ſupra ſuum corpus, & ſuam Rempublicam poteſtatem, & iuriſdictionem habet; neque enim corpus acephalum verè, & perfectè Concilium Vniuerſale eſſe poteſt. In ſecunda comparatione videlicèt inter Papam ex vna parte, & Concilium ſimul cum Papa, ex altera parte, maior eſt difficultas, & varietas opinionum; ſed iſta comparatio non eſt ad propoſitum, quia vt inquit Stapletonius Controuerſia 6. q. 3. artic. 5. quia Papa adiuncto Concilio nullam poteſtatem, vel auctoritatem habet, nec certitudinem in iudicando nouam aquirit Papa enim ſtatim, vt electus eſt habet ipſam Papalem poteſtatem immedia-

mediatè à Chriſto, ex Cap. Sacroſancta.

109 In tertia comparatione ſcilicèt inter Papam ex vna parte, & Concilium iam legitimè congregatum, ſed ſine alia auctoritate Papæ procedens ex altera parte, vel ſi inter ſe diuideant vter eorum alterum excedat; De hac eſt triplex opinio; Prima opinio eſt, quòd Concilium eſt ſupra Papam indiſtinctè, ita Ocham, & Vniuerſitas Pariſienſis, cum innumerabili turba Doctorum vtriuſque Iuris; ſed certè hæc opinio non videtur probabilis, neque tuta maximè his temporibus, immò, & à quam plurimis cenſetur erronea; Secunda opinio omninò oppoſita abſolutam tenet Papam eſſe ſupra Concilium. Ita D. Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. & q. 11. art. 2. ad 3. D. Bonau. Richardus, & alij in 4. diſt. 19. & alij plurimi moderni; Tertia opinio procedit cum diſtinctione, dic it enim quòd, quoad certitudinem infallibilitatis in definiendo, vel tradendo regulam credibilium in fide, & moribus per ſe loquendo æqualis ſint auctoritatis Papa Concilium Generale legitimè congregatum; Quamuis per accidens, & regulariter potiùs ſtandum ſit Concilij, quàm Papæ definitioni; At verò quoad poteſtatem Iuriſdictionis, ac proinde ſimpliciter Papa eſt ſupra totum Concilium, & ſuper totam Eccleſiam, quæ in tantùm habet auctoritatem, in quantum habet à Capite quòd eſt Papa.

110 Quòd quoad certitudinem infallibilitatis in definiendo, vel tradendo Regulam credibilium in fide, & moribus ſint æqualis auctoritatis Papa, & Concilium legitimè congregatum; Probatur quia in vtroque ſcilicèt in Papa, & Concilio Generali legitimè congregato, ſi faciat quòd in ſe eſt certa, & infallibilis eſt aſſiſtentia Diuina ſpecialis, vt in fide, & moribus definiendo errare non poſſit; Quòd verò per accidens potiùs Concilij, quàm Papæ definitioni ſtandum, vt conſtat non quidem ex parte ipſius aſſiſtentiæ Diuinæ promiſſæ, neque enim certius, aut maius Spiritus Sancti lumen Concilio, quàm Papæ promiſſum à Deo eſt, ſed ex parte diſpoſitionis vtriuſque id contingit, quæ per accidens eſt vt ſufficiens, vel inſufficiens in hoc, vel in illo ſit, & probabilius, & certius eſt ipſum Concilium, quàm Papam regulariter facere, quòd in ſe eſt ſine notabili defectu, vt diuinitus illuminetur, maximè quando totum Concilium definit, ex his tamen non ſequitur, quòd Concilium ſit ſupra Papam, ſic ut quòd Rex iure Diuino, vel naturali tenetur ſequi Conſilium Medicorum, & Conſiliariorum Regalium in pertinentibus ad ſalutem ſuam corporalem, aut ſpiritualem, aut bonam Regni gubernationem non ſequitur illos eſſe ſupra Regem, quoad poteſtatem iuriſdictionem.

111 Papa eſt conſtitutus Iudex etiam Concilij plenarij, itaut quoad poteſtatem Iuriſdictionis, ac proindè ſimpliciter Papa eſt ſupra Concilium, & ſuper totam Eccleſiam, itaut toti Concilij poſſit leges ponere, nec eius Decretis tenetur parere; Probatur prima pars, Chriſtus commiſit oues ſuas Petro, & eius ſucceſſoribus, non autem oues ſingillatim tantùm, ergo etiam collectiuè; Probatur, quia alias Eccleſia orans pro Papa falleretur, dicens Deus fidelium omnium Paſtor, & Rector, &c. Quem Paſtorem Eccleſiæ, &c. vna cum grege ſibi credito, &c. Eccleſia enim, & Grex ſignificant totum collectiuè conſurgens ex partibus, & non ſingulas partes ſingillatim; Secunda pars, Probatur omne caput abſolutè Supremũ præſtat toti Corpori ſuæ communitatis dignitate, & virtute, vel poteſtate, ſed Papa eſt caput abſolutè Supremum totius Eccleſiæ, & non ſolùm particularium mẽbrorum, ideſt Perſonarum, & Eccleſiarum, ſed totius etiam Corporis Eccleſiæ, & Concilij Generalis eam rappreſentantis, ergo præſtat illi dignitate, & poteſtate Iuriſdictionis conſequentia eſt bona, & maior patet intelligendo per Caput abſolutè Supremum Superiorem illum, alicuius communitatis, qui alteri non ſubijcitur, ſed ſoli Deo ſubordinatur, ſiue ſubijcitur, nec ab ipſa communitate vir-

re virtutem ſuam, vel poteſtatem habet.

112 Dices; In Concilio Conſtantienſi Generali, ſub Ioanne 23. ſeſſ. 5. declarat Sancta Synodus, quòd illi Synodo à Chriſto poteſtatem immediatè habenti quilibet obedire tenetur, cuiuſcumque conditionis ſtatus, aut dignitatis etiamſi Papalis exiſtat in his, quæ pertinent ad Fidem, &c. eadem ſententia repetitur in Concilio Baſilienſi ſeſſ. 2. & 18. Reſpondetur, quod Concilium Conſtantienſe vtique legitimum fuit, & approbatum, ſed quòd non pugnat, cum his quæ diximus; Non enim definit abſolutè Concilia Generalia habere à Chriſto poteſtatem ſupra Pontifices, ſed tamen in caſu, ideſt tempore Schiſmatis, quando neſcitur quis ſit verus Papa, nam dubius Papa habetur pro non Papa, & proindè habere ſuper illum poteſtatem, non eſt habere poteſtatem in Papam, ita Reſpondent Iacobatius lib. 10. art. 7. in reſponſione ad 25. Argumentum Turre Cremata, Sanderus, Campegius, & Corduba; Ad Concilium Baſileenſe, quòd attinet, & ſi fuerat legitimè congregatum, & ab Eugenio IV. Papa approbatum quoad inchoationem, & aliqualem proſecutionem; numquam tamen eius Decreta ab illo Pontifice confirmata fuerunt, immò ſtatim poſt in Concilio Florentino ab eodem Eugenio IV. contraria ſententia definita fuit.

113 Papa Hæreticus mentalis, ſiuè occultus non eſt ipſo facto depoſitus, quia Iuriſdictio datur quidem Pontificia Deo, ſed hominum opera concurrente, vt patet quia ab hominibus habet iſte homo, quia ante non erat Papa, vt incipiat eſſe Papa, igitur non aufertur à Deo, niſi per hominem; At Hæreticus occultus non poteſt ab homine iudicari, nec ipſe ſpontè eam dignitatem vult relinquere ergo, &c. ſi Papa in Hæreſim nondum damnatam, neque declaratam per Eccleſiam notoriè incidit, & paratus eſt corrigi, & Eccleſiæ, vel Concilij Legitimi definitioni ſtare non eſt Hæreticus pertinax, nec depoſitus, nec deponendus eſt, ſimiliter etiamſi de Hæreſi iam damnata per Eccleſiam accuſatus antequam ſit de Hæreſi conuictus in Concilio ſe corrigit, & confitetur ſe corrigi paratum eſſe non debet deponi, ſed ſublata accuſatione ſtatum ſuum retinere poteſt, ſecus ſi poſt duas, aut tres monitione conuictus eſt, tunc enim recipietur ad pęnitentiam Papatu priuatus ſecundùm Gloſſam, & Doctores, in cap. excommunicamus de Hæreticis, & Ægidium, cap. ſi Papa diſt. 40. vbi de hoc latius agit Lege Iacobatium, lib. 9. art. 1. vbi latiſſimè tractat hanc materiam.

114 Papa notoriè Hæreticus eſt iure Diuino depoſitus, nam Hæreticus notorius non eſt Catholicus, ſed non Chriſtianus, non poteſt vllo modò eſſe Papa, ergo Hæreticus manifeſtus eſt ipſo iure depoſitus; Maior eſt D. Cipriani lib. 4. Epiſt. 2. D. Athanaſij, Serm. 1. contra Arianos, D. Auguſtini de gratia Chriſti, cap. 22. D. Hieronimus contra Luciferianos; Minor ex eo patet, quia non poteſt eſſe caput, id quod non eſt membrum, & non eſt Membrum Eccleſiæ, is qui non eſt Chriſtianus; Hinc ſequitur corollariè, quòd Papa notoriè Hæreticus de damnata Hęreſi ſi monitus non curat deſiſtere, non indiget depoſitione, ſed tantùm declaratione ipſum eſſe iure Diuino priuatum, vt docet Antonius Roſellus Aretinus in ſua Monarchia in tractatu Concilij, vbi dicit quod ita intelligit, cap. Achatius 24. q. 1. vbi Achatius non confitebatur errorem ſuum, vel erat, ita Notorius quòd non erat aliqua defenſio, cap. olim de re iudicata; Vndè tunc declarabitur incurriſſe in pœnas contra Hæreticos, cap. cùm ſecundùm de Hæreticis in 6. Idem docet Ægidius in cap. electionem 79. diſt. vbi docet quòd talis ſic notorius monitus, & incorrigibilis non damnatur per Concilium, ſed ipſofacto fuit damnatus diuinitus per os Apoſtoli ad Titum 3. & eſt præciſus ab Eccleſia, vt in dicto cap. Achatius, & deſijt eſſe caput ipſius Eccleſiæ; Vndè dicit quòd hunc Concilium Generale habet ſuper his inquirere veritatem, & ſi repererit eum Hæreticum notorium in emenda-

tum habet curare; quòd tota Eccleſia recedat ab eo, tanquam ab Eccleſia reprobato, & eiecto, & poteſt præcipere, quòd nullus participet cum eo, & hæc ſatis de Papa Hæretico notorio, ſi daretur quòd non credo.

115 De alio crimine Papæ, dicendum ſi Crimen eſt, ita notorium, & nociuum Eccleſiæ, vt ipſe ſæpè admonitus à proceribus Eccleſiæ manet adhuc, ita incorrigibilis, vt indè valdè probabiliter immineat ruina Eccleſiæ, ſeu Fidelium circa fidem, puta quia fideles illum imitantes credunt ſe licitè agere quòd illicitum eſt, tunc vtique poteſt accuſari, & denunciari apud Concilium non vt puniatur, vel deponatur, ſed vt ibidem melius, & efficacius corripietur, & eius abuſionibus, & periculo prædicto obuietur, vel Eccleſiæ Catholicæ prouideatur, & ad id poteſt Concilium Generale, congregari etiam eo inuito, & ſi quæratur, quomodò tunc Concilium Congregabitur. Reſpondet Syluester V. Concilium q. 4. & V. Papa, q. 15. quòd priùs Papa reuerenter, requirendus eſt à Cardinalibus, & Regibus, vt Concilium cogat, quòd ſi noluerit, tunc ipſi, vel etiam Epiſcopi de diuerſis Prouincijs ſuperueniente Imperatoris, vel Regum fauore, & auctoritate etiam Papa inuito ad effectum, tantùm prouidendi periculo Eccleſiæ, & abuſionibus Papæ, quòd intelligi etiam, quando notorium crimen Papæ, eſt tantum in periculum morum Eccleſiæ Generaliter, itaut per eius malum exemplum vaſtentur mores, & Leges Eccleſiæ puta per eforbitantiſſimas, & Simoniacas paſſim legũ diſpenſationes, &c.

Singularia Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſuper Sectas Lutheri, & Caluini. Art. 5.

FAlſa eſt illa opinio erronea latiſſimè patens, & plurimorum mentes excæcans, ſcilicèt quemlibet in ſua fide ſaluari poſſe; nam nullum facit diſcrimen inter Turciſmum, & Chriſtianiſmum, niſi in quibuſdam adiaphoris, & minimè ad ſalutem neceſſarijs, itaut perindè ſit, in qua Religione viuas, cum in omnibus æquè ſalutem poſſis adipiſci, quòd nihil eſt aliud, quàm viam aperire Alcorano, & Mahometum æquare Chriſto, vel potiùs Atheiſmum non obſcurè inducere; Probare enim omnem Religionem eſt tollere omnem Religionem, & nullam cenſere neceſſariam, cum vera Religio ſit vnica; Dicunt iſti incredibile videtur omnes Iudæos, & Turcas, quorum plurimi Deum piè colunt, & tum proximis iuſtitiam ſeruant in æternum perire ſolùm eo nomine, quòd in Chriſtum non crediderint; Reſpondetur, ſi non eſt incredibile Deum per aliquot Annorum millia totum Mundum (excepta gente Iudaica orbis exigua portiuncula) reliquiſſe ſub Idolatria, & permiſiſſe ruere in exitium, & inter eos tot eſſent præclara ingenia tot numinum, & humanæ iuſtitiæ probitatiſque ſerij cultores, non debet etiam incredibile videri, ſi Turcas, & Iudæos modò perire dicamus; Immò addimus, hos non damnari ob peccatum Infidelitatis, ſi inuincibiliter ignorant Euangelium, quòd nimirum in Chriſtum nõ crediderint; ſed propter alia peccata contra Legem natura commiſſa, quæ ipſi Diuina ope vitare poterant, & tenebantur, quæ tamen non vitauerunt.

2 Religio vera eſt vnica ſicuti, & fides vera, non multiplex, nec variabilis ſecundùm opinionem, & libitum hominum, vna enim tantùm eſt veritas, vna fides, vnum Baptiſma (eſt Sermo cum illis, qui Chriſto dederunt nomen) vnus Deus, & Dominus omnium; Vndè conſequens eſt primò, omnes Religiones, omnes fides, & fidei confeſſiones eſſe falſas præter vnam noxias peſtiferas, & Auctore Diabolo, qui eſt Pater mendacij eſſe introductas, extra hanc vnicam ſalus æterna conſequi non poteſt Fides, & Eccleſia Catholica Romana eſt illa vna, in qua ſola immolatur Hoſtia Redemptoris, in ſola hac vinea laborantes mercedem denarij recipiunt,

nec eſt illa Arca, extra quàm exiſtentes diluuio extincti ſunt; Hæc eſt Corpus myſticum Chriſti, membrum quòd non manet in hoc Corpore vitam habere non poteſt, hæc eſt illa arbor, à qua ramus præcisus non poteſt germinare, & tandem eſt fons à quo riuus ſeparatus areſcit; Hæc & ſimilia, D. Auguſtinus Serm. 181. de tempore; Eodem ſpectat Vaticinium illud Iſaiæ 60. 11. aperientur portæ tuæ iugiter die ac nocte non claudentur, vt adferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur, Gens enim, & Regnum quòd non ſeruierit tibi peribit.

3 In hac Eccleſia ſola eſt vera ſalus in qua puritas, & Sanctitas vitæ colitur ab illius Fidelibus, qui ab affectu terrenorum, & ad cæleſtium amorem traducuntur; Hæc enim ſuadet abſtinere à voluptatibus carnis, & illecebris huius vitæ; Hæc docet Diuitias, & honores contemnere, & ijs cum poſſidentur propter Chriſtum renunciare; Hæc ſuadet ieiunia ſcilicèt, & alias Corporis afflictiones, quibus Caro dometur, & Spiritui ſubijciatur; Hinc innumeri ſunt in hac Eccleſia Catholica, qui contemptis diuitijs, & voluptatibus, quibus fruebantur, vel frui poterant ſæculo nuncium remiſere; carnem macerantes, & toti Deo, rebuſque cæleſtibus intenti; Inter hos multi magnates, & magnatum filij, ac filiæ plurimi nobiles, plurimi qui in hoc ſæculo fuerant opulentiſſimi, plurima nobiliſſima ingenia, & omni litteratura celeberrimi; In hac Eccleſia omni tempore, & omnibus ſæculis fuerunt, qui communi omnium Chriſtianorum confeſſione Sanctiſſimi fuerunt, quorum numerum, qui vellet recenſere nimirum laboraret, & tædioſum ſimul conficeret opus, & hoc eſt fortiſſimum argumentum bonitatis huius Eccleſiæ.

4 Secta Lutherana, & Caluiniſtica (idem dicendum de alijs Hæreticorum Sectis) nihil tale præſtant; tantùm enim abeſt vt doceant carnem macerare terrena contemnere voluptates carnis reſecare, vt ieiunium vocent traditionem humanam, qua Deus fruſtrà colatur, abſtinentiam carnium ſuperſtitionem, vota Monaſtica dicant eſſe impia irrita, & omninò non ſeruanda; Caſtitatem impoſſibilem; omnibus eſſe vxores ducendas, & rei vxoriæ operam dandam. Quòd Lutherus dicebat eſſe, tàm neceſſarium, quàm edere bibere, & dormire; Ex qua Doctrina conſecutum eſt, vt nemo qui aliquam ex iſtis Sectis Sectantur, vel ieiunio carnem maceret, vel continentiam ſeruet, vel à coniugio, & voluptatibus venereis abſtineat, vel ſuis facultatibus repudiatis paupertatem pro Chriſti amore colat, ſed omnes amplectantur vitam commodam, vulgarem ſæcularibus rebus hærentem, & Carnis, naturæque corruptæ inclinationi conſentaneam; Nemo hic animum concipere poteſt, vt quis Angelicam vitam imitetur in terris, ſicut multi Sanctorum facere, & multi adhuc in hac Eccleſia faciunt, nemo vt curas, & ſollicitudines huius vitæ excutiat, & ſæculi vincula abrumpat, vt liber, & expeditus Chriſtum Dominum ſequatur; Nam quicquid eſt ſupra communem, & popularem viuendi rationem hæ Sectæ improbant.

5 Itaque hæ Sectæ omnia bona opera è medio tollunt ſolamque fidem relinquunt hominibus: quàm inſtar omnium eſſe ſtatuunt; Non eſt credibile Dominum per tot labores, & ſudores per tàm multiplicem Doctrinam, & tot cæleſtia monita per Sanguinem Crucem, & mortem ſuam, tàm ſterilis Religionis nobis eſſe Auctorem, neque enim dum noſtris operibus vim merendi vitam æternam tribuimus obſcuramus meritum Chriſti (vt ipſi obijciunt) ſed illud illuſtramus, & extollimus; ſtatuimus enim illud adeò eſſe efficax, & vniuerſale, vt ipſe non ſolùm vitam æternam meruerit nobis per illud, ſed etiam vires, & facultatem merendi contulerit, ſicut omnipotentiæ Dei iniuriam non facit, ſed eam extollit, qui dicit eam non ſolùm omnia operari, & producere, ſed etiam rebus creatis vim operandi, & producendi ſimilia contuliſſe. Nihil enim

eſt

eſt quòd magis declaret excellentiam, & perfectionem Cauſæ, quàm ſi non ſolùm poſſit operari, ſed etiam alijs operandi vires tribuere; Cùm dicimus Chriſtum non ſolùm nobis meruiſſe vitam æternam, ſed etiam vires merendi contuliſse, longè magis extollimus vim meritorum eius, quàm illi qui docent illum ſolùm meruiſſe totum, & nobis nullus vires ad operandum meritis ipſius tribuiſſe. Immò hi magnam iniuriam faciunt Chriſto, qui hanc vim, & efficaciam ipſi detrahunt.

6 Hæc noſtra Eccleſia, & ſi etiam iniuſtos, & peccatores compræhendit illos tamen omni meliorem modò, & conatu nititur ad bonã frugem reducere, & ſalutis tramitẽ omninò non derelinquere. Primò per Sacramentum pęnitentiæ; Valdè enim deterrentur plerique à peccatis, quòd videant ea ſigillatim in confeſſione aperiẽda, & pro illis pęnitentiam ſubeundam, & ſi quid ſublatum ſit, vel ſiquid damni irrogatum, id omninò compenſandũ, requirit dolorem de peccatis cõmiſſis, & propoſitum nõ ea ampliùs perpetranda in qua re. Confeſsarius plura ſalutaria monita rectè viuendi intermittit: Inſuper docet remiſsa culpa, & pęnam æternam in temporalem commutatam remanere plerumque luendam in Purgatorio, niſi in hac vita per bona opera, nimirum per orationem, eleemoſinam, ieiunium, et alia ſimilia redimatur; Incutit etiam timorem, dum intimat peccatoribus ad æternam damnationem ſatis eſse, vel vnum peccatum mortiferũ, niſi pęnitentia in hac vita deletum fuerit, nec quicquam fidem abſque vera pęnitẽtia, nihil prodeſse ad peccatorum remiſſionem; His & multis alijs modis terretur peccator, ſic quòd numquam eſt ſecurus ſuæ ſalutis, ſed cogitur ſemper vigilare, & operibus bonis vacare, ne fortè ſubita, & repentina morte rapiatur ad Infernum.

7 E contra Lutherus, & Caluinus volunt hominem eſſe fide munitum, quo habito excutiunt timorem Diuinum, & magnam ad omnem licentiam peccandi portam aperiunt: tollunt Confeſſionis Sacramentum, tantæ vtilitatis remedium ad reuocandos homines à peccatis vt dictum eſt. Secundò tollunt pęnitentiæ virtutem, quatenus negant eſſe neceſſariam contritionem, ſeu dolorem de peccatis; Tertiò negant ſatisfactionis neceſſitatem, & dicunt hanc redundare in iniuriam ſatisfactionis Chriſti, quaſi non ſit ſufficiens pro peccatis noſtris; Quartò negant Purgatorium, & omnem caſtigationem temporalem Animarũ poſt hanc vitam; Quintò, quia negãt remanere vllam obligationẽ pęnæ temporalis remiſſa culpa ſemper enim cum culpa remitti totã pęnam. Sextò quia docent ſolam fidem ſufficere ad remiſſionem omnis culpæ, & pęnæ, nec aliud omninò requiri. Septimò docent habenti fidem ſpecialem nullum peccatum imputari; hac ratione Lutherus, dicebat Decalogum, non magis ad nos pertinere, quàm Cęremonias Legis Veteris, ſed omnem obligationem eius ſublatam eſſe per Chriſtum nimirum, quia non magis imputatur Credentibus illius violatio, quàm violatio legis Cęremonialis; His poſitis clariſſimum eſt tolli pęnitus à cordibus hominum omnem Dei timorem, & laxari habenas ad omnia peccatorum genera, immò tantam dari licentiam, quantam per Atheiſmum.

8 Dictum eſt hanc Eccleſiam habuiſſe, & habere Dei cultores, ſtrenuos in Deo colendo, & Sancta Matre extollenda, hinc Deus illos verè amicos magnis decorauit miraculis, & de die in diem non ceſſat oſtendere in hoc ſuam omnipotentiam. Vndè poſſumus ad Deum exclamare, & dicere, nimis honorati sũt amici tui Deus; Quòd autem in hac Eccleſia, iam indè à temporibus Apoſtolorum miracula plurima ſæculis ſingulis ſint edita, & etiam nunc edantur omnibus Chriſtianis eſt perſuaſiſſimum, & ex Hiſtorijs varijs, & Annalibus, & ex vitis rebuſque geſtis Sanctorum conſtat; nec ſunt conficta, aut Diabolica; nam dicere eſſe conficta eſt tollere omnem fidem Hiſtoriarum, & euertere omnem notitiam, ſuperiorum temporum; De omnibus enim geſtis antiquis dici poterit eſſe conficta, nec poſſunt dici Dęmo-

niaca, quia miracula, ſiuè opera illa longè Diaboli vim ſuperabant; Non enim poteſt Diabolus illuminare cæcos, corrigere claudos, excitare mortuos, ſubito roborare Paraliticos, ſiderata aridatque membra, & ſimilia quæ omnem naturæ vim excedunt præſtare; Vndè nec magi, talia vnquam ope Dæmonum efficere potuere; Talia tamen plurima, & pęnè innumerabilia noſtri Sancti perfecerunt, idque repentè ad ſolùm contactum ad ſignum Crucis, ad breues præces, & ſæpe ad ſolùm Imperium.

9 Item quia ea, quæ Dæmonum artificio fiunt, vel parum durant, tanquã præſtigia, & deluſiones oculorum, vt conſtat ex his, quæ faciunt Magi, vel ſi durant fiunt per Cauſas naturales, eorumque vim non excedũt; Deindè illa mortalibus, plerumque non ſunt vtilia, ſed vel noxia, vel inutilia, & vana, qualia ſunt ignem deſcendere de Cœlo ſtatuam loqui, & ſimilia, quæ facturus eſt Antichriſtus nouiſſimis temporibus; At miracula Sanctorum habet effectũ permanentem, & ſolidum, & mortalibus ſunt vtiliſſima, eoſque ad Dei timorem, & vitæ emendationem excitant; Vlteriùs; Noua miracula approbata fuere, præuia diſcuſſione; Examinantur enim teſtes, & plerumque ſub iureiurando; Inſpicitur ipſum factum, an naturæ viribus, an ope Dęmonum fieri poſſit; Conſiderantur omnes circumſtantiæ, quomodo quo ordine, qua occaſione, quo loco, & tempore, quo fine coram quibus, & circa quos miraculum patratum; Itaque impoſſibile eſt, diu latere fraudem, ſi qua ſubſit, & ad Diuinam prouidentiam pertinet, non permittere homines, tàm miſerè deludi præſertim poſt tantam diligentiam ab illis adhibitam ad veritatem reindagandum.

10 Præterea. ſi miracula Eccleſiæ fiunt à Diabolo ad retinendos homines in falſa Religione, cur non facit ſimilia in alijs falſis Religionibus, nimirum inter Turcas, Arianos, Anabaptiſtas, Libertinos, & ſimiles, cur has omnes miraculis ſuis deſtituit, & ſolam Catholicam illuſtrat; An fortè hæc illi magis eſt Cordi, quàm reliquæ omnes? At non debebat etiam alias negligere; ex quibus illicam ampli prouentus; Delectatur varietate falſi cultus, vt omnium ſe ingenijs, & affectibus accommodet, itaq; cum ſola Religio, & Eccleſia Catholica miracula habeat, nulla autem Religio falſa, aut Secta perſpicuum ſignum eſt miracula Eccleſiæ Catholicæ à Diabolo nõ eſſe; Denique quænam ſubeſt ratio, cur dicuntur conficta, vel Dæmonis ope patrata? an quia fieri non poterãt? At Deus eſt Omnipotens, & ipſe non tantùm ſimilia, ſed vera mira excedentia, non ſolùm vim ordinariam, ſed Diaboli eam facere poteſt, & facit, ficut multa fecit per Apoſtolos, vt ex Scripturis conſtat, iuxtà illud Ioan. 14. Amen amen dico vobis, qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe faciet; & maiora horum faci, & quia ego ad Patrem vado, & quodcumque petieritis Patrem in nomine meo hoc faciã, vt glorificetur Pater in Filio, ſed in Eccleſia Catholica eſt vera fides in Filiũ Dei, ergo in Eccleſia Catholica eſt Poteſtas faciẽdi opera Filij Dei ergo, & vera miracula.

11 Clarificati ſunt, & clarificantur miraculis veris cultores Eccleſiæ Catholicæ, ſed Lutherus, & Caluinus, Lutherani, & Caluiniſtæ, manent in ſuis tenebris, & obſcuritate; cum tamen indigerent miraculis, vt ſic oſtenderent ſe non eſſe Impoſtores, ſed veros Paſtores à Deo miſſos, & conuincerent ſe debere recipi; Cùm enim ex Scripturis conſtet, Matth. 24. nouiſſimis temporibus multos Pſeudo Prophetas venturos, qui iactent ſe à Deo miſſos eoſque Dominus cauendos iuſſerit, Matth. 7. & 24. nemo nouus admittendus eſt, qui ſuæ miſſionis plenam fidem non fecerit, ſed omnes ſuſpecti habendi, At qui non poſſunt vllo modò hanc fidem facere, niſi Diuinis ſignis, vt ſunt miracula, prædictio futurorum, reuelatio abſconditorum, &c. Hæc enim cum rerũ Creatarum vim ſuperent manifeſtum eſt eſſe à Deo; Vndè ſunt veluti parentes Dei ſigillo obſignatæ, quibus miſſio Diuina probatur; Hinc quotquot à Deo vnquam immediatè, miſſi ſunt ad popu-

lum docendum miraculis, vel alijs ſupernaturalibus ſignis inſtructi venere, quibus eorum miſſio eſt manifeſtata; ſic Moyſes educturos filios Iſrael de Ægypto, eiſque Legem daturus cùm maxima miraculorum poteſtate venit, & innumera vel ipſe fecit, vel Deus circa ipſum toties ei ſub viſibili ſpecie apparendo exhibuit.

12 Sic omnes Prophetæ, vel miraculis, vel occultorum reuelatione ſuam miſſionem probarunt; Idem fecit ipſe Dominus Prophetarum, qui & ſi clarè ex Scripturis conuincere poſſet ſe Meſſiam veniſſe; Idque etiam Teſtimonio Ioannis Baptiſtæ ſatis poſſet conſtare; tamen plurimis miraculis ſtatim initio prædicationis ſe à Patre miſſum ad hominum ſalutem oſtendit, & Phariſæis odio ipſius credere nolentibus dixit, vt ſi ipſi propter ſe credere nollent ſaltem operum magnitudine conuicti crederent; Pari modò omnes Apoſtoli apud Iudæos, & Gentiles, multis miraculis ſuam miſſionem probarunt; Denique idem fecere variarum Gentium primi Doctores, qui illas ex Paganiſmo ad fidem noſtram traduxere; Quare cum iſti noui Prophetæ, dicant ſe miſſos immediate à Deo, ſi id miraculis, & ſignis ſupernaturalibus non confirment, ſicut omnes alij proximè Deo miſſos fecere non ſunt vllo modò audiendi; Nec obſtat quòd Ioannes Baptiſta miracula non fecerit, quia Deus circa ipſum multa mille ſupernaturalia operatus eſt, quibus ſatis conſtare poterat de eius miſſione, ipſa quoque vitæ auſteritas, & morum ſanctitas non paruum miraculum erat. Itaque nemo dubitare poterat ipſo à Deo miſsū.

13 Secundò miracula erant neceſſaria, vt probarent ſe non tantùm mitti, vt correctores morum, ſed etiam vt Reformatores, & Correctores totius Eccleſiæ, qui collapſam Eccleſiam (vt dicunt) reedificarent, & Regnum Chriſti extinctum ſuſcitarent, no uaque omnia facerent; Quantis opus erat miraculis, vt Mundus conuinceretur ſe teneri ad hæc mira, & paradoxa credenda, eoſque pro talibus acceptandos; etiam ſi mille mortuos excitaſſent, & centena millia claudorum, Cæcorum, Paraliticorum curaſſent vix ſatis fuiſſet ad tantæ rei fidem faciendam; Primò quia Apoſtolus ad Gal. 1. ait, licèt nos, aut Angelus de Cœlo Euangelizet vobis præterquam quòd Euangelizauimus vobis Anathema ſit, & idem repetens maioris confirmationis Cauſa addit ſicut prædiximus; & iterùm dico, ſi quis vobis Euangelizauerit præter id, quòd accepiſtis Anathema ſit; ſi Angelo aliquid contrarium receptæ fidei Doctrinæ, nuncianti non eſſet credendum, quantis miraculis opus eſſet, vt homini alicui de rebus tantis, certa fides habeatur, nimirum Chriſti Eccleſiam pænitus collapſam, Idolatriam inuectam fidem extinctam omnes eſſe in ſtatu damnationis, maxima Religionis Capita eſſe reformanda, & Lutherum, vel Caluinum ad hanc reformationem à Deo eſſe miſſum; Nonnè dignum, & opus erat vt omnia miracula Chriſti Domini, & omnium Apoſtolorum reuiuiſcerent in hoc Reformatore.

14 Deindè quia Religio, & Eccleſia Catholica, quæ nunc viget pluſquam à mille annis eſt in poſſeſſione (quòd etiam aduerſarij fatentur,) vt à toto Mundo habeatur pro vera Chriſti Eccleſia, & Religione, & qui ab ea recedunt habeantur Hæretici, ergo ſine maximis, & euidentiſſimis ſignis, quibus clarè conſtet poſſeſſionem iniquam fuiſſe, nō poteſt deturbari; Debent autem hæc ſigna adeò eſſe perſpicua, & ita conuincere mentes hominum, vt nullus ampliùs relinquatur tergiuerſandi locus, alioquin non tenentur credere, ſed potiùs tenentur, tàm diuturnæ poſſeſſioni fauere, & Eccleſiam Catholicam non deſerere; accedit quòd Religio, & Eccleſia Catholica, omnibus illis ſæculis, maxima miraculorum gloria, & ſapientia, & ſanctitate Sectatorum fulſerit, & etiam num fulgeat, pluribus ergo, & maioribus, & clarioribus miraculis opus eſt, vt legitimè deturbari, & reijci poſſit, maiori item ſapientia; & ſanctitate, & horum publica fama,

 in

in ſectatoribus illarum Sectarum, quàm in Sectatoribus Eccleſiæ Catholicæ vnquam fuerit, cuius oppoſitum clarè videtur, & eſperitur; Quid dicent ad hæc Lutherus, & Caluinus. Quid reſpondebunt Lutherani, & Caluiniſtæ producant ſua miracula, oſtendant ſuam Sanctitatem, vt aliquam perſuaſionem faciant in populis, vt poſſint oſtentari ſe eſſe Miſſos à Deo inquam immediatè ad corrigendam, & reformandam totam Eccleſiam Catholicam.

15 Item quando Religio Veteris Teſtamenti apud Iudæos mutanda erat, & ex vmbra ad veritatem, ex typo ad exemplar tranſeundum, & ſi Dominus ex Scripturis conuinceret illam mutationem eſſe faciendam, & ſe à Deo ad hoc miſſum, tamen id maximis, & pluribus miraculis confirmandum cenſuit, vt nulla relinqueretur illis occaſio tergiuerſandi, quantis ergo opus eſſe miraculis putabimus, cum agitur de Eccleſia, & Religione noui Teſtamenti mutanda, quàm Scripturæ clarè pronunciant numquam ampliùs mutandam, ſed, & Deum illi vſque ad futurum vſque ad ſæculi conſummationem, & portas Inferi aduerſus eam non præualituras; quis enim prudenter rem, tàm nouam, tàm paradoxam, tàm Scripturis, & iudicio Patrum omnium aduerſa credat, ſine maximis miraculis fieri poſſe credat? Ex his patet meritò nos ab illis miracula exigere, & eos iniquiſſimè nobis cum agere, cum ſibi abſque miraculis in rebus tantis fidem haberi poſtulant, & niſi omnia credantur, grauiſſimas commouent perſecutiones; Quòd ſi verum eſt leues corde eſſe qui citò credunt, ſed certè ſtulti habendi ſunt, qui iſtis impoſtoribus credunt, ſed certè ſtulti habendi ſunt, qui iſtis impoſtoribus credunt in his, quæ à ratione procul ſunt,

16 Adducent forſitan pro magno miraculo, quòd tàm breui tempore, tàm multi hoc nouum Euangelium ſunt complexi, ſed hoc miraculum concupiſcentiæ carnis aſſignandum, fortaſse id aliquem colorem haberet ſi illorum Secta eſſet ſeuerior, & carni aſperior, quàm Religio Catholica; Verùm cum omnem Catholicæ Religionis ſeueritatem abroget Secta Calui, & Lutheri, & Carni omnem lucernam tribuat; Quid mirum ſi multi eam ſequantur? Quid mirum ſi grauia amotis impedimentis deorſum ruant, & flumina ſublatis obicibus ad Mare properent; Corrupta natura noſtra maximè ad licentiam viuendi propendet, quàm in iſtis Sectis inuenit; Itaque eas amplectuntur, non quia vi rationum perſuaſi credant eſſe ſanctiores, ſed quia inueniunt in illis, quòd quærebant, & illo nunc abſque metu, & ſub ſpecie honeſta Religionis; & pietatis poſſunt frui; Quòd quidem miraculum ab omnibus iſtis, nouis Religionibus adferri poteſt; Nam non ſolùm ad Caluiniſtas, & Lutheranos, & Anabaptiſtas immò, & Turcas multi confluxere, omnes itaque Sectæ recenſitæ, & aliæ ſimiles erunt Sanctæ, & Deo auctore conditæ. Sed Deus ſeipſum negare non poteſt, nec à ſe ſtabilita deſtruere, ac proindè, nec contrariarum, & ſe mutuò damnantium Sectarum eſſe Auctor.

17 Sancti cultores Eccleſiæ Catholicæ, qualem vitam ipſi duxerunt talem propoſuerunt ſequendam ſuis Sectatoribus, ſic pariter proceſſerunt Lutherus, & Caluinus diuerſo tamen immò contrario ſucceſſu, nam Sancti Cultores Eccleſiæ Catholicæ, ſicut exercuerunt mortificationem carnis, & Paſſionum moderationem, ita & ſui Diſcipuli; non ſic Lutherus, & Caluinus, ſed ſicut ambulauerunt totaliter ſecundùm ſenſum, ita docuerunt alios ambulare; Nam quòd ad Lutheri vitam attinet; ſcimus illum Monachum profeſſum fuiſſe, & quindecim circiter Annis Sacerdotem, ac proindè duplici voto continentiæ obſtrictum, ſcimus eundem relicto Monaſtico habitu, & profeſſione ſua ad vitam ſæcularem reuerſum, & Monialem profeſſam è Monaſterio abductam ſibi copulaſſe, & cum ea aſſiduè vixiſſe, quæ iure totius orbis Chriſtiani, iudicio duplex Sacrilegium commiſit, & toties id repetiuit, quoties ea eſt vſus, quæ ratio viuendi

viuendi poteſt eſſe magis ſcandaloſa? & ſcimus illum adeò Veneri, & libidini addictum, vt aſſiduè in conuiuijs, & compotationibus verſaretur, & diceret Libro de vita coniugali vſum fœminæ, magis eſſe neceſſarium, quàm edere bibere, & dormire, & Serm. de Matrimonio licitum eſſe vti ancilla ſi vxor debitum recuſaret.

18 Vitam Caluini deſcripſerunt Hieronimus Bolſecus, Iulius Brighetius, & alij plenam nimirum falſis criminationibus, homicidijs, furtis, imputationibus; Eadem plures alij ſcribunt, nec vnquam ea à quoquàm confutata. Ex quibus patet Infamia vtriuſque; De Infamia Lutheri, conſtat ex facto memorato toti orbi notiſſimo cùm Monachus, & Sacerdos Sancti Monialem profeſſam ſibi copulauit. Hoc enim omnium Doctorum iudicio Infamiam parit, ſi enim Iure Cæſareo, infamis eſt qui in Adulterio deprehenſus eſt L. Palam, §. adulterio ff. de ritu Nuptiarum, quantò magis, qui Nuptias bis Sacrilegas contrahit, & Sacrilego concubitu aſſiduè vtitur? fœdius enim eſt eſſe adulterum Chriſti quàm Vxoris, & Mariti. De Infamia Caluini, conſtat ex actis Iudicialibus Nouioduni illum conuictum, & per ſententiam damnatum, de nephando crimine; & publicè exurendum fuiſſe, niſi ad preces Epiſcopi, pœna ignis fuiſſet commutata in ſupplicium Virgarum, & ferri candentis in tergo vſtulatum, Vndè patet illum quoque iure, & facto fuiſſet infamem, L. 1. ff. de his, qui notantur Infamia, & L. quid ergo, §. ex compromiſſo, ff. de his, qui notatur Infamia: Quòd Caluinus fuerit, ſic Infamis teſtantur, Hieronimus Bolſecus conſcius Secretorum Caluini in Præfatione vitæ Caluini. Iulius Brigerius in floribus Caluiniſtarum; Thomas Stapletonius in Promptuario Catholico ſub Hebdomadis 3. Quadrag. & alij plures.

19 De Superbia Lutheri, & eius maledicentia conſtat, quia omnis ipſius Doctrina hinc exordium ſumpſit, cum enim quædam Indulgentiæ per Germaniam eſſent promulgandæ, hoc munus prætermiſſis Auguſtinianis, quibus id antea ſæpiùs commiſſum fuerat delatum eſt Fratribus Dominicanis; Id indigniſſimè ferens Lutherus, primùm contra Indulgentias declamare cœpit; qua de re cum repræhenderetur ſenſim plura, & maiora contra auctoritatem Summi Pontificis, & alia fidei Capita adiunxit, & ingentes turbas per totam Germaniam excitauit, vt fusè ſcribit Ioannes Cochlæus horum omnium ſpectator in actis Lutheri, Anno 1517. In Libro contra Regem Angliæ, ſcribit Reges Principes Pontifices non eſſe dignos, qui ſoluant ipſius corrigiam Calceamenti, ſe pro Sancto viro haberi velle velint nolint homines; Ibidem ait ſe non magni facere mille, Ciprianos mille, Auguſtinos; Item Principes Reges, & Imperatores Chriſtianos vocat Tyrannos Moriones, ſtultos, fatuos, feras beſtias, Carnifices, Leudes Capitis Dei Inimicos nequiſſimos, Nebulones, &c. Hæc Superbia, & indignatio eſt fons totius Lutheranæ Doctrinæ. Nec minor fuit Caluini Superbia, & maledicentia, ſat multa Bolſecus, ſat etiam ex Libri Caluini, non eſt poſſibile eam paucis deſcribere ideò relinquatur.

20 Quis nunc iſtis perpenſis in animum inducat Deum huiuſmodi hominibus, qui omni Iure, & orbis iudicio erant infames. Quorum vita turpiſſima lingua effrenis, & maledica, animus tumidus, ambitioſus, iracundus, & inuidia plenus ad reformationem Eccleſiæ ſuæ vti voluiſſe? Quis vnquam huiuſmodi mores, vel in Apoſtolis, vel in Prophetis notauit? Erant quidem Apoſtoli plerique conditione humiles, nulli tamen ob flagitia Infames, & quamuis eſſent indocti, & ſimplices repentè tamen facti ſunt ſapientes, ſapientia vitæ Sanctitate, & miraculorum gloria admirabiles; Mira in illis Animi demiſſio, mira manſuetudo, mirus gloriæ rerum terrenarum, & voluptatum huius vitæ, contemptus, mira in proximum Charitas, mira in Verbis modeſtia, & circumſpectio ſimiles mores cernimus in omnibus, quibus Deus vſus eſt, vel ad Gentium conuerſionem, vel ad morum populi Chriſtiani Reformationem; Hoc viden-

dum eſſet in Luthero, & Caluino, & alijs qui ſe iactant miſſos ad reformandam Eccleſiam, ad corrigendos mores, ſed eis optimè reſpondetur Medicè cura teipſum.

21 Sed non ſunt ingreſſi per portam ad prætenſam Reformationem faciendam, ſed aliundè; Vndè meritò cenſendi ſunt fures, & Latrones, ſed conſtat eos aliqua legitima auctoritate miſſos non eſſe, ſed priuato, & ſuperbo Spiritu veniſſe; Dicent fortè ſe eſſe miſſos immediatè à Chriſto, ſicut olim Prophetæ mittebantur extraordinario modò à Deo ad Reformandum Populum, & D. Paulus, qui non ab hominibus miſſus eſt, nec ab hominibus Euangelium accepit, ſed proximè à Chriſto Domino; Verum non ſatis eſt hoc dicere, & fortiter affirmare, ſed oportet probare, & conuincere eſſe verum ne legitima cauſa Populo, & Paſtoribus ordinarijs relinquatur eos, tanquam impoſtores reijciendi, ſicut Prophetæ, & Apoſtoli, non ſolùm dixerunt ſe eſſe miſſos à Deo, ſed id etiam abundè ſignis Diuinis demonſtrarunt; Quòd, & fecit D. Paulus, vltrà quòd per Sacram Scripturam, poterat etiam probare ſe nimirum à Spiritu Sancto ſegregatum cum Barnaba ad opus, ad quòd aſſumpti fuerant, Actorum 13. ſic & iſti deberent probare etiam per Sacram Scripturam ſe eſſe miſſos immediatè à Chriſto ad opus reformationis eo, vel maximè, quia Lutherus, & Caluinus oſtinati aſſerunt, nihil eſſe credendum, niſi quòd inuenitur expreſsè in Sacra Scriptura.

22 Hoc nomen Catholicum, quo vera Eccleſia dicitur Catholica, iuxtà illud Symboli Credo Sanctam Eccleſiam Catholicam, ſoli Eccleſiæ Romanæ tributum, prout vſu ipſo per orbem recepto conſtat; Vndè etiam ſæpè Hæretici in ſuis ſcriptis illam Catholicam vocant, & eius Sectatores Catholicos; nec vmquam vlla Secta hoc nomen meruit; numquam enim vel Marcionitæ, vel Montaniſtæ, vel Manichæi, vel Donatiſtæ, vel Pelagiani, vel Vigilantiani, vel Valdenſes, vel Lutherani, vel Caluiniſtæ, vel Anabaptiſtæ, Catholici paſſim vocati ſunt, aut eorum Doctrina Religio Catholica; ſola Eccleſia Romana eique adhærens multitudo Eccleſia Catholica, & huius Eccleſiæ Religio fides Doctrina, Religio Catholica, fides Catholica, & Doctrina Catholica dicitur; Hoc nomen cum idem ſit, quòd vniuerſale verè conuenit Eccleſiæ Romanæ verè, & ſolitariè conuenit, nam latiſſimè patet; Primò ad omnia loca, quia per totum orbem diffuſa, & ad omnia Regna; Secundò ad omnes gentes, quia nulla gens nobis cognita eſt, quæ hanc Religionem, vel non habeat adhuc, vel aliquando non habuerit, vel modò non incipiat habere; Immò hoc tempore pęnè, apud omnes eſt publica Religionis noſtræ profeſſio nimirum apud Iapones, Chinas, Indos, Perſas, Tartaros, Turcas, Afros, Braſilios, Peruanos, Mexicanos, &c. Omnibus enim his locis reperiuntur Catholici, reperiuntur Templa Altaria, Imagines Chriſti, & Sanctorum; Celebratur Miſſa, cęteraque officia Sacramenta, & Miniſteria, quæ ad fidem Catholicam pertinent perſoluuntur, & adminiſtrantur.

23 Eſtendit etiam ſe ad omnia *tempora*, quæ quidem ab Apoſtolorum æuo fluxere nullam enim ætas, nullum ſæculum, ab eo tempore aſſignari poteſt, quo hæc Religio non fuerit omnibus ſæculis celebrata Miſſa pro viuis, & Defunctis, celebrata Feſta, ſeruata ieiunia, frequentata vota Monaſtica, inuocati Sancti, honoratæ Sanctorum Reliquiæ, & alia Religionis noſtræ propria in vſu fuere; vt ex omnibus ætatum Scriptoribus conſtat; E Contrario ſi Sectas omnes conſideremus, nulla ex his vnquam Catholica nuncupata eſt, nec fuit, quia nulla ad omnia loca diffuſa eſt; Olim cum Religio Catholica, mundo illuxit breui tempore per totum orbem diffuſa eſt, & in omnibus pęnè Regnis fructificare, & Creſcere cæpit, vt ex Apoſtolis conſtat; At Religio Lutherana, & Caluiniſtica, iam poſt 100. Annos anguſtis adhuc finibus continentur, & magis deficiunt in alias Sectas abeundo, vel ad Catholicam Religio-

nem

nem redeundo; Nulla etiam ex his, iam indè à temporibus Apoſtolorum durauit, ſed omnes à centum Annis inuentæ ſunt; Itaque neque ratione temporis, neque ratione locorum, neque ratione nationum, aut populorum Catholicæ dici poſſunt; ſicque hoc nomen Catholicum, ſolùm Eccleſiam Romanam coniunctam cùm Pontificatu celeberrimam denominat.

24 Viſum eſt Eccleſiam Romanam tenaciſſimam, & conſtantiſſimam fuiſſe in conſeruanda Doctrina fidei, & morum, & ſucceſſione Miniſtrorum non interrupta ſuis Fidelibus communicanda, ſicque factum eſt, vt eandem Doctrinam, quàm tradiderunt Apoſtoli nos quoque habeamus; Ideò Eccleſia Romana meritò dicitur Apoſtolica, quod eſt clarum ſignum eam infallibiliter eſſe directam à Spiritu Sancto; E contrà Lutherus, & Caluinus, plures apertos habent in ſua Doctrina errores, & ſunt in ea valdè inconſtantes, quòd eſt clarum ſignum huiuſmodi Doctrinam eſſe ex proprio eorum Cerebro, & non ex directione Spiritus Sancti; Quoad errores Lutherus, & Caluinus, vltra alios conueniunt in duobus maximi momenti erroribus; Prior eſt nullam eſſe arbitrij noſtri libertatem, ſed omnia ineuitabili neceſſitate euenire; Alter eſt; Deum non minus eſſe Auctorem, & impulſorem operum malorum quàm bonorum; Hæc duo dogmata, tàm exiti alia ſunt, quòd multis occaſionem debere, vt ex Caluiniſmo ad Turciſmum, vel etiam ad Atheiſmum tranſirent dicentes, ſatius eſt nullum habere Deum, quàm habere illum, qui omnium ſcelerum ſit impulſor.

25 Lutheri, & Caluini inconſtantia Doctrinæ, etiam in rebus maximis eſt incredibilis; A Condito orbe non extitit Scriptor. Ita inconſtans, ita ſui immemor ſibi contrarius, & ſuæ Doctrinæ euerſor, vt Lutherus, non minus ſibi ipſi, quàm Sanctis Patribus, & Concilijs repugnat vt fusè oſtendit inter cæteros Cochleus in opere inſcripto Lutherus ſeptices, idque in omnibus pęnè fidei Capitibus; De ſola Communione Euchariſtiæ, ex ipſius operibus ipſo viuo notatæ ſunt 36. Contradictiones à Gaſparo Querhamer Laico ſaxone in Tabula contradictionum Lutheri, cum maxima Lutheri confuſione, & auctoritatis ipſius imminutione; Plures alij ſimilia fecerunt, qui ſtudio breuitatis ſatius relinquuntur, Caluini Antilogias, refert Coccius in ipſius Verbis 24. eſſet nimis operoſum eas commemorari; Non eſt mirum Lutherum, & Caluinum eſſe inconſtantes in ſua Doctrina, Cùm inſcriptionibus ſuis, non Spiritu veritatis erant pleni, ſed ſuis paſſionibus, ob quas ab errantes à verò non poterant, non eſſe inconſtantes, niſi depoſitis, vel ſaltem regulatis ijſdem paſſionibus redirent ad veritatem, à qua ab errauerunt.

26 Ob eandem Cauſam de malo in peius procedentes antiquas Hæreſes olim ab Eccleſia Catholica damnatas renouant; nam vterque nimirum Lutherus, & Caluinus docet nullam eſſe arbitrij libertatem, & Lutherus, artic. 36. affirmat hoc eſſe præcipuum ſuæ Religionis fundamentum; at illa fuit olim Hæreſis Simonis Magi ex Clemente, lib. 3. recognitionum; & Valentini, ex D. Auguſtino Hæreſi 11. & Manichæorum, ex D. Auguſtino Hæreſi 46. Vterque docet Deum eſſe omnium ſcelerum, & omnia mala fieri ex vi Decreti Diuini; At olim fuit iſta Hæreſis Simonis Magi, ex Vincentio Lirinenſi, & Florini ex Euſebio lib. 5. cap. 20. Vterque docet non eſſe neceſſaria ad ſalutem bona opera, ſed ſufficere fidem, at hæc fuit olim Hæreſis Simonis Magi, ex Ireneo, lib. 1. cap. 20. & Eunomianorum, circa annum Domini 360. ex D. Auguſtino Hæreſi 54. Vterque docet habenti fidem, nihil obeſſe peccata quantumlibet multa, & magna horum enim malitiam, non imputari Credentibus; Quæ olim etiam fuit Hæreſis Eunomianorum, ex D. Auguſt. Hæreſi 4. & Baſilidis, & Carpocratis, teſte Ireneo, lib. 1. c. 23. & 24. Caluinus negat pręſentiam realẽ Corporis Chriſti in Euchariſtia; At hæc

olim

olim fuit Hæreſis Berengarij; Anno Domini 1051.

27 Vterque tollit omnes traditiones, & ſolis Scripturis omnia vult contineri, eadem fuit Hæreſis Arianorum, vt conſtat ex D. Auguſtino lib. 1. contra Maximinum cap. 2. & vltimò; Item Neſtorij, Dioſcori, & Eutichetis, vt habetur in 7. Synodo, Actione 1. Vterque negat Sacramentum Pœnitentiæ, & Confirmationis, ſicut olim docuerunt Nouationi, teſte Cypriano, lib. 4. Epiſt. 4. & Theodoreto, lib. 3. Hæreticarum Fabularum; Vterque docet Eccleſiam ſolis bonis conſtare, & Eccleſiam olim viſibilem multis ſæculis periiſſe, hoc verò tempore in ſuo tantùm Cœtu exiſtere; ſimilis planè fuit Hæreſis Donatiſtarum, ex D. Auguſtino, lib. de Vnitate Eccleſiæ, cap. 12. Vterque docet non eſſe orandum pro Defunctis, non eſſe ſeruandum Ieiunium, aut alia ſtatu Ieiunia, ſed cum cuique viſum fuerit, ieiunandum; fuit etiam Aerianorum, teſte Epiphanio Hæreſis 5. & Auguſtino, lib. de Hæreſibus, cap. 53. Vterque negat venerationem Sacrarum Reliquiarum Imaginum Chriſti, ac Sanctorum, & vocat Idolatriam; Idem olim fecit Vigilantius teſte, Hieronimus, & Iconomachi teſte, Zonara Cedreno, & Nicephoro, de Iconomachis, ecce quanta conformitas Lutheri, & Caluini, cum antiquis Hæreſiarchis ab Eccleſia ſucceſſiuè damnatis.

28 Lutherus, & Caluinus, ideò etiam turpiter errauerunt, & inconſtantes fuerunt in ſua Doctrina, in Cauſa fuit quòd nullam certam credendi Regulam habuerunt, quia neque traditiones Eccleſiæ, neque Conciliorum Generalium auctoritatem, neque Veterum Eccleſiæ Doctorum, & eorum qui ante noſtras lites, exſtiterunt, Iudicium admittant, ergo nihil horum eſt illis regula credédi, ſed inquiunt; Ipſa Sacra Scriptura eſt nobis Regula credendi; Hæc enim errare non poteſt, verum facilè eſt oſtendere hanc regulam non ſufficere, quia per hanc regulam non poſſumus iudicare de ipſa Scriptura, & ita ipſa Regula nobis incerta manebit, quæ tamen ante omnia debebat eſſe certiſſima; Ex Scriptura enim conſtare non poteſt hoc Euangelium eſſe verè Scripturam non eſſe ſuppoſititium, & confictum ab aliquo impoſtore; Item nihil eſſe additum vel detractum, aut diminutum quòd ad Sacram Doctrinam, ſiuè Scripturam Sacram; Hoc totum ex Scriptura conſtare non poteſt; Immò poſſunt eſſe mille controuerſiæ de vero ſenſu, quæ etiam ex ipſa Scriptura Semota traditione, & Patrum expoſitione non poſſunt decidi, vt experientia conſtat.

29 Caluinus hic reſpondet, dicens Iudicium de Scripturis, & earum ſenſui pertinet ad Spiritum internum. Hoc nihil eſt aliud quàm dictamen Spiritus interni, ideſt Iudicium priuatum, cuiuſcumque primam credendi Regulam conſtituere; Quiſque enim dicere poteſt ſe Spiritum habere, & huius inſpiratione iudicare hanc partem eſſe Sacram Scripturam, non illam; hunc eſſe ſenſum, non illum, ſic Lutherus ex ſuo Spiritu iudicat Epiſtolam Iacobi eſſe Stramineam, & Apocalipſim Ioannis, dubiæ auctoritatis Caluinus, verò ex ſuo Spiritu iudicat vtramque eſſe Verbum Dei, ſic Lutherus ex ſuo Spiritu iudicat abolendum eſſe falſam opinionem, quòd ſint quatuor Euangelia; Nam Euangelium Ioánis eſt vnicum, pulchrum, verum, ac principale aliiſque tribus longè anteponendum ſimiliter Pauli Epiſtolæ, ac Petri longè præcedunt inquit tria Euangelia Matthæi, Marci, Lucæ; Pari modò Caluinus, ex ſuo ſenſu iudicat illa Verba, hoc eſt in Corpus meum; Hunc habere ſenſum; Hic panis eſt figura Corporis mei, Lutherus verò, hic panis eſt verè Corpus meum omitto alia innumera, ex quibus patet Iudicium priuatum, cuiuſcumque conſtitui Regulam credendi, ex qua tot abſurda ſequerentur, quòd non eſt permittendum.

30 Vidimus Lutherum, & Caluinum, ſine regula credendi, videamus eos plenos dolo malo, & inuidia, & fraudibus, quibus vtuntur ad defendendam, & propagandam propriam Sectam; fraudibus eos

vti conſtat; quia Catholicis multa falſa dogmata imponunt, vt eos faciliter oppugnent, & eorum Religionem infament dicunt igitur Papiſtas adorare ſtatuas ligna, troncos, ſaxa, ſicut Ethinici ſua Idola ſicque quicquid in Scripturis eſt, contra cultum Idolorum adducunt contra venerationem Imaginum, ſed aſſumunt vnum falſum, immò falſiſſimum quòd nimirum Catholici adorent prædicta, ſicut Ethnici ſua Idola cultu Latriæ, qui cultus ſiſtebat in ipſis Idolis; Catholici verò adorant Imagines non ſiſtendo in illis, ſed intendunt colere, & venerari id quòd rappræſentant; cultu, & honore quo colendum eſt rappræſentatum, quòd ſi eſt Deus, vel quid Diuinum eius Imago ad oratione Latriæ; ſi verò eſt aliquid Creatum adoratur adoratione longè Inferiori, ideſt duliæ, vel Iperduliæ ſine apparet falſitas impoſturæ Caluini, qui dicit Papiſtas adorare Panem, qui cum poſt conſecrationem non remançat panis, ſed tranſubſtantiatur in verum, & reale Corpus Chriſti illud adorant vnitum Diuinitati, non Panem, quia ibi non eſt, niſi ſua accidentia.

31 Dolo malo vtuntur in ſuis dogmatibus confirmandis Scripturarum, & Patrum ſententijs aliquid addendo, vel detrahendo, vel immutando, vel ommiſſis perſpicuis proferendo quaſdam obſcuras, vt illorum Doctrinæ fauere exiſtimentur; Lutherus enim vt ſuam de iuſtificationem per ſolam fidem ſtabiliret ſententiam ad Romano 3. vbi Apoſtolus, ait arbitramur hominem iuſtificari per fidem addit ſolam; Cumque negaretur cur hoc feciſſet reſpōdit in hæc Verba; ſi tuus Papiſta moroſum, & difficilem ſe præbere volet de voce (ſola) ſtatim dic Papiſta, & Aſinus eadem res eſt; ſic volo ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas, nolumus enim Papiſtarum eſſe Diſcipuli, ſed Præceptores; ſemel enim ſuperbiendo gloriabimur aduerſus huiuſmodi Aſinos, & infra Rogo te, ne quid aliud huiuſmodi Aſellis reſpondeas de voce (ſola) ſed tantùm dicas Lutherus, ſic vult ille Doctor eſt omnium Doctorum in Papam, &c. En modeſtiam huius Prophetæ in fraude, & dolo excuſando, quem exercuit in illa ſententia, D. Pauli; Caluinus omnia penè Scripturæ loca, ex quibus Sancti Patres probant Trinitatem Perſonarum, Diuinitatem Filij, aut Spiritus Sancti, ita exponit vt omnem eorum vim elidat, qua in re non parum Iudæis, Sabellianis, Arianis, & Macedonianis gratificauit; His, & ſimilibus artibus, Lutherus, & Caluinus, & eorum ſequaces conantur ſuas nouitias Sectas defendere, & propagare.

32 Harum Sectarum Nouitas, ſicut omnis nouitas, vt Gregorius Nazianzenus, loquitur in omni Republica, & maximè in Materia Religionis vitanda eſt, & reijcienda, tanquam Chriſti Religioni repugnans Eccleſia enim, & Regnum Chriſti eſt res antiqua, & inexterminabilis aduerſus quàm Portæ Inferorum non præualebunt, & cui Chriſtus promiſit ſe affuturam vſque ad conſummationem ſæculi. Ita etiam Religio, per quàm Eccleſia, & Regnum Chriſti ſubſiſtit; Nouas autem eſſe iſtas Religiones Sectarias conſtat, primò quia poſſumus aſſignare primos ſuos Auctores, & locum, & tempus, & modum, quo ſunt introductæ, & oſtendere quinam ſe illis oppoſuerint; quantæ propter illas vbique commotiones, & turbæ ſint extinctæ; Denique quomodo, & à quibus damnatæ; At quæ poſſunt eſſe clariora ſigna nouitatis? eodem modo omnes Hæreſes nouitatis contra Doctrinam Apoſtolicam introductæ conuincuntur, quia de ſingulis oſtendere poſſumus, quo tempore incæperint; quo loco, quo Auctore quibus ſe opponentibus, & à quibus condemnatæ; Deindè ante annum Domini 1517. Religio Lutherana non erat in Mundo ſimiliter, nec Caluiniana, nec Anabaptiſtica, quæ duæ ſunt ſoboles Lutheranæ. Conſtat enim ex Scriptoribus eo tempore quo Lutherus Caput extulit præter Iudaicam Mahometicam, & Paganam non fuiſſe, niſi Catholicam, & Huſſiticam.

33 Pluribus in præteritis oſtenſum eſt Eccleſiam Romanam Catholicam, eſſe

vere

verè Eccleſiam Chriſti, nunc addimus illam ſolùm eſſe eligendam, quàm in hora mortis nos tenuiſſe volemus; Probatur primò plurimorum exemplo, qui & ſi Hæreticè vixerint, quando tamen moriendum eſt cupiunt mori Catholici iudicant enim eſſe ſecurius; Secundò quia quiſque tunc optat ſe plurima opera bona feciſſe, & magno ſtudio omni peccata vitaſſe ad quorum vtrumque inducitur efficaciter Eccleſia, & Religio Catholica, ad neutrum Lutherana, & Caluiniana, ſed potiùs ad bonorum operum contemptum, & licentiam vitæ; Tertiò quia Religio Catholica habet multa remedia, quæ in tremendo illo tranſitu non ſunt contemnenda, vt pœnitentiam peccatorum abſolutionem Sacerdotum, Sacramentum extremæ vnctionis, & Euchariſtiæ, quæ magnam conſolationem, & fiduciam adferunt fidelibus; His enim ſatisfactio Chriſto nobis communicatur; Nuda illa fides, & informis res eſt valdè frigida, & imbecillis in illo articulo, omnes Sectæ huius temporis hanc fidem iactant, quæ ſine Charitate, & bonis operibus nihil prodeſt, iminò mortua eſt, & quomodo poteſt peccatorem mortuum in peccatis viuificare ad Diuinam gratiam ſi inſecaret gratia?

De Spe virtute Theologali. Artic. 6.

1 SPes eſt nomen impoſitum ad ſignificandum Theologicè virtutem ſimpliciter, quæ pro materiali ſit habitus immediatè à Deo infuſus electiuus, in mediocritate conſtitutus quoad nos determinata ratione, & prout ſapiens determinabit; Probatur ex illo Eccleſiaſtici, ego Mater pulchræ dilectionis, & Sanctæ Spei, in me omnis Spes virtutis, & Rom. 5. Spes non confundit, & ibidem, cap. 8. Spe ſaluifacti ſumus, ex Iacobi 1. Probatio operatur Spem, Spes autem non confundit, & ex 1. Petri, cap. 1. regenerauit nos in Spem viuam, ergo Spes ex Sacra Scriptura, quamuis ſit nomen acceptum à Paſſione aliqua appetitus humani, iure tamen impoſitum eſt ad ſignificandam virtutem ſimpliciter, non aliquam talem Paſſionem. Perficit ex Scoto in 3. diſt. 26. q. vnica, Spes humanum appetitum actiuè indifferentem in ratione concupiſcibilis ſecundùm affectionem commodi ad tendendum honeſtè, ſub debitis circumſtantijs in vltimum bonum delectabile iudicatum, ſeu propoſitum ſibi poſſibile, vel futurum cum certitudine.

2 Tribus modis ex Scoto in 2. diſt. 6. q. 2. poteſt humanus appetitus per virtutem Spei moderari, ne turpiter prædictum bonum futurum concupiſcat; Primò ſecundùm intenſionem, ne maiori conatu illud appetat quàm ſibi conueniat; Secundò quantum ad accelerationem, ne citius velit illud attingere quàm oporteat; Tertiò ſecundùm Cauſam, ne velit alijs auxilijs bonum illud attingere, quàm à ſibi ſuperiore ordinatum fuerit omnibus prædictis modis mali Angeli, ex Scoto ibidem à recitudine Spei receſſerunt turpiter concupiſcentes Beatitudinem ſupernaturalem quidam exceſſiuè præſumentes; Quidam defectiuè deſperantes, ergo Spes moderatrix humani appetitus modis prædictis, iuxtà rectam rationem eſt ſimpliciter virtus, ſic habentem perficit, & opus eius bonum reddit, ex 2. Ethic. c. 5. ſic eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, ex 7. Phiſic. text. 17. ſic eſt moderatrix Paſſionum, ex 2. Ethic. ſic eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens ex 2. Ethic. cap. 6. Spes igitur non eſt Paſſio appetitus ſenſitiui, aut rationales, ſed vt dictum eſt dirigit eandem Paſſionem ne excedat, aut deficiat.

3 Pro dictorum, & dicendorum intelligentia notanda ſunt ſequentia; Primùm quòd Spes quadrupliciter accipi poteſt, ſcilicèt pro Spe; Secundùm quòd eſt Paſſio, pro actu ſperandi pro re ſperata, & pro habitu, per quem elicitur actus ſperandi tribus modis, primis Spes non eſt virtus; Quartò autem modò adhuc diſtinguendum eſt; Ille enim habitus poteſt conſiderari vt aquiſitus, vel vt Infuſus; habitus

habitus infuſus eſt, qui à Deo immediatè infunditur; habitus aquiſitus eſt, qui ex actibus ſperandi cauſatur; Hæc Spes aquiſita eſt virtus, nam actus Spei eſt, tàm materialiter, quàm formaliter bonus, ergo ex tali actu frequenter elicito poteſt habitus virtuoſus generari; Probatur antecedens; Ille actus eſt bonus materialiter qui tranſit ſuper debitum obiectum, & ille eſt bonus formaliter, qui eſt debitæ circumſtantionatus moraliter, ſed actus Spei, qui eſt expectare certitudinaliter bonum à Deo promiſſum mediante eius auxilio, & meritis ſperantis conſequendum habet obiectum debitum, quia bonum à Deo promiſſum, eſt etiam debitæ circumſtantionatus; quia innititur auxilio gratiæ ſupernaturalis, & meritis ergo, &c. Probatur conſequentia à ſimili, nam ſicut ex actu vitioſo generatur habitus vitioſus, ita ex actu ſtudioſo generatur habitus virtutus.

4 Spes infuſa eſt virtus, iuxtà illud Apoſtoli 1. Corinth. 13. dicentis nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc maior autem horum eſt Charitas; Ex quo teſtimonio Apoſtoli duo ſequuntur. Primùm eſt quod huiuſmodi tres virtutes infuſæ, de quibus Apoſtolus loquitur, realiter ſunt diſtinctæ, quia tria hæc; Conſtat enim quòd vnum, & idem realiter indiſtinctum, non poteſt realiter numerari, nec per conſequens triplicari. Secundùm eſt quòd Charitas à Fide, & à Spe diſtinguitur ſpecificè, quia maior, & perfectior eſt eis indiſtinctorum autem ſpecie vnum non eſt vniuerſaliter, & eſſentialiter perfectiùs, altero ſed alterum alteri æquale; Quòd verò Spes ſit virtus infuſa diſtincta à fide; Probatur quia Spes, & Fides ſunt indiſtinctis ſubiectis, quia Fides eſt in Intellectu, Spes verò in voluntate; Item quamuis ſpecies, & Fides habeant obiectum, idem materiale nempè Deum ipſum, non tamen habent idem obiectum formale, quia Fides tendit in Deum quatenus veraciter reuelantem, Spes verò in eundem Deum, ſub ratione ſummi boni certitudinaliter habendi, ex quo ſequitur Spem Infuſam eſſe virtutem.

5 Sicuti datur Fides informis, & formata; Ita datur Spes informis, & formata; eſt autem Spes informis quæ eſt in peccatoribus ſine Charitate, Spes verò formata eſt quàm habent iuſti, vnà cum Charitate; Chriſtus in hac vita Fide, & Spe caruit, quia erat Beatus, videns clarè Diuinam eſſentiam, & fruens ea tanquam ſummo bono; ſic etiam cæteri Beati, licet enim Beati credant, & ſperent Reſurrectionem, non tamen eſt in eis Fides, & Spes, quæ ſunt virtutes, quia & ipſi Deum clarè vident, & in ipſo quæ creduntur, & ſperantur clarè intuentur; & Chriſtus credidit quidem, & ſperauit Reſurrectionem, tertia die futuram pro qua, & Patrem orauit; Antiqui Patres, qui apud Inferos vſque ad Paſſionem Chriſti tenebantur, non incongruè dici poteſt quòd Fidem, & Spem virtutem habuerunt, quia credebant ſe clarè viſuros Deum qualiter eum tunc non videbant. Ita Magiſter in 3. diſt. 26. talis Spes prædictorum Patrum, non erat informis, quia non erant in peccato mortali aliter fuiſſent in Inferno damnatorum, ſed erat formata Charitate, erant enim iuſti, & amici Dei.

6 Spes Informis eſt virtus, contra Caietanum 2. 2. quæſt. 17. articul. primò, qui exiſtimat Spem ſine Charitate non eſſe propriè, & ſimpliciter virtutem, ſed cum Charitate coniunctam eſſe verè, & propriè virtutem; Sed certior, & verior eſt dicta noſtra aſſertio, quia ad virtutem non requiritur, vt hominem referat, & dirigat ad actum ſimpliciter optimum, ſed ad actum optimum quem poteſt, & ideò fides Diuina eſt virtus, quia ſemper eſt veri, ſiuè ſit informis, ſiuè formata, Spes humana non item, quia ſemper eſt boni, & aliquando ſperat, & quatenus Dei promiſſis, & eius gratia,

ſidem adhibere ac Diuina, quæ in Eccleſia prædicantur dogmata profiteri, niſi Chriſtianus Dei benignitate percepta, Spem inde concipiat, & fiduciam conſequendæ gratiæ, & ſalutis æternæ; Quia quilibet fidelis tenetur ſperare in Deo viuo, & de eius bonitate confidentiam conficere, at Spes in Deo conſtituta eſt firma, & ſtabilis dicente, D. Paulo, vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum firmum ſolatium habeamus qui confugimus, ad tenendam propoſitam Spem, quàm ſicut anchoram habemus Animæ tutam, ac firmam; Senſus huius ſententiæ eſt; Reſpicientes in promiſſiones Dei magno animo ſumus, nec frangimur aduerſis, ſed conſolamur nos Spe; nam propterea voluit Deus fidem ſuam gemino vinculo obſtringere primùm promiſſione, deindè iuramento, vt firmam habeamus conſolationem.

10 Hæc veriſſima ſunt de noſtra Spe conſiderata ex parte, quàm nos Chriſtiani pro Anchora nauigationis noſtræ habemus, quæ intempeſtatibus Maris, huius turbulentiſſimi, ideſt inquieti Mundi animos noſtros ſic fulcit, vt etiàm ſi in vita humanis præſidijs deſtituamur intrepide dicamus, etiam ſi me occiderit in eum ſperabo, & in Deo ſperabo, non timebo quid faciat mihi homo; Hæc ratio aperta eſt, nam Spes quæ collocatur in Nomine fallax eſt quoniam, & Verbum hominis, & eius potentia deficere poteſt, at Spes Chriſtiana, quæ innititur promiſſionibus Diuinis fallax eſſe non poteſt, cum certa, & ſolida ſit; Cęterum ea parte qua reſpicimus, noſtramque miſeriam, & ignauiam metum habet adiunctum, & trepidationem; Cùm enim lapſum eſſe ſciamus Seraphi Angelorum nobiliſſimum; Salomonem hominem Sapientiſſimum Iſraelem Populorum electiſſimũ, Iudam inter Apoſtolos nominatum; Cùm etiam intelligamus, non magis deberi nobis Dei tutelam, & gratiam, quàm illis qui iam ſunt à nobis nominati, vt Iudæ vocato Apoſtolo, aut Saulo electo Regi, aut Nicolao conſtituto Diacono, non poſſumus eſſe ſine metu præſertim, cum Paulus admoneat noli altum ſapere, ſed time, & iterùm, qui ſtat videat ne cadat, & Eccleſiaſtici 1. qui ſine timore eſt non poteſt iuſtificari, & ad Philippenſes 2. cum timore, & tremore operamini veſtram ſalutem, & Prou. 18. Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus. Hæc tamen noſtra trepidatio non debet Animos deijcere, ſed magis Chriſto ſubjcere, & Spem noſtram in illum incitare.

11 Deus Beatificè attingendus eſt materiale obiectum Spei Theologicæ virtutis infuſæ principale, ſeu vltimatum adæquatum; Hic ſupponitur ſub hac etiam Spe cadere omnia bona naturalia, fortunæ Corporis, & Animæ, quæ etiam à Theologis Communiter ponuntur effectus prædeſtinationis; Ideò hæc quoq; ſaltem remotè ſpectant ad obiectum materiale remotum; Secundò omnia ſupernaturalia auxilia exterioris, & interioris vocationis, & iuſtificationis ſub infuſis habitibus Fidei, Spei, & Charitatis; ſimiliter opera meritoria de condigno, ſub præueniente auxilio excitantis, & auxiliantis gratiæ, ſpectant quoque ad materiale obiectum Spei, ergo Deus Beatificè attingendus eſt principale, tantùm materiale obiectum Spei Theologicæ, non adæquatum, patet ex Matth. 6. Quærite primùm Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis; omnia hæc ſenſibilia ſunt à Deo creata propter homines electos in hac mortali vita conſeruandos, ex Scoto in 3. diſt. 31. art. 3. ad ſperandum etiam cum meritis de condigno Deum Beatificè attingendum, ergo ſub Spe Theologica obiectiuè continentur omnia bona prædicta, vt Deus ſit tantùm materiale illius obiectum principale, ſcilicèt vltimatè ſperandum, & cætera media naturalia, & ſupernaturalia ſaltem ſecundariò, ſic materialiter ad obiectum illius adæquatum ſpectare oportet, ex Pſalmo 72. Quid mihi eſt in Cœlo, & à te quid volui ſuper terram defecit Caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

12 Omne bonum conueniens humano appetitui

appetitui abſens futurum ſaltem ſub morali certitudine ſpectat ad obiectum materiale Spei in Communi, ſiuè moralis, ſiuè Theologicæ; hic ſub ponitur etiam Spem Theologicam habitum immediatè à Deo infuſum habere vnum obiectum materiale adæquatum, ſiuè potentiale, ſiuè virtuale à quo præter ſuam intrinſecam vnitatem abſolutam indiuiduam ratione ſuæ propriæ entitatis, de genere qualitatis ſortitur extrinſecè in ratione formalis Spei vnitatem obiectiuam, tàm ex parte obiecti materialis, quàm formalis, quomodo quæuis naturalis ſcientia in ratione habitus aquiſiti; Totum hoc poteſt pariter conuenire Spei morali, ſub naturali lumine rationis ad ſperandum honeſti cum debitis circumſtantijs omne bonum futurum conueniens homini in ſua morali politia, cum hoc ſolo diſcrimine; Certitudo futuri euentus, ſub Spe Theologica eſt Phyſica, ſub Spe morali eſt quoque morales; Vtraque Spes eſt habitus electiuus appetitui humano ſuperadditus, ſub regula vtriuſque rationis inclinans ad tendendum, in bonum abſens ordinis Diuini, vel humani ſupernaturalis, vel naturalis iudicatum certitudinaliter poſſibile, aut viribus ſupernaturalibus, aut naturalibus.

13 Differunt Spes infuſa, ſub Regula ſupernaturali, & Spes moralis, cum Spes infuſa inclinet vltimatè in Deum bonum infinitum, & in omnia alia bona creata naturalia, & ſupernaturalia in ordine ad conſequendum illud; Immò quoque monet hæc Spes Theologica ad fugam omnium ſenſibilium, quæ poſſunt auertere Animum à Deo beatè attingendo, vel impedire actualem eius proſſecutionem, ergo Deus non erit materiale obiectum adæquatum Theologicæ Spei; ſimiliter Spes moralis humana habet adæqu atum eius obiectum materiale, non bonum vnius dumtaxat generis; ſed cuiuſcumque quòd ſuis determinatis circumſtantijs, præſens in Phantaſia iudicatur ipſum appetitum finalizare; Contrà Spes Theologica à ſolo Deo infunditur, ſoli Deo nititur, & à ſolo Deo ſpecificatur, ergo ſolus Deus bonum, infinitum eſt adæquatum obiectum eius materiale. Reſpondetur negando conſequentiam; Regula talis Spei eſt Diuina reuelatio, vel Deus ſub ratione reuelantis omnia ab ipſomet Deo ordinata ad ſperandum ſeipſum Beatæ attingendum, ideò ſaltem ſub prædicta ordinatione Diuina, plura proponuntur nobis Theologicè, ſperanda in ordine ad ipſum Deum Beatæ attingendum.

14 Item ſi ſub Spe infuſa caderent obiectiuè, tàm bona temporalia (ſiuè fortunæ, ſiuè Corporis, ſiuè Animæ) quàm fuga omnium malorum, quæ illis opponuntur non diceretur omninò virtus Theologica; Negamus conſequentiam, ſufficit ordo omnium bonorum Creatorum, & fuga omnium malorum ad Deum Beatæ attingendum, vt Spes ſecundùm totam latitudinem ſui materialis obiecti adæquati, ſit virtus tota Theologica; Hac Spe mulier illa patiens fluxum Sanguinis, acceſſit ad Ieſum Chriſtum, Lucæ 8. & liberata eſt Mulier quoque Cananæa, ex Matth. 15. obtinuit quòd petijt pro ſe, ac eius filia à Dæmone vexati. In hac Spe, ait Propheta, Pſalmo 90. Quoniam in me ſperauit liberabo eum. Sub hac cadit remiſſio peccatorum, & reatus, ex Hebr. 4. Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ eius, vt Miſericordiam conſequamur, & inueniamur auxilium in tempore opportuno. Hęc omnia habent connexionem, cum Deo bono, infinito, Beatæ à nobis attingendo, ſub ſpeciali ordinatione Voluntatis Diuinæ, vt docet Scotus in 3. diſt. 32. art. vlt. Demum maximum præmium Spei declarat Apoſt. Hæbr. 10. Nolite amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

15 Deus immediatè ſecundum ſe ipſum eſt materiale obiectum Spei, proximè per actum eius attingendus, vt formalis eius poſſeſſio, potiùs pertineat ad obiectum vſus, quàm ad obiectum immediatum Spei Theologicæ. Probatur à Scoto in 3. diſt. 13. q. 1. ad 2. nil poteſt, niſi ſub ratione infiniti humanum appetitum finalizare

in ra-

in ratione delectabilis, ſibi conuenientis ac ſufficientis, alioquin non minùs poſſet in aliquo creato vltimatè quietari, quàm in Deo bono Infinito, iam ſecundùm Spem Theologicam, homo per actum eius tendit in vltimum finem ſuum ſeipſum ſimpliciter finalizantem; ergo immediatè tendit præcisè in Deum bonum Infinitum, qui ratione ſuæ infinitatis, dumtaxat aptus eſt finalizare; Confirmatur; obiectum immediatum Spei eſt ſimpliciter humana Beatitudo in qua, ex D. Auguſtino 13. de Trinit.cap.5. Beatus habet quicquid vult, ſed in ſolo Deo infinito, poteſt homo habere quicquid vult, ergo ſolus Deus eſt immediatum obiectum materiale Theologicæ Spei, in quo vnitiuè, ſiuè eminenter continentur alia bona creata, vel creabilia, ex Scoto in 4. diſt.49. q.1. Patet ex Boetio 3. de conſolatione proſa 2. definiente Beatitudinem ob ect:m immediatum Spei eſſe ſtatum omnium bonorum aggregatione, perfectum; quæ aggregatio in ſolo Deo reperitur ergo, &c.

16 Ratio Deitatis, ſe Deitatem ipſam in abſtracto eſt formale obiectum Spei motiuum, ac terminatiuum, vt Deus ſub ea ratione moueat, ac terminet adæquatum actum illius, nam Spes eſt virtus Theologica, ſic denominata à ſuo formali obiecto, ergo formale ſpecificatiuum, eius neceſſariò ponitur Deitas; Secundò ſub hac ratione Deitatis præcisè Deus eſt obiectum Beatificum, ex Epiſt. Ioannis, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt, idem eſt obiectum formale Spei vltimum, ac formale obiectum Beatitudinis ſupernaturalis, cum ſub Spe infuſa ad illam attingendam per merita, ex Diuina gratia tendamus, ergo ſola ratio Deitatis abſoluta eſt formale obiectum, Spei Theologicæ; Tertio ratione Deitatis præcisè Deus eſt bonum infinitum commodum nobis aptum noſtrum, appetitum ſimpliciter explere actuare, adæquare, & finalizare, ergo ſola ratio Deitatis eſt formale obiectum Spei, Patet ex Scoto in 4. diſt. 49. q. 1. obiectum formale Spei Theologicæ eſt bonum eſſentialiter, ac ſimpliciter Supremum inter omnia appetibilia naturæ intellectualis hoc oportet eſſe infinitum, ſimpliciter alioquin, nec foret ſimpliciter primùm ac ſupremum in hoc genere appetibilium ſub ratione Deitatis, Deus vltimatè habet, quòd eſt ſimpliciter ac ſupremum in genere appetibilium, ergo ſub hac ratione præciſa conſtituitur formale obiectum Spei motiuum, ac terminatiuum.

17 Eodem modò in eodem genere ſperare Theologicè in Angelo, vel puro homine Sancto in via, vel in patria, Beato quomodo in Deo, vel in Chriſto, vel in Virgine conſecutionem Beatitudinis eſt impium, & Sacrilegum, iuxtà illud Pſalmi 145. Nolite confidere, in principibus in filijs hominum in quibus non eſt ſalus, neque principaliter phyſicè, neque meritoriè primò, immò nec interceſſoriè ſit primò; Ideò Hierem. 17. Legitur maledictus homo qui confidit in homine; Infra benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius gratiam, & gloriam dabit Dominus principaliter effectiuè, ſolus Chriſtus factus eſt Spes noſtra, vel Cauſa ſperandæ ſalutis, iuxtà illud ad Coloſſenſes 1. Chriſtus in, nobis Spes gloriæ; Interceſſoriè quoque ſolus Chriſtus, dicitur principalis Cauſa noſtræ Spei Mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus; Imperatoriè, & ſecundariò poſt Chriſtum. Sanctiſſima Virgo Mater Dei mediatrix Aduocatrix, & Spes noſtra immediatè poſt Chriſtum eius Filium poſt ipſam cæteri Sancti Angeli, & homines; Ideò nullus creditur habere immediatum acceſſum ad Deum ſaltem regulariter ad interpellandum pro nobis; Hæc dignitas conuenit ſoli Chriſto, ex D.Paulo ad Heb.7.

18 Scotus in 3. diſt. 26 tàm Spem, habitualem à Deo infuſam, quàm ex frequentatis actibus ſub eodem motiuo aquiſitam cenſet virtutem ſimpliciter Theologicam, ex tribus conditionibus

bus ibi à ſe recenſitis; quarum prima eſt reſpicere Deum pro primò obiecto; Secunda habere pro regula primam, regulam humanorum actuum, non autem regulam aquiſitam; Tertia immediatè infundi à Deo, ſicut à Cauſa efficiente conſtituentibus virtutem in eſſe Theologico; vnam dumtaxat, ait ibi de eſſe habitui aquiſito Spei (ſcilicèt immediatè à Deo infundi) quæ conditio accidentalis eſt ſolùm duæ aliæ priores (niti ſcilicèt immediatè Deo, ac immediatè tendere in Deum per modum primæ regulæ humanorum actuum) eſſentiales; alioquin Theologica aquiſita ſub reuelatione Diuina impropriè ſic nominaretur, ideſt non foret habitus Theologicus obiectiuè diſtinctus ab habitu naturali phyſicè, vel metaphyſicè aquiſitus, contra Communem ſententiam ex q. 3. Prologi; Duo ſunt formaliſſima in vtraque Spe infuſa, & aquiſita; Primùm conformitas eius in eſſendo, & operando cum ſupernaturali Regula Diuina, ſimpliciter prima, et infallibili; Secundùm obiectum eius materiale, & formale circa quòd, & quo Deus ſub ratione Deitatis; Primùm eſt formale conſtitutiuum virtutis in eſſe ſimpliciter completo, & adæquato ſecundùm in eſſe ſimpliciter Theologico, in quantum ſub prædicta conformitate attingit Deum ſecundùm propriam, vel intrinſecam Regulam Theologicæ virtutis.

19 Pro clara intelligentia huius Doctrinæ eſt aduertendum, quòd virtus Theologica tripliciter capitur vno modo fusè; & ſic omnis virtus, quæ eſt de Deo tanquam de obiecto immediato eſt virtus Theologica, atque ita Fides aquiſita, Spes aquiſita, & Charitas aquiſita ſunt habitus Theologici, Secundò modo dicitur virtus Theologica, quæ habet Deum pro primò obiecto, & prima Regula humanorum actuum, & hoc modò Fides aquiſita, & Spes aquiſita ſunt pariter habitus Theologici; quia vltimatè licèt non immediatè primæ veritati, & bonitati innituntur; Tertiò modo dicitur virtus Theologica, & propriè, quæ habet Deum pro primò obiecto, & pro prima Regula actuum ſuorum, & cum hoc à Deo immediatè; quæ poteſt ſic definiri Virtus Theologica eſt habitus infuſus à Deo, qui primæ veritati innititur, & Deum pro immediato reſpicit; Dicitur primò, quòd eſt habitus à Deo infuſus per hoc virtutes morales, & aliæ virtutes aquiſitæ, non ſunt virtutes Theologicæ; Secundò dicitur qui primæ veritati innititur (intelligi immediatè) ideſt, qui immediatè habet primam veritatem pro prima Regula actuum ſuorum, & non regulam aliquam aquiſitam humana prudentia, &c. Dicitur tertiò, & Deum pro immediato obiecto reſpicit, ex quo ſequitur quòd Latria non eſt virtus Theologica; quia etſi Deum reſpiciat pro obiecto, non tamen immediatè, ideſt mediante cultu.

20 Hic valdè notandum eſt Scotum in 3. diſt. 26. quæſt. vnica, non aſſerere, neque determinare Spem aquiſitam eſſe virtutem Theologicam, ſed cum conditione locutus ſi ſcilicèt virtus Theologica non debeat eſſe neceſſariò habitus infuſus, quo ſuppoſito valet ex intentione Scoti, tradita ſupra numero 18. ſi verò illa; Tertia conditio neceſſaria eſt ad virtutem Theologicam, certum eſt etiam ſecundùm Doctorem ſubtilem, Fidem, Spem, & Charitatem aquiſitas non eſſe virtutes Theologicas; Immò ſi Fides aquiſita, Spes, & Charitas aquiſitæ infunderentur à Deo, ex natura tamen ſua ſunt naturaliter aquiſibiles velut, ſi Deus infunderet Metaphyſicam, & Geometriam, & hoc eſt quòd vult dicere Scotus, ſic ſi benè ponderentur Verba eius. Ex quo patet quàm falsò, Caietanus 2.2. q. 17. art. 5. aſſeruerit, vbi dixit Doctorem ſubtilem virtutem Theologicam, vt etiam Spem aquiſitam ponere virtutem Theologicam; Aliud etiam falſum imponit eidem, ſcilicèt quòd Spes, non neceſſariò requiratur ad ſperandum, ſed vt promptius, & firmius ſperemus; Quòd-

quam

quam falſum ſit, patet ex his quæ docuit Doctor ſubtilis in 3. diſt. 23. de fide infuſa, quæ ponitur propter perfectionem actus primi.

21 Ad ſperandum, ſicut oportet eſt neceſſaria Fides infuſa; Probatur ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 6. Can. 26. & 27. Et Confirmatur, quia in Sacris litteris, ſicut de ipſa fide dicitur eſſe donum Dei, ita etiam de Spe, Verb. gratia, Pſalmi 118. Memor eſto Verbi tui, in quo mihi Spem dediſti, vbi videndus eſt, D. Auguſtinus. Item in Pſalm. 90. Quoniam in me ſperauit liberabo eum; ſed Deus non liberat hominem, neque glorificat propter opus ex viribus naturæ exhibitum, ergo ſperare voluntas non poteſt ſicut oportet ex viribus ſuis; Item ad Romanos 8. Spe ſalui facti ſunt, & alibi ſæpè, pro qua re intelligenda aduertendum eſt, quòd Spes quæ Charitate caret, & informis à Theologis vocatur eſt ſpeciale Dei donum, ſicut etiam Fides ſeparata à Charitate quo efficitur, vt quemadmodum, nemo abſque ſpeciali Dei auxilio, quòd voluntatem præuenit, excitat mouet, & adiuuat credere poteſt, ſic etiam per ſolas naturæ vires ſperare nequeamus, quæ ſunt nobis diuinitus promiſſa, niſi gratuitò Dei munere excitati moti, & adiuti, & quatenus præmia noſtris bonis operibus, & meritis ex Dei gratia prouenientibus reddenda.

22 Certum eſt eſſe nobis datum præceptum ſperandi vitam, & æternam Beatitudinem, & ratio eſt, quia certum eſt nos, non poſſe æternam Beatitudinem conſequi, ad quàm ſumus ordinati, ſicut dictat credendum Articulus Fidei; Credo vitam æternam, ergo vrgemur Diuino, & naturali præcepto ad illam ſperandam à Diuina miſericordia, quæ cum ſit ſuper omnia opera Dei, & infinita, erigit animum noſtrum ad ſperandum in illam, dummodò piè conſideretur, & contempletur; Tempus in quo per ſe obligat præceptum Spei eſt, quando aliquis infeſtatur grauiori, aliqua tentatione deſperationis; quòd præcipuè euenire ſolet imminente morte, quia tunc vel maximè neceſſarium eſt Animum contrariò motu Spei confirmare; Item obligat hoc præceptum Spei, quando quis primò, vel per ſe, vel ab alio monitus cogitat de neceſſitate, vel vtilitate Spei ad piè viuendum; Nam ſi tenetur quis ſemper pie viuere certè tenetur, quàm primùm poteſt, facere quòd ad piè viuere neceſſarium eſt, atque adeò ſperare, nam ſine Spe, non poteſt pietas conſiſtere; Explicare autem ſingula momenta quibus teneatur, quis habere actum Spei nulla ſcientia poteſt; ſed boni viri arbitrium debet iudicare hæc tempora; Hoc tamen ſolùm ſciri poteſt, quòd quando aliquis orat, & præparat ſe ad iuſtificationem, aut indiget aliqua ope Diuina tenetur habere actum Spei.

23 Nulli dubium eſt actum Spei elicitum à ſperante exiſtente in gratia, & Charitate eſſe meritorium de condigno; Pro cuius intelligentia notandum eſt, quòd Charitas immediatè inclinat in quemlibet actum meritorium, vel ſaltem, vt Communiter dicitur nullus actus alterius virtutis à Charitate eſt meritorius, niſi pro quanto per actum Charitatis refertur vltimatè in Deum; Actum autem vltimatè referri in Deum, nihil eſt aliud quàm diligere Deum ſuper omnia, & ex illa dilectione actum alteriùs virtutis elicere vel continuare, quia non inconuenit actum eſſe duarum virtutum elicitiuè, & alterius imperatiuè; Vndè actus temperantiæ, vel alterius virtutis à Charitate non eſt meritorius, niſi imperetur à Charitate, hoc eſt mediante actu Charitatis; Ex hoc ſequitur, quòd ad meritum per actum cuiuſcumque virtutis alteriùs concurrunt duo actus, Verb. gratia, in propoſito de Spe voluntas meritoriè deſiderans habet duos actus, vnus ſperandi elicitum propriè à Spe, & alium elicitum à Charitate imperante illum elicitum à Spe; Ex hoc patet, quomodo actus Spei poteſt eſſe meritorius, ſtat enim Petrum diligere Deum ſuper omnia,

omnia, quia in ſe eſt bonus complacendo in eius bonitate volendo, quòd ſit omnipotens ſummè iuſtus, & ita de alijs Dei perfectionibus, & proprietatibus in ſe, & ſimul ipſum ſperare; Iſte actus Charitatis imperat, & partialiter cauſat actum Spei, quo volo Deum mihi coniungi per actum Beatificum ipſum videndo, & diligendo.

24 Poteſt vnuſquiſque, & reipſa tenetur de neceſſitate ſalutis, alteri proximo efficaciter ſub Spe Theologica æternam Beatitudinem ſperare, quia quiſque ſibi Theologicè ſperat æternam Beatitudinem, ſub auxilijs Diuinæ gratiæ principaliter, ex ſuppoſitione Diuinæ dilectionis ex Charitate; ſi ſeipſum ex Charitate in Deum, non diligeret æternum bonum à Deo à ſe ſibi liberaliter communicari ordinatè non optaret; Immò ex Scoto in 2. diſt. 6. q. 2. art. 1. actus Spei circa bonum ſperanti futurum ſpectat ad amorem concupiſcentiæ, hic proximè pendet ex amore amicitiæ ſui ipſius, vt concupiſcat illud bonum ſibi propter ſe amatum; Hæc dilectio ſui ipſius nec eſt perfecta, niſi ſit Theologicæ in Deum ſuper omnia dilectum vltimate relata, ergo actus ſperandi ſibi æternam Beatitudinem, ſub debitis circumſtantijs, oritur ex dilectione Theologica ſui ipſius in Deum ex neceſſitate rei; Ideò ex eadem dilectione proximi Theologicè propter Deum, & in Deum ex neceſſitate rei dependet pariter actus ſperandi proximò, cuicumque eandem æternam Beatitudinem; Omnis homo nobis cùm viator eſt noſter proximus, de cuius ſaluti debemus eſſe ſolliciti per noſtram propriam Spem ad procurandum cum Diuina gratia eius conuerſionem ad Deum, vt efficiatur noſter Chariſſimus.

25 Spes Theologica virtus in ſola voluntate humana ſubiectatur ſecundùm affectionem commodi regulatiua concupiſcibilis. Ita Scotus in 3. diſt. 26. & diſt. 34. in quibus locis aſſertionem hanc, ſic probat actus Spei eliciuè eſt actus illius voluntatis, cuius eſt præſens bonum in ratione delectabilis amare, & abſens deſiderare; ſub certitudine Theologica, hic actus deſiderandi cùm certitudine infallibili Deum finem vltimum hominis, ſub infallibili regula Diuinæ reuelationis per auxilium Diuinæ gratiæ cùm meritoria obſeruantia Diuinorum præceptorum eſt actus Spei Theologicæ, ergo Spes Theologica in ratione habitus cùm principij ſperandi Beatificè Deum in ſola voluntate humana ſubiectatur regulatiua eius concupiſcibilis ratione qua appetitus naturalis eſt, patet nam deſiderare hoc bonum Infinitum abſens ſub efficacia Diuinorum auxiliorum poſſibile actus elicitus voluntarius eſt pendens à concupiſcentia eiuſdem hominis, cuius primò eſt fuga diſconuenientis, & proſſecutio conuenientis, ergo Spes virtus Theologica in voluntate ſubiectatur.

26 Superiùs cùm Magiſtro negauimus in Beatis habitum Spei, nunc cum Scoto in 3. diſt. 31. Negamus abſolutè in Patria dari habitum otioſum, & infructuoſum, ſicuti eſſent Fides, & Spes, qui in actum circa proprium obiectum exire contradictionem implicaret; Spes quæ videtur non eſt Spes, inquit Apoſtolus Romanorum, c. 8. V. 24. Bonum abſens Spei Theologicæ eſt Deus Beatis præſentiſſimus, ab eiſque certiſſimè, ac perfectiſſimè poſſeſſus; tamen ſi conſideretur futura ſuorum Corporum Reſurrectio, & conſubſtantialis non eſt incongruum in Beatis aliquam habitualem Spem, quia Spes habitualis infuſa inclinat in bonum commodum Infinitum poſſibile ſperanti ſub ſupernaturali auxilio Dei; Indè iure ſub Spe infuſa ſperandum; Eſt articulus per ſe primò cadens ſub Fide Catholica; Ex Symbolo Niceno, Credo Reſurrectionem mortuorum; Ex Symbolo Apoſtolico, Carnis Reſurrectionem; Ex Symbolo D. Athanaſij; Ad cuius Aduentum omnes homines reſurgere habent cùm corporibus ſuis, ergo continetur pariter, ſub rebus Theologicè

ſperandis omnes Sancti certò credunt, formiterque ſperant hanc Reſurrectionem ad vltimatè conſequendam prædictam conſubſtantialem Corporis Beatitudinem; Tutius tamen erit non concederem Spem in Beatis, & prædictam eorum expectationem propriè ad obiectum Spei non ſpectare.

27 Quamuis non repugnat dari poſſe habitum infuſum in damnatis, quem habebant in via ipſum conſeruando, ſicut conſeruatur Character, ſatis tamen probabile eſt Spem Theologicam, in damnatis à Deo omninò in vtroque actu primò, & ſecundò euacuari; Nam Spes infuſa eſt quædam ſupernaturalis perfectio humanæ voluntatis ſecundùm affectionem commodi, ex Scoto in 3. diſt. 23. ad quæſtionem, & diſt. 26. eſt virtus Theologica, ſimpliciter coniuncta ſuæ Regulæ, ex eodem Scoto ibidem, diſt. 36. artic. vltimò; In damnatis nulla talis perfectio ſupernaturalis nulla ſimpliciter virtus reperitur cùm in omnibus, ex Pſalmo 13. effecti ſint corrupti abominabiles, quorum os abundat malitia; & Superbia eorum aſcendit ſemper in odium Dei, ex Pſalmo 73. ergo Spes infuſa nullo modò videtur poſſibilis in damnatis; Item ſi in via damnati omnes vitam æternam non deſperantes demerentes Spem infuſam, illam tamen deſperant in termino, certi nullam in Inferno eſſe redemptionem; Quamuis deſperatio hæc in termino demeritoriè Spem infuſam non euacuet; Euacuatur tamen ratione ſtatus, cum Spes Theologica ſit perfectio viæ non termini.

28 Toties dictum eſt Spem eſſe virtutem Theologicam, hic reſtat vnum Argumentum in contrarium reſoluendum, quòd eſt tale; Nulla virtus Theologica determinat medietatem duarum malitiarum, ſed Spes determinat tale medium, ergo non eſt virtus Theologica; Maior probatur, quia vbicumque eſt medium duarum malitiarum ibi poteſt eſſe defectus, & exceſſus, ſed tendendo in Deum per deſiderium, non poteſt eſſe exceſſus, ſicut patet in alijs virtutibus Theologicis, non enim poteſt homo nimis credere in Deum, vel nimis diligere Deum; Probatur minor, quia Spes determinat medium inter præſumptionem, & deſperationem, ſicut inter duas malitias; Reſpondetur ſecundùm Scotum in 3. d. 26. q. vnica ad ſecundùm principale, quòd virtutes Theologicæ, non ita conſiſtunt in medio, ſicut virtutes morales; Virtutes enim morales duplici ex Cauſa conſiſtunt in medio; Primò quia ex parte obiecti poteſt inordinatio in exceſſu, aut in defectu virtus moralis oſtendit medium; Secundò poteſt eſſe inordinatio ex parte actus tendendo, ſcilicet in ipſum obiectum excedendo, aut deficiendo in ijs, quæ conſiſtunt in medio, & virtus moralis temperat iſtam inordinationem, & oſtendit medium; Virtutes verò Theologicæ conſiſtunt in medio, non ex parte obiecti, quòd eſt infinitum, & in eo non eſt quærere extrema neque medium; tamen ex parte actus poteſt eſſe exceſſus, vt dicitur Eccleſiaſtici 19. qui citò credit, &c. defectus vt in pertinaci, ſic in Spe per præſumptionem; Dicendum eſt ergo ad maiorem, quòd eſt vera de medietate ſe tenente ex parte obiecti, non ex parte actus, & in hoc ſenſu concedenda eſt minor, ſcilicèt quantum eſt ex parte actus.

29 Exceſſus ex parte actus ſperandi vocatur præſumptio, quæ reſpicit excellentiam, non diminutionem Diuinæ potentiæ, & virtutis; ſed per extollentiam eiuſdem. Ita Scotus in 3. diſt. 26. ad ſecundùm; Peior eſt præſumptio, qua quis nititur ſuæ propriæ virtuti ad ſperandam ſalutem, ſeu Beatitudinem; Præſumptio enim ex propria virtute reipſa conſequendi à Deo peccatorum veniam, ac ſupernaturalem Beatitudinem contrariatur etiam virtuti Spei Theologicæ per exceſſum ad differentiam deſperationis per defectum, ideò diminuit virtutem Diuinam præſumens extollit virtutem propriam; ergo hic infinitatem virtutis Diuinæ, ſibi tribuit quam

quam ille à Deo ex ſe aufert, ideò vtrumque vitium per exceſſum, & defectum Spei Theologicæ immediatè contrariatur: Vnus directè iudicat Diuinam virtutem non ſufficere ad ſeipſum iuſtificandum, vel beandum. Alter è conuerſo vires ſuas ſufficere in contemptum Diuinæ naturæ excedentis infinitæ vires creaturæ, ergo vterque æque primò, ac immediatè peccat contra Spem Theologicam; à medio deficit, qui deſperando iudicaturaſque vires ſimul non ſufficere, tamen magis tale medium excedit præſumens ſolas vires naturæ ſufficere.

30 Ex his non eſt dubitandum præſumptionem, circa Deum Beatificè attingendum, ſiuè proprijs viribus, ſiuè ſine proprijs meritis peccatum eſſe mortiferum, patet ex Scoto in 2. diſt. 6. q. 2. art. 1. Hoc peccatum Theologicè opponitur præcepto Dei poſitiuo, Pſalm. 36. Spera in Domino, & fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius; Hæc eſt regula tendendi in Deum ex virtute infuſa Spei; ideò Theologicè peccatum eſt ſaltem demeritoriè ablatiuum eiuſdem habitus Spei virtutis Theologicæ. Præſumptio, & inanis gloria cauſantur ex vna communi radice inordinati amoris ſui ipſius; Hic ſupponitur præſumptionem hic Theologicè, accipi pro vitio Spei virtuti oppoſito ad efficaciter obtinendam peccatorum veniam, ac vitam æternam attingendam ſine proprijs viribus tantùm (quæ fuit præſumptio Pelagij, ex Auctore Lucifero) ſiuè abſque pœnitentia, ac meritis ex ſola liberalitate, ac miſericordia Dei, (quæ fuit præſumptio Lutheri) Vitium hoc non eſt mortale tantùm, includit enim totam malitiam ſuperbiæ adæquatè, ex Scoto loco citato, quæ eſt appetitus ſuæ propriæ Excellentiæ, ideò Cauſatur proximè ex inordinata ſui ipſius amicitia.

31 Vt grauitas peccati deſperationis agnoſcatur præſupponendum eſt adultis hominibus à Deo impoſita eſſe aliqua præcepta Spei obligantia de neceſſitate ſalutis, iuxtà illud Hebr. 11. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum; Duo ſunt principaliter præcepta Spei. Primùm firmiter per pœnitentiam, in quouis ſtatu vitæ à Deo ſperare peccatorum veniam. Secundùm per gratiam ex meritis vitam æternam, iuxta illorum menſuram ſperare; Hæc ſunt affirmatiua præcepta, ex Scoto in 3. diſt. 9. art. 2. ſemper non pro ſemper obligantia, obligant potiſſimum in feſtiuis diebus ad hunc finem ſanctificatis; Secundò in mortis articulo, vel in eius periculo; Tertiò dum quis ad vſum perfectæ rationis peruenerit quiſque tenetur ſeipſum in Deum vltimũ eius finem per actus prædictos ordinare ex Pſalm. 61. Ipſe Deus meus Saluator meus, Adiutor meus non emigrabo. In Deo ſalutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt; ſperate in eo omnis congregatio populi effundite coram illo corda veſtra; Duo quoque alia ſunt præcepta negatiua de hac Spe Theologica, vnum numquam poſitiuè deſperandi peccatorum veniam; Alterum neque ex meritis Chriſti per miſericordiam Dei deſperandi etiam in fine vitæ vitam æternam.

32 Præcepta de Spe Theologica ſunt præciſè ſupernaturalia ex ſola Diuina reuelatione nota; Hoc eſt certum ex Hebræorum 11. vbi fides ſupernaturalis definitur ſubſtantia rerum ſperandarum Argumentum non apparentium, ſublata ſupernaturali reuelatione Diuina, aufertur ipſa Spes Theologica, tàm in ratione habitus, quàm in ratione actus ſperandi peccatorum Remiſſionem, ac vitam æternam, tota certitudo Spei, nititur pacto promiſſionis legalis Dei in Sacra Scriptura reuelato ex vi cuius Deus fit præciſè debitor rationali Creaturæ pro ſua liberalitate, ex Scoto in 4. diſt. 46. q. 1. ad ſecundùm proponendo illi vitam æternam per modum præmij per obſeruantiam ſuorum præceptorum ſub auxilijs ſuæ gratiæ, ergo præcepta ſperandi Remiſſionem peccatorum, & vitam æternam ab eodem dumtaxat liberali pacto diuino pendent, ergo ſolùm ſunt præcepta ſupernaturali à ſola ordinatione Diuina vim habentia, non ex natura rei independenter ab illa;

Poſſu-

Poſſumus tamen aliquo modò concedere talia præcepta eſſe naturalia, quatenus præcipiunt homini ſperare, id quòd ſibi conuenit ſecundùm ſuam naturam, homo enim naturali eſt Capax æternæ beatitudinis.

33 Deſperatio contra Spem Theologicam per defectum eſt verè peccatum ablatiuum rectitudinis debitæ ex præcepto etiam poſitiuo Dei ſperandi peccatorum veniam, ac ſpeciale auxilium ad conſequendam Beatitudinem: deſperatio enim eſt auerſio à regula rationis, ſub reuelatione Diuina dictantis, primò vitam æternam nobis poſſibilem per Diuinum auxilium expectandam certò futuram per obſeruantiam Diuinorum præceptorum; Ab hac regula, quæ eſt obiectum Spei recedit deſperans ſalutem, & vitam æternam, ergo eſt propriè peccatum; Immò ratione irremiſſibilitatem; Primò impoſſibilis eſt remiſſio, ex Scoto in 2. diſt. 43. q. 1. in quantum directè opponitur principio remiſſionis auferens à Deo miſericordiam, ſeu negans illius infinitatem; Secundò ſublato principio hac remiſſionis per accidens, ſaltem cætera peccata fiunt irremiſſibilia; Deſperatio corrumpit diſpoſitionem neceſſariam ad Remiſſionem peccatorum requiſitam, quę eſt diſplicentia illorum intra conuerſionem ad Deum; Indè propoſitum de non pęnitendo ſupponit; Ideoque hoc peccatum deſperationis eſt finale, cui ſequitur damnatio deſperati.

34 Deſperatio neceſſariò habet regulariter ſemper annexam infidelitatem, Hæreſim ſeu errorem in fide, quia negare Deum eſſe miſericordem, nonnè eſt pluſquam Hæreticum condemnatum in Sacra Scriptura, in qua ſæpiſſimè extollitur Diuina miſericordia. Hæc Hæreſis quamuis elicitiuè ſit ab Intellectu imperatiuè tamen eſt à voluntate deſperantis, ſicut actus credendi eſt elicitus ab Intellectu imperatiuè tamen prouenit à voluntate; quæ ex mera malitia deſperare vult per abuſum ſuæ libertatis; iuxtà illud Prou. 18. Impius cum in profundum venerit contemnet putans Diuinam miſericordiam abſorberi à multitudine, vel à grauitate peccatorum de ſperando, Hæreticè, vel ſaltem erroneè iudicat, quòd Deus vltrà miſereri nequeat; Deſperatio proximè oritur ex accidia, quæ Theologicè eſt quædam triſtitia, ſeu faſtidium de ſpiritualibus bonis humanum appetitum à vocantibus à carnis illecebris, ſeu à delectabilibus ſenſus maximo cum dolore, ac labore; in quibus tàm effrenatè delectatur, vt contemnat Diuina, hic contemptus eorum eſt accidia parturiens deſperationem cum præuio Iudicio erroneo Intellectus. Iudicantis illa Diuina ſibi poſteà impoſſibilia etiam per Diuinam miſericordiam, & bonitatem; Caueamus à tali accidia, quæ tanti mali nobis poteſt eſſe Cauſa.

35 Deus ſiuè regulariter ſecundùm potentiam ordinariam, ſiuè miraculosè ſecundùm potentiam abſolutam, poteſt alicui reuelare ſuam finalem impęnitentiam, ac certam damnationem; Probatur ex Sacra Scriptura, Antichriſtus certò futurus eſt finaliter reprobus, ac damnandus, ex 2. ad Theſſal. 2. niſi venerit diſſeſſio prima, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui aduerſatur, & extollitur ſuper omne, quòd dicitur Deus, &c. ergo à Deo promiſſa eſt Eccleſiæ reuelatio futuræ perditionis, & damnationis Antichriſti, ideò nulla eſt contradictio, ſic reuelari à Deo alicui ſuam damnationem contra plures Doctores, nempè D. Bonauenturam in 1. diſt. 48. circa finem, Gregorium q. vlt. ante finem, D. Thomam ibidem, art. 4. ad 2. Dionyſium in Dialogo de Iudicio Animæ, art. 5. Alenſem, & Antiſodorenſem opinantes hunc caſum impoſſibilem, cum ex terminis nulla ſit contradictio. Quæ Deus certiſſimè, ac determinatiſſimè ſit futura poteſt nobis reuelare, certiſſimè ſcit ex dictis, quotquot homines futuri ſunt mali, indè poſitiuè reprobi ac damnandi, ergo nulla eſt contradictio poſſe Deum vnicuique illorum ſuam certam finalem impęnitentiam, ac infallibilem reuelare damnationem.

36 Stante hoc Iudicio Cathegorico in Intellectu viatoris, ego damnabor, Intellectus non poteſt aſſentire huic ego habebo Beatitudinem, vel Beatitudo eſt mihi poſſibilis, nam vno contradictoriorum producto in paſſo Creatura, non poteſt aliud contradictorium producere illo ſtante, & conſeruato à cauſa fortiori, ergo iudicio illo ſtante ego damnabor, & conſeruato à Deo Iudiciū habens, non poteſt producere contrarium illi; Item ſtante caſu Petrus non poteſt habere actum Spei; Probatur non poteſt habere velli efficax reſpectu Beatitudinis, ſed deſiderium efficax habendæ Beatitudinis requiritur ad actum Spei, ergo &c. Ex quo ſequitur quòd illi cui facta eſt hæc abſoluta reuelatio non tenetur ſperare, nec adimplere præceptum Spei, quia nemo tenetur ad impoſſibile, Item ſtante caſu, non eſt neceſſe Petrum habere actum deſperationis, atque adeò non neceſſitatur ad non ſperandam Beatitudinem, quia deſperatio eſt nolle Beatitudinem ex meritis, & gratia, ſed illud nolle eſt actus liber voluntatis, quem non eſt neceſſe elicere ſtante Iudicio incompoſſibili Spei; Item in tali caſu Petrus non abſoluitur ab obligationibus aliorum præceptorum; Præcepto Spei excepto, ſed ea iàm affirmatiua, quàm negatiua obſeruare debet.

37 Item in caſu, quòd Deus reuelaret mihi damnationem meam non tenerer hoc velle, niſi reuelaret mihi quòd vellet hoc me velle, quia nos tenemur nos conformare voluntati Diuinæ præcipienti, & prohibenti, tandem ſi ſit reuelatio exterior talis Petrus, damnabitur Petrus, non debet credere, quòd ſit reuelatio Cathegorica, ideſt abſoluta, ſed ſolùm ad cautionem, & comminatoria, patet Deus non ſolet reuelare abſolutè illa quæ poſſunt eſſe materia accidiæ, & deſperationis, patet quia cum Chriſtus dixit Petro, Matth. 26. antequam Gallus cantet ter me negabis, Petrus putabat adhuc poſſe ſe ab illo cauere inquiens, & ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego non ſcandalizabor, & Confirmatur, quia ſi teneatur Petrus fixè aſſentire illi propoſitioni de futuro ſecundùm quòd Verba prætendunt hoc eſſet propter Verba Dei prolata, vel aliquod aliud ſignum exterius, ſed hoc non patet de Iona, qui debebat reuelare Niniuitis, quòd 40. eſſent dies, & Niniue ſubuerteretur, & Ionas dubitauit, in quo ſenſu hoc debuit verificari, patet Ionæ 4. & ſimiliter neſciuit Iſaias, an Ezechias eſſet ſanitatem per Orationem impetraturus.

De Charitatis eſſentia Diuiſione, & eius ſubiecto. Artic. 7.

1 IN Deo vera reperitur amicitia ex Charitate ad hominem, iuxtà illud primæ, Ioan. cap. 1. Deus Charitas eſt, & qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in eo, hic explicatur ab Apoſtolo mutua circum inceſſio, ac illapſus Dei amantis in amato, & reamantis in reamato, ex Scoto in *4. diſt. 49.* q. 2. In quantum amans exit à ſe, fitque amatum, & è conuerſo ex transformatiua vi amoris Metaphoricè ſecundùm quamdam appretiationem, ex Scoto ibidem; Deus ſi nos ex Charitate amat plus vltimatè appretiat eſſe noſtrum in genere gratiæ, ſcilicèt ſibi vltimatè gratuitè, ſeu gratioſè, vel beatificè coniunctum, quàm noſtrum eſſe abſolutè in genere naturæ vel moris; ſic amare nos ex Charitate eſt amare nos propter ſe abſolutè, ſed propter ſeipſum ſaltem effectiuè, ex Charitate priùs infuſa à nobis amatum ſuper omnia. E conuerſo datur quoque in homine vera amicitia, ex Charitate ad Deum, iuxtà illud Pſalmi 138. nimis honorati ſunt amici tui Deus, & illud Lucæ 12. dico vobis amicis meis; hic poſſemus aſſignare inter Deum, & inter hominem conditiones verè amicitiæ ſecluſis imperfectionibus, ſed breuitatis Cauſas illas relinquimur.

2 Idem

2 Idem numero ſingulariſſimum, & indiuiſibile eſt formale motiuum amicitiæ Dei ad hominem, & hominis ad Deum; nam Deum ex amicitia amare hominem formaliſſimè, ſignificat amare ſeipſum in homine, vel ſeipſum ab illo, ex Charitate à ſe infuſa amatum, ſimiliter hominem ex amicitia amare Deum formaliſſimè eſt amare Deum à ſe dilectum, Communicatio illa gratuita Dei in homine, quaſi ponit in eo formale motiuum ſuæ amicitiæ, quamuis ſit ſola connotatio rationis, alicuius extrinſeci reſpectus realis in homine, & rationis in Deo. Reduplicatiuè eſt locutio vera Deus ex amicitia amat hominem, quatenus amat ſeipſum dilectum ab homine, ſiuè gratuitè in via per habitum Charitatis, ſiuè in patria per actum Beatitudinis ſolùm ſpecificatiuè amat ſeipſum in homine, quatenus in eo cauſat habitum gratiæ, vel actum gloriæ; Habitualis Charitas à ſe infuſa eſt quædam participatio ſuæ amicitiæ vt ſaltem diſpoſitiuè, vel per modum inſtrumenti inſeruiat, qua Deus in nobis ſeipſum propter ſeipſum amat ſub illa connotata ratione gratioſæ, vel Beatificæ Communicationis; Hinc notanda eſt differentia; Deus diligit hominem ex Charitate, in quantum conſtituit illum ſe diligentem, ſeu ad ſe conuerſum ex Charitate. Homo Deum ex Charitate amat è contrà, in quantum conſtituitur illum ex Charitate amans.

3 Creata Charitas, ſiuè infuſa, ſiuè aquiſita in homine fideli eſt vera, & ſimpliciter virtus omnium prima, nam Deus eſt bonum infinitum honeſtiſſimum rectitudo per eſſentiam omnem excludens exceſſum, & diminutionem, ergo Charitas creata, ſiuè infuſa, ſiuè aquiſita attingens Deum infinitæ honeſtum eſt vera, ac ſimpliciter virtus; Deindè virtus ex Ariſt. 2. Ethicorum, c. 5. habentem perficit eiuſque opus bonum reddit, & ex 7. Phyſicor. text. 17. Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, ex 1. Ethicor. moderatrix Paſſionum, ex 2. Ethicor, c. 6. Habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, &c. omnes hæ virtutis rationes Charitati supereminenter conueniunt; Ipſa eſt vera hominis perfectio reddens eius opus, ſcilicèt de condigno meritorium ad Deum, ex Coloſſ. cap. 3. ſuper omnia hæc Charitatem habete, quòd eſt vinculum perfectionis, ideò eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, cum ſit forma ſanctificans, ac perficiens; Apocalip. 3. appellata aurum ignitum; Probatum forma locupletans; Moderatrix eſt paſſionum, ex 1. Cor. cap. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non irritatur, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet; eſt habitus electiuus, cum hominem ad Deum finem honeſtiſſimum dirigat.

4 Charitas Creata homini inhærens à Deo infuſa eſt virtus, vna ſingulariſſima à quibuſcumque alijs diſtincta; Probatur ſubiectiuè, & obiectiuè Charitas à Deo infuſa, perficit ſolam voluntatem hominis iuſti ſecundùm tantùm vnam affectionem iuſtitiæ circa vnum Deum vltimatè propter ſe abſolutiſſimè amandum prout exiſtit à parte rei vnus in tribus perſonis, ſub vno ſimpliciſſimo, & ſingulariſſimo formali motiuo ſuæ propriæ honeſtatis infinitæ, quæ eſt ipſamet ratio abſolutiſſima Deitatis, ergo ſubiectiuè, & obiectiuè, tàm formaliter, quàm virtute. Charitas Creata in homine iuſto à Deo infuſa eſt virtus ſingulariſſima, vna ab alijs diſtincta; patet ex ſingulari eius effectu, qui eſt facere amantes vnum, iuxtà illud Ioannis 17. volo Pater vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus, immò eſt adæquatiſſimus Charitatis effectus fideles iuſtos inter ſe vnire in ordine ad vnum Deum in tribus perſonis propter ſe ſuper omnia ab eis amatum, ſic non aliter Charitas infuſa eſt vna, ſcilicèt vnius rationis in omnibus, cum multos in ſeipſis diſtinctos, ac differentes eam habentes faciat vnum, ſcilicèt vni Deo propter ſe ſuper omnia ab eis amatum,

5 Chari-

5 Charitas Creata à Deo infuſam in hominibus iuſtis eſt virtus ſpecialis, tàm à moralibus, quàm ab alijs Theologicis realiter diſtincta, eſt de fide, ex 1. Cor. cap. 13. nunc manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc maior eſt Charitas ſi diſtinguitur ab alijs virtutibus Theologicis eiuſdem ordinis ſupernaturalis, & Diuini, quantò magis ab alijs virtutibus moralibus inferioris ordinis naturalis, vel humani non excedentibus lumen rationis, vel facultatem naturæ, ergo Charitas eſt virtus ſpecialis, quamuis eius ſpecies ſit ſupereminentialis, quodammodò eminenter, & virtualiter continens actus omnes aliarum virtutum; tàm moralium, quàm Theologalium, quomodo Anima Intellectiua alios omnes viuendis gradus continet, vt proindè non ſint in homine tres Animæ realiter diſtinctæ, quamuis verè viuat, vita plantæ, vita bruti, vita Angeli; Charitas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, non inflatur, non quærit, quæ ſua ſunt, non eſt ambitioſa; totum hoc phyſicè ſibi vendicat, ex naturali imperio actiuo ſuper omnes facultates naturales inferiores ſibi ſubiectas, in quantum voluntatem ſub affectione iuſtitiæ informat, & induit ſuo Imperio.

6 Quamuis ſine Charitate in homine iuſto à Deo infuſa detur vera virtus ſimpliciter perfecta in ſua propria ſpecie, tàm morali, quàm Theologica, non tamen vt principium agendi meritoriè de condigno; Probatur prima pars, nam non ſpectat intrinſecè ad virtutes morales ordinare hominem ad Deum vltimum finem, ſimpliciter Beatificè attingendum cum earum obiectum, nec ſit Deus ipſe ſub ratione Deitatis in tribus perſonis diligibilis propter ſe, nec vt ab homine Beatificè attingibilis, alioquin non forent in re diſtinctè a virtutibus Theologalibus; Probatur ſecunda pars, nam deficiente Charitate deficit eis principium operandi meritoriè de condigno; Immò nec ipſa Charitas, ſiuè in genere qualitatis, ſiuè in genere virtutis à Deo infuſa eſt ex natura rei tale principium, ſic meritoriè de condigno operandi, cum id ſibi conueniat extrinſecè ex ſola ordinatione Diuina, ex Scoto q. 1. Prologi, & in 1. diſt. 17. q. 2. §. ad Quæſtionem, & §. de 2. Ita quòd tota ratio merendi, de condigno refundenda eſt in Diuinam voluntatem, ſic diſponentem.

7 An verò Charitas ſit forma virtutum; Reſpondetur cum Doctrina Scoti, qui in 3. diſt. 36. art. vltimò, duplicem diſtinguit formam virtutum, vna intrinſecam phyſicam, vel metaphyſicam, ſeu naturalem, quæ dat eſſe ſubſtantiale rei, vel rem conſtituit in ſuo eſſe ſimpliciter, alteram extrinſecam moralem, vel potiùs metaphoricam, quæ in caſu dici poteſt Theologica eleuans hominem ad Hyerarchiam Diuinam, dans eſſe Diuinam, vel deiformem ſub præciſa ordinatione gratioſa eiuſdem Dei; Hoc eſſe non ſolùm eſt ſecundùm quid, vel accidentale, ſeu rationis omninò, ſed ſimpliciter à parte rei nihil; Priorem formam habet quæuis virtus moralis, vel Theologica per ſe, primò per conformitatem cum propria Regula rationis naturalis, vel ſupernaturalis proponentis honeſtum attingendum in ſua propria ſpecie; Poſteriorem ex ſola ſuperueniente ordinatione Diuina per quamdam denominationem extrinſecam ab illa; Hac ratione Charitas dicitur forma Cęterarum virtutum ſecundaria per ſeipſam in genere Cauſæ formalis, ſub diſpoſitione Diuina eleuans eas ad ſuſcipiendum aliquo modò eſſe Diuinum, ſiuè capacitatem ad meritum de condigno.

8 Charitas in homine iuſto, vel in Beato infuſa à Deo eſt ſimpliciter omnium virtutum Excellentiſſima, vt in omni genere eius actus pręferatur ſimpliciter actui, cuiuſcumque virtutis patet, ex 1. Cor. 12. in fine, vbi Apoſtolus vijs aliarum virtutum ad honeſtè viuendum recenſitis concludit; Adhuc excellentiorem vobis viam demonſtro, quàm Charitatem ipſam eſſe Capite ſequenti declarat, indè in 3. ſent. diſt. 36. art. vltimo à Doctore ſubtili, ex Communi ſententia aſſeritur Charitas omnium virtutum forma ſubiectiue

ctiuè ex voluntate, cui ineſt exercentè phyſicum Imperium ſupra omnes alias virtutes, & potentias Imperando earum actus, & obiectiuè omnia dirigendo in Deum bonum infinitum infinitæ honeſtũ; nec obeſt Philoſ.2. Ethic. præferens virtutes Intellectuales moralibus, cum ex Scoto in 3. diſt. 33. prælatio illa ſit ſecundùm quid per modum Regulæ in eodem genere moris per modum Conſilij; ſemper tamen morales ſunt ſimpliciter nobiliores ſubiectiuè in nobiliori potentia habente Dominium ſuper alias virtutes Animæ; Hinc Scotus in 4.diſt.49.q.4.ponit Intellectum Cauſam ſub ſeruientem voluntati per modum moralis regulæ, voluntatem è contra Cauſam Imperantem Intellectui per modum ſuperioris ſimpliciter.

9 Doctor ſubtilis in 3.diſt.27.q. vnica, quem plures ſecuti ſunt contra D. Thom. 1. 2. q. 51. artic. 4. cenſet ex frequentatis actibus habituum infuſorum habitum generari, qui eſt, & dicitur habitus aquiſitus idque probant experientia, & ratione; Nam Hæreticus poſt amiſſam Fidem infuſam facilè, & expeditè credit veros eſſe cęteros fidei Articulos, in quibus ipſum errat; facilè quoque, & promptè ſperat ſe conſecuturum bona Cęleſtia, quæ anteà dum erat Catholicus ſperabat; is itidem qui in mortale peccatum lapſus Charitatem amiſit experitur ſe habilem, & promptum ad Deum amandum; ergo cum Virtutibus infuſis per peccatum contrarium amiſſis experiamur, nihilominus nos propenſos expeditos, & promptos ad actus ſimiles eliciendos, ergo aliquis habitus permanet ſupernaturalibus excluſis; Ratio etiam conuincit, quia fieri non poteſt, vt quis ſe in alicuius virtutis actibus exerceat, quin habitum ſibi comparet, nam frequens exercitatio ſponte, & voluntate ſuſcepta, reddit hominem expeditum, & promptum ad producendos actus, ſimiles ijs in quibus ſeſe diu exercuit; Item quia habitus ſupernaturalis non impedit, quin homo ſe in voluntarijs actibus exerceant, ſed voluntarijs actus frequenter repetiti neceſſariò generant habitum, quo promptiores efficiamur ad operandum.

10 Habitus Charitatis creatæ, realiter eſt idem cum habitu iuſtificantis, & ſanctificantis gratiæ, quicquid præſtat habitualis gratia in rationali Creatura, ponit etiam habitualis Charitas, illa ex ordinatione Diuina ſanctificat, iuſtificat gratum reddit, Deiformem efficit, hæredem Regni filium adoptionis, hæc omnia præſtat habitualis Charitas à Deo infuſa, vt nequeant ſeparari, ideò gratis ponuntur habitus diſtincti; Tres habitus ſupernaturales Fidei, Spei, & Charitatis tantùm reuelantur primæ Cor. cap. 13. regulariter neceſſarij ad conſtituendum hominem Deo gratum vita æterna dignum, horum ſolùm augmentum enixè poſtulat Eccleſia; da nobis Fidei, Spei, & Charitatis augmentum, &c. Item Charitas eſt principium meriti de condigno, nam ſine Charitate, nihil eſt dignum in homine æterno pręmio, & ſupernaturali Beatitudine, ergo Charitas eſt ſubiectiuè in potentia merente, ſed potentia merens eſt voluntas ſola eſt potentia merens, ergo Charitas eſt in voluntate ſubiectiuè; Hoc idem Argumentum probat gratiam eſſe ſubiectiuè in voluntate, quia gratia Sanctificans eſt principium meriti de condigno, ſic Communiter Theologi, cum Concilio Tridentino, ſeſſ.6. ergo gratia, & Charitas ſunt vnus, & idem habitus, atque adeò gratia, & Charitas ſunt ſubiectiuè in voluntate.

11 Dogma fidei eſt per ſolam Diuinam reuelationem in Sacra Scriptura, certam non per rationem naturalem in homine iuſto dari Creatam Charitatem, formam ſupernaturaliter à Deo infuſam ſibi inhærentem, quia fiat illi gratus, & Deus ſibi Charus. Ita Scotus in 3.d.23 ad quæſtionem, vbi idem aſſerit de conſimili habitu fidei, & diſt.26. vbi idem aſſerit de conſimili habitus Spei, & directè in 4. diſt.49. q. 11. vbi inquit ſecundùm Sacram Scripturam tantùm oportet ponere in homine iuſto Charitatem infuſam Creatam ſuæ voluntati inhærentem; Communiter probatur

batur ex 1. Cor. 13. manent Fides, Spes, Charitas trium horum maior eſt Charitas, vt indè Eccleſia enixè roget omnipotens æterne Deus, da nobis Fidei, Spei, & Charitatis augmentum; permanentia, & auctio proprietates ſunt habitus inherentis, ergo dogma fidei eſt dari in homine iuſto Charitatem à Deo infuſam habitualem, de qua Clarius ad Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, &c. Eſſe autem tantùm ſupernaturaliter notum non demonſtratiuè ſcitum à priori, vel poſteriori dari Charitatem Creatam à Deo infuſam neceſſariam regulariter ad conſtituendum hominem Deo gratum, & Deum ipſi Carum; Patet quia iſti effectus Charitatis non procedunt à Charitate, quatenus qualitas eſt, ſed quatenus ſic ordinatum, & diſpoſitum eſt per Diuinam voluntatem, cuius contingentia in operando ſupernaturalia eſt omninò abſcondita noſtro ſcire.

12 Creata Charitas à Deo infuſa eſt homini iuſto in actu primò neceſſaria regulariter tantùm in genere moris, vel Theologicè, vt fiat Deo ſpecialiter acceptus de condigno ad vitam æternam conſequendam, & Deus fiat ſibi carus. In actu ſecundò, etiam in eodem genere ad eliciendum actum de condigno meritoriū vitæ æternæ in aliquo determinato gradu; In genere quoque naturæ ad ornandam potentiam in genere formæ, & in genere efficientis ad eam adiuuandam ad intenſius, & perfectius operandum, declaratur per ſingula in Infantibus, in quibus in Baptiſmate Charitas Infunditur, cum alijs habitibus ſupernaturalibus, regulariter neceſſaria, vt Infantes fiant Deo grati, ſi enim in Infantia moriuntur, tanquam Deo grati recipiuntur in æternam gloriam; Deindè cum peruenerint ad vſum rationis eorum potentiæ Animæ fomento tantæ virtutis, ſic fouentur, & roborantur, vt quòd proprijs viribus, non poterant de condigno mereri, nec conſequi vitam æternā tanto auxilio, adiutæ abundè præſtare poſſunt; ſicque natura rationalis per gratiam, Charitatemque eleuatur ſupra ſe, & quodammodo eſſe Diuinum participat.

13 Ex ſola Sacra Scriptura conſtat dari in nobis Charitatem à Deo immediatè per ſolam infuſionem actualem, & habitualem; Supponitur hic ex Scoto in 1. diſt. 17. q. 1. Deus regulariter, ex Communi Lege contra Pelagium naturam humanam in puris naturalibus, vt proximè Beatificabilem, nec actum eius ex puris naturalibus elicitum veluti Beatitudinis de condigno meritorium, etiamſi fuerit moraliter bonus perfectè circumſtantionatus non acceptat; ſed eſt neceſſaria eleuatio Diuina in actu primò, & ſecundò, per has formas ſupernaturales Fidei, Spei, & Charitatis, ac ſimul per actuale auxilium præuenientis, & excitantis gratiæ, vt mota ſic habitualiter, & actualiter à Deo antecedenter ad eundem Deum meritoriè ordinetur, ſic finis vltimus hominis actiuè ſupernaturalis ſuo principio etiam ſupernaturali reſpondet, & commenſuratur; Id fortè Deus ſtatuit primò, vt non glorietur omnis caro in conſpectu Dei, 1. Cor. 1. Secundò ne homo putaret Deum in ratione obiecti Beatifici, naturaliter ordinari ad illum Beandum per Beatificos actus vnionis, & amoris, citrà vllam propriam cooperationem, quòd illi eſſet occaſio magnæ præſumptionis, & elationis.

14 Charitas non infunditur à Deo ſecundùm capacitatem naturalem recipientium, ſed vel iuxtà naturalem quantitatem diſpoſitionis ex parte illorum proximè, vel vltimatè, iuxtà gradum gloriæ principalem prædeſtinationis æternæ terminum; Prior pars huius aſſertionis contra Pelagium, ac Semipelagianos, patet ex Epheſ. 4. vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti, Cauſa illius principalis eſt ſolus Deus ſua propria voluntate; Cauſa moralis meritoria de condigno eſt Chriſtus complens curſum ſuum in hac vita nobis eum, ex 4. diſt. 2. q. 1. inæqualitas eius phyſicè pendet à ſola voluntate Dei Angelos, vel homines prædeſtinantis ad inæquales gradus gloriæ ex eiuſdem voluntatis beneplacito,

placito, vt ex Apoſtolo, relatum eſt ſupra diuidens ſingulis, prout vult meritoriè eſt à Chriſto, qui ex Scoto in 3. diſt. 19. ſuum meritum obtulit efficaciter pro electis, vel prædeſtinatis in ordine ad determinatum gradum gratiæ, & gloriæ; Probatur, Naturalis capacitas recipientium, vel eſt paſſiua, vel actiua; Prima eſt in omnibus æqualis ad æqualem formam intenſiuè, ideò non eſt Cauſa inæqualis infuſionis Charitatis; Secunda eſt omninò non quia actiua à Diuina voluntate pendet.

15 Poſterior pars prædictè aſſertionis; Probatur ſuppoſito Charitatem in re eſſe gratiam ſanctificantem; Homo adultus per adiutorium excitantis, & adiuuantis Dei ad illam diſponitur ſuſcipiendam per actus credendi, ſperandi, diligendi, ac pęnitendi, ex præuio auxilio Dei excitantis, & adiuuantis gratiæ poteſt quis ſe diſponere meritoriè, ſaltem meritò de congruo, & diſpoſitio ad illam infuſionem verè terminet ad gratiam infuſam, ex Scoto in 4. diſt. 14. q. 2. ergo ſecundùm quantitatem illius; Probatur, ſicut qui Sanctus eſt adhuc poteſt, ex Apocalipſis vltimò, ſanctificari etiam meritoriè de condigno, ita per actus intenſiores credendi, ſperandi, diligendi, ac pęnitendi, ex præuio Diuino auxilio ſupradicto, poteſt quis ſe diſponere ad maiorem Charitatem, & gratiam ſibi à Deo infundendam; Dicitur hoc reſpectu adultorum; quia alijs, ſiuè Infantibus ſiuè mox in termino cóſtitutis ſine vſu rationis infunditur præcisè Charitas, ſiuè gratia commenſurata gradui gloriæ prædeſtinationis termino; nam infantes, & alij carentes vſu rationis carent quoque principio diſponendi ſe ad vlteriorem Charitatem.

16 Voluntas hominis eſt proximum ſubiectum Charitatis ad Deum, in quantum eſt appetitus rationalis liberè actiuus, & operatiuus, primò ſecundùm affectionem iuſtitiæ; hic duo ſupponuntur, primò Charitatem virtutem Theologicam verſari circa Deum ſub ratione Deitatis propter ſe ſuper omnia amandum, ſi non intenſiuè ex imperfectione huius ſtatus ſaltem extenſiuè, & appretiatiuè, ex 3. diſt. 27. vt homo plus diligat eum, quàm omnia alia ſimul citiuſque velit omnia alia Creata non eſſe, quàm non eſſe Deum, immò potiùs velit omnia alia ſecundùm rationem non eſſe, quàm Deum offendi; Secundò inter omnes virtutes, prima eſt iuſtitia moralis, & Diuina ordinans hominem ad bonum commune morale, & ſupernaturale, cuius caput eſt Deus; Hinc Scotus dignè ait in 2. diſt. 26. q. vnica, proximum ſubiectum Charitatis Diuinæ eſſe humanam voluntatem ſecundùm affectionem iuſtitiæ operatiuam, circa Deum commune bonum in quouis generæ naturæ moris, & gratiæ; Quamuis Deus ſit bonitas ipſa per eſſentiam ſingulariſſima, habet tamen rationem communis bonis virtualiter vel eminentes, ex Scoto in 4. diſt. 46. q. 1. in quantum ipſe eſt omnium Cauſa à qua immediatè pendent omnia in fieri, & conſeruari; vt ipſo per impoſſibile ſublato, tenderent omnia in nihilum.

17 Scotus in 1. diſt. 17. q. 5. initio habet pro omninò certo Charitatem à Deo infuſam homini iuſto ſecundùm rem augeri, cum D. Auguſt. ad Bonifacium Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, quomodò in vltimato eius termino perficitur, & conſumatur in gloria; Addimus eſſe de Fide Charitatem à Deo homini iuſto infuſam augeri ſecundùm eſſe perpetuum abſolutum, non ſecundùm maiorem radicationem in ſubiecto tantùm; Probatur ex Epheſ. 4. veritatem facientes creſcamus in virtute, & Apoc. 22. qui Sãctus eſt Sanctificetur, quòd nõ poteſt fieri niſi cum augmento Charitatis, nam forma principalis Sanctificans, vel iuſtificãs ſaltem ex inſtitutum Diuina eſt Charitas infuſa omnium virtutum forma, quæ nequit magis ſanctificare, vel iuſtificare, niſi per maius eius augmentum, ergo de Fide eſt Charitatẽ Creatam à Deo in homine iuſto augeri hoc eſt intenſiuè meliorẽ, ac maiorem fieri; Probatur de Fide eſt pręmium Beatitudinis in Patria eſſe inæquale,

pro

pro inæqualitate meritorum, ex Pſalm. 61. dabit vnicuique ſecundùm opera ſua pendet ex inæqualitate Charitatis, quæ eſt principalior Cauſa meritorum ſecundùm inæqualitatem, ex Scoto in 1. diſt. 17. q. 2. ergo ſicut creſcunt merita. Ita augetur magis Charitas.

18 Secunda pars probatur; Charitas in ratione habitus eſt forma abſoluta de genere qualitatis, & ſuaptè natura ordinatur ſe tota ad inhærendum, eius tamen inhærentia, ſiuè actualis, ſiuè aptitudinalis non eſt de eius eſſentia, potiùs eſt proprietas ſuæ naturæ commenſurata, vt tanta ſit inhærentia, quanta eſt eius intenſiuè entitas, ergo non augetur ſecundùm inhærentiam, niſi abſolutè, vel in ſe aucta ſecundùm eſſentiam; Quæuis forma priùs naturaliter eſt aucta in ſe per infuſionem Diuinam, quàm ſubiecto inhæreat per inhærentiam magis intenſam ad reſiſtendum magis peccato demeritoriè ſui corruptiuo. Dices cum Sancto Thoma Charitas eſt accidens; Accidentis eſſe eſt ineſſe, ergo formaliſſimè, idem eſt augeri Charitatem ſecundùm eſſentiam, ac magis in ſubiecto radicari. Minor eſt falſa formaliter etiam de inhærentia aptitudinali; Contra non habet Charitas independenter à ſubiecto ex ſe eſſe, quo in ſe terminet intenſiuum augmentum, cum terminus actionis realis, ſit ex ſe realis exiſtens Charitas exiſtit, primò per inhærentiam in ſubiecto, ergo non augetur primò, niſi per radicationem negamus aſſumptum, ad probationem negamus minorem. Charitas in ratione habitus eſt forma abſoluta, ideò prius naturaliter exiſtit in ſe ſaltem negatiuè per non repugnantiam, quàm in ſubiecto; Per abſolutam Dei potentiam extra ſubiectum conſeruari poteſt, quomodo accidentia panis, & vini in Euchariſtia.

19 Charitas à Deo in homine iuſto infuſa per modum habitus permanentis verè, ac propriè additionem gradus ad gradum augetur, ſic vt gradus adueniens ſit noua pars Metaphyſica Charitatis præexiſtentis; hæc aſſertio eſt veritati Catholicæ valdè conſentanea; & ſupponit ex Scripturis ſupracitatis; Charitatem verè, & propriè ſecundùm rem augeri, vt ſit maior in vno, quàm in alio homine iuſto, & in Chriſto vel ſumma; qua non ſit poſſibilis poſitiuè; maior ex Scoto in 3. diſt. 13. vel infinita in ſuo genere, ex Sancto Thoma, nec augmentum intenſiuum vſque ad ſummum, vel infinitum ſaluatur ſine tali additione, nec radicatio illa maior in ſubiecto; Dices ex duobus indiuidualiter diſtinctis ſub eadem ſpecie, nequit fieri vnum per ſe, cum vnum non ſit per ſe potentia; alterum per ſe actus gradus adueniens realiter diſtinguitur à præcedenti, & ſe habent veluti duæ partes indiuidualiter diſtinctæ ſubeſſe ſpecifico Charitatis, ergo ex gradu adueniente, nequit fieri per ſe vnum cum præcedente, Scotus non concedit gradum aduenientem eſſe per ſe actum gradus præcedentis, ſed ſe habere cum illo, ſicut duæ partes aquæ, vel alteriùs homogenei, quæ priùs diuiſæ poſtea coniunctæ ſeipſis ſunt vnum; Eodem modò plures gradus caſtitatis coniuncti ſeipſis ſunt vna Charitas.

20 Quiſlibet actus Charitatis in homine in Deum relatum auget proportionatè Charitatem meritoriè cum effectu, vel efficaciter in ſuo genere; Hic ſupponitur ex quolibeto 17. art. 2. in fine actum meritorium exigere Charitatem inhærentem, homini iuſto exercitè inclinante ad ipſum eliciendum; Charitas non ſolùm voluntati ad eliciendum actum phyſicè coagit, ſed ad illum priùs naturaliter mouet, ſiuè per modum ponderis inclinando, ſiuè ex actuali auxilio excitantis Dei, ſibi debito (ſicut Diuinus concurſus Cauſis ſecundis in agendo ex ordinatione Diuina eſt debitus) ad excitandum, vel adiuuandum hominem iuſtum, vt ſecundùm gratiam præexiſtentem omnia in Deum meritoriè referat, ideò in 1. diſt. 17. q. 2. ad ſecundùm de ſecunda via, ait regulariter Spiritum Sanctum cooperari voluntati habituatæ ad eliciendum actum, iuxtà hunc habitum Charitatis; ibidem anteà, §. 7. ſed; in ordine ad ſubſtantiam huius

actus ponit Charitatem Cauſam minùs principalem Cauſalitati humanæ voluntatis ſubordinatam, in ordine tamen ad formalitatem meritorij è contra voluntatem minùs principalem Cauſalitati Charitatis ſubordinatam.

21 Charitas à Deo infuſa homini iuſto ſecundùm propriam naturam in genere entis, vel qualitatis eſt ſimpliciter finita, vt augeri in Infinitum ei abſolutè repugnet cum in ratione entis intrinſecè, inquantum Creata terminum ſui augmenti exigat, gratia habitualis eſt quoddam accidens creatum in Anima, omne Creatum eſt finitum, ex Sapientia 11. omnia in numero pondere, & menſura fecit, & Creatum omne eſt participatum limitatum dependens, ergo Infinitum entitatiuè eſſe nequit, non eſſet ſimul Creatum, & Increatum, patet infinitum eſt imparticipatum illimitatum, & independens, è contra Creatum participatum limitatum dependens, ergo Charitas Creata in homine iuſto à Deo infuſa ſecundùm propriam rationem, qua diſtinguitur à Charitate inexiſtente in Deo, nequit fieri Infinita in ratione entis, & naturæ. Scotus in 3. d. 13. vbi prædictam Doctrinam tradit, ſupponit latiſſimum diſcrimen inter Infinitum, & ſummum; Infinitum imbibit, ſeu exigit ex propria natura rationem entis imparticipati, illimitati, independentis omnino à ſe, ex eodem Scoto quolib. 7. Summum poſitiuè, & negatiuè eſt ens finitum, & participatum limitatum eſſentialiter dependens à ſuperiori agente continens totam perfectionem, ſibi poſſibilem per virtutem actiuam, primi agentis à quo eſſentialiter dependet; Summum poſitiuè eſt illud quòd excedit omne aliud eiuſdem generis; Summum verò negatiuè eſt, quod per abſolutam potentiam ab alio eiuſdem generis excedi non poteſt.

22 Etiam in ratione Charitatis, & gratiæ non poteſt Charitas, & gratia dari ſimpliciter Infinita ſecundùm rationem propriæ Speciei, qua Creata eſt nobis inhærens, vt abſolutè ſecundùm hanc rationem, ei etiam repugnat in Infinitum augeri; Nam Charitas, vel gratia ſub qua res ratione eſt ens, & tali ens, ergo ſi in ratione entis, nequit infinita fieri, quia eſt quid Creatum etiam in ratione Charitatis, vel gratiæ eſt quid Creatum; Clarius habitus hic infuſus in ratione gratiæ, & Charitatis eſt, quædam participatio Diuinæ entitatis infinitæ, ergo neceſſariò ſecundùm aliquem determinatum gradum infinitæ illius perfectionis partem capit, alioquin ſi in Infinitum Creſceret totam Charitatem Dei Infinitam abſorberet, vel illam ſimpliciter coequaret, vt ampliùs illius non participatio, ſed coequatio foret, nec participata perfectio, ſed imparticipata, indè opinio Sancti Thomæ, contradictoria includit; dum vult Charitatem, & gratiam Chriſti eſſe Infinitam, & eſſe participatam, ſiuè participationem infinitæ Charitatis Diuinæ; Item Deus Charitatem nobis infundit per Creationem, vel concreationem de Nihilo, ergo eſt quædam perfectio realis, neceſſariò limitata dependens; Item capacitas ſubiecti ad formam conuenientem entitati ſubiecti commenſuratur. Subiectum Charitatis entitatiuè eſt ſimpliciter finitum, ergo finita eſt capacitas ad formam ſimpliciter finitam habens neceſſariò terminum ſui intenſiui augmenti.

23 Infrà gradum ſummum per Diuinam potentiam poſſibilem à nobis exercitæ non ſignatæ, poteſt regulariter Charitas viæ, in quouis iuſto augeri, vt durante ſtatu terminum non ſuſcipiat. Hic ſupponitur dari finitam, ſub quauis ratione ſummam tantùm per Diuinam potentiam, non tamen ampliùs augmentabilem in termino ſuæ intenſionis ſimpliciter cõſtitutum, & in eſſe completo ſuæ poſſibilis augmentationis, ſecundò ſupponitur infrà hunc terminum intenſionis poſſe ſolùm in via, non in patria augeri; Ex Scoto in 3. diſt. 31. q. vnica, §. viſo eſt omninò eiuſdem rationis Charitas viæ, & Patriæ; Immò eadem omninò Charitas viæ, remanet in Patria, ex 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit; Patet id ex munere

Cha-

Charitatis, ſiuè viæ, ſiuè Patriæ, quòd eſt reddere Deum habenti Carum propter ſe ſuper omnia diligendum, veluti bonum infinitè honeſtum ; Contra probat D. Thomas, Charitatem in via, in Infinitum augeri, ex Philip. 3. non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim ſequar autem ſi quomodo comprehendam, vbi dicit Gloſſa, nemo fidelium, & ſi multum profecerit dicat ſufficit, qui enim hoc dicit detrectat adire finem, ergo ſemper Charitas in via poteſt magis, ac magis augeri. Negamus conſequentiam in Infinitum, concedimus vſque ad ſummum excluſiuè, ex dictis.

24 Charitas in via eſt ſimpliciter perfecta intrinſecè ſolùm ſecundùm quid extrinſecè Imperfecta; nam Charitas in via, & in Patria eſt eiuſdem ſpeciei, circa idem obiectum materiale, & formale vltimatè Deum ſub ratione Deitatis infinitæ honeſtum propter ſe ſuper omnia diligibilem, ſub hac præciſa ratione in Patria, & in via actum Charitatiuæ, amicitiæ terminat, ergo Charitas in via eſt ſimpliciter perfecta, ſicut Charitas in patria; Secundò hæc eſt perfectio Charitatis ſimpliciter, vt Deum attingat propter ſe, ſuper omnia horas, tùm bonum, vt omnia propter ſeipſum, & in ordine ad ſeipſum, & in ſeipſo amentur, & diligantur, virtute cuius quicquid phyſicè, vel moraliter ſub dilecto contrarium eſt ſuper omne turpe vitetur, & declinentur; Indè ait D. Ioannes in 1. cap. 4. qui timet non eſt perfectus in Charitate, quoniam perfecta Charitas foras mittit timorem; Hæc de perfectione Charitatis in via, quæ tamen ob duo, dicitur imperfecta extrinſecè, & ſecundùm quid in Indiuiduo; Primùm quia regulariter nequit attingi Beatificè Deum in ſua exiſtentia, ſicuti videtur in Patria; Secundùm quia ſemper poteſt intenſiuè augeri, vt numquam ſit in termino ſuæ indiuidualis perfectionis, Charitas enim in quouis Indiuiduo Intellectualis Creaturæ, ſiue Angeli, ſiuè puri hominis regulariter non creſcit, quantum poteſt in ſeipſa creſcere, vt perueniat ad ſummum poſitiuè, cum ſoli Ieſu Chriſto Domino noſtro conueniat, cui non fuit datus Spiritus ad menſuram; Ideò Chriſti Anima excepta; Cæteris prout Deus vult, terminum Charitatis per merita aquirendum in via præfigit, iuxtà determinatum gradum gloriæ, ad quem quiſque eligitur.

25 Per abſolutam Dei potentiam, tantùm poteſt Charitas phyſicè diminui, nam potentia Dei abſoluta eſt ſuper omnes poſitiuas Leges, & ſuper omnem ordinem naturæ, & ſecundarum Cauſarum eſt omne poſſibile ex terminis non includens contradictionem, nulla eſt contradictio Charitatem diminui per ſubtractionem veram gradus à gradu, ſicut nulla eſt contradictio per additionem gradus, ad gradum augeri, quomodo aqua quoddam totum homogeneum corporeum extenſum per additionem nouæ partis augetur, & per ſubtractionem minuitur; Ita Charitas eſt totum, quoddam totum metaphyſicum per plures gradus incenſum per ſubtractionem alicuius gradus apta eſt minui, ſicut per additionem apta eſt augeri habet plures gradus indiuiduales, in quos eſt metaphyſicè, vel entitatiuè diuiſibilis, ideò non repugnat vnum ſeparari ab alio per abſolutam Dei potentiam; Dices contraria non nata ſunt fieri circa idem; augmentum, & diminutio circa idem ſunt contraria, ergo ſi Charitas poteſt augeri, non poteſt minui. Reſpondetur concedendo antecedens, de contrarijs ordinis naturalis, puta de augmentatione aquæ, & eius diminutione, ſed negando de contrarijs, circa rem ordinis ſupernaturalis dependentem ſpeciali dependentia ab ordinatione Diuina, ſicuti eſt Charitas.

26 Charitas regulariter per ſolùm peccatum mortale, demeritoriè tantùm totaliter corrumpitur per veniale, ſic demeritoriè, nec totaliter aufertur, nec partialiter diminuitur; Prima pars probatur, nam ex ſæpè dictis Charitas habitualis infuſa (de qua præciſè eſt Sermo) à ſola actione Diuina, phyſicè in ſua ſimplici exiſtentia, ſub indiuiduali eius augmento in eſſe,

in eſſe, & conſeruari pendet, & per ſubtractionem eiuſdem Diuini concurſus productiui, & conſeruatiui totaliter auſertur; vt ſicut nulla cauſa Creata poſſit illam phyſicè attingere, vel in re ponere conſeruare, & augere, ita nulla talis poteſt eam corrumpere auferre, vel in totum, vel in partem ſaltem minuere, & ſic patet quid dicendum ad vtramque aſſertæ propoſitionis partem; Non negamus tamen peccatum veniale deliberatum feruorem duntaxat Charitatis in Deum minuere, ita Scotus in primò reportat. diſt. 17. quæſt 7. Hic feruor Charitatis in Deum per peccatum veniale extinguibilis, non ſolùm impeditur per illud à directa operatione in Deum; ſed cauſatur habitus vitioſus ſemper inclinans ad peccatum veniale, ſicque virtualiter oppoſitus ipſimet Charitati.

27 Charitatem in homine iuſto infuſam poſſe in via, ſimpliciter amitti iuxtà dicta ſuperiùs, iam eſt definitum in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. Canon. 23. illis verbis, ſi quis dixerit hominem ſemel iuſtificatum ampliùs peccare non poſſe, neque gratiam amittere anathema ſit, gratia hæc iuſtificans, ex Scoto in re eſt Charitas, ergo Charitas ſemel habita in via per peccatum mortale demeritoriè reipſa amittitur regulariter. Hæretici Moderni arguunt contra dicta Charitas non amittitur, niſi propter peccatum, ſed qui ſemel Charitatem habet peccare non poteſt, ergo qui ſemel habet Charitatem illam amittere nequit; Cum Scoto negamus minorem Apoſtolus locutus eſt reduplicatiuè, & in ſenſu compoſito non Diuiſo, in quantum non ſtat per Charitatem hunc Filium Dei eſſe, & peccare contra, Charitas forma Creata, vel Cauſa naturalis eſt agens quantum poteſt, & ſemper ex ſe ad agendum determinata; ergo ſemper ex ſe motiuum ad peccandum excluderet; cum Scoto negamus antecedens, liberum arbitrium Creatum ex ſua natura eſt defectibile, & peccabile, vt etiam nullo exiſtente motiuo extrinſeco ex propria libertate peccare poſſet, vel à regulis ſuperioris deficere, quibus non neceſſariò conformatur; hanc poteſtatem peccandi intrinſecam ſub Charitate etiam retinet.

De obiecto Materiali, & formali, & ordine Charitatis. Artic. 8.

1 Conueniunt omnes Doctores in aſſignando Charitati ſuum obiectum materiale, & dicunt Deum eſſe principale obiectum Charitatis, tum quia Charitas eſt virtus Theologica, ſicut Fides, & Spes, quarum obiectum eſt Deus, tum etiam quia perfectiſſimus habitus dilectiuus reſpicit pro obiecto per ſe; primò primum diligibile in quo ſolo poteſt diligens perfectè quietari; Secundarium verò obiectum materiale Charitatis eſt noſter proximus, iuxtà illud diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum ſicut teipſum; Controuerſia inter eoſdem Doctores eſt in aſſignando obiecto formali, nam D. Th. 2. 2. q. 23. art. 4. videtur tenere quòd Deus vt eſt beatificans eſt obiectum Charitatis, quia cum Charitas ſit amicitia hominis erga Deum, & è conuerſo amicus autem amat amicum gratia ipſius amici ob hoc ſolùm, quia videlicèt eſt ſibi vnitus ex amicitia, ſequitur quòd Charitas amat Deum propter ſeipſum, quia illi vnitur ex ſupernaturali amicitia, & quia amicitia gaudet communicatione bonorum, quibus gaudet Charitas, & fulcitur vnio Charitatis ad Deum eſt Beatitudo, atque ita ſecundùm D. Thomam, bonum Beatitudinis eſt ratio obiectiua Charitatis.

2 D. Bonau. in 3. diſt. 27. q. 1. art. 2. & Richardus in 3. diſt. 27. art. 6. q. 1. ſtatuunt Deum ſub ratione ſummi boni, hoc eſt infiniti huiuſmodi obiectum formale Charitatis; Alij aliter dicunt Doctores ſubtilis in 3. diſt. 27. ſententia tribus ſequentibus propoſitionibus, præſuppoſi-

ta priùs diſtinctione, qua ratio obiectiua Charitatis, & habitus diſtinguitur, poteſt enim conſiderari tripliciter, ſicque triplex poteſt eſſe; Prima quæ ſecundùm ſe accepta nata eſt per ſe eſſe ratio terminandi; Secunda quæ eſt aliqua ratio præcedens actum propterquàm natus eſt actus elici circa obiectum, Tertia quaſi concomitans, immò ſequitur ipſum actum elicitum hanc diſtinctionem trimembrem declarat Doctor Scotus, hic ſic exemplum huius poteſt eſſe, ſi poneretur inquit vnũ, quòd eſſet pulcherrimum viſibile ex natura rei; Secundò quòd illud daret virtutẽ viſiuam oculo quia videretur; Tertio ſi eſſet quietans viſum, in quantum attingitur per actum videndi, qui eſt ratio formalis terminandi amorem viſiuum, ſi viſus poſſet amare obiectum; Prima ratio qua viſus tendit in obiectum eſt; Prima ratio talis naturæ pro eo, quòd in tali natura eſt perfectè ratio obiecti adæquati tali potentiæ, quantum poteſt eſſe in aliquo; Secunda eſt quædam ratio alliciens ad amandum pro quanto communicauit ſe huic tribuẽs, ſcilicèt videndi virtutem; Tertia eſt ratio cõcomitans actum, in quo perfectè quietatur viſus abſolutè.

3 Prima propoſitio; Loquendo de ratione formali, & immediata prima, & principali obiectiua habitus, & actus Charitatis eſt Deitas, vt Deitas hæc; Itaque Deus ſub ratione Deitatis eſt obiectum primùm, & perfectiſſimum Charitatis, & actus eius, quia ſub perfectiſſima ratione; nam præciſa ratio huius eſſentiæ eſt ratio terminandi omnem habitum, & actum Theologicum, & hoc in quacumque natura intellectuali ex quæſtione 3. Prologi, & diſt. 1. De obiecto Theologiæ; Quòd autem ſub ratione formali Deitatis ſit obiectum Charitatis, & actus eius probat Doctor ſubtilis, vnica ratione, quæ talis eſt Pótentia habens, aliquòd commune pro obiecto adæquato, non poteſt perfectiſſimè quietari, niſi in perfectiſſimo contento, ſub tali obiecto adæquato, & ſub ratione formali eius perfectiſſima, ſicut viſus non quietatur, niſi in perfectiſſimo viſibili; Omnis autem potentia volitiua reſpicit pro obiecto adæquato terminante totum ens, igitur in nulla natura, ſiuè creata, ſiuè increata, poteſt perfectè quietari, niſi in illa, in qua eſt perfecta ratio entitatis; tale autem eſt ſolùm ens primùm ſub ratione, qua eſt hoc ens hoc eſt, niſi in Deo ſub ratione Deitatis, quia Deus ſub ratione Deitatis eſt perfectiſſimum contentum ſub ente, & ratio eius perfectiſſima; Perfectiſſimè namque quietari in tali obiecto eſt actu attingere illud, atque ita voluntas perfectiſſimè quietatur cum per actum amoris amicitiæ, qui eſt actus Charitatis ipſi perfectiſſimè coniungitur, ergo Deus ſub ratione Deitatis eſt primùm, & perfectiſſimum obiectum habitus, & actus Charitatis.

4 Secunda Propoſitio; ſi loquamur de ratione formali obiecti Charitatis non prima, nec principali, ſed ſecundaria, & minùs principali præcedenti actum, & etiam habitumque poteſt dici ratio alliciua ſecundùm quàm voluntas magis allicitur ad amandum; huiuſmodi ratio poteſt dici omne id, in quo inuenitur ratio amabilitatis veluti eſt Creatio, Conſeruatio, Redemptio; Glorificatio, & huiuſmodi rationes relatiuæ ipſius Dei ad amantem, in quantum eſt conueniens bonum communicatiuum ſui illi huiuſmodi enim rationes multum alliciunt nos ad amandum Deum, itaut Deum nos creaſſe, redemiſſe, & glorificaturum ſunt Cauſæ allectiuæ, minùs principales ad hoc, vt Deum diligamus alioquin incaſſum homines laborarent inducere nos in amorem Dei ratione beneficiorum eius nobis præſtitorum, atque ita Deus ſub ratione formali, qua Creator, vel Gubernator, vel Beatificans eſt obiectum diligibile ex Charitate non principale, & primarium, ſed minùs principale, & ſecundarium; quòd cum magis vicinum, & magis moueat appetitum noſtrum rationalem, dicitur illius obiectum allectiuum, magis quàm ratio Deitatis.

5 Tertia propoſitio; ſi loquamur de ratione formali obiecti non præcedente actum, ſed tantùm concomitante, ſic Deus vt obiectum Beatificum poteſt poni obiectum Charitatis, itaut eſſe Beatificum ſit tantùm ratio formalis concomitans Beatitudinis, vel fruitionis actum; Probatur quia eſſe obiectum Beatificum actu eſt actum fruitionis terminare, ſed priùs actus fruitionis intelligitur elicitus, quàm ad obiectum ipſum terminetur, ergo obiectum vt ſic terminans, ſicut ſub ratione qua actu terminat, & vt eſt poſteriùs actu, ipſumque actum concomitatur poteſt dici ratio formalis obiecti Charitatis eumdem actum concomitans: & hoc eſt quòd vult dicere Scotus cum inquit, Tertia ratio quæ eſt eſſe obiectum finiens actum, ideſt terminans actum, non eſt propriè ratio formalis obiectiua, quia huiuſmodi ratio naturaliter actum elicitum, ſequitur tamen pro quanto ſemper concomitatur actum poſſet poni aliqua ratio obiecti, & hoc modò diligitur, in quantum eſt bonum Beatificum diligentis, ſicut diceretur Deus diligitur, in quantum ſummè diligitur hoc eſt, quia ſummè Beatificat, vel quietat; ſummè enim diligere eſt ſummè quietare in obiecto dilecto, ſed hoc non eſt ex ratione formali obiecti, ſed ſequitur rationem in obiecto concomitantem actum.

6 Non deſunt aſſerentes naturam intellectualem amore naturali magis inclinari ad propriam dilectionem, quàm ad dilectionem Dei, itaque ad diligendum Deum ſuper omnia non ſufficit natura ſine habitu infuſo; quia naturalis appetitus non videtur eſſe, niſi reſpectu conuenientis apperenti, & per conſequens eſt primò reſpectu illius, cui appetitur conueniens, illud autem eſt ipſum amans, ſed ſi eſt primò reſpectu eius non poteſt eſſe magis reſpectu alterius. Ita D. Bonauentura in 3. diſt. 29. q. 1. ad 2. & q. 4. ad vltimum, & Albertus Magnus in 3. diſt. 29. art. 1. ſed oppoſita ſententia quam docent D. Thomas 2. 2. q. 26. art. 3. & alibi; & Scotus in 3. diſt. 27. art. 3. q. vnica, eſt veriſſima, quia Deus operatur intimè in omni operante, ſicut dat eſſe omnibus; In ipſo enim viuimus mouemur, & ſumus ergo omnis motus, & operatio quatenus à natura procedit ordinatur principaliter in Deum; Confirmatur, quia Deus eſt finis vltimus omnium rerum, ergo propter ipſum mouentur omnia magis, quàm propter ſe; Dicamus igitur cum Doctore ſubtili, quòd appetitus rerum naturalium inclinat magis ad dilectionem Dei, quàm ad propriam ipſarum rerum.

7 Homo in ſtatu naturæ integræ cum ſolo concurſu Diuino potuit diligere Deum ſuper omnia viribus naturæ, abſque habitu Charitatis infuſæ dilectione naturali, & perfecta; Ita communiter omnes Theologi, nam homo in ſtatu naturæ integræ ratione ſuæ naturæ iuſtitia Originali inſtitutæ conſideratus poterat perſeueranter implere omnia præcepta, quoad ſubſtantiam actus per opera moraliter bona, & pari ratione vno actu referre ſe, & omnia ſua in Deum tanquam finem naturalem, ergo poterat diligere Deum ſuper omnia; Antecedens patet, quia nullam habebat tunc cauſam peccandi; Item omnia opera legis, tàm naturalis, quàm Diuinæ ſecundum rationem ſunt, ſed homo eſt Animal rationale, ergo ſuis naturalibus viribus poteſt huiuſmodi opera facere dummodò non habeat obſtaculum; in illo autem ſtatu nullum obſtaculum habebat, ergo &c. Et confirmatur in illo ſtatu excluſa gratia virtute naturali poterat homo exequi totum bonum, quòd ſibi eſſet connaturale, ſed talis dilectio Dei ſuper omnia eſt ſibi connaturalis, ergo illa erat ſibi à natura poſſibilis, maior de ſe patet, & minor probatur; vnaquæque res, ita nata eſt appetere, & agere ſicuti nata eſt eſſe, ſed omnes Creaturæ ſunt propter Deum, atque ita homo, quia tunc natura pollebat integra cuncta omnia officia in Deum referre poterat, quòd eſt Deum diligere ſuper omnia.

8 Pro horum, & dicendorum clara notitia; Notandum eſt primò hominem in eo primò vitæ ſtatu, quo eſt à Deo pro Creatus potuiſſe quidem hæc quæ diximus, at non per ſolam naturam ſuam datam, & conſeruatam à Deo, ſed auxilio Dei, & mouentis, & adiuuantis ad bonum operandum; prædicta; Item non potuiſſe per ſola dona iuſtitiæ Originalis infuſa, & accepta ſine Dei mouentis, & adiuuantis, & vna cùm homine operantis præſidio; Nã D. Auguſt. in Enchiridium, cap. 106. & ex D. Auguſt. Arauſicanum Concil. Can. 19. manifeſtè tradiderunt etiam in eo ſtatu indiguiſſe hominem auxilio Dei mouẽtis, & adiuuantis ad bonum agendũ; Secundò notandum Pelagium, vt in multis alijs, ita in hoc etiã grauiter erraſſe, quòd opinabatur liberum arbitrium per naturam ſuam datam, & conſeruatã à Deo ſine alio auxilio Dei mouentis, & adiuuãtis ad bonum faciendum poſſe, quodcumque virtutis officium obire, vnde D. Hieron. dial. 1. contra Pelagianos, & in Epiſt. ad Creſiphontem diſputans concludit; In ſingulis rebus, quas gerimus indigere nos Dei adiutorio etiam cum calamum temperamus ad ſcribendum. Et Concil. Arauſicanum, can. 19. natura inquit humana etiam ſi in illa integritate, in qua eſt condita permaneret nullo modo ſeipſam Creatore ſuo non adiuuante ſeruaret.

9 In ſtatu naturæ lapſæ poteſt homo etiam exiſtens in peccato, ſiuè ante receptam fidem, ſiuè in fide, ſine gratia per ſua naturalia ſolo auxilio generali Dei, quandoque implere præcepta naturalis iuris, vel Diuini, vel humani quantum ad ſubſtantiam actus, ita ſcilicèt, vt licèt nõ eſſet opus meritorium eſſet, tamen moraliter bonum. Ita Scotus in 2. diſt. 28. & D. Th. 1. 2. q. 109. art. 4. & probatur opera, cuiuſcumque legis iuſtæ à ratione proficiſcuntur, & ſecundùm rationem ſunt, ſed homo eſt Animal rationale, ergo poterit præſtare talia opera, itaut nõ ſit reus violatæ Legis quamuis, quia non facit illa quantum ad modum, & finem præcipientis non ſint meritoria; Homo in ſtatu naturæ lapſæ non poteſt viribus proprijs diligere Deũ ſuper omnia; nã diligere Deum ſuper omnia eſt Deum diligere, vt ipſum omnibus præferamus noſque, & noſtra omnia in ipſum referamus omniaque præcepta adimpleamus, vt nulla admittatur culpa, iuxtà illud Ioan. 14. ſi quis diligit me Sermonem meum ſeruabit, &c. ſed hoc non præſtare poteſt homo in ſtatu naturæ lapſæ ſola virtute naturali ſine gratia, aut Dei auxilio, ergo &c.

10 Comprobatur per Concilium ſæpè ad hoc citatum, hoc enim ſeſſ. 5. & 6. pluribus exagerat humanæ naturæ poſt lapſum primorum Parentum miſerias infirmitates, & defectus vt indè colligi poteſt quid valeat homo ex puris naturalibus, quòd nullum opus, ſupernaturale facere pro ſtatu iſto, neque perſeuerare poteſt ſine auxilio Dei ſpeciali in adimpletione mandatorũ, neque vitare omnia peccata propter infirmitatem, & propter multa pericula, quæ propter præuaricationem primi parentis iniecta ſunt, ergo &c. Vndè licèt homo in peccato exiſtens poſſit habere illum actum imperfectum; Volo diligere Deum ſuper omnia tamen non eſt cenſendus ille actus dilectio Dei ſuper omnia, ſed voluntas imperfecta, & inefficax; De hac voluntate inefficaci, & indigente auxilio ſpeciali Dei excitantis, & adiuuantis potiſſimum locutus eſt, D. Auguſtinus, citatus ſuprà num. 8. & cum eo Concilium Arauſicanum; non autem de voluntate hominis in ſtatu naturæ integræ; In quo cum ſolo auxilio, ſiuè concurſu generali Diuino ſine ſpeciali auxilio Dei excitantis, & adiuuantis homo poteſt præſtare dicta numero 7. conſideratus etiam abſque gratia, & alio ſpeciali auxilio licèt non meritoriè, iuxtà D. Auguſtinum, & Concilium Arauſicanum.

11 Scotus in 3. diſt. 27. q. vnica §. De primò dico, docet quòd illud ſuper omnia poteſt intelligi dupliciter vno modò extenſiuè, alio modò intenſiuè; Priori modò diligere Deum ſuper omnia eſt magis velle cui Dei in ſe, quàm eſſe cuiuſcumque alterius,

ita quòd citiùs velimus omnia alia non eſſe, quàm Deum non eſſe; Poſteriori modò diligere Deum ſuper omnia eſt velle eſſe Dei in ſe maiori, & intenſiori affectu, quàm eſſe cuiuſcumque, itaut ſi diligit Creaturam dilectione intenſa, vt quatuor dilectio Dei debet eſſe intenſior; Loquendo de dilectione Dei ſuper omnia extenſiuè certum eſt, quòd quilibet magis tenetur velle eſſe Dei, & cuiuſcumque perfectionis intrinſecè ipſius Dei, quàm velle cuiuſcumque creaturæ, ſed loquendo de dilectione Dei intenſiuè, dicunt quidam quòd dilectio, poteſt dici maior, quia peruenitur, ſicut Mater diligit filium ſuum, vel maior quia firmior, & ſtabilior, ſicut Pater diligit filium, quia maiori periculo ſe exponeret pro amore filij, quàm mater; Hæc diſtinctio non placet Scoto, quia propriè magis Deum diligere non eſt ipſum feruentius, vel tenerius diligere, ſed firmius; Illud enim dumtaxat magis diligitur, quòd firmius diligitur; Nam illud magis diligimus, cui minùs volumus malum accidere amouendo quantum poſſibi. le eſt omnes inferens malum contrarium.

12 Item notandum eſt ex Doctore ſubtili, quòd illud ſuper omnia debet intelligi vtroque modò ſcilicèt intenſiuè, & extenſiuè; Vndè diligere Deum ſuper omnia poteſt quatuor modis intelligi; Nam illud ſuper omnia, idem eſt quòd pluſquam omnia poteſt ergo intelligi, vel quantum ad perfectionem actus diligendi, ſiuè illa perfectio attendatur ſecundum intenſionem gradualem, ſiuè ſecundum perfectionem eſſentialem; Dilectio perfectior ſecundũ intenſionem gradualem ea eſt, quæ habet plures gradus, vt dilectio vt decem perfectior dilectione, vt quinque; Dilectionem verò ſecundùm perfectionem eſſentialem appellamus, quæ eſt obiecti nobilioris; & hoc modo dilectio obiecti nobilioris æquè intenſa gradualiter perfectior eſt eſſentialiter dilectione obiecti minùs nobilis, & minùs perfecti; Secundo modo attenditur exceſſus dilectionis vnius obiecti ſuper aliud, quantum ad obiecti dilecti quantitatem extenſiuam, vel intenſiuam, & hoc modo aliquis plus diligit vnum obiectum, quàm aliud, vel quia ei maius bonum diligit, vel plura bona vni, quàm alteri; Tertiò modo attenditur exceſſus quantum ad amoris appretiationem, & eo modo ea res magis diligitur, quàm ita diligimus, vt illam anteponamus alijs rebus quas dicamus minùs diligere, itavt ſi alterius amorem ex electione dimittere oporteret eligeret potiùs dimittere iſtius amorem quam illius; Quarto modo quantum ad actus naturalitatem, & firmitatem, quia firmius, & naturalis ineſt ſibi dilectio vnius, quàm alterius.

13 Præceptum de diligendo Deum ſuper omnia traditum à Deo ipſo, Deuter. cap. 6. & confirmatum à Chriſto, Matth. 22. his Verbis; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Intelligendum eſt, tàm extenſiuè, quàm intenſiuè; intenſiuè quidem quantum ad affectum maiorem, dicitur autem affectus maior, qui magis repugnat affectui oppoſito; ſicut enim teneor diligere Deum ſuper omnia alia extenſiuè, ideſt volendo Deo plura bona, quàm cuilibet Creaturæ, ita etiam maiori affectu, quàm aliquid aliud, ideſt magis velle dilectionem meam, & cuiuſcumque deſerere, quàm dilectionem Dei, & magis velle quodcumque malum accidere Creaturæ, quàm aliquid bonum ſibi conueniens ipſi non eſſe, aut quã Deũ non eſſe ſummum bonũ, & ſummè perfectum; ſicque hoc præceptum obligat hominem ad diligendum Deum ſuper omnia non actu perfectiori gradualiter, quàm ſeipſum, & cæteras creaturas, ſed actu appretiatiuo, itavt ille dicatur maior affectus cui magis repugnat, quàm actus oppoſitus; ideſt quòd faciliùs poſſet inclinari ad oppoſitum dilectionis cuiuſcumque alterius, quàm ad oppoſitum dilectionis Dei, ſic enim exponit Scotus quid ſit diligere Deum maiori affectu, in 3. diſt. 27. q. vnica, §. Dico igitur.

14 Hoc præceptũ dilectionis Dei ſuper omnia non ſolùm obligat, vt diligamus

eum ex toto corde, ideſt quòd voluntate non tendamus in aliquid, quòd non eſt Deus tanquam in Deum, & finem vltimon, & ſola mente ſcilicèt Intellectu rum adhibeamus fidem Sectis repugnantibus fidei Diuinæ, ſed præcipitur tota Anima, ideſt ne apperitu ſenſitiuo feramur in aliquid prohibitum à Deo, & tota virtute, & viribus, vt ſcilicèt vires exteriores non exercens in aliqua re contra voluntatem Dei; Patet ergo quòd non ſolùm præcipitur actus interior hoc præcepto, ſed etiam exteriora officia, itavt ille diligit Deum ex toto corde, qui non dirigit ſuum affectum in alium Deum, & tota mente, qui non adhibet fidem alijs Doctrinis repugnantibus fidei noſtræ Diuinæ, & tota Anima; qui non diuidit ſenſum, & appetitum ſenſitiuum in aliqua prohibita à Deo, & tota virtute, qui non diuidit Animæ ſuæ vires in cultum ac obſequium alterius Dei; Ille verò tranſgreditur hoc præceptum, qui amauerit, aut crediderit, aut fecerit aliqua, quæ dilectioni Dei repugnauerint, ſic Vega, lib. 11. ſuper Cnncilium Tridentinum, cap. 16. 17. 18.

15 Hoc præceptum ex parte eſt affirmatiuum, & ex parte negatiuum; Affirmatiuum eſt, quia exigit vt Deum diligamus, & vt ei noſtris viribus omnibus interioribus, & exterioribus ſuo tamen loco, & tempore verè, & non fictè ſeruiamus; Negatiuum eſt, quia cùm totum cor, totam Animam, totam mentem, & totam virtutem requirat eo ipſo poſtulat, vt nulli alij, vt Deo actu, vel virtute iſtis viribus nunquam ſeruiamus; In iſta totalitate, & perfectione dilectionis Dei, tres communiter aſſignantur gradus; Primus, & infimus eſt ille, qui omnem actum contrarium excludit non autem extraneum, nam peccatum Veniale cum non auertat à Deo, nec tollat aliquòd neceſſarium ad ſalutem, nempè gratiam non ponit cor extra totalitatem, nec extra eius latitudinem, ſeu perfectionem gradus primi; Secundus gradus eſt perfectior, qui nedum actum contrarium excludit, ſed etiam frequenter extraneum; Tertius gradus, qui, & perfectiſſimus eſt dum fertur actualiter, & aſſiduè ſecundùm Charitatis motionem in Dei dilectionem, & amorem actualem, itavt nihil ſit quòd impediat hunc actum amoris, & hic gradus in ſolis beatis eſt, vbi ſine interruptione Deus videtur clarè ſummè amatur, atque nihil agitur deſideratur, aut cogitatur, niſi quòd in Deum refertur.

19 Præceptum de dilectione Dei ſuper omnia intenſiuè, & extenſiuè impleri poteſt perfectè; Primò modò in via, & ſecundùm, tertium gradum in Patria. Ita D. Auguſtinus, intellexit quando dixit (de perfectione iuſtitiæ) quòd mandatum Charitatis ſolùm implebitur in Patria; non in via, nam pronitas virium inferiorum pro ſtatu iſto impedit ſuperiores ab actibus perfectis; Prima pars probatur, quia qui ſic diligunt Deum in hac vita, vt nullum ſibi alium Deum conſtituant nullum ament, nullum colant, aut in aliquo alio confidant, & parati ſint relinquere cuiuſui naturæ dilectionem, ne Deo diſpliceant licèt tepide, & non abſque intermiſſione Deum ament, & alijs rebus amore, & ſtudio inhæreant, aliqua nonnumquam cogitent, & operentur, & nonnulla tentationes aduerſus Dei mandata patiantur implent reuera, & ipſis ſecunda pars etiam patet, quia neceſſitas viæ cogit, quandoque intendere proprijs neceſſitatibus, ac temporalibus actionibus, & tunc certum eſt, quòd non poteſt ſic cogitare Deo, atque adeò non poteſt homo in via diligere Deum ſuper omnia ſecundùm tertium gradum perfectiſſimum; Ex his omnibus ſequitur, quòd mandatum illud maximum de diligendo Deo ſuper omnia extenſiuè, & intenſiuè ſecundùm primum perfectionis gradum habet vim præcepti reſpectu omnium, iuxtà ſecundùm gradum habet vim conſilij reſpectu proficientium, & perfectorum, ſed quantum ad tertium gradum eſt oſtenſiuum perfectiſſimè fruitionis Beatorum.

17 Hinc falſitas patet Hæreticorum noſtri temporis exiſtimantium, & aſſerentium

tium

rium impoſſibile eſſe nobis præcepta Dei impleri in hac vita. Ita Lutherus in Libro de libertate Chriſtiana, & in art.2. & 31. ſuarum aſſertionum, contra Bullam Leonis X. & latiſſima in lib. de decem præceptis diſertè affirmat, vt refert P. Vega, lib. 11. ſuper Concilium, cap. 9. quem ſecuti ſunt Proteſtantes; Nam in confeſſione Auguſtana palàm aſſerunt, non poſſe nos in hac vita ſatisfacere legi, neque eam implere, ſed dumtaxat ipſius impletionem inchoare; Ita Melancton in Apologia, titulo de impletione legis, & Bucerus in lib. Concordiæ controuerſiarum, De iuſtificatione, & Impiiſſimus Caluinus varijs in locis ſuorum operum, & potiſſimum ſuarum inſtitutionum; Sed hæc Hæreſis damnata eſt in Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 11. ſub his Verbis, nemo temeraria illa, & à Patribus ſub Anathemate prohibita voce vti debeat Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet, & facere quòd poſſis, & petere quòd non poſſis, & adiuuat vt poſſis, cuius mandata grauia non ſunt; ſed eius Iugum ſuaue eſt, & onus leue, & Can. 18. Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia anathema ſit.

18 Pro intelligentia Concilij in hoc loco nota, quòd gratia iuſtificans quorumdam præceptorum obſeruantiam præcedit quorumdam verò concomitatur; Nam quædam ſunt præcepta ad quorum impletionem requiritur, non tantùm gratia ſpecialis auxilij Diuini, ſed etiam præuia gratiam ſanctificans, huiuſmodi præcepta ſunt ſuſcipiendi, & adminiſtrandi Sacramenta Eccleſiæ, vt enim hæc impleantur neceſſarium eſt ea nos facere, per quæ veniamus ad Dei gratiam, vt de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, D. Paulus explicuit 1. Cor. cap. 11. & ſimilis eſt licèt non par ratio de alijs; Nam peccat mortaliter quicumque Sacramenta, vel recipit, vel adminiſtrat, non ea priùs adhibita diligentia, vt ad ea Mundus accedat, ſcilicèt ſine culpa mortali, & conſequenter cum gratia ſanctificante, & hoc requiritur ad licitum miniſterium, & licitam receptionem, licèt ad valorem adminiſtrationis, & receptionis non requiratur talis gratia; Quædam verò ſunt præcepta, quæ impleri nequeunt ſine gratia gratum faciente concomitante eorum impletionem, & hæc ſunt illa præcepta, quibus præcipiuntur actus, quibus poſitis ſemper venitur ad gratiam, tale præceptum eſt de Martyrio, de dilectione Dei ſuper omnia, & ſaltem præceptum de pænitentia, nam vt ſentiunt Communiter Scholaſtici præceptum habemus de pænitentia, tanta quanta ſufficit ad recuperandam gratiam amiſſam.

19 Secundò notandum eſt, quòd exceptis præceptis de Sacramentis, & de illis, quæ ſunt vltimæ diſpoſitionis ad gratiam, vt Martyrium dilectio Dei ſuper omnia, & pęnitentia nullum eſt præceptum, quòd non poſſit impleri ſine gratia gratum faciente, neque præcedenti, neque concomitante, itaque qui eſt in mortali, manens in eo poteſt implere alia pręcepta, neque vnquam hac ratione ſi impleat ea præcepta, neque neceſſarium eſt, neque tenetur ſe conuertere in Deum; nec hoc eſt contra Concilium Tridentinum, loc. cit. vbi loquitur de gratia actuali Diuini auxilij, non de gratia ſanctificante; Stat ergo veritas non poſſe pręceptum hoc diligendi Deum ſuper omnia de potentia ordinaria adimpleri ſine gratia, vel Charitate comitante. Ita Scotus in 2. diſt. 28. & in 4. diſt. 14. q. 2. Non enim diligit ex toto, qui non ſic diligit, vt per eam dilectionem aſſequatur gratiam Diuinam, & vitet omne peccatum mortale, præceptum enim dilectionis Dei eſt pręceptum Charitatis, & amicitiæ in Deum, nam habens præceptum diligendi Deum, ex toto corde credendum eſt etiam habere in mandatis, vt eo vſque diligat, vt perueniat ad amicitiam ipſius, ex parte enim Dei certum eſt nihil de futurum, ſi nos non deficiamus ex parte noſtra, diligit enim diligentes ſe.

20 Tertiò notandum, quòd quamuis voluntas ſine Charitate præcedente poſſit Deum diligere ſuper omnia, ideſt actum illum eligere tamen Charitas, vt docet Scotus in 3. diſt. 28. §. De tertiò dico non ſuperfluè ponitur, quia ponitur propter tria; Primò vt perficiat voluntatem in actu primò; Secundò vt per ipſam habeatur actus perfectior, & intenſior, quia habitus Charitatis, quantum ad ſubſtantiam actus dat aliquam intenſionem vlteriorem, quàm eadem potentia, & ex æquali conatu dare non poſſet; Tertiò ponitur Charitas, vt per ipſam actus ſit Deo acceptus, & meritorius vitæ æternæ, & quoad hanc circumſtantiam actus, quæ eſt eſſe acceptum alibi dictum eſt, quòd hoc eſt à Charitate principaliter, & minùs principaliter à voluntate, ſicut è contra ſubſtantia actus eſt principaliter à voluntate, & minùs principaliter à Charitate: Quantùm etiam ad conditionem, quòd habitus ſit infuſus, hoc non poteſt probari per rationem naturalem eſſe tales habitus infuſos, ſed ſolùm fide tenetur, & congruitas bona apparet, quia quantum ad actus circa Deum immediatè probabile eſt, quòd non poſſit perfectiſſimè perfici ſuprema portio, niſi immediatè à Deo, ita Scotus.

21 Charitas qua diligitur Deus, & proximus eſt vnus habitus ſpecie. Ita D. Thomas 2.2. q. 25. art. 1. D. Bonauentura in 3. diſt. 27. q. 3. art. 2. Richardus in 3. diſt. 28. q. 1. art. 2. Doctor ſubtilis in 3. diſt. 28. q. vnica, & Probatur Deus infundens habitum, quo Anima ordinatè, & perfectè tendat in ipſum dat habitum, quo habeatur Charus, vt bonum Cõmune, & condiligendum ab alijs, ergo Charitas, quæ eſt habitualis amor inclinat, non tantùm ad diligendum Deum, ſed etiam inclinat, quòd Deus condiligatur ab alijs, quorum dilectio eſt grata Deo, ſed dilectio proximi eſt grata Deo; ergo eadem Charitas infuſa inclinat ad diligendum Deum, & proximum; Item habitus Charitatis eſt vnus, qui reſpicit primò Deum, vt primarium obiectum eſt enim ſummum bonum; & proximum, & omnia diligibilia reſpicit vt obiectum ſecundarium: Quia dilectio qua diligo proximum eſt propter Deum, ideò cum ipſo debeo in dilectione concordare, Deus autem diligit omnia quæ fecit, & maximè homines ſecundùm naturam ſuam ordinando illos ad gloriam ſuam, & ideò eodem modò debemus diligere proximum, ſicut eum Deus diligit, & hoc habitus Charitatis eodem ſecundùm ſpeciem, propter ordinem proximi ad Deum in dilectione paſſiua.

22 Pro clara notitia dictorum, & dicendorum obſeruandum eſt, quòd duplex eſt Charitatis obiectum, ſcilicèt immediatum, & primarium ſcilicèt Deus, qui immediatè per ſe, & primariò eſt diligendus tanquam vltimus finis, aliud mediatum, & ſecundarium vt ſunt Creaturæ rationales, quæ finaliter ſunt beatitudinis comparticipes; Actus enim Charitatis proprius eſt amor amicitiæ Dei, atque adeò omnis actus immediatus Charitatis eſt amor Dei, mediatus autem eſt amor proximi; & voco actum Charitatis immediatum, quia terminatur præcisè in Deum, & quo Deus in ſe, & propter ſe diligitur, amorem autem mediatum appello, quo amatur proximus, & per proximum amatur Deus; nam actus dilectionis proximi mediante amore Dei dicitur actus Charitatis, ſicut enim ſe habent principia in ſpeculabilibus, ita ſe habet finis in agibilibus, ita vt ſicut primò aſſentio principijs, & per principia concluſioni; adeò, vt aſſenſus feratur immediatè in principia, & principijs mediantibus in concluſionem; Ita volitio circa finem immediatè inclinat in actum circa finem, & mediatè in media, quæ ſunt circa illum finem, atque adeò omnis actus Charitatis eſt amor amicitiæ Dei mediate, vel immediatè, ſi ſit immediatus eſt amor amicitiæ Dei præcise, vt obiecti primarij ſi ſit mediatus eſt amor proximi, vt obiecti ſecundarij.

23 Solus igitur Deus eſt primùm for-

male,

male, & materiale obiectum Charitatis infuſæ, iuxtà illud 1. Ioannis 1. Deus Charitas eſt, & qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in eo; Hic Charitas omni modò formaliter, & obiectiuè ſecundùm eſſentiam, & participationem accipitur Deus Charitas formaliter per eſſentiam in ſe continens primam, & pleniſſimam Charitatis rationem, quæ eſt perfectio ſimpliciter infinita, qui manet in Charitate, quæ eſt forma creata illius participatio nobis infuſa in Deo manet, vt in obiecto in ſe amato abſolutè, vel directè, & Deus in eo, vt obiectum terminans vltimatè eius amorem, ergo ſolus Deus eſt primum per ſe ſimpliciter obiectum infuſæ Charitatis formale, & materiale intrinſecè non proximus. In primis Charitas habitualis à ſolo Deo infunditur, qui eſt Charitas per eſſentiam, indè dicitur infuſa in cordibus noſtris per Spiritum Sanctũ, qui datus eſt nobis; Secundò ſolùm Deum attingit directè, qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in eo; Tertiò actualem eius dilectionem attingit in nobis reflexè etiam in Deum vltimatè relatum, ergo ſolus Deus eſt obiectum Charitatis per ſe, primò materiale, & formale intrinſecè; Proximus eſt potiùs ſubiectum Charitatis materiale extrinſecum, quaſi per accidens ſubſtentans vtramque Charitatem Dei habitualem infuſum, & actualem à nobis elicitum ad illum vltimatè terminatam, ex Scoto in 3. diſt. 28.

24 Proximus ſecundùm ſe eſt ſubiectum Charitatis materiale extrinſecum ſecundarium per accidens remotum, tàm ſubſtentans actualem dilectionem Dei rectam, quàm reflexam, ſic pariter cadit per accidens ſub formali, ac materiali, primò illius obiecto. Ita Scotus vbi ſuprà; Proximus eſt quaſi obiectum Charitatis omninò accidentale, ſcilicèt per aliud, in quantum potens eſt mecum Deum condiligere à me priùs perfectè amatum, vel ordinatè dilectum; Ideò formaliſſimè diligere proximum, ex Charitate ſignificat velle illum Deum condiligere, ſeu illum vtramque dilectionem habitualem, & actualem ſibi non repugnantem habere; Indè ait Proximum eſſe, quaſi ſubiectum Charitatis, in quantum diligit Deum eliciens, ac ſubſtentans dilectionem Dei ſibi poſſibilem; Igitur ex ſolo extrinſeco præcepto Dei, non ex natura habitus infuſæ Charitatis eſt proximus ex Charitate diligendus, nec ex natura habitus Charitatis ſequitur contradictio dilectionem Dei dari ſine dilectione proximi, cum dilectio dilectionis Dei in proxima ſit actus reflexus, non ex neceſſitate rei pendens à dilectione Dei in ſe, ergo ex ſolo præcepto extrinſeco eſt proximus ex Charitate diligendus, vt demeritoriè tantùm auferatur Charitas infuſa, & dilectio Dei abſolutè dilecti ſub ratione meriti ſublata dilectione proximi reflexa, iuxtà illud 1. Ioannis 4. hoc mandatum habemus à Deo, qui diligit Deum diligat, & fratrem ſuum.

25 Irrationales Creaturæ cæteraque inanimata non ſunt apta propriæ Theologicæ, ex Charitate immediatè amari tantùm remotè impropriè, & latè, ideò potiùs cadunt ſub actu vtendi remotè extrinſeco ab ipſa Charitate, quàm proximè, ſeu immediatè ex natura rei; nam formale obiectum Charitatis infuſæ eſt ſola Deitas, & bonitas infinitè honeſta; Materiale etiam intrinſecè ex natura ipſiuſmet habitus eſt ipſemet Deus; Proximus verò tanquam materiale ſubiectum continetur ſub actu dilectionis Dei extrinſecè, & per accidens, nulla Creatura inferior Homine apta eſt Deum propriè ex Charitate diligere, in ea eſt prorſus impoſſibilis actus diuinæ dilectionis, ſicut in ea eſt impoſſibilis appetitus rationalis ſpiritualis, inorganicus propriè actiuus, & operatiuus liberè cum Dominio ſui actus ſecundùm exigentiam ipſiuſmet actus amoris, ergo nequeunt irrationales Creaturæ ex Charitate à nobis amari; Cadunt ſub actu vſus ab ipſa Charitate Theologicè imperato omnia Creata infrà hominem ſolùm extrinſecè, in quantum

habere

habere poſſunt rationem medij vtilis ad attingendam dilectionem Dei in ſe, ſic eſt certum præcisè eiuſmodi Creaturas eſſe ex Charitate diligendas extrinſecè per actum vſus in Deum relatum, prout ad eum propter ſe diligendum poſſunt nobis inſeruire.

26 Charitas ipſa nobis inhærens in habitu, vel in actu non eſt Charitate, ſiuè ex neceſſitate rei, ſiuè ex neceſſitate præcepti directè diligendam, quæ cum ſit forma accidentalis; nec ſit Deus, qui ſolus Charitas obiectiua per eſſentiam eſt formale, & materiale obiectum adæquatum noſtræ Charitatis à Deo infuſæ; nec ſit apta Deum ex Charitate attingere, ideſt diligere, vel condiligere, hoc enim requiritur ad id quòd eſt diligendum ex Charitate, quòd in ſe habeat vndè poſſit Deum diligere, vel condiligere; Concedimus tamen Charitatem, ſiuè habitualem à Deo infuſum, ſiuè actualem ab eo inſpiratam eſſe, tàm in Deo, quàm in ſeipſa, quàm in proximo quouis ex Charitate diligendam ſolùm mediatè, reflexè, non immediatè, & directè, nam medium naturale neceſſarium ad finem, etiam naturali neceſſitate cadit ſaltem virtualiter ſub ratione finis; Vtraque Charitas habitualis, ſaltem ex Diuina ordinatione, & actualis ex neceſſitate rei, in quouis homine, & in proximo eſt per modum viæ neceſſaria ad attingendum Deum directè ex Charitate, vt nec Deus per abſolutam potentiam poſſit ſeipſum ex Charitate attingere, ſaltem ſine actu vitali illius, ergo ſic quiſque tenetur Deum in ſe primò, in ſeipſo ſecundò, in proximò tertiò, ex Charitate directè diligere, vt hic finis vltimatè Charitatis ordinatæ, ſi non ex parte habitus infuſi, ſaltem ex neceſſitate præcepti extrinſeci de neceſſitate ſalutis.

27 Eſt de Fide hominem ſeipſum ex Charitate infuſa teneri diligere, ex neceſſitate ſalutis ob poſitiuum præceptum Dei, ex Matth. 19. & 22. diliges proximum tuum ſicut teipſum. Menſura eſt perfectior menſurato; dilectio ſui ipſius eſt menſura dilectionis proximi, ergo ſi homo tenetur ex Charitate proximum diligere tenetur magis ex eadem Charitate diligere ſeipſum; ſe habet Charitas per modum vnius ſeminis Diuini virtute, primi præcepti triphariam multiplicata; Primò in dilectionem Dei in ſua reali exiſtentia; Secundò in dilectionem conuerſam ad eumdem Deum dilectum à ſeipſo diligente; Tertiò ad eundem condilectum à proximis, ergo plura ſunt eius præcepta; eodem præcepto diligendi proximum, ſicut ſeipſum tenetur homo diligere ex Charitate Corpus ſuum, tanquam partem ſui diligentis Deum; Dices non diligimus illum, cui conuiuere nolumus; homines caſtitatem colentes refugiunt Corporis conuictum, ex Romanorum 7. quis me liberabit de Corpore mortis huius? & Philiph. 1. Deſiderium habens, & eſſe cum Chriſto, ergo Corpus noſtrum non eſt ex Charitate diligendum, negatur minor; Refugiebat Apoſtolus ſolam Corporis concupiſcentiam peccatum ibi à ſe appellatam, quia ex peccato, & ad peccatum inclinat, ex Concil. Trident. ſeſſ. 5.

28 Peccatores in quantum homines nobis cum Viatores, ex Charitate neceſſariò ſunt diligendi ex neceſſitate ſalutis; in quantum peccatores ex eadem Charitate ſunt odiendi; Supponitur hic peccatorem diligere ex Charitate ſignificare eum condiligentem Deum habere, nam homo peccator viator eſt pænitentiæ capax, & fructuosè conuerſionis ad Deum per actū dilectionis eiuſdem Dei, ergo vt homo viator eſt ex Charitate Theologicè diligendus, vt peccator in ſenſu compoſito, & reduplicatiuo, nec eſt capax pęnitentiæ, nec conuerſionis in Deum ex Charitate, ideò non eſt diligendus, non ſunt formæ compoſſibiles, ſaltem regulariter dilectio Dei, & culpa ab eo auerſiua, ergo vt peccator ex Charitate homo Theologicè odiendus eſt; Charitas Theologica ad dilectionem Dei inclinat, in quantum ad retractandam culpam ſui offenſiuam impellit; Quicquid eſt in peccatore Cauſa, vel occaſio peccandi, ſiuè diuitiæ, ſiuè bona valetudo, ſiuè ipſamet vita corporalis

ralis ex Charitate Dei illi odiendum, eſt hoc ſenſu Propheta, dicebat deficiant peccatores à terra, & iniqui, itaut non ſint, & iterùm Pſalm. 138. Iniquos odio habui; non enim odio habebat peccatores, & iniquos quoad naturam, ſed quoad iniquitatem in ſenſu compoſito.

29 Peccatores ſeipſos non poſſunt ex vera Charitate Theologicè, vel moraliter diligere, quinnimò cõtra regulam vtriuſque ſeipſos potiùs odiſſe, hic ſupponitur ex Charitate Theologicè diligere ſeipſum formaliſſimè ſignificare in ſeipſo diligere Deum, ſeu velle dilectionem Dei in ſe habere, non eſt poſſibilis dilectio Dei in peccatoribus in ſenſu compoſito, & reduplicatiuo, nec dilectio moralis virtutis, ergo neque ſunt peccatores in ſenſu compoſito ex Charitate diligendi Theologice, vel moraliter cum in nullo cohæreant ſimul ſui ipſius inordinata, & ordinata dilectio Theologica, vel moralis; Clarius ſeipſum ex Charitate Theologicè diligere directè eſt diligere Deum, & reflexè velle Deum à ſe dilectum; Impoſſibile eſt in ſenſu compoſito peccatorem, ſic diligere Deum; Immò ex Scoto in 2. diſt. 21. q. 2. in fine peccans vult rapere Dei æqualitatem, vel Deo maiorem eſſe, ſeu ſuam voluntatem interpretatiuè, ſaltem voluntati Dei præferri illi non obediendo, ergo non eſt poſſibile peccatores, vt peccatores ſeipſos ex Charitate diligere, niſi cũ pænali retractatione peccati commiſſi, ex eodem Dei amore imperata, nec eſt poſſibilis in peccatore moralis amor ſui ordinatus, qui terminatur ad propriam honeſtatem in virtuoſis actibus omne vitium excludentem.

30 Inimicus ratione Inimicitiæ demeritoriè Diuinæ gratiæ eſt ſemper odiendus ex Charitate; nam ex Scoto in 3. diſt. 30. inimicus, ſic dicitur malus vitioſus à Deo auerſus Deo inuiſus nobis, contra Diuinam Legem contrarius in ſenſu compoſito, ergo ſic ex Charitate eſt odiendus, & diligere Inimicum ſub hac ratione Impium eſt, & Charitati Diuinæ repugnans, nam ſic eſt diligere eius malitiam, & Iniquitatem; Ex neceſſitate Diuini præcepti, nõ ex neceſſitate intrinſeca habitus Charitatis Inimicus ſemper eſt diligendus ſecundùm naturam in ſpecie, & in Indiuiduo in ordine ad ſola bona ſpiritualia Animæ, ita Scotus in 3. diſt. 30. vbi ſic ait quantum ad bona ſpiritualia quempiam teneri, ſcilicèt ex poſitiuo præcepto Dei, bona illa cum effectu optare Inimico ratione naturæ, ſcilicèt efficaciter interiùs, & exterius in opere; Specialiter ex hoc in quantum quiſque tenetur Deum pro ſe, & tota Eccleſia Catholica deprecari, teneturque vellè Orationem ſuam omnibus bonis, & malis ad bona ſpiritualia efficaciter prodeſſe; Nam inimicum diligere, ſignificat illum ad Deum diligendum conuerti, id ex natura habitus Charitatis, non patet ergo ex ſolo præcepto Dei affirmatiuo obligante.

31 Quicumque obligatur, pariter ex poſitiuo præcepto Diuino Charitatis, in caſu neceſſitatis ſuo Inimico corporalem vitam interius, ſaltem optare illamque exterius ſaluare in ordine ad bona ſpiritualia Animæ in eo conſeruanda; Ita Scotus aſſerit in caſu neceſſitatis, ſi non adeſt alius proximus potens ſecurius illum iuuare, vel à periculo vitæ eripere. Hoc enim dictat præceptum illud Diuinum, diliges proximum tuum, ſicut teipſum; Nemo tamen obligatur ex vi Charitatiuæ dilectionis Dei, ſed ex vi præcepti poſitiui, de neceſſitate ſalutis ad poſitiuè diligendum Inimicum ſecundùm naturam extra caſum neceſſitatis. Ita Scotus vbi ſupra; Nam præceptum affirmatiuum diligendi proximum ſemper eſt obligatorium, non tamen ad ſemper, niſi in caſu neceſſitatis ſimpliciter, ſi ſine eius auxilio, nec poſſet Inimicus neceſſaria habere ad attingendam Dei dilectionem, vt ſi foret Infidelis nequiens, ſine eius Doctrina ad veritatem Catholicam peruenire; ſimiliter ſi eſſet in peccato mortali, nec valeret ſine eius correptione ad fructuoſam pęnitentiam conuerti; Non eſt maior obligatio ex Charitatem diligendi Inimicum, ſecundùm naturam quàm proximum.

32 Quicumque ex poſitiuo præcepto Charitatis tenetur de neceſſitate ad non odiendum Inimicum, nec ad ei nolendum bona ſpiritualia per ſe ad dilectionem Dei ſuper omnia in eo ordinata; Probatur ex præcepto diligendi proximum, ſicut teipſum; Præceptum negatiuè ſemper, & ad ſemper obligat, vt nullo tempore quis licitè poſſit velle ſuum proximum non diligere Deum, vel licitè nolle illum Charitatiuã dilectionem ad Deum habere, vel in eo actualem, vel habitualem Dei dilectionem odio habere; Non eſt contra naturam Charitatis Dei, nec contra poſitiuum eius præceptum per ſe in proprio Inimico velle ſub conditione bona omnia exteriora fortunæ, & interiora dumtaxat Corporis vſque ad vitam temporalem excluſiuè ſub conditione; De bonis fortunæ patet; Hæc enim non ſunt neceſſaria ex natura rei ad diligendum Deum ex Charitate; Immò bona fortunæ frequenter dilectionem Dei impediunt, ex 1. ad Timoth. cap. 6. qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in Interitum, & damnationem; ergo poſſunt licitè bona prædicta in Inimico ex Charitate odio haberi, vt eorum priuatio eis ſit conuerſionis, vel pœnitentiæ occaſio; Idem dicendum de bona Corporis valetudine, ſi enim Corpore infirmo Spiritus roboratur, ex 2. Cor. 12. ergo vt Spiritus ſaluus fiat poteſt, quis ex Charitate velle ſui Inimici Corporis Infirmitatem, non tamen mortem, quæ tollit omnem occaſionem conuerſionis ad Deum, & pœnitentiæ.

33 Dogma eſt fidei in caſu neceſſitatis ſimpliciter vitæ corporalis, vel ſpiritualis Animæ eſſe exhibenda ſigna interioris dilectionis Dei cum Inimicis; Primo ad ſubleuandam eorum indigentiam; Secundò ad euitandum ſcandalum; Charitas enim Dei infuſa nobis ex eius poſitiuo præcepto, ſic obligat ad diligendum proximum quemcumque Viatorem, ſicut ſeipſum, quòd ſignificat velle ipſum in dilectione Dei nobiſcum communicare, ergo tenemur illi in caſu neceſſitatis, ſimpliciter pro viribus omnia neceſſaria ad attingendam Dei dilectionem procurare; inquit enim Apoſtolus, ſi eſurierit Inimicus tuus ciba illum, ſi ſitierit potus da illi, &c. ergo dogma fidei eſt, ex præcepto diligendi proximum, ſicut ſeipſum in caſu neceſſitatis ſimpliciter eſſe Inimicis exhibenda ſigna, vel ſenſibiles interioris dilectionis Dei actus; ſed audiamus D. Ioannem Apoſtolum in prima Epiſtola, cap. 3. Qui habuerit ſubſtantiam huius Mundi, & viderit Fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in eo, ecce quomodo D. Ioannes, apertè probat noſtrum propoſitum 34. ad maiorem dictorum intelligentiam notandum eſt, quòd effectus, & ſigna amoris procedunt ex interiori dilectione, & proportionantur, dilectio autem interior Inimici conſiderata in generali eſt abſolutè de neceſſitate præcepti in ſpeciali autem conſiderata, non eſt abſolutè de neceſſitate præcepti, ſed ſecundùm pręparationem Animi. Ita dicendum de effectu, vel ſigno dilectionis exterius exhibendo, videlicèt quod ſunt quædam beneficia, vel ſigna amicitiæ, quæ in communi exhibentur proximis, aliqua verò in ſpeciali; De primis, vt cum quis orat pro Fidelibus Defunctis, vel pro ſalute, & bono ſtatu Fidelium, aut pro aliquo toto populo, vel communitate; De ſecundis, vt cum quis particulariter exhibet beneficium alicui, vel habet ſe benè ad illum gratè, & delectabiliter communicando cum eo, & proficiendo ei in aliquibus; Secundò notandum eſt, quãdo Theologi dicunt Inimicos eſſe actu diligendos in tempore neceſſitatis, quòd duobus modis poteſt accidere neceſſitatis tempus; priori modò per ſe, & ex natura ipſius Charitatis, ſcilicèt cùm Inimicus indiget ope noſtra, & beneficio; Poſteriori modò per accidens ratione videlicèt ſcandali, aut ipſius Inimici, aut aliorum, in quo caſu ob concurrentes tale ſcandalum ſecuturum videntur, niſi Inimicum aliquibus beneuolentiæ, & Charitatis

tatis Argumentis proſſequamur, & vtroque neceſſitatis tempore ſine dubio ex Charitate Inimicus etiam actu diligendus eſt.

35 Ex his ſequitur primò prioris generis beneficia, & ſigna amicitiæ omnibus de neceſſitate præcepti exhibenda Inimicis non eſſe deneganda, quia cum quis talia facit pro communitate neceſſe eſt, vt proficiant etiam Inimicis cum includantur in tali communitate; Sequitur ſecundò, poſterioris generis, ideſt particularia beneficia, vel ſigna dilectionis, quæ aliquibus particularibus exhibentur nullam eſſe neceſſariam obligationem ad eam Inimicis oſtendenda, ſed ſolùm ſecundùm præparationem animi quemque eſſe paratum, quòd ſi Inimicus fuerit in Articulo neceſſitatis, & non poteſt ei per alterum prouideri, ille ei ſuccurrat; Sequitur tertiò quòd loqui cum Inimico, illum ſalutare, contrahere cum ipſo, cum illoque conuiuere non eſt de neceſſitate præcepti, quia exhibere illa ſigna amicitiæ huic perſonæ non ſunt actus, qui fiant ad communitates, ſed ad ſpeciales perſonas, cęterum ex circumſtantijs aliud interdum poteſt ex poſtulare Charitas, vt ſi ex mea ſalutatione ſperanda foret Inimici conuerſio ad Deum, vel talia ſigna eſſent ſecundùm conſuetudinem Patriæ; vel ſecundùm conſuetudinem Perſonæ ſalutantis, tunc enim denegatio ſalutationis eſſet vindicta ſcandaloſa.

36 Beati, ſiuè Angeli, ſiuè homines verè ſunt noſtri proximi ex Charitate diligendi in Deum ex neceſſitate ſalutis. Ita Scotus in 3. diſt. 30. cum D. Auguſtino, lib. 1. de Doctrina Chriſtiana, cap. 30. hac aduertentia, vt non eſſe proximum intelligamus cui exhibendum eſt officium miſericordiæ ſi indiget, vel exhibendum eſſet ſi indigerat; Hinc dignè ait Scotus, Deum ſub nomine proximi non compræhendi, quamuis digniſſimè ex Charitate diligatur tamen ex dilectione Creaturæ, nil ſibi boni poteſt adiungi. E contrà Beati Angeli, & homines ſicut poſſunt benè diligi, ita ex vi dilectionis poſſet eis miſericordiæ officium, ſi indigerent exhiberi; fuerunt aliquando Viatores, non Beati, nunc de facto, nec ſunt naturaliter Beati ſicut Deus, nec Beatitudo à Deo eſt eis ex debito iuſtitiæ ſimpliciter communicata; vt Deus ex neceſſitate iuſtitiæ eos Beatificauerit, nec eſt ab intrinſeco contradictionis implicantia, vt ipſi à Beatitudine deficiant, vel vt Deus per abſolutam potentiam illam ſuſpendat vel denegat; ergo nec ab intrinſeco eis repugnat per officia miſericordiæ à nobis impendenda ad diligendum Deum adiuuari.

30 Damnati Dæmones, & homines non ſunt ex Charitate diligendi hac potiſſima ratione, quia in eis ratione ſtatus ſecundùm Diuinas Leges impoſſibilis eſt Dei dilectio; Probatur ex D. Auguſtino in Pſalmum 54. vbi ait Diabolus, & Angeli eius in Scripturis Sanctis manifeſtati ſunt nobis, quòd ad ignem æternum ſunt deſtinati, ipſorum tantùm deſperanda eſt correptio (adde) & conuerſio ad Deum nobis cum diligendo, ideò non ſunt ex Charitate diligendi, quomodo Viatores peccatores, & Inimici, immò ſubtexit eos eſſe odio perſequendos, vt noſtros ſimpliciter aduerſarios; Contrà quos (inquit D. Auguſtinus) habemus occultam luctam; Probatur ratione, Dilectio proximi ex præcepto Charitatis, terminatur præcisè ad Deum ab eo dilectum; vt velimus eum habere nobiſcum Deum diligentem, inde illum ad Deum diligendum iuuare, vt dilectio Dei in eo poſſibilis ſit, ratio præciſa terminandi in eo noſtram Charitatiuam dilectionem; In Dęmonibus, ac damnatis cunctis impoſſibilis eſt Dei dilectio ratione ſtatus, iuxtà Leges Diuinas immutabiles ob finalem eorum à Deo auerſionem per culpam irremiſſibilem ab eis non retractatam, nec retractabilem, ex Scoto in 4. diſt. 46. q. 4. art. 3.

38 In Charitate Theologica reperitur realis ordo, dumtaxat ſubiectiuè, non obiectiuè, nec ex natura habitus ipſius Charitatis, ſed ex ratione extrinſeca Diuini præcepti magis, ſub Charitate

Legem

legem naturæ confirmantis, ex Scoto in 3. diſt. 29. hic magis declaratur obiectum Charitatis eſſe ſolùm Deum materiale, & formale; ſola eius infinita honeſtas eſt formale motiuum ſuæ amicitiæ, ſola eius Deitas adæquatiſſimè imbibens totam ſuam infinitam honeſtatem eſt etiam adæquatus terminus ſuæ Charitatiuæ dilectionis; In nobis per habitum infuſum participatur; Primò eius dilectio Charitatiua, ideò quiſque reflexè etiam per Charitatem, ſiuè ex Charitate diligit formalem dilectionem Dei per modum viæ; Hæc per modum formæ habet ordinem ex parte ſubiecti ſuæ materiæ; Primò in ipſomet Deo infinitæ ſeipſum diligente; Secundo in nobis ipſis; Tertiò in quouis alio in quo eſt, vel ſine repugnantia ſtatus eſſe poteſt; Dixi reflexè, nam Dilectio formalis Theologica directè, nec ad ſui dilexionem obiectiuè, & ſubiectiuè mouet, nec illam vltimatè terminat cum ſit accidens de genere qualitatis in nobis, ſolùm mediatè illam terminat ratione, qua Dei eſt obiectiuè, vel ratione, qua in nobis eſt ſubiectiuè cum reſpectu attingentiæ cum Deo; ordo ergo non eſt in Deo obiecto Charitatis, ſed eſt in natura intellectuali creata ſubiectiuè.

39 Tota ratio diligendi proximum ex Charitate eſt ſolus Deus, vt ideò Deus ſit magis in ſeipſo ſolitariè diligendus, quàm dilectus in proximo; nam certum eſt proximum ex Charitate Theologicè diligere formaliſſimè ſignificare proximum condiligere Deum, vt ſola dilectio Dei in proximo ſit formalis terminus reflexæ dilectionis noſtræ ad eum; Certum quoque eſt Deum eſſe priùs in ſeipſo ad intra bonum infinitè honeſtum abſolutè ſingulariſſimum, quàm noſtrum bonum commune ad extra à nobis diligibile, cum in quouis ratio abſoluta, ſit prior naturaliter relatiua præcipuè in Deo ad extra, quæ eſt dumtaxat reſpectus rationis, ergo priùs naturaliter ex vi Charitatis infuſæ Deus diligendus eſt abſolutè, quàm in proximo condilectus, vel quàm ex Charitate velimus proximum eum condiligere; Immò ex Scoto in 3. diſt. 28. pro exigentia Charitatis infuſæ Deus eſt diligendus ſecundum ſe ad intra, ſub abſolutiſſima ratione ſingulariſſimi boni honeſti infinitè, ſolùm ex vi poſitiui præcepti tenemur nos velle ipſum condiligi à proximo; quòd eſt ipſum proximum diligere.

40 Immò iuxtà naturalem regulam rationis homo tenetur potiùs Deum ſuprà ſe diligere, quàm ſeipſum, vt comparatio hominis cum Deo, vel è contrà in ratione diligibilitatis ſit prorſus impoſſibilis, ac irrationalis ſolùm inordinatè homo ex inordinata Charitate ſeipſum diligens poſſet ſeipſum Deo comparari in ratione magis, vel minus diligibilis, indè magis proprium eſſe, quàm eſſe Diuinum apprętians, & ex Charitate diligens; hæc eſt peruerſio ſumma ex D. Auguſtino, lib. 83. qq. omnis peccans, vt vtatur fruendis ex inordinata ſui ipſius fruitione; cum tamen tota dilectio ſui ipſius Theologicè à Deo ſit, & in Deum vltimatè referratur, inde potiùs ſuprà ſeipſum, quàm magis diligendum de neceſſitate ſalutis, Deus igitur; Primò exiſtit in ſeipſo infinitè diligibilis; Secundo in eiuſmet voluntate infinitè amatus in eſſe, quodam intentionali; Tertiò in omnibus creaturis Angelis, vel hominibus Beatis; Quartò in Viatoribus reipſa eum diligentibus; Hic eſt ordo Theologicæ Charitatis Diuinæ; ergo tota dilectio ſui ipſius tendit in Deum à ſeipſo ſuper omnia diligendum, & dilectum; nulla igitur comparatio intercedit inter Deum, & ſeipſum in ratione diligibilis.

41 Homo tenetur ex præcepto naturæ, & Diuino magis ſeipſum, quàm proximum ex Charitate quacumque diligere. Ita ex D. Matth. 19. ſentit Scotus in 3. diſt. 29. Hic ſupponitur hominem quempiam teneri ex quauis lege poſt Deum eſſe magis conſeruatorem ſui ipſius, quàm ſui proximi, ideò ex eadem Lege naturæ, & Diuina poſt Deum tenetur, homo magis in ſeipſo diligere Diuinam dilectionem, quàm in proximo; indè magis velle in ſe ipſo, & priùs bona omnia ſupernaturalia, quàm in proximo; priùs in ſeipſo, quam

in pro-

in proximo, omnia bona honeſta virtutis; priùs in ſeipſo, quàm in proximo, cætera alia bona naturalia, ſiuè Animæ, ſiuè Corporis, ſiuè fortunæ, prout neceſſaria eſſe poſſunt hæc ad conſeruandam priùs, & magis in ſeipſo, quàm in proximo Charitatem Dei; Ideò poſt Diuinum eſſe vnicuique ſecundùm Legem naturæ occurrit ſuum proprium eſſe tuendum, & conſeruandum, quàm proximum velut ſibi intimius obiectiuè præſentiſſimum ad ſuſcipiendam propriam defenſionem, ergò priùs tenetur quiſque velle Deum à ſe dilectum, quàm dilectum à proximo; Patet ex exigentia Charitatis habitus vnicuique inhærentis præcisè inclinantis ad diligendum Deum ſuam voluntatem quàm perficit; non voluntatem proximi, quàm non informat; Patet etiam ex parte obiecti, Deus obiectiuè præſentior eſt vnicuique ratione ſuæ propriæ Charitatis inhærentis quàm alteri.

42 Homo ex Charitate tenetur magis vitam ſpiritualem proximi diligere, quàm proprium Corpus, quoad dumtaxat vitam temporalem, nam certum eſt Corpus proprium, quantum ad hanc vitam mortalem teneri quempiam minùs diligere, quàm proximum in ordine ad vitam ſpiritualem Animæ. Ita D. Auguſtinus, lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 27. Item quiſque potiùs debet eligere vita, hac mortali priuari, quàm Deum offendere, vel priuari vita Animæ ſpirituali, indè magis diligere vitam ſpiritualem proximi, quàm proprium Corpus in hac vita mortali; Meritoriè enim exponitur Corpus proprium, vt intereat in hac vita mortali ad ſaluandam; Primò vitam ſpiritualem Animæ ſui ipſius; Secundò vitam ſpiritualem Proximi ſui, ſic vita hæc mortalis Corporis commutatur in vitam immortalem Glorioſam, & Beatam eiuſdem Corporis à Deo, ex Ioannis 14. Qui odit Animam ſuam, ideſt vitam Corporalem, vel potiùs temporalem in hoc Mundo, in vitam æternam cuſtodit eam; Indè ait Auguſtinus, tract. 51. in Ioannem, ſi benè (ideſt ordinatè) oderis tunc amaſtis, ergo non eſt odiſſe corporalem vitam, ſed eam commutare in multo meliorem.

43 Prædicta Doctrina obligationis exponendi vitam propriam corporalem pro ſalute ſpirituali illuſtratur ſequentibus caſibus; Quorum primus eſt ſi aliqui, verb. gratia, ſeducantur ab Hæretico Concionatore, itavt illi vincibiliter ignorent veritatem, atque adeò ſint in peccato mortali, nec facilè pateat alijs aditus ad eos rectè informandos, tunc ſi ij indocti aliqui ſint, qui non videantur per ſe poſſe diiudicare veritatem omninò cenſeri debent eſſe conſtituti in extrema neceſſitate ſpirituali; Quare ſi quis vtiliter, & efficaciter poſſit ſubuenire illis, etiam cum diſcrimine propriæ vitæ, id tenebitur facere ex Charitate; Secundus Caſus eſt, ſi quis exerceat aliquem iniuſtum contractum, quem vincibiliter ignorat eſſe iniuſtum, nec ſic ita intelligens, vt videatur per ſe cogniturus iniquitatem contractus, nec ſit alius qui eum doceat; vt ſi omnes in tali loco probent talem contractum, tunc cenſeri poteſt talis eſſe in extrema neceſſitate ſpirituali, quandoquidem eſt in peccato mortali propter vincibilem ignorantiam vt ſupponitur, nec poteſt ille moraliter loquendo ſibi conſulere.

44 Tertius Caſus eſt, ſi quiſpiam velit filiam proſtituere, & tales ſint circumſtantiæ, vt moraliter loquendo videatur filia peritura ſpiritualiter ſi proſtituatur, tunc enim laborare extrema neceſſitate ſpirituali cenſeri poteſt huiuſmodi filia, itaut teneatur ei ſubuenire, qui poteſt etiam cum detrimento vitæ propriæ; Quartus Caſus eſt, ſi quis ſit in articulo mortis, & timet ex morbi circumſtantijs fore, vt niſi ſibi per abſolutionem Sacramentalem ſubueniatur, & nequeat habere ſufficientem contritionem petat confeſſarium; talis etiam cenſeri debet in extrema neceſſitate ſpirituali conſtitutus, itavt teneatur confeſſarius, qui poteſt illum audire, & abſoluere etiam cum diſcrimine vitæ propriæ; Quintus Caſus eſt, ſi filius alicuius Chriſtiani, nondum Baptizatus eſſet in Articulo mortis, apud

Infideles teneretur quiſpiam priuatus, cum diſponendo vitæ propriæ illum, ſi poſſet Baptizare, & ei tanquam in extrema neceſſitate ſpirituali conſtituto ſubſidium id ferre. Ita Nauarrus in Manuali, cap. 24. num. 9. & 10. qui cenſet talem paruulum tunc laborare verè extrema neceſſitate ſpirituali, in qua tenetur quiſque etiam cum diſpendio propriæ vitæ temporalis opem illi ferrè illum Baptizando.

45 Regulariter nullus tenetur ex Charitate exponere vitam propriam temporalem, nec bona fortunæ pro defendenda vita temporali, & bonis proximi temporalibus; Probatur nam ordinata Charitas citra Deum per comparationem ſui ipſius ad proximum ſemper incipiat à ſeipſo, vndè ordinata Charitas obligat; Primò ad amorem ſui ipſius; Secundò ad amorem proximi; Tertiò ad conſeruandam vitam propriam, & ad aliam bona ſpiritualia ſui ipſius; Quartò ad conſeruandam vitam ſpiritualem Proximi, & cætera eius bona ſpiritualia; Quintò ad conſeruandam vitam temporalem propriam, & bona fortunæ propria reſpectiuè; Sextò ad conſeruandam vitam temporalem Proximi, & eius bona fortunæ; hoc tamen pacto, quòd præcedat amor vitæ temporalis Proximi amorem propriorum bonorum temporalium. Ita quòd cum agitur de defenſione vitæ temporalis Proximi Charitas ordinata non admittit illum fieri cum diſcrimine propriæ vitæ temporalis; licitum tamen eſt homini, omnia propria bona temporalia in caſu neceſſitatis, etiam temporalis propter proximum, maximè propter amicum amittere, iuxtà illud 12. Prouerb. Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt; Dictum eſt in caſu neceſſitatis temporalis proximi, maximè propter amicum, quia non pro quouis proximo, & neceſſitate ſunt, ita exponenda periculo bona temporalia alias eſſet prodigalitas.

46 Ex ordine Charitatis Theologicè nos tenemur ſpiritualiter nobis coniunctos plus diligere, quàm ſecundùm carnem propinquos vt ſic; Hic ſupponitur diſtinctio ſecundùm carnem coniunctorum in bonos, & malos, boni ſecundùm carnem coniuncti vtique præferuntur malis ſecundùm carnem propinquis. Ex lege quoque naturæ boni ſecundùm Carnem propinqui præferuntur ſpiritualiter coniunctis etiam ſi fuerint meliores Theologicè tamen ex Lege Charitatis Dei plus tenemur amicos eiuſdem Dei diligere, quàm nobis ſecundùm carnem coniunctos; Vltrà Lex Charitatis vtique perficit non deſtruit Legem naturæ; cum vna nequeat alteri contradicere, ideò cæteris paribus plus tenemur diligere Theologicè bonos nobis naturaliter coniunctos, quàm bonos extraneos; Concluſio in principio numeri poſita ſupponit ſpiritualiter coniunctos eſſe bonos, & propinquos ſecundùm Carnem non ita; ſed ſupponendo bonitatem æqualem in coniunctis ſpiritualiter, & in propinquis ſecundùm Carnem, vtique etiam ſecundùm Charitatem coniunctam legi naturali propinqui ſecundùm carnem præferendi ſunt.

47 In ſola communicatione temporalium bonorum ex ſola lege naturæ tenetur quiſpiam magis ſecundùm Carnem coniunctos diligere, quàm ſecundùm ſpiritum; Hoc aſſeritur extra caſum neceſſitatis vitæ corporalis in ſpiritualiter coniunctis; In hoc caſu res eſt certa; ſimiliter ad tuendam vitam ſpiritualem finaliter expoſitam etiam plus quiſque tenetur omittere quemcumque alium extra caſum talem neceſſitatis, vt illi ſuccurrat quantum exigit ſubuentio neceſſitatis ſpiritualis ſui proximi, ſiuè ſecundùm carnem coniuncti, ſiuè extranei; patet ex Epiſt. Ioannis; Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in eo? Sermo Apoſtoli eſt de neceſſitate ſpirituali ſimpliciter; ex Lege naturæ ordo ſubueniendi in temporalibus bonis, patet ex Scoto in 4. diſt. 15. q. 2. art. 1. Non ſunt ex Lege naturæ, nec Diuina rerum diſtincta dominia, immò ex Decretorum

diſt. 15

diſt.8. cap.1. Iurè naturæ ſunt omnia omnibus communia; Hoc eſt reuocatum extra caſum neceſſitatis ob corruptionem naturæ, ergo in caſu neceſſitatis ſimpliciter viget Lex naturæ de communitate rerum temporalium, vt vnuſquiſque ſuæ neceſſitati occurrat.

48 Abſolutè in quouis caſu ex quauis Charitate naturali, vel Theologica Pater eſt magis diligendus, quàm filius proprius, iuxtà quartum præceptum Decalogi; Honora Patrem tuum, &c. Hoc præceptum ex Scoto in 3. diſt. 37. quamuis non ſit de iure naturæ ſtrictè in ordine ad vltimum finem Beatificum, cum nulla ſit naturalis connexio Dei Beatificè attingendi cum dilectione parentum tamen eſt de iure naturæ preſſæ in humana politia, ſub morali iuſtitia directa, & animata, in qua homo eſt debitor parentibus qui eum genuerunt, & à quibus accepit naturale eſſe id naturalis ratio dictat immò principium, vt ex terminis notum iudicat, vt ſit ius Patri à filio reddendum ſubiectionis, vt maiorem obedientiam, & amorem teneatur quiſque exhibere proprio Patri, quàm ſuo proprio filio; ſic quoque in caſu neceſſitatis ſimpliciter nequiens ſubuenire vtique omiſſo filio adiuuet Patrem, & tunc potiùs Patrem, quàm Matrem, quia filius à Patre principaliùs in eſſe naturæ dependet quàm à Matre, ordo hic dilectionis patet ex ordine eorundem Parentum priùs, & poſteriùs, & magis, & minus principaliter concurrentium ad eorum generationem; Hic ordo per infuſam Charitatem Theologicam perficitur non deſtruitur, nec per præceptum poſitiuum Dei præcipientis filijs diligere parentes.

49 Omnis homo tenetur ex Charitate Theologica plus diligere Patrem, ac Matrem, quàm propriam vxorem cæteris paribus; nam dilectio Parentum eſt de iure naturæ præeſſe ſecundùm exigentiam proprij eſſe pendentis ab illis per generationem; Dilectio vxoris pendet principiatiuè ex voluntate humana Legi naturæ tantùm conſentanea in iuſtitia contrahentium fundata, immò habet temporale principium à tempore Matrimonij, habet temporalem finem durationis cum duret vſque ad obitum alterius coniugis, non ſic dilectio Patris, ac Matris in filio, ergo quiſque tenetur magis diligere Patrem, & Matrem, quàm propriam vxorem; Contra ex Gen. 2. tenetur homo relinquere Patrem, & Matrem propter vxorem; Propter hoc (inquit Sacra Scriptura) relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, ergo magis tenetur quis diligere vxorem, quàm Patrem, & Matrem; Negamus conſequentiam; Quantum ad cohabitationem Tori, & quantum ad vnionem copulæ carnalis ad procreandam Prolem quiſque tenetur adhærere ſuæ vxori relictis parentibus; Non quantũ ad Charitatiuam dilectionem in Deum.

50 Charitas Patriæ, ſemel habita numquam excidit, ita de fide tenendum eſt, iuxtà illud 1. Cor. 13. Charitas numquam excidit; eſtque contra Origenem, qui dicebat quòd neque Beatitudo, neque miſeria erit æterna, ſed ſub alterna; Vndè Homil. 23. ſuper Lucam, docet quòd non ſolùm Angeli Beati poſſunt peccare verum etiam, quòd aliquando peccent; Nam interdum Angeli Cuſtodiæ hominum deputati ſunt in culpa, & negligentia, & ideò repræhenduntur à Deo; Referturque hęc ſententia inter errores Origenis quòd aſſeruit Angelos, & Beatorum Animas poſt Beatitudinem, iterùm poſſe in miſeriam deuenire; De qua re vide Caſtrum contra Hæreſes Verbo Beatitudo Hæreſ 3. Ita quòd eadem Charitas, quã habet iuſtus in via manet in Patria. Ita Scot. in 3. diſt. 31. q. vn. Nam habitus Charitatis inclinat ad actum, qui poteſt haberi in Patria, licet ſit perfectior in Patria, quàm in via, ergo idem habitus Charitatis manet hic, & in Patria; Probatur conſequentia; quia tunc ille habitus non ponitur fruſtrà, quando eius actus non eſt impoſſibilis, ſed actus Charitatis quæ modo eſt in via, non eſt impoſſibilis

bilis in patria, ergo Charitas non erit ſtultrà, & per conſequens eadem manet.

51 Charitas eadem numero ſubiectiuè, & obiectiuè in via non ſolùm remanet in Patria, ſed etiam cum eodem ordine, nam Charitas in vtroque ſtatu ſubiectiuè, & obiectiuè pendet immediatè à Deo, ergo in vtroque ſtatu habet ſubiectiuè ordinem ſaltem quoad affectum, ſeu voluntatem beneuolendi Theologicè; Beati ex Charitate plus diligunt Deum abſolutè in ratione vltimatæ exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ in Tribus; Secundò à ſeipſo infinitè dilectum; Tertiò dilectum à ſeipſis ſuper omnia; Quartò ab omnibus alijs concinibus Angelis, & hominibus extenſiuè, & intenſiuè condiligentibus; Inter quos homines Beati etiam primò diligunt in Deum Patrem; Secundò Matrem, deindè Cæteros conſanguineos, & affines in ſuo proprio gradu; Præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, ex Scoto in 3. diſt. 27. extenſiuè, & intenſiuè ſolùm obligat in Patria, cum in via nequeat eſſe tanta virium recollectio in homine, vt amotis impedimentis valeat toto conatu in Deum ferri, quo poſſet ſi vires forent pro ſtatu iſto vnitæ; & non impeditæ. Pronitas inferiorum virium in parte ſenſitiua pro ſtatu iſto præpedit ſuperiores ab actibus ſuis perfectis maximè circa Deum actum puriſſimum à ſenſibus remotiſſimum.

52 Probatur nihil in ordine Charitatis eſt incompaſſibilis ſtatui Beatifico, præcipuè circa eius vltimatum termi num infinitatum honeſtatem præſeferentem ſpecificatiuam rationem omnis ordinatæ dilectionis in cunctis Creaturis, in quibus eſt poſſibilis, nec repugnat ratione ſtatus; & in quibus reperitur inamiſſibilis in termino conſummata prius in vno, quàm in alio, nec gradus huius dilectionis in habitu; & in actu in cunctis Beatis diligentibus Deum ex Charitate ordinatiſſimè eſt æqualis, maior vel intenſior eſt in vno, ſecundùm maiorem, vel minorem conatum viæ, ergo remanet in Patria ordo Charitatis ſecundùm prioritatem prius in vno, quàm in alio, & ſecundum dignitatem maior in vno, quam in alio; quomodo inter ſe, vel remulæ, quo ordine prius, vel poſterius Deus in beatis, videtur ac judicatur dilectus ſecundum diſpoſitionem Diuinæ ſapientiæ, ac prouidentiæ, ſic de facto cadit ſub dilectione Charitatiua vniuſcuiuſque; Veriſſimum eſt quod dicebat Chriſtus; In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, vt indicaret hunc ordinem Charitatis in Patria; Manſiones in illa Beata patria, nonniſi diſtinctæ ſunt ob diuerſos gradus dilectionis quos exercent circa Deum obiectum terminatiuum cuiuſcumque Charitate væ dilectionis.

53 Huc vſque actum eſt de Charitate creata, & infuſa immediatè à Deo vna, & principaliores inter alias virtutes Theologicas perficientem voluntatem, & eam inclinantem ad diligendum finem ſuum propter ſe, & cætera propter finem; Hunc aliqua dicenda ſunt de Charitate increata, quæ eſt propriè eſſentia Diuina, vel Diuina voluntas; hac Increata Charitate Deus formaliter diligi ſe quantum eſt diligibilis, & alia Creata ad extra, appropriatur Spiritui Sancto, ex vi productionis ſuæ, quippe qui per modum amoris à Patre filioque procedit; & quòd Deus diligat hac Charitate cuncta Creata vltra ſeipſum eſt de fide, vt patet ex illo ſapientiæ 2. diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti, cui præſto eſt ratio Scoti; nam diligere ſe bonum Infinitum pertinet ad rectitudinem tuæ Diuinæ voluntatis, quæ rectiſſimè diligit Infinitum diligibile, ergo rectiſſimè diligit ſeipſum, ex quo etiam ſequitur quòd ex quo Deus diligit ſe, & eius dilectio eſt formaliter infinita quòd concomitanter ſit omnium diligibilium; atque ita ſicut Deus intelligendo ſe infinitæ intelligit ſe, & omnia alia à ſe,

à ſe, ita diligendo ſe infinitè diligit ſe, & omnia alia à ſe;

54 Deus amore ſimplicis complacentiæ ab æterno diligit omnia diligibilia, vel entia, non ſolùm ea quæ aliquando fuerunt, vel erunt in actu, ſed omnia poſſibilia; Probatur; Deus ab æterno intellexit omnia talia perfectè per rationem ſuæ eſſentiæ, quantum ad entitates ſimplices ipſorum, ergo voluntas ſua complacuit in ipſis eadem ratione; qua dilexit ſuam eſſentiam nam talia eminenter, & perfectionaliter continentur in Diuina eſſentia; atque ita diligendo ſuam eſſentiam placuit ſibi bonum conueniens omni Creaturæ poſſibili, ac proindè dilexit eam; Quòd autem Creaturam ſic ab æterno dilexerit ex eo patet; quia in ipſo ab æterno eſt actus diligendi, qui non poteſt eſſe de nouo, alicuius obiecti cum Deus ſit immutabilis, mutabilis autem eſſet, vt docet Doctor ſubtilis in 1. diſt. 18. q. 5. & in 2. diſt. 1. quæſt. 1. ſi modò diligeret aliquid ſi priùs non dilexiſſet; Dilexit ergo omnia ab æterno volendo eis bonum, atque ita complacendo in bono eorum; Intelligendum eſt etiam de bonitate ſecundum quid, vel entitatem ſecundum quid, etiam omnia dilexit ab æterno, quia omnia ab æterno, & pro æterno habent entitatem, & bonitatem ſecundum quid; & complacuit Deo, & voluit quòd illa ſic ſe haberent.

55 Deum aliquid diligere non eſt aliud quàm ipſum illi aliquid bonum velle; & bonum eſt duplex, videlicet naturale; quo quidlibet ens Creatum eſt formaliter id quòd eſt; ſic Deus diligit omnes; tàm electos, quàm reprobos; quia cum diligere Creaturam non ſit aliud, quàm illi aliquod bonum velli, ergo omne illud diligit, cui bonum appetit, ſeu vult; ſed Deus cuicumque Creaturæ vult bonum naturæ, quòd eſt quo formaliter eſt quodquidem bonum ipſi contulit, dum voluit eum eſſe extra ſuas Cauſas, & exiſtere; Aliud eſt bonum ſupernaturale, ſcilicèt bonum gratiæ, & gloriæ cuius boni ſupernaturalis non eſt capax, niſi natura rationalis; & ſic Deus præcisè diligit electos, quia ſolos illos dicitur Deus diligere; quibus vult bonum huiuſmodi perfectum, quòd additur propter paruulos ſolo Originali peccato damnatos, quibus, & ſi velit aliquam gloriam, ſeu complacentiam, non tamen perfecta in viſione, & fruitione ſuæ Diuinæ eſſentiæ conſiſtentem, ergo &c. Et hoc modo dicitur communiter in Sacra Scriptura, quòd Deus peccatores non diligit, ſed odit; quia videlicèt non vult bonum gratiæ, & gloriæ, & vult etiam malum pœnæ, vt autem non vult gratiam, & gloriam dicitur non diligere, vt verò vult eis pœnam dicitur odiſſe.

56 Deus dicitur amare Creaturas rationales amore amicitiæ, quia homo eſt amicus Dei, qui amat Deum per Charitatem, ſed Charitas eſt amicitia inter Deum, & hominem ergo homo eſt amicus Dei, & Deus amicus hominis, atque adeò Deus amat hominem amore amicitiæ; Item amicitia dicit relationem mutuam, vt in vtroque ſit Charitas in dilecto, & in diligente, ſed inter Deum, & hominem eſt mutua Charitas, quia homo poteſt redamare Deum, ergo eſt amor amicitiæ; Deindè inter Deum, & hominem eſt communicatio in eiſdem bonis vitæ æternæ, homo enim eſt capax Beatitudinis, ergo Deus diligit hominem adde, & Angelum, ergo inter Deum, & Angelum, & hominem intercedit amicitia; Non ſic Deus diligit Creaturas irrationales. Ita Scotus in 3. d. 32. cum D. Bonau. in 3. diſt. 32. art. 1. q. 2. & ratio eſt, quia Deus omnia inanimata non diligit propter ipſa; ſed ob noſtram vtilitatem, aut commoditatem, ergo ea non ſunt obiectum amoris amicitiæ, & beneuolentiæ, ſed concupiſcentiæ ob dictam rationem; ſi tamen amor quo diligit Deus Creaturas irrationales ſi

 ſpecte-

ſi ſpectetur quatenus per eum vult, vt habeant bonitates, & perfectiones quas illis cómunicat, inquit Scot. non eſt amor concupiſcentiæ, ſed nó propriæ amicitiæ.

57 Deus altero iſtorum modorum diligit Creaturas irrationales ex Charitate, videlicèt, vel quia diligit vt amicum, & hoc non; Vel ex Charitate, quæ eſt principium boni voliti creaturæ, & hoc modo ſic, quia licèt inanimata, & irrationabilia non ſint propriæ diligibilia ex Charitate, quæ eſt amicitia, poteſt tamen habere ad ipſa irrationabilia, aliquod velle ex Charitate, quare ſcilicèt habendum eſt ad ipſa vt dictum eſt; Nam ſicut ego poſſum, velle ex Charitate arborem eſſe, & arborem mihi inſeruire ad talem actum, quatenus ille actus iuuat me vlterius ad diligendum Deum in ſe, ita poteſt concedi, quòd Deus ex Charitate diligat omnia non volitione amicitiæ, ſed tali, qualis reſpectu eorum eſt habendi; & ſi dicas quòd eadem ratione Deus amaret nos amore concupiſcentiæ, & non amicitiæ. Reſpondetur quòd vtique Deus amat nos propter ſe, ideſt propter vltimum finem ordinando ſcilicèt nos ad ſeipſum, vt ad vltimum finem, at hoc non eſt amore concupiſcentiæ, ſed amicitiæ, quia eſt amare nos propter noſtram vtilitatem, ſumma enim vtilitas noſtra eſt conſequi vltimum finem; At Deus non diligit nos propter ſe, ideſt propter ſuam vtilitatem, qui eſt amor concupiſcentiæ, quia bonorum non indiget noſtrorum.

58 Dilectio Dei in ſe conſiderata eſt tãtùm vna, & formaliter infinita, quia talis dilectio perfectiſſimè adæquatur obiecto primò ſcilicèt Deitati, & potentiæ volitiuæ primæ, ſcilicèt voluntati Diuinæ, ergo ſicut obiectũ primum eſt diligibile amore infinito, atque adeò talis amor, ſiuè comparetur obiecto primò, ſiuè voluntati primæ eſt formaliter infinitus. Tunc vltra ex quo dilectio Diuina eſt huiuſmodi, ideò concomitanter eſt omnium diligibilium, quia perfectè tẽdit in primùm obiectum, atque ita etiam perfectè tendit in omnia circa, quæ primùm obiectũ eſt totalis ratio, tàm Intellectui, quàm voluntati Diuinæ, ergo accipiendo dilectionem Dei in ſe æqualis eſt, quia infinita, & neque intẽdi, aut remitti poteſt, & ita dicitur Sap. 6. puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus. Verum Deus non diligit omnia æquali comparando dilectione Dei ad obiecta ſecundaria, nam vt ſic poteſt eſſe duobus modis inæqualitas; Primò quia inter ſe ſunt inæqualia; Secũdò modo ex parte actus diligentis, quia ille actus dilectionis tranſit ſuper volita, ſecundùm quemdam ordinem prout placet Diuinæ voluntatis, quæ in operibus ad extra eſt omnis contingentia operans, & efficiens.

59 Hinc D. Th. 1. p. q. 20. art. 4. ad primum, & melius D. Bonau. in 3. diſt. 33. art. 2. q. 5. & Richardus in 3. diſt. 33. art. 2. q. 4. dicunt Deum dilexiſſe Chriſtum Dominum pluſquam totum genus humanum, & ita dilexiſſe genus humanum, quod dederit nobis vnum hominem cunctis Angelis præſtantiorem; Talis enim vt inquit D. Paulus ad Hebr. 7. decebat vt nobis eſſet Pontifex Sanctus Innocens impollutus ſegregatus à peccatoribus, & excelſior Cœlis factus, cuius celſitudini omnes Creaturæ, omnes Prophetæ, omnes quos Angeli teſtimonium perhibent; Nam inquantum Deus non poteſt eſſe altior, & perfectior aut excelſior, ſi verò attendatur ſecundùm naturam humanam Chriſtus in bonis gratiæ, eſt caput totius naturæ intellectualis Creatæ, de cuius plenitudine omnes accepimus, nam humana natura in Chriſto ratione gratiæ vnionis habuit ſpiritum non ad menſuram, atque ita quaſi improportionabiliter excedit totum genus humanum, immò etiam omnes Angelos, nam gratia, & gloria eius excedit gratiam, & gloriam omnium Angelorum, & omnium Sanctorum hominum, etiam ſimul, & collectiuè ſumptorum, atque adeò in bonis gratiæ fuit magis dilectus, quam omnes Creaturæ intellectuales.

60 Chriſtus magis dilexit ſeipſum, quàm totum Corpus Eccleſiæ, & totum genus humanũ, nam Chriſtus offerendo,

ris humani amittendo maius bonum honeſtum, tàm præclaro humilitatis obedientiæ, & Charitatis opere ſibi voluit, & comparauit quàm ſit bonum vitæ, quod ad breue tempus amiſit vltrà exaltationem honorem, & laudem quæ ea ratione fuit adeptus copioſiſſimumque fructum, qui humano generi indè reſultauit; Etenim licèt homo liberalis, & magnificus hæc bona in aliorum vtilitatem diffundat, maius eſt tamen bonum honeſtum liberalitatis, & magnificentiæ quòd ſibi comparat, ac vult quàm ſint bona, quæ in aliorum vtilitatem diffundit, quare licèt alios diligat, in quos liberalis, ac magnificus eſt plus tamen ſeipſum diligit bonum honeſtum, ac virtutis ſibi eligendo; Neque refert, ſi quis dicat humanitatem Chriſti in triduo non habuiſſe bonum vnionis, dum erat per mortem ſeparata non refert inquam, quoniam quantum bonum fuiſſet humanitatem in triduo vnitam fuiſſe Verbo tantum bonum honeſtum, & meritorium laude ampliſſima dignum ex morte propter Deum, atque in ſalutem humani generis tolerata, & ex voluntate carendi ob eundem finem prædicta vnione redundauit, cum tamen illo eodem triduo partes humanitatis Verbo Diuino vnitæ permanſerint.

61 In bonis naturæ plus dilexit Deus quemlibet Angelum, quàm Beatam Virginem Mariam; patet quia perfectiorem naturam tribuit Angelis; In bonis gratiæ plus dilexit Virginem, quàm aliam puram creaturam etiam ſupremum Angelum, immò quam omnes creaturas rationales collectiuè ſumptas, quia maiorem illi contulit gratiam, & Beatitudinem, & ita docet Effrem in Oratione de Laudibus B. Virginis, Sanctior Cherubim, & Seraphim, & nulla comparatione cæteris omnibus ſuperis exercitibus glorioſior, & in his omnes conueniunt; Probabile eſt, quòd Deus dilexit Beatam Virginem in bonis gratiæ, & Beatitudinis pluſquam omnes Angelos, & homines ſimul ſumptos; nam probabile quòd contulit B. Virgini maiorem gratiam, & maiorem gloriam, quàm contulit omnibus Angelis, & Sanctis ſimul, & collectiuè ſumptis, itaut ſi mente concipiamus, quòd ex multitudine gratiarum Sanctorum Angelorum, & hominum, vna intenſiſſima gratia conſurgeret non adæquaret gratiam Diuæ Virginis, ergo plus illam omnibus dilexit; Vide plura in 6. lib.

62 Deus magis dilexit Angelos, quàm homines, quantum ad effectum Creationis; Ita Alexander de Ales 1. part. q. 32. Membr. 1. Probatur quia in Creatione Angelorum; meliora bona naturalia dedit Angelis quàm hominibus, quia fecit eos incorruptibiles, & ſpirituales, & potentiores hominibus, atque ita magis manifeſtatur potentia Dei in Creatione Angelorum, quam hominum, ergo magis dilexit illos; ſi loquamur de Effectu reparationis Deus magis dilexit homines quàm Angelos, quia Angelos non reparauit ſed deſeruit, homines autem reparauit aſſumendo naturam humanam; Ita quòd ſecũdùm ſtatum præſentem dilectio Angelorum eſt maior quàm dilectio hominum, ſed ſecundũ ſtatum futuræ gloriæ dilectio hominum eſt maior, quia tũc illi reparatio hominis erit conſummata; Secundò quia tunc de pluribus habebit homo, vndè gratias agat Deo nempè; Primò propter beneficium Incarnationis; Secundò propter beneficium Redemptionis, quia Incarnatus ex ſemine Abrahæ, & mortuus eſt pro ſalute hominum; Tertiò propter beneficium eminentis glorificationis; Quartò propter magnitudinem, & nimietatem Charitatis, & miſericordiæ, erga nos.

63 Et ſi ſit quæſtio vtrum Chriſtus plus dilexerit Petrum, vel Ioannem in hac vita definiri non poſſit cum pro vtroque ſint plura Argumenta; Nihilominus tamen probabiliter loquendo ex coniecturis abſque præſumptione, ſeu temeritate dicere poſſumus præſtantiſſimum Apoſtolorum fuiſſe Petrum, ad cuius veritatem potiſſimum adduci poteſt illius electio ad gubernium totius Eccleſiæ

facta à Chriſto poſt Trinam atteſtationem, quòd idem Petrus ſingulariſſimè, & ſuper alios Apoſtolos diligeret eundem Ieſum Chriſtum; Quando enim Deus aliquem ad aliquòd munus eligit ſemper ſolet eligere meliorem, vt patet in Noè quem eligit ad fabricandam Arcam, quia erat omnium iuſtiſſimus, & in Moyſe quem eligit ad gubernandum ſuum populum, quia erat vir omnium mitiſſimus, & in Saule, quem elegit in Regem, de quo dicitur 1. Regum, cap. 9. quòd non erat melior ille in toto Populo Iſrael; Cum ergo Chriſtus Petrum elegerit ad tantùm munus gubernandi ſuam Eccleſiam, & illum præpoſuerit alijs Apoſtolis ſignum magnum eſt, quòd erat alijs præſtantior, atque ita abſque temeritate poſſumus probabiliter affirmare Petrum in Charitate excelluiſſe cæteros Apoſtolos erga Chriſtum, & conſequenter ab eodem Chriſto præ alijs redamatum.

64 Si eſt Sermo de præmio eſſentiali ſi Innocens, & pœnitens habent æqualem Charitatem, æqualiter vtrumque diligit, & illum magis diligit, qui habet maiorem Charitatem, ſiuè ſit Innocens, ſiuè pænitens eſt Communis omnium Theologorum, quia præmium eſſentiale quòd conſiſtit in viſione, & fruitione Dei diſtribuitur, iuxtà menſuram Charitatis; Quantum verò ad proemium accidentale Deus diligit Innocentes, quàm pęnitentes; quia cæteris paribus dignior eſt Innocentiam, quam pęnitentia, ergo eſt à Deo magis dilecta; Secundò quia Innocentes in vita æterna habebunt ſpeciale gaudium accidentale de hoc, quòd numquam fœdus initum cum Deo violauerint, quòd tamen non habebunt peccatores pęnitentes, ergo quantum ad hoc Deus plus diligit Innocentes, quàm pęnitentes; Tertiò, quòd eſt diuturnius eſt magis eligendum, & diligendum, ſed bonum Innocentis eſt diuturnius; ergo magis diligendum à Deo; Quartò reſurgens à Peccato numquam redit ad tantam dignitatem, quantam habuit ante peccatum, quamuis poſſit redire ad tantam, & maiorem gratiam quàm Innocens, ſicut Virgo corrupta nunquam poterit redire ad integritatem deperditam, quamuis poſſit tantam pœnitentiam agere; vt in Charitate excedat alias Virgines, ergo quantum ad hoc plus diligit Deus Innocentem, quàm pœnitentem.

65 Abſolutè; & ſimpliciter loquendo Deus magis diligit quemlibet iuſtum, quàm quemlibet peccatorem eſt ſententia Communis; immò eſt comparatio abuſiua dicere, quòd Deus magis diligat iuſtum, quàm peccatorem, quia peccatorem odio habet, & in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 25. damnatur tanquam error dicere, quòd prædeſtinatus numquam eſt Membrum Diaboli; Abſolutè, & ſimpliciter loquendo Deus magis diligit prædeſtinatum, quàm non prædeſtinatum; & hæc eſt ſententia communis; quia illum Deus plus diligit, cui vult maius bonum, & maximum bonum, ſed prædeſtinatur Deus vult illud bonum, ergo Deus *plus diligit* prædeſtinatum, quàm non prædeſtinatum. Hæc propoſitio Deus magis diligit peccatorem prædeſtinatum, quàm iuſtum præſcitum diſtinguenda eſt, nam ſi dilectio Dei referatur ad præſentem ſtatum, ideſt ad tempus quo aliquis eſt iuſtus etiamſi aliàs ſit præſcitus, & ad tempus, quo alius eſt peccator etiamſi alias ſit prædeſtinatus; falſa, & erronea eſt prædicta propoſitio, quia pro tunc eſt membrum Chriſti verum, & viuum qui iuſtus eſt; & alter eſt membrum Diaboli; ſi autem dilectio Dei, referatur ad vltimum vitæ tempus vera eſt propoſitio; quia tunc ipſe prædeſtinatus erit in gratia, & præſcitus in peccato, ita Alenſis, & alij.

(∴)

De

De Sacramentis. Cap. 3.

De Sacramentis in genere. Art. 1.

1 CVm cuiuſcumque, ſiuè entis, ſiuè non entis eſſe poſſit ratio nominis, vt inquit Scotus in 4. diſt. 1. q. 1. quæ ſcilicèt explicet clarè, & explicitè quòd ſignificabat nomen confuſi, hinc eſt quod antequam ad definitionem rei deueniatur nomen primùm debet explicari; Vndè hoc nomen Sacramentum eſt nomen æquiuocum, aliquando enim ſignificat humanum ſecretum, vt Tobiæ 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt; aliquando Iuramentum, vt Baruch 5. aliquando Miſterium Diuinum Trinitatis Incarnationis, aliquando res latentes, ſeu arcana; aliquando pignus in Sacro loco depoſitum, hæc, & alia ſignificat nomen Sacramentũ; vltimò ad noſtrum propoſitum ſignificat rem Sacram, ſic ex communi vſu contrà Lutheranos, alioſque Hæreticos; Lutherus enim lib. de Captiuitate Babilonica, cap. de Matrimonio in oppoſitum docet Sacramentum non importare ſignum rei Sacræ, & abſconditæ, ſed eſſe ipſamet res Sacra, & abſcondita, contra Lutherum, & alios Hæreticos eſt tota Eccleſia, quæ hoc nomine Sacramentum vtitur ad ſignificandam rem Sacram; & ſic diuidit Sacramentum Legis nouæ in ſeptem.

2 Hoc nomen Sacramentum, vt eò vtuntur ſcholaſtici non ſignificat, vel importat quodcumque ſignum rei Sacræ; quia innumera ſunt ſigna ſacrarum Rerum, & Sacramenta non ſunt, nam Manna ſignificabat Euchariſtiam, aqua educta per Moyſen è ſcilice ſignificabat gratiam dandam per Chriſtum, linguæ igneæ ſuper capita Apoſtolorum in die Pentecoſtes apparentes ſignificabant gratiam confirmationis, vel dona linguarum, & ſic diſcurrendo de pluribus alijs, ſed ſignificat, & importat ſignum rei Sacræ, ſcilicèt gratiæ inhærentis, vel ſubſiſtentis Cauſatæ per ipſum colligitur ex Scoto in 4. diſt. 1. q. 2. hoc enim patebit ex definitione Sacramenti infrà aſſignanda poſtquam oſtenſum fuerit Sacramentum poſſe definiri, & eſto quòd multa includat, tamen nihil impedit quin verè, & propriè poſſit definiri definitione quid rei. Ita Scotus loco citato, cum Communi Theologorum ſententia, pro cuius intelligentia, & probatione notandum eſt èx eodem Scoto, ibidem quinque conditiones requiri ad rem definibilem.

3 Prima conditio eſt, vt res definibilis ſit ens, nam non ens, ſiuè ſumptum pro pura negatione, ſiuè quomodocumque propria definitione definiri non poteſt, & ex 1. topicorum, cap. 4. id colligitur, vbi Ariſt. docet per definitionem ſignificari verum eſſe rei; Secunda Conditio, vt definibile non ſit ens rationis, ex eodem Ariſtot. 5. Metaph. cap. 8. vbi concludit debere eſſe ens reale; Nomine autem entis rationis non Intelligitur ens, quòd habet eſſe ſubiectiuè in Anima, vt intellectiones habitus, &c. quia hæc ſunt entia realia; neque ens quòd habet eſſe obiectiuè in Anima, vt ſunt naturæ vniuerſales abſtractæ per actum Intellectus à ſingularibus, ſed intelligitur ens in Anima ſecundò conſideratum, id eſt relatio rationis cauſatam per actum Intellectus conſiderantis reduplicatiuè; iſta non ſunt propriæ definibilia, quia verum eſſe reale non habent: Tertia conditio, vt definibile ſit ens per ſe vnum, ex 8. Metaph. cap. 14. Ideſt ens compoſitum ex per ſe actu, & per ſe potentia.

4 Quarta conditio, vt definibile non habeat conceptum ſimpliciter ſimplicem, ex 8. Metaph. cap. 3. ibi docet Philoſophus definitionem eſſe Orationem longam exprimentem quid, & quale, igitur duas ſaltem formalitates, ſeu realitates debet habere; Quinta conditio, quòd non ſit ens ſingulare, quia definitio exprimit quidditatem, quæ eſt ratio ſpecifica, eo quòd ſpecies ſit æterna, & incorruptibilis; Nulla iſtarum conditionum deficit Sa-

cramento, patet diſcurrendo per ſingulos; Sacramentum enim non eſt non ens; ideſt nec priuatione, nec aliquid impoſſibile, eſt enim poſſibile Deum inſtituere rem ſenſibilem, vel intelligibilem ad cuius poſitionem ipſe Deus Cauſet gratiam in vtente tali re; hoc enim venit nomine Sacramenti igitur eſt ens poſſibile; Item habet eſſe ens per ſe, quia licèt Sacramentum includat plura ſcilicèt res, & Verba, & ſignum gratiæ, tamen priora ſunt fundamentum relationis ſigni ad gratiam, & ratio ſigni eſt formale, ratio autem ſigni habet rationem per ſe vnum, vt ſunt omnia concreata relatiua formaliter conſiderata, vt Pater Cauſa ſimile, &c. quæ ſunt entia prædicamentalia ex genere, & differentia conſtantia, & nihil aliud deſideratur adeſſe per ſe.

5 Tertiò non eſt ens rationis ſecundò conſideratum, ideſt non habet eſſe ſolummodo in quantum à ratione, ſeu Intellectu conſiderante accipit eſſe, quia nullo Intellectu conſiderante Sacramentum habet eſſe, & quamuis à ratione, ſeu voluntate Dei inſtituentis tale ſignum dependeat non propterea ens rationis logicum eſt, quia non eſſe ſolùm obiectiuè, quatenus à ratione conſideratur; Quartò non habet Conceptum ſimpliciter ſimplicem, quia multis conſtat prædicatis generico ſcilicèt, & differentiali eſt enim ſignum, ecce genus; eſt efficax, ecce differentia, per quàm à cæteris ſecernitur; Quintò non eſt ens ſingulare, quia ad plura Sacramenta eſt Commune; Sacramentum ergo eſt verè, & propriè diffinibile, ſignum in Sacramento præter denominationem, & deputationem rerum, & Verborum factam à Deo in ſignum importat rationem aliquam poſitiuam in ipſo Sacramento. Ita Doctor ſubtilis vbi ſuprà; Probatur Sacramentum ex Communi ſenſu Theologorum definitur, ergo habet eſſe definibile igitur entitatem aliquam habet, hæc non ſunt res, & Verba, quia ens per accidens, ergo aliquod Capax Metaphyſicæ definitionis; huiuſmodi eſt formale Sacramenti, ergo &c. Conſequentia probatur; Primùm requiſitum ad definibile eſt eſſe ens poſitiuum.

6 Multæ ſunt à multis traditæ definitionis Sacramenti à D. Auguſtino, lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 1. dicitur quòd ſit inuiſibilis gratiæ viſibilis forma à Magiſtro, quòd Sacramentum eſt Sacræ rei ſignum, & plures aliæ ab alijs pluribus, tàm antiquis, quàm recentioribus, nec eſt opus eas recenſere, quia eſſet res inutilis, & tædioſa; Ideò exactior Definitio Scoti in 4. d. 1. q. 2. inter alias à nobis libenter amplectitur, & declaratur; eſt ergo talis; Sacramentum eſt ſignum ſenſibile gratiam Dei, vel effectum eius gratuitum efficaciter ſignificans ex Inſtitutione Diuina ordinatum ad ſalutem hominis Viatoris; Dicitur ſignum, quia vltrà ſui notitiam facit nos aliud cognoſcere, & eo ipſo quo illud cognoſcimus venimus in cognitionem gratiæ, ſicque in definitione ponitur tanquam genus; Dicitur ſenſibile ad differentiam ſignorum intelligibilium, quæ à Deo dari, & inſtitui poſſunt, ſicque Sacramentum, ſiuè ſignum eſt ſenſibus perceptibile, & ſenſui expoſitum; Dicitur ex Inſtitutione Diuina, quia ſolus Deus poteſt inſtituere Sacramentum ſignificans gratiam Dei habitualem, quàm Deus ſolus cauſat ad poſitionem illius ſenſibilis, hoc enim eſt gratiam efficaciter ſignificare, quòd inſtitutione Creata nequit fieri; Dicitur vel effectum Dei gratuitum propter Sacramentum Euchariſtiæ, quòd non ſignificat gratiam inhærentem, ſed Corpus Chriſti præſens ſpeciebus conſecratis, & dicitur effectus Dei, quem ſolus Deus cauſat ex mera gratia, non aliundè motus. Tandem dicitur ordinatum ad ſalutem hominis viatoris vt innuatur, & explicetur cauſa finalis huius inſtitutionis, vt alliciatur homo ad vſum Sacramenti.

7 Fuit quidem poſſibile inſtituere Sacramenta in ſignis intelligibilibus ſecundùm potentiam Dei abſolutam, fuit tamen congruum, vt Deus in ſenſibilibus inſtitueret eſt Communis; Scotus in 4.

d. 1.

d.1.q.3. Probatur prima pars, quia Deus ad poſitionem cuiuſcumque ſigni, poteſt rationabiliter ſe obligare ad Creandam, & ponendam gratiam; Secunda pars, probatur Eccleſia Dei eſt ſenſibilis, ergo ſenſibilia debet habere ſigna Leges, & ritus per quæ ab alijs ſecernatur; Antecedens alibi probatum eſt contra Lutherum; Hoc ſignum non eſt naturale, ſed ad placitum Diuinæ voluntatis. Ita Scotus loco citato; Probatur prima pars, gratia enim non ſolùm, non poteſt ab Agente naturali produci, ſed neque innoteſcere eius poſſibilitatis niſi per fidem, ergo ad placitum Diuinum inſtitutum eſt huiuſmodi ſignum; Neque de poſſibili Sacramentum, poteſt eſſe ſignum naturale gratiæ; Et ratio eſt, ſi dari poſſet aliquòd ſenſibile naturaliter ſignificatiuum gratiæ Sacramentalis deberet eſſe Cauſa phyſica gratiæ, ſed hoc eſt impoſſibile ergo. Maior probatur ſignum Sacramentale eſt ſignum efficax ex Concilio Florentino, ergo ſi aliquòd ſenſibile poſſet naturaliter eſſe ſignum Sacramentale gratiæ deberet efficere gratiam, ſed hoc eſt impoſſibile.

8 Lumine Diuino illuſtratus Doctor ſubtilis, quamuis plurimis annis præceſſerit Concilia Generalia Florentinum, & Tridentinum, multa ex ipſis pro Sacramentorum Doctrina ſtabilita, quæ eiuſdem Scoti temporibus ab Eccleſia clarè non erant ſtabilita, nec definita, quoad obligationem omnium apertè ipſe ad fidelium vtilitatem docuit, quæ poſteà à præfactis Concilijs de fide ſunt declarata in 4. d. 1. q. 2. talis eſt Doctrina de materijs, & forma Sacramentorum; Poſtquam igitur tradidit Doctrinam materiæ, & formæ Metaphiſicæ, quæ ſunt partes Sacramenti in genere, quatenus eſt vnum totum compoſitum Metaphiſicum; Hic in 4. d. 3. q. 2. & alibi ſubtiliter agit de materia, & forma phyſica eiuſdem Sacramenti, quatenus eſt vnum totum phyſicum; Ex eius igitur ſolida Doctrina dicimus omnia Sacramenta, ſiuè noua, ſiuè antiqua phyſicè eſſe compoſita ex re aliqua ſenſibili, & relatione ſigni, nam quodlibet Sacramentum huiuſmodi rem aliquam importat inſtitutam in ſignum, vel gratiæ ſi antiquum ſit propriè dictum, vel in ſignum alicuius Corporalis ſanctificationis; ſi eſt impropriè dictum.

9 Sacramentum nouæ Legis præter phyſicam compoſitionem ex materia, & forma Metaphiſica propriè dictis habent compoſitionem, (quàm dicunt phyſica) aliam moralem ex materia, & forma Metaphoricè acceptis, ſic expreſsè verba Concilij Florentini, docentis Sacramenta conſtare ex rebus, quaſi materia, & Verbis quaſi forma; Hæ res, & Verba, quæ dicuntur materia, & forma Sacramentorum ſemper ſunt intrinſecæ partes Sacramenti conſiſtentis in fieri, ideſt omnium excepta Euchariſtia, & vtraque ſunt fundamentum relationis ſigni; quàm Sacramentum importat pro formali; ſic præter Scotum ſentit Diuus Thomas in 3. p. quæſt. 60. artic. 6. & 7. quia ſiuè res, ſiuè Verba in ſigno ſenſibili deficiant, tàm non eſt ſignum ſenſibile Sacramentale; Probatur conſequentia; Ideò præcisè ex parte ſigni ſenſibilis aliquid eſt Sacramento intrinſecum, quia ad faciendum hoc concretum, quòd Sacramentum dicitur (ſcilicèt ex materiali; & ſignificatione conſtans) fuit à Chriſto Domino aſſumptum, ſed non minùs fuit aſſumptum vnum quàm aliud, ergo non minus eſt intrinſecum vnum quàm aliud.

10 Materiæ, & formæ Sacramentorum nouæ Legis ſunt determinatæ ex inſtitutione Chriſti, quoad ſubſtantiam, ita quòd ſi aliæ ſubſtantiæ ponantur non fiet Sacramentum. Ita ex Scoto in 4. diſt. 3. quæſt. 2. Probatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 2. vbi docet in Eccleſia fuiſſe perpetuo poteſtatem, vt in diſpenſatione Sacramentorum ea ſtatueret vel mutaret, quæ magis expedire

pedire iudicaret ſalua eorum ſubſtantia; quæ nimirum fuit alias per Chriſtum in primaria inſtitutione determinata; potuit tamen Chriſtus committere Eccleſiæ arbitrio determinationem materiæ, vel formæ Sacramenti; quia potuit Chriſtus decernere ſe cooperaturum ad cauſandam gratiam, quoties poneretur aliquòd ſignum ab Eccleſia determinandum ergo, &c. Congruum tamen fuit, vt à ſemetipſo id faceret, quia magis conſeruatur vnio fidelium, & quia Capite Eccleſiæ diſcedunt per Schiſma non poſſunt negare Sacramenta, quòd facerent ſi ab Eccleſia determinari poſſent; Non omnis materia Sacramentorum fuit, quoad ſpeciem atomam determinata, quia in omni Pane triticeo poteſt conſecratio Corporis, in omni Vino Conſecratio Sanguinis; In omni oleo extrema vnctio, in omni Balſamo Chriſma, in omni aqua naturali Baptiſmus, & tamen in his omnibus dantur differentiæ ſpecificæ, quia frumentum vinum, &c. quia differt frumentum vnum ab alio, ſicut vnum vinum ab alio.

11 Mutatio ſubſtantialis materiæ remotæ, in quolibet Sacramento tollit valorem Sacramenti. Ita Scotus in 4. diſt. 3. q. 2. & eſt communis; quia mutatio ſubſtantialis in Sacramento repugnat inſtitutioni ipſius factæ à Chriſto, qui inſtituit Sacramenta indeterminata materia ſubſtantiali, ergo variatio eiuſdem tollit valorem Sacramenti; Non ſolùm mutatio ſubſtantialis, ſed etiam aliqua mutatio ſubſtantialis moralis, in materia remota Sacramentorum, tollit valorem Sacramenti; nam eſſe poteſt, vt materia alicuius Sacramenti ſit eadem ſpecificè, & phyſicè cum materia aſſumpta à Deo, & tamen non conficiatur ex ea Sacramentum eo, quia moraliter non eſt eadem ergo; Antecedens probatur de paſta, & pane vſuali; mutatio ſubſtantialis in materia proxima in multis Sacramentis tollit valorem Sacramenti; vt in Baptiſmo requiritur ablutio, vel tinctio, vel immerſio, ſi variaretur ſubſtantiali, non fieret Sacramentum Baptiſmi; Mutatio materiæ ſecundùm qualitatem; vel quantitatem non tollit valorem Sacramenti, patet ex praxi Eccleſiæ, de vino diluto, & vino puro, de pane azimo, & fermentato in Conſecratione, &c.

12 Variatio formæ Sacramenti ſecundùm voces tantùm, ſeu Idioma non variat valorem Sacramenti; Probatur ex praxi Eccleſiæ; eſt de fide per Verba Conſecrationis Latinæ Eccleſiæ præſcripta à Concilijs Florentino, & Tridentino, conſici Sacramentum Euchariſtiæ, Verb. grat. & per alias formas alias Sacramenta, ſed in iſtis formis eſt variatio vocum, ſeu Idiomatis ab eo, in quo fuerunt prolata à Chriſto, ergo &c. Variatio ſubſtantialis omnium Verborum variat valorem, & ſubſtantiam Sacramentorum; nam non proferuntur Verba aſſumpta à Chriſto, & inſtituta in Sacramentum; Non ſolùm variatio ſubſtantialis totius formæ, tollit valorem Sacramenti; ſed variatio alicuius Verbi ex præciſis requiſitis ad formam tollit valorem Sacramenti; Hæc Verba præciſa aſſignabuntur in formis, cuiuſuis Sacramenti in particulari. Mutatio vocum habentium ſignificationem eiuſdem rei, ſed non ſub eadem ratione mutat valorem Sacramenti, Verb. grat. ſi loco Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, dicatur Genitoris, & ſpirati, vel Trinitatis, vel Chriſti, non eſt validum Sacramentum. Ita Scotus in 4. diſt. 3. q. 2. & alij cum ipſo, & ratio eſt, nam Verba intentum ſunt Sacramentalia, in quantum ſunt aſſumpta à Deo in Sacramentum, ſed Verba vt ſignificantia hoc, & non illud ſunt aſſumpta in Sacramentum, ergo ſi aliam rationem eiuſdem ſignificati ſignificent, non erunt verba Sacramentalia.

13 Sacramenta fieri non poſſunt abſque Verbis, vel in Matrimonio abſque nutibus, qui Verbis æquiualent; Prima pars eſt de fide determinata in Concilijs Generalibus Florentino, ab Eugenio IV. & Tridentino ſeſſ. 7. Secunda pars eſt clara, nam voluntas in Matrimonio ſatis manifeſtatur inter coniuges nutibus mutuis, & vtrique coniugi notis; Verba quæ ad Sacramenta ſunt neceſſaria, non ſunt merè

concio-

concionatoria, ſed Sacramentalia, ſeu conſecratoria, colligitur ex Scoto in 4. diſt.8.q.2. ex Alenſi 4.p.q.10. Membro 4. art.1. & alijs innumeris Scholaſticis, nam eiſdem Verbis fit à nobis conſecratio, quibus fuit facta à Chriſto, ſed fuit facta à Chriſto verbis conſecratorijs, ergo &c. Hæretici ſuſtinent Verba, quæ nos adhibemus pro formis Sacramentorum non proferri, vt habentia virtutem faciendi aliquid ſpirituale, vel ſupernaturale aliàs eſſent verba quaſi incantatoria, & magica, ſed debere dici tanquam verba concionis id eſt recitata, vt verba dicta quondam à Chriſto non habentia, nunc virtutem aliquid, ſed vt ijs inſtruatur populus, & doceatur; Ita Caluinus lib.4. Inſtit. cap. 14. ſect.4. Kemnitius in Exam. Concilij Trid. ſeſſ.13. cap. 1. Can. 1. ſic deſtruunt iſti Hæretici efficaciam Sacramentorum, dum à Verbis Sacramentalibus auferunt ſuam moralem efficaciam.

14 Præter materiam, & formam ad cōficiendum Sacramentum neceſſaria eſt, quoque intentio Miniſtri. Ita Scotus in 4. diſt 6.q.5. & eſt Communis; Probatur ex Concilijs Generalibus, Florentino in Decreto Armenorum §.5. Eccleſiaſticorum, vbi dicit; Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquam materia, Verbis tanquam forma, & Perſona Miniſtri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quòd facit Eccleſia, & Tridentino, Can.11. vbi ait; ſi quis dixerit in Miniſtris dum Sacramenta conficiunt & conferunt non requiri intentionem ſaltem faciendi, quòd facit Eccleſia Anathema ſit, & quidem rationabiliter; Nam non poteſt aliquis nomine alterius operari validè in translatione poteſtatis, vel dominij, vel remiſſione condonatione, aut quocumque alio contractu in foro interno, niſi habeat voluntatem faciendi, quòd vult principalis, ſed Miniſter Sacramentorum operatur, vt Miniſter Chriſti, & Eccleſiæ, ergo non operatur validè in foro interno, niſi faciens actionem Sacramentalem habeat voluntatem transferendi, vel condonandi iuxta conditionem Sacramentalium actionum, quæ vult Deus donare, &c. ergo præter voluntatem faciendi, quod facit externe Eccleſia debet habere eiuſdem Eccleſiæ aliam voluntatem, quæ in tali actione vtitur Miniſtro ad prædictos contractus ineundos.

15 Finis proximus intentionis Miniſtri, vel Eccleſiæ requiſitus ad valorem Sacramenti vltrà actionem externam non eſt ſalus ſuſcipientis, vel miniſtrandis. Ita Scotus in 4. diſt.6.q.5. Probatur; Poteſt à Pagano, & Iudæo conferri Baptiſmi validum Sacramentum, abſque tali intentione; immò intentione contraria ſalutis, immò etiam ſi non credat effectus Sacramētorum, dummodò intendat, quòd vult Eccleſia; Finis intentionis neceſſariò requiſitæ ad valorem Sacramenti, ſi de vniuerſali, ſeu implicito ſit Sermo eſt intentio Eccleſiæ; Probatur ex definitionibus Concilij Tridentini, ſeſſ.7. Can. 11. & Concilij Florentini ſæpè citati expreſſis verbis docentibus in Miniſtro eſſe neceſſariam intentionem ſaltem faciendi, quòd facit Eccleſia, ergo ſi voluntas Miniſtri in faciendo actionem illam externam habeat pro fine intentionem Eccleſiæ perficit Sacramentum validum. Finis explicitus proximis intentus ab Eccleſia, vel in quem vltimò reſſoluitur intentio implicita Miniſtri non eſt ipſa actio externa vt facta, vel exiſtimata, quia eſſe factum, vel faciendum nomine Chriſti in Sacramento non conſtituit eſſentiam Sacramenti, ergo non eſt quid requiſitum in Sacramento; Finis igitur proximus intentionis neceſſariæ ad Sacramentum, & valorem eius eſt ipſa voluntas Eccleſiæ vniuerſalis, cui ſtandum eſt ſecundùm definitionem Conciliorum Citatorum.

16 Ad valorem Sacramenti non eſt neceſſaria actualis intentio Miniſtri. Ita Scotus in 4.diſt.6.q.6. nam Deus non obligauit hominem ad impoſſibile, ſed eſt impoſſibile in actione aliqua ſemper eſſe attentum, & experientia docet obiectum ſenſibile ob comitantiam, & connexionem appetitus ſenſitiui cum voluntate ob

vulnus

vulnus inflictum Animæ per peccatum diſtrahere voluntatem, & rationem, immò etiam ſæpè turbare vſum rationis; Ad valorem Sacramenti non ſufficit intentio habitualis; Probatur ex Scoto habens habitum inclinantem ad ſanitatem ſicuratur nullo modo intendens ſanitatem, ſed ludum non conſequitur ſanitatem non per aliquem actum humanum, ſed cauſaliter, vel fortuitæ; Ad valorem Sacramenti ſufficit intentio virtualis, quia etiam ſufficit ad actum humanum; vt intentio præterita dicatur virtualis debet habere connexionem aliquam cum effectu intento, ſiuè mediatam, ſiuè immediatam, nam non alio ex capite intentio Cauſans habitum, non dicitur virtualis, quando ex ſolo habitu cauſatur effectus, niſi quia ipſa non habens cum effectu villa connexionem cauſæ, ergo alias nulla eſſet differentiam inter virtualem, & habitualem, quæ etiam operatur ſine connexione cum effectu.

17 Connexio intentionis præteritæ cum effectu vt dicatur virtualis non fit per impreſſionem alicuius formæ, vel qualitatis in potentia organica, puta phantaſtica vel imaginatiua; nam talis forma impreſſa, vel eſſet qualitas materialis, vel ſpiritualis, neutra ergo; Minor probatur non materialis, quia potentia ſpiritualis non poteſt producere aliquod materiale, neque ſpiritualis, quia non poſſet recipi in ſubiecto materiali; Intentio vt ſit virtualis debet connecti cum effectu intento per volitionem imperantem actum potentiæ inferioris eſt Scoti in 4. diſt. 6. q. 6. Probatur actus externi liberi non ſunt tales, quòd libertatem in ſe formaliter habeant; ſed quia mediante volitione cuius ſunt obiectum fiunt, & cum numero ſint diſtincti diſtinctas habent volitiones, cuius ſunt obiectum debent coniungi Intentioni, ergo Intentio connectitur cum effectu per volitionem eius gratia ſui imperatam; Intentio interpretatiua, ſeu indirecta non ſufficit ad valorem Sacramenti; Ex Scoto ibidem vbi ſuprà; nam illa intentio, ſeu volitio, non ſufficit ad Sacramentum, quæ non cenſetur, nec eſt Cauſa mediatè, vel immediatè coniuncta cum Sacramento, nec cum effectu talis eſt interpretatiua, vt patet.

18 Si voluntates in Miniſtro ſunt contrariæ ex errore priuato, quia tenet quòd Sacramentum hoc vel illo ritu collatum non ſit verum Sacramentum, habet tamen voluntatem faciendi, quòd Chriſtus vel vera Eccleſia vult talis contrarietas valori Sacramenti non officit; Miniſtrans enim Sacramentum non perficit illud ex poteſtate, quàm habet vel illa Eccleſia, vel Secta, ſed ex poteſtate, quàm habet à Chriſto, ergo ſi illud intendit exercere etiamſi contra particularem teneat, iam habet requiſita à Chriſto, ſi voluntates ſint contrariæ, & ambæ abſolutè poſterior præualet, & habet effectum, eſt communis quia ſecunda deſtruit primam, & inualidat; ſi voluntates ſint; Ita contrariæ vt prima ſit generalior, & reuocatoria omnium futurarum ſecunda autem ſit abſoluta, & ſimplex non reflexa ſupra primam, nec reuocatoria eius non prima habet effectum, ſed ſecunda; quia efficax nec prima poteſt impedire ſecundam, quæ cum ſit abſoluta impedit effectum primæ voluntas enim habitualis, nihil facit ad Sacramentum, ſed voluntas illa antecedens eſt habitualis, quia non ſolùm non applicat Cauſas ad negationem Sacramenti, ſed potiùs permittit cauſam poſitionis, ſcilicèt voluntatem efficacem eius.

19 Quælibet conditio impoſſibilis, ſiuè de præſenti, ſiuè de futuro, ſiuè de præterito, ſiuè Verbis expreſſa, ſiuè mente retenta officit valori Sacramenti, ita Scotus in 4. diſt. 3. q. 2. quia talis conditio deſtruit intentionem non eſt opus probatione. Quæcunque conditio de futuro, ſiuè poſſibilis, ſiuè non valorem Sacramenti impedit; nam Sacramentum vt ſit tale requirit Cauſas ſui eſſe omnes, ſimul quia effectus in actu requirit Cauſas in actu, ſed conditio de futuro in voluntate remouet voluntatem de præſenti, quando Sacramentum deberet in eſſe, ergo impedit eius eſſe; Quælibet conditio quæ ſequitur

quitur naturam actus, ſiuè ſit præſens, ſiuè præterita non impedit valorem Sacramenti, actus enim Sacramentalis non impedit valorem Sacramenti, ergo neque conditio ſequens ipſum neceſſariò, nam pertinet ad eius eſſentiam, vt ſi habeo poteſtatem, ego te Baptizo; Probatur conſequentia, ſi forma aliquam non deſtruit aliam, neque circumſtantiæ illi intrinſecæ, & ſic ignis non deſtruit Petram, neque calor ignis deſtruet.

20 Abſolutè, & in rigore non fuit neceſſarium à Deo inſtitui Sacramenta; Ita Scotus in 4. diſt. 1. q. 3. & eſt Communis, quia Deus ad extra nihil agit neceſſariò, ergo nec Sacramenta, de neceſſitate tamen ſecundùm quid congruum fuit inſtitui Sacramenta, quia congruum fuit effectum inuiſibilem cauſandum à Deo ad ſalutem hominis ſignari per aliquod ſignum ſenſibile; ergo congruum fuit dari; Antecedens probatur, nam homo operans per ſenſibilia certius operatur ad ſalutem; De facto fuerunt inſtituta Sacramenta eſt de fide contra Hæreticos; nedum noſtri temporis, quos refert Fridericus Staphylus in Libro de Concordia Diſcipulorum Lutheri, ſed etiam antiquos hoſtes Eccleſiæ, quos refert D. Epiphanius Hæreſi 40. ſed notandum eſt multos fines, & motiua poſſunt excogitari ad Sacramenta aſtruẽda, & eorum neceſſitatem indagandam, ſunt enim ſigna gratiæ primæ, vel augmẽti ſunt ſigna vnionis fidelium ad vnam congregationem, ſeu Eccleſiam, quia omnes in illis viſibilibus communicant; Hæc, & alia (de quibus in ſequentibus) poſſunt dici motiua Dei, & fines ad inſtituenda Sacramenta, quæ verè dicuntur inuentiones Diuinæ Miſericordiæ, & pietatis erga hominem.

21 Hinc rectè dicitur ſolùm Deum eſſe Cauſam efficientem Sacramentorum, quia ſolus Deus creando gratiam dat efficaciam, & certitudinem infallibilem Sacramenti, inſtituere enim complete Sacramenta aliud non eſt, niſi deputare quædam ſenſibilia in ſignum gratiæ infallibiliter ponendæ ad eorum poſitionem, quod nulli Creaturæ conuenire poteſt; Chriſtus vt Deus, ſeu ratione Diuinitatis eſt Cauſa efficiens principalis Sacramentorum, vt probatum eſt, Chriſtus vt homo, & ratione humanitatis eſt Cauſa determinatiua ſignorum ſenſibilium Sacramentalium eſt de fide, cum Scoto in 4. diſt. 2. quæſt. 1. hoc patet diſcurrendo per ſingula, vt infra ſuo loco patebit; Chriſtus Dominus, vt homo nedum fuit Cauſa efficiens Sacramentorum nouæ legis in ratione ſigni practici, ideſt deputando, & inſtituendo ſenſibilia ad quorum poſitionem, vt Deus cauſaret gratiam, ſed vt homo fuit etiam Cauſa meritoria eorundem in ratione certi ſigni, & eſt de fide, & ratio eſt, quia Chriſtus vt homo meruit nobis prædeſtinationem ad gloriam, ergo, & media ad eandem gloriam, ſed Sacramenta ſunt media potiſſima ad gloriam, ergo Chriſtus vt homo fuit Cauſa meritoria Sacramentorum.

22 Humanitas Chriſti, vt à ſuppoſito præſcindens non eſt Cauſa phyſica principalis gratiæ, ſeu efficaciæ Sacramentorum. Ita Scotus in 4. diſt. 2. q. 1. quia ſolus Deus poteſt gratiam phyſicè creare, & eam ſupponere ſigno ſenſibili, ergo &c. Humanitas Chriſti ſic præcisè conſiderata inſtrumentaliter phyſicè non influit in efficaciam Sacramentorum; vel in miracula, quia cum gratia, in qua poſita ponitur efficacia Sacramentorum, ſit effectus creationis nullum poteſt aſſignari inſtrumentum phyſicum in tali creatione; Conceditur tamen Humanitatem Chriſti eſſe inſtrumentum Diuinitatis morale, & meritorium; nam Humanitas Chriſti meritum adeò excellens habuit, & ita à Deo fuit acceptatum ex congruentia vnionis hypoſtaticæ, vt decreuerit Deus ad eius nutum omnia opera, & miracula, & ſupernaturalia cooperari, & hoc eſt quòd ipſemet docet Matth. vlt. data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra; ac ſi diceret meo arbitrio, & voluntate facere poſſum, vt Diuinitas

omnia operetur, propterea Ioannis 11. ob Reſurrectionem Lazari, ait ad Patrem, ego autem ſciebam, quòd ſemper me audis; Ex quo intelligitur a Patre, ideſt à Dæo petijſſe miraculum Reſurrectionis Lazari.

23 Magiſter ſententiarum cum Communi Theologorum ſententia, docet Sacramenta cauſare gratiam; Scotus in 4. diſtinct. 1. q. 4. & 5. docet Sacramenta nouæ Legis non ſolùm cauſare excitationem fidei in homine, ſed etiam gratiam ſanctificantem; Probatur ex Concilijs Niceno primo Conſtantinopolitano, & Tridentino, id apertè docentibus Tridentinum enim his verbis clariſſimè, id docet ſeſſ. 7. Can. 8. Si quis dixerit per ipſa nouæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam Fidem Diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere Anathema ſit eodem docuerat, Can. 4. 5. 6. 7. ergo eſt de fide Sacramenta nouæ Legis conferre gratiam ex opere operato contra Lutherum, & Caluinum, nec opus eſt Patrum auctoritates adducere, tum quia vileſceret Eccleſia, ſi vellet cum rebellibus, & Apoſtatis diſputare, eo vel maximè, quia Hæretici reſpuunt, & contendunt nullius eſſe auctoritatis; hoc autem verum eſt non ſolùm de Sacramentis nouæ Legis, ſed vetera quoque propriæ dicta inſtituta contra peccatum Originale habent hoc idem nempè cauſare gratiam, vt infrà clarè oſtendetur.

24 Sacramenta Cauſare gratiam ex opere operato eſt illam Cauſare ſua virtute, & non intuitu meriti miniſtri; Ex Scoto in 4. d. 1. q. 6. nam Sacramenta ſunt ſigna efficacia gratiæ, ſed non ſunt talia, neque per meritum Miniſtri, neque ſuſcipientis, ergo cauſant ex opere operato, vt excludant merita Miniſtri operantis, & ſubiecti ſuſcipientis; Sacramenta non cauſant gratiam per virtutem, ſeu qualitatem ſupernaturalem phyſicam, quam in ſe habeant; Scotus in 4. d. 1. q. 5. nam iſta virtus, vel eſt in Sacramento indiuiſibiliter, ideſt tota in toto, & tota in qualibet parte, vel diuiſibiliter, ideſt tota in toto, & pars in parte, non primò modo, quia inter omnes formas perficientes materiam ſola Anima intellectiua ponitur talis, nec ſecundò modo, quia ſic extenderetur ad extenſionem ſubiecti; Sacramentis ſiuè nouis, ſiuè antiquis non competit Cauſalitas phyſica reſpectu gratiæ eſt Scoti in 4. d. 1. q. 1. 4. & 5. quia nulla Creatura poteſt phyſicè creare, ergo Sacramentis non conuenit phyſica Creatio, vel Cauſalitas gratiæ; Patet conſequentia, quia gratiam ſecundùm entitatem eſt ordinis ſupernaturalis, vt Fides, Spes, lumen gloriæ, & cætera huiuſmodi.

25 Sacramenta non poſſunt dici inſtrumenta phyſica gratiæ eo, quia Cauſant diſpoſitionem præuiam, ſiuè hæc dicatur Character, ſiuè ornatus; quia ponitur talis diſpoſitio ſine neceſſitate, & ſaluatur Cauſalitas Sacramentorum, & dicta Sanctorum ſine tali diſpoſitione; Sacramenta non ſunt inſtrumenta phyſica gratiæ, eo quia habent motionem intentionalem reſpectu gratiæ; Probatur ex Scoto ſic, ſicut ſequenti rationem naturalem non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, ita ſequenti fidem; Veritas autem fidei hanc motionem intentionalem non requirit in Sacramentis; Minor probatur, quia nec Scriptura, id dicit, nec eſt neceſſarium; Notandum hic Inſtrumentum propriæ dictum eſſe inſtrumentum artis, & ab eo translatam eſſe ſignificationem ad alia inſtrumenta ſolùm propter Analogiam, & conuenientiam independentia ab alio in operando; ſic Cauſa ſecunda dicitur inſtrumentum, pars, ſeu membrum Corporis, dicitur Inſtrumentum, quia per illud operatur totum, ſic cauſa producens diſpoſitionem præuiam dicitur Inſtrumentum; Notat tamen Scotus in 4. d. 1. q. 5. Inſtrumentum artis, & propriæ dictum non habere virtutem actiuam reſpectu effectus principaliter intenti ab Agente, patet diſcurrendo.

26 Sacramenta poſſunt dici Cauſæ inſtrumentales gratię; Ita Scotus in 4. diſt. 1. q. 4. nam cum inſtrumenta non aliter agãt niſi

niſi quia recipiunt primùm effectum principalis agentis, qui non eſt aliud quàm motus localis, qui motus localis eſt iſte, qui primò recipitur in ipſis Sacramentis poſſunt iure optimo Sacramenta gratiæ dici inſtrumenta, non quòd attingant effectum principalis agentis nempè gratiam, ſed quatenus recipiunt motum prędictum, quæ receptio eſt quædam diſpoſitio ordinata ad introductionem gratiæ. Et ſi dicatur quòd non eſt ſimile, quia Verb. gratia, ſerra ideo dicitur Cauſa inſtrumentalis, quia recipit motionem ab Artifice, quæ ordinatur ad inciſionem ligni, ad quam ſequitur noua figura; non ſic autem poteſt poni in propoſito, quia Sacramentum nullum effectum recipit à Deo ordinatum ad gratiam per quem dici poſſit Cauſa inſtrumentalis; Reſpondetur quòd receptio ipſa Sacramenti eſt effectus Dei ordinatus ad gratiam, & ideò Sacramentum per ſui ſuſceptionem eſt Cauſa inſtrumentalis gratiæ, ſicut ſerra eſt Cauſa inſtrumentalis ſcamni; ſicut enim ſe habet inſtrumentum materiale ad effectum materialem, ita inſtrumentum ſpirituale data proportione ad effectum ſpiritualem.

27 Sacramenta non ſunt Cauſa per accidens gratiæ, ita Scotus in 4. diſt. 1. q. 5. nam Sacramentum non ſe habet per accidens in productione gratiæ, vt muſica in ædificante, neque exercet Cauſalitatem per aliquid à ſe diſtinctum ergo; Probatur conſequentia à ſufficienti diuiſione; aliud enim genus Cauſæ per accidens non reperitur Sacramenta non ſunt dicenda conditiones, ſiuè quibus non reſpectu gratiæ; Ita Alenſis p. 4. q. 5. Membro 3. art. 3. nam Sacramentum exigit effectum in genere moris, ſicut meritum exigit pręmium habet ius ad gratiam, ſicut meritum ad gloriam ei tribuitur gratia, ſicut merito gloria, ergo non conditio, ſed Cauſa gratiæ dicendum eſt; Sacramenta nouæ Legis non ſunt Cauſæ gratiæ, eo quia porrigunt gratiam, ſicut manus prætium pro redemptione Captiui; nam manus porrigens pecuniam habet actu in ſe formaliter pecuniam, ſed Sacramenta non habent in ſe actu gratiam; quàm dant ergo; Dices non intelligi propriæ illam dationem, ſed ſimilitudinariè; Contra ſi dicant, ſic non declarant Cauſalitatem moralem Sacramenti diſtinctam ab alijs, ſed ſolùm genericam, quia omnis cauſa moralis, dicitur dare effectum, cuius eſt Cauſa.

28 Sacramenta Cauſant moraliter gratiam, idest per modum diſpoſitionis neceſſitantis Deum ex pacto, & Decreto in cauſando. Ita Scotus in 4. diſt. 1. q. 5. patet inductione Sacramenta ſunt Cauſa gratiæ; ſed non ſunt phyſicæ, ergo alterius generis, hæc non poteſt eſſe, niſi vt diſpoſitio voluntaria Agentis voluntarij; Probatur minor, nam non operantur vt merita, quia de ſe non ſunt actus intrinſecè meritorij, immò poſſunt eſſe ex fine malo, neque operantur vt præces, neque vt ſatisfactio, neque vt Conſilium, neque vt conſenſus, aut contractus, neque vt Imperium, neque vt finis aliud genus Cauſalitatis non phyſicè, ſed metaphoricè, vel (vt dicunt moralis) non datur ergo à ſufficienti cauſant, vt non attingunt terminum, ſed diſponunt Agens ad attingendum ſunt Cauſæ diſpoſitiuæ naturales ad terminum, vt patet de motu; ergo in moralibus, quæ non attingunt productum terminum ab Agente voluntario, ſed diſponunt ipſum, vt producat dici poſſunt cauſæ diſpoſitiuæ huiuſmodi ſunt Sacramenta, hoc modo ſaluatur quomodo Chriſtus ſit Cauſa principalis gratiæ, & Sacramenta ſint inſtrumenta, ſi dicatur ipſa inſtituiſſe; vt diſpoſitiones ad quarum poſitionem Deus infallibiliter dat gratiam.

29 Sacramenta non cauſant gratiam, quando ſunt in fieri, ſeu in tempore immediato, ſiuè mediato ante iſtans in quo deſinunt; quia Sacramentum dum eſt in fieri non habet eſſe adæquatum, & completum, neque tunc eſt Sacramentum, quia eſſentialiter Sacramentum conſtat ex materia, & forma ſignificatiuâ, quando autem eſt in fieri, non habet illam ſigni-

gnifi-

gnificationem; Item ex parte gratiæ, fieri Sacramenti ſicut, & eius exiſtentia correſpondet tempori, ergo vt ſic non poteſt Cauſare gratiam; Conſequentia probatur, gratia ex ſuis intrinſecis petit Cauſari tota ſimul cum ſit ens indiuiſibile, ergo in Inſtanti, & non in illo tempore; à fortiori dicendum Sacramenta non cauſare gratiam ante iſtans ſui eſſe in tempore quocumque, quia ſic nullum eſſe completum habent ſignificatiuum, nec gratia cenſetur Cauſata, niſi in illo inſtanti extrinſeco; Item Sacramenta non Cauſant gratiam immediatè poſt inſtans in tempore determinato; quia gratia aquiritur tota ſimul, ergo in menſura nedum intrinſeca, ſed extrinſeca, quæ ſit tota ſimul igitur, non in tempore, & per conſequens Sacramenta non Cauſant illam in tempore; Sacramenta igitur Cauſant gratiam in Inſtanti ſequenti ad totam entitatem ſucceſſiuam Sacramenti, quòd dicitur extrinſecum Sacramento. Ita Scotus in 4. d. 1. q. 5. quia Sacramentum cauſat cum completum eſt, & perfectum, ergo in inſtanti immediatè ſequente eorum eſſe.

30 Quibus tamen non obſtantibus concedendum eſt aliqua dari Sacramenta quæ antequam ſint, poſſunt eſſe Cauſa gratiæ per ſolùm votum efficax ipſorum; Ita cum Communi Scotus in 4. diſt. 4. q 6. & Concilium Tridentinum, ait ſeſſ. 6. cap. 4. ſine lauacro regenerationis, aut eius voto non poſſe fieri iuſtificationem, ergo Baptiſmus per ſui votum iuſtificat; Item ſi Sacramenta ſimpliciter neceſſaria, ſic gratiam non cauſarent ſequeretur aliquem inculpabiliter eſſe extra viam ſalutis, & damnari patet de peccatore in peccato mortali ſine copia Confeſſarij; Gratia, & iuſtificatio quæ dantur in voto Sacramenti alicuius dantur virtute illius eſt Scoti ibidem, & diſt. 17. in ſolutione Argumentorum; nam intuitu pretij ſoluendi, vel obſequij præſtandi poteſt, quis moueri ad dandum aliquid ergo intuitu Sacramenti percipiendi ſi eſſet poſſibilitas poteſt Deus dare prætium, & iuſtificare vt dicit Concilium; Sacramenta quæ per ſui votum cauſant gratiam ſunt ſolùm Sacramenta neceſſitatis ſimpliciter; nam eatenus voluit votum Baptiſmi, vel pęnitentiæ ſufficere, & valere pro eorum effectibus ne remaneret homo abſque remedio ad ſalutem neceſſario, alia autem vt ſupponitur non ſunt ita neceſſaria.

31 Per quodlibet Sacramentum præter gratiam habitualem communem datur peculiaris gratia, quæ dicitur Sacramentalis, nam ſi Sacramenta non facerent aliquod bonum particulare ſeu effectum, vel gratiam diuerſam fruſtrà eſſent multiplicata, ſed hoc eſt falſum Deus enim nihil fruſtrà facit; Probatur conſequentia, ſi ob ſolùm augmentum primæ gratiæ habitualis eſſent neceſſaria ſufficerent actus meritorij, vel frequens vſus Euchariſtiæ, vel alterius Sacramenti, ad quid enim Deus illa multiplicaſſet ſi ad nullum ſpeciale bonum inſeruirent? gratia Sacramentalis, ſeu peculiaris collata à quolibet Sacramento non eſt habitus gratiæ diſtinctus ſpecie ab alio alterius Sacramenti, nam neque ex Scripturis, neque ex Patribus, neque ex Concilijs habetur dari alios habitus gratiæ ſanctificantis præter vnum, qui augeri poteſt per actus meritorios, & per frequentem vſum Sacramentorum, ergo abſque vllo fundamento aſſeritur hæc habituum gratiæ multitudo.

32 Gratia Sacramentalis ſupra gratiam habitualem, quæ in Sacramentis datur addit aliquòd morale, & extrinſecum, & eſt ius quod habet ſuſcipiens ad habendum à Deo aliquos peculiares effectus negatiuos, vel poſitiuos; Probatur verè à Sacramentis præter gratiam habitualem habentur aliqui effectus poſitiui, & negatiui, aliqui autem de præſenti, alij de futuro ergo ius ad tales effectus datum per Sacramentum erit gratia Sacramentalis; Antecedens probatur ex D. Bernardo, qui Serm. de Cœna Domini loquens de Euchariſtia, dicit nobis tribueret, vt non ſentiamus vehementes tentationes inuidiæ, Luxuriæ, Iræ, &c. per Baptiſmum tota pęna remittitur; per Pęnitentiam pęna æterna in temporalem commutatur, per confir-

confirmationem datur robur ad reſiſtendum tentationibus infidelitatis; Per Matrimonium adiutorium ad piè degendam vitam coniugalem; Item probatur, nam ponendo ius ad tales effectus pro gratia Sacramentali ſaluatur, quomodo Sacramenta cauſent morales illos effectus, & quomodo diſtinguentur, & quomodo phyſicè illos non exigant, & habitus gratiæ non multiplicentur ergo, ita ſuſtineri poteſt.

33 Abſolutè poteſt Deus nedum hominibus, ſed Angelis bonis, & malis committere poteſtatem miniſtrandi Sacramenta. Ita Scotus in 4. diſt. 6. quæſt. 1. hoc enim non repugnat libertati Diuinæ; Item Angeli boni, vel mali in corporibus aſſumptis proferre Verba ſenſibilia, & orationes ſenſibiles exercere, & ſæpè conſimiles operationes feciſſe compertum eſt; Et ſicut notat Scotus loco citato, Archangelus Michael conſecrauit Eccleſiam in Monte Gargano, & proindè Epiſcopo prohibuit, ne iterum eam conſecraret, neque illa de hoc apparet contradictio; Idem dicendum de Beatis hominibus; De facto tamen ſolus homo Viator habere poteſt ordinariam Poteſtatem miniſtrandi; quia Chriſtus dans Poteſtatem prædicandi Apoſtolis, dixit Matth. 28. Docete omnes gentes Baptizantes, &c. ſimiliter Ioann. 20. dans facultatem abſoluendi Apoſtolis ſolùm dixit quorum remiſeritis peccata, &c. ſimiliter dans poteſtatem conſecrandi Apoſtolis dixit; Hoc facite in meam Commemorationem, ex quibus colligitur vniuerſale Argumentum; Illi tantùm habent aliquam Poteſtatem in Eccleſia, quibus à Chriſto data eſt, ſed ſolùm hominibus Viatoribus data eſt Poteſtas miniſtrandi Sacramenta, ergo in eis tantùm eſt.

34 Si Angelus miniſtraret Sacramentum illud eſſet eiuſdem ſpeciei ſimpliciter cum Sacramentis miniſtratis ab homine, quia identitas, vel diuerſitas Sacramenti attenditur pænes materiale, vel pænes formale; ſed Angelus (vt ſupponitur) conficeret in eadem materia præſcripta à Chriſto, ergo &c. Miniſter conficiens Sacramentum eſt Cauſa phyſica illius concreti, quòd dicitur Sacramenti conſiſtentis in fieri; non indiget probatione; nam materiale Sacramenti aliud non eſt, niſi in quo fundatur ratio ſigni, ideſt res, & Verba, ſed Miniſter phyſicè producit Verba, & phyſicè vnit rebus, ergo phyſicè producit illud concretum Sacramenti; Dictum eſt conſiſtentis in fieri; quia de Materiali concreto Euchariſtiæ, conſiſtentis in facto eſſe aliter dicendum eſt; nam Materiale concretum, in quo ſubiectatur ratio ſignificatiua Sacramenti Euchariſtiæ, ſunt ſpecies panis, & vini ſeparatæ à proprijs ſubſtantijs, ſed has ſpecies Sacerdos, nec Cauſat, nec ſeparat phyſicè, ſed ſupponuntur Cauſatæ naturaliter à Deo verò ſeparantur, ergo euidenter concluditur Materiale Sacramenti Euchariſtiæ, non produci phyſicè à Miniſtro Sacramenti.

35 Miniſter eſt etiam Cauſa (moralis tamen) effectuum Sacramentorum; Ita Scotus loco citato, nam ex Concilio Florentino, tria concurrunt ad faciendum Sacramentum, ſcilicèt materia, forma, & Miniſtri intentio, ſed aliæ partes Sacramenti ſunt Cauſa effectuum Sacramenti, & moralis ergo; Conſequentia probatur, quia non videtur maior ratio de alijs concurrentibus, ac de Miniſtro; Item Saluatoris oraculo Ioannis 20. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, ergo Deus habet pro remiſſis, & ratificat abſolutionem, & remiſſionem factam à Sacerdote, igitur illius remiſſionis Diuinæ, Sacerdos Miniſter eſt Cauſa moralis; Miniſter conficiens Sacramentum dicitur etiam Miniſter ratione diſtributionis ſignorum ſenſibilium, nam Apoſtolus 1. Cor. 14. dicit ſe, & alios Apoſtolos eſſe diſpenſatores Miſteriorum Dei, & Miniſtros Chriſti conſequentia eſt euidens; Nam diſpenſatores bonorum Reipublicæ ex Principis delegatione, & iuſſum ſunt verè Miniſtri;

Ad miniſtrandum validè quodlibet Sacramentum non requiritur, vt Miniſter habeat fidem infuſam, ſeu poſt Theologicam dummodo habeat poteſtatem. Ita Scotus in 4. diſt. 5. q. 1. Probatur ex praxi Eccleſiæ Catholicæ, quæ Baptizatos ab Hæreticis non rebaptizat, & confirmatos ab Hæreticis ordinatis non Confirmat, neque ordinatos ab Hæreticis Epiſcopis ordinat iterum; dummodò ſint veri Epiſcopi Hæretici, non qui ſe Epiſcopos faciunt, & Sacerdotes, vel à populo, vel à ſuperintendente tales declarantur.

36 Notandum eſt pro intelligentia dictorum, & dicendorum Infideles, & Hæreticos dupliciter poſſe Baptizare; Primò adhibendo eamdem materiam, & formam cum intentione faciendi, quòd facit vera Eccleſia, ſiuè hanc credant eſſe Romanam, ſiuè ſectam; Secundò non adhibendo eamdem formam, vel eamdem materiam, vel eamdem intentionem, idé dicendum de alijs Sacramentis; Ideoque à Patribus multis dictum eſt; Hæreticos verum Baptiſma non habere, quia aliquod ex requiſitis non adhibebant; Ita de Pauliniſtis, ideſt de Diſcipulis Pauli ſamoſateni fatentur, quos Concilium Nicænum decreuit non Baptizare, quia non conficiebant in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & hoc eos Hæreticos feciſſe exiſtimatur, quia cum Sabellio vnam ſolā Perſonam Diuinam confitebantur; Vndè variè à multis excuſatur Cyprianus, nedū ab antiquis, ſed à recentioribus, omnes eo collimare videntur, quòd ab Eccleſia contrarium non fuerat ſtatutum, vt egregiè notat Scotus vbi ſuprà, neque enim omnia reuelata ſunt credibilia, quia neque explicitè reuelata incipit autem eſſe explicitè reuelatum cum ab Eccleſia proponitur; Ideoque mirandum eſt recentiores quoſdam qui conantur excuſare Cyprianum, quòd contra Concilij Nicæni dictum ſenſerit; Cum Cyprianus floruerit Anno Chriſto 361. in quo Martyrium ſubijt, & Concilium Nicænum primùm fuerit coactum, Anno 325.

37 Adde quòd Nicænum Concilium dicit potiùs oppoſitum, quia Canon. 19. dicit Paulianiſtas venientes ad Eccleſiam eſſe rebaptizandos, re tamen vera oppoſitum non eſt, quia aſſignat rationem quòd ſcilicèt cum vera forma non conficiebant; Mirandum adhuc alios defendere, quòd contra Concilium, & poſteà contra Stephanum Papam, ſenſerit quaſi iſte de fide hoc decreuiſſet, quòd ſcilicèt Baptizati ab Hæreticis non eſſent rebaptizandi, & ipſe Cyprianus contra eum ſenſerit, quod falſum eſt, ſed potiùs orta Controuerſia cum Italis Epiſcopis Cyprianus conſuluit Stephanum Papam non quidem ad decernendum de fide, ſed ad eius circa hoc Doctrinam audiendam, & audito ipſius placito aquieuiſſe eius ſententiæ, eo vel maximè quòd Stephanus ad eum reſcripſit, nihil innouetur præter id quòd traditum eſt; De quo Cyprianus maximè dolet cùm Pompeano, quaſi ipſe traditiones cum tota Africa neſciret; At quando audiuit hanc eſſe definitionem Stephani Papæ aquieuit; An autem D. Cyprianus retractauerit ſententiam, necne D. Auguſtinus Epiſt. 15. ait nuſquam legitur Cyprianum retractaſſe ſententiam; ſed probabile putat retractaſſe, & retractatio à Donatiſtis ſuppreſſa fuerit, vt ſui erroris, tàm nobilem Patronum nuncuparent.

38 Ad conficiendum quodcumque Sacramentum validè non requiritur, vt Miniſter ſit in gratia eſt Communis, cum Scoto in 4. diſt. 5. q. 1. eſt de fide ex Trid. ſeſſ. 7. Can. 12. quia Concilia Florentinum, & Tridentinum, aſſignantia omnes Cauſas Sacramentorum, & omnia requiſita ad ea non requirunt in Miniſtro ſtatum gratiæ, & Sacramenta Cauſant gratiam ex opere operato, igitur actus Miniſtri, licèt procedat à peccatore non impeditur, quin vt opus operatum effectum ſuum producat; Quilibet Miniſter conficiens Sacramentum in peccato mortali validè conficit, ſed peccat mortaliter eſt Scoti diſt. 5. quæſt. 2. & eſt Communis excepto Caietano, quoad eos qui non ſunt ad talia

numera

munera conſecrati; Probatur nam actus contra præceptum Diuinum in re graui ſunt mortales, tale eſt miniſterium Sacramentorum ab exiſtente in mortali ergo; Nedum Miniſter ex Officio, ſeu conſecratus ad munus peccat mortaliter miniſtrans in mortali, ſed quilibet alius, quia tàm conſecratus, quàm non conſecratus miniſtrando in mortali vterque tranſgreditur præceptum Diuinum in re graui, ergo vterque peccat mortaliter.

39 Solus homo Viator cum fructu eſt capax Sacramentorum, & effectu eorum eſt Communis; Patet ex definitione Sacramenti tradita à Scoto in 4. diſt. 1. q.2. nam id tantùm eſt capax Sacramenti, quòd eſt Cauſa vt verificetur natura Sacramenti, ſed ſolus homo eſt Cauſa, vt verificetur; Minor probatur; De ratione Sacramenti eſt efficere, quòd ſignificat, ſed ſolus homo eſt Cauſa, vt efficiat, quòd ſignificat, nam effici non poteſt regulariter gratia, & Character, niſi in homine Viatore ergo; Ad ſuſcipiendum validè Sacramentum requiritur in adulto vtente ratione voluntas Sacramenti, Scotus in 4. diſt. 4. q.4. Probatur ex D. Auguſtino allato à Scoto ibidem docente; qui creauit te ſine te non ſaluabit te ſine te; Igitur voluntas ſaluandi requiritur in ſuſceptione mediorum ad ſalutem; Hæc voluntas requiſita in adulto non requiritur actualis, ſed ſufficit virtualis vel habitualis, nam dormiens vel amens, qui aliquando habuit voluntatem Sacramenti eſt Capax illius, ſed talis aliam voluntatem non habet, niſi virtualem vel habitualem; Homo non vtens ratione, & qui numquam fuit vſus, nec ſperatur vſurus eſt capax Sacramenti neceſſitatis tantùm; eſt Scoti loco cit. Nam Infantes ſunt capaces Sacramenti neceſſitatis, ideſt Baptiſmi, & tamen quoad vſum rationis pares ſunt cum amentibus ergo, vel neutri ſunt Capaces, vel vtrique.

40 Ad validè ſuſcipiendum Sacramentum neceſſitatis ab eo, qui priùs vſus eſt ratione, neceſſe eſt vt ante amiſſionem vſus rationis habuerit voluntatem talis Sacramenti, quàm non retractauerit voluntate contraria, quia morbus naturalis, nec debet præiudicare ſecundùm ſe vitæ morali; Hinc ſequitur ſi Adultus Baptizatus, nec ſimpliciter, nec ſecundùm quid conſentit, ſeu vult illud Sacramentum ſi ei applicetur nullum effectum in eo cauſat; nam nullum actum volendi habet ergo, non eſt capax; Antecedens probatur, quia alius actus volendi non datur niſi ſimpliciter ac abſolutus, & ſecundùm quid, ſeu conditionatus, quo quis vult aliquod obiectum quod nollet ſi poſſet effugere, & hic eſt minimus actus volendi: Si Adultus conſentiens actioni externæ alicuius Sacramenti, Verbi gratia, Baptiſmi, & internè non conſentit tenetur ſeruare Legem Baptiſmi, & eſt ſubditus Eccleſiæ: Ita Scotus vbi ſuprà, nam talis facit quòd iudicat Eccleſia eſſe faciendum, vt quis dicatur Chriſtianus, & in hoc non officit diſſenſus, quia Eccleſia non iudicat de occultis, & aquirit ius ex externis actionibus quibus internæ cenſentur eſſe conformes.

41 Non conſentiens, nec diſſentiens, ſed neutro modo ſe habens ſi adultus eſt non eſt capax Sacramenti eſt Scoti vbi ſuprà, vbi dicit difficile eſt inuenire aliquem ſic ſe habentem quin priùs cogitauerit de Baptiſmo, Verbi gratia, aut alio Sacramento, & tunc vel ſibi placuiſſet vel non, ſi non, cum recipit nullum habens actum eſt habitualiter nolens, ſi ſic ergo recipiens eſt habitualiter volens ita ille, &c. Fictus oſtendens actu externo ſe recipere actionem Sacramentalem, & internæ non vult illam, vt talem, ſed tamquam ſimplicem actum phyſicum; nec in actu illo, nec remota fictione recipit effectum eiuſdem Sacramenti; eſt Communis cum Scoto in 4. diſt. 4. q.5. Probatur ex eodem Scoto, Deus non iuſtificat inuitum talis autem fictus eſt inuitus, quia non vult medium iuſtificationis; fictus per mortale actuale, vel habituale non deteſtatum per attritionem

ſaltem recipiens Sacramentum mortuorum ideſt Baptiſmum, vel pænitentiam non recipit gratiam Sanctificantem; Ita Scotus cum communiter Theologis; Fictus per mortale actuale, vel habituale recipiens Sacramentum impreſſiuum Characteris eſto gratiam non recipiat, recipit tamen Characterem. Ita pariter Scotus cum Communi; Probatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. Canon. 4. vbi Anathema dicit ei, qui negat Baptiſmum datum ab Hæreticis eſſe verum, ergo ſi datur ab eis alicui ſuæ Sectæ cauſat Characterem.

42 Recedente fictione, & ablato Obice peccati mortalis ſolùm Sacramenta, quæ imprimunt Characterem cauſant gratiam habitualem; De Baptiſmo; Probatur ex praxi Eccleſiæ, quæ ratione Obicis non præcipit rebaptizari, quòd faciendum eſſet vt Baptizatus ſemel in vita haberet gratiam Baptiſmalem, quæ tollit omnem culpam, & pænam ergo ſignum eſt haberi poſſe ipſam gratiam Baptiſmalem poſt remotionem obicis; Probatur etiam de alijs ſcilicèt ordinis, & Confirmationis, nam non alia ratione hoc conceditur Baptiſmo, niſi quia imprimit Characterem, qui eſt diſpoſitio ad gratiam ex Dei inſtitutione, ergo cum in tribus imprimatur recedente fictione in tribus eſt hæc cauſalitas; Probatur vlterius Baptizati, confirmati, & ordinati in mortali non coguntur adiſperandum Baptiſmum, Confirmationem vel ordinem ſecus eſt de ficto non credenti, vel non ſuſcipiente actus illos, niſi vt actus ſimplices phyſicos, quia hi coguntur de nouo ſuſcipere illa Sacramenta, ſi velint in eiuſmodi gradibus permanere, licèt de Baptiſmo ſit ſpecialis ratio, ob quam etiamſi talis Baptizatus nollet permanere in Chriſtiana Lege adhuc cogeretur ad illam.

43 Fictio cuiuslibet Sacramenti imprimentis Charecterem tollitur per actum pænitentiæ, Scotus in 4. diſt. 4. quæſt. 5. Probatur facilè peccatum quodlibet quòd Baptiſmo non deletur aliò modo deleri non poteſt, niſi per pænitentiam non curo modo an pænitentia virtute, an pænitentia Sacramento, ergo antecedens probatur, quia alia non patet via ſalutis poſt Baptiſmum, neque aliud datur Sacramentum mortuorum fictus autem ſiuè in Baptiſmo, ſiuè in confirmatione, ſiuè in ordine eſt mortuus, ergo non poteſt reſurgere ad vitam, niſi per Sacramentum, vel medium contra talem mortem, ſed hoc nequit eſſe Baptiſmus, quia initerabilis ergo pænitentia; Fictus recedente fictione per pænitentiam, vel contritionem habet nedum gratiam pænitentiæ, ſed Baptiſmi; nam recedente fictione Baptiſmus habet effectum ſuum, ſed tunc adeſt etiam Sacramentum pænitentiæ verum, & formatum, ergo habetur vtriuſque Sacramenti gratia recedente fictione; Conſequentia eſt euidens; Non enim dici poteſt in receſſione fictionis Baptiſmum, Verbi gratia, vnum tantùm cauſare effectum, ſcilicèt deletionem peccatorum.

De Sacramentis Legum naturæ Moſaicæ, & Euangelicæ, ſiuè gratiæ.

Art. 2.

1 POſt lapſum Adæ, tria tempora diſtinguuntur à Doctoribus; Primùm fuit Legis naturæ, quòd communiter à Lapſu Adæ vſque ad Moyſen durauit, dictum eſt communiter, quia Circumciſio, quæ in Lege ſcripta permanſit multis annis Legem Scriptam anteceſſit à diebus Abrahæ cui præcepta fuit; Ideò propriè tempus hoc legis naturæ

naturæ ſolùm vſque ad Miſterium Circumciſionis extenditur; Illud enim propriè tempus legis naturæ appellatur, in quo tantùm vigebat lex naturalibus in mentibus hominum ſcripta, & nulla fuerant data à Deo ſpecialia præcepta, quibus peculiaris cultus, atque determinatæ Cæremoniæ ordinariè, & regulariter hominibus præciperentur; Secundùm tempus fuit Legis ſcriptæ quòd à Moyſe vſque ad Chriſtum numeratur; Tertium tempus eſt Euangelicæ Legis, ſiuè gratiæ quòd à Chriſto Domino ad vltimum vſque diem Iudicij extenditur, & protenditur, ſed obſeruandum eſt quòd tempus lapſum ab Adam vſque ad Moyſen appellatur tempus Legis naturæ non ideò quod illi, qui tunc vixerint ſeruauerint tamquam neceſſaria ad ſalutem ſolùm præcepta legis naturæ, vt quidam falsò putauerunt, ſed ideò tempus legis naturæ nuncupatur, quia illa præcepta quæ tunc ſeruabantur tanquam neceſſaria ad ſalutem, non erant illis tradita per legem aliquam ſcriptam, ſicut tempore legis Moyſis in Monte Syna Iudæis tradita ſunt.

2 Ante Legem naturæ, ideſt ante lapſum Adami natura humana erat integra cuius tempus vocatur Innocentiæ; In quo nullum fuit de facto Sacramentum, ſic probabiliter Scotus cum Communi; excepto Alerſi; quòd nullum fuerit Sacramentum ex eo ſolo probari poteſt, quòd in illo ſtatu nullum erat peccatum remittendum, ſi tamen innocentia ſtetiſſet fuiſſet inſtituta aliqua Sacramenta, nedum impropriè, ſed propriè dicta; Probatur prima pars; In ſtatu Innocentiæ dictaſſet humana ratio Deo deberi ſummum cultum Intellectus, & voluntatis perfectiſſimo modo exhibendum, ergo fuiſſent in illo ſtatu Sacramenta impropriè dicta; Conſequentia probatur, nam ſummus Dei cultus non ſiſtit in ſolis actibus internis, ſed debet per externos etiam manifeſtari, ſicut nec modo ſufficit fidem, & Charitatem internam habere, niſi externis ſignis comprobetur, ergo fuiſſent in illo ſtatu actus externæ Religionis puta Sacrificiorum aliorumque Rituum Sacrorum; eo vel maximè, quia actus externæ Religionis, qui poſt lapſum exhibentur Deo, non omnes habent originem à peccato, ſed aliqui ex virtute gratitudinis beneficiorum ab eo acceptorum, ergo iſti non incongruebant illi ſtatui, immò magis inualuiſſent quo maiora fuiſſent beneficia puta Creationis, Sanctificationis, Conſeruationis, immortalitatis, & ſecuritatis Beatitudinis.

3 Probatur ſecundò, ſi Innocentia ſtetiſſet filij Adæ fuiſſent quidem producti in gratia, tamen non ſtatim fuiſſent cõfirmati in gratia, ſed poſtquam primam tentationem viciſſent, & poterant peccare ante Confirmationem, ſicut peccauit Adam, ergo indiguiſſent aliquo Sacramento, quo vel munirentur ne peccarent, vel à peccatore ſurgerent vt poſſent finaliter ſtare, ergo ſi propter peccatum aſſeritur congruentia Sacramentorum iam in ſtatu Innocentiæ ante Confirmationem in gratia aderat motiuum inſtituendi Sacramenta; Antecedens eſt Scoti in 2. diſt. 20. q. 1. nam ſtatus Innocentiæ hoc tempore, vt ſcilicèt filij Adæ ſi ipſe non peccaſſet naſcerentur in gratia, & eſſent certi de finali permanentia, quia electi tantùm fuiſſent nati; at non importat ſecundùm Scotum, quòd omnes habuiſſent impotentiam ad peccandum; quia ſicut hoc non habuit Adam, neque ipſi debuiſſent habere, neque eſſet contradictorium ſtatui, nam ſi aliquis eo peccaſſet ſtatus pro alijs ſtetiſſet, quia nullus eorum fuit caput morale generis humani ſicut Adam; potuiſſet ergo inquit Scotus aliquis peccare, quòd ſi primæ tentationi reſtitiſſet fuiſſet ſtatim confirmatus in gratia. Ex his ergo optimum ſumitur Argumentum ſi poſſibilitas peccati eſt vnum motiuum Sacramentorum cum in eo ſtatu potuiſſent filij Adæ peccare, fuiſſet congruum remedia illis præſtare ad reſurgẽdũ, & eo congruẽtius, quia eſſent iam prædeſtinati, & in gratia finali debuiſſent permanere.

 4 Si

4 Si Innocentia ſtetiſſet ex vi præſentis Decreti, quoad ſubſtantiam Incarnationis, & meriti fuiſſent inſtituta aliqua Sacramenta; Nam identitas decreti ſumitur manifeſtatiuè, & extrinſecè ab identitate obiecti, & motiui, ſed idem motiuum, & obiectum decreti Diuini de inſtituendis Sacramentis fuiſſent, quæ nunc ſunt ſi ſtetiſſet Innocentia; Minor probatur finis Dei primarius, ſiuè motiuum, quòd ipſum mouit Inſtitutionem Sacramentorum fuit oſtenſio ſuæ liberalitatis potentiæ, ſapientiæ, & miſericordiæ; Deus enim ad extra non habet cauſam ſuæ operationis, ſed iſte primarius finis, ſiuè motiuum inſtituendi Sacramenta fuiſſet, idem in ſtatu Innocentiæ ſi ſtetiſſet quoad fuit poſt peccatum; ergo ſi Innocentia ſtetiſſet tunc fuiſſent inſtituta aliqua Sacramenta, Ob eandem orationem ex ſuppoſitione Incarnationis abſque peccato Adæ, ſicut probabiliſſimè opinatur Scotus probabile etiam eſt nedum poſt Incarnationem, ſed etiam ante, nam ſemper idem fuiſſet primarius finis, & motiuum Diuinum ſui decreti inſtituendi Sacramentale, quòd ſupra aſſignatum eſt, nempè oſtenſio, &c.

5 Congruum fuit tempore ſtatus naturæ fuiſſe inſtitutum, ſicut de facto inſtitutum eſt Sacramentum proprium contra Originale peccatum. Ita Alenſis D. Thom. D. Bonau. & Scotus in 4. diſt. 1. q. 7. vbi ſic probat; Nullo tempore dimiſit Deus cultores ſuos, ſine remedio neceſſariò ad ſalutem, ſed deletio Originalis peccati omni tempore poſt lapſum fuit neceſſaria ad ſalutem, ergo quocumque tempore, aliquod remedium efficax erat ad hoc; & poſt datam Circumciſionem fœminæ Iudæorum habuerunt etiam remedium contra Originale, ſed non legitur datum pro illis, quando fuit data Circumciſio, ergo antecedenter erat aliquod ſignum inſeruiens promiſcuè viris, & fœminis ante Circumciſionem; alias fœminis non fuiſſet prouiſum; Hoc Sacramentum Legis naturæ, datum contra Originale conſiſtebat in aliquo ſigno ſenſibili. Ita Scotus in 4. diſt. 2. q. 7. Nam à principio vſque ad finem Mundi, vna eſt Eccleſia viſibilis, vtrumque eius viſibile caput Chriſtus Dominus, & conſequenter membra eius viſibilia per viſibiles compages debent copulari, & conglutinari, ergo vt paruulus fiat ex corpore Eccleſiæ, debuit per aliquod notum, & manifeſtum fieri, ſic enim in lege ſcripta, & Euangelica fideles Chriſto vniuntur.

6 Signum hoc ſenſibile contra Originale peccatum erat determinatum; Probatur ex D. Gregorio à Scoto allato q. 7. Quòd agit apud nos aqua Baptiſmi hoc egit apud Veteres pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus Sacrificium, ergo cum omnes conueniant per fidem intelligi externam profeſſionem fidei, iam eſt determinatum ſignum; Hæc fides poterat eſſe nedum parentum pueri, ſed & conſanguineorum, & aliorum in remedium peccati Originalis pro paruulis, &c. hoc fuit valde congruum à paritate Circumciſionis, & Baptiſmi, quia Sacramento neceſſitatis coarctanda non erant ad vnam tantùm perſonam, ne ſalus puerorum ex iſtius defectu periclitaretur, & ſicut Baptiſmus validè confertur à quocumque, & Circumciſio, ſic concedendum eſt de hac fide; Quòd quidem remedium licèt promiſcuè Parentibus, & alijs fuerit permiſſum validè Sacramentum applicare contra Originale pro paruulis, tamen præſentibus Parentibus, vel tutoribus paruulorum alijs non erat licitum illud applicare; Etiam Miniſterium Baptiſmi, & Circumciſionis licèt à quolibet poſſit exerceri; licitè tamen non poteſt præſente Miniſtro ex officio, & conſequentia eſt clara ex paritate cum vtrumque ſit Sacramentum neceſſitatis.

7 Præter fidem externam, ſeu proteſtationem fidei in Chriſtum (in qua conſiſtebat Sacramentum) In Miniſtrante illud Sacramentum pro paruulis, non erat neceſſaria fides interna, nec actualis, nec habitualis, ſed ſufficiebat intentio faciendi, quòd faciebat Eccleſia; nam illud Sacramentum non iuſtificabat per modum meriti,

meriti, ſed ex opere operato, ergo non indigebat fide interna præter actum illum externum cum intentione faciendi cum Eccleſia, vel quòd Eccleſia intendit; Conſequentia probatur; Ideò Baptiſmus eſt validus, quia ſic iuſtificat, & non per fidem operantis; ob eandem rationem illa proteſtatio fidei, quæ erat Sacramentum contra Originale poterat fieri validè ab exiſtente in peccato mortali; Immò nec erat neceſſarium vt proteſtatio illa, quæ erat Sacramentum fuerit meritoria de condigno, aut de congruo; Nam poterat applicari ſine fide interna, & ſine bonitate miniſtri, ergo ſine vtroque merito; Immò ad validam applicationem illius proteſtationis fidei, quæ erat Sacramentum contra Originale non fuit neceſſarium meritum Eccleſiæ, nec fidelium nam verum Sacramentum delens Originale, pro quocumque ſtatu habet ſuum effectum ex opere operato, ergo nulla fuit neceſſitas meriti alicuius, nec priuatæ, nec publicæ Perſonæ.

8 Scotus ſentit in 3.d.1.q.3. In lege naturæ præter Sacramentum contra Originale non fuiſſe alia Sacramenta propriè dicta, ita etiam Communiter alij Theologi, docentes in lege naturæ aliud Sacramentum non fuiſſe præter remedium, contra Originale, homo enim tunc proprijs viribus tenebatur ad opera ſalutis abſque adiutorijs extrinſecis Sacramentorum, non tamen ſine alijs auxilijs Diuinis excitantis, & auxiliantis gratiæ; Conceduntur tamen in eodem ſtatu naturæ multa Sacramenta impropriè dicta; nomine Sacramenti impropriè dicti venit ſignum proportionatum ſignificatiuum, vel Chriſti, vel Sacramentorum legis nouæ, aut gratiæ dandæ per illa, ſed multa ex his fuerunt in lege naturæ, ergo minor probatur; in ea lege fuerunt Sacrificia Abel, Noe, & Abraham, oblationes decimæ, Matrimonia; Panis, & Vinum à Melchiſedech oblata, quæ omnia ſignificabant peragenda in Euangelica Lege; iſta Sacramenta impropria, non conferebant gratiam ex opere operato, ſed ex opere operantis, iuxtà illud Gen.4. reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, vbi Gloſſa dicit, qui mentem offerentis non oblationem attendit, quæ placet ex munditia offerentis.

9 Cum numquam Deus reliquerit ſuos cultores ſine remedijs neceſſarijs ad ſalutem, quemadmodum eſt remedium deletiuum culpæ Originalis, nec in lege ſcripta Hebræos dereliquit, ſed eius tempore inſtituit verum, & proprium Sacramentum contra Originale. Ita Scotus in 4.d.1.q.6. Probatur ſicut probatum eſt ſupra ſimile Sacramentum pro lege naturæ; Huiuſmodi Sacramentum in Lege Moſaica fuit Circumciſio quæ aliud non erat, niſi ablatio pellis præputij cultro lapideo Octauo die poſt Natiuitatem, eſt communis de fide; Probatur ex Gen.17. Exodi 4. & 12. Leuitici 12. & alibi neque eſt de hoc controuerſia, quia de fide; Difficultas conſiſtit in hoc, an Circumciſio fuerit data in Sacramentum, vel in diſtinctiuum ſolùm temporale, vlterius an pertineat ad legem naturæ, vel ad legem ſcriptam; Quando enim Abraham, primò accepit eam fuit tempore legis naturæ, de qua re vide ſuprà num. 1.

10 Interim Circumciſio fuit verum, & proprium Sacramentum contra peccatum Originale; Scotus in 4. d.1.q.6. Probatur ex Geneſi 17. vbi ſic habetur Maſculus, cuius præputij Caro Circumciſa non fuerit delebitur anima eius de populo, quia pactum meum irritum fecit, & D. Auguſtinus, iuxtà editionem 70. Legit ſic Maſculus cuius præputij caro 8. die Circumciſa non fuerit delebitur, &c. ergo Circumciſio erat ad delendum Originale ratione, cuius Anima pueri perijſſet, niſi ipſe Circumciſus eſſet; Hæc Circumciſio à Deo inſtituta fuit, iuxtà illud Gen. 17. vbi dixit Dominus ad Abraham; Hoc eſt pactum meum quòd ſeruabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te; Circumcidetur ex vobis omne maſculinum, &c. & quamuis Deus dederit legem Moyſi per Angelum; Circumciſionem tamen, quia vt verum Sacramentum data fuit in reme-

dium peccati Originalis, quòd à ſolo Deo deletur congruum fuit à ſolo Deo inſtitui immediatè, & non per Miniſtrum, vt oſtenderetur quòd deletio culpæ eſt à ſolo Deo tanquam à cauſa effectiua, & principali, Ita Alex. de Ales 4. p. q. 4. Memb. 3. art. 1.

11 Hinc meritò inſtituta fuit, vt eſſet figura Baptiſmi ordinati, & inſtituti à Deo in Lege gratiæ ad eumdem effectum, nempè ad delendum Originale peccatum; Probatur ex D. Paulo ad Coloſſ. 2. vbi loquens de Baptiſmo, ait Circiſi eſtis Circumciſione non manufacta in expoliatione Corporis Carnis in Circumciſione Chriſti conſepulti ei in Baptiſmo, in quo, & Reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis, vbi D. Paulus appellat Baptiſmum, Circumciſionem, quòd non faceret, niſi Circumciſio eſſet figura illius, & Confirmatur teſtimonio, D. Auguſtini lib. 1. contra Creſconium, cap. 31. vbi cum Hæreticis differens, dicit Circumciſionem certè præputij in figura Baptiſmi Chriſti ab antiquis obſeruatam eſſe negare vt arbitrorum audeis, Hinc aperta Manichæorum Hæreſis oſtenditur, qui cenſuerunt non à Deo bono, ſed ab alio ſuo malo Deo Circumciſionem inſtitutam fuiſſe, quàm Hæreſim refellit B. Auguſtinus lib. 6. contra Fauſtum Manichæum; Pelagianorum quoque Hæreſis manifeſta fit, qui putauerunt totum ritum Circumciſionis fuiſſet inuentum quoddam humanum; idque proptereà quòd peccatum Originale in cuius remedium diuinitus inſtituta eſſe aſſeritur Circumciſio non agnoſcebant, eos autem confutat D. Auguſtinus lib. 6. contra Iulianum cap. 3.

12 Circumciſio non fuit Sacramentum Cæremoniale vacuum, & inane, ſed fuit virtuoſum, & conferebat gratiam ex opere operato; Conferre autem gratiam ex vi Sacramenti, ſeu ex opere operato nihil aliud eſt, quàm eo ipſo quòd Sacramentum recipitur gratiam conferre; nuncupatur enim Sacramentum à Theologis opus operatum; ſunt enim Sacramenta ex Chriſti meritis; quaſi opus operatum ſecum habentia gratiam debitam meritis Chriſti ex inſtitutione Diuina; huiuſmodi Sacramentum erat Circumciſio, ex operibus meritorijs præuiſis operatum, & cum eſſet deletiuum peccati Originalis dum recipiebatur recipiens non ſolùm purificabatur à peccato Originali, ſed gratia ſanctificante decorabatur; De potentia enim ordinata Dei non poteſt peccatum Originale dimitti ſine gratiæ infuſione, quia ſecundùm Legem ſapientiæ Diuinæ poſt lapſum Adæ, nullum eſt medium inter hominem Deo gratum, qui eſt filius Regni, & peccatorem; qui eſt filius Carceris, & gehennæ, immò neque eſſe poteſt de potentia Dei ordinata, ideſt legibus à ſapientia Diuina, & voluntate firmatis conformi, atque adeò neminem Deus liberat, neque ſecundùm talem potentiam liberare poteſt à culpa, niſi cui gratiam confert, Ita ex Doctore ſubtili in 4. diſt. 1. q. 6.

13 Concedit tamen ibidem Deum de potentia abſoluta poſſe delere *culpam* Originalem abſque gratiæ infuſionem; Probatur quæcumque ſibi inuicem repugnant circa idem illa mutuò ſe expellunt ergo, cui plura repugnant circa aliquòd ſubiectum illud poteſt per quòdlibet illorum expelli ab illo ſubiecto, ſed culpæ Originali non tantum repugnat gratia habitualis, ſed etiam iuſtitia Originalis, & rectitudo naturalis igitur peccatum Originale poteſt Deus delere ſine infuſione gratiæ conferendo homini ſolùm iuſtitiam Originalem, vel naturalem rectitudinem, maior quoad primam partem patet quia frigiditas, & caliditas in eodem ſubiecto ſibi inuicem repugnant, ideò ſe ab eodem excludunt; & quo etiam ad ſecundam, patet quia flammæ Cerei repugnant ventus, & aqua, ergo quodlibet iſtorum extinguit, & expellit flammam igneam à Cereo; Minor probatur quia iuſtitia Originalis, vel naturalis rectitudo non ſtat cum obliquitate pec-

te peccati; nam ad rectitudinem naturalem requiritur, quod habens illam non ſit in peccato, non tamen quòd ſit in gratia, vel quod neceſſario habet gratiam; Nam ſi Deus creaſset Adam in puris naturalibus abſque gratia, & iuſtitia Originali præſcindendo omnem deformitatem peccati, habuiſset Adam rectitudinem naturalem, ergo poſſibile eſt quòd aliquis habeat rectitudinem naturalem, & ſine gratia, & iuſtitia Originali.

14 Non eſt prætereundum Diuinum conſilium, quo voluit Deus differre Circumciſionem vſque ad Abraham, & non ampliùs Alexander Alenſis p.4. quæſt.4. Membro 2. artic.3. Prima pars probatur ratione prærogatiuè fidei eius, Geneſ. 15. credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam; Quia igitur habuit prærogatiuam fidei conueniens fuit, vt ab eo diſcretio fidelium inchoaret; Secundò propter illius obedientiæ meritum propter hoc enim data fuit illi Circumciſio, vt probaretur illius obedientia, & obedientiæ meritum augeretur; Tertiò quod ipſe primus fuit de non colentibus idola, vt patet Geneſ. 12. propter quòd conueniens fuit vt ab eo inciperet Sacramentum Circumciſionis diſtinctiuum Populi Hebræorum ab Infidelibus; Secunda pars pariter probatur à D. Thoma 3. p. q. 70. artic. 2. ad 2. Quoniam congruum fuit legem veterem dari aliquo tempore ante Incarnationem, iuxtà præſcriptum Diuinæ ſapientiæ, ſed quare fuit etiam conueniens dari ante legem (ſicut de facto data fuit pluſquam quadringentis annis ante Moyſem propter quod dicitur non fuiſse ex Moyſe, ſed ex Patribus, Ioan. 7.) reddit rationem D. Thomas, quia antequam daretur Lex oportuit fidelem populum congregari, cui daretur non congregatur autem, niſi ſigno aliquo ſenſibili, iuxtà Doctrinam D. Auguſtini 19. contra Fauſtum.

15 Quodquidem ſignum fuit datum conuenienter ſoli Iſraelitico populo, quia illi populo debuit dari Circumciſio, qui ab alijs diſtinguebatur per obſeruantiam Legis Diuinæ, ſed talis populus fuit ſolus Iſraeliticus, ergo illi ſoli debuit dari Circumciſio; & quidem quoad ſolos maſculos; quia vt inquit D. Thomas loc. citato ad 4. primò quia data eſt in ſignum fidei Abrahæ, qui fuit Maſculus futurus Pater credentium; Secundò quia peccatum Originale à Patre trahitur non à Matre; Tertiò quia illud ſignum præcipuè dabatur ad diſtinguendum Dei populum, vt in vnoquoque Populo, ſeu Republica viri ſunt Capita familiarum; Quartò quia Circumciſio data fuit in ſignum diſtinctionis Gentis Iudæorum, ex qua Chriſtus debebat naſci, & quia propagatio, & Genealogia per ſe attenditur pænes Patres, ideò eis data fuit non mulieribus; fiebat amputatione ſuperfluitatis, per quod notabatur quod venire debebat, qui amputaturus erat omnem ſuperfluitatem peccati; Fiebat etiam inciſio circularis per quod notabatur, quod amputatio culpæ futura erat per vnam perſonam circularem, qui eſset verè Deus principium, & finis, ſicut idem pontus in circulo eſt principium, & finis, &c.

16 Ad Circumciſionem non omnes deſcendentes ab Abrahamo obligabantur, ſed illi ſolùm qui erant de domo Abrahæ, vt Iſaac, Iſmael, & Eſau; quamdiu Iſmael erat de domo Abrahæ, & Eſau de domo Iſaac, ſed deſcendentes ab illis non tenebantur; Prima pars dicti probatur: Nam Abraham obligatus fuit ex præcepto Circumciſionis ad circumcidendum Iſmael, quia illa Verba Generalia ſunt; Circumcidetur ex vobis omne Maſculinum, & quia tenebatur Circumcidere omnem ſuam familiam vt ſtatim dicitur, Iſmael autem quamdiu erat in patria poteſtate pertinebat ad familiam Abrahæ, atque idem à fortiori dicendum eſt de Iſaac, quod fuerit obligatus ad circumcidendum Eſau, quamdiu pertinuit ad ſuam familiam, ſic dicendum de filiis Iſmael, & Eſau quamdiu Iſmael, & filij

eius

eius pertinebant ad familiam Abrahæ, & Eſau,& filijs eius quamdiu erant de familia Iſaac; Secunda pars dicti probatur; quoniam ex præcepto Dei ſeparatus eſt Iſmael à familia Abrahæ, iuxtà illud Gen. 21. eijce Ancillam, & filium eius, & tunc ipſe, & filij eius liberatus eſt à Lege Circumciſionis ſic Eſau,& eius filij ſeparati à familia Iſaac liberati ſunt à Lege Circumciſionis.

17 Vlterius præceptum Circumciſionis datum fuit Abrahæ, non ſolùm quantum ad illos, qui erant de ſtirpe Abrahæ, Iſaac, & Iacob, ſed etiam quantum ad omnes, qui ad populum illum qualitercumque pertinebant, vt ſerui Infantes, vel prætio empti, & à Parentibus ſeparati, vel domi ex Ancillis Iudæis nati, & alij omnes pertinentes ad familiam Abrahæ, Iſaac, & Iacob, vel eſſent ſub eorum tutela,& cura eo quòd eſſet parentibus orbati tenebantur circumcidi; ſerui verò adulti Vernaculi, ideſt dominati, ſeu emptitij non potuerunt, nec debuerunt cogi ad Circumciſionem, quia nullum eſt expreſſum præceptum quòd huiuſmodi adultos obligaret ad Circumciſionem, aut quòd Abrahæ tribueret facultatem ad cogendum illos vt circumciderentur, aut ad expellendos eos de Domo ſi nollent Circumcidi; Hæc enim cum ſint, tàm violenta, & grauia non ſunt aſſerenda ſine expreſſo præcepto; Relinquitur ergo ſolùm obligaſſe hoc præceptum ad circumcidendum adultos domeſticos Abrahæ, ſeu alterius familiæ ſi ipſi id peterent, vel ad id conſentirent, & idem dicendum de filijs infantibus exiſtentibus ſub cura parentum, atque eodem modo dicendum eſt de Gentilibus, qui voluerint Circumcidi, & ad Iudaiſmum tranſire.

18 De neceſſitate Sacramenti erat quòd Circumciſio fieret in parte corporis determinata ſcilicèt in præputio, patet quia Dominus præcepit quòd fieret in Membro tali Geneſ. 17. Circumcidetis carnem præputij veſtri, &c. quia Circumciſio, inquit Alexander Alenſis, erat in remedium peccati Originalis, quòd per actum Carnalis generationis traducitur, ideò poſita eſt in Organo, præcipuè ſub ſeruiente generationi; De neceſſitate præcepti erat, quòd Circumciſio fieret die 8. per ſe loquendo, quòd ideò dicitur, quia poterat interdum ex legitima Cauſa differri poſt 8. diem, ſicut dilata eſt in Deſerto per quadraginta Annos, ob continuam peregrinationem, Ioſue 5. Verſ. 6. Vide ibi ſerarium,& Vaſquez in 3. p. diſp. 163. cap. 2. vel propter aliam iuſtam cauſam, nec poterat citiùs fieri, quia ante illum diem propter Infantis teneritatem fuiſſet periculum mortis; Lapideus culter non erat de neceſſitate Circumciſionis, neque de neceſſitate præcepti, ſed tantùm de ſolemnitate,& condecentia; Probatur, nam Geneſi 17. vbi fuit inſtituta Circumciſio, nulla fit mentio de cultro lapideo, vel ferreo, ergo non erat de neceſſitate Sacramenti, aut præcepti; Probatur conſequentia, quia ea quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, vel præcepti in ipſa inſtitutione traduntur.

19 Locus Circumciſionis eſt indeterminatus, nonnulli dicunt fuiſſe Synagogam,& colligunt ex Verbis Lucæ, de Circumciſione Ioannis Baptiſtæ, vbi dicitur, & factum eſt in die 8. venerunt Circumcidere puerum; ideſt in Synagogam; Alij Domi putant fuiſſe factam; Quicquid ſit locus Circumciſionis fuit indefinitus, & incertus, ſicut & Miniſter, vt patet Gen. 17. vbi nec de loco, aut Miniſtro nulla fit mentio; Vndè interdum legimus viros Circumciſionem effeciſſe, vt de Abrahamo in prædicto loco, Gen. Interdum verò fæminas, vt de Sephora, Exodi 4. & de alijs 1. Machabæorum 1. & probabile eſt potuiſſe adultum ſeipſum circumcidere, quia neque ex Verbis legis, neque ex vſu poteſt aliud colligi; Item non ſolùm à iuſto, ſed etiam à prauo Miniſtro non ſolùm à fideli, ſed etiam ab Infideli fieri poterat Circumciſio, etiam quoad propriam rationem Sacramenti, dummodo fieret intentione conſecrandi Deo hominem, ſeu puerum Circumciſum, ſeu faciendi, quòd Deus inſtituit, & fieri præcepit Abrahæ;

De

De nominis quoque impoſitione quando fieri debeat non eſt certum; Probabile, tamen eſt quòd fieret in ipſa Circumciſione eoque tunc infantes iugum, ac ſeruitutem Dei ſubire incipere viderentur.

20 Viſis præceptis, & inſtitutione Circumciſionis videnda eſt modo duratio, & diuturnitas eius, pro cuius Intelligentia notanda ſunt quatuor tempora ad aures, D.Thomæ in p.2. q.103. art.3. ponit legalium quatuor Tempora; Primum tempus fuit, in quo lex vetus, & Circumciſio, vſque ad mortem Chriſti perdurabat in præcepto,& habebat vim obligandi; Secundùm tempus, in quo non fuit neceſſaria, nec vtilis tamen licita, ſcilicet à morte vſque ad diuulgationem Euangelij Chriſti; Tertium tempus habuit quo fuit licita conuerſio ad fidem ex Iudæis, & etiam ex gentibus habitantibus cum conuerſis ex Iudæis ne eſſet ſcandalum, & Schiſma inter eos, tamen illicita erat pro illo tempore alijs, quàm conuerſis ex Iudæis, & habitantibus ipſis, & durauit illud tempus vſque ad ſubuerſionem Hieroſolymæ, & diſperſionum Iudæorum inter gentes;Quando iam nullus de conuerſis potuit ſcandalizari de contrario, atque ita per magnum tempus poſt promulgationem Euangelij; Quartum tempus habuit quo ſimpliciter fuit illicita, & mortifera omnibus poſt illud tempus diſperſionis; De Baptiſmo autem dicit, quod habuit vnum tempus conſilij, & hoc fuit ab inſtitutione eius vſque ad Chriſti mortem, ita quòd pro illo tempore ſimul currebat apud Iudæos Circumciſio ſub præcepto, & Baptiſmus ſub Conſilio; Secundùm tempus habuit, quo fuit ſub præcepto à morti, & deinceps.

21 Tempora Scoti, ſic diſtinguitur in 4. diſt. 3. q. 4. Primùm in quo Circumciſio erat neceſſaria;Secundùm in quo erat vtilis ſed non neceſſaria; Tertium in quo non fuit vtilis, nec neceſſaria, ſed tamen licita; Quartum verò in quo fuit illicita, Circumciſio, & mortifera; Primùm tempus Circumciſionis fuit à ſui inſtitutione vſque ad Baptiſmi inſtitutionem, & ſic præceſſit tempus Baptiſmi; Secundùm, tempus Circumciſionis concomitabatur primum tempus Baptiſmi, quo erat ſub conſilio, vſque ad ſolemnem Euangelij promulgationem, ſub quo etiam Circumciſio erat ſub conſilio;Tertium verò tempus, quando ſcilicèt Circumciſio non erat vtilis nec neceſſaria licita tamen cucurrit cum ſecundò tempore Baptiſmi, quando erat ſub præcepto,Quartum verò tempus Circumciſionis, & ſecundùm Baptiſmi cucurrerunt ſimul ſaltem poſt Concilium tertium habitum ab Apoſtolis Hieroſolymis poſt 14. Annos a Paſſione Chriſti, & hoc quantum ad Gentiles conuerſos ad Fidem; ſed quantum ad Iudæos conuerſos, ſecundùm tempus Baptiſmi, quo erat ſub præcepto,nec à principio ſui,nec poſt illud tertium Apoſtolorum Concilium, excluſit omninò Circumciſionem tanquam illicitam,nec alia legalia, ſed multo poſt licitè ſeruabantur; Nam poſt illud Concilium Paulus Timotheum circumcidit, & ipſe poſt quatuor annos ab eodem Concilio tranſactos purificatus eſt ſecundum legem, & tota multitudo conuerſa in Iudæa ſeruabat Legem, vt dicitur Actuum 21.

22 Sicque D. Thomas, & Scotus in tribus diſſentiunt; Primò quòd D. Thomas aſſerit quòd Lex vetus vſque ad mortem Chriſti permanebat in præcepto,& habebat vim obligandi; Scotus verò docet, quòd Circumciſio poſt inſtitutionem Baptiſmi extincta eſt quantum ad vim obligandi, & perſeuerauit tantùm ſub conſilio; Secundò D.Thomas inquit quòd Baptiſmus ſtatim à Chriſti morte cæpit eſſe ſub præcepto; Scotus autem docet Baptiſmum perduraſſe ſub conſilio, vſque ad promulgatum Euangelium; Tertiò docet D.Thomas, quòd ſtatim à Chriſti morte, Circumciſio, & tota Lex extrinſeca eſt, ita quòd non ſolùm non erat neceſſaria, ſed nec etiam vtilis; At Scotus docet Circumciſionem non redditam omninò inutilem in morte Chriſti, ſed vtilem permanſiſſe vſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem; Nam illo tempore Baptiſmus,

ptiſmus, & Circūciſio cōcurrebant ſub diſiunctione vt liceret Iudæis quòd vellent eligere, nam & proficiebat Iudæo circumcidi ſi vellet, & ſimiliter illi licebat, immò laudabile erat Baptiſmum ſuſcipere, ſuitque id congruentiſſimum quòd tempore duarum legum inter medio ſimul currerent ſub diſiunctione Baptiſmus, & Circumciſio; vt ſic Circumciſio ceſſaret, & honorificenter ſepeliretur.

23 Breuiter igitur, & clare recolligendo aſſerimus cum Doctore ſubtili legem veterem ceſſaſſe quoad efficaciam virtutem, & vtilitatem poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, quæ cæpit in die Sancto Pentecoſtes à quo etiam cæpit ſecundùm tempus Baptiſmi, quo ſcilicèt cæpit eſſe ſub præcepto; Circumciſio fuit licita Iudæis à Prædicatione authentica Euangelij vſque ad tertium Concilium Hieroſolymitanum poſt Domini Paſſionem Anno 14. vel 15. celebratum; Immò fuit licita etiam poſt illud Concilium; Pro cuius intelligentia notandum eſt, quòd Apoſtoli poſt Paſſionem Chriſti fecerunt Hieroſolymis quatuor Concilia; Primùm fuit quando elegerunt Matthiam in Apoſtolum, & erunt in eo tàm Diſcipuli, quàm Apoſtoli, ideo fuit ſolemnis electio, & tunc temporis Iacobus minor, erat Hieroſolymorum Epiſcopus; Secundùm in quo elegerunt ſeptem Diaconos ex Diſcipulis, inter quos vnus fuit Stephanus. Tertium Concilium fuit, quando Paulus venit Hyeruſalem de quo eſt Sermo; Actuum 15. Quartum fuit in quo Iacobus, & alij conſuluerunt Paulum de purificatione. Actuum 21.

24 Ex his ſequitur licita fuiſſe legalia, & Circumciſionem etiam poſt tertium Concilium; Non enim Paulus purificaſſet ſe ſi mortiferum, & illicitum fuiſſet; Cum enim Paulus conueniſſet Hieroſolymis cum ſenioribus, & dixiſſent ei Iudæos vehementer de ipſo conqueri quòd diſceſſionem à Moyſe doceret, hoc ei ſeniores præbuerunt conſilium; Hoc ergo fac quod tibi dicimus: ſunt nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe, his aſſumptis ſanctificati cum ipſis, & impende illis vt radant capita, & ſcient omnes, quia quæ de te audierunt (nempè te docere diſceſſionem à Moyſe) falſa ſunt ſed ambulas, & ipſe cuſtodiens legem, quorum conſilio aquieuit Paulus, & vt narrat Lucas Actuum 21. poſtera die (inquit) purificatus cum illis intrauit in templum annuncians expletionem dierum Purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio; Hæc autem Purificatio facta fuit circa 20. Annum à Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti non facta fuit ante Captionem Pauli in Hyeruſalem per 7. dies ſicut patet Actuum 21. quòd fuit circa principium Regni, & Imperij Neronis, quia Anno II. Imperij dicti venit Romam.

25 Hinc etiam ſequitur valdè incertum eſſe, nec firma aliqua ratione conſtare poſſe, quo tempore cæperint omninò ceſſare legalia, itavt deinceps non tantùm mortua, ſed mortifera etiam iudicarentur; Hoc tamen certum eſt tunc temporis, & multò anteà non licuiſſe Cæremonias legis Moſaicæ exercere, aut illis vlla ratione vti; Vndè pro huius difficultatis reſolutione notandū eſt quòd Circūciſio, & reliquæ Ceremoniæ Moſaicæ, tripliciter ſeruari potuerunt; Primò ad ſignificandum res futuras, quæ illis figurabantur; Secundò potuerunt ſeruari ablata omni ſignificatione futurorum ad ſepeliendam cum honore Sinagogam; nam vt inquit D. Auguſtinus Epiſt. 19 ſicut Defunctorum corpora neceſſariorum Officijs deducenda erant quodammodo ad ſepulturam, nec ſimulatè, ſed Religioſæ, non autem deferenda continuò vel inimicorum tanquam canum morſibus proijcienda; In quibus verbis cum inquit neceſſariorum officijs rectè exprimit Sacramenta illa ritè ſeruata à Iudæis, vt paulatim ab eis tanquam à neceſſarijs honorificè ſepelirentur ne ſi ſtatim relinquerentur Gentibus viderentur execranda ſemper fuiſſe; Tertiò poterant vti talibus Cæremonijs materialiter ſine reſpectu ad Synagogam, neque ad ſignificationem, ſicut qui modò

auferret

auferret præputium ſanitatis gratia, vel alio aliquo honeſto fine.

26 Poſtquam Euangelium cæpit ſolemniter promulgari Circumciſio non fuit vtilis, eſt de fide; nec fuit vtile vti Cæremonijs legis, & Circumciſione ad ſignificandas res futuras, nam talis vſus eſſet falſus, quia nil erat futurum ſignificandum id, ſiquidem Chriſtus Meſſias natus, paſſus, mortuus, & reſuſcitatus erat, atque etiam lex noua inſtituta; licitum tamen fuit poſtquam Euangelium cæpit ſolemniter promulgari aliquo tempore vti legibus Moſaicis ablata ſignificatione futurorum ad ſepeliendam cum honore Synagogam, ſicut probatum eſt feciſſe Apoſtolos, ex Actibus Apoſtolorum capit. 21. Poſtquam verò Euangelium fuit per totum orbem ſufficienter promulgatum illicitum fuit ſeruare legalia etiam propter honorem Synagogæ, quia illo tempore in quo facta eſt ſufficiens promulgatio ſufficiens fuit ad ſepeliendam cum honore Synagogam, qua ſepulta non erat amplius colenda; Ex quo ſequitur quòd noſtris temporibus Hæreticum eſſet ſeruare legalia propter futurorum ſignificationem, & honorem Synagogæ licet Caiet. 3. p. q. 37. art. 1. putet (& quidem probabiliter) noſtris temporibus licere vti Circumciſione materialiter hoc eſt, neque propter obſeruantiam legis, neque propter honorem Synagogæ, ſed propter alium honeſtum finem.

27 Dicit D. Paulus ad Galatas, cap. 2. 11. cum autem veniſſet Cephas Antiochiam in faciem ei reſtiti, quia repræhenſibilis erat; de qua repræhenſibilitate multi multa dicunt, & dubium eſt an Petrus ſeruando legalia, vel ſe ſeparando à Gentilibus verè deliquerit veræque fuit repræhenſibilis, & à D. Paulo verè repræhenſus; Scotus in 4. d. 3. q. 4. §. Vel ergo dicetur varios modos aſſignat, quibus poteſt intelligi peccaſſe; Primò repræhenſibilis fuit, quia ſe ſubtraxit à Gentilibus in cibo, & potu cum quibus anteà communicabat vt legem obſeruare; Secundò quia priùs non ſeruans legem in hoc coram Gentibus, poſteà venientibus Iudæis legem in hoc ſeruabat primùm faciendum non eſſet, quia fuit ſibi priùs dictum à Deo, Actuum 10. de Cornelio, quòd Deus purificauit, &c. Iuxtà vtrumque modum poteſt multipliciter dici repræhenſibilis; Primò quia potiùs debebat ſe gentibus conformare inter quos tunc erat quàm ſe ab illis ſubtrahere; Secundò quia exemplo ſuo præbebat Gentibus occaſionem exiſtimandi, vel quòd legalia eſſent illis ſimpliciter neceſſaria, vel ſaltem neceſſaria vt admitterentur ad Iudæorũ conſortium, & ſæpè inferiores faciunt aliqua difficilia, ne à ſuperiorum Communione excludantur, & ad illum Intellectum videntur poſſe referri illa Verba Pauli, Gentes cogis Iudaizare.

28 Tertiò quia ſuo exemplo oſtendebat Petrus laudabilius eſſe ſeruare legalia quã non ſeruare, quæ omnia repugnant Euangelicæ libertati; Quartò, quod attinet ad ſecundũ, quia ſimulabat nõ reputans corde eſſe faciendùm quòd fecit in opere, ex eo enim quòd fecit in abſentia nũciorum Iacobi apparuit, quòd nõ ſentiebat abſtinendũ eſſe à Gentibus conuerſis ad fidẽ, at poſt modũ ſegregãs ſe ab illis oſtendebat quòd eſſet ab illis abſtinendũ, & ad illum Intellectũ poteſt referri illud dictũ Pauli, ſimulationi eius cõſenſerũt cæteri; Quintò quia Petrus non vtebatur auctoritate Prelati; Nam ex metu Iudæorũ, qui venerãt à Iacobo, ſegregauit ſe à Gentibus, at cum eſſet ſuperior illis Nuncijs magis debebat ipſe veritatẽ conſtanter tenere, quã propter eorũ timorẽ flecti ad illud, quod erat eis placitũ, vel magis acceptũ, & talis remiſſio, vel tepiditas Prælati eſt pro tẽpore repræhenſibilis, & ad illum Intellectũ poteſt referri, quòd ait Apoſtolus ſegregat ſe ab illis timens Circumciſos; Nõ enim erat ibi verè timor, quia ſimpliciter erat licitũ Iudæis non ſeruare legem, & maximè, quando erant inter gentes, & debuit Petrus exemplo ſuo oſtendere nuncijs illis tamquam ſuis Inferioribus.

29 Dicendum eſt ergo, cum D. Auguſtino, quòd Petrus repræhenſibilis fuit, quia

quia peccauit venialiter tamen, quod ſi aliquid dicat D. Petrum non peccaſſe, quia id fecit propter vitandum ſcandalū; Dicit Scotus quòd non, quia non erat ibi materia ſcandali perfectis, neque Paruulis, ſed tantùm Phariſæis de quo ſcandalo non eſſe curandum docet Christus, Matth. 15. cui circumcidiſſent Diſcipuli; ſcis quia audito hoc Verbo. Phariſæi ſcandalizati ſunt, ſcilicèt de comedendo abſque lotione manuum, nec per ſimilem rationem de ſcandalo vitando poteſt excuſari Paulus in purificando ſe, & circumcidendo Timothæum, quia nullum illicitum eſt committendum propter ſcandalum quodcumque vitandum; Breuiter ergo Paulus inter Iudæos ſeruauit legalia, etiam multò tempore poſt tertium Concilium, & hoc fuit licitum, dum tamen ipſe non poneret in eis ſpem licèt non eſſet vtile, nec neceſſarium; Inter gentes autem gentibus ſe conformauit, quia licuit ſibi legum non ſeruare pro illo ſecundò tempore Baptiſmi. Petrus autem in Hieroſolyma, ſeruans legem non peccauit, quia licuit Iudæo, & inter Iudæos ſeruare legem; In Antiochia autem inter Gentiles conuerſos non ſeruans legem non peccauit; ſed ſe conformans eis in cibo, & potu non peccauit, ſibi enim licuit non ſeruare legem; Peccauit autem poſteà ſegregans ſe at eis in cibis, & potibus propter aliquam quatuor rationem prædictarum, vt Verba Pauli prædicta ſaluentur Sacra enim Scripturam nullum etiam minimum mendacium admittit, in qua re D. Auguſtinus firmat ſuam ſententiam.

30 Præter Circumciſionem, quæ (vt probatum eſt) erat verum Sacramentum. In lege Moſaica erant alia Sacramenta impropriè dicta, quæ generatim erant duplicia; Quædam pertinebant ad totum Populum; vt eſus Agni Paſchalis, purificationes ab externis immunditijs, expiationes à peccatis; Quædam ad Miniſtros Synagogæ vt Conſecratio Sacerdotum, ablutio manuum, & pedum raſio pilorum, eius panum propoſitionis, & quorumdam aliorum, quæ Sacerdotum vſibus deputabantur. D. Thomas 1. 2. q. 101. art. 5. Hæc omnia erant figura, ſeu typi Sacramentorum nouæ legis; nam ſicut Circumciſio erat figura Baptiſmi, ita eius Agni Paſchalis, & eius panum propoſitionis figura Euchariſtiæ, Purificationes, & expiationes pœnitentiæ; Conſecratio Sacerdotum; figura Sacri Ordinis; Hæc Sacramenta Moſaica erant ſigna gratiæ iuſtificantis, quæ in nouo Teſtamento danda erat per Chriſtum, ita Communiter Theologi; Differunt Moſaica à Sacramentis nouæ legis, quòd illa erant ſigna gratiæ futuræ per Chriſtum, & iſta ſunt ſigna gratiæ præſentis, & iam exhibitæ per Chriſtum; Nam ſicut nos in nouo Teſtamento credimus Chriſtum veniſſe; ita Iudæi in veteri Teſtamento credebant venturum eſſe.

31 Eſt altera differentia; Quòd noſtra Sacramenta efficaciter, & practicè efficiunt gratiam, quàm ſignificant Sacramenta verò Moſaica non efficiebant gratiam iuſtificantem quàm ſignificabant; vel non erāt ſigna practica gratiæ iuſtificātis, vel non habebant vim iuſtificandi, aut remittendi peccata, quoad culpam (quæ omnia ferè pro eodem vſurpantur,) & ideò ab Apoſtolo ad Galatas 4. 9. Sacramenta Moſaica vocantur egena infirma, & inutilia; Egena quia non continebant gratiam; Infirma quia non poterant à peccato liberans, inutilia propter eamdem Cauſam, quòd vltrà confirmatur ab eodem Apoſtolo. Hebr. 7. 10. reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem vbi per mandatum intelligit legem Moſaicam, quæ ideò reprobata eſt, quia erat infirma, & inutilis; & Ioan. 1. 17. Lex per Moyſen data eſt; Ideſt Moyſes dedit Populo, nudam legem, nudas Cæremonias, nuda Sacramenta, quæ ſolùm conferebant quamdam munditiam, & Sanctitatem legalem, quæ quidem non erat vera, & interna Sanctitas, ſed tamen figura verè Sanctitatis, quàm præſtitura erant Sacramenta efficacia Legis Euangelicæ (quæ, vt infrà dicetur) renouant internas Animæ potentias, & eas ornant ſupernaturalibus perfectionibus.

De

De Sacramentis Euangelicæ Legis in Communi, & de Baptiſmi Sacramento in particulari. Art. 3.

1 Congruum fuit ſecundùm variationem legis, & ſtatus humani poſt Lapſum Sacramentum, ſaltem illud quòd erat Medicina contra Originale peccatum variari, quatenus erat ſignum ſenſibile, non quidem ſignificando effectum gratiæ diuerſum, ſed eumdem maiorem tamen, ſiuè minorem, clarius vt ſiuè obſcurius, quia lex poſterior à Deo data ſemper fuit perfectior; ſed Lex perfectior requirit perfectiora adiutoria ad ſui obſeruantiam, igitur Lex poſterior debuit habere Sacramentũ efficiens maiorem gratiam clariuſque ſignificans: Cõſequentia patet cum minori, & maior probatur, quia ſicut in naturalibus ſemper proceditur via generationis ab imperfecto ad perfectum, ſic Deus ordinatiſſimus Agens auctorque gratiæ, & naturæ in operibus regulariter proceſſit de imperfecto ad perfectum, ſemper faciens legem poſteriorem priori perfectiorem clariuſque ſignificantem; Item Sacramenta ſunt proteſtantia fidem interiorem, ſed fides proceſſu temporis creuit in notitia, & numero credendorum igitur in lege poſteriori debuit inſtitui ſignum, quòd euidentius ſignificaret ſignatum; & Confirmatur translato Sacerdotio legis translatio fit, vt D. Paulus dicit ad Hebræos 7. ſed vnaquæque Lex proprium habuit Sacerdotiũ diſtinctum à Sacerdotio alterius legis, & Sacerdotes offerunt Deo Sacrificia, & dona pro peccatis, ergo debuit eſſe aliud, & aliud Sacrificium, & per conſequens aliud, & aliud Sacramentum.

2 Pro ſtatu Legis gratiæ, ideſt poſt aduentum Chriſti fuit congruum, ſeu neceſſarium inſtitui Sacramentum, aliquod ita Scotus in 4. diſt. 1. q. 3. nam congruum fuit vt omnes Viatores fideles, aliquibus ſignis exterioribus conuenirent, vt ab alijs Sectis diſtinguerentur, ergo congruum fuit inſtitui iſta ſigna corporalia, quæ Sacramenta dicuntur; & vt ſtatus hominis habeat proportionatum remedium contra peccatum Originale diſtinctum à Circumciſionem tamquam ab ea figuratum; Immò pro Lege gratiæ fuit congruum inſtituere Sacramenta perfectiora, quàm pro alijs ſtatibus; nam Lex gratiæ eſt perfectiſſima Lex, quàm Deus diſpoſuit homini pro ſtatu viæ, cũ ſit vltima ex Matth. 26. Noui, & æterni Teſtamenti, & proxima ſtatui Beatitudinis; Omnia Sacramenta iſtius nouæ Legis ſunt ad ſalutem neceſſaria; eſt de fide probatur ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 7. cap. 4. dicente, ſi quis dixerit Sacramenta nouæ Legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, & ſine eis aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci licèt omnia ſingulis neceſſaria non ſint Anathema ſit; hæc vltima pars iſtius Decreti patet, nam ſaluari poſſunt multi, & de facto ſaluati ſunt abſque ordine, & Matrimonio.

3 Aliqua Sacramenta ſunt ſimpliciter neceſſaria omni homini ad ſalutem, quia Baptiſmus eſt, ita neceſſarius vt ſtante Dei Lege, nemo poſſit ſaluari ſine illo, iuxtà illud Ioannis 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in Regnum Dei; Aliqua Sacramenta ſunt ad ſalutem adultis ſimpliciter neceſſaria; Nam Adulti labentes in peccatum non poſſunt gratiam recuperare abſque pænitentia, ergo pænitentia eſt eis ſimpliciter neceſſaria; Item quia de fide eſt pænitentiam eſſe ſecundùm tabulam poſt Naufragium; Baptiſmum verò primum ergo, poſt ſecundùm Naufragium factum per peccatum perſonale eſt ſimpliciter neceſſarium in re, vel ſaltem in voto Sacramentum pænitentiæ, Sacramentum ordinis eſt ſimpliciter neceſſarium toti Communitati; Probatur; Peccator de neceſſitate tenetur recuperare gratiam Diuinam amiſsam, ſed regulariter recuperari non poteſt ſine ordine Sacerdo ij,

dotij, & Presbyteratus quo confertur Sacramentum pœnitentiæ, ergo ſi eſt neceſſaria ſimpliciter penitentia eſt neceſſaria ſimpliciter cauſa eius, ſicut de Baptiſmo, ſi eſt neceſſarius ſimpliciter ſunt etiam, ſic neceſſariæ eius Cauſæ intrinſecæ, & extrinſecæ.

4 Matrimonium eſt ſimpliciter neceſſarium toti communitati, non verò cuilibet excommunicati, nam ideſt ſimpliciter neceſſarium communitati ſine quo communitas deſtrueretur, ſed ſine Matrimonio deſtrueretur communitas fidelium, ergo; quæ naturali coniunctione Maris, & fæminæ conſeruatur, & generatione propagatur, quæ coniunctio non eſt ſolùm Matrimonium, ſed eſt etiam Sacramentum ſi eleuatum ex inſtitutione Diuina; Indè factum eſt quòd in Eccleſia Chriſtiana ſeparari non poſſunt hæc duo Matrimonium à Sacramento, ergo ſi eſt neceſſarium vnum etiam eſt aliud de hac re alibi redibit Sermo; ſed nota quod neceſſitas Sacramentorum duplex eſt, quædam ſimpliciter, quædam ſecundùm quid, & ad bené eſſe, nam quædam talia ſunt, vt ſine eis homo non ſaluetur, quædam talia ſine quibus ſaluatur, ſed non ita commodè, ergo; Antecedens probatur facilè, & communiter de Baptiſmo in omnibus, & de pænitentia in adultis ex Concilio Tridentino, Euchariſtia autem confirmatio, & Matrimonium non ſic, ergo non ſunt cuilibet neceſſaria ſimpliciter, ſed ſecundùm quid ad augendam ſcilicèt gratiam.

5 Neceſſitas ſimpliciter diſtinguitur à neceſſitate ſecundùm quid primò, & per ſe, quia ſine ea non habetur ſalus, & ſine hac habetur à poſteriori autem, & ſecundariò, quia neceſſaria ſimpliciter cauſant primam gratiam, neceſſaria verò ſecundùm quid nequaquam; Probatur prima pars ex definitione neceſſitatis ſimpliciter quæ eſt ea, quæ ponit talem connexionem inter medium, & finem vt ſine tali medio finis nequeat obtineri neceſſitas verò ſecundùm quid tantam colligantiam non ponit; Probatur ſecunda pars, cauſare primam gratiam eſt effectus Sacramenti ſimpliciter neceſſarij, ergo ſi talis Cauſatio facit differentiam in ſuo Cauſante erit differentia ab effectu; Nec ſatis ſunt ad propoſitum neceſſitatis Sacramentorum; nec eſt inferenda alia neceſſitas, ne pariter inferantur inextricabiles difficultates, & Doctrina de Sacramentis difficilior æquo reddatur; Obſeruantia quoque præceptorum omnium non dicitur neceſſaria neceſſitate ſimpliciter, eodem modo quo Sacramenta, ſed in alio genere, vt patet ſpeculanti.

6 Sacramenta nouæ legis habent efficaciam à Paſſione Chriſti eſt de fide ex Epheſ. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro ea mundans eam lauacro in Verbo vitæ, ſed hæc mundatio per lauacrum in Verbo habetur per Sacramentum Baptiſmi in Eccleſia, quæ mundatur; ita etiam Scotus in 4. diſt. 2. q. 1. vbi docet cum fide Catholica Sacramenta nedum legis nouæ, ſed Sacramentum contra Originale in Lege Veteri habuiſſe efficaciam à Paſſione Chriſti cum hac differentia, vt noua habuerint à Paſſione exhibita, & ideò efficaciora, vetera verò à Paſſione Chriſti exhibenda, & *præuiſa*, & ideò non tàm efficacia, quia in plus acceptatur bonum exhibitum quàm præuiſum, ſed nota Sacramentum efficax nil aliud eſſe, quàm eſſe talis virtutis vt infallibiliter ad eius poſitionem ponatur ſuus proprius effectus, niſi ponatur obex; Chriſtus dupliciter concurrit ad efficaciam Sacramentorum nimirum vt Deus, & vt homo; Primò modo concurrit decernens ſe aſſiſtere Sacramentis, & infallibiliter ad eorum poſitionem cauſando gratiam; Secundò modo mærens, vt Deus tale decretum faciat, vt ad poſitionem illorum ſignorum ſenſibilium ponat gratiam, & alios effectus.

7 Secunda pars dicti nempè quòd etiã Sacramenta veteris legis, propriè dicta accipiant ſuam efficaciam à Paſſione Chriſti; Probatur primò ex illo Ioannis 1. de plenitudine eius omnes accepimus, Chriſtus enim eſt caput totius Eccleſiæ, & omnium membrorum, ideſt fidelium tàm

eorum

eorum qui præterierunt, quam eorum qui ſunt, & ſequentur; Ad Coloſſ. 1. & 2. caput omnis principatus, & poteſtatis, & corporis Eccleſiæ: Primogenitus omnis Creaturæ; in quo condita ſunt vniuerſa, ſiue quæ in Cœlis, ſiue quæ in Terris ſunt, & ad Hebreos, quem inſtituit hæredem vniuerſorum per quem fecit, & ſæcula ergo omnia illa bona, & remedia, per quæ illi antiqui Patres fuerunt iuſtificati habuerunt originem à Chriſti meritis, & paſſione, ſed remedium contra originali fuit iuſtificans: ergo habuit originem, & Chriſti merito, & paſſione; Idem & ob eandem rationem aſſerendum eſt de remedio, quod erat in lege naturæ inſtitutum contra originale: Dices Cauſa in actu, & effectus in actu ſimul ſunt, & non ſunt, ſed Paſſio Chriſti non eſt in actu nec fuit ante natiuitatem eius, ergo neque efficacia in Sacramentis. Reſpondetur concedendo de cauſa, & effectu phiſico, non de morali ideo negatur conſequentia; quia paſſio Chriſti non eſt Cauſa phiſica efficaciæ Sacramentorum ſed moralis, & meritoria.

8 Baptiſmus eſt omnium Sacramentorum Ianua, & principium, & prius alijs inſtitutus; De hoc ideò primo agit Scotus in 4. diſt. 3. & quoniam de fundamento ſigni baptiſmalis eſt problematicus, dicit enim poſſe teneri, quod fundetur in ablatum tantum, & quod in ablatione, & Verbis; duplicem aſſignat definitionem in q. 1. ita quod ſecundum primum nam hic eſt definiendum Sacramentum baptiſmi eſt ablutio hominis aliqualiter conſentientis facta ab aliquo in aqua ſimul, & verba certa cum intentione debita proferenti ſignificare efficaciter ex inſtitutione Diuina ablutionem Animæ à peccato, ſi teneatur ſecundaria hic eſt definiendum eſt Sacramentum ablutionis Animæ à peccato conſiſtens in ablutione hominis aliqualiter conſentientis facta in aqua ab alio abluente, & in Verbis certis ſimul ab eodem abluente cum debita intentione prolatis; His duabus definitionibus clarè explicatur natura baptiſmi metaphiſicè, quia dantur per omnes cauſas per efficientem, cum intentione, per finalem ſcilicet ablutionem à peccato; per materialem, ſcilicet per ablutionem, & Verba; per formalem ideſt ſignificationem, ac etiam per abiectiuum cum ſuis diſpoſitionibus.

9 Tutior, ac melior eſt ſecunda difinitio, quia neque ablutio neque verba dicuntur in recto, ſed vtraque in obliquo, vt vtraque ſit ſubiectum ſignificationis à Scoto problemati, & defenditur, probatur non minus eſt eſſentialis Baptiſmo vt Sacramentis ablutio, quam Verba ex æquo enim ſunt ita inſtituta, vt vtrumque ſit ſignum neque aliud, ſine altero vel è contra, ergo definitio quæ explicat vtrumque eſt melior; conſequentia eſt euidens, ſi enim definiatur concretum, & omittatur aliqua pars intrinſeca non erit perfecta, & regularis definitio, ſed inadæquata, & imperfecta præter regulas; Verba autem ſunt intrinſeca illi toti ſicut ſi definiendo Patrem dicatur eſſe corpus habens relationem ad filium non erit perfecta definitio eius relatiui, quia totum eſt quod fundat eum relationem igitur non pars totius, ſed ipſum totum debet poni in definitione illius concreti; probatur 2. ex regulis definitionis; Illa oratio eſt vera, & regulata definitio, quæ aufert confuſionem quam importat nomen rei definiendæ, & non explicat niſi afferat intrinſeca rei definiendæ, ergo vt definitio Baptiſmi ſit regulata debet Verba in medium afferre, quæ ei ſunt intrinſeca.

10 Mirum eſt, quod homines baptiſmo inſigniti, & in familiam Chriſti per baptiſmum recepti, tam turpiter errauerint circa veram doctrinam de Baptiſmo potiſſimum circa materiam; Refert enim noſter Alphonſus de Caſtro Verbo Baptiſma, & Prateolus in Elencho Hæreſum, V. Flagellantes quoſdam Hereticos dictos flagellantes tenuiſſe proprium ſanguinem flagellis à quolibet fuſũ eſſe materiã Bapt. ideoq; ſic ſunt dicti qua aſperrimè ſe flagellabant ob præceptum quod ſi habere

dicebant à Deo per litteras ad ſe miſſas Romam per Angelos, & in Altari Sancti Petri depoſitas; Ita Bernardus Luzemburgenſis lib.2. Catalogi Hæreticorum errore 9. D. Auguſt. de Manichæis refert eos ſentire, quòd in aqua nulla eſſet ius neque ſalus. Ita lib. de Hæreſibus Hæreſi 46. Sanderus lib.7. de Viſibili Monarchia, Hæreſi 113. & Prateolus dicunt fuiſſe quoſdam dictos Iacobitas, & tenuiſſe Materiam Baptiſmi eſſe aduſtionem quamdam factam in fronte, vel genio Paruulorum, & quòd Matth.3. dictum ſit de Chriſto ille vos Baptizabit in Spiritu Sancto, & igne Lutherus autem cap. 17. colloquiorum docet quemlibet liquorem, vt aquam, ſeu vinum, ceruiſiam omneque quòd poteſt madefacere eſſeque balneum ſufficere ad materiam Baptiſmi; Hæc de Hæreticis ad contemptum.

11 Suppoſita diſtinctione Materiæ Sacramentorum in proximam, & remotam, hæc eſt illa res ſuper quam cadunt Verba, quæ ſunt forma, vt in Baptiſmo materia remota eſt aqua ſuper quam remotè cadunt Verba, ego te Baptizo, &c. Materia proxima eſt illa paſſiua ablutio, qua exercetur materia remota, ſic in Baptiſmo eſt ablutio; eſt Communis ſententia Doctorum Catholicorum materiam remotam Baptiſmi eſſe aquam naturalem, & elementarem; Eſt de fide ex Concilio Florentino in Decreto Eugenij, & Concilio Tridentino, ſeſſ.7. Can.2. non eſt opus vlteriori probatione; Hinc ſequitur aquam artificialem quamcumque, quæ ſpecie differt ab aqua elementari non eſſe materiam aptam Baptiſmi; Ita Scotus in 4. diſt. 3. q. 3. patet ex praxi Eccleſiæ Romanæ, quæ cum ſit Apoſtolica per lineam rectam traditionibus Apoſtolicis ſemper fuit innixa, & tamen in aqua elementari vſuali præcipit Baptizari, quia eam inſtituit Chriſtus; & ſi miſceatur, ſemper eſt bona, niſi ex mixtione non deſinat eſſe aqua; vel eius eſſentia ſubſtantialiter mutetur, nec de hoc eſt controuerſia apud Doctores, cum ſit definitum in Concil. cit.

12 Loquendo de materia propinqua Baptiſmi, Scotus citatus in 4. diſt. 3. quæſt. 3. cum Alenſi, & D. Bonauentura; & cæteris Theologis; Baptiſmo aſſignat pro materia proxima ablutionem factam per aquam, quia illa eſt materia proxima Baptiſmi in qua immediatè fundatur ratio ſigni, ſed in ablutione fundatur; Minor probatur, in eo fundatur immediatè talis ratio ſigni ad quòd immediatè ſequitur gratia, ſed ad ablutionis poſitionem ſequitur gratia, & non ad aquam, ſi enim non per totam æternitatem maneret aqua, & nullus ablueret numquam daretur gratia Baptiſmalis: Ablutio quæ eſt materia proxima Sacramenti non eſt ablutio actio, ſed ablutio Paſſio. Ita Scotus in 4. diſt.6. quæſt.2. quia illa ablutio eſt Sacramentum, quæ recipitur à ſuſcipiente, ergo ipſa eſt Sacramentum vel pars Sacramenti; Dices paſſiua ablutio eſt effectus, ergo non eſt materia; Reſpondetur paſſiua ablutio eſt effectus ablutionis actiuæ, nō verò effectus Sacramēti, ſed ipſa proxima materia Sacramēti.

13 Quælibet ablutio, ſiuè immerſio, ſiuè aſperſio, vel in toto corpore humano, vel in parte eius principali ſufficit ad materiam proximam Baptiſmi, Scotus in 4. diſt. 5. quæſt. 3. nam qualibet tali abluitur corpus, ergo quælibet talis ſufficit, ſic enim colligitur ex inſtitutione Chriſti, Baptizantes; hoc modò etiam Apoſtoli Baptizarunt in die Pentecoſtes, ſcilicèt abluendo per immerſionem, & per aſperſionem, ergo &c. ex Scoto in 4. diſt.4. quæſt. 2. Ad ſimilem ablutionem non requiritur trina, vel bina perfuſio, aſperſio, vel immerſio, ſed ſufficit vna, Scotus in 4. diſt. 6. q.1. nam pro materia Baptiſmi eſt inſtituta Baptizatio, ſed vna immerſio, vel aſperſio eſt eſſentialiter Baptizatio, ergo vna ſufficit quomodocumque duret ſatis eſt, quòd ſit aliquo modo ſucceſſiua, nam in qualibet quantumuis parua includitur eſſentialis ablutio, non licèt tamen Baptizare cum morte Baptizati, quia committeretur homicidium, & Baptizans, non poteſt cum ſuo peccato Caue-

re damnationem proximi; ſufficit qualibet pars aquæ, quæ tamen abluat, nam vera ablutio requiritur; ſi fiat in capite ablutio optimum eſt, quia caput eſt membrum principale non videtur tamen neceſſariò requiri, ſed ſufficere in qualibet parte potiſſimum cum plures ſimul Baptizantur, vt in die Pentecoſtes.

14 Forma quæ eſt pars Sacramenti Baptiſmi, quatenus eſt ſignum ſenſibile, in quo fundatur ſignificatio Sacramenti Baptiſmi conſiſtit in Verbis exprimentibus actum Baptizandi, Baptizatum, Baptizantem, & Perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis; Probatur ex Chriſti inſtitutione dans enim formam prædicandi Euangelium Apoſtolis, dicit Matth. 28. Euntes docente omnes Gentes Baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; in quibus apparet neceſſitas verbi exprimentis actum per ly Baptizantes, apparet etiam per idem perſona Baptizans, & per ly eos Perſona Baptizata apparet tandem inuocatio Sanctiſſimæ Trinitatis; Dices cum Luthero Zuinglio, & Brentio cloaca Infernali; Illis Verbis docet Chriſtus, vt Baptizent gentes, at non dicit vt proferant illa Verba, nec valet dicere quòd non poſſunt Baptizare in nomine Trinitatis, niſi exprimunt Trinitatem, nam poſſunt certè Baptizare, & mente inuocare Trinitatem, vel exiſtimare, aut credere quòd Trinitas effectus ſuos Cauſet, dum Miniſter abluit, ſeu Baptizat igitur, nec illa, nec vllam aliud verbum eſt neceſſarium; ſicut quando dedit Apoſtolis Poteſtatem ligandi. Ioan. 20. dixit accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & tamen dum Catholici abſoluunt non proferunt illa Verba,

15 Reſpondetur ex Verbis litteræ vt iacent poſſe quidem ſic concludi, ex ſenſu autem, & inſtitutione Chriſti ipſiſmet Apoſtolis manifeſtata, & perpetuò in Eccleſia ex continuata traditione Apoſtolica retenta, & à Concilijs multis, & nouiſſimè à Tridentino recepta, ac declarata contrarium dicendum eſt Verba, ſcilicet illa determinatè eſſe proferenda, & confirmat Scotus, qui Concilia Generalia Florentinum, & Tridentinum, præceſſit ex Decreto, ſi quis extra de Baptiſmo (eſtquæ Alexandri 3. dicentis, ſi quis puerum ter in aqua merſerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & non dixerit; ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, puer non eſt Baptizatus. Ita Scotus in 4. diſt. 3. quæſt. 1. in principio; Hoc potuerunt declarare, & præcipere Apoſtoli, Eccleſia; Concilia Generalia, & Summus Pontifex, iuxtà promiſſum illis factum à Chriſto, cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos; Ioan. 16. omnem veritatem, maximè circa adminiſtrationem Sacramentorum; Non enim ſcripta ſunt omnia quæ docuit, & fecit Chriſtus ipſe, & per Spiritum Sanctum inſtruxit Eccleſiam ſuam ſcripta ſunt, & redacta in ſcriptis, ſed voluit eam ſicut auroram conſurgere, & creſcere ſucceſſiuè in cognitione cæleſtium Sacramentorum; Non eſt igitur mirum, quòd Chriſtus reliquerit Eccleſiæ determinationem prolationis Verborum formæ Baptiſmi,

16 Ex his colligitur in collatione Baptiſmi inuocandam eſſe explicitè Sanctiſſimam Trinitatem, ſub diſtinctis perſonarum nominibus. Ita Scotus in 4. diſt. 3. q. 2. & plures alij, quia ita fuit inſtitutum à Chriſto, Matth. 28. dum docuit formam eſſentialem, vt ea vterentur Apoſtoli, & Eccleſia dicens Baptizantes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & qui his noſtris temporibus aliter Baptizaret non conficeret Sacramentum Baptiſmi; Conceditur tamen in primitiua Eccleſia fuiſſe licitum (quia diſpenſandum) Baptizare, in nomine Trinitatis implicitè Baptizando tantùm in nomine Chriſti; Ita Scotus loc. cit. & alij; Probatur quia Apoſtoli ſic Baptizarunt, vt patet ex Actibus Apoſtolorum, c. 10. 19 quibus in locis expreſsè habetur fuiſſe homines Baptizatos in nomine Ieſu Chriſti; hoc autem

diſpenſatum fuit vt nomen Ieſus, quod tunc erat in opprobrium Iudæis potiſſimum haberetur in honore, quo habito Eccleſia reaſſumpſit formam inſtitutum à Chriſto, quam tanta puntualitate obſeruat, vt neque licitè, neq; validè poſſit baptizari homo inuocando ſanctiſs. Trinitatem nominibus originis, dicendo in nomine Genitoris Geniti, & inſpirati, vel vnam nomine originis alius nominib. relatiuis.

17 Tria ſunt baptiſmatum genera, ſcilicet fluminis flaminis, & ſanguinis eſt communis cum Scot. in 4. diſt. 4. q. 6. Baptiſmus fluminis eſt baptiſmus in aqua, & Verbis conſiſtens de quo hic agitur, Baptiſmus flaminis eſt votum, ſeu deſiderium Baptiſmi cum quis venit ad fidem, & deſiderat baptizari tamen adeſt impoſſibile ad vel quia deficit materia, vel miniſterio moriatur dicitur habere baptiſmum flaminis ſeu affectus; Baptiſmus ſanguinis eſt Martyrium, ſeu paſſio qua quis ob fidem Chriſti effundit ſanguinem; De duobus primis definiunt Generalis Concil. Florentinum, & Tridentinum anatema ijs qui dixerint non eſſe ad ſalutem neceſſarium Baptiſmum, vel eius votum, ſed hoc votum, ſeu affectus baptiſmi dicitur flaminis; De 3. baptiſmo loquitur Chriſtus Luc. 12. dum ait baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficeatur. Sed hoc ab eo perficiendum, & talis bibendus erat paſſio, ſeu martyrium cum ſanguinis effuſione, ergo datur hoc genus baptiſmi, ſeu medium conducens ad ſalutem, quod dicitur baptiſmus ſanguinis; Quæ baptiſmata licet debeāt originale, & actuale; remittant pęnam omnem, & cauſent gratiam iuſtificantem non tamen omnia ſunt vera ſacramenta, ſed tantum baptiſmus fluminis; de quo agit D. Paulus ad Epheſ. 4. vbi ait vnus Deus, vna fides, vnum baptiſmum; ſub intellige vnitate ſpecifica, quia non poteſt pluriſicari in diuerſas ſpecies.

18 Hinc à vera ratione ſacramenti communiter excluditur baptiſmus Ioannis de quo Scotus in 4. d. 2. q. 2. Non verum ſacramentum nouę ſunt reſtituta à Chriſto; ſed bāptiſmus Ioannis valuit ante prędicationem Chriſti; Item baptiſmus qui eſt ſacramētum neceſſario confertur ſub expreſſa & diſtincta inuocatione ſanctiſſimæ Trinitatis; & debet peccatum originale non ſic baptiſmus Ioannis; Item baptiſmus verum Sacramentum conferebat, & confert gratiam ſāctificantem ex opere operato; hic enim ipſemet Ioannes de ſe ſincere teſtatur dicens Marci 1. ego baptizaui vos aqua ille verò baptizabit vos ſpiritu ſancto, quaſi diceret, ait Gloſa Mat. 3. tantum corpora lauo quia peccata ſoluere nequeo vt ſicut naſcendo, & prædicando præcurro; ſic baptizando ad Chriſti baptiſma directum. Hinc baptizati baptiſmus Ioannis erant baptizandi baptiſmo Chriſti, ita Scot. in 4. d. 2. q. 2. quia præceptum Chriſti de baptiſmus in aqua, & ſpiritu ſācto erat generale, ait enim indefiniti, niſi quis ſenſus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Sed baptizati à Ioanne non erant baptizati in ſpiritu ſancto, vt ipſemet teſtatur dicens, ego baptizaui vos in aqua medius autem veterum, quam vos neſcitis baptizat vos in ſpiritu, & veritati; Hinc D. Auguſt. tract. 5. in Ioan. ait qui baptizati ſunt a Ioanne baptiſmus eis non ſufficit; ergo baptizandi erant baptiſmo qui ſufficiebat .ſ. Chriſti.

19 Baptiſmus Ioannis à Deo fuit inſtitutus, & à Ioanne tantum adminiſtratus; ita D. Bonau. in 4. diſt. 2 q. 1. probatur ex Ioannis 1. vbi habetur qui me miſit baptizare ille mihi &c. ergo Ioannes fuit à Deo miſſus ad baptizandum igitur à Deo fuit ſibi inſinuatum tale Baptiſma quod Miniſtrabat; Hoc baptiſmati ſolum adultos baptizabat Ioannes, hic Alenſis 4. p. qu. 6. memb. 6. art. 4. & ex Scoto colligitur, & probatur non baptiſmus Ioannis erat preparatio ad baptiſmū Chriſti, & pænitētiæ; ergo ij tantū illo indigebant qui pænitentię erant capaces, at ſolum adulti erant capaces pænitētiæ. Antecedens probatur nā Ioan. prædicabat baptiſmum pęnitentię in remiſſionem peccatorū, quoad culpam, & pęnam, ergo ſoli Adulti erāt capaces illius baptiſmi; Qui baptiſ. probabiliter omnino ceſſauit ad Io. fuit in carcere mācipatus cō au-

autem immediatè poſtquam Baptizauit Chriſtum. Iuxtà illud Ioan. 3. Venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum ad Iordanem cui Teſtimonium perhibuiſti; Ecce hic Baptizat, & de Ioanne ibidem parum ante dicitur, erat autem, & Ioannes Baptizans in Aennon, iuxtà ſalim, &c. qui vtebatur hac formam, in eum qui venturus eſt. Ita Alenſis 4.p. q.6. Membr.3. art.1.

20 Baptiſmus Chriſti fuit ab ipſo inſtitutus ante mortem. Ita Scotus in 4. diſt.3. q.4. Alenſis D. Bonauenturæ, & D. Thomæ; Nam Ioannis 3. dicit Nicodemo, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei, ergo iam inſtituerat hoc quod Nicodemo conſulebat, quòd fuit ante mortem; Certum tempus ante mortem aſſignari non poteſt in quo fuerit inſtitutus Baptiſmus. Ita Scotus vbi ſuprà; Nam nec Scriptura, nec traditio id docet ergo, patet conſequentia, quia Chriſti geſta affirmari, vel negari non poſſunt, niſi duce traditione, vel Sacra Scriptura, neque fuit tanta neceſſitas vt Euangeliſtæ id annotarent; Quamuis Baptiſmus vtilis eſſe incæperit ante mortem Chriſti, tamen non fuit neceſſarius nec obligauit, niſi poſt mortem. Scotus in 4. diſt. 3. q.4. & eſt Communis, quòd fuerit vtilis; Probatur nam Baptiſmus Chriſti ex quo incæpit ſemper fuit Sacramentum ſemper fuit vtilis, quòd verò non obligauerit ſatis patet, nam Lex tunc obligat quando promulgatur ſub præcepto; ſed ante mortem Chriſti Baptiſmus non fuit promulgatum ſub præcepto, ergo Baptiſmus tunc non obligabat, ſed ſolùm poſt mortem Chriſti cæpit ſolemniter promulgari, Matth. 28. cum dixit Apoſtolis, docete omnes gentes Baptizantes, &c.

21 Baptiſmi neceſſitas quoad omnes incæpit, ex quo peruenit ad eorum notitiam per authenticum præconem, nam quælibet Lex ex tunc incipit obligare ad finem ad quem conditur, ex quo authenticè manifeſtatur, ergo; Antecedens probatur, nam Legiſlator ideò legem promulgat vt obſeruetur; alius enim non eſt finis Legis, ſi autem non incipiat obligare, ex quo ſolemniter publicatur numquam inciperet, non enim poſſet aſſignari quando incipiat obligatio; Cum cæpit obligatio Baptiſmi ſub præcepto euacuata eſt Circumciſio, quoad fructum cæpitque eſſe mortifera; nam ex quo cæpit obligare figuratum, quòd eſt Baptiſmus cæpit eſſe ſub præcepto Lex Euangelica, ergo figura, id eſt Synagoga, & Circumciſio ceſſauerunt; Conſequentia eſt euidens ex fide, quia Euangelium ſucceſſit Legi ſcriptæ ſicut ſcripta naturæ; Dices, inquit Chriſtus ante mortem, Ioan.3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. ergo tunc cæpit obligatio, nam ex tunc incipit obligatio ex quo habetur Legis manifeſtatio. Reſpondetur negando conſequentiam, ad probationem diſtinguit antecedens ſi manifeſtatio Legis facta ſit ſub præcepto conceditur, ſi non negatur; Dices ſaltem Apoſtolos, & Diſcipulos obligabat, nam eis erat plenè manifeſtata; Reſpondetur negando aſſumptum, quia tunc pro eis etiam erat ſub conſilio.

22 Igitur Baptiſmus poſt promulgationem Euangelij eſt omnibus hominibus ab Adamo deſcendentibus neceſſarius ad ſalutem, eſt de fide, & Scotus in 4. diſt. 3. q. 4. ſi Baptiſmus reipſa non eſt poſſibilis ſufficit eius votũ; Prima pars, probatur ex illo iam repetito Chriſti dicto, Ioan.3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, poſt eius promulgationem ſufficientem, &c. Probatur ſecunda pars, nã Baptiſmus flaminis aliud non eſt niſi votum Baptiſmi, ſed talis Baptiſmus ſufficit ad ſalutem, cum nemo teneatur ad impoſſibile; Cum Chriſtus dum vniuerſaliter profert Baptiſmi neceſſitatem, niſi quis renatus, &c. includit etiam paruulos eſt de fide, ex Trid. ſeſſ.7. Can.12 13.14. nam remedium contra Originale eſt omnibus hominibus etiã paruulis neceſſarium, nec vlla apparet contrarietas, nec eſt expectanda ætas adulta, quia ſic ſalus paruuli exponeretur periculo damnationis; Dices. In Matrimonio Carnali

nali requiritur conſenſus proprius, ergo etiam in Baptiſmo, qui eſt Matrimonium ſpirituale; Reſpondetur ex Scoto in 4. diſt. 4. q. 4. Negando conſequentiam, quia Baptiſmus eſt potiùs adoptio quam Matrimonium; quia Matrimonium ad plura obligat, quibus nullus inuitus poteſt ſubijci, ergo requiritur proprius conſenſus.

23 Eccleſia adhuc non determinauit, quo tempore vitæ teneatur adultus ad Baptiſmum, neque fuit neceſſarium cum quilibet ex notitia fidei à ſemetipſo cognoſcat tempus obligationis; Probatur prima pars, nam nullibi legitur facta talis determinatio, ſeu declaratio Diuini præcepti; Secunda pars probatur; nam Infidelibus Eccleſia non præſcripſit tempus, in quo tenerentur ad fidem, ſiuè internam, ſiuè externam, ergo non eſt mirum quòd non præſcripſerit Adultis tempus obligationis ad ſuſcipiendum Baptiſmum, quia vtrobique ſufficientem præſcriptionem, ac legem habet homo in corde de hoc agibili; Dictatio enim ius Diuinum naturale ſtatim, ac Deus loquitur eſſe ei Credendum, ſicut, & ſummè diligendum, & in omnibus obediendum, & remedia propriæ ſalutis omni celeritate procuranda ob contingentiam periculorum damnationis; Poteſt tamen Eccleſia determinare tempus Baptiſmi ſuſcipiendi ab adultis; qui veniunt ad fidem; nec obſtat dicere Eccleſia non habere Poteſtatem, & Iuriſdictionem in Infideles; Nam Eccleſia declarans tempus Baptiſmi, non conderet Legem ſuper Infideles, ſed Diuinam Legem declararet, vnaquæ eſſet lex Baptiſmi eiuſque declaratio, ipſius ſcilicèt Dei Legislatoris; ergo Eccleſia in hoc non vſurparet indebitam auctoritatem, ſed potiùs interpretaret Diuinam voluntatem, & Diuinam Legem Infideli proponeret obſeruandam.

24 Tactum eſt ſuperius, & hic recolitur; In adultis, neceſſitas Sacramenti Baptiſmi, ſi adſit impoſſibilitas huius in re poteſt ſuppleri per votum eius Scotus in 4. d. 2. q. 6. Cùm Communi ſententia; Probatur ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 7. Can. 4. dicente anathema iјs, qui poſt promulgatum Euangelium dixerint poſſe aliquem ſaluari ſine Baptiſmo, vt eius voto, ergo videtur de fide, quòd votum Baptiſmi ſuppleat eius vices, quoad neceſſitatem ad ſalutem, quia Deus non obligat ad impoſſibilia; Illud autem votum non ſufficit implicitum, ſed requiri tum explicitum; Probatur ex eodem Concilio; quòd vult declarare neceſſitatem Baptiſmi, & ſubiectionem ad eum poſt promulgationem Euangelij, ergo votum eius explicitum deſiderat; quia ſubiectio ad Euangelium reſpicit realem, & actualem obligationem quæ vix intelligi poteſt in aliquo implicita; Ad ſuppletionem Baptiſmi fluminis in Adultis requiritur, vel contritio, vel attritio; nam ſuppletio Baptiſmi in re ſufficienter habetur ſi votum eius habetur, ergo eędem prorſus diſpoſitiones in hoc, & illo requiruntur, ſed ad Baptiſmum in re ſufficit contritio, vel attritio, ergo etiam ad alium; eo vel maximè, quia ex nullo Scripturæ, aut Conciliorum loco deducitur neceſſitas contritionis ſemper cum eſt Impoſſibilitas Baptiſmi, ergo non debet homo ad hanc ligari, ſed ſufficit attritio.

25 Item Adultus poteſt ſupplere neceſſitatem Baptiſmi fluminis per Martyrium dummodo adſit impoſſibilitas Baptiſmi; Ita Scotus in 4. diſt. 14. q. 1. D. Bonau. in 4. diſt. 14. art. 2. q. 2. & Communis; Probatur ex Verbis Ieſu Chriſti, dicentis Lucæ 12. & Marci 8. qui perdiderit Animam ſuam propter me, & Euangelium ſaluam faciet eam; Hoc autem Martyrium debet ſubſtineri motiuo fidei, vel Charitatis; Probatur prima pars, iјſdem Verbis. *Lucæ* 12. & Marci 8. qui perdiderit Animam ſuam propter me, & Euangelium ſaluam faciet eam, quibus in locis confeſſioni fidei, & defenſioni Euangelij promittitur ſalus, & vita æterna; Secunda pars, patet nam ſi ob amorem Dei humana deſpiciantur, & inde acciderit mors proculdubiò ſuſtinetur Martyrium ex motiuo Charitatis; Martyr ſi ſuper viuat tenetur ad Baptiſmum fluminis, nam nullus eximitur à præcepti obſeruantia, ſi Lex eſt Generalis; ſed Lex

Baptiſ-

Baptiſmi eſt talis, dicit enim Chriſtus abſolutè, niſi quis renatus fuerit, ergo &c. Item Martyr ſuper viuens tenetur ad obſeruantiam mandatorum omnium, ergo etiam ad præceptum Baptiſmi; Item ſequeretur iuſtificatum per Baptiſmum flaminis teneri ad Baptiſmum fluminis; Probatur ſequela non ex alio capite eximeretur Martyr, niſi ex iuſtificatione præſuppoſita.

26 In Paruulis neceſſitas Baptiſmi poteſt ſuppleri per Martyrium in odium fidei. Ita Scotus in 4. diſt. 4. q. 3. cum D. Bonauentura in 4. d. 4. q. 2. & D. Thoma in 2. 2. q. 124. art. 1. ad primùm, & conſenſu totius Eccleſiæ id ſuſtinentis, & ratio eſt, quia paruuli ſunt capaces Baptiſmi, ergo etiam Martyrij; Conſequentia probatur ſuſceptio Baptiſmi in Paruulo, abſque vllo actu, aut Paſſione mouet Deum ad delendum Originale, & iuſtificandum ergo, multo magis pœna, & mors perpeſſa ex odio Dei, excepto Martyrio non datur aliud remedium pro paruulis ad ſupplendum defectum impoſſibilitatis Baptiſmi; nam neque eſt Scriptura, neque ex traditione, neque naturæ lumine apparet hoc aliud remedium, ergo &c. Confirmatur quia cum ſit medium ad ſalutem Eccleſia non fuiſſet adeò negligens, vt illud non docuiſſet, quo indigentiæ Paruulorum ſubueniretur à parentibus; ergo ſignum eſt aliud non dari; Confirmatur ex D. Auguſtino adducto à Scoto in 4. d. 4. q. 1. de fide ad Petrum, dicente firmiſſimè tenet, Paruulos qui ſine Sacramento Baptiſmi de hoc ſæculo tranſeunt æterno ſupplicio puniendos, quia Originale peccatum in carnali Conceptione contraxerunt, ergo nullum pro eis apparet remedium, cum dicit D. Auguſtinus, eos æterno ſupplicio puniendos, intellige de ſupplicio pœnæ damni non de ſupplicio pœnæ ſenſus.

27 Quilibet homo eſt capax Baptiſmi; Ita Scotus in 4. d. 4. q. 1. & Communis; quia Sacramenta ſunt inſtituta ad ſalutem hominis Viatoris; Et ne dum homo adultus, ſed & Paruulus eſt capax Sacramenti Baptiſmi eſt de fide, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. Can. 12. & 13. & ante ipſum id docuit Scotus, loco citato contra Anabaptiſtas; requiritur quòd ſit homo; nam Animal, & quodcumque irrationali eſt incapax Baptiſmi, quoad eſſentiam, & quoad effectus, quia eſſentia, & effectus Sacramenti ex inſtitutione Chriſti reſpicit hominem, & hominis ſalutem, ergo homo ſolus eſt capax Baptiſmi, in quo ſolo ſubiectantur effectus ſcilicèt gratia Sacramentalis, & Character; In pueris, & ratione perpetuo non vtentibus nulla requiritur diſpoſitio ad recipiendum Baptiſmum in ratione Sacramenti. Ita Scotus loco citato, nam omnes prædicti ſunt incapaces diſpoſitionum, ergo in eis non ſunt neceſſariæ; Probatur conſequentia, quia Deus non obligat ad Impoſſibile; Antecedens probatur, quia diſpoſitiones requiſitæ ſunt actus morales directi à ratione, ſed tales non ſunt capaces talium actuum; In adulto vtente ratione ad ſuſcipiendum Baptiſmum ſecundùm eſſe Sacramenti requiritur ad minimum voluntas illius actualis, vel virtualis; Ita Scotus, quia qui Baptizatur cum vſu rationis obligatur ad ſeruandam Chriſti Legem, & directè, & coactè, ergo requiritur eius conſenſus.

28 Talis conſenſus ſufficit virtualis, vt Baptiſmus ſecundùm eſſe Sacramenti ſuſcipiatur, nam Impoſſibile eſt homini in qualibet funtione non diſtrahi, ergo cum voluntate virtuali poteſt ſufficienter Baptiſmus ſuſcipi; Antecedens conſtare poteſt experientia, confirmat autem Scotus per D. Auguſtinum, lib. 3. de libero arbitrio, non eſt inquit in poteſtate noſtra quin viſis tangamur; Ad recipiendum Baptiſmum reipſa, ideſt cum effectu; nulla in paruulis eſt neceſſaria diſpoſitio, ſed ſufficit capacitas phyſica eſt Communis contra Hæreticos noſtri temporis, qui fidem etiam dicunt adeſſe in Paruulis, ſed à nobis non cognoſci; Concluſio eſt Scoti in 4. diſt. 4. antequam Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. Canon. 13. & 14. definiret hanc veritatem, & contra Hæreticos patet experiētia, & conſtat, nec paruulum in

ſe, nec Miniſtrũ, aut alios aſtantes cognoſcere actum aliquem internum Paruuli, & tamen de fide eſt paruulos per Baptiſmum iuſtificari; Idem dic in Adultis amentibus, & furioſis perpetuo; In Adultis ratione vtentibus ad recipiendum Baptiſmum, & rem primò requiritur fides actualis; Ita Scotus loco citato, & probatur Verbis ipſius Chriſti Inſtituentis, Matth. 28. Qui crediderit, & Baptizatus fuerit ſaluus erit, qui non crediderit condemnabitur, patet etiam ex Concilio Trid. ſeſſ. 6. Can. 3.

29 Fides illa requiſita vt diſpoſitio eſt fides ſupernaturalis, ex Scoto in 3. diſt. 23. q. vnica, ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 6. Can. 3. fit enim Spiritus Sancti adiutorio; nam fides illa eſt de obiecto ſupernaturali, & eſt a principio ſupernaturaliter adiuto. Item fides illa diſponit iuſtificationem, & gratiam, ergo eſt ſupernaturale donum, & auxilium, eſt enim Semipelagianum dicere hominem ex naturalibus actibus poſſe ſe diſponere ad gratiam; Fides explicita neceſſaria in talibus adultis debet eſſe de obiectis, quorum capaces ſunt Catechumeni ad minimum autem de Trinitate, Incarnatione, & æterna Beatitudine; patet ex Chriſti oraculo, docete &c. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; deindè ait qui crediderit, & Baptizatus fuerit ſaluus erit, ergo ad minimum eſt vnum ex credendis, antequam quis Baptizetur; Ex parte voluntatis in Adulto Baptizando, vt rem Baptiſmi recipiat requiritur aliquis actus pænitentiæ, ſi habeat peccatum perſonale; Scotus autem ſi ſolùm Originale apertè colligitur ex Scoto in 4. diſt. 4. q. 5. vbi ait ſi habet aliquod peccatum mortale in actu, vel præteritum igitur de proprio loquitur; nam mortale Originale ſemper ſupponitur in Baptizare; Probatur ex actibus Apoſtolorum, cap. 2. vbi habetur pænitentiam agite, & Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in Nomine Domini.

30 Secundò ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 6. cap. 6. vbi de præparatione ad iuſtificationem per Baptiſmum agens inter alia dicit mouentur adverſus peccata per odium, & deteſtationem hoc eſt per eam pænitentiam, quàm ante Baptiſmum agi oportet; Hic autem actus pænitentiæ requiſitus in adulto ad recipiendam rem Baptiſmi, non debet neceſſariò eſſe contritio, nam neque lege naturali, neque poſitiua apparet neceſſitas contritionis, ergo &c. Antecedens probatur licèt extra Sacramentum neceſſe ſit elicere actum doloris de offenſa Dei ad reconciliationem cum eo; poſito tamen Sacramento quòd eſt medium deletiuum peccati ceſſat neceſſitas prioris medij, ſufficit ergo ſi ſit attritio, nam in Sacramento pænitentiæ ſufficit attritio, ergo etiam in Baptiſmo; Antecedens probabitur infrà ſuo loco, ergo etiam in Baptiſmo; Probatur Cõſequentia; Ita eſt Sacramentum mortuorum ſicut pænitentia, ergo ſi ad ſuſcitandum mortuum in in peccato ſufficit attritio in pænitentia ſufficit etiam in Baptiſmo, alias neutrum ſuſcitaret iam mortuũ, aut primã gratiam Cauſaret; ſed viuũ per gratiam ex cõtritione cauſatam ſupponeret & eam augeret tantũ; Immò neq; Miniſtri eorũ à peccatis abluerent, aut abſoluerent ſed ablutos, & abſolutos inuenirẽt.

31 Talis attritio debet eſſe ex motiuo, vel fine aliquo ſupernaturali. Ita Scotus in 4. diſt. 14. q. 3. nam eſt diſpoſitio ſupernaturalis ad formam ſupernaturalem, ergo ex motiuo ſupernaturali; Probatur ex Cõcilio Tridentino, ſeſſ. 6. Can. 3. docente fidem dilectionem pænitentiam, & cæteros actus diſponentes fieri ex ſpeciali Spiritus Sancti gratia, & adiutorio, ergo ſupernaturalis eſt; Dices ſi talis actus pænitentiæ requiritur ad recipiendum Baptiſmũ cum re, ergo Baptiſmus non iuſtificat ex opere operato; Conſequentia probatur ablato actu pænitendi non habetur iuſtificatio; Aliud enim non eſt iuſtificare ex operato, niſi non requiri opus operantis. Reſpondetur negando conſequentiam: Ad probationem diſtinguitur antecedens illo ablato tamquam diſpoſitione morali conceditur illo ablato tamquam Cauſa effectiua iuſtificationis negatur; Pro quo valdè notandum eſt, quod illi

actus

actus pœnitentiæ virtutis, ſcilicèt attritio, vel contritio, qui aliud non ſunt, niſi deteſtatio, & odium peccati non mærentur de condigno gratiam, & iuſtificationem, quia imperfecti ſunt, & improportionati ſunt ad eas, & alias gratias, & donũ non eſſet, ideoque non iuſtificant Baptizatum ex opere operantis, ſed ſunt quædam à Deo prærequiſita, vt Sacramentum in ſubiecto non inueniat obicem.

32 Paruuli in Matris vtero totaliter exiſtentes non ſunt capaces Sacramenti Baptiſmi. Ita Scotus in 4. diſt. 4. q. 3. cum alijs pluribus Doctoribus Scholaſticis; Probatur ab eodem ſic Baptiſmus eſt ablutio, ſeu tinctio, vel immerſio in aqua, ſed exiſtens in vtero non poteſt tingi aſpergi, vel immergi ergo; Confirmatur ex Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. ergo ſupponitur Natiuitas, at non ex alio capite ab intrinſeco (ſuppoſita inſtitutione) niſi quia non natus, non poteſt ablui, & Sacramentum hoc eſſentialiter ex hac materia proxima conſtat vt viſum eſt, addit D. Bonauentura, quia talis non cognoſcitur ab Eccleſia; Quòd ſi apparet aliqua pars paruuli exiſtentis in vtero, vel principalis, vel minus principalis ſi vrgeat neceſſitas poteſt in illa parte exiſtens in Vtero Baptizari. Ita Scotus vbi ſuprà; Probatur à pari cum in die Pentecoſtes, tria millia fuerunt Baptizati. Actuum 2. non eſt credibile in toto corpore factam eſſe abſolutionem, ſed eſt veriſimile in facie fuiſſe aſperſos, ergo abſolutio pueri in capite, vel manu (cum in his membris ſit tota Anima; ſufficit ad Baptiſmum, eo vel maximè, quia ad ablutionem ſatis eſt, quòd aqua in ablutione aliquo modo fluat.

33 Si præcaueri poteſt vt paruuli Infidelium quorumcumque non occidantur à Parentibus ob ſuſpicionem ne Baptizentur, & ſit aliqua certitudo tales infantes eſſe Chriſtianæ educandos poſſunt Principes licitè eos inuitis parentibus Baptizare; nam tenentur Principes zelare cultum Dei ſupremum, ergo licitè poſſunt filios infidelium inuitis Parentibus Baptizare; Conſequentia probatur, maxima quidem irreuerentia fit Deo cum nomen eius tota die, vel dicto, vel facto Blaſphematur, & eius lege publicata permittitur Sectam augeri eorum, qui eum ſunt Blaſphematuri, ergo poteſt Princeps illos Baptizare, & hoc malum euitare clauſulis præmiſſio; Scotus de hac re in 4. diſt. 4. q. 9. pro notitia clara huius rei aduertendum eſt Infideles eorumque filios multiplicis generis eſſe, quidam enim ſunt, qui numquam fidem Chriſti ſuſceperunt, vt Pagani, ſeu Gentiles, & ipſi Iudæi, quidã ſuſceperunt eam, & Baptizati ſunt, ſed poſteà totaliter fidem Chriſti relinquerunt, & ad Mahometiſmum, vel Ethniciſmum, aut Iudaiſmum conuerſi ſunt, & iſti dicuntur Apoſtatæ quidam baptizati ſunt, & fidem quoad aliquem articulũ reliquerunt, & hi Hæretici dicuntur; Quidã omnes articulos credunt, ſed ſupremã Romani Pontificis auctoritatem non agnoſcunt, & hi dicũtur Schiſmatici; hic eſt Sermo de illis duobus primis, nò verò de tribus vltimis, quia iſti eodem modo ſubſunt Iuriſdictioni Eccleſiæ ſicut Catholici, & quòd de iſtis dicitur de illis etiã tenendũ.

34 Fictus recipiens Baptiſmum nullum Sacramenti effectum recipit, nec Characterem, nec gratiam; Scotus in 4. diſt. 4. q. 5. ſed notandum eſt, quòd fictus ille propriè dicitur, qui aliud demonſtrat exterius dicto, vel facto, aliud tamen interius habet in Animo; Fictus recipiens Baptiſmum, dupliciter dicitur; Primò vt demõſtret aliquid ſi velle, quòd Eccleſia dat per illam ablutionẽ, ſed in animo aliud nõ vult in ea niſi ſimplicẽ balneationẽ, & iſte Adultus, nec Baptiſmũ, nec rem Baptiſmi recipit; Secundò ſi quis verè velit internè etiã quòd petit tamen nõ eſt diſpoſitus ad recipiendum, vel quia habet peccata, de quibus eum non pœnitet, vel ſi non habeat peccata præterita non retractata aliquòd actu cõmittit dum Baptiſmũ recipit; Fictus primo modo nullum effectũ recipit vt dictũ eſt; nã talis fictus non vult Baptiſmũ, ergo nullum eius fructũ recipit; Fictus ſecundò modo eſto non recipiat gratiam

reci-

recipit tamen Characterem; Probatur ex praxi Eccleſiæ Hæreticus ſi fuit in adulta ætatem Baptizatus cum ad Catholicam Eccleſiam venit non rebaptizatur, ſed ſolùm cogitur abiurare ſua falſa dogmata, & admittitur ad ſuſcipienda alia Sacramenta, ergo ſignum eſt quòd per Baptiſmum recepit Characterem tamquam fundamentum.

35 Fictus primò modo, vt recipiat effectum Baptiſmi, ſcilicèt Characterem, & gratiam ſeruatis ſupradictis eſt rebaptizandus. Ita Scotus, & alij, nam ad recipiendum effectum alicuius Sacramenti requiritur ſuſceptio eiuſdem Sacramenti cum debitis requiſitis, quod talis fictus non recepit; licet fictus primò modo nullum effectum Baptiſmi receperit Poteſtatem cogi ad ſeruandam Legem Chriſti, ſicut de contrahente Matrimonium fictè, & cognoſcente carnaliter coniugem præſumitur affectu maritali cognouiſſe, & ideò tenetur ad ſtandum Matrimonio; ſic Baptizatus fictus in facie Eccleſiæ præſumitur voluiſſe verè Baptizari, atque adeò rationabiliter Eccleſia poteſt cogere eum ad ſeruandam Legem Chriſti; Accedens ad Baptiſmum ficte, Secundò modo poteſt recipere gratiam, ſi poſt Baptiſmum de fictione doleat. Ita Scotus D. Bonauentura, Alenſis, & Communis; Probatur à Concilio Tridentino, ſeſſ. 6. cap. 6. docente ad effectum Baptiſmi recipiendum requiri pænitentiam, nempè contritionem, vel attritionem. D. Quoque Bonau. dicit, quia peccatum regulariter non poteſt ſtare cum gratia, ergo quoties non remouetur peccatum fictus non recipit gratiam, quòd omninò remoueri non poteſt, niſi per dolorem pænitentialem, qui eſt contritio, vel attritio.

36 Omnes tenentur ad Baptiſmum, ſiuè iuſtificati, ſiuè non, ſiuè illo modo iuſtificati, ſiuè hoc; Ita Scotus in 4. diſt. 4. q. 5. Probatur à Scoto, lex Baptiſmi eſt vniuerſalis, & vniuerſaliter prolata, ait enim Dominus, niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Docete omnes gentes Baptizantes eos, &c. Item Circumciſionis tempore Sanctificatione in Vtero adhuc Circumcidebantur, patet de Hieremia, & ipſe Chriſtus Dominus, qui non tenebatur ad Circumciſionem; voluit Circumcidi quamuis eſſet Sanctiſſimus, & Beatiſſimus, ergo à pari iam iuſtificati etiam in vtero tenebantur ad Baptiſmum; Item Apoſtoli, & ipſa Beata Virgo fuerunt Baptizati, & poſt iſtud factum Chriſtus ordinauit Apoſtolos Sacerdotes, ergo Character Baptiſmi præceſſit Characterem ordinis Sacerdotalis, ergo & Baptiſmus præceſſit Sacerdotium ſi obijcias, ex Scoto ibi, talis Baptiſmus eſſet fruſtrà, quia peccatum iam eſſet deletum, & collata gratia, ergo non eſt requirendus; Reſpondetur negando antecedens, & ad probationem dicitur, quòd conferretur aliquis alius gradus gratiæ.

37 Petes, ſi eſſet in termino; Reſpondetur caſum eſſe metaphyſicè poſſibilem, quia intrinſecè non repugnat, tamen non eſt moralis, quia excepto Chriſto, qui habuit ſummam gratiam ex Priuilegio ſingulari, quia caput totius Eccleſiæ; Idem proportionaliter dicendum, ſi teneretur de B. Virgine, quòd in Conceptione *filij* habuiſſet plenitudinem gratiæ ad quàm in tota vita poterat, ac debuerat ex de prædeſtinatione eleuari; Cæteris in determinato gradu conceditur gratia, & conſequenter poteſt augeri; Dices adhuc contumelia fieret Sacramento, quia redderetur falſum ſignum, nam eſſentialiter eſt ſignum efficax gratiæ ſanctificatus autem ſua opera, ac vitio redderet illud falſum; quòd ſi dicas Cauſaret aliquos gradus gratiæ contra non cauſaret ex opere operato, ſed vt meritum; Secundò quia eſſet ſaltem falſum quoad deletionem Originalis; Reſpondetur dicendo talem Baptiſmum & ex opere operato gradus aliquos gratiæ Cauſare, & ex meritò, quia actus obſeruantiæ eſt ab exiſtente in gratia exhibitus, ergo meritorius, & dato caſu quòd iam in termino eſſet gratia, adhuc inquit Scotus eſſet ſignum verum gratiæ, quæ ineſſet. Ad ſecundùm de Originalis deletione dicitur, quòd oſtenderet deletú.

38 De

38 De facto quodlibet ſuppoſitum Intellectuale humanum, quòd non ſit mutum, vel mancum, ſi ratione vtatur ſitque Viator poteſt adminiſtrare Baptiſmum; Ita in caſu neceſſitatis intelligi. Ita Doctor ſubtilis in 4. diſt 6. q. 1. D. Bonauentura in 4. diſt. 5. art. 1. q. 1. Probatur ex praxi Eccleſiæ, quæ fidei eſt Magiſtra, quæ quidem non rebaptizat Baptizatos à quocumque dummodò forma Eccleſiæ fuerit vſus; ex officio licitè miniſtrat Epiſcopus; Ita Scotus ibidem; Nam Apoſtolis dictum eſt euntes docete, &c. Baptizantes eos, &c. Apoſtolis autem ſucceſſerunt Epiſcopi ergo; Item illis primò, & per ſe competit oues in Chriſti cauſam aggregare, qui ſunt Paſtores, ſed Epiſcopi ſunt Paſtores; Secundò ex officio licitè miniſtrat Baptiſmum etiam Sacerdos non virtute ordinis præcisè, ſed ex delegatione, ſeu conſenſu Epiſcopi, & mediante officio Parochiali, ſic enim participat poteſtatem Epiſcopi. Idem dicendum de Diaconis ſeruatis eiſdem requiſitis; Ita colligitur ex D. Bonau. & Scoto; Probatur ex praxi Actuum 8. Philippus Diaconus, ne dum habuit poteſtatem Euangelizandi, ſed, & Baptizandi quia ibi dicitur; Cum verò credidiſſent Philippo Euangelizanti de Regno Dei in nomine Ieſu Chriſti Baptizabantur, vide textum citatum.

39 Adminiſtrandum validè Baptiſmum ſolùm requiritur, vt proferantur Verba cum intentione faciendi quòd facit Eccleſia, & ablutio fiat ab exiſtente in fide, & gratia, ſiuè à quolibet peccatore. Ita Scotus in 4. diſt. 5. q. 1. & alij plures, & probatur ab eodem; nam iniuſtum videtur aliquem puniri pro iniquitate alterius, cui ipſe non communicat, ſed ſi malitia miniſtri impediret validitatem Baptiſmi, iam ſuſcipiens puniretur de Iniquitate Miniſtri, huic rationi annuit, D. Bonauentura; Adminiſtrandum licitè Baptiſmum requiritur in Miniſtro fides, & gratia; De fide patet, nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Hebr. 11. ergo vt opus Baptizandi Deo placeat, ſitque licitum debet à fide procedere, ſcilicèt ab exiſtente in fide; De gratia probatur nam præceptum Diuinum eſt nedum naturale, ſed etiam poſitiuum detractando Sancta Sanctæ ad hoc enim dictata, & inclinat Religio ex ipſo naturæ lumine ſuppoſita cognitione, ſicut ad credendum ſi Deus loquatur, & ad amandum ſi cognoſcatur. Præceptum verò poſitiuum, patet ex Pſalmo 100. ambulans in via Immaculata hic mihi miniſtrabat, ideſt miniſtrabit ex phraſi Scripturarum, potiſſime Iſaiæ, qui totam Chriſti Paſſionem in præterito deſcribit, & prædicit in cap. 53.

40 Eadem perſona non poteſt ſeipſum Baptizare, ſed inter Miniſtrum Baptiſmi, & Baptizatum requiritur perſonalis diſtinctio; Patet ex inſtitutione Baptiſmi, Chriſtus enim dans præceptum Prædicationis ait; Ite docete omnes gentes Baptizantes eos, vbi exprimitur Miniſter in ſecunda perſona, Ite, & ſuſcipiens in 3. per eos, ergo debent eſſe diſtinctæ Perſonæ; Vnus Miniſter poteſt plures ſimul Baptizare eos aſpergendo, & formam debitam in plurali exprimendo. Ita Scotus in 4. diſt. 6. q. 2. art. 3. Probatur ex praxi miſſionum in quibus fuerunt plures, quorum quislibet ſimul plurimos, ſimul Baptizaſſe leguntur, in quo caſu, ideſt ſi vnus Baptizaret plures eſſent, plures Baptiſmi, vt docet Scotus loco citato, quia nihil obſtare videtur dummodò Baptizans habeat intentionem faciendi, quòd facit Eccleſia in ſimilibus Caſibus, & debitam materiam, tàm propinquam, quàm remotam applicet ad perſonam Baptizandam cum debita prolatione Verborum in numero plurali expreſſa, quæ forma ſic prolata æquiualet tot prolationibus, quot eſſent, ſi ad quamlibet perſonam propria prolatio dirigeretur.

41 Abſque extremo neceſſitatis caſu non licèt vti tali forma, neque plures ſimul Baptizare; Nam illicitum eſt mutare formam Eccleſiaſticam, niſi in eo caſu, pro quo diſpenſat Eccleſia, quæ formam determinat, ſed in ſolo caſu neceſſitatis præſumitur Eccleſiam diſpenſare ordinariam formam ergo; ſi duo ita Baptizent

vnum,

vnum, ſit alter immergat alter verò formam proferat, ego te Baptizo Sacramentum non conficitur, & qui abluitur non eſt Baptizatus; Scotus vbi ſuprà, & probat; Nam ille actus eſt contra inſtitutionem Chriſti, nam eiſdem Apoſtolis, quibus præcipitur vt doceant præcipitur vt Baptizent in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ergo iſdem debet abluere, & Verba proferre; Item ſi vnus ablueret, & alter Verba proferret, forma eſſet falſa, ergo non eſſet forma Sacramentalis igitur neque Sacramentum; Prima ſequela probatur; proferens Verba ſignificaret ſe Baptizare, quòd tamen non eſſet verum, quia alius Baptizaret, at Oratio Sacramentorum verorum non debet eſſe falſa ergo; Dices tales poſſunt vti hac forma nos te Baptizamus, quia lij nos non geminat ſuam ſingulare, ſed primam, & alias perſonas; Reſpondet D. Bonauentura, neque talem eſſe veram formam, ratio eſſe poteſt, quia adhuc falſa eſt oratio, cum includatur in eo numero illa qui non Baptizat.

42 Si plures vnum Baptizent, ita vt omnes ſimul abluant, & ſimul verba incipiant, & finiant cum intentione faciendi Sacramentum non ſolùm faciunt verum Baptiſmum, ſed & effectus omnes Baptiſmi in ſuo ordine Cauſandi efficiunt ſi ſubiectum ſit diſpoſitum; Probatur prima pars, ſi vnum tantum ablueret, & Verba diceret faceret Sacramentum, ergo quòd alij dicant cum eo non deſtruunt factum ab eo; Probatur conſequentiam, additio huius ſecundi non deſtruit, nec formam, nec materiam, nec intentionem primi, ergo nec Sacramentum Baptiſmi quòd ex illis tribus conſtat; Probatur ſecunda pars; Verum Sacramentum in ſubiecto diſpoſito applicatum cauſat effectus ſibi proportionatos, ſed in tali actu Baptizandi à multis circa vnum datur verum Sacramentum, vt probatum eſt ergo, & effectus illius; In tali caſu non eſſet vnus Baptiſmus, ſeu vnum Sacramentum, ſed plura. Ita Scotus in 4. diſt. 6, q. 2. Probatur ſunt plura ſigna ſenſibilia inſtituta in Sacramentum Baptiſmi, ergo plures Baptiſmi; Antecedens ſupponitur ſunt plures ablutiones plures formæ pluresque intentiones ergo; Conſequentia probatur; Ad numericam multiplicationem prædicatorum quidditatiuorum multiplicantur numero conſtituta per ipſa, quodlibet enim habet ſua prædicata numero diſtincta.

43 Eſt illicitum, & peccaminoſum modo prædicto Baptizare, nam quod fit contra determinatum ritum Eccleſiæ Romanæ eſt illicitum, ſed talis eſſet illi Baptiſmi collatus à pluribus ergo; Minor eſt ſuperius probata ſi plures totam formam, & materiam applicent vnus tamen priùs alio formam compleat cum ſufficienti materia ille tantùm eſt Cauſa effectuum Baptiſmi. Ita Communiter Theologi; nam ille exequitur totum quòd eſt neceſſarium ad Baptiſmum, ergo ille ſolus cauſat effectus illius patet conſequentia; Quilibet Miniſter ponens totum id, quod ad Sacramentum eſt neceſſarium Cauſat Sacramentum, & ſuo modo effectum eius; Alij verò nihil faciunt, quia inueniunt factum; ſi pluribus Baptizantibus vnum cum tota forma, & materia à quolibet *applicatis*, vnus tamen ita ſe haberet, vt non intenderet facere, niſi alij faciunt, vel eamdem habeant intentionem ipſe nihil facit, nec Sacramentum, nec effectum, neque alij ſi eodem modò intendans, ſed ille ſolùm qui intenderet abſolutè, & independenter probatur facilè Sacramentum dependet eſſentialiter à forma, & intentione abſoluta Miniſtri, neque aliquid externum expectat à quo compleatur ergo, qui cum illa conditione Baptizat nihil facit.

44 Simultas inter formam, & materiam Baptiſmi non debet eſſe tanta, vt ab eodem inſtanti extrinſeco temporis ambæ incipiant poni, & in eodem inſtanti extrinſeco completiuo, alicuius temporis inter medij debeant compleri. Scotus in 4. diſt. 6. q. 3. nam miniſtratio Sacramenti eſt actus humanus morali modò exercendus, ergo non exigit dictam ſimultatem; Antecedens probatur, nam à Viatore dependenter à ſenſibus operante debet fieri; ſi

multas

multas cum immediata ſucceſſione non ſaluat valorem Sacramenti, ſimultas requiſita inter materiam,& formam Baptiſmi talis eſſe debet vt ſaltem, quando applicatur vna non ſit totaliter expleta altera,& è contrà,itaut in aliquo tempore ſaltem pars vnius ſimul exiſtat cum parte alterius eſt Scoti in 4. diſt.6 q.3. & facilis eſt probatu, nam niſi talis ſimultas dicatur neceſſaria ſequitur formam eſſe falſam quòd eſt abſurdum.

45 Nulli Miniſtro, ſiuè ex officio, ſiuè non licèt iterùm Baptizare ritè Baptizatum, eſt Communis de fide, Scotus in 4. diſt.6.q.7. vbi adducit D. Auguſtinum ad Maximum, & ponitur diſt. 4. Conſecrat. qui ait Rebaptizare Hæreticum, qui hoc ſanctitatis ſignum recepit omnino peccatum eſt Catholicum verò immaniſſimum ſcelus eſt, eodem modo eſt illicitum Miniſtro iterare baptiſmum ex ignorantia Craſſa, & vincibili nulla facta diligentia an ſuſcipiens ſit baptizatus, nec ne eſt comunis tantam ſit, nam Ignorantia vincibilis, & craſſa non excuſat à Culpa, & ab obſeruatione alicuius præcepti eſt comunis ſententia, ergo non excuſat à culpa iſtius; ſecus eſt ſi facta diligentia reperiatur non baptizatus etiam ſi in rei veritate baptizatus ſit, & baptiſmus petatur; In dubio facti etiam facta diligentia tutius eſt baptizare ſub conditione, vel explicita vel mente retenta, ita Scotus in 4. d.4. q.3. & 8. eundem culpam incurrit rebaptizatus, ſiuè ſcienter, ſiue dubia cum ignorantia craſſa nam eandem irreuerentiam, & iniuriam irrogat Sacramento. Eſt etiam illicitum formam, & materiam baptiſmi applicare abſque intentione rebaptizandi, ſiue hoc fiat ex metu ſiue ex electione,omnino voluntaria iniuria irrogatur Sacramento.

46 Tum rebaptizans quam rebaptizatus ſi ſcienter faciat, vel recipiat incurrit irregularitatem, ita Scotus in 4. diſt. 6. q.8. eſt comunis ſent. Theologorum, & praxis Eccleſiæ hoc oſtendit,nam rebaptizantes diſpenſationem petunt, iuxta caput eos quos de conſecr. diſt. 4. Ignorantia facti inuincibilis excuſat, & impedit ne irregularitas incurratur; ita Scotus loco cit. non nullus actus cum ignorantia inuincibili eſt moralis, atque adeò caret omni malitia idem dic de eo qui cum ſimili ignorantia rebaptizatur eſt comunis, non vbi non eſt culpa neque eſt pena canonica, ergo ſi vero baptizatio ſit publica, ſiuè priuata per eam incurritur irregularitas; nam talis pena incurritur ex ſacrilegio, & iniuria quæ fit Sacramento; ſed ſiuè publicè, ſiuè priuatim iteretur baptiſmus ſemper committitur ſacrilegium, & Sacramento irrogatur iniuria; ſatis irregularitas ex iteratione baptiſmi contracta impedit tam cum promotis non ad ſuperiores ordines, ac dignitates non autem exercitium actualium probatur capiens litterarum de Apoſtatis; & ignorantia iuris non excuſat iterantem baptiſmum ab irregularitate, eſt Scoti vbi ſupra nam ignorantia talis nunquam eſt inuiſibilis ad hunc effectum.

47 Virtuti baptiſmi deletur peccatum originale, tam in adultis, quàm in paruulis eſt comunis de fide contra Pelagium, & Caluinum probatur Actuum 2. pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum remiſſionem peccatorum, & decreto Concil. Florentini poſt vltimam ſeſſionem, & Tridentini ſeſſ.5. can.8. & non ſolum in baptiſmo remittitur peccatum originale,ſed etiam omne aliud mortali ſi cum ſit; Nam baptiſmus eſt vniuerſalis ablutio Animæ ex Ephes. 5. inundans lauacro regenerationis, ergo tollit omnem maculam peccati; Idem dicendum à fortiori de peccato veniali,ex Scoto diſt. 4. in 4. q.6. vbi in principio docet Martyrem per baptiſmum ſanguinis ſtatim euolare ad Cœlum; peccata autem venialia niſi dimitterentur impedirent ſubitum ingreſſum in Cœlum. Idem docet Alenſis 4.p. q.8. memb.7. ante per baptiſmum ita delentur peccatum originale & actuale vt nihil eorum remuneat,neque dici poteſt radi tantum, aut non imputari ſolum eorũ remanenti eſſentia eſt de fide

de-

definitum in Concilio Tridentino, ſeſſ. 5. Can. 5. vbi dicit, ſi quis per Ieſu Christi Domini noſtri gratiam, quæ in Baptiſmo confertur reatum Originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id quòd veram, & propriam peccati rationem habet, ſed illud dicit tantùm radi, aut non imputari anathema ſit.

48 Per Baptiſmum remittitur pæna æterna nedum damni, ſed etiam ſenſus, quæ ſiue Originali, ſiuè habituali, ſiuè actualibus peccatis debita eſt de fide in Concilio Tridentino, ſeſſ, 5. Can, 5, definita; Item ante Concilium Tridentinum, etiam Florentinum, in Decreto fidei, vbi ſic loquitur de Baptiſmo; Huius Sacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ Originalis, & actualis, omnis quoque pænæ, quæ pro ipſa debetur; Ita ante hæc Concilia, Scotus in 2. diſt. 29. & 32. & in 4. d. 4. q. 1. & cum Alenſi, D. Bonauentura, & D. Thoma; Hæc pæna æterna, ita tollitur per Baptiſmum, vt non commutetur in temporalem, neque ſatisfactio aliqua ſit exhibenda propter peccatum quodcumque deletum, ſic Concilium Tridentinum, ſeſſ. 5. Can. 5. vbi ſic habet; In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis ijs, qui conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſmum in mortem, ergo nulla penare manet luendo, huic definitioni aſſentiunt communiter Theologi; Non delentur tamen pænæ corporis, ſeu (vt alij dicunt pænalitates, vel (vt alij) pęnæ naturæ, vel tandem (vt alij) conditiones naturæ corruptæ, vt ſunt concupiſcētia lex membrorum mortalitas, Infirmitas, malitia, Ignorantia, aliæque calamitates, quæ naturæ corruptæ ſociæ perpetuæ ſunt; Probatur ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 5. Can. 5. vbi docet remanere in Baptizato concupiſcentiam (ad agonem) quæ ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat; alias prædictas calamitates noſtro malo experimur.

49 Gratia in Baptizato non ponente obicem per Baptiſmum producitur eſt de fide, ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 5. Can. 4. & ſeſſ. 6. cap. 6. & 7. & Can. 11. & 29. & ſeſſ. 7. Can 6. & Innocentio III. cap. maiores de Baptiſmo; Probatur ſecundò, quia peccatum regulariter non deletur (vt alibi probatum eſt) abſque infuſione gratiæ, ergo patet conſequentia, nam remiſſio peccati facta in Baptiſmo eſt de lege ordinaria Dei; Antecedens probatur ex Rom. 3. omnes peccauerunt, & egent gloria Dei iuſtificati gratis per gratiam ipſius, &c & Rom. 5. abundantiam gratiæ, & donationis accipientes, &c. Poſſet defendi gratiam ſanctificantem infuſum in Baptiſmo eſſe quid per modum actus; Conformius tamen addicta Conſiliorum defendendum eſt eſſe habitum; Probatur prima pars, nam Concilia non decernunt eſſe habitum, ſed ſolam formam ſupernaturalem à Deo productam, ſed defendens eſſe aliquid ſupernaturale actuale à Deo productum illud idem defenderet, quòd Concilia definiunt ergo; Probatur ſecunda pars, alia quæ in Baptiſmo infunduntur dona ſunt habitualia; quia Fides, Spes, Charitas, infunduntur in paruulis, quia non poſſunt habere actus, ergo ſunt habitus

50 Probatur ſecundò, *ſecunda pars*, gratia in Baptiſmis accepta augetur, nedum per alia Sacramenta, ſed per actus meritorios, ex Scoto in 3. ſententiarum d. 17. q. 3. ergo eſt habitus; Conſequentia probatur, nam aſſignari non poteſt, quomodo actus aliquis augeatur, niſi eodem actu perſeuerante aliquis gradus intenſionis ei adiungatur; Item gratia actualis, quæ conſiſtit in fieri ſtatim periret, nec ampliùs remaneret in Baptizato; eſt etiam contra rationem, quia homo phyſicè gratiam deſtrueret ceſſando enim ab actu volendi, & intelligendi ceſſaret illuminatio, & inſpiratio; Tertiò Infantes non reciperent gratiam, quia huiuſmodi illuminationes habere non poſſent; Quartò non eſſet proportionatum principium operandi actus meritorios; Quintò dormientes, vel amentes carerent gratia recepta in Baptiſmo, quæ ſi eſſet actualis non poſſent illam reciperent cum ipſi, vt tales non eſſent capaces talium gratiarum

actua-

actualium; Sextò Deus nouo miraculo ſemper conſeruaret illud actuale, quæ omnia cum ſint procul à veritate reijciuntur.

51 In Baptizato virtute Baptiſmi infunduntur virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Charitas; & Scoti in 3. diſt. 23. de Spe, diſt. 26. de Charitate, diſt. 27. Probatur ex Sacra Scriptura 1. Corinth. cap. 13. nunc manent tria hæc Fides, Spes, Charitas; maior autem horum eſt Charitas; ſed aſſignari non poteſt quando conferantur, niſi cum homo in Dei familiam aſcribitur, quòd fit per Baptiſmum ergo; Dices, omnis virtus ordinatur ad actum, ſed in paruulis tales virtutes actum habere nequeunt; patet diſcurrendo de ſingulis; Immò multi decedunt ante vſum rationis, vel euadunt ſtolidi, ac fatui, ergo fruſtrà eis tales virtutes darentur. Reſpondetur facilè diſtinguendo minorem nequeunt pro tunc habere tranſeat pro alio tempore negatur; Ad illud de ſtoliditate, & fatuitate; Reſpondetur nihil concludere, quia poſſent ceſſare à tali impedimento; Secundò quia habitus illi ſunt etiam adornatum, & decorem, conſtituuntque in ordine ſupernaturali, & hunc effectum haberent in paruulo, antequam in opus exiret.

52 Quandoquidem Sacramentum Baptiſmi ſit vnum, & quidem primùm in ordine inter trium, quæ in ſuſcipiente imprimunt Characterem hic parum immorandum eſt, & primò notandum ante declarationem Concilij Tridentini, numquam fuiſſe definitum ab alio Concilio, vel Scripturæ loco innotuiſſe; Immò neque ab aliquo ex Sanctis Patribus manifeſtè fuiſſe traditum, quòd in aliquo Sacramento imprimatur Character ille, de quo nos intendimus loqui, ſcilicet forma ſpiritualis impreſſa Animæ, & ab ea indelebilis, ſic enim notauit Scotus in 4. diſt. 6. q. 9. & diſt. 7. q. 4. & diſt. 24. ante Concilium Tridentinum pluſquam 259. Annos floruit clareque docuit Sacramenta aliqua imprimere Characterem indelebilem in Anima; Probatur ex Concilio Tridentino, ſeſſ. 7. Can. 9. ſic serioſè definiente, ſi quis dixerit in tribus Sacramentis Baptiſmo, ſcilicèt confirmatione, & ordine non imprimi Characterem anathema ſit hoc eſt ſignum ſpirituale, & indelebile, vndè ea verari non poſſunt; & hoc eſt potiſſimum fundamentum huius veritatis Eccleſiam, ſic definiuiſſe, ſic ergo tenendum eſt de fide.

53 Congruentiæ impreſſionis Characteris aſſignantur à Scoto in 4. diſt. 7. q. 9. & alibi; Prima congruentia eſt ad ſcriptio Baptizati in familia Chriſti Magni Principis congruum eſt eumdem Baptizatum diſtingui aliquo ſigno ab ijs, qui non ſunt eiuſdem familiæ; Secunda ne vana ſint Sacramenta poteſt enim Baptiſmus à ficto ſuſcipi in quo gratiam non Cauſent, aut aliquem alium effectum, hic eſt Character, eiſdem congruentijs dici poteſt Circumciſionem tamquam verum Sacramentum Legis Moſaicæ in remedium peccati Originalis, & aliud ſimile Sacramentum legis naturæ, pariter pro tunc inſtitutum remedium contra Originale; Diſtinguebant enim familiam Dei, & Chriſti ab ijs, qui non erant de familia ſicut Baptiſmus, ita erant tunc remedia ſuo tempore contra Originale, & cauſabant gratiam ex opere operato, vt ſupra probatum eſt ſicut Baptiſmus; Vna enim eſt Eccleſia habens influentiam à capite Chriſti, qui eam numquam à principio Mundi dereliquit, neque vſque ad finem derelinquet ſine remedijs ad ſalutem neceſſarijs, vt optimè Scotus ratiocinatur. Hic Character eſt ens phyſicum; Probatur ex Verbis Concilij Tridentini citatis, quòd ſit quid ſpirituale indelebile impreſſum in Anima, quæ non poſſunt competere, niſi enti poſitiuo, vide Scotum in 4. d. 6. q. 10.

54 Character eſt ens phyſicum reale ab Anima realiter diſtinctum, nam ens rationis non dicitur imprimi, nec indelebile ſicut Character, ergo Character non eſt ens rationis ſed reale; quòd verò realiter diſtinguatur ab Anima, patet ſi enim eſſet idem realiter cum Anima, dum Anima per Sacramentum non producitur, neque pro-

producitur de nouo, id quòd eſt ſibi identificatum, nec productum eſt cum Anima, ergo non eſt idem realiter cum ea, alias per diuinam potentiam non poſſent abinuicem ſeparari, nam quæ ſunt idem realiter, ita ſe habent vt vnum ſine alio, nec deſtrui poteſt conceditur tamen Characterem ſubiectari in Anima, non tamen immediatè; nam in eo ponitur ſubiecto immediatè, quòd per eum poteſt operari Anima, autem non poteſt operari, niſi medijs potentijs, ergo non in immediatè, ſed in aliqua potentia immediatè recipitur non in Intellectu, quia Character non eſt habitus fidei, nec ad eam diſponit, ſed potius ad actus Religionis, vel ad actus Charitatis; nec recipitur immediatè in Intellectu, & voluntate ſimul; nam deberent eſſe duo Characteres, vel vnus in duobus ſubiectis, & ſic replicaretur totus in vtroque, vel ſecundùm partem eſſet in vna, & ſecundùm aliam partem in aliam potentiam.

55 Character eſt ſubiectiuè in voluntate; Ita Scotus in 4. diſt. 6. q. 10. Probatur nam Character eſt diſpoſitio ad gratiam, & Charitatem diſpoſitio inquam moralis, ergo in eo ſubiecto eſt, in quo eſt gratia, & Charitate, ſed illæ ſunt in voluntate, ergo etiam Character; Probatur antecedens, nam improbari non poteſt Characterem fuiſſe à Deo inſtitutum, vt diſpoſitionem ad gratiam; Conſequentia probatur, quia conuenientius eſt, vt diſpoſitio ponatur in eo ſubiecto in quo eſt forma quam in alio minor ſubſtantia; Probatur, nam gratia eſt principium operis meritorijs, ergo debet ſubiectari in voluntate, quæ eſt origo omnis meriti; Probabiliter defendi poteſt Characterem eſſe formam abſolutam de genere qualitatis. Ita Scotus in 4. diſt. 6. q. 10. nam alia dona quæ Animæ infunduntur ſunt qualitates, ergo, & Character; Antecedens probatur de virtutibus Theologicis, & lumine gloriæ ergo; Secundò facilius intelliguntur ea omnia, quæ Characteri tribuuntur præſertim ſi ponatur actiuum, nam eſt aſſimilatiuum, diſtinctiuum, eſt Cauſa auxiliorum; quæ Deus confert virtute illius habentibus illum; Secundum iſtam probabilem opinionem non poteſt dici eſſe in alia ſpecie, quàm in prima, vel ſecunda eſt Scoti vbi ſuprà.

56 Probabilius defendi poteſt Characterem eſſe formam relatiuam realem eſt Scoti vbi ſuprà. Probatur Concilium Tridentinum, ſeſſ. 7. Can. 9. habet ſi quis dixerit in tribus Sacramentis Baptiſmo, ſcilicèt Confirmatione, & Ordine, non imprimi Characterem in Anima, hoc eſt quoddam ſignum ſpirituale, & indelebile vnde verari non poſſint Anathema ſit, ergo Character eſt relatio; Conſequentia eſt euidens; ſignum eſt relatio, neque alia ratione defenditur Sacramentum eſſentialiter, & in recto eſſe ſignum, niſi quia in definitione tradita à Concilijs apponitur ly ſignum, & in definitione abſoluti, inquit Scotus non ponitur relatio. Reſpòdet Communiter Concilium per ſignum intelligerem formam; ſed hæc declaratio eſt voluntaria, propria enim nomina rerum ad alia transferuntur, nec enim deerant vocabula doctis illis Patribus, quibus quidditatem Characteris deſcriberent ac definirent abſque vſu impropriorum; & ſicut definitio Sacramenti dati, per ſignum ſi declaretur hoc modo, quòd per ſignum intelligitur forma abſoluta eſt extorta, & ab eiſdem non retineretur, neque iſta eadem enim eſt ratio.

57 Character igitur eſt quidam reſpectus extrinſecus adueniens ipſi Animæ cauſatum à Deo immediatè à Deo in ſuſceptione Sacramenti inueterabilis, cuius fundamentum proximum eſt ipſa nuda Anima, ſiuè eſſentia, ſiuè potentia; Ita quòd ſecundùm Doctorem ſubtilem, in 4. diſt. 6. q. 10. vbi exactè aſſignare videtur nedum prædicata quidditatiua, ſed & proprietates, & effectus Characteris, docet eſſe formam realem relatiuam extrinſecus aduenientem ſpiritualem indelebilem ab Anima, cui imprimitur dicit inſuper eſſe ſignum ad placitum rememoratiuum ſuſceptionis Sacramenti, configuratiuum Chriſto, ideſt ſignans obligationem

nem Animæ ad Chriſtum; formam aſſimilantem alteri, & diſtinctiuam ab alijs non habentibus, & infidelibus, nec non formam diſponentem ex Diuina inſtitutione ad gratiam, quæ omnia videntur adæquati declarare naturam, & effectus Characteris; Adde ex eodem Scoto Characterem eſſe etiam diſpoſitionem, ad auxilia decentia ſtatum, & poteſtatem in qua quis ponitur per Characterem diſpoſitiuè.

58 Baptiſmus igitur per ſuſceptionem ſui Cauſat in baptizato Characterem eſt de fide, & Scoti in 4. diſt. 6. quæſt. 9. probatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. can. 9. de Sacramentis, vbi ſic definit, ſi quis dixerit in tribus Sacramentis baptiſmo, ſcilicet confirmatione, & ordine, non imprimi Characterem in Anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile. Vnde ea iterari non poſſunt anathema ſit, Huius baptiſmalis Characteris effectus ſunt conſignare baptizatum in familia Chriſti, & quaſi eum ſigillare, vt ab alijs diſtinguatur: diſponere ad gratiam, tamquam effectum preuium gratiæ aſſimilare, cum alijs habentibus, & conſigura rebaptizatum Chriſto Scotus in 4. diſtinctione 6. quæſtione 9. Alexander Alenſis, in 4. parte quæſtione 4. Memb. 8. articulus 1. Diui Bonauentura in 4. diſtinctione 6. articulus 1. quæſtione ſecunda, Diuum Thomam 3. parte quæſtione 63. articulus 3. Probatur prima pars, ex eodem Concilio, Character eſt ſignum: ergo alicuius ſignati, ergo eſt forma ab alijs diſtincta; Secundo quælibet forma diſtinguit habentem à non habente, Tertio Character facit induere Chriſtum: ergo conſignat in familia Chriſti, iuxta illud Apoſtoli quicumque in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.

59 Secundus effectus eſt eſſe diſpoſitionem ad gratiam, vt comunis alijs Characteribus ex ordinatione enim Diuina, non repugnat Characterem eſſe diſpoſitionem à Deo requiſitam in ordine ad formam nobiliorem qualis eſt gratia; Tertius effectus probatur, nam quælibet forma vniuoca eſt aſſimilatiua: ergo cum ratio Characteris, ſit vniuoca aſſimilat baptizatos inter ſe; Effectus quoque configurationis, qui etiam eſt comunis, ſiue enim ſumatur pro expreſſione obligationis, ſiue pro conformatione ad Chriſtum tales effectus producit Character baptiſmalis, exprimit enim obligationem adſcripti in familiam Chriſti ad ipſum, & adoptionem in filios, & hæredes Dei, & coheredes eius; alter effectus baptiſmi præter iam dictos eſt cauſare moraliter, & diſpoſitiuè auxilia gratiæ actualia quibus homo baptizatus adduceetur ad conſeruanda, dona in baptiſmo recepta, & ad obſeruandam legem Euangelicam Alexander Alenſis loco citato, articulus 3. nam certum eſt maiora, abundantiora, & intentiora auxilia concedi Baptizato, quàm non baptizato, ſed nullum aliud motiuum poteſt aſſignari ex parte Creaturæ præter baptiſmum, cum eadem ſit eſſentialiter ante, & poſt baptiſmum; maior patet experientia; nam quilibet Adultus conuerſus ad fidem experitur poſt baptiſmum ſæpiùs ſe illuminari, & excitari ad opera honeſta, quàm ante

60 Alenſis 4. parte quæſtione 8. Membro 8. articulus 3. & Diuus Thomas 3. parte quæſtione 69. articulus 5. tribuunt Baptiſmo alium effectum nimirum fecundationem in bonis, & honeſtis operibus; probatur ex Gloſſa ſuper illud pſalmi 22. ſuper aquam refectionis educauit me animam meam conuertit, dicit ſuper aquam refectionis, ideſt baptiſmi quo reficiantur, qui integritatem, & vires amiſerunt, & Anima ariditate peccatorum ſterilis fæcundatur; Alius effectus, qui baptiſmo tribuitur eſt regeneratio, ſeu renouatio hominis eſt de fide, iuxta illud Roman, 6. per baptiſmum conſepulti ſumus, cum illo in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita &

nos in nouitate vitæ ambulemus; tandem attribuitur Baptiſmo apertio Ianuæ Cœli Scotus in 4. diſt. 1. q. 6. probatur ex Concilio Trid. ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali, can. 5. nihil eſt in baptizatis, quod eos ab ingreſſu Cœli remouetur; ſed de fide eſt carentem baptiſmo non intrare in Regnum Dei, iuxta illud Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non intrabit in Regnum Dei; Iſte effectus tribuitur, & quidem dignè Paſſioni, & morti Chriſti. Qui eſt cauſa meritoria omnium beneficiorum Dei, & etiam apertionis Ianuæ Cœli, cuius ingreſſus patet ſolis baptizatis.

61 Etiam Hæretici noſtri temporis ſtudentes libertati carnali dixerunt baptiſmum reddere hominem baptizatum exemptum ab obſeruantia legis, ita quod non tenetur obſeruare mandata Diuina; ita Caluinus lib. 3. Inſtitutionum cap. 19. cui ex Diametro opponimus Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. can. 7. vbi habetur, ſi quis dixerit baptizatos per baptiſmum, ipſum ſolius tantum fidei debitores fidei, non autem vniuerſi legis Chriſti ſeruandæ Anathema ſit; Secundo Caluinus cum omnibus modernis Hæretici ſemper mutant ſcripturam, non vult quæ authoritati alicui aſſentitari, niſi ex ſcriptura depromatur; At vbi locus ſcripturæ, & quo Deus eximit homines ab obſeruantia legis? Vlterius Hæretici tribuunt baptiſmo, quod reddat hominem impeccabilē; ita Caluinus Antidoto Concilij Trid. ſeſſ. 7. can. 7. & Lutherus lib. de captiuitate babilonica cap. de bapt. Quibus opponimus ipſum met Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 23. Deinde ſi inſpectantibus ad fidem ſolam ſcripturam ſequuntur, vbi ſcriptura promittens impeccabilitatem omnibus baptizatis, proferant; Relinquabus hæreticos.

De Sacramentis Confirmationis, & Extremæ Vnctionis. Articulus 4.

1 SAcramentum confirmationis, ſic dictum ab effectu, nam præſtat robur, & augmentum gratiæ ſpiritualis, & baptizatos, qui ſunt (vt D. Petrus epiſt. 1. c. 1.) ſicut modo geniti Infantes confirmat, & reddit Idoneos milites, vt vincant tentationes contra Chriſtianam fidem, & id nomen non eſt nouum in Eccleſia, nam ante 1200. annos Melchiade Papa, & Martyre in Epiſtola ſua decretali ad Epiſcopos Hiſpaniæ, eius meminit, cum ait per hoc Sacramentum confirmari nos ad pugnam, Item confirmatio, inquit armat, & inſtruit ad agonem vitæ huius. Igitur hoc ſacramentum confirmationis eſt verè Sacramentum quoddam nouæ legis à baptiſmo, & cæteris diſtinctam ad diuerſum finem, & effectum, & ſub diuerſo ſigno inſtitutum quod à Patribus confirmatio appellatur; probatur 1. ex ſcripturis ſanctis, nam actuum 8. ſic legimus. Cum audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet ſacraria verbum Dei miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum veniſſent orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctum, nundum enim quemquā illorum venerat, ſed tantū baptizati erant in nomine Domini Ieſu, tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebāt ſpiritum ſanctum; Huic ſacramenta primo erat ſignum ſenſibili, in quo conuenit cum alijs ſacramentis, quæ ſunt ſigna ſenſibilia.

2 Sed hic eſt difficultas, quid fuerit hoc ſignum viſibile in quo in primitiua eccleſia dabatur ſpiritus ſanctus in ſacramento confirmationis; Aliqui exiſtimant fuiſſe viſibilem radium; ſeu fulgorem ſuper confirmatis apparentem. Aliqui putant ſpiritum ſanctum datum eſſe in linguis igneis ſicut, & Apoſtolis, ita de Cornelio, & de cognatis ſuis, ait Petrus cum cepiſsē lo-

loqui cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos ſicut, & ipſi nos in initio conſtat autem teſtimonio, Lucæ quod in Apoſtolis cecidit ſpiritus ſanctus in linguis igneis; ſunt adhuc, qui affirmant ſignum illud viſibile aliud non fuiſſe, niſi quod varijs linguis loquebantur; atq; ſic habet gloſſa, nam cum dicitur imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum, ait quia incipiebant loco varijs linguis, quod confirmari poteſt ex 19. cap. actuum, quoniam cum Paulus imponeret manus ſuper Epheſios, venit ſuper eos ſpiritus ſanctus, & prophetabant; Quando ergo confirmarunt Apoſtoli baptizatos in manuum impoſitiq; dabatur ſpiritus ſanctus in admirando quodam, & viſibili ſigno, idcircò neceſſarium non erat illi eſſe materiam in qua ſpiritus ſanctus ſecretius operaretur. Salutem ſanitatem, & robur Animæ baptizati; ſed hoc priuilegium ſicut, & alia plura conceſſum fuit ab ipſo Inſtitutore Chriſto.

3 Cęterum regulariter loquendo ſacramentum confirmationis eſt vnctio hominis Viatoris aliqualiter conſentientis, vel libero arbitrio nunquam vſi facta in fronte in figura Crucis, cum chriſmate ſanctificatio à Miniſtro Idoneo, ſimul cum intentione debita inurgente, & verba certa proferente ſignificantia ex inſtitutione Diuina vnctionem Animæ, per gratiam roborantem ad confitendum, cum conſtantia fidem Chriſti. Ex qua definitione potiſſimum ex illis Verbis, ex inſtitutione Diuina colligitur ſacramentum confirmationis pro formali, & per ſe ſignificato dicere reſpectum rationis ſigno ad ſignatum; pro materiali, verò vnctionem factá in fronte ſimul, cum ſigno Crucis, & Verborum debita forma, ex quibus integratur totale fundamentum. Vide Doctorem ſubtilem in 4. diſt. 7. per totam expreſsè igitur innuit hoc ſacramentum ſicut, & cetera pro formali, vt quod eſſe relationem rationis talis ſigni ad tale ſignatum; pro materiali verò conſideratum eſſe vnctionem determinatam, cum conditionibus pluribus quas exigit; De materia, & forma erit ſermo in ſequentibus; Interim ſtet veritas hoc ſacramenti eſſe vnum ex 7. inſtitutis à Deo patebit.

4 Hoc ſacramentum inſtitutum fuit à Chriſto Domino; Quæ inſtitutio conſtat ex ſola traditione, non verò ſcripturarum teſtimonio teſti Doctore ſubtili, nec eſt improbabile, immò certiſſimum eſt; vt in 1. lib. probatum eſt multum eſſe tradita authentica à Chriſto Eccleſiæ per Apoſtolos, quæ tamen in ſcriptura non legimus; eius inſtitutio facta eſt ante Aſcenſionem Domini ad Cœlos, probatur ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. can. 1. ſi quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtita anathema ſit; Vult ergo omnia ſeptem ſtabilita fuiſſe ante aſcenſum cum Cœlos, & confirmatur, quia Chriſtus Dominus prius quam in Cœlum aſcenderet; Eccleſiam ſuam fundauit, quo cum ea potiſſimum, quæ ad ſubſtantialia eius ſpectant fundamenta cuiuſmodi ſunt omnia ſeptem ſacramenta, an verò fuerit iſta inſtitutio, ante vel poſt mortem; non eſt adeò notum, dicente Scoto licet tempus, & modus huius inſtitutionis in ſcriptura non legatur, Probabiliſſimum eſt tamen hoc ſacramentum fuiſſe inſtitutum in vltima Cœna; nullum enim tempus ad hoc aptius excogitari poteſt, præſertim cum ea nocte toties promiſerit ſpiritum ſanctum Eccleſię ſuę, & nouum teſtamentum condiderit.

5 Quantum ad materiam remotam huius ſacramenti confirmationis Chriſma mixtum ex oleo, & balſamo eſſe eſſentialis materia; ita vt Vnctio in fronte oleo tantum facta ſine mixtione Balſami, non ſolum illicita ſit, ſed etiam inſufficiens, vt ſacrum factum teneat, ita docet Alex. Alenſis p. 4. q. 9. memb. 2. art. 1. D. Th. 3. p. q. 72. art. 2. & alibi; Hoc Chriſma de neceſſitate præcepti, & de neceſſitate ſacramenti debet eſſe ab Epiſcopo conſecratum, vel ab eo cui talis ſanctificatio pater poterit cōmitti, ita vt ſi aliquis ſimplex Sacerdos tentaret conſecrare chriſma, ſine Pontificis diſpenſatione, & poſtea aliquis Epiſcopus vellet confirmare cum illo chriſmate, non

non fieret ſacramentum confirmationis; 1. probatur ex Concilio Romano 1. ſub Sylueſtro can 5. vbi prohibet. Presbyteris ne Chriſma faciant his verbis conſtituit etiã voce clara Sylueſter epiſcopus vrbis Romæ, vt nemo presbyter chriſma conficeret; Probatur altero Concil. Gen. in Flor. in decreto Eugenij, vbi determinatur materiam confirmationis eſſe chriſma ab Ep. conſecratum, ergo ſi chriſma eſſet conſecratum à ſimplici ſacerdote, non eſſet materia conſecrationis, & ex conſequenti nõ poſſet ex illo verum ſacramentum conſtitui. Huic reſolutioni nullus doctorũ ſcholaſticorum contradicit, niſi Caietanus.

6 Solus Epiſcopus poteſt ordinariè iure Diuino verum chriſma conficere, nihilominus tamen poteſt Summus Pontifex hanc poteſtatem delegare ſimplici ſacerdoti, ita opinatus eſt Scotus in 4. diſt. 7. q. 1. vbi dicit, quod chriſma debet eſſe ſanctificatum ſpecialiter ab Epiſcopo, vel ab alio cui talis ſanctificatio poterit committi; Huic opinioni fauet Caietanus, cum hoc fundamento; quia quam ius adminiſtratio Sacramenti confirmationis ex officio competat ſolis Epiſcopis, nihilominus authoritate Summi Pontificis, poteſt committi ſimplicibus Sacerdotibus, vt patet ex cap. Peruenit diſt. 95. Hoc ſuppoſito ſic arguitur, qui poteſt in maius, & in minus, ſed maius eſt adminiſtratio ſacramenti confirmationis, quam conſecratio materiæ, ergo ſicut Papa poteſt committere ſimplici Sacerdoti adminiſtrationem confirmationis, ita poteſt committere conſecrationem Materiæ, probatur minor, quia maius eſt Sacramentum, quam ſua materia; Et quamuis neque in hac materia ſacramenti huius terram, nec etiam in alijs non ſit ſemper bona conſequentia, vt ſi quis poſſit, id quod eſt maius poſſit etiam, id quod eſt minus tamen in hoc propoſito particulari videtur ſatis probabilis, iſta ratio Caietani; [illegible]

7 Materia proxima ſecundum Scotum Sacramenti confirmationis, eſt Vnctio facta in fronte in figura Crucis, vt patet ex definitione Confirmationis, ab eodem Scoto ſuperius data, & probatur ex veritate formæ huius Sacramenti, nam ille modus ſignificatus per formam in vſu materiæ eſt neceſſarius ad veritatem ipſius formæ, atque etiam ex parte ipſius materiæ eſt neceſſarius, & eſſentialis, ſed per formam ſignificatur vnctionem hanc debere fieri in figura Crucis, ergo illa figura vnctionis eſt neceſſaria huic materiæ; ea quantitas Chriſmatis ad iſtam vnctionem ſufficit, quæ ſatis eſt ad ſignum Crucis imprimendum in ea parte corporis quæ conſignanda fuerit. Vnde cum hæc conſignatio ſucceſſiuè fiat; parua ſanè Chriſmatis quantitate perfici poterit; Nec vnctio de neceſſitate huius Sacramenti eſt, vt fiat in fronte eius, qui confirmatur; Quamquam enim hoc non explicetur in forma tamen traditio, & vſus docet eſſe neceſſarium, & quidem de neceſſitate præcepti res eſt indubitata, quod verò ſit etiam de neceſſitate Iuramenti, docet Scot. in 4 diſt. 7. q. 1. §. Materia proxima; & colligitur ex prohibitionem facta ſimplicibus Sacerdotibus, illa ſola vnctio Chriſmatis, quæ fit in fronte baptizati, quia eſt propria Epiſcoporum.

8 Forma Sacramenti confirmationis eſt iſta ſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. In qua forma aliqua Verba ſunt principalia, aliqua minus principalia, Verba principalia ſunt, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen; Verba minus principalia, ſunt quæ exprimunt Miniſtrum, actum, & ſuſcipientem; Expreſſio Miniſtri aliquo verbo, non eſt ſimpliciter neceſſaria, Quinnimò non exprimitur dum profertur forma; Alia autem duo ſcilicet actum Vnctionis, & ſuſcipientem neceſſe eſt exprimi, adeò quod ſi non exprimantur, non erit confirmatus, Illa duo Verba ſigno, & confirmo videntur eſſe eſſentialia, prout ſentit Alexander de Alen. 4. p. q. 9. Memb. 2. art. 2. §. 3. D. Th. 3. p. q. 72. art. 4. D. Bonau. in 4. diſt. 7. art. 1. q. 1. & clarè Richardus

in 3.diſt.7.art.1.q.2.& Scotus loco citato, & fauet Concilium Florentinum, ponens in forma vtrumque Verbum; eſt etiam ratio, ad hoc quia illa duo Verba non poſſunt dici Synonima, neque Equipollentia; nam quolibet dempto aliqua ſubſtantialis tollitur ſignificatio, ergo vel vtrumque eſt de eſſentia, vel neutrum quia non eſt minor ratio de vno, quàm de altero.

9 Expreſſa Trinitatis inuocatio eſt de neceſſitate Sacramenti; probatur, cum enim hoc Sacramentum ſit quædam baptiſmi profeſſio; inde oritur vt in vtriuſq; Sacramenti forma, fiat expreſſa Trinitatis profeſſio; Vnde tota ipſa Trinitas cenſetur cauſa Trinitatis, roboris ſpiritualis in hoc Sacramento collati, & finis ac præcipuus ſcopus, ad quem confirmatio ordinatur, eſt, vt tandem fidelis, inde parabiliter ipſi adhæreat; Iure igitur in hac forma expreſſa ſit Trinitatis inuocatio; ſic Alenſis, & omnes alij Theologi, quod patet ex Concilio Florentino, & ex vſo vniuerſalis Eccleſiæ: Apoſtoli ex ſingulari priuilegio, vbi quando conficiebant hoc Sacramentum ſine Chriſmate, & conſequenter, ſine prædicta forma ola impoſitione manuum; Quod ſi tenentur Apoſtolos ſemper vſos fuiſſe, integro Sacramento, quemadmodum tenet Bellarminus lib.2. de Sacramento Confirmationis cap. 9.quę ſententia ex valdè probabilis oportet conſequenter dicere in illis Verbis Actuum 8. orauerunt pro ipſis, vel non ſignificari Verba formæ, ſed præambulam orationem, forma autem comprehendi ſub manus impoſitione; Vel certè formam ipſam poſſe orationis, nomine ſignificari, non quia deprecatiua tantum ſit; ſed quia virtualem deprecationem continet, quatenus Diuinæ virtuti, & promiſſioni innititur, & per conſequens habet dicere, ita ſentiens Apoſtolos ſemper huiuſmodi forma fuiſſe, vſos quia ſemper in confirmando Chriſmati vtebantur.

10 Omnis homo baptizatus eſt capax huius Sacramenti, non tamen is qui baptiſmo caret; nam omnino certum eſt. Primo ex vſu, & traditione Eccleſiæ, nam in Actibus Apoſtolorum legimus abſolutè; & ſine limitatione, & exceptione Apoſtolorum impoſuiſſe manus ſuper baptizatos patet etiam ex decreto Vrbani Papæ de conſecrat. diſt. 5. cap. vbi legitur omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum Sanctum, poſt baptiſmũ accipere debent, vt plenè Chriſtiani inueniantur; Hinc colligitur nullam eſſe in hoc negotio ætatum, ſexuum, aut ſtatuum diſtinctionem; nam ſiuè ſit Adultus, ſiuè Infans capax eſt huius Sacramenti illæ per ſuæ voluntatis conſenſum, hic abſque vllo, ſed per voluntatem Chriſti, & Eccleſiæ; quod patet ex Doctore ſubtili dicente indefinitione Confirmationis, quod Conformatio eſt vnctio hominis Victoris aliqualiter conſentientis, quoad Adultum, vel libero arbitrio numquam vti quoad Infantem; Dictum eſt, non tamen is qui baptiſmo caret, quia Character confirmationis neceſſarium ſupponit Characterem baptiſmi; Fides enim Catholica docet non ſolùm confirmatio, non verum alia Sacramenta debere baptiſmum præcedere, alias nullam eſſet Sacramentum; Eſt enim baptiſmus ianua omnium Sacramentorum.

11 Pro Infante confirmando nihil aliud requiritur niſi baptiſmus, & gratia baptiſmalis ſanctificans, eadem requiritur etiam in Adulto, in quo requiritur etiam in Adulto, in quo requiritur etiam conſenſus, non per modum diſpoſitionis ad affectum Sacramenti, ſed per modum intentionis, & voluntatis neceſſariæ ad valorem Sacramenti; quia nullus adſcribitur militiæ Chriſti inuitus: Quod ſi vtitur ratione, non tamen conſentiens, neque diſſentiens actualiter; neque virtualiter conſentiens tamen habitualiter, quia priùs habuit voluntatem confirmationis, & poſt talem conſenſum non habuit diſſenſum contrarium verum ſuſcipit Sacramentum *Sacramentum* confirmationis patet, quia conſenſus habitualis ſufficit homini, qui poſt quàm habuit confirmationis conſenſum incidit in amentiam, ſed vtens ratione, non eſt inferioris conditionis, quàm talis

amens propterea, quod ratione vtatur, ergo ſi talis conſenſus habitualis ſufficit amenti ſufficiet etiam adulto ratione vtenti; Quod ſi detur adultus ratione vtens, qui merè negatiuè ſe habeat ad Confirmationem omnino non conſentiens, neque diſſentiens, tàm actualiter, quàm habitualiter, non reciperet Sacramentum confirmationis, quia oportet hominem ratione vtentem aliquam deuotionem habere ad Sacramentum ad hoc vt illi valeat; Alias enim videretur contemnere illud.

12 Qui poſt baptiſmum mortaliter peccauit per ſe loquendo indiget contritione, vel attritione cum Sacramento pœnitentiæ, vt dignè poſſit hoc Sacramentum, & eius effectum recipere; quia indiget prima gratia, vt poſſit recipere effectum huius Sacramenti, ſed hanc amiſit peccando, ergo oportet eſt eam recuperare antequam ad effectum huius Sacramenti recipiendum accedat; non poteſt autem eam recipere, niſi cum Sacramento pœnitentiæ digno ſuſcepto, aut per contritionem includentem votum eius, & ex hoc ſequitur, quod non ſufficit ſola attritio per ſe loquendo, quod ſi quis ſolam attritionem habet, ſuamque imperfectum diſpoſitionem cognoſcit, non poteſt licitè ad hoc Sacramentum accedere, neque effectum eius recipere per ſe loquendo, quia cùm careat ſpirituali vita, non eſt rectè diſpoſitus ad augmentum eius recipiendum. Caret ergo diſpoſitione per te requiſita, & hoc ipſum non ignorat vt ſupponitur, malè ergo agit ſic accedendo, & conſequenter ponit obicem effectui Sacramenti; Quantum ad tempus ætatis recipiendi hoc Sacramentum, Alex. Alenſis 4. p. q. 9. Memb. 5. art. 5. cum D. Thoma in 4. diſt. 7. q. 3. art. 2. D. Bonau. in 4. diſt. 7. art. 3. qu. 1. ad 2. & alijs cenſet expedire magis, vt ſtatim in infantię tempore confirmentur, quia talis ætas caret fictionem, & eſt minus impedi tria fructus Diuinæ gratiæ: Alijs verò placet magis expedire confirmationem differre, vſque ad principium adultæ ætatis; Vtraque ex his opinionibus probabilis eſt, ſed ſecundæ fauet Eccleſiæ conſuetudo.

13 Solus Epiſcopus eſt ordinarius Sacramenti confirmationis Miniſter eſt de fide non tantum ex neceſſitate præcepti, ſed etiam neceſſitate Sacramenti, ita vt ſi Sacerdos ſimplex propria authoritate tentet illud conferre; nihil efficiet; probatur apertiſſimo ſacræ ſcripturæ teſtimonio, ſcilicet Actuum 8. nam miſſi ſunt Petrus, & Ioannes, vt per impoſitionem manuum darét Spiritum Sanctum ijs quos Philippus in Samaria baptizauerat, & Actuum 19. Paulus ipſe Apoſtolus manus imponit illis, quos alij baptizauerant; At certè nulla poteſt fingi Cauſa cur ſoli Apoſtoli manus imponant: immò cur ad hoc ipſum veniant de vno loco ad alium, niſi quia hoc munus ex Chriſti Domini inſtitutione pertinet ad primum gradum Eccleſiaſticum, qui ſiue controuerſia eſt gradus Epiſcopalis; Accedit auctoritas, & definitio Eccleſiæ, Concilium Florentinum, & Tridentinum cum docent ſolum Epiſcopum eſſe ordinarium Miniſtrum huius Sacramenti, ſanè loquuntur de miniſtro ſimpliciter neceſſario cum ſubſtantiam ſacramenti, ſicut de ceteris ſacramentis loqui ſolemus videndum eſt Concilium Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. in Doctrina fidei.

14 Hunc præminentiam Epiſcopi adminiſtrandi ſacramenti non tollit eius Hæreſis excomunicatio, & degradatio, ita Alexander de Alen. p. 4. q. 9. memb. 5. art. 1. & plures alij ſcholaſtici Doctores, atque ita poteſtas Epiſcopo ex ſua conſecratione competit, vt non poſſit facere Eccleſia, quin ſacramentum confirmati omnis, ſub debita forma, & materia, & cum debita intentione ab eo collatum validũ, non ſis licet ipſe peccet illud miniſtrandi; Hoc veritas quidem expreſsè non inuenitur definita de fide; ideò non eam aſſerimus eſſe de fide, Nam licet Concilium Trid. ſeſſ. 7. can. 12. de ſacramentis in genere definiat ſacramentum datum ab exiſtente in peccato mortali eſt validum,

nihil

nihil tamen de Hæretico in genere definit, neque etiam aliquid ſimpliciter de hoc ſacramento; Colligitur tamen Concilio Florentino, & Tridentino, tum quia abſolutè dicunt Epiſcopum eſſe ordinarium Miniſtrum huius ſacramenti Epiſcopus, autem quamuis ſit Hæreticos, & quãuis alia ratione precisus ab Eccleſia eſt verus Epiſcopus, ergo etiam eſt verus, & ſufficiens huius ſacramenti Miniſter. Tum etiam quia Concilium Trid. dicit miniſtrũ Sacramenti exiſtentem in peccato mortali eſſe verum Miniſtrum, ergo etiam ſi ſit in peccato Hæreſis.

15 Alphonſus à Caſtro contra Hæreſes Verbo confirmatio, & lib. 2. de iuſta Hæret. punit. cap. 21. 22. Couaru lib. 2. variar. Reſol. & alij negant miniſterium ſacramenti confirmationis vlla ratione poſſe committi ſimplici ſacerdoti, quia vt Concilium Florentinum, dixit ſacramenta nouæ legis tribus perficiuntur materia forma, & miniſtro, quorum ſi aliquod deſit non perficitur ſacramentum; ſunt ergo hæc tria de ſubſtantia ſacramenti, & immutabilia ex Dei inſtitutione, ergo nec Summus Pontifex poteſt mutare, vt ſupra os ſenſum eſt ſolum Epiſcopum ex Chriſti inſtitutio neceſſe. Huius ſacramenti miniſtrum, ergo non poſſet alteri hoc miniſterium committi ex humana diſpoſitione; Silueſter V. confirmatio Diuina, q. 1. & alij ſumminiſſe cum eo dicunt, quod hæc facultas non ſolùm poteſt delegari ſacerdoti, ſed etiam Diacono, & inferiobus clericis. Fundamentum huius ſententiæ ſumitur ex quodam facto D. Gregorij, quod refertur in cap. peruenit diſt. 95. deſumptum ex lib. 3. epiſt. Epiſtola 26. Vide ſi vis an reuera hoc miniſterium commiſerit D. Gregorius Presbyteris Sardiniæ. Ex quo facto colligitur poſſe Pontificem facultatem hanc ſimplici ſacerdoti committere.

16 Hoc factum D. Gregorij videtur confirmari ex Concilio Florentino in Decreto Eugenij, vbi cum dixiſſet ſolum Epiſcopum poſſe conferre hanc Vnctionem, quæ eſt confirmationis ſacramentum ſubdit; legitur tamen aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili, & vrgente admodum cauſa ſimplicem ſacerdotem Chriſmate per Epiſcopum confecto, hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum, vbi ſiue dubio refert hoc factum D. Gregorij; Nam ante Concilium Florentinum, nullibi legitur ſedem Apoſtolicam in hoc diſpenſiſſe niſi hoc facto Gregorij; pro ſolutione argumenti primæ opinioni notandum eſt, quod cum hæc res pendeat ex inſtitutione ad illam ſemper recurrendum eſt; Ita quod rectè intelligimus potuiſſe Chriſtum Dominum inſtituere, vt ſacerdoti ſimplici ex vi ſuæ ordinationis, non daretur poteſtas proximè, & in actu primo (vt ita dicamus) ad conferendum hoc ſacramentum, ſed hæc daretur ſoli Epiſcopo, per conſecrationem eius, & nihilominus ſimul voluiſſe Chriſtum, vt ſacerdos ex vi ſuæ ordinationis eſſet (vt dicamus) in potentia remota, vt adiuncta commiſſione, ſeu delegatione Pontificis poſſet hoc ſacramentum conferre; In hoc enim modo inſtitutionis nulla eſt repugnantia; Immò poteſt eſſe magna congruentia, vt in abſentia Epiſcopi non careant fideles aliqua via, & poteſtate obtinendi hoc ſacramentum, & habendi ſufficientem miniſtrum eius; hic factum Gregorij interpretari poteſt.

17 Hoc ſacramentum Confirmationis confert gratiam ſanctificantem ex opere operato præter eam quàm confert Baptiſma eſt de fide quoad omnia ſacramenta, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 7. Inſuper hoc ſacramentum confirmationis propriam confert ſacramentalem gratiam, ideſt ſpecialem ſpiritus ſancti protectionem, & auxilium ad fidem viuam conſtanter tenendam, & profitendam; Vnumquodque enim ſpeciale ſacramentum ad proprium finem ordinatur, & gratiam ſpecialem tali fini accomodatam confert, quæ in hoc ſacramento non poteſt alia, quam ſupradicta excogitari. In hoc ſacramento quaſi in radice datur iſti effectus, adeò quod in ipſius ſacramenti ſusceptione datur quaſi

ius ad huiuſmodi auxilium ; Huius ſacramenti ſpecialis effectus datur temporibus opportunis, iuxta Diuinæ ſapientiæ diſpoſitionem. Huius ſacramenti fini accomodatam ; Iſte effectus, ſiue ſpeciale auxilium datur non ponenti obicem peccati mortalis, cuius ſtatus caret habitatore, ſpiritu ſancto, gratia quoque eius, tam ſacramentali, quam ſanctificante, & alio ſpiritus ſancti donis, quibus recipiendis ſit indignus ; Vltra prædictos effectus ſacramentum confirmationis imprimit etiã Characterem diſtinctum à Charactere baptiſmi, ideò non poteſt iterari.

18 Hoc ſacramentum Confirmationis non obliget ad ſui ſuſceptionem de neceſſitate ſalutis ; nam ad talem neceſſitatem ſatis prouiſum eſt per baptiſmum, per ipſum namque deletur à peccatum originale, aperitur Ianua paradiſi, infunditur gratia, per quàm baptizatus conſtituitur hæres Regni Cœlorum, & ſi moritur ſine peccato mortali ſtatim fit poſſeſſor eiuſdem Regni, ergo ſacramentum confirmationis non eſt neceſſarium ad ſalutem, obliget tamen vt non contemnatur, ſed ad augendam gratiam ſanctificantem primum, & alia dona ſpiritus ſancti lucranda excitat baptizatum ; Quod ſi baptiſmus, & confirmatio comparentur comparatione, quæ eſt perit, ideſt ſecundùm præciſas rationes Baptiſmi, & confirmationis Baptiſmus, eſt ſimpliciter nobilior ſacramento confirmationis loquendo de nobilitate ſacramenti in ordine ad finem eius principalem, quæ eſt collatio gratiæ, quia ad maiorem gratiam, & ad plures effectus ſimpliciter nobiles confertur Baptiſmus confirmatio ; ergo baptiſmus eſt nobilius ſacramentum confirmatione in ordine ad gratiam, conſequentia eſt nota, & Antecedens probatur, quia per baptiſmum deletur originale, & omnia actualia peccata in adulto, & quo ad culpam, & quoad pænam, gratiaque in illo confertur, quos in tali gradu non confert confirmatio.

19 Quia viuificare mortuum maior gratia eſt, & potentia, quam iam viuificatum ſanare, vel fortificare præciſè loquendo, ſed gratia baptiſmi mortuum viuificat gratia verò confirmationis corroborat ſeu fortificat ergo &c. Item gratia baptiſmalis eſt contra culpam originalem, & omnes eius ſequelas, ſed gratia confirmationis contra vnam ſequelam, vt puta puſillanimitatem, ſed congruum eſt contra Morbum maiorem efficaciorem exhibere medicinam &c. Item maius donum eſt de Inimico fieri amicum, quàm de amico magis amicum, ſed in baptiſmo fit homo amicus ex Inimico in confirmatione autem magis amicus ; ergo in baptiſmo confertur maius donum ; Ita Scotus in 4. diſt. 7. q. 3. Si verò baptiſmus comparetur, cum confirmatione ſupponenti Baptiſmum ; ideſt ſecundum illud, quod confirmatio ponit præſuppoſitio baptiſmo, tunc confirmatior eſt dignior baptiſmo ; probatur quia per ſacramentum confirmationis aliquis, non ſolùm dicitur viuens, ſicut per baptiſmum aquirit eſſe vitæ ſpiritualis, ſed etiam perfecto viuere tanquàm roboratus in vita ſpirituali ; ergo ſecundum hanc comparationem confirmatio eſt dignior baptiſmo ; Item ſi comparetur miniſter cum Miniſtro Confirmatio eſt nobilior Baptiſmo, quia Confirmatio miniſtratur ab Epiſcopo, ſi regulariter baptiſmus, verò à quocumque homine etiam infideli, & Turcha, ita colligitur ex Scoto.

20 Datur in Eccleſia Catholica ſignum ſenſibile, quod dicitur ſacramentum extremæ vnctionis eſt comunis de fide, ex concilijs generalibus Lateranenſis, Conſtantienſi in conſtit. Martini V. circa medium, & Florentino in decreto Vnionis Armenorum, & eſt conſtitutio 19. Eugenii j exultate &c. docentis 7. eſſe Eccleſiæ ſacramenta interquę ęnumerat extremam Vnctionem, & Doctore ſubtili in 4. diſt. 23. à quo etiam optimè definitur ſic ſacramentum extremæ vnctionis eſt vnctio hominis infirmi pænitentis facta in determinatis partibus corporis, cum oleo conſecrato ab Epiſcopo miniſtrata à Sacerdote ſimul certa verba cum intentione de-

debita proferenti ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans curationem finalem venialium; Hæc definitio eſt bona, quia explicat eſſentiam effectus Cauſas, quæ huius Sacramenti, Cum enim dicitur eſt Vnctio ſignificatur ſenſibile ſignum inquo, vt ſic conuenit, cum alijs ſacramentis; Dum dicitur hominis pœnitentis infirmi, determinatur ſubiectum recipiens ſacramentum; Dum dicitur cum oleo oliuæ ponitur ad differentiam confirmationis, quæ Chriſmati perficitur ceteræ particulæ patent, ex definitione generali ſacramentorum.

21 Licet multæ ſint, & fiant vnctiones eſt tamen vnum ſacramentum; ita communiter Theologi, nam omnes illæ partiales vnctiones ad vnum effectum numero tendunt in eadem ſpecie, ideſt ad vnam remiſſionem venialium; Materia remota huius ſacramenti extremæ vnctionis eſt oleum oliuæ; Ita Scholaſtici Scotus in 4. diſt.23.q.vnica,& alij ante,& poſt definitionem Conciliorum generalium Florentini in decreto cit. Armenorum, vbi dicitur. Quintum *Sacramentum* Sacramentum eſt extrema Vnctio cuius materia eſt oleum oliuæ, & Tridentini ſeſſ.14.cap.1. De Sacramento extremæ vnctionis, vbi inter cætera habetur; Intellexit enim Eccleſiæ Materiam eſſe oleum &c.Quod debet eſſe conſecratum Ieſu benedictum ab Epiſcopo, quod conſtat ex praxi, vel vſu Eccleſiæ Romanæ, quæ hoc oleo ſic benedicto vtitur Materia proxima, extremæ vnctionis eſt vnctio, cum oleo benedicto &c. Ita Scotus in 4.ſent. diſt.23. ſi enim oleum maneret in vaſe, & per vnctionem non applicaretur Infirmo pœnitenti nunquam fieret extremæ vnctionis ſacramentum; ergo Vnctio eſt materia proxima eiuſdem.

22 Pluralitas Vnctionum præſcripta à Rituali Romano eſt de neceſſitate præcepti Eccleſiæ, itaut ſi abſque neceſſitate omittatur fiat contra præceptum, & peccatum committitur. Ita Concilium Florentinum in decreto vnionis Armenorum, vbi præcipit vngendum infirmum in ſeptem locis corporis, hæc conſuetudo erat in Eccleſia Occidentali, vt refert Scotus, qui circa Annum 1300. floruit, & 1308. mortuus eſt, & ante eum D. Bonau. qui circa annum 1250. floruit; Iſte vnctiones faciendæ ſunt, ſub præſcripta forma neceſſaria ad faciendum ſacramentum, quæ in Verbis conſiſtit eſt comunis de fide. Ita Scotus cum Concilio Florentino in litteris vnionis Armenorum; & Concilio Tridentino ſeſſ.14. de ſacramento extremæ vnctionis cap. 1. quæ proferenda eſt modo deprecatorio, nam D. Iacobus ait, & oratio fidei ſaluabit Infirmum, & alleuiabit eum Dominus igitur debet eſſe oratoria; Patet per Concilium Florentinum loco citato, vbi ait: Forma huius ſacramenti. Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quicquid per viſum, &c. deliquiſti, Idem habet Concil. Trid. loco cit.

23 Sacramentum extremæ vnctionis, nec à Iacobo, nec ab alio aliquo Apoſtolo, nec ab omnibus ſimul fuit inſtitutum; ſed à Chriſto Domino immediatè eſt de fide, ideò eſt comunis omnibus Catholicis, ex Concilio Tridentino ſeſſ.7. cap.1. docente omnia ſeptem ſacramenta, à Domino. Immediatè fuiſſe inſtituta, & deſumpſit illud excuſi ad abolendam de Hæreticis; Idem ex ſeſſ. 14.de ſacramento extremæ vnctionis, ſic inſtituta eſt autem ſacra,hæc vnctio Infirmorum tanquã ſacrè, & propriè ſacramentum noui teſtamenti à Chriſto Domino, apud Marcum quidem inſinuatum, per Iacobum autem Apoſtolum, ac Domini fratrem fidelibus comendatum, ac promulgatum, quid clarius? De loco, & tempore hoc ius inſtitutionis non eſt autem certum, probabile tamen eſt, quod Marci 6. Chriſtus illud deſignauerit non pro tunc, ſed tempore congruè illud miniſtrandum; probatur prima pars ſi certus locus aliquis ſcripturæ poſſet adduci à Tridentino fuiſſet adductus, & tamen nullum adduci, ergo &c. Secundo quia in Eccleſia ſemper fuit hoc dubium de quando, &

vbi

vbi circa hanc inſtitutionem, & inueriſimile eſt Antiquos Patres, & Doctores, ac Magiſtros, & ſacræ ſcripturæ eximios Interpretes id latuiſſe, vt proinde fluctuauerint. Probatur ſecunda pars ex Verbis Tridentini cum ait à Chriſto Domino, apud Marcum quidem inſinuatum per Iacobum, autem fidelibus comendatur, & promulgatum; & medio illo tempore nullam de eo factam eſſe mentionem agnoſcit.

24 Solus Sacerdos, ſiue ſimplex, ſiue ſummus, vt Epiſcopus eſt idoneus Miniſter huius ſacramenti, & quo nullo caſu alius inferior Sacerdote poteſt miniſtrare illud, & ſi faciat inualidè faciet; Probatur prima pars ex promulgatione facta à Iacobo cap. 5. indicat presbyteros poſt ſe, & orent ſuper eum vngentes cum oleo; ex Concilio Florentino in literis vnionis, ideſt ex conſtitutione 19. Eugenij; & Cõcilio Tridentino ſeſſ. 14. de ſacramento extremæ Vnctionis cap. 1. & can. 4. Probatur ſecunda pars Epiſcopus per hoc quod altiorem gradum habet in Eccleſia non ceſſat eſſe presbyter, ſeu Sacerdos: ergo nemo de hoc amplius dubitatur; Probatur tertia pars, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. de ſacramento extremæ vnctionis Can. 4. illis verbis, ſi quis dixerit Presbyteros Eccleſiæ, quos Beatus Iacobus adducendos eſſe ad Infirmos iniungendum non eſſe Sacerdotes ab Epiſcopo ordinatos, ſed ætate ſeniores in quauis comunitate, obidque proprium extremæ vnctionis Miniſtrum, non eſſe ſolùm Sacerdotem anathema ſit, igitur ſi ſolus Sacerdos eſt miniſter, non ſacerdos nihil faciet tentãdo miniſtrare ſacramentum extremæ vnctionis.

25 Omnes Sacerdos, ſiue habeat iuriſdictionem in populos, ſiue non validè miniſtrat extremam vnctionem; nam quando prohibetur Religioſis, ne miniſtrent hoc ſacramentum non dicitur eſſe irritũ, & inualidum, ſicut irritum, & inualidum eſt ſacramentum pænitentiæ miniſtratum abſque iuriſdictione; Regulariter tamen ſolus ſacerdos habens curam Animarum, vel alius de eius licentia, poteſt licitè miniſtrare hoc ſacramentum; Probatur ex Clementina de priuilegijs cap. 1. vbi dicitur Religioſis, qui Clericis, aut Laicis ſacramentum vnctionis, vel Euchariſtiæ miniſtrare Matrimonium ſolemnizare, non habita ſuper his parochialibus Presbyteri licentia ſpeciali &c. incurrant excomunicationis ſentẽtiam ipſo facto, per Sedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendi; Dictum eſt regulariter, quia poterit caſus accidere, in quo alij ſimplices ſacerdotes, non ſolùm licitè poſſint illud miniſtrare, ſed ex Charitate teneantur, ergo extra caſus neceſſitatis ſoli Parochi, vel etiam Religioſi de licentia licitè poſſunt miniſtrare.

26 Non poſſunt plures Sacerdotes, nec licitè, nec validè, ita miniſtrare vt vnus materiam adhibeat alius verò formam proferat eſt comunis, cum Scoto in 4. diſt. 23. nam neuter ex illis eſſe certus de intentione alterius, ergo non fuit congruum, ſic inſtituere hoc ſacramentum, vt à duobus dicto modo poſſit miniſtrari, fuiſſet enim expoſitum frequenti periculo inualiditatis; Quod ſi plures ita miniſtrent, vt vnus vnum organum vngat, & alius ſimul vngat aliud, & quilibet ſuam recitet formam licet illicitè validè tamen facerent prima pars, patet quia contra ritum, & praxim Eccleſiæ, quod licitè nunquam præſtari poteſt, probatur ſecunda pars quia quilibet ex ijs actibus eſſet ſacramentalis, quia conſtaret ex debita materia, & forma eſſetque à Miniſtro Idoneo; ergo eodem modo dicendum eſt, ſi plures ita miniſtrent, vt vnus prius, vnum organum vngat, & ſucceſſiuè alius aliud, & hoc ſine neceſſitate illicitè quidem faciunt, ſed validè ob prædictas rationem. Idem dicendum ſi plures Sacerdotes, idem organum vngant, & ſi nul verba eadem proferant, licet illicitè faciant validè tamen miniſtrant.

27 Paſtores habentes curam Animarum tenentur ex iuſtitia miniſtrare extremam vnctionem petentibus, & alijs egentibus, iuxta illud Actuum 20. attendite

vobis, & vniuerſo Grege in quo ſpiritus ſanctus poſuit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. Igitur omnibus Rectoribus, id præcipitur Epiſcopi, autem ibi nominantur, quia tunc alij non aderant Paſtores, ſeu Rectores; tunc ſic, Regimen Eccleſiæ præcipuè conſiſtit in adminiſtratione ſacramentorum; ergo qui eam regunt tenentur miniſtrare petentibus, & egentibus; Parochus non tenentur in periculo vitæ propriæ miniſtrare hoc ſacramentum videtur colligi, ex Scoto in 3. diſt. 29. q. vnica, vbi docet ex Charitate teneri hominem magis ſe diligere, quam proximum; & D. Thoma in opuſculo de perfectione vitæ ſpiritualis cap. 14. vbi docet ſolum in extremæ neceſſitatis periculo mortis teneri ſe exponere pro ſpirituali ſalute proximi: non enim iuſtitia exigit à Parocho, vt hic faciat circa populos niſi, quæ ſunt eis neceſſaria ad ſalutem non autem ea quæ ſunt maxima vtilia, & ad melius conducentia, ſed extrema Vnctio, non eſt neceſſaria ad ſalutem, ſed ſolum valdè vtilis: ergo Parochus cum periculo propriæ vitæ, non tenetur eam adhibere.

28 Subiectum capax huius ſacramenti eſt homo viuens, quia omnia ſacramenta ſunt inſtituta ad ſalutem hominis viatoris ex definitione ſacramenti, ſed homo mortuus non eſt homo, & multo minus viator; Debet eſſe baptizatus, ita Scotus in 4. diſt. 23. cum communi nam ſacramentum, hoc delet venialia, & aufert gratiam, quæ non poſſunt præſtari in non baptizato Venerationem, nam paruuli non ſunt capaces huius ſacramenti, nam in paruulis non ſunt peccata delenda, ergo ſacra vnctio in illis non habet locum, dices Licet paruuli non ſint capaces deletionis peccatorum tamen ſunt capaces gratiæ: ergo non eſſet inualidam ſi eis applicaretur. Reſpondetur recurrendo ad inſtitutionem, quod ſcilicet ſacramenta ſint quidem inſtituta ad cauſandam gratiam, non quomodocumque, ſed neceſſarium ad aliquam peculiarem effectum eis proprium; Verbi gratia baptiſmus datus eſt ad cauſandam gratiam, quam deletur originale & alia actualia peccata; pœnitentia ad cauſandam gratiam, quam delentur actualia tantum, ſi dicendum quod extrema vnctio inſtituta, ſit ad cauſandam gratiam ſecundum ſe deletiuum venialium ab homine capaci ad confortandum contra tentationes, & ad alleuiandam Animam: Cum ergo paruuli, nec peccata habeant, nec tentationibus Diaboli ſubiaceant pro eis non eſt inſtituta extrema vnctio.

29 Amentes vel furioſi, non ſunt capaces extremæ vnctionis, nam ſæpè exponeretur periculo irreuerentiæ, & nullitatis, quia Miniſter non eſſet certus de diſpoſitione talium, & ſic ſanctum dare canibus contra præceptum Domini, Mat. 7. ſi tamen petierint hoc ſacramentum ante furiam, vel amentiam implicitè, vel explicitè illis dandum eſt, in eo enim ſtatim iudicantur in quo erant ante amentiã, & furiam, non enim eſt pietati conſentaneum, vt tales miſeri hoc beneficio priuentur. Homo vt ſit capax extremæ vnctionis debet eſſe infirmus. Scotus cum comuni ſententia Concilio Trid. ſeſſ. 14. de extrema vnctione cap. 1. & Florentino ſeſſ. vltima in literis vnionis. Infirmia in quam de cuius vita timetur cui probabiliter imminet exitus Scotus, vbi ſupra cum comuni; Non infirmus, etiam ſi in periculo mortis ſit conſtitutus, vt in periculo belli ſubmerſionis, vel alio ſimili non eſt capax extremæ vnctionis, Scotus cum comuni. Non tales ex poſiti periculis; non ſunt infirmi; ergo ſunt incapaces conſequentia; probatur, quia hoc ſacramentum eſt infirmis à Deo præparatum, & hoc fuit ſemper in praxi Romanæ Eccleſiæ, & Rituale in cap. de extrema vnctione, id expreſſè docet §. 9.

30 Vt homo ſit capax huius ſacramenti, non eſt neceſſe vt ſit inueniali, ſed ſufficit ſi eſſe poſſit, aut potuerit probatur ex illo Iacobi, ſi in peccatis eſt dimittentur ei, nam incapax venialis de præterito, a futuro caret morbo actuali, & poſſibili; ob quem ſaltem conditionalem (id eſt ſi adſit) Sacramentum hoc eſt inſtitutum a

finis

finis enim ſacramentorum omnium in hominibus regulariter eſt morbus, ideoque ipſa dicuntur Medicinæ ſpiritualis. Ad licitè miniſtrandam ſacram vnctionem (niſi caſus mortis impediat) eſt neceſſarium, vt infirmus vngatur in partibus determinatis corporis, ſcilicet organis, ita Scotus in 4. d. 23. cum comuni, & ratio eſt quia ſacramenta ſunt miniſtranda, iuxta ritum ab Eccleſia præſcriptum, ita Concilium Tridentinum, ſermon. 67. can. vltimo, vbi anathematizat eos qui aliter miniſtrarent ſacramenta; non tamen omnes vnctiones ſunt de neceſſitate ſacramenti, ſed ad eius validitatem ſufficit ſi vna fiat ſi ex aliquo caſu reliquæ, fieri nequeunt, nam in epiſtola D. Iacobi, quæ eſt prima ſcriptura, per quam fuit manifeſtata inſtitutio, & cui ſemper innixa eſt Eccleſia in doctrina huius ſacramenti, non meminit organorum vngendorum, nec omnium, nec aliquorum, ait enim vngentes cum oleo; ſi Infirmus careat aliquo ex membris, quæ vngi debent vngendus eſt in parte proxima, vt expreſsè docet D. Bonauentura in 4. d. 23. p. 1. q. 3. cui fauet Eccleſiæ praxis, quæ ſic operatur, iuxta illud Ritualis Romani in cap. de ſacramento extremæ vnctionis; ſi quis autem ſit aliquo membro mutilatus pars loco illi proxima inungatur eadem verborum forma, qui nos ſemper retinendus eſt.

31 Idem homo in pluribus morbis poteſt pluries hoc recipere ſacramentum, nam hoc ſacramentum non imprimit Characterem: ergo poteſt iterari; fauet Concilium Tridentinum ſeſſ. 14 de extrema vnctionem cap. 3. circa medium, vbi dicit, ſi Infirmi poſt ſusceptum hanc vnctionem conualuerint, verum huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterunt, cum in alio ſimile diſcrimine indigebunt, immò in eadem infirmitate poteſt iterari ſi pluries accidit, vt infirmus ſit expoſitus periculo mortis, & inter vtrumque periculum notabilis interruptio intercedat, ita expreſsè docent D. Bonau. in 4. diſt. 23. p. 2. q. 4 in fine, & D. Thomæ in eodem 4. diſt. 23. q. 1. articulo 4. nam finis huius ſacramenti eſt Infirmum iuuare contra Demonis tentationes venialia tollere, & eundem alleuiare, ſed in eadem Infirmitate horum omnium neceſſitas, ſæpè poteſt imminere, ergo &c. tamen vt ſuſcipiens licitè ac dignè recipiat ſacramentum hoc eiuſque effectus debet eſſe in gratia ſanctificante, nam hoc eſt de numero ſacramentorum, quæ viuis applicantur, & duo tantum ſunt ſacramenta mortuorum, nempè baptiſmus, & pænitentia iſta enim dicuntur prima, & ſecunda Tabula poſt Naufragium peccati originalis, & actualis; extrema igitur vnctio cum non poſſit conferre primam gratiam, nec iuſtificare præſupponit ſuſcipientem eſſe iuſtificatum, & eſſe in gratia ſanctificante.

32 Suſcipiens hoc ſacramentum debet ad ipſum diſponi; quia ſacramenta non ſunt indignis conferenda ex cap. In mandatis art. 43. & Matth. 7. nolite ſanctum dare canibus &c. Hæc diſpoſitio requiſita in Infirmo ad ſacramentum extremæ vnctionis ſufficit ſi ſit actus, vel Charitatis in Deum, vel pænitentiæ virtutis, & Religionis circa ipſum ſacramentum; Quoad actum pænitentiæ eſt Scoti in 4. diſt. 23. Hæc pænitentia ſufficit virtualis, quia pænitentia formalis requiritur ad faciendum ſacramentum pænitentiæ, quæ ſi requiretur etiam ad ſuſcipiendum ſacramentum extremæ vnctionis, eſſet infirmi onus eo vel maximæ, quia per pænitentiam formalem obtineret deletionem venialium abſque ſacramento extremæ vnctionis, ergo ſufficit virtualis; ſi ex defectu diſpoſitionis, vel ex alio capite hoc ſacramentum non efficerent ſuum effectũ adhuc ſacramentum eſſet, vel id nam ſed effectu cui ens, & inefficax nam haberet omnia eſſentialia extremæ vnctionis materiam formam, & Miniſtri intentionem, quæ ſunt requiſita ad perficiendam eſſentiam ſacramenti; ſuſcipiens autem non conſtituit ſacramentum, ſed requiritur ſolum, vt effectus ſacramenti poſſit in eo recipi: ergo licet ſacramentum hoc non cauſaret effectum ſuum adhuc eſſe validum ſacramentum.

33 Effe-

33 Effectus ſacramenti Extremæ vnctionis ſunt ſequentes; primus eſt augmentum gratiæ habitualis, & ſanctificantis ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 1. & 2. & can. 2. de ſacramento extremæ vnctionis; ſecundus effectus eſt remiſſio venialium, ita Scotus cum cæteris ſcholaſticis, cum D. Iacobo dicente ſi in peccatis eſt dimittentur ei, & Concilio Tridentino ſeſſ. 14. de ſacram. extremæ vnctionis cap. 2. dicente abſtergit delicta, ſi quæ ſuperſunt expianda, ac peccat reliquias, intellige venialia, nam ad mortalia delenda inſtitutum eſt ſacramentum pœnitentiæ, ſeſſ. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 1. & can. 1. eiuſdem Concilij Trid. Nomine reliquiarum peccati, non ſunt intelligendi habitus vitioſi relicti ex peccato, ſiue originali, vt concupiſcentia, ſiue ex actualibus, qui inclinant ad malum, & retardant à Bono, nam experientia conſtat hoc habitus non deleri, nam ſi infirmus conualeſcat eoſdem in ſe experitur, Item nomine reliquiarum peccati, non intelligitur omnis reatus pænæ temporalis debiti peccatis dimiſſis, nam ſi hoc eſſet ſequeretur, quod decedentes in gratia, cum hoc ſacramento recto tramite in Cœlum conſcenderent, & purgatorio non egerent, quod eſt falſum immò nouum eſſet in Eccleſia, quod detur ſacramentum deletiuum omnium pænarum præter baptiſmum.

34 Nomine reliquiarum peccatorum intelligi poteſt debilitas ad bonum, & & procliuites proxima ad malum, pro illo tempore exitus vitæ; Nihil aliud melius, ac verius dici poteſt eſſe reliquias peccati, quam prædicta, quæ ex peccato, tam originali, tam actuali ortum habent; Vnde clamat Apoſtolus Rom. 7. ſentio aliam legem in membris, membris repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati; Huiuſmodi debilitas eſt auferenda, vt infirmus mente ſanetur, & fiduciam in Dei miſericordia habeat, hoc præſtatur per ſacramentum extremæ vnctionis. Tertius effectus eſt ſalus corporis, quando pro ſalute animæ expedit; probatur ex Concilio Florentino in decreto vnionis Armenorum, & Tridentino ſeſſ. 14. de ſacramento extremæ vnctionis cap. 2. in fine. Hic effectus infallibiliter cauſatur, ex opere operato in prædicta circumſtantia, niſi ponatur obex extrema vnctio, cauſat effectus ſuos. Quando vnctiones faciendæ completæ ſunt; Vel ſi omnes non ſunt faciendæ, quando vltima ex faciendis perfecta eſt; Nam ſacramentum, hoc ex Scoto in 4. diſt. 23. eſt vnum non vnitate indiuiſibilitatis, ſed integritatis, ergo quando integraliter factum eſt ſuum præſtat effectum, & ſacramento ordinis.

De Sacrificio Euchariſtico. Articulus 5.

1 Magna ſemper fuit Hæreticorum iniquitas, & perfidia in Eccleſiam, & fidem Catholicam, ſed potiſſimè cum eſſet ſermo de ſacrificio, qui vt excludant vnicum, & verum Eccleſiæ ſacrificium, ita rationem ſacrificij explicant, vt vel omne opus bonum, vel ſaltem omne, id quod Deo offertur velint eſſe propriè ſacrificium. Vnde Philippus Melanchthon in locis comunibus titulo de ſacrificio euchariſtico, ſacrificium dicit eſſe omne opus, quod Deo redimus, vt eum honore afficiamus; & Caluinus lib. 4. Inſtitut. cap. 18. §. 13. 16. 17. omnem oblationem, etiam ſi nulla fiat circa illam immolatio vult eſſe verum ſacrificium, idem ferè docent alij Hæretici, vt refert Gregorius de Valentia, apolog. de ſacrificio Miſſæ, & Bellarm. lib. de Miſſa cap. 2. ſed certum eſt, & fide tenendum, neque omne opus bonum, neque omnem oblationem eſſe ſacrificium verum, & proprium, probatur, quia ad proprium ſacrificium requiritur Sacerdos, & Altare, Sacerdos quidem quia offerre ſacrificium eſt proprium munus Sacerdotis, vt conſtat ex Apoſtolos ad Hebræos Quintum. Omnis Pontifex, ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur,

in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia; Hinc Ozias Rex cum non eſſet Sacerdos, & ſacrificium offerre vellet à Deo punitus fuit quia officium Sacerdotibus voluit vſurpare 2. Paral. 14. & Saul ob eundem cauſam à Deo reiectus, & priuatus Regno 1. Reg. 13.

2 Altare etiam requiritur, tum vſu omnium gentium, tum ex ſcripturis, vbi altaria non leguntur erecta niſi ad vſum, & ſignificationem ſacrificij; Quod ſi omne opus bonum eſſet ſacrificium omnis homo iure naturæ eſſet propriè Sacerdos, quia iure naturæ obligatur ad opera bona ſic enim naſcerentur Sacerdotes non conſecrarentur, & fæminæ eſſent Sacerdotes, quod eſſet abſurdum, & contra comune Iudicium humanum, & ratio eſt quia cum ſacrificium ſit præſtantiſſimus cultus externus, quo Deus ab hominibus colitur, æquum eſt; vt non paſſim à quouis offeratur, ſed à perſonis ſelectis, & ad hoc peculiariter deputatis; Vnde apud omnes gentes, ſemper fuere aliqui peculiariter deputati, qui publico ſacrificio Deum placarent, & colerent; nam vt D. Auguſtinus lib. de Ciuit. cap. 4. ait nemo vnquam ſacrificādum cenſuit niſi ei quem aut Deum ſciuit, aut putauit, aut finxit; & hoc non niſi de Sacerdotibus: Vide D. Auguſtinum epiſt. 49. qu. 3. & lib. 8. Ciuitatis cap. vltimo, & lib. 22. cap. 10. vbi ſemper coniungit hæc duo ſacrificium, & ſacerdotium tamquam inſeparabilia; Idem confirmatur ex Nominum affinitate, nam apud latinos ſacrificus, & Sacerdos, idem valent.

3 Nec obſtat, quod contritio, & eleemoſyna, & quod vis opus iuſtitiæ in ſcripturis vocetur ſacrificium. Pſalm. 50. ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, & pſalm. 4. ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Ad Hebreos vltimo beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci talibus enim hoſtijs promeretur Deus, quia nomen ſacrificij ibi ſumitur largè pro omni opere, quod inſtar ſacrificij Deum placat, & conciliat; Vide D. Criſoſtomum in pſalmum 95. vbi 10. genera talium ſacrificiorum enumerat; Primum ſacrificium Martyrij, ſecundum deprecationis, Tertium Iubilationis, Quartum Iuſtitiæ, Quintum eleemoſynæ, Sextum laudis, Septimum compunctionis, octauum Humilitatis; nonum prædicationis, decimum beneficentiæ in Sanctos. Quando ſtrictè, & propriè accipitur à bonis operibus diſtinguitur, 1. Reg. 15. melior eſt obedientia, quam victimæ; Oſeæ 6. miſericordiam volo, & non ſacrificium. Pſalm. 50. ſi voluiſſes ſacrificium; Nec omne opus bonum, quod fit ad Honorem Dei, eſt ſacrificium contra Melanchthonem; probatur primo, quia ſacrificium debet præſeferre cultum Dei externum, iuxta comunem omnium Gentium conſenſum, at multa bona opera poſſunt fieri ad honorem Dei ſine cultu Dei; ſecundo quia multi faciunt opera ad honorem Dei, qui non ſunt Sacerdotes.

4 Non omnis oblatio Deo facta eſt propriè ſacrificium contra Caluinum; quia ſcriptum paſſim diſtinguit oblationes à ſacrificijs, Pſalm. 50. oblationes, & holocauſta, Pſalmo 39. Sacrificium, & oblationem noluiſti, & Hebr. 5. vt offeret pona, & ſacrificia, ſecundo quia in ſcriptura multa dicuntur offerri, quæ non tamen rectè dicuntur ſacrificari, vt primo geniti primitiæ variarum frugem aurum, vel argentum lapides prætioſi, & biſſus &c. Vide exodum 25. & 35. ergo ſacrificia differunt ab oblationibus, Tertio quia ad ſacrificium requiritur aliquam mutatio rei, vt ſtatim dicetur, non autem ad omnem oblationem, Quartò quiuis poteſt facere oblationes, non tamen poteſt quiuis ſacrificare, ſed ſoli ſacerdotes. Pro horum intelligentia notandum eſt ad ſacrificium perfectum propriéque dictum quinque requiri, vt colligitur ex ſcripturis, primùm ex parte Miniſtri, ſecundùm ex parte Materiæ; Tertium ex parte formæ. Quartum, & parte finis, Quintum ex parte loci; Hæc breuiter explicanda ſunt, & ex ijs colligetur vera definitio proprij ſacrificij; ex qua pendet intelligentia eorumque, dicta ſunt contra Hæ-

re-

reticos, & quæ dicenda ſunt ſecundùm Catholicam doctrinam.

5 Primò ex parte Miniſtri requiritur, vt ſit Sacerdos de quo dictum eſt ſuperius; Nam Sacerdos in propoſito dicitur qui legitima auctoritate ad offerendum ſacrificium eſt deputatus patet ex ſuperius dictis: Confirmatur, quia ſacrificium eſt præcipua Ceræmonia externa, qua populus in vnum nomen Religionis conſpirat; Per illud enim omnes ſimul inſtar vnius corporis Deum colunt, & Religionem ſuam teſtantur; oportet enim aliquas eſſe actiones, ac Cerçmonias externas, quibus non ſolum ſinguli ſeorſum, ſed etiam tota reſpublica cunctim, velut vnum corpus politum, vna eademque Religione Diuinum numen veneretur, eiuſque ſummum principatum, & ſuam ſubiectionem profiteatur, cum etiam omnes ſimul Deo ſubiecti ſunt, & totum bonum comune pendeat ab eo, Itaque cum inter has primum locum teneat ſacrificium neceſſe eſt, vt ſint aliquæ perſonæ publico nomine ad hoc deputatæ, quæ Sacerdotes dicuntur. Secundò ex parte materiæ requiritur, res aliqua ſenſibilis externa viua, vel inanima omnia enim, quæ vſu gentium, vel in ſcripturis dicuntur propriè ſacrificia verſantur in ore huiuſmodi, quia ſacrificium non in ſola actione ſacrificandi, & ſed in ipſa, & re ſacrificanda ſimul.

6 Ex parte formæ requiritur illius rei peremptio, vel aliqua alia conueniens mutatio, hoc enim potiſſimum differt ſacrificium ab oblationibus; Probatur primo, nam omnia ſacrificia legis naturæ, & veteris quantum ex ſcripturis colligi poteſt, fiebant non ſimplici oblatione ad altare Domini, nec ſola eleuatione, ſed deſtructione rei facta ad honorem Dei, quçdam enim per occiſionem ſacrificabantur, vt viuentia, quædam per combuſtionem, vt carnes Animalium occiſorum, & res inanimę ſolidæ, vt ſimila Tailhus, quçdam per effuſionem, vt ſanguis, vinum, aqua, vide Leuit. cap. 1. & 2. Idem patet de ſacrificijs ethnicorum, ſic fiebant ſacrificia in veteri lege ob duplicem rationem, vna ob ſignificationem mortis Christi, omnia enim ſacrificia erant quædam figuræ cruenti ſacrificij Crucis; altera quia ſacrificium eſt ſumma proteſtatio ſubiectionis noſtræ ad Deum, & ideò requirit, vt non ſolum vſus rei Deo offeratur, ſed ipſa etiam ſubſtantia, quod fit per conſumptionem, aut mutationem; ſiue ſit totalis, vt contingit in holocauſtis in quibus totum comburitur in Dei gloriam, ſiue ſit partialis, vt contingit in hoſtia pacifica.

7 Finis requiritur, vt explicitè, vel implicitè referatur ad honorem Dei, ſi alio fine fiat, non erit ſacrificium, finis autem poteſt eſſe quadruplex primus recognitio, ſeu proteſtatio ſupremi dominij, quod Deus in nos habet, & ſimul noſtræ ſubiectionis, & ſeruitutis, erga Deum; ſecundus gratiarum actio pro beneficijs à Deo acceptis, Tertius nouorum beneficiorum impetratio, Quartus expiatio peccati quod contra Deum commiſſum eſt; Cum enim honoramus, & colimus Deum offerendo illi externum ſacrificium: Nimirum vt teſtemur nos eſſe ſeruos Dei, cui omnia debeamus, vt hoc externo ſigno profiteamur nos gratos eſſe pro acceptis ab eo beneficijs, vt declaremus non ab alio, quàm ab ipſo nos deinceps beneficia ſperare, & impetrare poſſe, vt ſi propter peccata noſtra offenſus eſt eum placemus, & condonationem, & expiationem peccatorum ab eo obtineamus. Ex hoc quadruplici fine ſolet diſtingui quatruplex ſacrificium, Primum Latreuticum, Secundum Euchariſticum, Tertium Impetratorum, Quartum Propitiatorium, de quibus pluri in ſequentibus; Ex parte loci ſacrificandi, cum eſt ſuperius debere eſſe altare locus inquam huic muneri dedicatus; dignitas enim operis requirit locum ſpecialem ab vſibus prophanis ſegregatum, vt mos omnium gentium oſtendit.

8 Dictum eſt iſta quinque requiri ad ſacrificium perfectum, prout ſcriptura de eo loquitur, quia ad imperfectum quendam

dam ſacrificij modum non videntur, hæc omnia neceſſaria tale enim fortaſsè ſinguli homines in lege naturæ offerre poterant priuato nomine, & auctoritate, & eo loco, vbi placuiſſet: Nam apud ethnicos ſimile, quod videmus, ſed talia non erant perfecta ſacrificia, quia perfectio oblationis maximè pendet ex conditione offerentis; ex dictis colligi poteſt, quid ſit ſacrificium, & poſſe hoc modo deſcribi ſacrificium eſt oblatio rei ſenſibilis à legitimo Miniſtro facta Deo per realem immutationem ad teſtandum ſupremum illius dominium, & noſtram ſubiectionem; eſt oblatio, ponitur loco generis in quo ſacrificium conuenit, cum ſimplici oblatione, quæ non eſt ſacrificium; Dicitur rei ſenſibilis, vt excludatur interna oblatio, qua mens ſe ſua, quæ omnia Deo ſubiecit, pro quo nota, Quod ſacrificium pertinet ad cultum Dei Deus, autem poteſt ſoli dupliciter, primo per internum actum agnitionis ſubmiſſionis Charitatis timoris, & reuerentiæ, quod nobis comune eſt cum Angelis. Secundum per externum actum laudis prædicationis adorationis voti oblationis ſacrificij, quod homini proprium eſt.

9 De hoc poſtremò cultu hic agimus nempè de externo, qui exhibetur Deo per ſacrificium; Is autem poteſt dupliciter ſpectari, primò nudè ſecundum ſe, quatenus nihil aliud eſt, quàm externa, quædam Cæremonia, & ſic non placet Deo, ſecundò quatenus cum interno actu, & cultu coniunctus eſt, ſiue quatenus procedit ex interna Animi agnitione, ſub miſſione reuerentia, & amore erga Deum, tanquam creatorem, ac ſupremum Dominum omnium Creaturarum, & ſic verè ſacrificij rationem habet; Dicitur à legitimo Miniſtro, quia non quiuis poteſt offerre ſacrificium, ſed qui ad id deputati ſunt quales in lege naturæ erant, vel Patres, vel primogeniti; In Moſaica ſoli filij Aaron; In lege Euangelica ſoli Epiſcopi, & Presbyteri; Dicitur per realem immutationem, tum quia eſt perfectiſſimus cultus, tum quia alias non diſtingueretur à ſimplici oblatione; Dicitur ad teſtandum ſupremum Dominium &c. hic eſt finis eſſentialis ſacrificij, non tamen negamus ſacrificium habere alium finem ſecundarium, & acceſſorium nempè miſticè, ſignificare miſteria illius cruenti ſacrificij Chriſti, ad quod figurandum ſacrificia legis naturæ, & Moſaicæ ſuo modo ordinata erant &c.

10 Sacrificium ſolet diuidi quatuor modis, iuxta quatuor cauſarum genera, primò ratione originis, ſeu cauſæ efficientis, ſecundò ratione materiæ, tertiò ratione formæ, & finis ſimul, quartò ratione, finis tantum; ratione originis, ſeu Cauſæ efficientis diuiditur in ſacrificium legis naturæ, Moſaicæ, & Euangelicæ, quæ tamen diuiſio videtur, potius intelligenda ratione ſtatu, ſeu temporis, quam Cauſæ efficientis, Nam ſacrificium agni Paſchalis inſtitutum fuit in ſtatu legis naturæ ante legem Moſaicam eius tamen ortum non eſt ex inſtinctu naturæ, ſed ex Dei ordinatione; Ratione Materiæ diuiditur in victimam, ſeu hoſtiam immolationem, & Libament. Eſt enim tria lex materia ſacrificij; vel enim offertur aliquod Animal, & vocatur Victima, ſeu hoſtia, vel offertur res inanima ſolida, & dicitur Immolatio; Vel liquida, & tunc eſt libamen. Et quidem in lege veteri non offerebantur, niſi hæc Animalia ouis, Capra hædus bos vitulus columba paſſer turtur. Res autem *autem* inanimæ ſolidæ erant, Panis, ſimila ſal, thus, manipulus ſpicarum virentium, & triticum, vt patet, Leuit. 2. 6. Hac leuabat Sacerdos, & variè immutabat, & in illa immutatione, conſiſtebat ſacrificium; Panis in fruſta vudebatur, ſimila Sartagine Clibano, vel craticula cremabatur. Sal vrebatur Thus adolebatur, manipulus ſpiccarum torrebatur Triticum contereba. tur; Liquidæ res erat ſanguis, vinum, oleum, aqua; Hæc effuſione offerebantur.

11 Ratione formæ, & finis ſacrificium diuiditur in Holocauſtum Hoſtiam pro peccato, & hoſtiam pacificam, Holocauſtum erat ſacrificium perfectiſſunum, quia

in

in eo tota res inſumum reſoluta ſurſum à Deum aſcendebat, ita vt nihil inde cederet in vſum humanum; Vnde perfectiſſimè ſignificabatur omnia eſſe ipſius Dei, & ad eius honorem referenda eſſe; Quare potiſſimum ad hunc finem inſtitutum erat hoc ſacrificium licet interdum fieret ob peccatum populi,& Sacerdotum Leuit.1. Sacrificium pro peccato, partim tremabatur partim cedebat in vſum ſacerdotum,qui in atrio templi ex eo veſcebantur; Hoſtia pacifica partim tremabatur partim edebatur, tum à Sacerdotibus, tum ab ijs qui obtulerant ſolebat offerri, vel in gratiarum actione pro beneficijs acceptis, & tunc eodem die comedi debebat, vel noua beneficia impetranda, & tunc differre poterat eius conſumptio in diem poſterum non tamen vlterius, Ratione finis diuiditur in ſacrificium Latreuticum,Euchariſticum, Impetratorium, & Propitiatorium; Latreuticum dicitur, quod ſolum fit ad Deum colendum teſtandum eius principatum, & noſtram ſubiectionem; Euchariſticum fit in gratiarum actionem pro beneficijs acceptis, Impetratorium pro accipiendis, vtrumq; dicebatur hoſtia pacifica; Propitiatorium offerebatur pro peccato,& pro peccatorum penis ac flagellis auertendis,

12 Sacrificia Legis naturæ ſunt,quæ ab Adamo,vſque ad Moyſen oblata ſunt, vel etiam poſt Moyſen apud eos, qui legem Moſaicam non acceperunt; ſiue ex ſolo naturæ inſtinctu,ſiue ex peculiaris Dei inſtitutione; Huiuſmodi ſūt ſacrificia Abel, Noe,Abraham,Melchiſedech,Iſaac,Iacob Iob; Quibus annumera hi poteſt Agnus Paſchalis,qui ante legem ſcriptam offerri iuſſus eſt; De ſacrificio Abel, & Cain ex Gen.4.2. Fuit Abel Paſtor ouium,& Cain Agricola, factum eſt autem poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, Abel quoque obtulit de primogenitis Gregis ſui, & de adipibus eorum;& reſpexit ad Abel, & ad munera eius,ad Cain verò,& ad munera eius non reſpexit, Probabiliter dici poteſt Abelem ſacrificaſſe edoctum à Parēte ſuo Adamo, qui à Deo,immediatè inſtructus fuit; Vel ex naturali rationis dictamine ſicut ſentit Clemens l.6.Conſtit.c.29.Hoc certum ſacrificium Abelis Deo placuit; ideò reſpexit ad Abel,miſſo enim de cęlo igne ſenſibili cremauit, & conſumpſit ipſius ſacrificium.Ita D.Hyeron. & Cirillus, & Theodotionis verſio,quæ ſic habet, Inflammauit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium eius ſuper Cain verò,& ſuper ſacrificium non inflammatum. Qui ita,& inuidia offenſus occidit fratrem ſuum.

13 Noe poſt Diluuium ſacrificium Deo obtuliſſe narrat ſcriptura his Verbis Gen. cap.8.20. Ædificauit autem Altare Domino,& tollens de cunctis pecoribus,& volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare,odoratus quæ eſt Dominus odorem ſuauitatis,Hoc ſacrificium obtulit Noe ex præcepto Diuino,nam Deus ante diluuiū prçceperat ei dicens Gen.7.2.ex omnibus animantibus mundi tolles ſeptima,& ſeptena maſculum, & fæminam de Animalibus verò immundis duo, & duo Maſculū, & fęminam Vnde apparet Deum voluiſſe vt plura munda, quā immunda animalia ſecum aſſumeret;Cur autem hoc?niſi quia voluit, vt poſt diluuium offerret ſacrificia de mundis non autem de immundis,ideò quę plura debebant eſſe munda,quam immunda,ita D.Griſoſt.hom.24.in Geneſim, & alij plures; Hoc ſacrificium ſicut,& ſacrificium Abelis proceſſit ex interna fide, & deuotione ideò quæ Deo placuit; Item fuit Euchariſticum;Nam Noe ſtatim, vt ex Arca egreſſus eſt memor tanti beneficij, quo diuinitus ex aquarum diluuio liberatus eſt voluit grati Animi ſignum exhibere; Quod quidem fuit figura ſacrificij noui teſtamenti iniquo offertus eſt Chriſtus non ſolum agnus mundiſſimus,ſed ſanctus ſanctorum.

14 Abraham altari erecto nomen Domini inuocauit quatuor ſacrificia obtuliſſe, primum cum egreſſus de terra, & cognatione ſua venit in terram Chanaam propè Sichem, vbi apparuerat ei Dominus Gen.12. 7. apparuit autem Dominus Abrā,& dixit ei ſemini ſuo dato terrā hāc

qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, ſecundum in monte inter Bethel, & Hai Gen. 12.8. & inde tranſgrediens in Montem, qui erat contra Orientem Bethel tetendit, ibi tabernaculum ſuum &c. Edificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit ibi nomen eius; Tertium ibidem Gen. 13 4, reuerſus, quæ eſt per iter, quo venerat à meridie in Bethel, vſque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel, & ita in loco Altaris, quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini, Quarto iuxta conuallẽ Mambre, quæ eſt in Hebron Gen. 13, 18. mouẽs in tabernaculum ſuum Abram venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron, ædificauitque ibi altare Domino; Item legimus Abrahamum iuſſum eſſe ſumere vaccam triennem, & Capram trimam, & arietem annorum tuum, turturem, & columbam Gen. 15. 9. Hæc aut iuſſum eſt ſacrificij cauſam, & fœderis cum Deo initi; tandem legimus Abraham iuſſum offerre filium ſuum vnigenitum, ſed poſtea prohibitum obtuliſſe arietem Gen. 22. 2. Dixit Deus ad Abraham tolle filium tuum Vnigenitum, quam diligis Iſaach, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in Holocauſtum ſuper vnũ montium, quem moſtrauero tibi, vide ibi promptam obedientiam. Hæc oblatio continet illuſtrem figuram oblationis Chriſti in Cruce. Vide D. Auguſtinum ſerm. 71. de temp. Hæc breuiter dicta ſint de ſacrificijs Abrahæ quorum quattuor priora oblata ſunt ab ipſo pro gratiarum actione, quintum pro fœdere inter ipſum, & Deum initum ſextum ad figurandam Chriſti immolationem.

15 De Melchiſedech legitur Gen 14. 18. At verò Melchiſedech proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi) benedixit ei, & ait; Benedictus Abraham Deo excelſo, & Benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt: ex ijs Verbis tria colligimus primum Melchiſedechum fuiſſe Sacerdotem Dei Altiſſimi: De hoc nulla eſt controuerſia cum ſectaris, nam etiam à D. Paulo confirmatur ad Hebræos 7. 1. cum ait Melchiſedech Rex Salem, & Sacerdos Dei altiſſimi; ſecundum obtuliſſe panem, & vinum in ſacrificium, idque in gratiarum actionem pro Victoria ab Abraham obtenta, ſic enim antiqui Patres, qui de hac re locuti ſunt, contra Caluinum, & eius ſectarios, qui volunt protuliſſe in corporalem refectionem Abrahami, & Sociorum eius, qui fatigati ex prelio reuertebantur. Tertium ea oblatione præfiguraſſe ſacrificium Chriſti, quod in vltima cæna ſub ſpecie panis, & vini actum eſt; & ratio eſt, quia ſi Chriſtus vt ſcriptura teſtatur fuit verè Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordinem Aaronis, neceſſe eum in ſacerdotio fuiſſe magis ſimilem Melchiſedecho, quam Aaroni; Hæc ſimilitudo in eo conſiſtit, quod Chriſtus in vltima Cœna non obtulerit ſacrificium ex Animalibus, vt Aaron, ſed ex pane vt Melchiſedech; quod ſi dicatur, etiam Aaron aliquando obtulit panem, & vinum, ergo propter hanc oblationem non minus Aaron, quam Melchiſedech fuit figura Chriſti. Reſpondetur Aaron principaliter ſacrificaſſe Animalia, & acceſſoriè, & quodammodo per accidens panem, & vinum Melchiſedech, verò obtulit principaliter panem, & vinum, ideò fuit figura Chriſti panem, & vinum pariter principaliter obtulit.

16 Iſaac non niſi ſemel legitur ſacrificium obtuliſſe, idq; in Berſabee, nam de eo ſic ſcribit Moyſes Gen. 26. 23. aſcendit autem in Berſabee, vbi apparuit ei Dominus in ipſa nocte dicens. Ego ſum Deus Abraham Patris tui: Noli timere, quia ego tecum ſum; Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham; Itaque ædificauit ibi altare, & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum; Ex quibus verbis conſtat, primo Deum promiſiſſe Iſaaco ſuum protectionem benedictionem, & copioſam poſteritatem ſecundo, Iſaacum vt pro eum liberali promiſſione gratum ſe oſtenderet ædificaſſe Altare, & ſacrificium obtuliſſe, Iacob filius eius plura ſacrificia Euchari-

ſtica

ſtica obtulit pro diuerſis beneficijs à Deo acceptis; quotieſcumque enim à Deo nouum aliquod beneficium accipiebat; ſtatim pro gratiarum actione offerebat illi ſacrificia; Primum obtulit in monte Galaad pro felici compoſitione litis, quæ inter ipſum, & Laban orta erat. Gen. 31. 53. Secundum propè Sichem Gen. 33. 20. eo quod in itinere rediens ex Meſopotamia Syriæ euaſiſſet iram fratris ſui Eſau, quem valdè timebat; Tertium in Bethel ob eandem cauſam. Gen. 35. 7. Quartum in Bethel pro promiſſione futuri ſeminis, & benedictionis à Deo factæ. Gen. 35. 13. Quintum ad puteum iuramenti, eo quod intellexiſſet filium ſuum Ioſeph, quem putabat eſſe mortuum adhuc viuere, & dominari in Ægypto.

17 De ſacrificio Iob hic legitur Iob 1. cap. numero 4. Ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos vniuſquiſque in die ſuo; Cum in orbem tranſiſſent dies conuiuij mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgens que diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis; Dicebat enim ne fortè peccauerint filij mei ſic faciebat Iob cunctis diebus; Ex quibus Verbis tria colliguntur, primum eſt præparatio ante ſacrificium, ſecundum ipſum ſacrificium; Tertium cauſa, ſeu finis ſacrificij præparatio ſignificatur illis verbis, ſanctificabat illos; Porrò ſicut triplex eſt ſacrificium Legis naturæ, Legis Moſaicæ, & Legis gratiæ, ſic triplex ſanctificatio, quæ præcedit ſacrificium vna in Lege naturæ de qua eſt hic ſermo, ſecunda in Lege Moſaica, de qua primo Regum 16. 5. Tertia in Lege gratiæ, & Euangelij, de qua 1. Cor. 11. 28. prima ſanctificatio qualis erat filiorum Iob fiebat iuxta dictamen rectæ rationis. Altera, quæ erat Iudæorum fiebat ex præſcripto Legis Moſaicæ, & conſiſtebat in ablutione veſtimentorum, in abſtinentia ab immundis, & in abſtinentia à mulieribus, vt putat Exodi 19. 10. Leuitici 22. 4. & alibi ſæpè; Tertia quæ eſt Chriſtianorum fit ex præſcripto Chriſti, & conſiſtit in diligenti examine conſcientiæ, & vera cordis contritione, & munditia, 1. Cor. 11.

18 Sacrificium Agni Paſchatis à Deo inſtitutum eſt paulo ante egreſsum filiorum Iſrael ex Ægypto, ac primo celebratum pridie egreſſionis ad veſperam cum mandato, vt poſtea ſingulis annis primo menſe anni die 14. menſis ad veſperam repeteretur. Iſte Agnus debuit habere tres conditiones prima eſt eſſet maſculus 2. vt articulus, ſeu vnius tantum anni 3. vt ſine macula id eſt ſanus, & integer non morbidus, aut vitioſus ex illo Exodi 12. 3. Loco Agni etiam licebat aliud animal immolare niſi hædum, quis tamen haberet eaſdem conditiones prædictas Agni Exodi 12. 5. Quo tempore immolandus erat dictum eſt; Cum Hæbrei ad hac eſſent in Aegypto ſinguli Patres familias in ſua Domo cubebantur immolare, & comedere Agnum Exodi 12. at tempore peregrinationis immolauerunt, & comederunt in Deſerto Sinai Num. 9 1. Item in ingreſſu in Iudæam poſt tranſitum Iordanis in campeſtribus Iericho Ioſue 5 10. Denique tempore habitationis in Iudæa nuſquam licebat, id facere niſi in illo loco vbi eſſet Tabernaculum, iuxta illud Deuteron. 16. 5 locus autem in quo habitauit nomen Domini, fuit varijs temporibus varius 1. Galgala, 2. Silo, 3. Nobe, 4. Gabaon, 5. Ieruſalem ædificato templo Salomonis.

16 Primo mactabatur agnus, & ſanguis eius ponebatur ſuper vtroque poſte Ianuæ, & ſuperliminari domi in qua edendus erat, ſecundo excoriabatur, diſſidebatur, & eluebatur, tertio aſſabatur igne aſſatus comedebatur, cum capite, pedibus, & inteſtinis. quinto adhibebantur azimi panes, cum Lactuus agreſtibus, ſexto nihil ex eo licebat conſeruare in ſequentem diem, ſed ſiquid reſiduum fuiſſet igne comburendum erat; Qui illum comeſturi erant debebant accincti eſſe renibus, calceati baculum manibus geſtantes, feſtinantes Exodi 12. Vide Numerum 9. 6. Soli Iuſtæi non autem alienigenæ, niſi prius eſſent circumciſi po-

terant comedere de Agno Paſchali. Exodi 12. 43. Hoc ſacrificium Agni ob duplicem finem inſtitutum eſt; Primo in memoriam illius beneficij, quod Iudæi conſecuti ſunt ea nocte, quæ ſecuta eſt immolationem Agni Paſchalis in Ægypto, tunc enim Deus percuſſit omnia primogenita Ægypti intactis primogenitis Iudæorum, & liberauit Iudæos à ſeruitute Pharaonis; ſecundo in typum, & figuram Chriſti, qui tanquam Agnus Innocens immolandus, & occidendus erat pro humano genere; De priori fine intelligitur illud. Exodi 12. 14. habebitis hunc diem, &c. & Verſu 26. De poſteriori loquitur Apoſtolus, 1. Corinth. 5. 7. Paſcha noſtram immolatus eſt Chriſtus.

20 Duo autem ſpectanda ſunt in Agno, Primum immutatio, quæ erat figura Chriſti in Cruce immolandi, Secundum comeſtio, quæ erat figura Chriſti in vltima Cœna comedendi, ſub ſpeciebus panis, & vini; Prior figura in his conſiſtit, Primo ſicut per immolationem Agni Paſchalis, & per aſperſionem ſanguinis eius ſuper poſtes, & liminari liberati ſunt Iſraelitæ à Captiuitate Pharaonis, & ab Angelo percutiente ſic per immolationem Chriſti in Cruce, & per effuſionem ſanguinis illius liberatum eſt genus humanum à ſeruitute peccati, & Diaboli, Secundo ſicut agnus veſperè immolatus eſt ſic Chriſtus in vltima ætate mortuus eſt pro nobis, Tertio ſicut Agnus immolabitur à tota multitudine populi Iſraelitici, ſic Chriſtus morti addictus eſt clamante tota Iudæorum multitudine Crucifige, Crucifige, Quarto ſicut Agnus erat maſculus anniculus; ſic Chriſtus in patiendo fortis, in flore ætatis, & ſine macula, Quinto ſicut os non confringebatur in Agno ſic Chriſti Crura in Cruce non ſunt fracta, quam figuram expreſſit Euangeliſta Ioannes 19. 33. Sexto ſicut pro Agno poterat hædus ſubrogari, ſic Chriſtus tametſi Agnus eſſet tamen inter iniquos, ideſt inter hædos reputatus eſt, & ſicut Hædus ſolet eſſe victima pro peccatis, ſic Chriſtus pro peccatis totius mundi oblatus eſt.

21 Poſterior figura conſiſtit in his; primo ſicut Agnus à Iudæis fuit commeſtus; ſic Chriſtus in Euchariſtia comeditur à Chriſtianis, ſecundo ſicut ille à ſolis Iudæis, & circumciſis, & in ſola Ciuitate Ieruſalem, ita hic à ſolis Chriſtianis, & baptizatis, & in ſola Eccleſia, Tertio ſicut ille aſſatus igne corporali, ita hic aſſatus igne Charitatis, Quarto ſicut illi cum Azimis panibus, & Lactucis agreſtibus, ita hic cum magna puritate, & dolore de peccatis; Quinto ſicut ille cum capite pedibus, & inteſtinis, ita hic cum diuinitate, & humanitate latente ſub ſpecie panis, & vini; Sexto ſicut ille à Iudæis ſuccinctis, & peregrinantibus ad terram promiſſionis, ita hic à Chriſtianis properantibus ad cæleſtem patriam; Paſcha à Iudæis, vt conſtat ex ſcripturis ſæpè celebratum eſt, & omiſſum; Primo celebratum eſt in egreſſu ex Ægypto, Exodi 12. 28. Secundo in Deſerto Synai anno ſecundo egreſſionis Numer. 9. 1. Tertio in Campeſtribus Ierícho. Ioſue 5. 10. Quarto in Ieruſalem, ſub Ezechia Rege 2. Paralipom. 3. 1. Quinto in Ieruſalem, ſub Ioſia Rege 4. Regum 23. 21. & 2. Paralipom. 35. 1. Sexto poſt reditum è captiuitate Babilonica in Ieruſalem 1. Eſdræ 6. ſeptimo tempore Chriſti, & Apoſtolorum Matth. 26. 27.

22 Omiſſum eſt autem primo toto tempore peregrinationis exceptis duobus primis annis, nam primo anno celebratum eſt in Aegypto, ſecundo in Deſerto Synai vt dictum eſt: Ab eo tempore per 38. annos vſque ad tranſitum Iordanis omiſſum eſt; Non enim Iudæis, qui tranſibant erant circumciſi, ac proindè non poterant celebrare Paſcha; Vnde Ioſue cum vellet poſt tranſitum Iordanis in Galgala, ſeu in Campeſtribus Ierícho renouare immolationem non agni prius mandauit omnes circumcidi, Ioſue 5. 2. Deinde tempore Regum, ſæpè omiſſum eſt; Vndè Ezechias, & Ioſias Reges

hortati ſunt Populum, vt omnes venirent Ieroſolymam, & ibi iuxta legem celebrarent Phaſe 4. Reg. 13. 21. & 2. Paralip. 30 1. Denique tempore captiuitatis Babilonicæ; Vnde poſt captiuitatem cum Iudæi rediſſent Ieroſolymam, ceperunt iterum immolare, vt patet 1. Eſdra 6. 19. ſacerdotes immolantes, & ſacrificantes erant omnes Patres familiari ſi ſpectes alia ſacrificia, quæ in ſtatu Innocentiæ offerebantur multi exiſtimant à primogenitus, tanquam ordinarijs ſacerdotibus offerri conſueuiſſe. Quod tamen nolim ita generatim accipi quaſi ſoli Primogeniti officio ſacerdotali functi ſint, etiam alijs qui primogeniti non erant aliquando functos eſſe conſtat, vt Abelem, & Abrahamum; Igitur hæc regula ſeruanda eſt, aut Primogenitus, aut Patres familias, aut eos etiam qui peculiari. De inſtinctu ad hoc deputati erant functos fuiſſe offero ſacrificia offerendi.

23 De ſacrificijs Moſaicis ſuperius ſatis dictum eſt quatenus ad hoc noſtrum propoſitum ſpectat ſupereſt aliquid de Iugi ſacrificio dicere, & de igne celitus dato, Quantum ad primum Iudæi ex præcepto Diuino tenebantur quotidie offerre duos agnos anniculos, & immaculatos in Holocauſtum alterum manè, & alterum veſpere, & cum ijs ſimilam conſperſam oleo, & vinum pro libamine; Hæc autem oblatio vocabatur ſuæ ſacrificium, vel Holocauſtum ſempiternum, quia quotidie fiebat, & nunquam intermittebatur, iuxta illud Exodi 20. 38. Hoc eſt, quod facies in altari &c. Hoc iuge ſacrificium veteris teſtamenti fuit figura ſacrificij Miſſæ in nouo teſtamento, primo ratione rei oblatæ; quam ſicut in illo offerebatur agnus immaculatus, ita in hoc offertur Chriſtus, qui eſt agnus ſine macula Ioann. 1. 29. ecce Agnus Dei &c. ſecundo ratione loci, ſicut illi offerebatur in tabernaculo, ita hic in Eccleſia; Tertio ratione durationis, ſicut illæ offerebatur quotidiæ, ita Chriſtus offertur quotidiè, Quarto ratione determinationis temporis, ſicut ille offerrebatur manè, & veſperè, ita Chriſtus à principio Mundi, vſque ad finem Apoc. 13. 8. Agnus qui occiſus eſt ab origine Mundi, non quidem reipſa, ſed per applicationem futurorum ſuorum meritorum; Quinto ratione adiuncti, ſicut ille offerebatur, cum ſimila, & vino. Ita Chriſtus quotidiè offertur ſub ſpeciebus panis, & vini.

24 De Igne cælitus dato, quo vtebantur ſacerdotes in ſacrificijs quinque certa ſunt ex ſcripturis; primum eſt Ignem quendam à Deo cælitus datum eſſe qui conſumpſit primum ſacrificium, quod obtulit Aaron in Deſerto, poſtquàm Sacerdos à Moyſe conſecratus eſt, quod contigit anno ſecundo egreſſionis filiorum Iſrael ex Ægypto, ita Leuit. 9. 24. apparuit gloria Domini &c. ſecundum certum eſt hunc ignem debuiſſe perpetuo nutriri, & conſeruari à ſacerdotibus ne vnquam in Altari deficeret. Leuit. 6. 12. Ignis in Altari ſemper ardebit, &c. Tertium certum eſt non alio quam iſto igne potuiſſe vti ſacerdotes ad ſacrificia. Hoc inde conſtat, quod Nadub, & Abico filij Aaronis puniti ſunt quod alieni igne vſi ſunt. Leuit. 10 1. Quartum eſt hunc ignem à ſecundo anno egreſſionis ex Ægypto, quo cælitus à Deo datus eſt perfectus conſeruatum eſſe in Altari Tabernaculi, vſque ad tempus captiuitatis Babilonicæ, quo & templum inceſum eſt, & Iudæi in Babilonem abducti ſunt, tunc enim in quodam puteo a ſacerdotibus abſconſus eſt 2. Mach. 1. 19. Hinc ſequitur igne illum in toto tempore quod præceſſit captiuitatem toti, & mutauit locum quoties, tum altare Tabernaculum tranſlatum eſt; Fuit ergo per 39. annos in ſolitudine; Poſtea cum filijs Iſrael tranſito Iordanæ veniſſent in Terram promiſſionis fuit ſucceſſiue in varijs locis 1. in Galgala, 2. in Sylo 3. in Nobe 4. in Gabaon 5. in Ieruſalem edificato cum templo Salomonis; Quintum eſt eundem ignem poſt ſalutem captiuitatem iubente Nehemia Quæſitum fuit à nepotibus eorum ſacerdotum, qui illum in puteum abſconderant, nec tamen inuentum, ſed pro eo inuentam fuiſſe aquam craſſam, quæ oblato ſacrificio Diuinitus in

ignem conuerſus eſt. 2. Machab. 1. 2.

25 In Nouo teſtamento duplex eſt ſacrificium Vnum Cruentum, quo Chriſtus in Ara crucis Deo Patri oblatus eſt, pro expiatione noſtrorum peccatorum; Alterum incruentum, quo idem Chriſtus quotidiè ſub ſpecie panis, & vini offertur in altari partim in memoriam cruenti illius ſacrificij partim ob alias Cauſas. Hæc duo ſacrificia dupliciter ſpectari poſſunt; primo quod rem oblatam, & ſic non ſunt duo, ſed vnum. Nam in vtroque eſt vna res oblata & omnino eadem nempè Chriſtus Dominus, ſecundo quo ad modum, & ritum offerendi, & ſic duo ſunt; Nam Chriſtus in altero oblatus eſt Cruenti modo, & ſub propria ſpecie humana per realem ſui occiſionem; In altero offertur incruento modo, & ſub ſpecie aliena, ſine reali ſui occiſione; Vtrumque ſacrificium eſt quaſi primarium prototypon, ad quod præfigurandum omnia alia ſacrificia, tam Moſaica, quam legis naturæ ordinata ſunt; Nam hæc omnia fuerunt typi, ſeu figuræ ſacrificij legis gratiæ, teſte Apoſtolo 1. Corint. 10. 11. Hæc omnia in figuris contingebunt illis, & Hebr. 10. 1. Lex habuit Vmbram futurorum bonorum. eſſet nimis longum texere præfigurationum, cum ſint ferè innumerabiles ſicut ſunt innumeras myſteria in noua lege præfiguranda. Relinquamus igitur ſacrarum ſcripturarum interpretibus ſua munera, & nos ad alia properemus.

26 Oblatio, & mors Chriſti in Cruce fuit verum ſacrificium, hoc probat Apoſtolus ad Hebræos per multa capita & D. Auguſtinus lib 1. contra Aduerſarium legis, & prophetarum cap. 18. nec vllus inter Chriſtianos de hac redubitat: & ſuadet ratio; nam ad ſacrificium requiruntur hæc quibuſque, vt ſupra probatum eſt c. Sacerdos, qui offerre ſecundum victima, ſeu hoſtia, quæ offertur, Tertium immutatio victimæ oblatæ, Quartum Altare in quo fit oblatio, Quintum finis propter quem fit; Hæc omnia locum habent in oblatione, & morte Chriſti; Primo quia ipſemet fuit Sacerdos, ſeu Pontifex, ſecundum ordinem Melchiſedech Hebræorum 5. 5. ſecundo ſicut fuit Sacerdos; ſic etiam Victima 1. Cor. 5. 7. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & Epheſ. 5. 2. Chriſtus tradidit ſemetipſum pro nobis in oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, tertium obtulit ſi in mortem, & destructionem, ad Philip. 2 8. factus obediens vſque ad mortem; Quartum obtulit ſe in Ara Crucis Hebræorum 12. 2. Quinto obtulit ſe tanquam ſacrificium propitiatorium pro peccatis noſtris. 1. Ioan. 2. 2. ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nam pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius Mundi.

27 Chriſtus non fuit Sacerdos ſecundum Diuinitatem victimam, vero ſecundum humanitatem, vt docent aliqui Nouatores Hæretici, ſed fuit Sacerdos, & victima ſecundum humanitatem, vt docuerunt antiqui Patres potiſſimum D. Ambroſius lib. 3. de fide cap. 5. vbi ait, Idem ſacerdos idem, & hoſtia ſacerdotium tamen, & ſacrificium humanæ conditionis eſt officium, & ratio eſt manifeſta, quia Sacerdos, qui offert Deo ſacrificium agnoſcit illum ſuperiorem, & externo cultu profitetur ſe illi ſubiectum eſſe. At Chriſtus ſecundum Diuinitatem, non agnoſcit vllum ſuperiorem, nec vlla ſubiectus eſt; ergo ſecundum Diuinitatem, non eſt ſacerdos; ſed contra Chriſtus, nec interfecit, nec mactauit ſe ipſum; ergo non potuit eſſe ſimul Sacerdos, & Victima? Reſpondetur, tametſi phyſicè Chriſtus ſe ipſum non interfecerit tamen mortem, & paſſionem ab alijs ſibi illatam voluntariè ſuſcepit, & hoc modo ſe in ſacrificium Deo obtulit; Dices hoc etiam faciunt omnes Martyres, & tamen non ideò Sacerdotes ſunt; Reſpondetur eſt magna differentia inter Chriſtum, & Martyres, primo quia Chriſtus adeò voluntariè ſuſcepit mortem, vt poſſet eam euitare ſi vellet, hoc martyres non poſſunt ſecundo Chriſtus eſt à Deo cõſtitutus, & conſecratus, vt hoc modo ſe offerre pro peccatis totius Mundi martyres non item.

28 Hoc ſacrificium incruentum, quod Chri-

Chriſtus in vltima Cœna inſtituit,& quod quotidiè in Eccleſia peragitur partim conuenit, cum ſacrificio cruento partim ab eo diſcrepat conuenit tripliciter, Primo in re oblata, in vtroque enim offertur Chriſtus per modum victimæ, ſecundo in principali offerente, nam Chriſtus, qui in vtroque eſt victima, eſt etiam in vtroque principalis ſacerdos,ſeu Pontifex, Tertio in fine, nam ſicut olim in Cruce, ita nunc in Altari offertur pro peccatis noſtris tametſi diuerſo modo; Differunt verò quantupliciter; primo in externa ſpecie, nam Chriſtus in Cruce ſub propria ſpecie humana, in Altari ſub ſpecie panis, & vini offertur, ſecundo in modo,& ſitu offerendi. Nam in Cruce per realem mortem,in altari per miſticam conſecrationem immolatur, tertio ex parte miniſtri, tametſi enim Chriſtus, vtrobique ſit principalis offerens, tamen in Altari vtitur Miniſterio ſacerdotum, quo nec in vltima Cæna, nec in Cruce non eſt, quarto ex parte effectus, nam fructus ille, qui per cruentum ſacrificium aquiſitus eſt applicatur nobis partim per ſacrificium, incruentum partim per ſacramenta, & alia media, vt docet Concilium Tridentinum ſeſſ.22.cap.2. Quinto ex parte ſignificationis; Nam ſacrificium Crucis non eſt typus, ſeu figura vllus alterius ſacrificij,ſed omnia alia ſunt typi, ſeu figuræ illius. At ſacrificium incruentum,quod quotidiè in Miſſa offertur eſt rappreſentatio cruenti, quod in Cruce per actum eſt. 1.Cor.11.24. Hoc facite in meam comemorationem.

29 Lutherani, & Caluiniſtæ negant hoc ſacrificium incruentum, & Miſſam eſſe tale ſacrificium, quale ſupra deſcriptum, & explicatum eſt, Ratio præcipua eorum eſt,quia in tota actione Cænæ, nihil eſt quod Deo offeramus præter orationes; Non enim Euchariſtiam Deo offeremus, ſed potius offertur illa nobis à Deo in teſtimonium promiſſionis; Vide Lutherum in formula miſſis pro Eccleſia Vitembergenſis, vbi admittit omnia, quæ fiunt in Miſſa vſque ad Euangelium,& Symbolum incluſiuè, non tamen admittit oblationem hoſtiæ, quæ fit ante conſecrationem; Vnde inter cetera ſic ait; pro inde omnibus illis repudiatis, quæ oblationem ſonant,cum vniuerſo Canoni; retineamus, quæ pura,& ſancta ſunt; Vide eundem Lutherum de Miſſa priuata, & vnctione Sacerdotum, vbi fatetur ſe à Diabolo doctū,& perſuaſum eſſe,quod miſſa ſit ſumma abominatio, idque non per ſomnum, & quietem,ſed palam dum vigilaret; Magna gloriatio, non eſt nimium, quod tali Magiſtro docente abominationes, Diſcipulus euaſerit abominabilis, vltra Magiſtrum eius; ſed gaudeant modo ſimul in ſuis abominationibus.

30 Interim nos ſpiritus ſancti doctrinæ inſtructi dicamus ſacrificium Miſſæ eſſe verum ſacrificium, ſicque non ſolum diuerſis typis, ac figuris in veteri teſtamento adumbratum, vt ſupra oſtenſum eſt, ſed etiam multis Prophetarum vaticinijs pronunciatum, ita D. Auguſtinus epiſt.49.83. vbi ait noſtrum ſacrificium non ſolum Euangelicis, ſed etiam propheticis libris demonſtratum eſt; ex his vaticinijs tria tantum aſſumentur explicanda; Primum habetur 1.Regum 2.n.37. & ſequentibus; vſque ad finem capitis, vbi quidam Propheta prædicit Heli Sacerdoti fore aliquādo tempus,quo ceſſet Sacerdotium ipſius, & Patrum ſuorum, & ſurgat nouus Sacerdos, qui ambulet coram Chriſto Dei omnibus diebus; Qué locum multi Patres exponunt de Sacerdotio, & ſacrificio Chriſtianorum, quod ſucceſſit Aaronico, & manebit,vſque ad mundi conſu nationem hic Cyprianus contra Iudęos lib.1.cap.17. D. Auguſtinus l.17. Ciuitatis Dei cap.5.& alij,ſed dices illud vaticinium impletum eſſe in Samuele,vel in Sadoch. Nam Samuel ſucceſſit Heli, & deinde Salomon abiecit Abiathar, qui deſcendebat de familia Heli. Reſpondet D.Auguſt.loco cit. Vaticinium illud impletum eſſe in Samuele, & Sadoch, quatenus illi gerebant figuram ſacerdotum Chriſtianorum; Itaque eiectio Heli, & Abiathar ſacerdotum fuit figura eiectionis ſacerdotii Aaronici, & ſumptio Samuelis, & Sadoch fuit

figura aſſumptionis ſacerdotij Chriſtiani.

31 Secundum Vaticinium eſt Danielis, qui prædixit fore, vt Antichriſtus in fine Mundi auferat iuge ſacrificium Chriſtianorum, hic enim habet cap. 8. 11. vſque ad principium fortitudinis magnificatum eſt, & ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis, & iterum cap. 12. 11. & à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio deſolationis dies mille ducenti nonaginta, priori loco agit de Antiocho Rege, qui abſtulit iuge ſacrificium Iudæorum, Poſteriori de Antichriſto, qui ablaturus eſt iuge ſacrificium Chriſtianorum; ſicut enim Antiochus fuit figura, ſeu typus Antichriſti (vt colligitur ex Daniele 11. 36. & ex Apocalyp. 13. & ex Apoſt. 2. Theſ. 2.) ſic iuge ſacrificium Iudæorum fuit figura iugis ſacrificij Chriſtianorum, vt ſupra oſtēſum eſt, Porro per hoc iuge ſacrificium Chriſtianorum, non poteſt aliud intelligi niſi ſacrificium Miſſæ, quod quotidiè in Eccleſia Chriſti, ſine vllam intermiſſione offertur, vt rectè præter alios notauit Hipolitus Martyr. in lib de Antichriſto, Nam quod aliqui Nouatores dicunt intelligi prædicationem Euangelij, quæ ab Antichriſto impedietur ridiculum eſt; Debet enim intelligi de eo ſacrificio cuius figura fuit iuge ſacrificium Iudæorum, in quo quotidiè offerrebantur Deo duo Agni in holocauſtum, at iuge ſacrificium Iudæorum, non fuit figura prædicationis Euangelij, ſed veri alicuius ſacrificij alias non eſſet proportio inter figuratum, & figuram.

32 Tertium Vaticinium eſt Iſaiæ, qui prædixit in nouo Teſtamento fore ſacerdotes, & conſequenter altaria, & ſacrificia ſic enim ſcribit cap. 66. 19. Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad Gentes in Mare in Africam, Lybiam, Italiam, & Græciam ad eos, qui non viderunt gloriam meam, & annunciabunt gloriam Gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis Gētibus Domino, ad menſem ſanctum meum Ieruſalem. Dicit Dominus, & aſſumam ex eis in ſacerdotes, & Leuitas. Hæc Verba ſic explicanda ſunt Miſſam ex eis, qui ſaluati fuerint; ideſt mittam Apoſtolos, & alios diſcipulos, qui ex Iudæis credituri ſunt in Chriſtum, Quo ad Gentes in mare in Africam, Libiam, Italiam, Græciam; ideſt ſed conuertendos Gentiles, qui toto orbe diffuſi ſunt (qui non audierunt de me) quia non habuerunt Prophetas, nec legem 4. quibus poſſent audire de venturo Meſſia (& non viderunt gloriam meam) ideſt Chriſtum docentem, & miracula facientem (& annunciabunt gloriam meam gentibus,) ideſt gloriam Reſurrectionis, & Aſcenſionis meæ, & præterea miracula facta in confirmationem meę Reſurrectionis (& adducent omnes fratres veſtros,) ideſt Chriſtianos (de cunctis Gentibus, ad montem ſanctum Ieruſalem) ideſt ad Eccleſiam Chriſti, & aſſumam ex eis (ideſt ex Gentilibus, iam conuerſis in Sacerdotes) quod factum eſt in principio Eccleſiæ, quando Clemens Dionyſius Areopagita, & plures alij poſt conuerſionem ordinati ſunt Sacerdotes, & Epiſcopi in Eccleſia Chriſti; ſi Sacerdotes ergo, & Altaria, & ſacrificium verum, & vnitum vt patet ex ſupradictis; quid clarius?

33 Addamus etiam quartum Vaticiniū Malachiæ, qui prædixit ſacerdotes Chriſtianos oblaturos Deo Mundum ſacrificiū omni tempore, & ex hac parte præfert illos Sacerdotibus Moſaicis, quia ſæpè immundum offerebant Verba Malachiæ cap. 1. V. 6. ſunt hæc. Hæc dicit Dominus exercituum ad vos ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, In quo deſpeximus nomen tuum; offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt; ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonnè malum eſt? & infra V. 10. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus Deus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra; Ab ortu enim ſolis, vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur, Nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen

men meum in gentibus; dicit Dominus Deus exercituum; Hic clarè vides Malachiam agere contra ſacerdotes Iudęorum, & duo prædicare 1. illorum ſacrificia eſſe abroganda; ſecundum ſucceſſurum nouum ſacrificium Chriſtianorum; In priori attingit reiectionem, ſeu reprobationem Iudæorum; In poſteriori electionem, & vocationem gentium.

34 Sed Verba Malachiæ explicanda ſunt (offertis ſuper altare meum panem pollutum) id eſt ſacrificijs veſtris offertis panem, qui non eſt factus, & paratus ſecundum præſcriptum legis (& dicitis in quo polluimus te?) id eſt polluitis, ſeu contemnitis me offerendo polluta munera contra præſcriptum legis, & tamen quaſi nihil agatis mali quæritis in quo me polluatis? (in eo quod dicitis menſa Domini deſpecta eſt) id eſt in eo polluitis me, quia dicitis non eſſe magni momenti etiam ſi panes, qui offeruntur in Altari, non ſint facti ſecundum legem (ſi offeratis cœcum ad immolandum nonnè malum eſt) id eſt annum polluitis me, & contemnitis quando viliſſima quæque ex Animalibus offertis mihi, cum tamen prohibeo vobis ne cœca clauda, & languida mihi offeretis Leuit. 22. 22. (Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra) id eſt ſacrificia veſtra, quæ hoc modo contra legem offertis mihi non placent, (ab ortu Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus) id eſt Chriſtiani, qui ex gentibus ad fidem conuertentur maiori Religione colent nomen meum meum toto orbe terrarum, quam vos hactenus feceritis in Iudæa (& in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, id eſt vbique mihi offeretur a Chriſtianis non pollutum ſacrificium, quale vos offertis, ſed mundum, & impoſolutum; Malachias per ſacrificium, ſeu oblationem mundum, quam Chriſtiani Deo offerunt; intelligit viſibile, & propriè dictum ſacrificium, quod conſiſtit in oblatione corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini; nam autem ſpiritale, & impropriè dicto, quod conſiſtit in bonis operibus, vt volunt Caluiniſti, ſed contra ſuum Caluinum, qui bona opera Chriſtianorum vult eſſe ſordes inquinamenta, & maculi.

35 Chriſtus quoque in nouo teſtamento prędixit fore aliquod verum, & propriè dictum ſacrificium in Eccleſia, quod certè non poteſt eſſe aliud quam ſacrificium incruentum, quod in vltima Cœna, ab ipſo inſtitutum eſt; Hoc colligitur ex colloquio Chriſti, & mulieris Samaritanæ, quod habetur Ioan. 4. 19. his verbis; Dicit ei Mulier; Domine video Propheta, & tu Patres noſtri in Monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus *adorationis*, vbi adorare oportet, Dicit ei Ieſus; Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte, hoc neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem; Vos adoratis, quod neſcitis nos adoramus, quod ſcimus quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt quando verè adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate; ex dictis manifeſtum eſt Quæſtionem de adoratione, quæ agebabatur inter Iudæos, & Samaritanos, inter Ieſum, & mulierem Samaritanam, ſemper intellectum fuiſſe de adoratione publica, & per ſacrificium, quæ certo loco erat alligata non de adoratione ſimplici, quæ poterat vbique fieri; Cum igitur Chriſtus reſpondit Samaritanæ, mulier crede mihi quia veniet hora, & nunc eſt quando in monte, hoc neque Ieroſolymis adorabitis Patrem, voluit illi ſignificare, quod veniet tempus quando adoratio per ſacrificium, neque huic monti, neque Ieroſolymis erit alligata, ſed in omni loco offeretur Deo ſacrificium, quod etiam factum eſt, Vbique enim offertur in Cruentum Chriſti ſacrificium; & hoc eſt quod prædixit Malachias, in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.

36 Rectè igitur Catholici docent Euchariſtiam eſſe verum, ac propriè ſacrificium, vt patet ex Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 1. & ſequentibus, & ibidem can. 1. ſi quis dixerit in Miſſa non offerri Deo verum, & proprium ſacrificium anathe-

figura aſſumptionis ſacerdotij Chriſtiani.

31 Secundum Vaticinium eſt Danielis, qui prædixit fore, vt Antichriſtus in fine Mundi auferat iuge ſacrificium Chriſtianorum, hic enim habet cap. 8. 11. vſque ad principium fortitudinis magnificatum eſt, & ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis, & iterum cap. 12. 11. & à tempore eum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio deſolationis dies mille ducenti nonaginta, priori loco agit de Antiocho Rege, qui abſtulit iuge ſacrificium Iudæorum, Poſteriori de Antichriſto, qui ablaturus eſt iuge ſacrificium Chriſtianorum; ſicut enim Antiochus fuit figura, ſeu typus Antichriſti (vt colligitur ex Daniele 11. 36. & ex Apocalyp. 13. & ex Apoſt. 2. Theſ. 2.) ſic iuge ſacrificium Iudæorum fuit figura iugis ſacrificij Chriſtianorum, vt ſupra oſtēſum eſt, Porro per hoc iuge ſacrificium Chriſtianorum, non poteſt aliud intelligi niſi ſacrificium Miſſæ, quod quotidiè in Eccleſia Chriſti, ſine vllam intermiſſione offertur, vt rectè præter alios notauit Hipolitus Martyr. in lib. de Antichriſto, Nam quod aliqui Nouatores dicunt intelligi prædicationem Euangelij, quæ ab Antichriſto impedietur ridiculum eſt; Debet enim intelligi de eo ſacrificio cuius figura fuit iuge ſacrificium Iudæorum, in quo quotidiè offerrebantur Deo duo Agni in holocauſtum, at iuge ſacrificium Iudæorum, non fuit figura prædicationis Euangelij, ſed veri alicuius ſacrificij alias non eſſet proportio inter figuratum, & figuram.

32 Tertium Vaticinium eſt Iſaiæ, qui prædixit in nouo Teſtamento fore ſacerdotes, & conſequenter altaria, & ſacrificia ſic enim ſcribit cap. 66. 19. Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad Gentes in Mare in Africam, Lybiam, Italiam, & Græciam ad eos, qui non viderunt gloriam meam, & annunciabunt gloriam Gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis Gētibus Domino, ad menſem ſanctum meum Ieruſalem. Dicit Dominus, & aſſumam ex eis in ſacerdotes, & Leuitas. Hæc Verba ſic explicanda ſunt Miſſam ex eis, qui ſaluati fuerint; ideſt mittam Apoſtolos, & alios diſcipulos, qui ex Iudæis credituri ſunt in Chriſtum, Quo ad Gentes in mare in Africam, Libiam, Italiam, Græciam, ideſt ſed conuertendos Gentiles, qui toto orbe diffuſi ſunt (qui non audierunt de me) quia non habuerunt Prophetas, nec legem 4. quibus poſſent audire de venturo Meſſia (& non viderunt gloriam meam) ideſt Chriſtum docentem, & miracula facientem (& annunciabunt gloriam meam gentibus,) ideſt gloriam Reſurrectionis, & Aſcenſionis meæ, & præterea miracula facta in confirmationem meę Reſurrectionis (& adducent omnes fratres veſtros,) ideſt Chriſtianos (de cunctis Gentibus, ad montem ſanctum Ieruſalem) ideſt ad Eccleſiam Chriſti, & aſſumum ex eis (ideſt ex Gentilibus, iam conuerſis in Sacerdotes) quod factum eſt in principio Eccleſiæ, quando Clemens Dionyſius Areopagita, & plures alij poſt conuerſionem ordinati ſunt Sacerdotes, & Epiſcopi in Eccleſia Chriſti; ſi Sacerdotes ergo, & Altaria, & ſacrificium verum, & vnitum vt patet ex ſupradictis; quid clarius?

33 Addamus etiam quartum Vaticiniū Malachiæ, qui prædixit ſacerdotes Chriſtianos oblaturos Deo Mundum ſacrificiū omni tempore, & ex hac parte præfert illos Sacerdotibus Moſaicis, quia ſæpè immundum offerebant Verba Malachiæ cap. 1. V. 6. ſunt hæc. Hæc dicit Dominus exercituum ad vos ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, In quo deſpeximus nomen tuum; offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt; ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonnè malum eſt? & infra V. 10. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus Deus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra; Ab ortu enim ſolis, vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur Nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen

mea meum in gentibus; dicit Dominus Deus exercituum; Hic clarè vides Malachiam agere contra ſacerdotes Iudęorum, & duo prædicare 1. illorum ſacrificia eſſe abroganda; ſecundum ſucceſſurum nouum ſacrificium Chriſtianorum; In priori attingit reiectionem, ſeu reprobationem Iudæorum; In poſteriori electionem, & vocationem gentium.

34 Sed Verba Malachiæ explicanda ſunt (offertis ſuper altare meum panem pollutum) id eſt ſacrificijs veſtris offertis panem, qui non eſt factus, & paratus ſecundum præſcriptum legis (& dicitis in quo polluimus te?) id eſt polluitis, ſeu contemnitis me offerendo polluta munera contra præſcriptum legis, & tamen quaſi nihil agatis mali quæritis in quo me polluatis? (in eo quod dicitis menſa Domini deſpecta eſt) id eſt in eo polluitis me, quia dicitis non eſſe magni momenti etiam ſi panes, qui offeruntur in Altari, non ſint facti ſecundum legem (ſi offeratis cœcum ad immolandum nonnè malum eſt) id eſt annum polluitis me, & contemnitis quando viliſſima quæque ex Animalibus offertis mihi, cum tamen prohibeo vobis ne cœca clauda, & languida mihi offeretis Leuit. 22. 21. (Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra) id eſt ſacrificia veſtra, quæ hoc modo contra legem offertis mihi non placent, (ab ortu Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus) id eſt Chriſtiani, qui ex gentibus ad fidem conuertentur maiori Religione colent nomen meum meum toto orbe terrarum, quam vos hactenus feceritis in Iudæa (& in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, id eſt vbique mihi offeretur a Chriſtianis non pollutum ſacrificium, quale vos offertis, ſed mundum, & impolutum; Malachias per ſacrificium, ſeu oblationem mundum, quam Chriſtiani Deo offerunt; intelligit viſibile, & propriè dictum ſacrificium, quod conſiſtit in oblatione corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini; nam autem ſpirituale, & impropriè dicto, quod conſiſtit in bonis operibus, vt volunt Caluiniſti, ſed contra ſuum Caluinum, qui bona opera Chriſtianorum vult eſſe ſordes inquinamenta, & maculi.

35 Chriſtus quoque in nouo teſtamento prędixit fore aliquod verum, & propriè dictum ſacrificium in Eccleſia, quod certè non poteſt eſſe aliud quam ſacrificium incruentum, quod in vltima Cœna, ab ipſo inſtitutum eſt; Hoc colligitur ex colloquio Chriſti, & mulieris Samaritanæ, quod habetur Ioan. 4. 19. his verbis; Dicit ei Mulier; Domine video Propheta, & tu Patres noſtri in Monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus *adorationis*, vbi adorare oportet, Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte, hoc neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem; Vos adoratis, quod neſcitis nos adoramus, quod ſcimus quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt quando verè adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate; ex dictis manifeſtum eſt Quæſtionem de adoratione, quæ agebabatur inter Iudæos, & Samaritanos, inter Ieſum, & mulierem Samaritanam, ſemper intellectum fuiſſe de adoratione publica, & per ſacrificium, quæ certo loco erat alligata non de adoratione ſimplici, quæ poterat vbique fieri; Cum igitur Chriſtus reſpondit Samaritanæ, mulier crede mihi quia veniet hora, & nunc eſt quando in monte, hoc neque Ieroſolymis adorabitis Patrem, voluit illi ſignificare, quod veniet tempus quando adoratio per ſacrificium, neque huic monti, neque Ieroſolymis erit alligata, ſed in omni loco offeretur Deo ſacrificium, quod etiam factum eſt, Vbique enim offertur in Cruentum Chriſti ſacrificium; & hoc eſt quod prædixit Malachias, in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.

36 Rectè igitur Catholici docent Euchariſtiam eſſe verum, ac propriè ſacrificium, vt patet ex Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 1. & ſequentibus, & ibidem can. 1. ſi quis dixerit in Miſſa non offerri Deo verum, & proprium ſacrificium anathe-

thema ſit. Vbi quamuis Chriſtus Redemptor noſter non occidatur in Altari, verè tamen immolatur, quia incruente conſumitur; quia Chriſtus dicitur Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, propterea quia eius ſacrificium eſt conſumptio incruenta, ſub ſpeciebus panis, & vini inſtar ſacrificij Melchiſedech, ergo quamuis non occidatur in Altari nihilominus verè immolatur; De ratione huius ſacrificij non eſt conſecratio quoniam productio hoſtiæ non pertinet ad eſſentiam ſacramenti, ſed conſecrationes adducitur victima immolanda, ergo conſecratio non ſpectat ad eſſentiam ſacrificij maior patet ex Veteribus ſacrificijs, nempè Agni Paſchalis, productio enim Agni Paſchalis, neceſſaria erat non vt pars, ſed vt effectio rei ſacrificandæ, vt eodem modo ſe habet conſecratio ad hoc ſacrificium; Præterea Feria 6. in Paraſceue, verum peragitur ſacrificium abſque conſecratione, quæ iam ſupponitur antea facta; nam illa oblatio fit ex iam conſecratio, ergo de ratione huius ſacrificij non eſt conſecratio.

37 Conſumptio ſanguinis non eſt de ratione huius ſacrificij probatur, quia in prædicta 6. feria ſacerdos non ſumit ſanguinem, ſub ſpeciebus vini, ſed tantum ſumit hoſtiam pridie conſecratam; De ratione huius ſacrificij ſunt tria videlicet oblatio hoſtiæ, hoſtia ipſa, & ſumptio ipſius hoſtia eſt ipſemet Chriſtus, oblatio autem eſt duplex in Miſſa vna eſt materiæ conſecrandæ, quæ fit poſt Euangelium, & ante canonem miſſæ, & iſta non eſt de ratione ſacrificij, nam feria 6 in Paraſceue, verum eſt ſacrificium abſque tali oblatione. Altera oblatio fit poſt conſecrationem, quando depoſito calice dicitur: Vnde, & memores &c. vſq; ad quotquot, quæ ſunt maxima cum deuotione, & reuerentia recitanda, quoniam ibi verum incipit ſacrificium, quod quidem hoſtię ſumptione perficitur; Hinc acerrimè arguendi ſunt ſacerdotes, qui conſuetudine potius orandi, quam Animi deuotione dum calicem eleuant illa ſanctiſſima Verba proferunt; Inſuper de ratione huius ſacrificij ſunt duo offerentes vnus principalis, qui eſt ſimul ſacerdos, & hoſtia Chriſtus Ieſus Redemptor noſter ex cap. Firmiter de ſumma Trinit. &c. & Concilio Trid. ſeſ. 22. Alter verò eſt miniſterialis, & eſt quilibet Sacerdos qui nam in ſua propria Perſona, ſed Chriſti conſecrat, non enim dicit: Hoc eſt Corpus Chriſti, ſed corpus meum, ſic etiam offert ſacrificium; in nomine ſcilicet, & Perſonæ Chriſti, & totius Eccleſiæ.

38 Sacrificium miſſæ non differt eſſentialiter ab Incruento ſacrificio in vltima Cœna oblato, ſed tantum accidentaliter prior pars probatur, quia illa duo ſacrificia conueniunt in re oblata in actione ſacrificandi, & in principali offerente, ergo conueniunt in eſſentialibus Pars poſterior probatur, primo in qualitate rei oblatæ, nam in Cœna oblatus eſt Chriſtus mortalis nunc offertur immortalis, & glorioſus, ſecundo in offerrente proximo; In Cœna Chriſtus per ſe obtulit; nunc offert per miniſterium; tertio in effectu morali, In Cœna fuit meritorium, & ſatisfactorium ex parte Chriſti offerentis nunc non eſt tale, quia Chriſtus iam non eſt in ſtatu merendi, & ſatisfaciendi, quarto in ſignificando; In Cœna ſignificabat mortem Chriſti futuram nunc ſignificat præteritam, quinto in alijs circumſtantijs partim phyſicis in loco tempore diuerſitate panis, & vini partim moralibus, vt in Cæremonijs ritibus, & apparatum veſtam ſacrificium miſſæ conuenit cum ſacrificio crucis in re oblata, & in principali offerente, differt in multis 1. in actione, & ritu ſacrificandi, 2. in externa ſpecie rei oblatæ, 3. in proximo offerente, 4. in effectu, 5. in ſignificando; Hæc omnia ſuperius explicata ſunt.

39 Sacrificium Miſſæ, & eſſentialiter, & accidentaliter differt à ſacrificijs veteris teſtamenti, eſſentialiter tam ex parte rei oblatæ, quam ex parte oblationis, & ſacrificationis, accidentaliter in varijs circumſtantijs; Hæc nota ſunt ex dictis; Tandem ſacrificium Miſſæ differt eſſentiali-

li.

liter à ſacramento Euchariſtiæ: Hoc conſtat ex triplici capite; primo quia eſſentia ſacrificij partim conſiſtit in actione ſacrificandi partim in re ſacrificata, vt eſſentia ſacramenti, nullo modo conſiſtit in actione, ſed in ſola re permanente, quæ reſultat ex actione: 2. eſſentia ſacrificij Miſſæ requirit rappreſentationem mortis Chriſti, & conſequenter conſecrationē vtriuſque ſpeciei, vt eſſentia ſacramenti ſaluatur in vnica ſpecie; 3. ſacrificium per ſe immediatè ordinatur ad cultum, & honorem Dei Sacramentum, verò ad noſtram ſanctificationem; Sacramentum prius tempore perficitur quo ad eſſentiam, quam ſacrificium, quia Sacramentum eſſentialiter perficitur per conſecrationem vnius ſpeciei, vt ſacrificium per conſecrationem vtriuſque ſpeciei; conſtat autem conſecrationem vnius ſpeciei ordine, temporis priorem eſſe conſecratione, vtriuſque ſpeciei ſacrificia.

40 Quicquid *Sacramentum* Veteris Legis habebant vtilitatis ſeorſum ſumpta habet ſacrificium Miſſæ in re ipſo ſacrificium enim hoc primo valet ad colendum Deum, & ſic eſt lautreticum, 2. ad gratiarum actionem pro beneficijs acceptis, & ſic eſt Euchariſticum, 3. ad impetranda, noua beneficia, & inde dicitur impetratorium, 4. ad placandum Deum, & expiando peccata; & ſic appellatur propitiatorium, quicquid dicunt Caluiniſtæ. Hoc ſacrificium eſt Euchariſticum, & propitiatorium ex opere operato, ideſt ex peculiari Chriſti promiſſione illi debitum, & annexum; Chriſtus enim ſic inſtituit, vt quotieſcumque ſacrificium hoc offertur pro impetrandis beneficijs, aut remittendis peccatis ſortiatur hunc effectum; niſi ex parte noſtra ſit aliquod obſtaculum, & hic effectus non dependet à deuotione Sacerdotis, ſed ex liberali Chriſti promiſſione, quam per traditionem accepimus, & fundatur in meritis, & paſſionibus, & ſatisfactionibus Chriſti; Hæc propitiatio, ſiue expiatio peccatorum non eſt quoad culpam (quæ ordinariè tollitur ſolum duobus modis primò per contritionem extra Sacramentum, 2. per attritionem in Sacramento potiſſimū Baptiſmi, & pænitentiæ) ſed immediatè, quoad pænam temporalem, ſiue in hac vita, ſiue in Purgatorio luendam, & quia hic effectus fundatur in ſatisfactionibus Chriſti ſacrificium Miſſæ dicitur etiam ſatisfactorium.

41 Miſſæ ſacrificium non ſolum offerenti confert prædicta bona, & fructus, ſed etiam alijs pro quibus offertur; ſic enim eſt definitum in Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. vbi ſic legimus. Docet ſancta Synodus ſacrificium hoc verè propitiatorium eſſe, per ipſumque fieri, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno eſt ergo impetratorium ex doctrina Concilij, quod verò ſit ſatisfactorium docet his Verbis ibidem. Non ſolum pro viuorum fidelium peccatis pænis, & ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus, ſed etiam pro defunctis in Chriſto nundum ad plenum purgatis ritè iuxta Apoſtolorum traditionem offertur, hic Valor huius ſacrificij ex opere operato, non ita prodeſt ſingulis pro quibus ſpecialiter, ac ſi pro vno tantum offerretur, ita Doct. ſubtilis 2. quolib. D. Bonauent. in 4. D. 45. art. 2. quæſt. 3. & aliis plures, hæc opinio fundatur in, fortiſſima ratione, quæ talis eſt Virtus finita diuiſa per applicationem ex æquo ſic plures eſt minor in ſingulis; quam ſi vni tantum, aut paucioribus tota applicaretur. Sed virtus Miſſæ ex opere operato eſt finita quoad fructum, *quoad fructum*, vel effectum, ergo eſt minor in ſingulis conſequentia patet cum maiori, quia, virtus vnita fortior eſt, ſe ipſa diſperſa minor autem, in qua conſiſtit tota difficultas probatur in ſequenti numero.

42 Valor ſeu virtus ſacrificii Miſſæ ex opere operato eſt finita quoad effectum, & fructum ſuum quia ſacrificium, vel oblatio hæc duo ex ſua natura important rem ſcilicet oblatam, & rationem offerentis, ſacrificium enim miſſæ eſt oblatio rei ſacræ, ideſt Chriſti ſub Sacramento, & meritorum eius, ſacrificium autem Chriſti

ſti

ſti in cruce, non fuit infiniti valoris ſola ratione rei oblatæ, ſed ratione offerentis qui ſcilicet offerens ipſe erat Deus, & homo, & Patre infinitè gratus; Virtus autem cuiuslibet offerentis in miſſa eſt finita, vt patet de virtute Eccleſiæ, & Sacerdotis offerrentis, & aliorum omnium quomodocumque offerrentium, & pro quibus offertur; ex parti verò ipſius Chriſti, virtus quæ dicitur ex opere operato, etiam ſi Chriſtus dicatur, ibi ſe ipſum offerre non eſt infinita, quia non ipſe, ſed Sacerdos nomine Eccleſiæ, vt Miniſter eius eſt immediatus offerens, & ſacrificium faciens; eſt enim abſurdum dicere, quod Chriſtus ibi celebret, & ſe ipſum ſacramentaliter offerat; ſeu mereatur; contra illud Pauli ad Hebræos 9. Chriſtus ſemel oblatus eſt &c. & licet Chriſtus ſit ibi aliquo modo ſe ipſum offerens, In ſacrificio tamen Miſſæ nihil ipſi tunc immediatè offert, neque de nouo meretur: ergo ſacrificium Miſſæ eſt minoris virtutis, & efficaciæ, quam ſacrificium Chriſti in Cruce, & per conſequens virtutis finitæ, & determinatè.

43 Secundo probatur eadem minor, quod nimirum valor, ſeu virtus ſacrificii miſſæ ex opere operato ſit finita; nam Sacerdos eſt diſpenſator virtutis, & valoris paſſionis Chriſti, per hoc ſacrificium ſicuti etiam eſt diſpenſator illius per hoc Sacramentum, & alia Sacramenta, quæ miniſtrat, ſed Sacramentum Euchariſtiæ, & alia ſacramenta per Sacerdotem diſpenſata habent ex inſtitutione Diuina effectum determinatum, ex opere operato in ſuſcipiente, ergo ſimiliter hoc ſacrificium oblatum, & diſpenſatum per ſacerdotem habet præfinitum valorem, qui minor erit diuiſus in plures, & applicatus, ergo ſi Sacerdos inter plures diſpertiat illam applicationem ſpecialem, quam ipſe facere poteſt de illo ſacrificio minus capient ſinguli; Quod ſi valor prædictus eſſet infinitus ſequeretur, quod per vnicam miſſam, ita poſſet quis mereri primam gratiam, & alia bona, & ſatisfacere pro quibuslibet peccatoribus, & peccatis, & ſtatim euacuare Purgatorium ex omnibus Animabus ibidem purgantibus, pro quibus voluerit applicare; cui abſurdo ſacra Congregatio Cardinalium ſacri Concilij Tridentini Interpretum edito ſerioſo decreto obuiare voluit ne ſacerdos confiſus in infinitate valoris ſacrificij Miſſæ, acciperet plura ſtipendia in detrimentum Animarum.

44 Quandoquidem ſacrificium Euchariſticum ſit potiſſima pars pietatis, & Religionis Catholicæ, non erit abs reparum immorari in declaratione aliquali partium eiuſdem ſacrificii in gratiam celebratione Miſſam, & etiam audientium Miſſam, qui omnes cum ſint frequentes in huiuſmodi cultu excitabuntur magis, ac magis in exercitioſum vtili, & proficuo, Animabus ſuis. Miſſam ita dictam exiſtimant infra citatis Doctores, quaſi oblatio miſſa ſit, ſeu tranſmiſſa, quia per conſecrationem à Deo Patre mittatur vobis Chriſtus, & à nobis viciſſim, & preces, & hoſtia miſtica, & incruenta quaſi Idonea quædam legatio per conſumptionem mittatur ad Deum nobis placandum, & propitiandum, ita Rupert. Abb. *lib.* 2. de officiis cap. 23. Innoc. 3. lib. 5. de miſſa cap. 12. D. Bonau. expoſit. Miſſæ D. Thom. 3. p. q. 83. art. 4. Hoc nomen Miſſa non eſt, quid nouum, nec à D. Greg. inuentum. Quicquid ſentiant Hæretici, ſed cum ipſa pene Romana è natum eſſe certiſſimum eſt: Illud enim vſurpauit de meris Romanus paſſus Anno Domini 102. in epiſt. 3. ſic ſcribens; Non vtique Miſſas ſine eius (Epiſcopi videlicet) iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua Parochia agat (& paulo poſt, quoniam in aliis locis ſacrificare, & Miſſas celebrare non licet, niſi in ijs, in quibus Epiſcopus proprius iuſſerit; Euariſtus, qui vixit anno Domini 112. omnes inquit Baſilicæ cum miſſa ſemper debent conſecrari, eſſet nimis longum velle omnem antiquitatem Eccleſiæ reuoluere.

46 Dicto, & aſſignato nomine, & origine Miſſæ pro eius definitione dicendum eſt Miſſam eſſe actionem Sacerdotis,

qua

qua ex inſtitutione Chriſti in eius paſſionis memoriam panis, & vinum in eiuſdem corpus, & ſanguinem conuertuntur, & illa ſub eiſdem ſpeciebus Deo pro viuis, & defunctis offeruntur, & conſumuntur. Emanuel Roder. tom. 1. qu. 43. art. 1. Miſsa communiter diuiditur in 3. p. Prima eſt ab initio vſque ad offertorium, & dicitur miſsa Cathechumenorum continens præparationem Introitum collectas Inſtructionem populi in rebus fidei, per epiſtolas ex ſacra ſcriptura præcipuè Prophetarum, & Apoſtolorum, cum eos Dominos ante promulgationem Euangelij binos miſerit ad prædicandum ſequitur Euangelium in quo perfecta Chriſti Doctrina continetur, ſecunda pars continet ſacrificium, & primo ſacrificij præparationem conſtantem offertorio orationibus, pro oblatione materiæ conſecrandæ ablutione manuum, & pſalmo Lauabo ſecretis collectis, & precibus præfatione, & hymno Angelico, deinde ipſum ſacrificium canone per actum orationem Dominicam, & alia vſque ad poſt comunionem 3. pars poſita eſt in gratiarum actione à comunione vſque ad finem.

46 Ante primam partem ſciendum eſt hanc ſublimem celebrationem plenam eſse myſticis ſimbolis ſit patet legenti D. Dionyſium Areop. lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. p. 2. D. Germanum Patriarcham Conſtantinopol. in Theoria rerum Eccleſiaſticarum, & alios plures, qui de miſsæ Myſterijs, officijs quæ Eccleſiaſticis tractarunt; Qua in re vnum ſpectauit Eccleſia Catholica, vt his niſi bilibus myſterijs fidelium mentes erigeret ad ſummam tanti myſterij excellentiam intelligendam, vt verbis illis docuit Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 5. Cæremonias item adhibuit (eccleſia ſcilicet miſticas benedictionem, lumina, thimiamata, veſtes aliaque id genus multa ex Apoſtolica diſciplina, & traditione, quo & maieſtas tanti ſacrificij comendaretur, & mentes fidelium per hac viſibilia Religionis, & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent contemplationem excitarentur.

47 Sacerdos igitur præuia neceſſaria confeſſione, & meditatione in opus fuerit, & lotus manibus in ſacriſtia induitur veſtibus ſacerdotalibus, nempè amictu ſignificante velamen faciei Chriſti Gabriel biel in Canone lect. 11. 2. Alba exprimente veſtem ab Herode datam D. Thom. q. 40. art. 7. Tertia Cingulo denotante flagellationem Chriſti, Durandus lib. 3. cap. 4. vel funes quibus ligatus fuit D. Thom. loco cit. 4. manipulus inſinuante funem, quo Chriſtus captus D. Thom. loco cit. 5. Stola ſignificante ligaturam Chriſti ad columnam. Durandus cap. 5. 6. & vltima caſula rappræſentante purpureum veſtimentum coram Pilato. Hoc veſtium recolitur Chriſti paſſio, qui 6. diebus creatum mundum, 6. ætati 6. die, & hora 6. eundem reparauit, ſic igitur indutus cooperto capite præcedente miniſtro, cum Miſſali clauſo è ſacriſtia egrediens accedit ad Altare. Quo egreſſu, & acceſſu ſignificat Chriſtum Dominum Sacerdotem magnum, ſecundum ordinem Melchiſedech, & Gentium expectationem Carne ex Virgine aſſumpta de ſecreto cœlorum habitaculo, ac vtero Matris egreſſum tanquam ſponſum de Thalamo in hanc vitam veniſſe ſe ipſum Deo Patri ſacrificium in odorem ſuauitatis immolaturum, ita D. Germanus loco cit.

48 Miniſter præcedens præcurſorem Domini Ioannem Baptiſtam denotat; Miſſale clauſum indicat Sacramentum Paſſionis eius in lege clauſum fuiſſe antequam agnus occiſus aperuiſſet 7. ſignacula; Ceroferarij in miſſis celebrioribus, cum cereis ardentibus præſeferunt Gaudium, quod Mundo effulſit in ortu Saluatoris, iuxta illud Angeli apud Lucam 2. annuncio vobis gaudium magnum, vt docet Rupertus lib. 1. officiorum Thuribulum Chriſti humanitatem, cum incluſo igne Diuinitatis, ita D. Germanus, vndè emanat ſeptiformis ſpiritus ſancti gratiæ, & bonorum operum odor atque fragrantia. Incedit autem Sacerdos ſecum tacitus Pſalm. 50. recitans ad mentis euagatio-

nem

nem auertendam, & cordis cumpunctionem in tanto myſterio celebrando excitandam; Sacerdos cum ad altaris gradum in quo ſacrum facturus eſt, acceſſerit ſe reuerenter inclinat, vt ſcilicet Imagini Crucifixi, ac ſanctorum delitum cultum exhibeat, vel etiam genuflectat, ſi ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum adeſt, vt conuenienti veneratione vniuerſorum Dominum aderet, & ſicut Eccleſia ſine Cruce ſtare non debet, vt dixit D. Ambr. ſerm. 56. Ita neque altare ex veteri conſuetudine.

49 In nouò teſtamento vti omnibus viris aperto capite orandum eſt ex Apoſt. 1. Cor. 11. vbi ait omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput ſuum, ita multo magis ſacerdotibus ſacrificandum. Quare optimo iure Sacerdos, cum ſe ſe ſacro præſentat Altari Deo oblaturus immaculatum corpus, & ſanguinem Chriſti caput aperit. An verò diſpenſabile ſit celebrare, cum Pileolo eſt controuerſia: Gradibus Altaris conſcenſis, & dextera educto è Theca, ſeu Burſa, quæ ſtatuitur in parte Euangelij, iuxta Rubricas Miſſalis, corporali; In medio Altaris, illud explicatur, & expanditur, Quod in Miſſa ſolemni fit poſt Miſſam Cathechumenorum. Dicitur autem corporale, ex S. Germano in Theoria, quia in eo reponitur Chriſti corpus, & quia conſequenter illud velat, Quod quidem corporale ſignificat ſacram Sindonem, qua Chriſtus Dominus è Cruce depoſitus inuolutus eſt; Quæque Taurini adhuc ſumma veneratione adſeruatur, cum Chriſti lineamentis diuinitus impreſſis; De iſta ſignificatione eſt ſententia communis cum eodem 5.

50 Hoc corporale debet eſſe non ſericum, aut ex auro, aut ex alia pretioſa materia ſed lineam, præſertim cum linum ex viridi in album vertatur, & perficiatur multis preſſuris & tunſionibus; quæ cum Chriſti paſſione habent analogiam ex Amalario lib. 3 cap. 19. ſecundo debet eſſe album ex cap. conſultò de conſecrat. diſt. 1. circa oram tamen, vbi non ponitur Chriſti corpus ornari poteſt ſerico, & pretioſiori materia, ex Suarez diſput. 81. ſect. 60. 3. oportet eſse mundiſſimum: Nam Matth. 27. Ioſeph illud (nempè Chriſti corpus) in Syndoni Munda inuoluit, & poſuit illud in monumento ſuo nouo. Quæ ſanè in re deploranda eſt incredibilis, & nullo modo toleranda plurium Sacerdotum negligentia, qui ijs linteis, & pallis, & purificatorijs in hoc Diuino ſacrificio vtuntur quibus ne ipſi quidem, ſine ſtomacho, & horrore in prophana menſa ad manus abſtergendas vterentur. 4. debet ab Epiſcopo, vel habente priuilegium benidici ex citato can. conſueto; Corporalis conditiones requiruntur etiam in Palla, quæ Calici ſuper ponitur; Duratque huiuſmodi benedictio, ſeu conſecratio vſque dum notabiliter ſcindatur, Palla ſignificat ſudarium, quod fuit ſuper caput Chriſti ex Innoc. 3. lib. 2. cap. 56. Hæc & alia, quæ Diuino cultui inſeruire ob vetuſtatem nequeunt non ſunt in prophanos vſus conuertenda ex Regula iuris in 6. ſemel Deo, & can. quæ ſemel.

51 Statuitur ſuper expanſo corporali Calix præparatus copertus velo, *In quibus* Origenes hom. 13. & 15. in Leuiticum, & 4. in Num. docet ſignificari myſteria ſacrificij indignis, & populo celanda, & occultanda ob miſteriorum reuerentiam, Inde Sacerdos accedit ad ſiniſtram, & miſſale clauſum aperit, & præparat ipſe ſolus ad ſignificandam Saluatoris mundo oſtenſionem claram, & manifeſtationem; ſolus enim Agnus ſeptem ſignacula libri Sacramenti Incarnationis, & paſſionis aperire potuit, ex Vgone de S. Victore lib. 2. offic. cap. 14. Deinde Sacerdos deſcendens ad infimum gradum Altaris ſe iterum profundè inclinat, tum ob maiorem reuerentiam Diuini numinis in tanti Miſterij celebratione, tum ob ſui demiſſionem, & deſpicientiam, tum ad Chriſti Domini Sacerdotis in æternum exmanitionem indicandum; Quippè qui inclinauerit Cœlos, & deſcenderit formam ſerui accipiens, ita Durand. lib. 4. Ration. cap. 7. tum quod non niſi optimum ſortiri poſ-

poſſint effectum ſacrificiũ cetera, quæ omnia opera ſpiritualia, quæ ab Humilitatis radice prodeunt.

52 Inde magnum Diuini miſterij opus aggreſſurus ſacro ſe ſigno Crucis in nomine Patris, & filij, & Spiritus ſancti munit, cuius ſigni virtus, & vtilitas vix exprimi poteſt, quod cum opportuniorem locum remittitur proſequendum; Inter ſignandum à ſuperio parte frontis deſcenditur ad inferiorem, quia Chriſtus de Cœlo deſcendit ad Terram, vt nos eleuaret ad Cœlo, & à ſiniſtra proceditur ad dexteram, vt oſtendatur Chriſtus de morte tranſiſſe ad vitam, & nos à ſiniſtro Chriſti latere ad dextrum translatos, & ſic oues ex hædis effectos; Dum formamus ſignum dicimus in Nomine, non autem in nominibus oſtendentes vnicam ſanctiſſimæ Trinitatis eſſentiam, & Diuinitatem; ſed ad Perſonarum proprietates oſtendendas: Dicitur in fronte (Patris) quod ab alia perſona non procedat. Circa Ventrem dicitur filij, quia à Patre genitus, & ab eo in Virginis vterum miſſus ſit, Spiritus ſancti dicitur, qui medium locum obtinet à ſiniſtra ad dexteram partem tanquam Charitas, & nexus Patris, & filij, Tertio quæ loco nominatur, quia à Patre filio, quæ procedit, vt in Concilio Floręntino contra Græcos definitum eſt.

53 Sacerdos deinde pronunciat Antiphonam Introibo ad Altare Dei ex Pſalm. 42. deſumptam, & cum Dauid ex Eccleſię inſtituto intendit accedere ad altare verè Dei, Deinde (ſi officium non ſit Lugubre cui repugnet lætitia, & exultatio) incipit, & proſequitur Pſalm. 42. Iudica me Deus alternatiuè cum Miniſtro vice populi, & petit à Deo, vt diſcretus à Gente non ſancta, & prophana, liber quæ à Tentationibus iuuetur Diuina luce, & gratia, vt ſic hilariter, & cum lætitia, & exultatione valeat incipere, & perficere tantum ſacrificium. Addit Generalem confeſſionem, & deprecationem ante Introitum: quæ confeſſio quamuis ſit vtilis non tamen ſacramentalis, vbi recenſenda ſint particularia peccata ex Innocentio 3. lib. 2. cap. 13. tunc Sacerdos iunctis manibus aſcendens Altare prouocans, quæ Populum ad orandum inclinat ſe dicens illam orationem auſera nobis quęſumus Domine, &c. & addens aliam oramus te Domine inuocat ſanctos eorum reliquias adorando, & venerando,

64 In ſolemnioribus deinde miſſis adhibetur purificatio altaris, vt etiam in reliqua ſacra actione Euangelij ſanctæ Euchariſtiæ Sacerdotes Clerici, & Populi, idque antiquiſſimo Eccleſiæ ſuo modo aſſiſtentur deuotæ peragent, cum de ea meminerit canon Apoſtolorum 4. Marcus in Liturgia D. Dionifius Areop. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 3. vt omnia redoleant fragrantiam, deuotionem, & reuerentiam ſuccedit Introitus, cum gloria Patri ſic dictus, quod dicatur à Choro introeunte Sacerdote ad Altare, cum & ipſe ante introitum dixerit Iutroibo ad Altare Dei, Illum Introitum Rupertus lib. 1. officiorum cap. 28. Amalarius lib. 3. cap. 5. & alij exiſtimarunt ſicuti ingreſſus Sacerdotis ad altare, ſignificat Chriſti aduentum in hunc mundum, ita eſſe inſtitutum ad ſignificandas voces clamores, atque ſuſpiria Patriarcharum, & Prophetarum deſiderantium aduentum eius Iſaiæ 6. emitte agnum Domine &c. & a ibi ſæpè. Deindè ſupplicat Deo, dicens Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, quod ſignificat Domine miſerere, quia verò alia eſt miſeria Ignorantiæ, alia culpæ, alia pænæ, ideò ter à ſingulis ſanctiſſimæ Trinitatis Perſonis miſericordiam poſtulamus.

55 Proſequitur Sacerdos Hymnum gloriam excelſis, dicens iuxta Concilium D. Pauli ſcribentis Epheſijs cap. 5. vbi ait implemini Spiritu ſancto loquentes vobis metipſis in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, & Coloſ. 3. docentes, & commouentes voſmetipſo in Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus in gratia cantantes &c. Hic hymnus agnoſcit Apoſtolos ſuos Auctores, cum fere integer apud D. Clementem lib. 7. conſtitut. cap. 47. & 48.

Prin-

Principium tamen cantarunt Angeli in nocte Natiuit. Domini; Ideo Teleſphorus parum poſt Apoſtolos inſtituit cantari in Natiuitatis nocte Miſſam, cum hymno huiuſmodi ſolemniter. Addit Sacerdos ſacram illam à D. Dionyſio lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. cap. 3. appellatam digniſſimam myſticam, & ſupra mundanam ad Populum ad ſtantem ſalutationem Dominus vobiſcum, quæ incœpit in ſacrificio adhiberi ab Apoſtolis ex Concilio Bracarenſi primo, & ex eadem traditione Apoſtolica, vel eius loco clerus, & Miniſter cum D. Paulo 2. ad Timotheum cap. 4. Reſpondet Sacerdoti ſalutanti. Et cum ſpiritu tuo; & ſicut ſalutatio terminat ad Eccleſiam in comuni, ita reſponſio cenſetur data nomine eiuſdem Eccleſiæ in comuni.

56 Ante collectam ad ſtantes Sacerdos ad ſecum orandum excitat dicens, Oremus; Indicitur genuflexio, & leuatio ex Apoſtolica traditione, ſiue inſtitutione, & ratio datur à D. Baſilio lib. de ſpiritu ſancto cap, 27. quoties genuflexímus, & erigimus reipſa oſtendimus, quod propter peccatum in terra delapſi ſumus, & per benignitatem eius, qui condidit nos ad Cœlum reuocati ſumus: ſubiungit comunem orationem, ſeu collectam, quæ ſignificat preces, quæ dicuntur à populo congregato, ſeu collecto, ita Alcuinus lib. de Diuini officijs de celebratione Miſſæ; Collectæ incohant à Deo, & in Deo finiunt; Nam ferè omnes diriguntur ad Patrem adiuratio, & impetratio ſit per filium. Ideò dicitur, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & concluſio in ſpiritu ſancto. Quæ diriguntur ad filium concluduntur, qui viuis, & Regnas cum Deo Patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Collectæ non debent excedere numerum ſeptenarium ex Innoc. 3. lib. 2. c. 27. finita, & terminata collecta, Reſpondit Populus per miniſtrum Amen, ideſt ſic fiat, vt Sacerdos petit.

57 Deinde ſequitur fidelis populi inſtructio in fide, quæ diſpoſitiue quidem ſit per doctrinam Prophetarum, & Apoſtolorum, quæ legitur per Lectores, & Subdiaconos ex Apoſtolica inſtitutione, vt patet ex can. 9. Apoſtolorum relato inde conſecrat. d. 1. Finita Epiſtola Miniſtri nomine totius Populi, reſpondent Deo gratias; Quod cæleſtis Doctrinæ nos participes facere dignatus ſit Deus: Deinde cantatur Graduale, quod ſignificat profectum ex lectione Epiſtolæ perceptum fuiſſe ab Auditoribus, quaſi prædicationi conſenſerint, & progrediantur de virtute in virtutẽ. Deinde cantatur Alleluia, quod ſignificat Laudare Deum, & continet magnam exultationem poſt profectum laborioſum in virtutibus; Vel tractus, & ſunt aliqui verſus ex ſacris litteris deſumpti, qui dicuntur in diebus, & officijs luctus, quod tractim, & grauiter cantentur quaſi deploretur diuturnitas incolatur ac Eccleſiæ, gemitus ſignificetur ex Alcuino lib. de officijs cap. de ſeptuageſima.

58 Completa Epiſtola cum verſiculis Sacerdos in medio Altaris orat Deum, vt mundet eius cor, & labia; cum etiam ignito calculo Iſaiæ, Labia mundauerit, vt miſeratione Diuina mundatus dignè valeat enunciare Euangelium ſuperuenit Euangelium, vt perfectè inſtruat Euangelio fidele n populum. Et lecturus titulum præmittit, dicens Initium, vel ſequentia ſancti Euangelij Clerus, ac Populus, vel Miniſter reſpondet gloria tibi Domine, laudando Deum, quod miſerit eis verba ſalutis æternæ, ipſumque deprecando, ne Diabolus verba ſancti Euangelij de corde illius auferat, neque corda petroſa ſint, aut ſpinoſa, ſed terra bona, vt recepto ſemine optatum afferant fructum; Interim, & qui legunt Euangelium, & qui audiunt ſe ſigno Crucis muniunt in fronte ore, & pectore ex Innocentio 3. lib. 2. cap. 44. & Alenſi 4. p. q. 37. de officio Miſſæ; In fronte ſede pudoris ne erubeſcamus confiteri Euangelium, & Chriſtum Crucifixum, iuxta illud ad Gal. 6. abſit mihi gloriari niſi in cruce; In ore vt palam confiteamur; In pectore vt nos paratos oſtendamus ad patiendum pro eius nomine,

mine, & Euangelio, Lecto Euangelio librum oſculatur antiquiſſimo ritu Eccleſiæ, vt conſtat ex D. Dionyſio Areopag. lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 3. & ex Canone Apoſtolica de conſuetudine, quod fit ad denotandum affectum noſtrũ erga Chriſtum.

59 In ſolemni verò Miſſa, quia Euangelium cantatur à Diacono; Accedens ad celebrantem dicit, Iube Domne benedicere, iuxta illud D. Pauli, quomodo prædicabunt niſi mittantur, vt notat Innocentius 3. lib. 2. cap. 38. Sacerdos celebrans reſpondit Dominus ſit in corde tuo, & in labijs tuis &c. vt dignè accompetenter enuncies euangelium ſuum; ſicque accedit ad recitandum Euangelium duobus præcedentibus Accolytis cum cereis accenſis in ſignum lætitiæ ex doctrina Euangelij, quod qui antea loquebatur per Prophetas, ſit nobis locutus in filio, vt ait Rupert. l. 1. cap. 36. Præcedit etiam Thuribulum ex eodem Ruperto l. 1. de Diuinis offic. c. 36. quia qui annunciat euangelium talis eſſe debet ſecũdum Apoſtolum Chriſti bonus odor ſumus per fragrantiam bonorum operum, & odoramentum probitatis, & Innocentiæ ſolemnioribus diebus, vt Dominicis Apoſtolorum Doctorum, & huiuſmodi de quibus Innocentius l. 2. c. 51. poſt Euangelium recitatur ſimbolum fidei cum quod exauditu Verbi Dei conſequatur fides Rom. 10. tum vt doceat nos Eccleſia ſicut corde creditur ad iuſtitiam ſic ore confeſſionem fieri ad ſalutem Rom. 10.

60 Parte 1. Miſſæ expedita, quæ fidelium inſtructio, & Miſſa Cathecumenorũ olim dicebatur, qui vlterius adeſſe non permittebantur indicente eis exitum Diacono Verbis, ite Miſſa eſt. Sequitur pars 2. quæ fidelium Miſſa dicitur, quæ continet ſacrificium; Hæc pars incipit ab offertorio Verbis illis, Dominus vobiſcum, & finitur clauſula illa, per omnia ſæcula ſæculorum, quæ eſt colectarum ſecretarum finis, & alta voce pronunciatur, vt Populus poſſit, Amen, reſpondere, & confirmare præmiſſa ex Amalario; In offertorio à Sacerdote oblatio materiæ, paulò poſt conſecrandæ, quæ oblatione ex comuni opinione non pertinet ad eſſentiam ſacrificij, tum quia ceremonia, hæc nõ ſemper fuit in eccleſia catholica, tũ quia ſi contingat prætermitti ſi cetera rite fiant ſit perfectum ſacrificiũ, immò nec etiam conſtat ad integritatem ſacrificij pertinere, vt tenet comunis opinio licet aliqui viri graues, & eruditi integralem partem eſſe velint.

61 Materia ex qua confici debet corpus Chriſti eſt panis iuxta inſtitutionem Chriſti Mat. 26. Marci 14. Luc. 22. & 1. Cor. 11. & Decreta Conciliorum Generaliũ Flor. in decreto vnionis, & Trid. 13. c. 3. panis comunis, & ſic ſimpliciter dictus, & triticeus de ſolo frumento confectus, coaugmentatus ex aqua naturali nõ roſacea, vel ſimili non ex lacte, aut butyrus, talis panis debet eſſe coctus; Paſcha enim, ſeu Maſſa ante concoctionem non eſt apta materia ſacrificij, quia talis maſſa, nec eſt panis, nec cibus humanus; quod verò ſit Azimus ne fermẽtatus certum, & de fide eſt non eſſe de neceſſitate ſacrificij, aut Sacramenti, vt potius fiat in vno, quã malis, ex Cõc. Flor. lo. cit. & comuni Theologorum ſententia; Certum quoq; eſt debere vnumquemque ſacerdotem ſeruare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ, cum id decreuerit Eugenius 4. in ſua quinta conſtitutione; Hic panis ſic oblatus hoſtiæ nomine appellatur proportione hoſtiarum ſacrificiorum veteris legis, debet eſſe ſana munda, & integra, & quoad formam, & figuram more antiquo, orbicularis eſſe debet ex Epiphanio in Ancorato, Huiuſmodi hoſtiam eleuat ſacerdos in ſignum oblationis Deo in patena à petendo dicta quod in latitudine charitatis debeat ſacrificium offerri.

62 Materia ex qua debet confici ſanguis neceſſario debet eſſe vinum vitis, quia vinum illius Cenæ Chriſti fuit vitis cũ paulò ante cõſecrationem dixerit Dominus Lucæ 22 Amen dico vobis non bibam de hoc genimine vitis &c. excitatis concilijs & vſu totius eccleſiæ. Hinc excluduntur omnia alia vina ſiue potius ſucci, imò etiã omnes liquores ex vuis expreſſi, vt acetum, quia eſt corruptum, & comuniter

non potabile; Huic vino admiſcenda eſt aqua, quia Chriſtus aquam ſicut teſtatur, qui inter fuit D. Iacobus in Liturgia, ſimiliter (inquit) poſtquam cenauit, accipiens calicem, & permittens ex aqua, & vino, & aſpiciens in Cœlum benedicens dedit, ſic D. Marcus, & alij; Ideò Eccleſia Catholica ſemper tenuit, ita neceſſarium eſſe aqua minor miſceri in calice, vt ſine graui peccato omitti non poſſit. Huiuſmodi aqua debet eſſe naturalis in parua quantitate ad arbitrium Sacerdotis ſecundum proportionem generoſitatis vini, quæ mixtio debet fieri in calice non in dolio, aut Lagena.

63 Sic mixtum calicem Deo Sacerdos offert precibus illis offerimus tibi Domine calicem ſalutaris, qui pro ſe, & vniuerſo mundo orat, dum petit vt oblatio aſcendat ad Deum cum odore ſuauitatis; Ideoque Calix dicitur ſalutaris, quia in omnium ſalutem inſtitutus eſt poſt conſecrationem; Deinde Sacerdos collocat calicem in Altari formando ſignum Crucis, vt etiam de pane in patena fecit prius eleuando verſus Cœlum (vt vult Litanus) retrahendo quæ verſus terram, vt indicandum Deum cui offertur eſſe Cęli terræ, quæ Dominum deinde mouendo ad 4. partes terræ Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Meridiem ad deſignandum offerri Deo, qui Cælo terræ, ac 4. Mundi partibus dominatur, tunc inclinatus Sacerdos iunctis, quæ manibus Altare contingens erat in ſpiritu humilitatis; & in animo contrito cum circumſtantibus ſit Domino placeat ſacrificium; Tandē oblata ſignat, & inuocat ſpiritum ſanctum, qui præparatum ſacrificium benedicat; deinde iterum manus lauat, vt inſinuetur omni mundiția tantum ſacrificiū eſſe peragēdū.

64 Ablutis manibus Sacerdos ad medium Altaris accedit, & leuiter incuruatus vt inquit D. Dionyſ. ad humilitatem Chriſti ſignificandum, qui formam ſerui accipiens exinaniuit ſemetipſum ad Philip. 2. iſtam fundit orationem ſuſcipe ſancta Trinitas, In qua toti Trinitati fatetur ſe ſacrificium offerre in memoriam paſſionis &c. Idem in memoriam B. Virginis, Petri, & Pauli, & Sanctorum &c. ex quibus ſanè contra vigilantiam, ex Hieron. epiſt. 53. ad Ripanum, & noſtri temporis Hæreſes. Lucæ clarius colligimus totius Eccleſiæ ſenſum eſſe Cęleſtes Ciues Deum pro nobis orare, & pie catholicè, & vtiliter nos eoſdem inuocare; Denuò Sacerdos oſculatur Altare ad ſignificandum ſolum per Chriſtum, & eius paſſionem nos Deo Patri reconciliatos, ita Durandus l. 4. c. 14. & c. 32. & in tit. 14. notat quod cum alij vicibus ſacerdos poſt ſalutationem Populi per dexteram ad altare ſe conuertit ad inſinuandā orationem ſui Populi æterna ſpectantem ſignificata per dexteram; nūc verò ad ſiniſtram vertit ad indicandam imperfectionem ſuam plenam miſerijs, Deinde Sacerdos ad Altare re flexus demiſſa voce, & ſecretò præcatur pro acceptatione ſacrificij recitando ſecretas collectas, quæ quamuis penè varientur per ſingula officia in omnibus tamen illud comuniter poſtulatur, vt oblatio ſacrificij a Deo acceptetur ad ſui gloriam ſanctorum honorem ſacerdotis populique ſalutem, eas verò concludit alta voce dicendo, Per omnia ſæcula ſæculorum, confirmat Populus dicendo, Amen, ideſt ita fiat.

65 His ſuccedit Præfatio ſic dicta, quod ſit pro locutio, & excitatio populi ad eam actionem, quæ propriè ſacrificium continet, & Canone explicatur, quæ cum habeatur in Liturgia S. Iacobi, & D. Marci omnino certum eſt in ipſis Eccleſiæ, principijs ab Apoſtolis inſtitutam eſſe; & quidem initio Sacerdos populo præcatur, vt Deus illi adſit per gratiam, qui ſemper adeſt per ſuam præſentiam, & omni potentiam, & excitat populum ad ſurſum eleuandum cor, & ad Deo gratias agendas, Hoc enim dignum, & iuſtum eſt, Reſpondet Populus; Dignum quo ad Deum, quia ex pſal. 94. ipſe eſt Dominus Deus noſter iuſtum, quo ad nos, quia nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius: Approbat Sacerdos dicens, Verè dignum & iuſtum eſt; Hoc quoque docuerunt ipſi Gentiles Poetæ, qui eſſe Seneca lib. de benef. cap. 3.

Gra-

Gratias tres veluti Deus finxerunt vnum quidem auerſam, quod qui beneficium confert obliuiſci debeat; duas viro conuerſas ac nos aſpicientes, vt docerent gratiam geminatam eſſe Benefactori reddendam ſemper, quia noua ſemper beneficia à Deo accipimus, cum ab eo veluti à ſole radij ſemper pendeamus, Per Chriſtum Dominum noſtrum, quia ipſe eſt mediator Dei, & hominum 1. ad Timot. 2.

66 Per quem ideſt Ieſum Chriſtum ſalutem meritoriè operantem Diuinam Maieſtatem tanquam principalem cauſam, Beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant; Cæleſtia etenim agmina, & exercitus illi beatiſſimi, tam infimi deſignati nomine Angelorum, quam ſupremi nempè Seraphim, & medij omnes, ſcilicet (dicere duo tantum ſpecificemur) conſociantur ad Deum laudandum, & ei gratias inceſſanter referendas cantantes hymnum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, quem triumphalem appellant DD. Iacobus, & Marcus in liturgijs; Acclamatur autem Deus ter ſanctus, & ſemel tantum Dominus ad oſtendendum Diuinarum Perſonarum Trinitatem, & vnitatem Diuinæ eſſentiæ, vt notauit D. Ambroſius lib. 3. de ſpiritu ſancto, cap. 18. Dicitur Deus Sabaoth, quæ eſt vox Hæbrea ſignificans exercitum, ſeu virtutem, quod Diuus Auguſtinus, de conſenſu Euangeliſtarum (inquit) dicitur Deus Sabaoth, quia illi innumerabiles ſeruiunt virtutes, & exercitus Angelorum, iuxta illud Danielis millia millium miniſtrabant ei decies centena millia aſſiſtebant ei, ait D. Dionyſius Areopagita lib. de Cæleſt. Hierarchia cap. 14. ſuperare rerum omnium materialium commenſurationem; & D. Bernardinus Senenſis tom. 4. ſerm. 49. dicit excedere ſtellas Coeli, & numerum Arenæ maris; Additur pleni ſunt Coeli, & terra &c. quia in omnibus Creaturis ſuperioribus; & inferioribus elucet Diuinæ Maieſtatis gloria, tum in plena omnium ſubiectione, tum in omnium ſapientium gubernatione, tum in omnium admirabili perfectione, & virtute concluditur tandem illa voce Oſanna in excelſis, quæ non eſt compoſita ex Hora, quod ſignificat ſaluum me fac, & nam quæ eſt interiectio obſecrantis, ita vt ſignificet ſalua obſecro; In excelſis; Hortatur enim Angelos, qui ſunt in Cœlis, vt eum laudent ſicut Hortabatur Dauid in pſalmum 148. quando dicebat laudate Dominum de Cœlis.

67 Poſt hæc Sacerdos incipit orationem, qua ipſum corporis, & ſanguinis Chriſti peragitur myſterium, qua ceſſante omni ſtrepitu Verborum ad Deum ſolum intentio, ac deuotio dirigenda eſt ex S. Remigio, Quæ Oratio græcè canon appellatur, quod nomen latinè Regula ſonat, quod fixa ſit ſtabilis, quæ Regula; & canon ſeruandus eſt in celebratione huius ſacrificij ex Conc. Tridentino ſeſſ. 22. cap. 5. & can. 9. Habet 6. partes; Prima Incipit à Te igitur, & extenditur vſque ad hanc igitur oblationem, ſecunda continet orationem illam, hanc igitur oblationem illam, tertia incipit illis verbis, Quam oblationem, & continuat vſque ad conſecrationem totam incluſiuè, 4. Incipit vndè memores, & protrahitur vſque ad Memento etiam Domine; 5. eſt oratio prędicta, Meméto etiam Domine, 6. Illis verbis incipit Nobis quoque peccatoribus, & concluditur per omnia ſæcula ſæculorum ante Orationem Dominicam, vt Populus confirmando dicere poſſit, Amen; Ideò Feria 6. Paraſceue Hebdomadæ ſanctæ, quia omittitur totus Canon, eo quod pertineat ad conſecrationem, quæ tunc nulla, nulla harum 6. orationem legitur, nec dicitur, per omnia ſæcula ſæculorum, ſed immediatè ablutis manibus dicitur Oratio Dominica.

68 Eleuatis igitur in cęlum oculis, expanſiſq; ſurſum ad Deum manibus, vt exteriori etiam actu, & geſtu ſupplicando humilitatem præſeferat, & non elationem Sacerdos ſacrum incohat canonem, qui cum præcedentibus connectitur illa particula, igitur ex D. Bonauentura hoc modo; Quia noſtras voces ſupplici confeſſione admittis; Te igitur: Quamuis ſa-

criſicium offeratur ſanctiſſimæ Trinitati, hæc tamen oratio dirigitur ad Patrem tanquam principium; Deinde mediator exprimitur, dum dicitur per Chriſtum Dominum noſtrum: Nam quicquid ſtatuit Pater Mundo dare voluit, per Chriſtum, & propter Chriſtum concedere; Res oblatæ dicuntur, hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illibata, quæ nomina non ſunt ſuperflua, vt latrat Lutherus lib. de abroganda miſſa, ſed multiplicantur ad affectum, & deuotionem noſtram excitandam, erga tantum ſacrificium ex Alcuino lib. de Diuinis officijs cap. de celebratione Miſſæ Sacerdos, hæc dicens ter oblata ſignat ob triplicem Chriſti Domini traditionem, ex D. Bonauentura in expoſitione Miſſæ Traditus 1. à Patre, qui pro nobis tradidit illum ex Charitate Rom. 8. ſecũdo à Iuda triginta argenteis Matth. 26. 38. Tertio à Iudæis Pilato ex Inuidia Matth. 27. offertur primo pro tota Eccleſia ob publicum bonum collecta ex diuerſis gradibus; vt Hierarchicus ordo conſeruetur, & augeatur ſpecialiter offertur pro aſtantibus, quorum omnium fides, quoad Intellectum, & deuotio quo ad affectum deſiderium, ſcilicet participationis Deo nota eſt, & generaliter pro coniunctis amicis, & benefactoribus, & offertur pro redemptione Animarum, & earum ſalute, & additur ſanctorum commemoratio quorum Patrocinia expoſcimus.

69 Sequitur ſecunda pars canonis, quę continetur oratione illa: Hunc igitur oblationem; quæ dum recitaretur, extenduntur manus ſuper oblata ad ſignificandum hoc ſacrificium eſſe holocauſtum, & hoſtiam pacificam, & etiam hoſtiam pro peccato ad Deum placandum: Hæc pars continet quatuor petitiones; Prima eſt, vt Deus placatus dignetur acceptare ſeruitutis noſtræ totius, quæ Eccleſiæ oblationem materiæ futuri ſacrificij, itaut eam benedicat, & ſanctificet faciat quæ per conſecrationem corpus, & ſanguinem Chriſti, ſecunda petitio fit illis verbis Dies, quæ noſtros in tua pace diſponas non autem mundi pace, quia Chriſtus Ioan. 14. dixit pacem relinquo vobis non quomodo mundus dat ego do vobis, & huiuſmodi pax Chriſti eſt conuenientia affectuum, & paſſionem; qua pace carent impij. Vnde comparari poſſunt ijs qui fulmine icti ſunt, qui & ſi exterius videantur integri interius tamen are facti ſunt; Tertia petitio conſiſtit in illis Verbis atque ab æterna damnatione nos eripi, Quarta in illis, & in electorum grege iube annumerari.

70 Tertia Canonis pars ſicuti eſt antiquiſſima cum ipſius plura habeantur in Liturgia D. Iacobi Ita cæteris eſt obſcurior, ideo patienter exponenda. Odo Cameracenſis putat litteralem ſenſum horum Verborum; Quam oblationem in omnibus, Quæſumus benedictam adſcriptam ratam rationabilem &c. eſſe vt petamus fieri oblationem adſcriptam, ideſt adiunctam Verbo in vnitate perſonæ ratam, ideſt veram certam fixam validam, ſeu efficacem, & denique rationabilem; vt non hircorum, aut vitulorum, vel ſimplicem panem, & Vinum offeramus, ſed Chriſtum ipſum, qui non ſolum rationalis eſt, ſed & æterna ratio, & ſapientia, qui non poſſit non acceptari à Patre, additur vt nobis corpus, & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui; Inde colligitur contra Lutherum, & ſuos impanatores cum corpore, & ſanguine Chriſti non remanere ſubſtantiam panis, & vini cum non petamus, & oremus, vt in lateat corpus, & ſanguis Chriſti in prędictis ſubſtantijs panis, & vini, ſed vt ea fiant corpus, & ſanguis Chriſti, Dum hæc dicuntur, fiunt quinque crucis ſignationes tres ſuper hoſtiam, & Calicem coniunctim, 4. ſuper hoſtiam, 5. ſuper Calicem quarum, 3. D. Thom 3. p. q. 83. art. 5. ad 3. refert ad venditionem Chriſti factam ſacerdotibus Scribis, & Phariſeis 4. ad Iudam vendentem, 5. ad Chriſtum venditum.

71 Qui pridiè, quam pateretur accepit panem, quod non caret magno miſterio, quod Chriſtus Dominus Euangelicum

ſacrificium voluerit inſtituere ſub ſpeciebus panis, & vini. Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. hoc autem fecit, quia hæc duo panis, & vini ſymbola aptiſſima ſunt ad Chriſti amorem oſtendendum, qui maximè vnitiuus eſt; Cum enim nihil ſit, quod magis homini vniatur, quam cibus, & potus, quippè qui non tantum extrinſecè vt velles, ſed intrinſecè, & vbique vniatur cum totum alat, & conſeruent corpus aptè omnino oſtendunt voluiſſe hac ratione Dominum nobis certiſſima vnione coniungi; Valdè quæ mirum non exhorruiſſe humanum ſtomachum ſæpiſſimè fœtidis, & peſſimis odoribus, & humoribus repletum; Meritò autem inter alimenta cibum, & potum panes, & vinum elegit, quod hæc, & comuniora ſint, & omnibus gratiora, nec faſtidium generent; In ſanctas ac venerabiles manus ſuas, vt oſtenderet hanc panis, & vini tranſubſtantiationem *in corpus*, & ſanguinem ſuum opus eſſe, tum omnipotentiæ ſuæ cum Deus eſſet, & homo cui omnia dedit Pater in manus tum, vt Theſauros liberalitatis ſuę, ac benedictionis ſe nobis effundere doceret.

72 Et eleuatis oculis in Cœlum ad te Deum Patrem omnipotentem; Idem ferè habent D. Iacobus, & D. Marcus in ſuis Litturgijs, ſic enim ſolebat facere in magnis operibus, ſicuti eſt inſtitutio tanti ſacrificij &c. Tibi gratias agens benedixit fregit, & Eccleſia ab Apoſtolis tunc præſentibus edocta nunc idem ſignum, & benedictionem adhibet; Deditque diſcipulis ſuis etiam Iudæ, iuxta illud Marci 14. loquentis de calice ait, & biberunt ex illo omnes; Immo cum ipſis Apoſtolis etiam Chriſtus corpus ſuum, & ſanguinem ſumpſit, vt ex Patribus, & Scholaſticis conſtare poteſt; An verò Chriſtus manu ſua comunicauerit, vel Diſcipulis ſuis tradiderit Sacramentum in manibus, vt ſe ipſo comunicarent non eſt adeò certum; Dicens accipite, & manducate ex eo omnes, ly omnes mirum in modum comendat vnitatem, & pacem, ita vt participantes hoc Chriſti miſterium vnum ſimus in illo. Ita Florus in expoſitione canonis; Hoc eſt enim corpus meum; Hæc eſt forma conſecrationis corporis de qua in ſequenti articulo erit ſermo.

73 Verba huius formæ ſicut, & formæ conſecrationis ſanguinis non ſunt verba concionalia ad inſtruendum populum, ſed ſunt efficaciter conſecratoria contra Caluinum lib. 4. inſtit. cap. 17. & Bezam in ſua Summa; nec in verbo eſt aliquis eſt ſenſus myſticus, non enim accipitur pro ſignificatione, vt *Zuuinglius*, Caluinus, Beza, & ſequaces Hæretici volunt, quod ſcilicet Sacramentum hoc ſit tantum ſignum corporis, & ſanguinis Chriſti ſicut in ligno ſculptus crucifixus, dicitur Chriſtus, ſed accipitur propriſſimè pro Verbo ſubſtantiuo, vt docet 7. Sinodus act. 6. & Tridentina ſeſſ. 13. cap. 1. Immò ſecundum comunem ſenſum Theologorum Chriſtus iiſdem planè verbis conſecrauit, quibus vtitur Eccleſia ex Concil. Florentino, & Tridentino ſeſſ. 13. cap. 3. 4. & ſeſſ. 22. cap. 1. & can. 2. & tunc diſcipuli Chriſti Corpus acceperunt, quale tunc erat nempè paſſibile, & mortale; Nos autem accipimus tale quale nunc eſt nempè impaſſibile, & immortale; Abſoluta conſecratione Chriſti corporis, & ſanguinis; ſtatim Sacerdos genuflectit, & adorat auguſtiſſimum Sacramentum fremente, caterua *Zuuiglianorum*, Caluiniſtarum, & aliorum Sacramentariorum Hæreticorum negantium veram præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia; Ideò quoque Sacerdos eleuat Sacramentum, vt populus in eo adoret verum corpus, & ſanguinem Chriſti.

74 Simili modo poſtquam Cœnatum eſt accipiens, & hunc præclarum Calicem; Dicitur hunc inquit Paſchaſius lib. de corpore Chriſti cap. 15. quod oblatio; quam offert Eccleſia eiuſdem ſit eſſentiæ, & ſpeciei ſolo numero, atque loco tempore, & ſimilibus occidentibus differens à ſacrificio à Chriſto in Cœna peracto; In ſanctas ac venerabiles manus ſuas, item tibi gratias agens benedixit deditque diſcipulis ſuis dicens, accipite, & bi-

bite ex eo omnes. Hic eſt enim calix ſanguinis mei; Hæc eſt forma eſſentialis (dempto Ly enim) conſecrationis ſanguinis Chriſti de qua dicatur, quod dictum eſt de forma corporis &c. Additur noui, & æterni teſtamenti, vt ſignificetur ob ſanguinem Chriſti nobis patere aditum ad æternam hæreditatem, quæ iure noui, & æterni teſtamenti ad nos venit; Inſuper additur Miſterium fidei, ex Apoſtolica traditione: Dicitur Miſterium fidei, quia aliud ſenſibus percipitur, & aliud fide intelligitur; Tandem additur, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum; nullum enim fuit peccatum, quod hoc ſanguine deleri non poſſit; Denique ordinans Apoſtolos Sacerdotes, vt docet Tridentinum ſeſſ. 22. canon. 2. dixit illis; Hæc quotieſcumque feceritis in mei memoriam facietis, ideſt præcepit eis eorumque ſucceſſoribus facere, quæ ipſe fecerat, vtramque videlicet conſecrationem panis, & poculi in ſacrificium oblati à Chriſto ipſo ſummo Sacerdote.

75 Sequitur 4. pars canonis incipiens; Vnde & memores, In qua Eccleſia memor præcepti Chriſti, vt præſtantiſſimum hoc ſacrificium Deo in ſui memoriam offeramus, quam ſolam commemorationem dixit Origenes hom. 13. in Leuiticum Deum reddere hominibus propitium; Ideoque dictum à Domino; hoc facite in meam commemorationem in qua rememorantur ante expreſſam ſacrificij oblationem eius præcipua Miſteria ſcilicet paſſionem, Reſurrectionem ab Inferis, & in Cœlum glorioſam Aſcenſionem, Quorum primo accenditur Charitas, 2. excitatur fides, 3. Inflammatur ſpes, futurum ſcilicet aliquando, vt eo transferantur membra, vbi regnat caput noſtrum; ſubijcitur deinde vocalis oblatio ſacrificij; Dum autem hæc ſicut ferè totum canonē Sacerdos recitat manus expandit, vt Chriſti Paſſionem, quam Verbis commemorat, corporis etiam geſtu ſignificet iuxta illud Iſaiæ 65. expandi manus meas tota die ad populum non credentem. &c. Cumque hoſtiam puram ſanctam, & immaculatam, ſe Deo offerre teſtatur ad differentiam hoſtiarum irrationabilium veteris legis, eo quod Agni immaculati tollentis peccata Mundi Chriſti Domini corpus, & ſanguinem offerat.

79 Deinde quinque Crucibus ſignat ad quinque Chriſti vulnera in Cruce pendentis pie recolenda, & dum dicitur panis ſanctus vitæ æternæ recolit verba Chriſti, apud Ioannem 6. dicentis; Ego ſum panis viuus &c. non materialis, & vſualis, vt volebat Lutherus. Poſt expreſſam oblationem prædictam præcatur Eccleſia Dominum vt propitio, & ſereno vultu dignetur reſpicere oblata, & accepta habere; Ita quod Eccleſia orat pro infirmitate noſtra ex Alenſi, & alijs; & ſi enim oblatio hæc, & ex parte rei oblatæ, & ex parte Chriſti principalis offerentis ſemper Deo placent ex parte tamen Miniſtri, & Populi aſtantis, & coofferentis poteſt non placere; Ob id petimus vt noſtrum ſacrificium ſibi placeat, ſicut Abel, & Melchiſedech. Deinde Sacerdos profundè inclinatus externo ſigno, & geſtu ad ſummam interiorem humilitatem ſupplicando ſe ipſum excitans, & oſculatur Altare, vt indicet humani generis, cum Deo Patre reconciliationem in Altari Crucis factam per filij mortem, & poſt oſtendit ſe magno affectu percupere, cum ceteris de altaris ſacrificio participare; Ideò ſubdit vt quotquot ex hac altaris participatione Sacroſanctum Corpus, & Sanguinem ſumpſerimus omni benedictione cæleſti, & gratia repleamur. Tandem Sacerdos ſignat cruce hoſtiam in memoriam crucifixioni Chriſti, & Calicem ob largiſſimam ſanguinis effuſionē ſignat etiam deinde ſeipſum ad indicandum Paſſionis Chriſti multiplicem fructuum ſibi elargitum.

77 Canonis quinta pars, ſe extendens ad memoriam Animarum Purgatorij, ſic enim Eccleſia ſpiritu ſancto edocta, inter hæc ſancta Miſteria Deum pie, & laudabiliter orat pro ijs in Purgatorio igne detinentur eo, quod ex hac vita nundum ple-

plenè purgari diſceſſerint, & quidem non nouo ritu, ſed cum ipſa Eccleſia nato ipſiſmet Magiſtris Apoſtolis, vt conſtat ex Liturgia D. Iacobi; garriant, & fremant vſque ad effuſionem Animæ Hæretici noſtri temporis; In 6. canonis parte rogat Sacerdos pro ſe, & aſtantibus vt ſanctorum ſocietate, & aliqua Beatitudinis parte donare ritu antiquiſſimo contra eoſdem Hæreticos: Sacerdos enim, qui ad Hebræos, non tantum pro alijs, ſed etiam pro ſe ipſo orare iubetur, quod & ipſe circundatus Infirmitate, Ideò clarè dicit nobis quoque peccatoribus pectuſque tunditur, vt percuſſio pectoris pœnitentiam, & Luctum de peccatis ſignificet, ad hoc implorato auxilio ſanctorum, & ſanctarum, Intra quorum nos conſortium Deus non æſtimator meriti, in ordine ad remiſſionem peccatorum, ſed veniæ Largitor dignetur admittere per Chriſtum Dominum noſtrum.

78 Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas (hic excellentia Chriſti comendatur) Ideſt per quem panis, vini, & aquæ ſubſtantia ex quibus ſacramentum conficitur, & reliqua omnia initio creauit ex Alcuino cap. de celebratione Miſſæ, Nam dicitur Ioan. I. per ipſum facta ſunt omnia, ſanctificas cum per primam oblationem ſacrificio deſtinantur, Viuificas tranſubſtantiatione in panem vitæ æternæ Chriſti, ſcilicet corporis, & ſanguinis; benedicis cum media conſecratione plenıſſimam bonorum omnium copiam accipiunt; & preſtas nobis per ipſum (ex Innocentio) tanquam per mediatorem Dei, & hominum; Cum ipſo tanquam æquali; & in ipſo tanquam verè conſubſtantiali. Ideoque eſt omnis honor, & gloria per filium, & cum filio, & in filio, in vnitate ſpiritus ſancti per omnia ſæcula, Dum verò profertur ſanctificas, viuificas, & benedicis fiunt tres Cruces ad rappreſentandam triplicem Chriſti orationem in ſacrificio Crucis, primam videlicet Pater ignoſce illis, ſecundam Deus, Deus meus, vt qui dereliquiſti me, Tertiam Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, ſicut etiam tres fiunt in Chriſti corpore in illis verbis per ipſum cum ipſo, & in ipſo ad ſignificandum Chriſtum in Cruce pependiſſe; & aliæ duæ cum dicitur Deo Patri omnipotenti denotantes ſeparationem Animæ à corpore; Vt etiam hoſtiam cum calice leuantes deponentes cooperientes ſignificamus Dominicum corpus à Ioſeph de Cruce leuato, & in ſepulchro poſitum, & lapide clauſum fuiſſe.

79 Finito Canone ſequitur oratio Dominica Pater noſter, cum præuia breui præfatione, bis hanc orationem nos docuit Chriſtus primo apud Matt. 6. deinde apud Lucam 11. eius vſus in ſacrificio antiquiſſimus eſt, vt conſtat ex Liturgia D. Iacobi; Præſtat hæc oratio reliquis omnibus, tum auctoritate præceptoris cum nos eam Chriſtus docuerit, qui ſolus quid, & quomodo ſit orandum ſciebat, 2. breuitate ait en Tertullianus lib. de oratione breuitas iſta magnæ, ac beatæ interpretationis ſubſtantia fulta eſt quantumque ſubſtringitur verbis tantum diffunditur ſenſibus, 3. efficacia de qua D. Auguſtinus hom. 40. ex 10. ait ſpem habemus obtinendi cauſam noſtram; Quando talis iuriſperitus nobis preces dictauit. Expoſitio illius orationis videnda eſt in Cathechiſmo Romano. Sequitur altera oratio libera nos quæſumus Domine, in qua petimus liberari à malis præteritis præſentibus, & futuris per interceſſionem B. Virginis Mariæ, & Sanctorum omnium, vt ſimus etiam ab omni perturbatione ſecuri; Interim Sacerdos accepta patena ſignificante latitudinem charitatis, in qua ſacrificium ſumendum eſt Crucis ſigno à fronte ad pectus ad demonſtrandum ſignatum fuiſſe ſepulchri lapidem cum cuſtodibus.

80 Poſt hæc Sacerdos hoſtiam in manibus accipit, & tres in partes diuidit, vltimam cum præſcriptis verbis, Hæc commixtio, & conſecratio, immittit ſanguini qua fractione non frangitur corpus Chriſti, ſed integrum perſeuerat ex Ma-

giſtri, & Scholaſticorum ſententia ſignificat verò hæc diuiſio hoſtiæ in tres partes diuiſionem Corporis Chriſti in paſſione ex D. Thoma 3. p quæſ. 83. art. 5. fuit enim vulneratus in manibus pedibus, & latere; fuit enim vulneratus in manibus pedibus, & latere; ſignat Sacerdos cum particula miſcenda, cum ſanguine ter ſuper opificium calicis, cuius cauſam reddens Rabanus lib. Inſtit. cap. 23. ait crux quæ formatur ſuper calicem oblatæ particulæ ipſum corpus nobis ante oculos oſtendit, quod pro nobis crucifixum eſt; Ideò verè tangit quattuor latera calicis, quia per illud humanum genus ad 4. climata mundi ad veritatem vnius corporis coniungit, & ad pacem Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ perduxit hæc Rabanus; Recti igitur cum ſeorſim corpus, & ſanguis conſecrata fuerint ad recolendam Chriſti Domini mortem, per quam ſanguis ſe iunctus eſt à corpore ad exprimendum Dominicæ Reſurrectionis miſterium, quare finita ſunt ſanguis, & Anima corpori ſpecies panis miſcentur ſpeciebus vini, ratione aquarum corpus Chriſti, dicitur miſceri ſanguini Chriſti, ita D. Thomas.

81 Sequitur ſanctiſſimæ Euchariſtiæ adoratio precatione, illa Agnus Dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Decuit verò teſte Paſchaſio lib. de corpore Chriſti cap. vltimo, vt prius inuocaretur Agnus Dei, quam eius caro comederetur immolata, vt tollat peccata mundi; Inclamatur verò ter ex Innocentio, quod pro tribus peccatorum generibus cogitationis oris, & operis imploramus miſericordiam, tum pax omnibus à Sacerdote nunciatur; idque veteri Eccleſiæ ritu cum habeatur apud D. Dionyſium de Cœleſti Hierarchia cap. 3. & D. Clementem lib. 8. cap. 18. vt verè ſumatur ſacrificium pacis, & vnionis charitatiuæ, Appellatur hic Chriſtus Agnus ob manſuetudinem in ſuſtinendis opprobrijs, & tormentis, & tormentis dicitur tollis in præſenti, & non in præterito tuliſti, aut in futuro ſolum tolles quia cæleſtis, & Diuinus agnus ſemper tollit peccata; Ideoque tempus præſens ſignificat perpetuitatem quandam, ita vt intelligatur ſemper tollere ex Chriſoſtomo hom. 17. in Ioannem. Dicitur miſerere nobis, nam ſigno conuenit miſereri, cum ei manſuetudo naturalis, ſit non ira, & vindicta; Interim cum Sacerdos pacem à Domino petierit, & modo repetat vnam ex tribus orationibus, quas recitat pro præparationem ad comunionem, ipſe primum deinde cæteri pacem in oſculo ſancto, ſibi inuicem impartiuntur ritu ab ipſis Apoſtolis deriuato.

82 Peracta genuflexione, & inuocatione Diuini nominis acceptaque ſiniſtra ſacra hoſtia, cum ſuppoſita patena Sacerdos iterum adorat illis verbis Domine non ſum dignus &c. cum pectoris tunſione quibus cum centurione ſe indignum proclamat receptione tanti miſterij, Inde hoſtia manu dextera accepta ſe ipſum ſignat deprecans, vt corpus Domini in æternam vitam, Animam ipſius cuſtodiat ac tanquam publicas miniſter Eccleſiæ hoſtiam conſumit, & præmiſſis etiam verſiculis ex pſalmo 115. quid retribuam Domino &c. ſe iterum ſignans calice, & precatus, vt eius Animam Chriſti ſanguis cuſtodiat in vitam æternam ſanguinem quoque cum particula ſumit, vt perfecta fiat totius ſacrificij conſumatio; Qua peracta neque reliquiæ in calice, aut in ore remaneant, quod non eſſet ſine maxima irreuerentia tanti Miſterij Sacerdos, niſi ſit iterum eodem die celebraturus vini capiet purificationem cum debita reuerentia, quod adhuc ibi adſint ſanguinis Diuinæ ſtillæ, licebitque repetere ablutionem ſi qua parti priori ablutione ſumpta in ore remaneat quoties opus fuerit. Eadem ratione perfundit digitos quibus Chriſtus tetigit, vino, præcabiturque vt ſumpta Sacramenta in præſenti vita conceſſa fiant in ſempiternum remedium omniumque ſcelerum macula deleatus quibus peractis abſterget calicem, & complicabit corporale.

83 Tertia pars miſſæ ſupereſt in qua

Deo

Deo de ſacrificio peracto, & participato agendæ ſunt gratiæ, Incipit ergo à cantu verſiculi, qui comunis dicitur eo quod caneretur inter populi comunionem, & myſticè deſignat, teſte Innocentio lib. 6. cap. 10. Diſcipulorum Gaudium de Chriſto ab Inferis rediuiuo, & fit in dextera altaris ad denotandum Iudæorum reliquias ſuſcepturas in fine mundi Chriſti Domini fidem. Adhibeturque ſalutatio con conuerſione ad Populum, quæ quinquies ad Miſſam fit ad oſtendendum teſte D.Thoma 3.p.quæſt.83. art. 5.ad ſextum. Chriſti in Reſurrectionis die quinarium numerum apparitionum; & ſubijciuntur collectæ ad deſignandum, ex Ruperto cap.19. Chriſtum ad Patris dexteram,ſedentem pro nobis interpellare ad Rom. 11. vel ex Hugone, vt diſceſſurus populus oratione muniatur, ne iterum vitæ huius capiatur illecebris; Annunciatur deinde diſceſſus Populis illis, Ite miſſa eſt; tum ante medium Altaris Sacerdos inclinatus, recitat Orationem, Placeat tibi ſancta Trinitas &c. petens, vt dignetur Deus acceptabile habere oblatum ſacrificium.

84 Oſculato Altari (præterquam in miſſis Defunctorum eo quod ex intentione offerentis ſit ſacrificium pro defunctis non pro viuis quibus benedictio compe- tit) populum erecta manu cum crucis ſigno, & inuocatione ſanctiſſimæ Trinitatis benedixit, qui vſus antiquiſſimus eſt ex Clem.lib.8.conſtitutionum ſalutatione vtrinque repetita Dominus vobiſcum, & cum ſpiritu tuo, Initium Euangelij D. Io. recitatur, Denique Deo gratias Miniſter, & Populus reſpondet ſigillo totam Miſſam obſignantes; Fertur huius Sacræ ſalutationis In ventris Beatiſſima, ac Deipara Virgo Maria: ſi quis enim inquit ex Diuo Hieronimo, D.Bonauentura tom. 2. in medit. de vita Chriſti cap. 3. eam ſalutabat pro ſalutatione ſua, Deo gratias reſpondebat, Primumque ex ipſa exijt, vt dum ſalutantur Deo gratias dicant merito quæ tantum Auctorem tanta habuit ſalutatio. Ait enim D. Auguſtinus epiſt. 77. ad Auretium; Quid melius in Animo geramus, & ore promamus, & Calamo exprimamus,quam Deo gratias. Hoc nil dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt; Igitur Deo gratias ſemper.

De Sacramento Euchariſtiæ. Artic. 6.

1 AGgredimur pertractandum admirabile Euchariſtiæ Sacramentum, cuius materia grauiſſima eſt, & valdè celebris apud Theologos, tum quia hoc Sacramentum Euchariſtiæ, multis titulis excedit alia Sacramenta in eo potiſſimum, quod cum cætera Sacramenta contineant gratiam authorem,& fontem, tum propter maximam huius Sacramenti vtilitatem, ſeu potius neceſſitatem, aut denique propter miſterij profunditatem, quæ in hoc Sacramento reperitur, quæ tanta eſt,vt ſicut vnio Diuini Verbi, cum humanitate ſuperbis huius ſæculi ſapientibus viſa eſt indecens, & ſtulta; Ita vnio Verbi Incarnati in ſpeciebus ſacramentalibus facta tranſubſtantiatione ſubſtantiæ panis, & vini in carnem, & ſanguinem eius multis apparuit incredibilis, & ita Chriſto Domino, Ioan.6. Verba faciente de hoc Sacramento negabant Iudæi, dicentes quomodo poteſt hic dare nobis carnem ſuam ad manducandum; & quidam ex ipſius diſcipulis abierunt retro dicentes durus eſt hic ſermo; ſed tu quod non capis, quod non vides animoſa tua firmet fides; Huic Sacramento ob ſuos multiplices effectus conueniunt, hæc nomina, 1. Euchariſtia ideſt bona gratia, 2. panis vitæ, 3.panis de Cœlo deſcendens, 4. Cibus Animæ, 5. Eſca ſpiritualis, 6. conuiuium Dominicum, 7. Cœna Dominica, 8.corpus,& ſanguis Domini, 9. Viaticum, 10. comunio.

2 Fuit poſſibile Deum inſtituere hoc Sacramentum,ideſt ſignum ſenſibile ſignificans

ficans corpus, & ſanguinem Chriſti contineri, ſub aliquo accidente, ita Scotus; & ratio fundamentalis eſt, quod Diuinæ omnipotentiæ nihil eſt impoſſibile, niſi inuoluat repugnantiam, & contradictionem, ſed Deum inſtituere hoc Sacramentum non repugnat, nec inuoluit contradictionem, ergo Deo eſt poſſibile, ſed nec dum eſt poſſibile, ſed Deus de facto illud inſtituit conſiſtens in fieri in debita forma, & materia de quibus infra eſt de fide contra Meſſalinos, & Petroburianos, & alios ab Alphonſo de Caſtro Minorita relatos, V. Euchariſtia, probatur à Scoto ex Matth. 26. Chriſtus accipiens panem benedixit, & fregit deditque Diſcipulis, dicens accipite, & comedite hoc eſt corpus meum, ſimiliter, & calicem dicens, hic eſt enim calix ſanguinis mei; comprobant Concilia generalia Later. 3. & c. firmiter de ſumma Trinit. &c. Florentinum in decreto Vnionis §. 5. & Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 3. & 5. ſeſſ. 13. & 21. Immo congrua fuit, hæc inſtitutio, primo vt aliquo ſpecialiori modo homo excitaretur ad deuotioné, & amorem Chriſti, 2. vt poſt regenerationem ſpiritualem hominis fieret etiam ſpiritualis nutritio, & gratiæ augmentum, quæ in hoc Sacramentum, ita Florentinum vbi ſupra.

3 Hoc Sacramentum Euchariſtiæ ſic poteſt definiri. Eſt ſignum ſenſibile corporis, & ſanguinis Chriſti veraciter contenti ſub ſpeciebus panis, & vini poſt conſecrationem factum à Sacerdote, ſub certis verbis cum debita intentione prolatis ex inſtitutione Diuina ſignificantibus corpus, & ſanguinem Chriſti, ſub eis realiter contineri, eſt bona hæc Scoti definitio, primo quia explicat quidditatem Euchariſtiæ, diſtinguit illam ab alijs Sacramentis, eſt quoque adæquata definito; 2. quia datur per omnes Cauſas; ergo eſt bona; ſed hic diſtinguenda eſt conſecratio ſpecierum à ſubſtantia Sacramenti Euchariſtiæ; nam aliud eſt aliquid requiri ad poſitionem alicuius rei, & aliud eſt conſtituere rem illam eſſentialiter, ſi quidem de naturalibus loquendo efficiens, & finis requiruntur neceſſario ad poſitionem cuiuſcumque effectus, nec proindè effectum conſtituunt, ſic in moralibus ad poſitionem præmij, V.G. vel ad poſitionem ſupplicij requiritur meritum, vel demeritum, & tamen neutrum conſtituit præmium vel ſupplicium &c. Ita in propoſito; ad poſitionem Sacramenti Euchariſtiæ requiruntur neceſſario, verba à Chriſto inſtituta, quæ dicuntur conſecrationis eſt communis de fide; ex decreto vnionis Concilij Florentini §. 5. vbi habetur. Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur ſcilicet rebus verbis, & miniſtro. Idem habet Trid. ſeſſ. 13. cap. 1.

4 Verba prædicta ſunt quidem de eſſentia conſecrationis non tamen ſunt de eſſentia Sacramenti Euchariſtiæ, prima pars patet ex dictis ſuperius, nam ex concilijs viſum eſt conſecrationem non poſſe ſine Verbis ſubſiſtere, ergo Verba ſunt de neceſſitate conſecrationis; 2. pars probatur intrinſece, & eſſentialiter conſtitutiuum debet eſſe inſeparabile à conſtituto, ſed Verba conſecrationis ſeparantur ab Euchariſtia; ergo eſt eiuſdem Verba conſecrationis, non eſſe de eſſentia Euchariſtia, maior eſt clara, nam eſſe intrinſecum non per aliud differt ab eſſe extrinſeco, niſi per intimam præſentiam, & continuam inſeparabilitatem à re cui eſt intrinſecum patet inductiuè. Minor ſe ipſa patet, nam datur Sacramentum Euchariſtiæ exiſtens, ſine Verbis conſecrationis; Corpus, & ſanguis Chriſti, quæ continentur in Sacramento Euchariſtiæ non conſtituunt iſtud Sacramentum, neque partialiter, neque totaliter. Ita Scotus in 4. d. 8. q. 1. probatur Corpus, & ſanguis Chriſti, ſunt ſignificata ab Euchariſtia, ergo non ſunt eius conſtitutiua, quia ſignum eſſentialiter non conſtituitur à ſignato; Antecedens probatur, ſpecies ſeu accidentia illa conſecrata ſignificant ibi eſſe Corpus, & Sanguinem Chriſti, quandiù manent non deſtructa, vel mutata.

5 Species panis, & vinis conſecratæ conſtituunt eſſentialiter Euchariſtiæ Sa-

cramentum eſt Scoti loco citato; nam Sacramentum ex impoſitione nominis, & inſtitutione Chriſti eſſe debet aliquod ſenſibile continens, & ſignificans Corpus, & ſanguinem Chriſti ibi eſſe præſentia, ſed ſpecies illæ conſecratæ hoc ſignificant, & continent, ergo nihil deeſt eis ad eſſe Sacramentum Euchariſtiæ; Accidentia ſeu ſpecies panis, & vini conſecratæ ſignificant in recto Euchariſtiam; probatur nam qui negaret hanc propoſitionem Euchariſtia eſt ſpecies panis, & vini continens Chriſtum hæreticus eſſet cenſendus, ergo oppoſita eſt Catholica, ſed in oppoſita ſpecies ſignificant in recto ergo &c. Antecedens primum probatur; nam qui illam negaret, negaret conſtitutiuum illius ſigni ſenſibilis, quod dicitur Euchariſtia, ſpecies enim panis in pixide conſeruata, dicitur ſignum ſenſibile Euchariſtiæ conſtitutiuum; Vſus ſeu perceptio Euchariſtiæ non pertinet ad conſtitutionem eſſentialem eius, quia tranſacto vſu, ſeu perceptione adhuc datur Sacramentum Euchariſtiæ.

6 Hoc Sacramentum differt ab alijs Sacramentis, 1. Ratione ſigni ſenſibilis, nam conſtat aliquo ſigno permanendi, ſcilicet nudis accidentibus panis, & vini, quæ eſſentialiter differunt à ſenſibilibus tranſeuntibus aliorum Sacramentorum, 2. differunt ratione ſignificationis, nam ſenſibile ſignum Euchariſticum, ſignificat Corpus, & ſanguinem Chriſti, quæ eſſentialiter differunt à ſignatis aliorum Sacramentorum, & conſequenter ſignificationes eſſentialiter differunt; Hinc ſequitur Sacramentum Euchariſtiæ eſſe omnibus alijs Sacramentis dignius, & excellentius, 1. quia continet, & ſignificat aliquid omnibus excellentius, quod nullo modo poteſt impediri quin ponatur, quod non competit alijs Sacramentis, 2. quia Euchariſtia eſt permanens; cætera tranſeuntia, ſed res permanens eſt nobilior tranſeunte, & ſucceſſiua cæteris paribus, 3. quia talis eſt ſenſus communis Eccleſiæ, quæ in Concilio Tridentino ſeſſione 13. cap. 1. vocat illud Diuinum mirabile, ſanctiſſimum, & ſacroſanctum, & non alio ex Capite, niſi quia continet ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

7 Species panis, & vini conſecratæ cum ſuis ſignificationibus debent dici vnum Sacramentum vnitate integritatis, non indiuiſibilitatis, nam hæc accidentia aſſumpta ſunt à Chriſto ad ſignificandum ſuum integrum corpus, & ſanguinem contineri ſub illis, ergo ſunt vnum integrum ſignum, nam quidditas ſigni ad placitum talis ac tanta eſt qualis, & quanta fieri poteſt ab inſtituente, ſed duplex illud accidens conſecratam aſſumptam eſt à Chriſto ad ſignificandam eius integrum Corpus, & ſanguinem erit, ergo vnum ſignum ſic ſignificatiuum; Huic ſenſibili ſiue Sacramento concedenda eſt multiplicatio numerica, nam alia Sacramenta multiplicantur numero, ergo & iſtud, probatur conſequentia, ratio cur alia multiplicentur numero eſt, quia multiplicantur ſenſibilia, ex quibus coaleſcunt, & ſignificationes, quæ in eis fundantur, ſed hic etiam dantur tales multiplicationes ſenſibilium, & ſignificationem ergo &c. Minor probatur, nam multiplicatur conſecratio, multiplicantur ſpecies conſecratæ; ergo multiplicantur ſenſibilia: Hoc omnia ſunt clara ergo fruſtra multiplicantur probationes.

8 Materia conſecrationis, vt ex ea fiat Corpus Chriſti præſens debet eſſe panis triticeus, eſt comunis cum Scoto in 4. diſt. 11. q. 6. D. Thoma 3. p. q. 73. art. 3. Alenſi 4. p. q. 10. memb. 4. art. 1. §. 1. D. Bonauent. Fauet Concilium Florentinum in decreto Eugenij 4. poſt vltimam ſeſſione, in quo decernitur materiam huius Sacramenti eſſe panem triticeum. In Concilio etiam Tridentino ſeſſ. 13. & 22. Idem definitur, Panis ex hordeo ſegala, ſpelta, vel ſimili materia confectus non eſt apta materia Sacramenti Euchariſtiæ colligitur, ex Scoto loco citato. Concilijs generalibus Florentino, & Tridentino locis citatis, quæ non patiuntur de alijs frumentis, cum apertè dicant panem triticeum eſſe ma-

te-

teriam huius Sacramenti; & Chriſtus ipſe vnius generis panem conſecrauit, ergo vnum genus frumenti, & non plura pro hac materia inſtituit; Paſta ex tritici farina confecta non cocta non eſt materia valida conſecrationis, ita Scotus diſt. 11. quæſt. 6. quia paſta non cocta non eſt panis; Idem dicendum de amido ex farina confecto, & aqua coagulatam; & de Pane triticeo coagulato aqua roſacea, oleo, vino, lacte, vel alio ſimili liquore, quia Chriſtus tali materia non eſt vſus in vltima Cœna.

9 Chriſtus eo anno quo mortuus eſt celebrauit Paſcha legale præceptum in lege Moyſi, eſt de fide cum Scoto in 4. d. 1. q. 6. probatur ex Ioan. 13. ante diem feſtum Paſchæ. Matth. 26. prima die Azimorum quęſierunt Diſcipuli, vbi vis paremus tibi comedere Paſcha. Marci 14. prima die Azimorum, quando Paſcha immolabant dixerunt quo vis eamus, & paremus, vt manducemus Paſcha, & Lucæ 22. Venit dies Azimorum in qua neceſſe erat &c. & miſit Dominus Petrum, & Ioannem dicens euntes parate nobis, vt manducemus Paſcha; Hæc celebratio Paſcham fuit in propria die præcepta Lunæ, ſcilicet 14. primi menſis eſt Scoti, vbi ſupra contra Græcos dicentes eo anno Chriſtum anticipaſſe Paſcha, ſed hoc eſt voluntariè dictum ſine fundamento, vt patet conſideranti rectum Euangelicum eo vel maximè, quia tunc nulla fuit neceſſitas anticipandi Paſcha, & variandi præſcriptum legis Moſaicæ, & totius Synagogæ tunc diſponentis; Chriſtus in vltima Cœna, poſt Cœnam legalem inſtituens Sacramentum Euchariſtiæ conſecrauit in Azimo; ſententia hæc inter Latinos eſt comunis, non in eo pane conſecrauit, quo licitum erat vti in ſolemnitatibus illis, ſed Azimo tantum erat licitum vti; minor probatur, Ideò vocantur dies Azimorum, quia Azimi panes deſuerunt apponi, & comedi, nam Exodi 12. ſic præcipitur; Primo die Azimorum non erit fermentatum in domibus veſtris. Igitur non potuit à Domino Domus apponi Chriſto, & diſcipulis comedentibus Paſcha alius panis, quam Azimus, qui domi erat; Et Eccleſia Romana ab Apoſtolis elata hunc ritum perpetuo ſeruauit, ergo in hoc, & non alio pane Chriſtus conſecrauit.

10 His tamen non obſtantibus vterque panis, ſcilicet Azimus, & fermentatus eſt apta materia ad validitatem Sacramenti pro omni Eccleſia, ſiue latina, ſiue Græca eſt Scoti in 4. diſt. 11. & eſt comunis, probatur ex Concilio Trid. ſeſſ. 13. & comuni Eccleſiæ conſenſu; Latina enim Eccleſia permittit Græcam in fermentato conſecrare, quod non faceret ſi eſſet fermentatum inepta materia Azimus, vel fermentatus licet non ſint de neceſſitate Sacramenti, ſunt tamen de neceſſitate Miniſtri ſiue præcepti, ita quod ſi à ſuæ Eccleſiæ ritu diſcedat miniſter illicitè faciat licet validè eſt Scoti in 4. diſt. 10. q. 5. qui licet de Miniſtro Græco dubitet; de Latino autem ſi materiam mutet apertè docet illicitè fouere, probatur ex Eugenio 4. in litteris vnionis docente vnumquamque Sacerdotem debere conficere Euchariſtiam in Azimo, vel fermentatis *iuxta ſuæ* Eccleſiæ conſuetudinem, ergo illicitè facit Miniſter ſi permixtim conſuetudine abutatur; conſequentia eſt euidens, nam facere contra legem præſcriptam de agibilibus in confectione Sacramentorum, cum à Pontifice Romano præſcriptæ Regulæ, eſt illicitum, Ipſe enim eſt Regula fidei, & morum; Vniuerſaliter igitur loquendo, in exercitio Sacramentorum tenetur, ſub mortalis fidelis ſe confirmare legi Eccleſiæ, nec pro libito ſuo vſurpare oppoſitū, alias ſequeretur magna confuſio, & diſformitas in eadem Eccleſia.

11 Materia conſecranda in calice debet eſſe vinum eſt de fide contra ebionitas alioſque aquarios Hæreticos ſic dictos, quia in aqua conſecrandum dicebant eſt definita in Concilio Lateran. 4. cap. firmiter in Florentino in literis Vnionis, & Tridentino ſeſſ. 13. Multum in vua contentum, non eſt materia valida conſecrationis Scotus in 4. diſt. 11, q. 2. proba-

tus

tur à Scoto ibidem; materia Calicis eſt, quidem potabile Vua autem, ſeu contentum in illa non eſt, quid potabile, ſed comeſtibile ergo; maior probatur ex facto Chriſti, ait enim bibite ex eo omnes, ergo materia potabilis; ſolum vinum vitis eſt apta materia conſecrationis calicis, probatur ex prædictis Concilijs id definientibus, & ex facto Chriſti, qui conſecrauit in vino vitis, iuxta eius Verba Matth. 26. non bibam à modo de hoc genimine vitis &c. Nam ex Scoto alij liquores, qui ex pomis, malis granatis, herbis, & huiuſmodi rebus exprimuntur æquiuocè tantum dicuntur vina quatenus inebriare ob ſtupefacere, vel quid ſimile poſſunt facere; abſolutè tamen nec ſunt, nec dicuntur vina, ergo non ſunt materia conſecrationis Calicis. Agreſtum quoque non eſt materia ſufficiens, vel apta ad conſecrationem Calicis, ita Scotus in 4.d. 11. q.1.§. ſed ſi credatur patet ex hominū vſu, non enim vtuntur agreſto in potationibus. Item ex facto Chriſti, qui non agreſtum, ſed vinum conſecrauit.

12 Acetum non eſt materia apta, aut valida conſecrationis Calicis, nec muſtum coctum; quia non ſunt vina, ideò à Concilijs prædictis definitiuè excluſa à conſecratione cum ſolum vinum vitis ſecundum ipſa ſit materia conſecrationis: Nec vinum aquaticum, ſeu quod vulgo dicitur Aquaticis, eſt materia ſufficiens pro conſecratione calicis, quia aquaticum prædictum non eſt vinum, nam vinum eſt liquor ex vuis expreſſus, ſed aquaticum illud eſt mera aqua corticibus Vuarum depreſſis ſuper Infuſa; Liquor expreſſus ex vuis ſiccis, ſeu paſſis, ſoli madefactis, ſine aridis non eſt apta materia ad conſecrationem calicis eſt comunis contra morem Abiſſinorum, quia talis liquor non eſt vinum, nec eo homines vtuntur in conuiuijs; Vinum condenſatum per congelationem eſt apta materia conſecrationis, Scotus in 4. diſt. 12. q. 4. vbi ſubſiſtente Euchariſtia docet poſſe vinum condenſare, & rare fieri, nam rarefactio, & condenſatio non deſtruunt ſubſtantiam vini, quod à ſimili patet, quia congelatio olei, aquæ, & cuiuſcumque liquoris fluxibilis non deſtruit præfatos liquores, ergo neque congelatio vini deſtruit ſubſtantiam vini, eſt enim eadem ratio.

13 Ante conſecrationem calicis aqua, vino miſcenda eſt, eſt de fide eſt comunis omnibus Catholicis ex conſuetudine Eccleſiæ ex ſæpè citatis Concilijs Florentino, ſub Eugenio Papa in decreto fidei, & Tridentino ſeſſ. 22. cap. 7. Mixtio aquæ ſi fiat indolio non ſufficit, ita Alexander Alenſis p.4.q.10. membr.4. art.1. nam mixtio fit ad rappreſentandam vnionem, ſeu copulationem fidelium cum Chriſto, ſed ſi fiat in dolio hoc non ſignificat, minor probatur, nam Vinum in dolio non eſt tranſubſtantiandum in ſanguinem Chriſti, ſed illud quod ad hunc finem in calice apponitur, ergo ad prædictam rappreſentationem facienda miſcenda eſt aqua in illo prædeterminato vino, Hæc mixtio aquæ cum vino non eſt neceſſaria ex parti Sacramenti, ita Scotus in 4. diſt. 11. q. 6. quia ſi vinum ſine aqua conſecretur fit tranſubſtanciatio, & conſequenter reſultat ſacramentum, ergo mixtio aquæ non neceſſaria ex parte Sacramenti; ſed eſt ex præcepto Eccleſiaſtico, vt patet ex Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 7. dicente; monet ſancta Synodus præceptum eſſe ab Eccleſia ſacerdotibus, vt aquam vino in Calice offerendo miſceant.

14 Quid verò ſuccedat aquæ mixtæ aduenienti conſecratione plures in hoc puncto, & antiquæ fuerunt opiniones, vt ex Innocentio 3. de officio Miſſæ in Capitibus cum Martha; & in Quadam colligi poteſt; Aliqui enim docuerunt vinum Calicis conuerti in ſanguinem Chriſti aquam verò vino mixtam conuerti in aquā, quę de Chriſti latere exiuit; Alij dixerunt aquam conuerti in humorem phlegmaticum Chriſti, quia ſupponebant aquam illum quæ de latere exiuit non fuiſſe elementarem aquam, ſed phlegma; Alij dixerunt vtrumque aquam ſcilicet, & vinum conuerti immediatè in ſanguinem Chriſti; Alij vinum ſolum conuerti in ſanguinem

nere aquam verò in conuerſam manere; Alij dicunt aquam prius conuerti in vinum, deinde hoc in ſanguinem; ſi tamen adeò intẽpeſtiuè apponatur aqua, vt non ad ſit tempus, per quod in vinum conuertatur, tunc vinum tantum conuerti remanente aquam in ſua natura; Alij tandem docent ſemper aquam conuerti in vinum, antequam hoc in ſanguinem conuertatur; nec vnquam accidere, vt conuertatur vinum remanenti aqua in ſua natura.

15 Illis tamen non obſtantibus putamus verum, nec vinum, nec aquam, quæ in calice ſunt conuerti in aquam, quæ fluxit de latere Chriſti eſt comunis, & ex Innocentio 3. in relato capite colligitur; nam eſt de fide vinum conſecratione conuerti in ſanguinem Chriſti, ſed ſanguis non eſt aqua; Item nec vinum, nec aquam conuerti in humorem phlegmaticum Chriſti ex eodem Innocentio cap. in quadam, & & eſt de fide, & probatur eadem ſupradicta ratione; In conſecratione vini remanere aquam in ſua natura poſt conſecrationem dici non poteſt colligitur, ex Scoto in 4. diſt. 11. quæſ. vltima; nam remanet aqua, ergo materia calicis non eſt conuerſa totaliter, quod eſt falſum. Item non eſſet neceſſe aſſignare miracula pro ſubiecto accidentium ſi maneat ſubſtantia aquæ. Item ex Concilio Florentino debet eſſe modiciſſima; ergo cum conſecratur iam eſt conuerſa in vinum, ergo aqua, vino mixta non poteſt conuerti immediatè in ſanguinem Chriſti, ſed prius conuerti, & mutare in vinum, & hoc deinde in ſanguinem, eſt Scoti loco citato, & aliorum Theologorum, alias materia Calicis non eſſet ſolum vinum, ſed etiam aqua.

16 Materia remota Euchariſtiæ non habet terminum in magnitudine eſt comunis, nam materia Euchariſtiæ eſt panis triticeus, ſed ſub quavis magnitudine non ceſſat eſſe panis, ergo ſub qua vis magnitudine non ceſſat eſſe materia Euchariſtiæ minor eſt naturaliter euidens, nam ſi fiat panis centum modiorum, non ceſſat eſſe panis, & eiuſdem naturæ, & ſpeciei ac ſi eſſet vnius medij; neque vinum ceſſat eſſe vinum per hoc quod maximæ ſit quantitatis alioquin mutarentur rerum naturæ per ſuum augmentum; Quęvis paruas entitas panis, aut vini ſeparata ab alijs partibus dummodo ſit ſenſibilis eſt materia conſecrabilis, nam quælibet parua entitas panis, & vini eſt eſſentialiter panis, & vinum realiter à parte rei ergo; conſequentia eſt euidens, Prima pars hoc fundatur in auctoritate Conciliorum. Later. 4. in cap. firmiter de ſumma Trin. Flor. poſt vltimam ſeſſ. & 2. pars probatur; nam talis debet eſſe materia cuiuslibet ſacramenti, qualem petit eſſentialiter genus Sacramenti, ſed hoc petit Sacramentum, rem ſenſibilem patet ex definitione Sacramentis, ergo Definitur enim quod ſit ſenſibile ſignum; &c. quæcumque enim minima pars ſenſibilis eſt conſecrabilis.

17 Ad conficiendum Sacramentum Euchariſtiæ per conſecrationem datur in Eccleſia forma conſiſtens in Verbis, quæ dicitur forma conſecrationis, nam Sacramenti eſt de fide ex Concilio Florentino ſepe cit. in litteris vnionis §. 5. vbi habetur omnia ſacramenta perfici tribus, ſcillicet Verbis tanquam forma &c. ergo Euchariſtia perficitur forma, ſiue Verbis ſicut alia ſacramenta licet non eodem modo; Verba, quæ eſſentialiter conſtituunt formam conſecrationis corporis ſunt illa quattuor, ſcilicet hoc eſt corpus meum, ex Concilio Florentino loco cit. vbi habetur formam conſecrationis panis eſſe illam, hoc eſt corpus meum, ſicut conſecrationis Calicis hic eſt ſanguis meus, ergo; Conſequentia probatur. Concilium eſt Regula fidei, ergo de fide ſequitur illa Verba eſſe formam conſecrationis; Idem confirmatur ex Tridentino ſeſſ. 22. illa coniunctio (enim) non pertinet ad eſſentiam formæ conſecrationis, eſt Scoti ibidem, & communis: multò minus alia Verba antecedentia, quæ tamen de neceſſitate præcepti ſunt neceſſitate recitanda; ita communiter. Immò aliqua Verba præcedentia ad (ly hoc eſt corpus meum) per quæ Sa-

cerdos videtur loqui in perſona Chriſti, licet non ſint forma, nec pars formæ ſunt tamen, ita neceſſario requiſita, vt ſi abſque illis Sacerdos conſecraret dubium eſſet ſecundum Scotum in 4. d.8.q.2.§. de 2. an conſecraſſet in quo tamen remittit ſe meliori Iudicio.

18 Quantum ad formam conſecrationis ſanguinis Ieſu Chriſti, licet dubium ſit de omiſſione aliquorum Verborum, an ſine illis fiat conſecratio probabilius tamen eſt hæc Verba, hic eſt ſanguis meus, vel hic eſt calix ſanguinis mei, conſtituere eſſentialem formam conſecrationis Calicis, prima pars probatur, omnia Verba formæ latinæ ex Euangelijs ſunt collecta, & ex traditione Apoſtolica deriuata, omniaque dicta à Chriſto, ergo dubium videtur eſſe de valore conſecrationis ſi omittantur aliqua ex illis, quæ pertinent ad ſignificationem, quia non eſt maior ratio de omiſſione aliquorum, quam aliorum, cum omnia ſint dicta à Chriſto; probatur 2. pars ex Tridentino, nam Verba conſecrationis ex vi ſua ſignificant ſanguinem Chriſti, ergo illa ſunt eſſentia conſecrationis, quæ ex vi ſua illum ſignificant, ſed illa pauca iam dicta ſignificant ex vi ſua ſanguinem Chriſti patet ex gramaticali ſignificatione Verborum; cætera omnia Verba præter illa quattuor dicta non pertinent ad formam eſſentialem conſecrationis, neque ſubſtantialem, neque ad integralem; probatur in omni concreto idem eſt ſubſtantia eſſentiã, & ratio, ergo ſi verba illa eſſent de ſubſtantia eſſent etiam de eſſentia, ſed hoc omnino eſt falſum ergo; & aliud

19 Verba conſecrationis, ſiue corporis, ſiue ſanguinis non ſunt forma quatenus merè recitatiuè, vel materialiter dicuntur, ita Scotus in 4. diſt.8. q.2. Alenſis 4.p.q.10.memb.4 art.3. D.Thom. 3.p.qu. 78.art.5. D.Bonau. in 4. diſt.8. p.2 art.1. q.2. quia proferre Verba recitatiuè eſt illa proferre, vt narratiua tantum facti alterius abſque demonſtratione vnionis prædicati cum ſubiecto præſente, ſed verba conſecrationis non ſic dicuntur à Sacerdote, nam non ſolum refert factum à Chriſto, ſed demonſtrat prædicatum, ſcilicet ly corpus meum vniri cum ſubiecto denotato à ly Hoc, ergo non ſolum profert Verba recitatiuè, ſed etiam ſignificatiuè, ex Tridentino ſeſſ.13. cap.4. nam propoſitionem aliquam eſſe ſignificatiuam aliud non eſt niſi per eius Copulare ſignificari, & demonſtrari vnionem actualem, ſeu identitem prædicati cum ſubiecto, ſed hæc oratio conſecrationis eſt talis, minor probatur, nam verba illa ſunt eadem, quæ dixit Chriſtus, ſed dicta à Chriſto ſignificant vnionem illam ergo; hoc vlterius oſtenditur ex Verbis Concilij Tridentini ſeſſ.13.cap.4.docentis, ideò perſuaſum facit ſemper Eccleſiæ eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti in Altari, & non ſubſtantiam panis, & vini, quia Chriſtus tradens panem verè dixit, Hoc eſt corpus meum, quaſi explicatius dicat; In tantum colligimus ex vi Verborum facta conſecratione haberi corpus, & ſanguinem Chriſti in quantum Chriſtus enunciauit, ſeu prædicauit de ly. Hoc præſentialiter corpus meum, ergo ſunt Verba ſignificatiua, ſeu demonſtratiua corporis ibi.

20 Illa pronomina (hoc, & hic) in conſecratione appoſita habent ſua ſignificata eſt Scoti in 4. diſt.8. q.2. & cæteri ſcholaſtici, nam omnia pronomina ex humana impoſitione, & vſu communi loquentium de ſua natura ſignificant, ac demonſtrant ſuum proprium ſignificatum, ergo etiam in oratione conſecratiua, nam etiam ipſa eſt oratio vere gramaticalis; & humana ſicut, & cæteræ 1. non ſignificant tamen panem, & vinum; nam vel eſſet, vt permanens in fine orationis; vel vt deſtructus neutrum poteſt dici ergo; Maior eſt ſufficiens, Minor probatur non permanens, quia panis deſtruitur facta conſecratione, nec permanet cum corpore, contra Lutherum, & alios hæreticos, neque vt deſtructus, nam copula, quæ fit per eſt denotat identitatem, vel vnionem prædicati nominatiui cum ſubiecto nominato; ſed prædicatum, ſcilicet corpus Chri-

Chriſti copulatum in propoſitione, hoc eſt corpus meum non identificatur, neque vnitur cum pane ergo; Hæc ſignificat diſiunctiue id quo continetur, vel continebitur ſub illis accidentibus demonſtratis ad ſenſum, probat Scotus à pari ſi aer ſit conuertendus in ignem in fine orationis non valeret iſta aer eſt ignis, neque demonſtrato aere valeret, hoc eſt ignis, licet ſtatim facienda eſſet conuerſio.

21 Illa pronomina non ſignificant accidentia panis, & vini eſt comunis cum Scoto; nam illa accidentia non ſunt corpus Chriſti, ergo ſignificata pro nominum non ſunt accidentia; probatur conſequentia, illa debeut eſſe ſignificata vocum in propoſitionibus, quibus identificantur prædicata, vel vniuntur per modum formæ, ſiue logicè, ſiue metaphiſicè, ſed vt patet cum accidentibus panis, & vini non identificantur ſanguis, & corpus Chriſti, neque illis logicè, aut metaphiſicè vniuntur per modum vnius aut eiuſdem, ſed ſolum iuſta ponuntur; Illa pro nomina hoc, & hic dum proferuntur. Significantes ſingulariter acceptum; Probatur; ſi ſic dicatur tollunetur omnes difficultates, circa hoc dubium, ergo ita eſt dicendum antecedens probatur. Aſſignatur quomodo in probatione cuiuslibet dictionis detur proprium ſignificatum; Quomodo propoſitio facta ex hoc, & corpus meum non ſit formalis, Quomodo ſit vera propoſitio conſtans ex verò ſubiecto, & verò prædicato; Quomodo non ſit neceſſe conuerſionem fieri ante probationem omnium verborum, & alia huiuſmodi dubia; & difficultates;

22 Propoſitio, hæc hoc, eſt corpus meum, & hæc alia hic eſt ſanguis meus, non dicuntur veræ pro tempore, pro quo incipiunt proferri, neque pro temporis progreſſu in quo proferuntur, ita Scotus in 4. diſt. 8. q. 2. & alij, & probatur, nam in principio orationis, aut in progreſſu non adeſt corpus, & ſanguis Chriſti; ergo nec in principio, nec in progreſſu oratio eſt vera; Antecedens probatur, nam corpus Chriſti præſens ibi cauſatur ſuo modo à forma Verborum, ſed principium, ſeu progreſſus formæ non eſt cauſa, ergo à principio, nec à progreſſu cauſatur; oratio conſecratiua eſt vera in completo inſtanti prolationis Verborum, ita Scotus ibidem, nam in eo inſtanti adeſt corpus Chriſti, ergo in eo eſt vera; patet conſequentia, nam tunc oratio eſt vera, quando exprimitur res ſicuti eſt, ſeu quando eſt conformis rei talis eſt illa pro tunc, ergo &c. eadem forma conſecratiua in vltima cœna, quando Chriſtus conſecrauit, & inſtituit hoc Sacramentum, qua eſt nunc Eccleſia conſecret, nam nulla alia Verba ex ijs, quæ dixit Chriſtus in cœna ſignificauit corpus, & ſanguinem eius niſi illa hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis, ergo nullis alijs verbis vſus eſt pro forma.

23 Prædicta forma ex inſtitutione Diuina in prædicto inſtanti vltimo prolationis tranſubſtantiat panem in corpus; & ſanguinem Chriſti; nec hoc repugnat Diuinæ omnipotentiæ, vt probat Scotus in 4. diſt. 11. q. 1. per totam, vbi dicit: Poſſibile eſt virtuti Diuinæ producere aliquod totaliter nouum, quod ſuccedat alicui, quod totaliter deſinit; ſicut contingit in tranſubſtantiationem ſacramentali, nam hoc nomen tranſubſtantiatio aliud non ſignificat, niſi tranſitionem vnius ſubſtantiæ totalis in aliam ſubſtantia, ideoque duo requirit iſta actiò, ſeu mutatio primum, vt vna totalis ſubſtantia deſinat totaliter eſſe, ſecundum vt alia totalis nouiter ibi ponatur vbi erat prior: ſed hic nota quod totum eſt 2. Cathegorematicum, & ſincategorematicum, primum eſt tertia entitas, quæ per Scotiſtas reſultat ex partibus per alios verò eſt vnio partium; Secundum non ſunt omnes partes collectiuæ acceptæ; Quando ergo dicitur, quod tranſubſtantiatio eſt tranſitus totalis ſubſtantiæ non intelligitur de toto cathegorematico tantum, alioquin in omni generatione naturali daretur tranſubſtantiatio, quia deſtruitur tale totum, & aliud nouum producitur, ſed intelligitur de

Ca-

Categorematico, & ſincategorematico, ideſt debet deſtrui nedum 3. entitas, ſeu per alios partum vnio, aut vna pars, ſed vtraque.

24 Tranſubſtantiatio non eſt in rigore mutatio, ita Scotus vbi ſupra; nam mutatio reſpicit ſubiectum, quod mutatur, ſed tranſubſtantiatio non reſpicit ſubiectum ergo; Major probatur ex definitione mutationis 6. phiſic. textu 32. mutatio eſt qua aliquid aliter ſe habet nunc quam prius, ſed hoc conuenit ſubiecto nõ termino, ſubiectum enim eſt illud quod aliter ſe habet nũc quamprius, ergo; Minor prob. nam tranſubſtantiatio eſt tranſitus totalis ſubſtantiæ, ergo etiam ſubiectum tranſit alioquin non totalis, igitur non reſpicit ſubiectum, quod maneat ſub vtroq; termino; Ideo nota mutationem eſſentialiter imponere ordinem ad ſubiectũ, quod mutatur ad formam 2. quam mutatur tale ſubiectum, & præterea ſucceſſionem immediatam informationis ad non informationẽ latè accepta mutatione tranſubſtantiatio poteſt concedi mutatio quadam termini qui deſtruitur, & tranſit in aliud eſſe, probatur, Per tranſubſtantiationem terminus à quo verè deſinit; ergo dici poteſt aliter ſe habere deſtructiuè igitur mutatur; conſequentia probatur. Exodi 2. Deus vt oſtendat ſuum eſſe indefectibile, ait ego ſum Deus, & non mutator, ergo ſi poſſet deſinere eſſe mutaretur; Igitur hoc nomen mutari poterit competere rei, quæ deſinit eſſe in aliud, ergo &c.

25 Tranſubſtantiatio propria de qua loquimur, ex parte termini à quo qui deſtruitur, & ex parte termini ad quem, qui ponitur duo requirit, primo requirit, vt inter eos ſit aliqua colligantia, ſeu connexio, aut reſpectus, ſcilicet, vt ideò vnus deſtruatur, & alius ponatur, non quia ſit inter eos contradictoria, vel contraria aut formalis repugnantia, ſed quia natura talis verſionis, ſeu tranſitus petit hoc vt vnus terminus non ſit quando alius ponitur, alioquin ſi ſtarent ſimul eſſet penetratio, & non verſio; Secundo debent termini iſti a quo, & ad quem, ſcilicet, qui deſtruitur, & qui nouiter ponitur habere aliquod comune non quidem ſubſtantiale, ſed accidentale non munere, vel officio, vt dicunt ex modernis multi, quia ſi lapis conuerteretur in Angelum, ſeu Anima in materiam primam, non apparet in quo munere ſibi ſuccederent, comune, ergo eſt aliquod accidens, quod ſit in vtroque extremo ſaltem localis continentia, ſcilicet ſuperficies continens, nam ſi hic Deus deſtrueret lignum totaliter, & petram totaliter produceret Venetijs non poſſet dici actio conuerſiua, ſed mare deſtructiua, & productiua.

26 Conuerſio tanquam genus in plus ſe habet, quam tranſubſtantiatio tanquam eius ſpecies, Scotus in quarta diſtinctione vndecima quæſtione 1. probatur actio tranſitus, ſiue mutatio ſpecificantur à terminis ad quos, ſed terminus ad quem conuerſionis, eſt quid communeus ad terminum ad quem tranſubſtantiationis, ergo &c. antecedens probatur, nam conuerſio reſpicit quodcumq; ens in quod poteſt aliquid conuerti, ſiue ſit accidens, ſiue ſubſtantia, tranſubſtantiatio reſpicit ſolum ſubſtantiam; Conuerſio duplex eſt alia eſt conuerſio actiua; & alia paſſiua, conuerſio actiua eſt qua agens deſtruit aliquid ponens aliud loco eius mandari non poteſt deſtructio alicuius paſſiua ſine deſtructione actiua, neque productio alicuius abſque actiua, ſed deſtructio actiua, & actiua productio ſunt conuerſione actiuæ; Conuerſio paſſiua eſt qua res conuerſa denominatur, importat formaliter relationem, ſeu habitudinem ſucceſſionis rei alicuius ad aliam deſtructam eſt Scoti vbi ſupra q. 1. nam aliud non poteſt aſſignari per quod formaliter res aliqua dicatur conuerti niſi ſucceſſio alterius fiat ad ſuum eſſe, ſi enim ipſa perſeueraret; & nihil noui ſuccederet non diceretur conuerti ab oppoſitio autem ſi deſtruatur, & aliud ſuccedat conuenitur.

27 Deus non poteſt conuerti in creaturam. Ita Scotus in 4.d.11.q.1. quia non poteſt deſtrui ab aliquo agente, ergo non poteſt conuerti, qua hoc petit eſſentialiter conuerſio, vt vnum deſtruatur, & vice eius aliud ponatur. Nulla creatura poteſt conuerti in Deum ob eandem rationem; quia Deus eſt indefectibilis, nec poteſt deſtrui aut alterari; Quælibet creatura per Diuinam virtutem poteſt conuerti in quamlibet creaturam, ita Scotus vbi ſupra, nam quęlibet creatura poteſt à Deo deſtrui, & loco ejus alia creari, ergo quęlibet poteſt conuerti in quamlibet; conſequentia eſt euidens conuerti eſt deſtrui, & ſibi ſuccedere aliud; Antecedens quoque eſt euidens, nam ſiue res ſint ſimplices, ſiue compoſitæ, ſiue materiales, ſiue ſpirituales, ſiue abſolutæ, ſiue relatiuæ ſubiacent dominio, & potentiæ Dei; Quælibet ſubſtantia creata poteſt tranſubſtantiari in aliam. Ita Scotus vbi ſupra, probatur eadem ratione, quia tranſubſtantiatio eſt conuerſio, & ſubſtantiæ ad ſubſtantiam deſtructam, ſed omnis ſubſtantia creata ſubeſt ditioni, & potentiæ Dei: ergo quælibet ſubſtantia eſt tranſubſtantiabilis in aliam; ex his ſequitur Catholicos credentes tranſubſtantiationé panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinem Chriſti non credere impoſſibilia.

28 Stat igitur veritas de fide in confectione Euchariſtiæ formam panis ſubſtantialem non remanere, ſed deſtrui, ita Scotus loco citato in 3. diſt. 11. quæſtione 3. contra Lutherum in captiuitate babilonica cap. de Euchariſtia aſſerentem manere formam, & materiam panis cum corpore Chriſti; Probatur primo ex Scoto loco cit. docente de Sacramentis aliter tenendum non eſt niſi, vt tenet ſancta Romana Eccleſia, ſed Eccleſia Romana tenet panem conſecratione tranſubſtantiari, ergo maiorem probat Scotus ex extra ad abolendam de Hæreticis, minor ex ipſomet, probatur ibidem; In Conc. Lateran. cap. firmiter de ſum. Trinitate §. vna verò, vbi habetur; tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem; In Conc. Florentino in decreto vnionis §. tertium, & in Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 4. idem prorſus habetur ſubſtantiam panis conuerti in corpus, & ſubſtantiam vini in ſanguinem Chriſti, ergo patet conſequentia ex definitione conuerſionis, ſeu tranſubſtantiationis; In confectione Euchariſtiæ non remanet materia panis, ſed deſtruitur, ita Scotus loco citato eſt de fide, quia Concil. Trid. definit conuerti totum panem, & totum vinum; ergo, nec forma, nec materia remanet totum enim vinum importat, & materiam, & formam vini ſicut totus panis, ſeu tota ſubſtantia importat, non partem vnam, ſed vtramque, & ſi maneret materia non eſſet vera conuerſio, & multo minus tranſubſtantiatio, ſed eſſet propriè mutatio; & contra ſenſum conſiliorum, quæ vocant eam tranſubſtantiationem non mutationem.

29 Panis, & vinum tranſubſtantiantur ne dum quo ad materiam, & formam, ſed etiam quo ad exiſtentiam, & ſubſiſtẽtiam, de exiſtentia probatur; exiſtentia panis pertinet ad quidditatem panis, vt reale eos eſt, ergo deſtruitur in Euchariſtia, probatur conſequentia ex definitione Concilij Trid. totus panis deſtruitur, ſed totus panis exiſtens eſt totus panis realis, ergo totus panis exiſtens deſtruitur. De ſubſiſtentia pariter probatur, nam ſi ſubſiſtentia panis maneret, aut vini ad nihil inſeruiret; quod ſi dicatur inſeruire, vt accidentiam per eam exiſtant, contra, primo, res poſitiua non poteſt ſubiectari in modo; ſecundo accidentia non indigẽt ſubſiſtẽtia ad exiſtendum, nam ſicut poſſunt à Deo produci extra ſubiectum ac ſubſtantiam, ita poſſunt eadem virtute conſeruari, Potuit Eccleſia ex ſpiritus ſancti aſſiſtentia colligere ex Verbis Chriſti totalem deſitionem panis, & vini in conſecratione; ſicut de facto Lateran. in cap. firmiter, & Trident. collegerunt hoc ex Verbis Chriſti, nam Lateran. Concil. ex veraci continentia corporis Chriſti, ſub ſpecie panis, & ſanguinis ſub ſpecie vini

ar-

arguit panem, & vinum tranſubſtantiari, ſed contineri veraciter corpus ſub ſpecie panis, & ſanguinem, ſub ſpecie vini colligitur ex verbis Chriſti dicentis hoc eſt corpus meum hic eſt ſanguis meus ſic etiam Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 4.

30 An verò panis in conſecratione, verè annichiletur, vel aliter corrumpatur; Doctor ſubtilis in 4. diſt. 11. q. 4. 5. ad quęſtionem ſubſtinens nihil panis manere, neq; quoad materiam, neq; quoad formam ſed totũ eſſe panis deſtrui adhuc anceps, & problematicus videtur de annihilatione panis nõ quia aliquid maneat, ſed quia detractio, ſeu deſitio panis non eſt ad nihil ſimpliciter, ſed ad nihil panis in corpore Chriſti; Ita quod ſinite panis non poneretur aliud poſitiuum ſuccedens dici poſſet annichilatio, quia tamen ponitur corpus Chriſti videtur non dicenda annihilatio; Tamen defendi non poteſt panem non annihilari eo quia panis poſt deſitionem eſt aliquid, Nam id quod eſt aliquid ex aliquitate formaliter eſt aliquid, igitur ſi panis poſt deſtructionem eſt aliquid, vel eſſet aliquid ſua entitate, vel aliena, ſed nec ſua nec aliena, non ſua quia totum eſſe eius non manet; non aliena, quia eſt contradictio, quod aliquid ſit aliquitate alterius aliquid cum ab ea diſtinguatur, ergo panis facta conſecratione, & conuerſione non poteſt dici aliquid, quia nequit aſſignari, qua aliquitate, ſeu formalitate, cum nulla ei formalitas permaneat; ita quod ex hac parte non impeditur, quin dici poſſit verè annihilari.

31 Neque dici poteſt panem non annihilari eo quia in corpore Chriſti manet materia ſimilis, & communis materiæ panis, quæ eſt deſtructa; ita Scotus, non ſi valeret hæc ratio ſequeretur panem non poſſe vnquam annihilari manente in Mũdo aliquo corpore, ſed hoc eſt falſum, ergo conſequentia probatur, In omni corpore adeſt materia, & ſic deberet Deus deſtruere omnem ſubſtantiam corporeã, vt annihilaret formicam, quid eſt ridiculum; Deſitio panis, & vini in Euchariſtia eſt annihilatio, eſt Scoti pro altera parte problematis; nam corruptis per hoc præcisè eſt corruptio, quia eſt ad non eſſe, formæ, & in tantum non eſt annihilatio, quia aliquid corrupti manet, ſcilicet materia, ergo ſi nihil manet à pari eſſet annihilatio. Licet panis deſitio ſit annihilatio; Conuerſio tamen, quæ in Euchariſtia ſit eſt vera tranſubſtantiatio; Probatur, nam conuerſio Euchariſtia ſpecificatur à terminis, inter quos eſt, ſed termini, & extrema eius ſunt ſubſtantiæ ergo, Maior probatur; Licet plures ſucceſſiones interueniant in Euchariſtiæ confectione, ſcilicet panis ad non panem; Corporis hic, ad non hic, adeſt tamen ſucceſſio corporis ad panem, verè enim corpus ſuccedit vbi erat panis; Hæc autem ſucceſſio eſt poſitiua habitudo inter duos terminos poſitiuos ſubſtantiales.

32 Tranſubſtantiatio vt importat panis deſtructionem, ſeu deſitio ſit per actionem Diuinam negatiuam Scotus in 4. d. 11 q. 4. nam actio qua deſtruitur panis alia non eſt niſi ſubtractio Diuini concurſus, ſeu negatio conſeruationis, ſed hęc eſt negatiua 2. intelligi non poteſt quonã alio modo poſſit Deus annihilare, vel deſtruere rem niſi non conſeruando; Tranſubſtantiatio vt importat poſitionem termini ad quam ſubſtantialis ſit per actionem Dei poſitiuam eſt communis cũ Scoto in 4. d. 11. q. 3. & 13. q. 1. prob. quod habet rationem paſſi producti mutati, vel moti dicit reſpectũ ad Agens mouens, vel mutans, ſed terminus ad quem tranſubſtantiationis ponitur, ſeu producitur, ſeu adducitur, ſeu mouetur ad aliquid ſub quo non erat, ergo per actionem poſitiuã alicuius Agentis, ſed nullum aliud Agens præter Deum poteſt ſpecies ſeparatas conſeruare, & ſub eis corpus Chriſti; Quantum abſque modo quantitatiuo, & cum replicatione eiuſdem ad ſingulas partes ſpecierum, Item quodlibet quod non eſt vſi eſt per actionem alicuius, ſed poſitio noua termini non eſt vſi, ergo per actionem alteri, Maior eſt euidens omne enim quod eſt, vel eſt vſi, vel ab alio, & ſi ab alio, & ſi ab alio actione illius, quia

agens actione agit, minor prob. terminus tranſubſtantiationis eſt corpus Chriſti, quod non à ſe, ſed à Deo ponitur ſub ſpeciebus.

33 Actio poſitiua qua Deus tranſubſtãtiat panem, & vinum non eſt productiua, ita Scotus in 4. d. 11. q. 3. & quolibet 2. probatur, nam corpus aut ſanguis Chriſti de nouo non producitur, ſed illã actione noua aliud eſſe non aquirit niſi eſſe ſub ſpecieb. panis aut vini; ſed totum hoc non indiget actione productiua; Actio poſitiua, qua Deus facit corpus Chriſti præſẽs ſpecieb. eſt actio adductiua, ita Scot. in 4. d. 11. q. 4. prob. ſi corpus Chriſti virtute Dei allatum ad ſpecies relinqueret, vbi cęleſte vere diceretur adduci ex hoc pręciſe quod aliam pręſentiam, aliudq; vbi aquireret, ergo per hoc, quod illud aliud aquirit abſq; deperditione prioris actio illa, qua fit ei pręſens non ceſſat eſſe adductiua; Confirm. nam ſi Angelus exiſtat in aliqua parte ſpacij, ſibi adæquatè poterit ſe præſentẽ facere alteri parti non relicta priori, imò poſſet à Deo ſimiliter parti præſens fieri, tunc certè præſens fieret Angelus alteri parti actione aliqua adductiua, ſic ſi Anima ceſſaret informare membrũ aridũ, ſi deinde virtute Diuina mẽbrum reuiuiſceret, tũc à Deo Anima fieret de nouo præſens per actionẽ aliquam adductiuam; Confirm. cum illa adductiua actione ſtat, quod vera ſint verba; hoc eſt corpus meũ; ſtat, quod panis conuertatur in corpus Chriſti; ſtat quod panis deſinat eſſe 2. materiam, & formam ſtat quod terminus ad quem panis conuerſi ſit corpus Chriſti ibi, ergo cum adęquato conceptu tranſubſtantiationis, ſtat quod actione adductiua Deus faciat corpus Chriſti pręſens ſub ſpeciebus.

34 Actio conuerſiua panis in corpus Chriſti phiſicè conuenit ſoli Deo, eſt Scoti in 4. d. 13. q. 1. & d. 11. q. 1. probat, 1. quia ſolus Deus habet in ſua virtute vtrumque terminum, ſcilicet à quo, & ad quem, item ſolus Deus poteſt replicare corpus, & auferre ab illo modũ quantitatiuum, 3. poteſt ſolus Deus conſeruare accidentia ſine ſubiecto, quæ omnia interueniunt in hac cõuerſione; Non poteſt communicari creaturę virtus phiſica principalis tranſubſtantiãdi totaliter Scotus in 4. d. 11. q. 1. prob. nulli creaturę poteſt communicari virtus annihilatoria, ergo; conſequentia prob. vnum ex requiſitis ad tranſubſtantiandum totaliter, eſt totalis deſtructio termini à quo; Antecedens probatur, annihilare ex Scoto in 4. d. 1. q. 1. aliud non eſt niſi ſubſtractio concurſus quo res aliqua conſeruabatur in eſſe, & quo ablato nihil manet rei, ergo ei tantum poteſt competere rem annihilare cui competit rem conſeruari, ſed Creaturæ non competit, nec poteſt competere hoc modo rem vllam conſeruare, ergo neque annichilare, probatur maior, nam ceſſante influxu Dei continuò ſuper rem quamcumque ceſſat res ipſa igitur annichilatio actiuè accepta (vt ita dicamus) eſt ſubtractio influxus conſeruantis, paſſiuè autem eſt ablatio totalis eſſe alicuius.

35 Immò non poteſt creaturæ communicari virtus Phiſica inſtrumentalis tranſubſtantiandi inſtrumentaliter Scotus in 4. d. 13. q. 1. probatur, primo quoad deſtructionem termini à quo nam ad deſtruendam totam ſubſtantiam panis non apparet quomodo aliqua cauſa ſit inſtrumentum phiſicum, vel enim deſtrueret efficienter, vel formaliter materiam, & formam panis, & ſic tum eſſet inſtrumentum, ſed agens principale, vel deſtrueret tantum diſpoſitiones illius totius, & ſic diceretur adhuc principalis cauſa ſicut deſtruens frigus; vt introducat calorem, 2. probatur quoad poſitionem termini ad quem; nam adductio; vel productio totalis termini eſt immediata actio Diuina, tam immediatione Cauſæ, quam immediatione Virtutis, ergo nulla poteſt interuenire Cauſa inſtrumentalis phyſica. Conceditur tamen conuenire Creaturæ actionem conuerſiuam inſtrumentalem moralem; probatur; nam ad poſitionem verborum à Sacerdote dictorum deſtruit Deus panem, & vinum, & facit corpus, & sãguinem Chriſti pręſentia ſub ſpeciebus conſecratis, ergo creatura eſt cauſa inſtrumẽtalis moraliq; cõuerſionis panis, & vini

in

in corpus, & ſanguinem Chriſti, Antecedens eſt de fide in cap. firmiter: De ſumma Trin. &c. in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 3. determinatum conſequentia, probatur, nam ratio tranſcendentalis inſtrumenti in hoc ſaluatur, vt agens principali per ipſum operetur, ſed ſine Verbis miniſtri Deus hoc non facit, & cum illis facit ergo &c.

36 In Sacramento Euchariſtiæ reperitur verè corpus, & ſanguis Chriſti realiter eſt de fide, cum Scoto in 4. ſentent. à diſtinction. 8. vſque ad 13. incluſiuè contra Simonem, Menandrum Berengarium, Petrum de Bruis Albigenſes, ſeu Catharos Ioannem VViclefſum, Caluinum, Zuuinglium, & alios peſtiferos ſectarios; probatur eius inſtitutio, ex Matth. 26. & Lucæ 22. Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus ex Ioan. 6. niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, oppoſita ſententia pluries damnata eſt ab Eccleſia in multis Concilijs potiſſimũ in generalibus Lateranenſi, ſub Innocentio 3. vt patet ex cap. firmiter, de ſumma Trinit. &c. in Florentino in decreto Eugenij 4. §. Tertium eſt, & Tridentino ſeſſ. 13. non eſt opus addere maius Robur, ex antiquis Patribus, nec curandum de multiplici Hæreticorum garritu, ſatis eſſe debet cuique fideli, tam ſolemnis Conciliorum definitio. Chriſtus dum ſit præſens ſpeciebus conſecratis non relinquit eſſe in Cœlo eſt Scoti in 4. diſt. 10. q. 1. & q. 3. eſt de fide ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. vbi poſt multa dicit; Nec enim hęc inter ſe repugnant, vt Chriſtus in Cœlo aſſideat ad dexteram Patris, iuxta modum exiſtendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit &c.

37 Licet conuerſio, ſeu tranſubſtantiatio ſit actio, ſeu vim per quam Chriſtus de facto eſt præſens ſpeciebus conſecratis tamen non eſt ratio formalis, ſeu prædicatum illud per quod dicitur formaliter præſens; probatur Chriſtus in eſſe quieto perſeuerat in Euchariſtia, quandiu perſeuerant accidentia conſecrata, & cóuerſio tranſit ergo: Conſequentia probatur effectus formalis ſeparari non poteſt à Cauſa formali; Id per quod Chriſtus eſt de nouo præſens in Euchariſtia eſt aliquod nouum poſitiuam reale, ita Scotus cum ſuis Diſcipulis in 4. diſt. 10. q. 1. nam alia corpora non ſunt præſentia loco per aliquod negatiuum, ſed per aliquod poſitiuum, ergo etiam corpus Chriſti, Antecedens probatur, Vbi quod aquiritur per motum eſt aliquod nouum poſitiuum ab omni ſubſtantia quantitate, & qualitate diuerſum cum ſit de prædicamento, vbi quod eſt, quod relatiuum, Hoc nouum per quod Chriſtus eſt formaliter præſens ſpeciebus conſecratis panis, & vini non eſt aliquod abſolutum; Nam in Chriſto nullum adeſt abſolutum in Euchariſtia, quod non ſit cum illo in Cœlo, ſed adeſt præſentia, quæ non eſt cum eo in Cœlo, ergo non eſt præſens in Euchariſtia per aliquid abſolutum, nec aſſignari poteſt in quo prædicamento eſſet tale abſolutum non enim ſubſtantia, neq; quantitas, neque qualitas, quia omnia iſta poſſunt eſſe præſentia.

38 Id per quod Chriſtus eſt formaliter præſens conſecratis ſpeciebus eſt relatio præſentiæ, ita Scotus locis cit. probatur; nam ex ſuo conceptu eſſentiali importat ordinem ad aliud ergo, Secundo, Omnia ſeptem vltima prædicamenta ſunt relationes; Tertio benè ſaluatur, quomodo de nouo Chriſtus acquirat innumera loca abſque aliqua mutatio re ſui, vt in Cœlo; ſi autem præſentia eſſet quid abſolutum quoties, aquireretur noua præſentia ad nouus ſpecies, aquireretur aliquod nouum in Cœlo; Præſentia qua Chriſtus eſt præſens accidentibus conſecratis reducitur ad prædicamentum vbi, ſed non eſt vbi propriè, ita Scotus loco citato; probatur; Nam habet aliquas conditiones vbi; nam per eam præſentiam, verè Chriſtus eſt ibi ſub ſpeciebus, & verè ab illis continetur; & valet dicere Chriſtus eſt hic, vbi prius non fuerat; Valet inſuper tacta aliqua parte extra hoſtium V. G. Chriſtus non eſt hic, ſed in hoſtia

ſuæ autem ſunt conditiones, Vbi licet aliæ requirantur, tam ad vbi circumſcriptiuum quam ad definitiuum, vt alibi oſtenſum eſt, & dicetur infra; Eſt igitur ſententia Scoti in 4. d. 10. q. 1. in 4. ſent. quod Chriſtus ſit præſens ſpeciebus conſecratis per aliquod nouum poſitiuum, relatiuum, ſibi de nouo adueniens, quod dicitur præſentia, quæ licet non ſit de prædicamento, vbi tamen ad illud poteſt reduci.

39 Chriſtus eſt in Euchariſtia cum tota quantitate corporis, quam habet in Cęlo, ita Scotus in 4. diſt. 10 q. 4. D. Bonau. in 4. diſt. 10. art. 1, q. 2. D. Thomas in 3. p. q. 76. art. 4. probatur. Nam idem ſanè corpus Chriſti, quod ex Virgine ſumptum eſt, quod paſſum eſt, & ſepultum eſt, in Euchariſtia adeſt; ſed corpus quantum fuit acceptum de Virgine, paſſum, & ſepultum ergo, ſic adeſt in Euchariſtia; Quantitas corporis Chriſti in Euchariſtia habet extreitatem partium in ordine ad totum; ita Scotus ibidem; probatur, nam ſi quantitas corporis Chriſti careret extreitatem partium caput Chriſti eſſet intra collum, & intra pedes, thorace intra manus, & ſimilia monſtruoſa; probatur conſequentia, corpus habet ſuas partes, ergo vel intra, vel extra, non extra, & ordinatas per contrarios, ergo intra, & confuſas, quod eſſet monſtruoſum, eſt quoque impoſſibile ſeparare extreitatem partium in ordine ad totum à quantitate ſicut impoſſibile eſt ſeparare à ſua ſubſtantia, nam ſicuti quantitas ſicuti eſt eſſentialiter contritum, ita habet partes extra partes.

40 Quantitas corporis Chriſti in Euchariſtia caret modo quantitatiuo, ſeu extenſione locali partium in ordine ad partes loci; ita Scotus vbi ſupra, probatur, quia alius modus nequit inueſtigari quo corpus quantum ſepti palmare poſſit contineri à corpore digitali V. G. niſi per carentiam modi quantitatiui, modus quãtitatiuus, quo caret corpus Chriſti in Euchariſtia eſt relatis extrinſecus adueniẽs; ita Scotus vbi ſupra; probatur, niſi dicatur modum quantitatiuum eſſe relationem extrinſecus aduenientem abiegare oporteret à decem prædicamentis vitam, quia aſſignari non poteſt, quæ nam faciunt prędicamentum ſitus, ſitus autem eſt relatio extrinſecus adueniens, ſcilicet correſpondentia partium ad partes loci; Modus quantitatiuus eſt quid realiter, & eſſentialiter diſtinctum ab vbi; probatur nam modus quantitatiuus ſupponit vbi proprium, ſeu circumſcriptiuum, vt datur aliud genus, vbi non circumſcriptiuum, vt eſt vbi Angeli, & vbi Chriſti exiſtentis in Euchariſtia; ergo genus vbi eſt realiter, & eſſentialiter diſtinctum à modo quantitatiuo; Item vbi eſt præſentia rei contentæ ad rem continentiæ, modus quantitatiuus eſt correſpondentia partium partes, ſed manet primum ſine ſecundo, ergo

41 Non poteſt Agens creatum idem corpus, vel aliud ens ponere in duobus locis ſimul, neque cum ſuo [illegible] naturali, neque alio modo; Nam nullus philoſophus hoc confeſſus eſt, ſed ſola fide creditur ſic fieri poſſe, vt corpus Chriſti ſit modo naturali in vno loco, in alio verò, ſine illo modo, ergo &c. conſequentia probatur, ſi poſſet hoc fieri à natura cognitio naturalis ad illud pertingeret, ergo tolleretur meritum fidei; E contra poteſt Deus abſolutè, ponere corpus Chriſti, & omne aliud in pluribus locis cum ſuo modo quantitatiuo, ſeu locali ac circumſtantiua præſentia; Ita Scotus in 4. diſt. 10. q. 2. probatur; Hoc nam repugnat, nec inuoluit contradictionem: ergo à Deo poteſt fieri, probatur; nam eſt contradictio Deum multiplicare relationes extrinſecus aduenientes in eodem corpore ad diuerſos terminos, tale quid faceret ponendo corpus in pluribus locis cum ſuo modo quantitatiuo ergo; Maior eſt euidens, quia multiplicantur relationes intrinſecus aduenientis (de quibus minus videtur) cum identitate fundamenti, ergo poſſunt etiam multiplicari aliæ cum identitate fundamenti; Corpus autem habere plura vbi circumſcriptiua eſt habere plures relationes extrinſecus aduenientes, ergo non repugnat.

42 Contra dictam Doctrinam Scoti plures apparentes contradictiones adducuntur ab Aduerſarijs pro quarum dilucidatione ponuntur ſequentes propoſitiones, Prima propoſitio. Ea quæ ſunt priora eſſentialiter, quam eſſe in loco eadem omnino conueniunt corpori quamuis exiſtet in diuerſis locis, nec variantur loco variato, illa verò dicuntur priora eſſentialiter, quæ à loco non dependent huiuſmodi ſunt accidentia abſoluta, vt quantitas qualitas, & relationes intrinſecus aduenientes, vt ſimilitudo æqualitas &c. poſteriore autem loco eſt motus de loco ad locum, probatur iſta propoſita, quia priora eſſentialiter non variantur ad variationem poſteriorum, atque ita homo in diuerſis locis haberet idem corpus, & eaſdem manus, eandem quantitatem, & qualitatem, idem velle, vel nolle, 2. propoſitio ea quæ ſunt poſteriora ſunt; ſed eſſe in loco ſimul variantur, & multiplicantur variato loco, atque ita idem corpus in pluribus locis habet diuerſas propinquitatis, & diſtantias variato loco, quia ſunt illo poſteriores, & ab illo dependent, ſic corpus poterit moueri in vno loco, & non in alio, quia motus localis præſupponit locum, quia ſumit ſpeciem, & rationem à loco, neque eſt neceſſariũ, quod ſi corpus hic eſt propinquum parieti, ſit etiam Romæ propinquum eidem quia ſunt poſteriora, quam eſſe in loco, neque eſt neceſſarium, quod ſi in vno loco ſedeat, quòd etiam ſedeat in aliò, ſed poterit in alio ſtare, vel moueri, quia ſitus, & motus ſunt poſteriora loco.

43 Tertia propoſitio; Idem corpus exiſtens in diuerſis locis poterit pati à diuerſis agentibus, vt idem lignum poterit calefieri à duobus ignibus pati, ergo, & in duobus locis; 4. propoſitio, Idem corpus in diuerſis locis poterit agere in diuerſis corporibus, patet etiam, quia idem ignis poterit calefacere duo ligna in eodem loco applicata, ergo multo magis in diuerſis, probatur, quia ad hoc agens agat, & patiens ab Agente patiatur recipiendò formam non oportet, niſi quod agens habeat formam actiuam, & paſſum potentiam paſſiuam, & quod ſint debitè approximata, quod autem approximatio ſit in hoc vbi, vel in illo nihil refert ad actionem, quæ eſt ad formam abſolutam, ſed agente, & paſſo poſitis, in duobus vbi habent eandem potentiam actiuam, & paſſiuam ad formam abſolutam, & eodem modo poſſunt approximari ſibi vt ſunt in iſto vbi ſiue in alio, ſicut ſi tantum eſſet in vno vbi, & eſſet agens ſibi approximatum, hic quatuor Regulis bene perpenſis, & conſideratis Virtuoſus Scotiſta facilè apparentium oppoſitarum contradictionum oſtendere poterit, & demonſtrare ſoliditatem Doctrinæ Scoticæ, quæ in multis habetur obſcura, ſed in propoſito potiſſimum, quæ tamen ſuppoſita fide non eſt difficilis intellectu.

44 Poſſet Deus per ſuam abſolutam potentiam dare corpori Chriſti præſentiam Sacramentalem in Euchariſtia abſq; naturali eius præſentiam in Cœlo; probatur, nam præſentia ſacramentalis non dependet ab eo quod non eſt ſacramentum, neque res Sacramenti, ſed præſentia naturalis non eſt ſacramentum, neque res Sacramenti, ergo illa non dependet ab iſta, ſed quod non dependet ab alio, neque vt parte intrinſeca, neque vt cauſa extrinſeca poteſt eſſe ſine eo, ergo dari poteſt res ſub præſentia ſacramentali abſque præſentia naturali, immò poſſet Deus per ſuam abſolutam potentiam conſeruare corpus Chriſti ſacramentum, cum modo eſſendi ſacramentali, & deſtruere modum eſſendi naturaliter, quem habet in Cœlo, nam corpus Chriſti per præſentiam naturalem, & quantitatiuam non habet aliud eſſe niſi circumſcriptiuum à quo poteſt ſeparari à Deo, ergo dari poteſt eſſe ſubſtantiale corporis Chriſti, & deſtrui modus quantitatiuus; Item de facto in Euchariſtia habetur eſſe Chriſti ſimpliciter abſque naturali modo, ergo ſeparari poteſt talis modus naturalis, & conſeruare modum eius ſacramentalem.

45 Chriſto in Euchariſtia inſunt omnia

nia prædicata quidditatiua, quæ ei inſunt in Cœlo eſt Scoti in 4. diſt. 10. quæſ. 4. eſt quoque comunis, & de fidei, nam Chriſtus ſecundum eſſentialia dicit perſonam Diuinam, cum humanitate conſtanti ex Anima, & corpore, ſed cum his omnibus eſt in Euchariſtia, ergo; Maior ſupponitur de fide, iuxta dicta in lib. 6. minor probatur etiam de fide, ex Concilio Florentino poſt vltimam ſeſſ. in decreto fidei, & Tridentino ſeſſ. 13. cap. 3. Item Chriſto exiſtenti in Euchariſtia inſunt omnia accidentia abſoluta, quæ ei inſunt in Cœlo ſicut probatum eſt ſuperius, & declaratum in prima illarum propoſitionum, quod nimirum abſoluta non variantur ad variationem vbi; Immo neque poteſt fieri, vt Chriſtus in Euchariſtia careat aliquo prædicato eſſentiali, vel accidentali abſoluto ex his, quę habet in Cœlo alias Chriſtus careret ſuo eſſe quidditatiuo, & perfectionali; patet conſequentia, quia prædicatum quidditatiuum pertinet ad quidditatem, & prædicatum accidentale abſolutum pertinet ad eſſe perfectionale, omnes quippè operationes Chriſti immanentes, tam Intellectus, quam voluntatis ſunt perfectiones Animæ Chriſti, & ſunt accidentia abſoluta.

46 Id quod ex vi Verborum fit pręſens ſpeciebus panis, vt terminus primus eſt corpus Chriſti, ita Scotus in 4. diſt. 19. q. 4. quia eſt primum ſignificatum talium Verborum, non ſola materia prima, quia neque eſt organica, neque eſt corpus; ergo non eſt per ſe primo ſignificata illis verbis hoc eſt corpus meum &c. Corpus huiuſmodi non importat eſſentialiter ſanguinem, probatur ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. vbi ait; Ex vi Verborum ſanguis fit præſens ſub ſpecie vini, & corpus ſub ſpecie panis, ergo ſicut corpus non eſt primus terminus ex vi formæ ſanguinis, ſic neque ſanguis eſt primus terminus ex vi formæ corporis; Item corpus vt eſt primus terminus ex vi Verborũ non dicit accidentia; nam corpus eſt ſubſtantia, quę facit vnum per ſe cum Anima, ſed accidentia ad hoc non concurrunt accidentia; ergo. Item idem corpus, vt ſic præſcindit ab Anima; probatur ex Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. Anima eſt per concomitantium, & vnionem cum corpore ſub ſpecie panis; Corpus igitur vt ſic ſcilicet primus terminus verborum ſacramentalium eſt aliquod compoſitum ex materia prima, & forma ſubſtantiali corporeitatis, ſeu mixtionis, quæ eſt heterogenea, & organica Scotus vbi ſupra, & diſt. 11. q. 3. ſic enim eſt proximè diſpoſitum ad recipiẽdam Animam, & cum ea fieri per ſe vnum dictum homo qui eſt Chriſtus.

47 Primum ſignificatum, quod fit præſens calici ex vi verborum eſt ſanguis Chriſti, probatur excitato Concilio Tridentino; Igitur totus ſanguis Chriſti, qui eſt in Cœlo fit præſens ſpeciebus vini; ſicut enim totum corpus fit præſens ſpeciebus panis, ſic totus ſanguis ſpeciebus vini, non enim eſt maior ratio de vna parte, quam de altera; ſanguis huiuſmodi non importat compoſitionem ex materia prima, & anima, neque ex materia prima, & accidentibus, prima pars patet, ſanguis conuertitur in ſubſtantiam Animalis, ergo non eſt materia cum Anima, *Anima enim non eſt conuertibilis in aliud*, ſecunda pars patet, quia nec accidentia conuertuntur in ſubſtantiam; ſanguis qui fit præſens ſpeciebus vini ex vi Verborum eſt quid compoſitum ex materia prima, & forma ſubſtantiali, quæ in quolibet homine dicitur ſanguis præſcindens ab omni alia, quæ non eſt ipſa; Probatur aliud non poteſt poni in Calice ex vi verborum, niſi quod in omnibus hominibus eſt ſanguis, ſed illud compoſitum ex materia prima, & forma ſanguinis eſt ſanguis ergo; Maior probatur, nam Chriſtus in humanitate vniuocè conuenit cum alijs hominibus, ſic in partibus, quæ integrant hominem; Minor etiam patet, nam ſanguis non eſt ſimplex elementum, ſed quid compoſitum ex materia, & forma, ſed alia ſic compoſita dicunt materiam, & propriam forma aqua denominatur ergo.

48 Sequentia ſunt præſentia in Eucha-

chariſtia per concomitantiam primum Verbum Diuinum ſuppoſitans humanitatem Chriſti ex Trid. ſeſ. 13. c. 3. apertis verbis docēte Chriſtum eſſe ibi ſecundum Diuinitatem, & humanitatem; hoc non eſt ex vi Verborum, ergo per concomitantium eſt igitur Diuinitas Chriſti in Euchariſtia concomitanter: Item eodem modo ſunt præſentes in Euchariſtia tres Diuinæ perſonæ, nam omnia illa ſunt verè, & realiter in Euchariſtia, nam Verbum comitatur corpus cui eſt vnitum, Diuinitas quia Verbum conſtituit ipſummet corpus, & ſanguinem comitatur; Aliæ Perſonæ quæ ſunt Diuinitati identificatæ, & in Verbo per circum inceſſionem ipſum corpus, & ſanguinem non relinquunt, ergo omnia concomitantur. Dicendum tamen Trinitatem ſanctiſſimam omni enti eſſe abſolutè pręſentem per ſe primo, & non quia aliud comitatur, ergo non ſolum eſt pręſens per concomitantium in Euchariſtia in pane ſignificato, ſed etiam alio modo; nam ſi nullum daretur comitabile adhuc Deus, & Trinitas Perſonarum ineſſet cuilibet rei per eſſentiam, potentiam, & pręſentiam præſens, ergo abſoluti non poteſt dici præſens rebus per comitantiam, ſed in ratione eminentiali.

49 Totus Chriſtus ſecundum omnia, quæ includit eſt in ſpecie panis, & iterum ſecundum omnia, quæ includit eſt in ſpecie vini patet apertè ex Tridentino Concilio ſeſſ. 13. cap. 3. & probatur; tum conuertitur vinum in ſanguinem conuertitur in eum vt eſt in cœlo, ſed ibi eſt cum corpore, & Diuinitate, ergo etiam hic; ſic de corpore arguendum quando fit conuerſio panis in ipſum; Item probatur, eadem prorſus adoratione, adoratur Euchariſtia ſub vna, & ſub alia ſpecie; ergo vtrobique eſt idem adorabile; ſanguis fit præſens ſpeciebus panis concomitanter, ita Scotus in 4. d. 10. q. 4. probatur nam corpus Chriſti non poteſt fieri pręſens niſi cum ijs quæ ſunt ſibi vnita, & connexa, alioquin de eodem dicerentur contradictoria, quę non ſaluarentur ex diuerſitate loci, Idem enim corpus haberet ſanguinem, & non haberet eum quod præcedit eſſe in loco; ſimiliter corpus Chriſti cum alijs, quæ ipſi inſunt eſt cum ſanguine ſub ſpecie vini, probatur eodem Concilio, & eadem ratione ſicut prius, Idem dicendum de alijs vnitis, & connexis; Corpus Chriſti eſt in tota ſpecie panis, & vini, & in qualibet parte illarum ſpecierum ſic etiam ſanguis eſt comunis, cum Scoto in 4. d. 10. q. 1. probatur, nam ſub ijsdem accidentibus ſunt corpus, & ſanguis Chriſti, ſub quibus erant ſubſtantiæ panis, & vini eſt de fide ex cap. firmiter De ſumma Trinit. & Concilio Tridentino ſed ſub totis ſpeciebus erat ſubſtantia panis hæc minor eſt naturaliter nota.

50 Chriſtus non replicatur præſentialiter in omnibus punctis, ſeu indiuiſibilibus accidentium panis, ita Scotus in 4. diſt. 10. q. 9. Probatur, nam ſi in eis replicaretur peculiari, & diſtincta præſentia poſſet in eis remanere ſacramentaliter poſt ſeparationem, ſed hoc eſt falſum conſequentia, probatur ex hoc quod in partibus alijs diuiſibilibus manet replicatus poſt ſeparationem, ergo remaneret replicatus poſt ſeparationem, falſitas conſequentis patet, nam eſſet infinitè replicatus, puncta enim in quantitate ſunt infinita, vt patet ex 6. phiſicorum; In ſingulis partibus ſenſibilibus Chriſtus habet ſingulas præſentias diſtinctas Scotus, vbi ſupra, probatur Chriſtus eſt formaliter præſens accidentibus per præſentiam; Cauſaliter autem per conuerſionem panis in ipſum, ſed ſub ſingulis eſt totus pręſens formaliter per præſentiam, & cauſaliter per conuerſionem, ergo ſub ſingulis ſingulas habet præſentias; probatur 2. per deſtructionem aliqua non partium hoſtię, ceſſat Chriſtus eſſe illis præſens nulla facta in eo mutatione circa præſentiam ad alias, ergo vna præſentia realiter non eſt alia, quia idem non poteſt realiter deſtrui, & realiter manere, ergo præſentiæ ſingulæ ſingulis partibus independenter correſpondent.

51 Licet verè ſub ſpeciebus panis, & vini verè adſit corpus, & ſanguis Chriſti

ſub

ſub eis , quæ contineantur illa tamen continentia , neque dici vnio phiſica de rigore ; nam ſi admitteretur illam vnionem eſſe phiſicam inter Chriſtum, & ſpecies difficilè poſſet ſaluari quomodo accidentia ſunt ſine ſubiecto; nec poteſt dici ineffabilis , vt paſſim appellatur ab orthodoxis ; & licet Chriſtus vniretur cum ſpeciebus ſicut Angelus , cum corpore aſſumpto non propterea eſſet per phiſicam vnionem à præſentia diſtinctam , nam nec Angelus vnitur phiſicè corpori aſſumpto, ſed ſolum vt mouens cum mobili ; ſi poſſet dici Chriſtum eſſe ſub ſpeciebus , vt vnum corpus beatum cum aliorum beato non proindè eſſet vnitus per phiſicam vnionem, quia inter corpus beatum , & corpus non beatum non poteſt dari vnio phiſica licet detur penetratio beati in non beatum ; Nec mirum eſt negare inter corpus , & ſanguinem Chriſti, cum ſpeciebus conſecratis intercedere vnionem phiſicam, cum Chriſtus comparatus ad ſpecies non ſit in eis tanquam in loco niſi impropriè , Scotus in 4. diſt. 10. q. 1. probatur , nam Chriſtus ſuccedit ſubſtantiæ panis , & vini ſub accidentibus , ſed ſubſtantiæ panis , & vini non erant ſub eis vt in loco, ergo neque Chriſtus . Minor probatur, nam nulla ſubſtantia cuiuſcumque rei eſt ſub accidentibus, vt in loco ; Vix poteſt definiri quomodo Chriſtus exiſtens in Sacramento Euchariſtiæ ſit in loco .

52 Chriſtum eſſe in Euchariſtia eſt omnino ſupernaturale , nam Chriſtum priuari ſuo modo quantitatiuo eſſe replicatum in pluribus ſpeciebus, & in omnibus ſpecierum partibus, & conſeruari ſic replicatum nequeunt fieri ab Agente naturali ; nec fiunt à Deo cum comuni influentia , qua fiunt alia creata , immò neque cognoſcerentur niſi fides ſuppleret ergo : tertiò hæc omnia non exiguntur à natura ; ergo , conſequentia eſt vna omnium antecedentium ; quia per hæc aliquid dicitur ſuper naturale ; Præſentia Chriſti ad ſpecies formaliter accepta reſultans ex ſuppoſitione miraculi eſt naturalis ; quia talis præſentia ſequitur naturam corporis Chriſti facto miraculo replicationis, ergo probatur conſequentia, tum quia ex ipſamet natura Chriſti reſultat tanquam reſpectus ex fundamento ; tum quia exigitur à natura corporis ; ſupernaturalitas, ergo in prædictis, & prænominatis conſiſtit in reſpectu ad Agens ſupernaturaliter operans eſt Scoti in 4. diſt. 10. q. 6. nam ens naturale id dicitur , quod ab Agente naturali fieri poteſt : ergo ſupernaturale , quod fit à ſupernaturali, ; & probatur ab oppoſito , ſi ea quæ dicuntur ſupernaturalia poſſent ab Agente naturali fieri eſſent naturalia : ergo [illegible]

53 Omnis actio immanens Animæ Chriſti, ſcilicet intellectio, & volitio, quę ineſt ei in Cœlo, de quocumque obiecto ineſt ei in Euchariſtia, ita Scotus in 4. diſt. 10. q. 5. probatur, nam nullum abſolutum deſinit eſſe in aliquo propter nouum reſpectum extrinſecus aduenientem ; quia prius non variatur ad variationem poſterioris, ſed intellectio, & volitio, quæ inſunt Chriſto in Cœlo ſunt formæ *abſolutæ* reſpectus autem Chriſti ad locum in altari , ſeu ad ſpecies ſacramentalis eſt quid extrinſecus aduenięns . Ergo ; Hoc autem verum eſt non ſolum de intellectione , quæ cauſatur ab obiecto ſpirituali , ſed etiam quæ de obiecto materiali mediante phantaſmate ; probatur poteſt corpus cum omnibus accidentibus , tam ſpiritualibus , quam materialibus replicari, ergo etiam ſenſationes , & ſpecies ſenſibiles , probatur conſequentia; nihil ex intrinſecis ſpeciei *ſenſilis* , vel ſenſationis impeditur in replicentur , vel comitentur ſubiectum replicatum ; quod habet enim ex ijs eſt , quid creatum in perfecta , & plena obedientia ad Deum ; Chriſtus in Euchariſtia non poteſt primo cauſare ſenſationem , neque internam , neque externam , ita Scotus , vbi ſupra ; probatur , vt ſenſus externi cauſent ſenſationem debent obiecto approximari localiter, ſed ſenſus Chriſti in Euchariſtia , ita ſe habent reſpectu obiectorum ſenſi-

bi-

bilium, ac ſi nullibi eſſent, maior probatur experientia.

54 Poteſt Deus abſolutè loquendo cauſare primo ſenſationes omnium ſenſuum, tam internorum, quam externorum in ſenſibus Animæ Chriſti in Euchariſtia; probatur nam tales ſenſationes poſſunt in eſſe comitanter ſenſibus Chriſti ex dictis, ergo etiam primo; Probatur conſequentia; eatenus negatur poſſe primo in eſſe, & non negatur comitanter, quia ad primo ineſſe requiritur cauſalitas, quæ nequit exerceri ab obiecto ſenſibili in organo non extenſo localiter, neque organum poteſt operari, ſed ita Deo cauſaretur ſenſatio ceſſarent motiua cauſalitatis; ergo minor eſt euidens; ſuppleret enim Deus vtramque cauſalitatem actiuam; Chriſtus poteſt in Euchariſtia primo cauſare intellectionem, & volitionem cuiuſcumque obiecti independenter à ſenſibus; probatur prima pars; Intellectus, nec in eſſendo, nec in operando requirit extenſionem localem; probatur; conſequentia, nihil aliud poſſet impedire ſuppoſita debita approximatione obiectorum, antecedens probatur. Angelus, & Anima ſeparata intelligunt, euolunt abſque extenſione locali, ergo &c. probatur ſecunda pars, ex Scoto Anima Chriſti beata intelligit, ſicut Angelus independenter à ſenſibus, ergo eam omnem intellectionem poteſt cauſare, quæ à ſenſibus non dependet.

55 Chriſtus in Sacramento poteſt vti omni, & quaùbet potentia actiua ſpirituali, ita Scotus in 4. diſt. 10. q. 7. nam potentiæ ſpirituales non pendent à circumſtantijs ſitus, & extenſionis localis, antecedés probatur niſi ita eſſet Angelus, & Anima ſeparata nequirent vbi potentijs ſpiritualibus, ſecus dicendum de potentia corporea, quia omnis talis potentia requirit paſſum ſibi approximatum localiter, ſed nulla ex ijs prout in Sacramento eſt approximata localiter parte, ergo, Neque circa ſe ipſum poteſt vti in Euchariſtia potentijs ſenſitiuis, ſiue internis, ſiue externis colligitur, ex Scoto vbi ſupra; probatur, quia Chriſtus, vt in Euchariſtia non ſufficienter eſt approximatus localiter proprijs potentijs ſenſitiuis, ob carentiam eſſendi in loco extenſiuè. Etiam ſi Chriſtus eſſet tantum in Sacramento, & non alibi non poſſet naturaliter vti ſuis potentijs ſenſitiuis colligitur, ex Scoto in 4. d. 10. q. 6. & ratio eſt, quia ideò repugnat nunc, quia ſenſus petunt ſic, vel ſic eſſe diſpoſiti, vt operentur, ſed ablata exiſtentia naturali ex alio loco non ceſſat talis ſenſuum indiſpoſitio, maior patet à priori ſi enim diſpoſitiones proprias haberent, vtique operarentur minor eſt euidens, nam per negationem exiſtentiæ naturalis magis remouentur diſpoſitiones ſenſuum, quam ponatur, remouetur enim ab eis modus quantitatiuus, qui naturaliter ſibi competebat.

56 Chriſtus in Sacramento non poteſt intra ſpecies organicè mouere, ſe neque motu progreſſiuo, neque ſurſum ſiue violenter, neque deorſum, ſiue materialiter, ita Scotus in 4. diſt. 10. q. 7. nam motus organicus eſt à potentia organica, cum debitis diſpoſitionibus, ſed potentiæ Chriſti in Euchariſtia non ſunt cum debitis diſpoſitionibus ad motum organicum, quia potiſſima diſpoſitio eis deficit, nempè extenſio, & modus quantitatiuus; Chriſtus in Euchariſtia non poteſt organicè mouere ſe extra ſpecies, vel exeundo à ſpeciebus, vel eaſdem locum deferendo; ita Scotus ibi, probatur nam motus organicus dicit ordinem ad locum, ſed potentia organica Chriſti non eſt in loco. maior probatur mouere organicè eſt moueri per partem poſt partem, ita vt mota vna moueantur reliquæ, quod fieri non poteſt, ſiue ordinè ad locum Chriſtus in Sacramento poteſt vti motiua potentia inorganica, tam circa ſe quam circa ſpecies, & alia extra ſe, ita Scotus vbi ſupra; probatur; nam talis potentia non requirit extenſionem localem, ergo poteſt ſic mouere; Dices in Chriſto vt in Sacramento non reperitur talis potentia inorganica, Reſpondetur falſum eſſe reperiri in Chriſto talem potentiam cum

eam

eàm habeant Angelus, & Anima ſeparata, ergo tanto magis Anima Chriſti in Eucharistia cui inſunt omnia abſoluta ei inſunt in Cœlo, vt dictum eſt ſuperius.

57 Christus in Sacramento à nulla virtute corporea poteſt primo, & immediatè localiter moueri, neque ſeparando illum à ſpeciebus, neque mouendo cum illo etiam ſpecies, ita Scotus in 4. diſt. 10. q.6. & 7. probatur eatenus aliquod agens corpoream mouet aliud, primo quia impulſus, & entitas mouentis non penetratur cum mobili, ſed potius hoc ei reſiſtit, & tandem ſuperatur eius reſiſtentia, ſed corpus Chriſti ſi eſſet à ſpeciebus ſeparatum penetraretur cum omni re corporea, cum careret modo quantitatiuo, ergo impulſus, & impetus mouentis imprimi non poſſet in corpore reſiſtente, nec illud ſuperare ac mouere, ergo primo, & immediatè nequit Christus à virtute corporea moueri localiter, Regulariter loquendo, & de facto à nulla virtute moueri poteſt Christus à ſpeciebus, & transferri alio relictis ſpeciebus; probatur, nam regulariter facta hac institutione ſemper, ſub ſpeciebus debet reperiri Chriſtus alioquin ſemper eſſet dubium an à Deo, vel ab alio, vel à ſe ipſo fuiſſet Christus ſemotus, vel abſtractus à ſpeciebus, & ad alium locum deductus; Abſolutè tamen loquendo, ideſt non habito reſpectu ad præſentem institutionem poſſet Christus à Deo moueri à ſpeciebus, & alio deferri relictis ſpeciebus, nam Christus, vt homo eſt ſub abſoluto Dei dominio, & poteſtate ergo; Immò de facto (per Scotum) mouetur à Deo cum mouentur ſpecies, vt infra magis videbitur.

58 Christus de facto mouetur ad motum ſpecierum de loco ſpecierum ad alium eſt comunis, cum Scoto diſt. 10. q.6. nam motis ſpeciebus Christus eas non relinquit, ergo mouetur ad eorum motum, non indiget probationem; Cum Christus mouetur ad motum ſpecierum, non mouetur à Sacerdote, vel ab alio deferente, ac mouente ſpecies, neque per ſe primo neque concomitanter, eſt Scoti vbi ſupra q.6. qui ſic probat; Quod nullo habet virtutē motiuam ſuper aliud, quando illud eſt per ſe, non mouet illud per accidens quando coniunctum eſt cum alio, cumque non facit vnum ſicut actus, & potentia, ſed virtus creata corporea, non poteſt in corpus Chriſti in extenſum ſi ſit à ſpeciebus ſeparatum; & corpus Chriſti non facit cum ſpeciebus, vnum per modum actus, & potentiæ, ergo talis virtus corporea mouens ſpecies ad eorū motum non mouet comitanter Chriſtum, ſed ab alio aliquo mouetur. Ideſt à Deo immediatè ſecundum Scotum; Quoad ſic probat Christus poſt conſecrationem eſt vbicumque ponitur hoſtia, ſed non mouetur à virtute creata, ergo à Deo maior eſt de fide, minor eſt nuper probata ex naturalibus conſequentia eſt Theologica, nam ex naturali, & de fide ad minus ſequitur Theologica; Confirmatur quia nec Deus, nec ipſum corpus, ſiue modo quantitatiuo exiſtens in Eucharistia exigit dimenſionem localem.

56 Dictum eſt ſuperius, & modo confirmatur Chriſtum in Eucharistia, non poſſe primo mutari ab agente corporeo vllo mutationis genere, ita Scotus in 4. diſt. 10. q.6. Quia Christus ſacramentatus nulli agenti corporeo eſt proportionatus, nam forma corporea recipienda exigit ſubiectum extenſum; Christus in Eucharistia poteſt primo pati, ſeu mutari ab Angelo, vel ab Anima ſeparata ad formam aliquam ſpiritualem; ſi enim Angelus, & Anima eſſent propè Chriſtum poſſent ei loqui, & cauſare in eo ſpecies intelligibiles aliquorum ſingularium, & intellectionem, iuxta modum Scoti de locutione Angelorum in 2. diſt. 9. q.2. Non poteſt Christus ab vllo agente creato mutari recipiendo formam corpoream, ita Scotus ibidem, quia Chriſtus reſpectu talis formæ eſt omni improportionatus quatenus eſt in Eucharistia, quia eſt ibi inextenſus; Omnis motus omniſque paſſio, quæ ineſt aut poteſt ineſſe Chriſto in Cœlo ad formam abſolutam ineſt eidem

comitanter in Sacramento; probatur inducendo per ſingulas ſpecies mutationum, ſi in Coelo alteratur, vel diminuitur, aut augetur hæc omnia habet in Sacramento, ſimiliter ſi nutritur ibi, etiam hic, ſi deſtruitur; ibi deſtruitur etiam hic, alioquin in Coelo poſſet eſſe viuus, & mortuus &c.

60 Christus in Euchariſtia poteſt primo à Deo immediatè mutari omni mutatione terminata ad formam corpoream, & incorpoream; eſt Scoti ibidem, nam Deus eſt immediatè præſens corpori, & Animæ Chriſti, & non requirit proportionem localem; ergo poteſt in eo omnem formã cuius eſt capax producere; Dices defectus eſſet ex parte Chriſti, quia nequit recipere quid corporeum. Reſpondetur eſto non poſſit recipere aliquid localiter extenſum tamen poſſet hoc extenſum priuari ſitu ſicut corpus; & reddi ei proportionatum, De forma autem ſpirituali nulla eſt difficultas; Ab eodem agente à quo mutatur, primo in exiſtentia naturali mutatur concomitanter in Euchariſtia; Nam ab eo mutatur cuius virtute aliter ſe habet nunc quam prius, ſed à quo habet formam primo, ab eo aliter ſe habet nunc quam prius, ergo ab eo mutatur vbicumque ſit, corpus Chriſti in Euchariſtia poteſt cognoſci abſtractiuè à quolibet Intellectu Viatoris, Scotus in 4. d. 10. q. 8. nam Intellectus Viatoris fide aſſentitur Chriſti corpus, & ſanguinem eſſe ibi ergo cognoſcit cunctiuè illud corpus, & ſanguinem: conſequentia probatur ex Scoto, Impoſſibile eſt compleſſionem intelligere, & ei aſſentiri ſi termini eius non concipiantur, ſed Intellectus Viatoris percipit, & credit hanc compleſſionem corpus Chriſti eſt; ibi ergo terminos concipit.

61 Nullus Intellectus Viatoris operãs dependenter à ſenſibus poteſt intuitiuè cognoſcere, ſeu videre Chriſtum in Euchariſtia exiſtentem, eſt Scoti in 4. d. 10. q. 8. & eſt comunis, nam Intellectus dependens in operando à ſenſibus, nam intelligit niſi quæ percipit ſenſus, ſed corpus Chriſti, ibi nequit à ſenſibus percipi; maior patet, quia hoc eſt operari dependenter à ſenſu omnis Intellectus Angelorum bonorum, hominum beatorum, & ipſius Animæ ſeparatæ ſi debitè approximetur Euchariſtiæ poteſt naturaliter intuitiuè cognoſcere corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia, Ita Scotus in 4. d. 10. q. 8. nam corpus Chriſti ſecundum nullum eorum, quæ continet excedit latitudinem obiectiuam talium Intellectuum, ergo; Conſequentia eſt euidens, Antecedens probatur, obiectum naturalis Intellectus creati ex natura potentiæ, ideſt independentis à ſenſibus eſt ens creatum, ſiue abſolutum, ſiue relatiuum cuius terminus non eſt Deus; ſi mali Angeli non impedirentur à Deo, & approximarentur Euchariſtiæ poſſent videre intuitiuè corpus, & ſanguinem Chriſti tamen impediuntur à Deo eſt Scoti in 4. d. 10. q. 8. probatur; Idem eſt obiectum naturale omnis Intellectus Angelici, ergo ſibi relicti mali poſſunt in quodcumque in quod boni, nam poſt peccatum in eis naturalia remanſerunt integra ex D. Dioniſio.

62 Beatus vt beatus non cognoſcit intuitiuè corpus Chriſti in Euchariſtia eſt Scoti in 4. q. 8. d. 10. probatur beatitudo non includit neceſſario tendentium ad hoc numero obiectum, ergo Antecedens probatur, vel includit, quia hoc obiectum pertinet ad obiectum beatificum, vel quia eſt præmium debitum actui fidei de hoc obiecto, ſed neutrum dici poteſt ergo; probatur minor, nam primum quia obiectum beatificum, vt ſuppono cum Scoto in 1. d. q. 2. primi ſent. & in 4. d. 49. & quo lib. 14. eſt Deus ſub ratione infiniti, ſiue ſub ratione Deitatis, ergo non vt includens corpus Chriſti, vel aliud creatum; neque ſecundum, nam ſi ſic, ergo quilibet Beatus videret actu omnia obiecta, quæ credidit, & ſic actu natiuitatem Chriſti videret, incarnationem, flagellationem, proditionem Iudæ pœnas damnatorum infuſionem gratiæ per Sacramenta, & alia his ſimilia, quæ quidem non videat, ergo ex nullo capite videt vt beatus, licet Deo oſten-

oſtendente poſſet videre per actum beatificum, & non beatificum, ſed pro nunc ſatis eſt demonſtraſſe, quod non pertinet ad eſſentiam beatitudinis; Viſum eſt quomodo Intellectus Viatoris, & Intellectus ex natura potentiæ poſſint, & non poſſint cognoſcere corpus Chriſti in Euchariſtiæ nunc videndum eſt de oculo corporeo, ex natura potentiæ, & per abſolutas Diuinas.

63 In primis corpus Chriſti in Sacramento à nullo corporeo oculo Viatoris per actum viſionis cauſatum immediatè ab oculo, & ipſomet corpore poteſt videri, eſt Scoti in 4. d. 10. q. 9. & comunis, patet experientia, & probatur ſic alia ſenſibilia, quæ cadunt ſub obiecto oculi non poſſunt videri, niſi ſint extenſa in ordine ad locum, & habeant omnia accidentia, quæ naturaliter ſequuntur ens materiali, & corporeum, ſed corpus in Euchariſtia nam hac tales conditiones ergo; Immò neque poteſt videri oculo beati, nam oculus glorioſus, ſeu beati per hoc quod glorioſus non habet pro obiecto aliquid aliud, quod non habeat oculus nam glorioſus, nec alio modo eſſentiali videt, quam non glorioſus, ergo eodem modo ei repugnat videre Chriſtum, vt hic ſicut non glorioſo, Neque per miraculum poteſt ab aliquo oculo corporali valentiam ipſius Chriſti, nam miraculum non ſuperat contradictionem at eſt contradictio, vt videatur corpus Chriſti corporaliter, vt hic ergo non poteſt ſuperari per miraculum, maior & euidens, minor probatur eſt contradictio, quod corpus aliquod ſit æquale alteri, & non æquale tale eſſet corpus Chriſti viſibile corporaliter in ſpecie: eſſet enim æquale ex ſuppoſitione viſionis in alio, & eſſet inæqualis ex ſuppoſitione exiſtentiæ Sacramentalis, & indiuiſibilis in loco.

64 In Sacramento Euchariſtiæ adſunt accidentia panis, & vini, Ita Scotus in 4. d. 12. q. 1. & 2. eſt quæ de fide ex Concilijs generalibus Lateran. 4. Florentino, & Tridentino infra citandis; Adſunt inquam omnia accidentia ſenſibilia non alia, probatur; experientia conſtat ea omnia quæ percipiuntur in pane ante conſecrationem percipi etiam poſt conſecrationem, ergo manent omnia ſenſibilia, Accidentia ſenſibilia panis, & vini manent in Euchariſtia ſine ſubiecto. Ita Scotus in 4. d. 12. q. 1. eſt quæ comunis, & de fide ex dictis Concilijs non indiget vlteriori probatione cum adſit conſenſus totius Eccleſiæ, & orthodoxorum; Accidentia vt ſine ſubiecto maneant non aquirunt nouum poſitiuum eſſe, ſiue abſolutum, ſiue relatiuum, Scotus vbi ſupra q. 1. ſi enim talia accidentia aquirerent nouum eſſe non fieret ſola conuerſio ſubſtantiæ, ſed etiam accidentium, quod eſt contra Concilia, & veritatem; ſi enim aquirerent aliquod nouum eſſe, eſſe eorum prius conuerteret in poſterius eſſe aquiſitum quod non eſt dicendum; ceſſaret quoque miraculum quo conſeruantur ſine ſubiecto.

65 Dum accidentia manent ſine ſubiecto licet auferatur ab eis accidentalitas, ſeu inherentia actualis manet tamen inherentia aptitudinalis, ita Scotus ibidem, nam inhærentia actualis eſt accidens per accidens, & ſeparabilis ab Accidenti, inherentia verò aptitudinalis tanquam proprietas accidentis eſt ab eo omnino inſeparabilis; Omnia accidentia, quæ ſunt in Euchariſtia ſunt ſine ſubiecto vltimato debet eſſe comunis de fide; nam omnia ſunt ſine ſubſtantia ſubiectante, ſed ſubſtantia eſt vltimatum ſubiectum, ergo talia accidentia ſunt ſine vltimato ſubiecto; ſola quantitas de facto caret ſubiecto proximo, Alia verò non, Ita Scotus d. 12. q. 2. probatur, ſi quantitas eſſet in ſubiecto nullo modo poſſet ſaluari, dictum Concilij Conſtantienſis ſeſſ. 8. accidentia manere ſine ſubiecto, omnia ſiquidem haberent aliquod ſubiectum, ergo neceſſario ex hoc principio concluditur quantitatem eſſe ſine omni ſubiecto non ſic alia accidentia, quæ vt dictum eſt ſunt in quantitatem, idem propriè loquendo miraculum operatur conſeruando potiſſimum quantitatem ſine quocumque ſubiecto, ſic per miraculum cætera acciden-

dentia panis, & vini ſicuti manent ſine ſubſtantia ſic poſſent conſeruari ſine quantitate.

66 Ex dictis patet, in illis accidentibus ſic manentibus, ſine ſubiecto fieri aliquam mutatio deperditiuam dum ſeparantur, nam omnia illa amittunt reſpectũ dependentiæ ad ſubſtantiam, à qua vltimate dependent; Accidentiæ Euchariſtiæ non poſſunt producere ſubſtantiam aliquam vt cauſæ principalis, ita Scotus in 4. d. 12. q. 5. & in ſecundo ſent. d. 18. nam accidens quodlibet eſt ſimpliciter imperfectius ſubſtantia, & ſi imperfectiuè poſſet ab imperfecto produci nulla daretur, ratio concludans à poſteriori neceſſario excellentiſſimam perfectionem cauſæ primæ, quia dici poſſet ad aliquod imperfectum deueniendum eſſe. Ita Scotus in 4. citato; Immò neque inſtrumentaliter producunt ſubſtantiam aliquam; nam non producunt vniuocè; nec æquiuocè nam vniuocè, quia ſubſtantia, & accidentia non ſunt eiuſdem ſpeciei, nec æquiuocè, quia ſunt imperfectione ſubſtantia; Accidentia nec vllum aliud agens naturale producere poteſt ſubſtantiam aliquam ex ſpeciebus conſecratis, ita Scotus d. 12. q. 6. Probatur, Nullum agens naturale poteſt creare, ſed ſi ſic produceret crearet ergo &c. minor probatur ageret ex nihilo, non enim ibi adeſt materia, aliaue ſubſtantia ex qua poſſit formam ſubſtantialem educere.

67 Saluari non poteſt productio taliũ ſubſtantiarum per productionem panis ſub illis ſpeciebus; ita quod à Deo prius producatur panis ſub illis deinde ab agẽte creato quod corrumpatur panis, & producatur alia forma in materia panis, ita Scotus vbi ſupra q. 6. probatur, quia ſic eſſet; & non eſſet Euchariſtia, eſſet ex ſuppoſitione, quia ſpecies adeſſent; non eſſet qui cum ſpeciebus daretur alia ſubſtantia; Euchariſtia autem de facto eſſe nõ poteſt cum alia ſubſtantia, quam Chriſti, neque ſaluari poteſt, quod Agens naturale producat nouam ſubſtantiam per hoc, quod Deus antecedenter producit nouam materiam, vel antiquam, quæ erat panis ex qua educit illam nouam ſubſtantiam, Ita Scotus ibidem; probatur ex eo; nam nequit aſſignari quando materia illa producatur, non ante deſtructionem ſpecierum, quia illis manentibus nequit regulariter eſſe ibi alia ſubſtantia præter Chriſtum; Item materia illa per cœlum tempus antecedens deſtructionem eſſet ſine forma, quod eſt miraculum, & pluralitas miraculorum reijcitur à D. Thoma, cum ſine fundamento non ſit admittenda.

68 Omnis, & tota ſubſtantia, quæ ex accidentibus Sacramenti producitur de facto à Deo immediatè producitur, ita Scotus vbi ſupra q. 6. nam talis productio fit abſque concurſu ſubiectio, ergo à ſolo Deo, probatur conſequentia, quia ſolus Deus operatur abſque dependentia ſubiecti; In hoc Deus ſupplet vicem naturæ; nam talis productio ſuppoſita alteratione ſufficienti exigitur à natura, iuxta Regulas potentiæ ordinatæ ſicut productio Animæ ſuppoſita organizatione à natura, ergo conſequentia eſt euidens, Illa enim actio eſt miraculoſa, quæ à natura diſponente non exigitur antecedens, probatur productio Animæ non dicitur miraculoſa, quia ad eam diſponit naturarum, iuxta potentiam ordinatam; Confirmatur ex Scoto in 1. diſt. 44. q. vnica, Agere ſecundum potentiam ordinatam in aliquo agente aliud non eſt niſi agere, ſecundum regulas præfixas à ratione recta talis agentis, agere autem per potentiam abſolutam eſt agere præter, vel contra tales Regulas præfixas, ſed actio illa productiua ſubſtantiæ ſuppoſita alteratione, & diſpoſitione accidentium Euchariſtiæ eſt ſecundum leges præfixas quibus operatur regulariter cum natura, vel coagendo, vel ſupplendo eius vicem ſi non ſufficiat natura, ergo non eſt miraculoſa; quia debita ordini naturæ præſcripto à Diuina prouidentia.

69 Defendi poteſt quod materia, quæ eſt in ſubſtantia noua producta cum accidentibus ſit antiqua, vel noua abſque vlla

re,

repugnantia colligitur ex Scoto in 4.d.12. q.6. probatur ex eodem materia annichilata non eſt magis nihil poſt annichilationem, quam ante Creationem, ſed ante Creationem potuit creari, ergo poſt annihilationem poterit recreari igitur teneri poteſt, quod ſit eadem materia, quæ prius; probatur 2. pars nihil prohibet dicere, quod producatur à Deo noua aliqua materia ſub aliqua noua forma à ſe producta ergo &c. Accidentia ſeparata poſſunt producere eaſdem qualitates reales, quas poterant coniuncta Scotus in 4.d.12. q.3. nam experientia conſtat, quod ſi ſpecies ſunt calidæ, & applicatæ alicui ſubiecto illud calefaciunt, ſic ſi ſpecies vini alteri admouentur; pro clara dictorum, & dicendorum notandum eſt dari duplices qualitates materiales, quaſdam reales, quaſdam verò intentionales; qualitas realis eſt quælibet qualitas potens afficere ſubiectum ſenſibiliter, & poteſt (vt quod) ſentiri tales ſunt 4. primæ qualitates, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas; & aliæ ſecundæ qualitates, vt albedo, odor, ſapor, & cæteræ, quæ à primis quatuor generantur; Hæ igitur omnes dicuntur qualitates reales ſenſibiles, quæ per ſe ſunt ab aliquo ſenſu perceptibiles; Intentionales verò ſunt imagines, ſeu ſimilitudines, ſeu ſpecies ſenſibilium; cum enim res non poſſint producere in ſenſu imagines ſui reales producunt intentionales.

70 Accidentia ſeparata poſſunt cauſare omnes qualitates, ſeu ſpecies intentionales, quas poterunt coniuncta, ita Scotus in 4.d.12.q.3. Thom.3.p.q.77.art. 3. probatur experientia, Accidentia illa ſentiuntur, & cognoſcuntur ſicut ante; videntur, tanguntur, guſtantur, cauſant phantaſmata, & per ea etiam intelliguntur; & licet talia accidentia ſuper naturaliter conſeruentur ſeparata, præfatus tamen actiones non ſupernaturaliter, ſed naturaliter operantur; nam eodem prorſus modo illæ actiones proueniunt ab illis accidentibus ſeparatis, ac ſi eſſent coniuncta, ſed coniuncta naturaliter eas facerent, ergo; Maior probatur, aliud miraculum reſpectu accidentium non fit, niſi quod conſeruam curſiuè ſubiecto, ergo ſicut ſi diuidantur hoc non fit ſupernaturaliter, ita neque ſi qualitates cauſant reales, vel intentionales. Mutatio ſecundum vbi ſtare poteſt cum permanentia Euchariſtiæ, ita Scotus in 4.d.10.q.4. & q.5. Nam fide creditur Euchariſtiam haberet eſſe redunt in manu Miniſtri conficientis, ſed & in Pixide in ſtomaco, & in omni alio loco ergo, Antecedens eſt Concilij Trid.ſeſſ.13.c.5. in quo comendatur Eccleſiæ ritus in deferendo corpus Domini proceſſionaliter.

71 Non omnis mutatio ſecundum qualitatem requirit deſtructionem Euchariſtiæ, ſed multæ manere poſſunt cum permanentia ipſius, nam nulla quantitas deſtruitur per receptionem ſpecierum à ſenſibilibus cauſatarum, ergo à primo ad vltimum non omnis mutatio ad qualitatem pugnat cum Euchariſtia; Aliqua tamen mutatio ad qualitatem ſtare non poteſt cum Euchariſtia, Scotus loco cit.q.5. nam ea alteratio pugnat cum Euchariſtia, quæ pugnaret cum pane ſi ibi eſſet, ſed aliqua pugnaret cum pane ergo; minor patet ex Scoto q. 6. Aliqui gradus qualitatis ſtare non poſſunt cum forma panis, & patet experientia, ſi enim multo tempore calefiat, vel humectetur panis tandem deſtruetur. In accidentibus Euchariſtiæ fieri poteſt aliqua mutatio ſecundum quantitatem permanente Sacramento, eſt Scoti vbi ſupra; nam accidentia illa poſſunt rarefieri, & condenſari permanente Euchariſtia, ſed condenſatio, & rarefactio ſunt motus ad quantitatem, ergo, maior patet de accidentibus vini, quæ facilè poſſunt condenſari, & denuò rarefieri minor ſupponitur ex phyſicis, quia rarefactum occupat maiorem locũ, ergo habet maiorem quantitatem, ſicut condenſatum minorem.

72 Defendi non poteſt, quod in condenſatione, vel rarefactione ſpecierum Euchariſtiæ cum eius permanentia mutetur tota quantitas antiqua, & aquiratur no-

noua tota eſt Scoti, in quarta diſtinctione 12. quæſtione quarta, nam primo eſt contra rationem ſacramenti; nam de ratione ſacramenti eſt eſſe Chriſtum ſub ſpeciebus conſecratis, ſed quantitas illa noua non eſſet conſecrata, 2. de ratione ſacramenti eſt tamdiù durare, quamdiù durat quantitas panis, vel vini conſecrata, ergo noua illa quantitas, ſiue in rarefactione, ſiue in condenſatione aquiſita non ſtaret cum ſacramento, ergo &c. De parte quantitatis non eſt ſic dicendum; nam noua pars quantitatis addita præcedenti illam non deſtruit, ergo motus ad partem illam nouam non repugnat Euchariſtiæ, patet conſequentia; illa repugnat, quæ deſtruit accidentia Euchariſtia; Antecedens probatur, primo quantitas non eſt contraria quantitati, 2. in augmentatione per nouam partem quantitatis non deſtruitur antiqua, tertio patet remanere eadē accidentia, quæ prius, vt ſapor calor odor, motus ad quantitatem in rarefactione, & condenſatione ſpecierum; fit à Deo probatur, quia agens nequit producere ſine ſubiecto, niſi tota auertatur philoſophia; nullum enim eſt aſſignabile in tali mutatione non ſubſtantia Chriſti, quia non ſubiectat non alia quæ non adeſt; non quantitas quia ſicut materia non eſt ſubiectum materiæ, nec qualitas qualitatis, ita nec quantitas quantitatis.

73 Motus in quantitate Euchariſtiæ per rarefactionem fit ab Agente creato, nam ad hunc motum non requiritur, niſi quantitas extenſa, habens partes vnitas, nec impedit hunc motum carentia ſubiecti; Motus ad quantitatem ſecundum appoſitionem poteſt etiam fieri ab Agente Creato probatur, poteſt creatura ſpeciebus vini miſcere vinum, & naturaliter illas cum hoc vnire ſicut alias partes vini, ergo &c. Antecedens probatur; poteſt naturaliter fieri circa ſpecies quicquid fieret ſi non eſſent conſecratæ, ſed tunc naturaliter connaturaliter coniungerentur per appoſitionem alterius, ergo Alioquin dicendum eſſet omnes motus factos, circa Euchariſtiam eſſe miraculoſos, igitur vnio ſpecierum cum alio liquore fit ab Agente naturali; ſimiliter motus diſponens ad augmentum, ſeu diminutionem quantitatis per rarefactionem, & condenſationem fit ab Agente Creato; Ita Scotus, nam ſatis motus eſt, eſt alteratio, & fit in ſubiecto, ergo; Antecedens patet, nam condenſatio non fit niſi præcedat maximum frigus, vel in aliquibus maximus calor patet de ſpiſſatione Luti, ſic rarefactio fit per calorem inductum in corpus rarefactibile, vt oleo, cera, &c. In Sacramento autem quantitas poteſt eſſe ſubiectum harum alterationum.

74 Omnes qualitates Euchariſtiæ poſſunt deſtrui ab Agente creato, ita Scotus in 4. diſtinctione 12. quæſtione 5. & ratio eſt, quia ſi eſſent ſeparata coniuncta poſſent deſtrui ergo, & ſeparata; eo vel maximè, quia talis deſtructio fieret in ſubiecto proximo nimirum in quantitate; Secus dicendum de ipſa quantitate ſeparata Euchariſtiæ, quæ non niſi à Deo corrumpi, & deſtrui poteſt; Agens verò creatum eam deſtruere non ei poteſt, quia ſolus Deus poteſt operari, ſine concurſu ſubiecti, & talis quantitas cum ſit ſine ſubiecto non poteſt deſtrui, niſi per annihilationem, quæ eſt proprium opus Dei; Vlterius ſi illa quantitas poſſet deſtrui ab Agente Creato poſſet etiam extra ſubiectum produci; non enim maior virtus requiritur ad deſtruendum, ſine ſubiecto quam ad producendum: ſi cum ſpeciebus vini conſecratis, tantus liquor alterius ſpeciei miſceatur, vt ſi ibi eſſet vinum corrumperetur deſinit eſſe Euchariſtia; ſi verò tantus non ſit vt deſtrueret, ſed permaneret vinum non deſinit eſſe Euchariſtia, probatur eędem mutationes poſſunt fieri cum permanentia Euchariſtiæ, quæ fierent ſi ſubſtantiæ illæ panis, & vini permanerent, Ergo quæ deſtruunt eas ſubſtantias deſtruunt Euchariſtiam, quæ verò eas ſubſtantias non deſtruunt, neque Euchariſtiam, vt ſupra oſtenſum eſt.

75 Si ſpeciebus conſecratis miſceatur vinum in tanta quantitate, vt ſpecies nequeant remanere ſenſibiles, ſed reducantur ad minima inſenſibilia ceſſant eſſe Sacramentum, ſi verò tantum ſit, vt perſeuerare poſſint cum ſua ſenſibilitate non ceſſant eſſe Sacramentum; Nam Euchariſtia ex Concilio Tridentino eſt Sacramentum ſenſibile ſicut, ergo ſi fiat tranſmutatio aliqua per mixtionem, vt reddatur inſenſibile non erit Sacramentum, & è conuerſo ſi non amittat ſenſibilitatem rei in qua fundatur, perſeuerat in ratione Sacramenti; Quando liquor diuerſæ ſpeciei mixtus, cum ſpeciebus vini excedit illas in magnitudine probabiliter tenendum eſt deſtructam eſſe Euchariſtiam, ſi verò non excedat tenendum eſt oppoſitum; nam tandiù manent ſpecies Euchariſtiæ, quamdiù cum proprijs ſubſtantijs manerent, ſed ſi cum iſtis fieret mixtio alterius liquoris cum exceſſu hic deſtruit vinum, ergo & ſpecies, minor probatur ex mixtione lactis, olei, & aquę cum vino ex qua colligitur deſtrui vinum, & aliquid aliud generari, confirmatur niſi vinum ſuperetur ab alio liquore non deſtruitur, ergo nec ſpecies deſinunt eſſe Sacramentum.

76 Solus Sacerdos poteſt conficere Sacramentum Euchariſtiæ eſt de fide, opinio Scoti in 4. diſt. 13. qu.2. cum cæteris Scholaſticis, probatur ex cap. finali de Summa Trin. vbi habetur; Hoc Sacramentum nemo poteſt conficere niſi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus ſecundum Claras Eccleſiæ, idem docet Concilium Tridentinum ſeſſ. 23 cap.4. & definit Can. 1. Omnis Sacerdos quocumque cenſura, inhabilitate vel quouis alio impedimento irretitus, dummodò poſſit verba conſecrationis proferre, & intentionem habeat conficiendi validè conficit; Nam talis poteſtas non datur ab homine principaliter, ſed à Deo, ergo per nullam inhabilitatem ab homine deuenientem poteſt auferri, conſequentiam probatur, ab eo ſolo poteſt auferri à quo confertur: & quamuis talis poteſtas poſſit ab homine impediri, quo ad licitam executionem, non tamen ad validum miniſterium, Dices Hæretici non poſſunt habere intentionem Eccleſiæ, quia non tenent Romanam Eccleſiam pro vera, ergo non poſſunt conficere; Reſpondetur negando antecedens, nam licet non tenerent articulum Romanæ Eccleſiæ, poſſent tamen tenere dari Eccleſiam ſponſam Chriſti; & cum intentione veræ Eccleſiæ præſcindendo ab hac, vel illa adhuc facerent; vel intentione faciendi, quod vult Chriſtus, vel cum intentione faciendi determinatè Sacramentum tale, & idem de baptiſmo dicendum eſt.

77 Ad faciendam validè Euchariſtiam ſufficit ſi Sacerdos ſuper panem triticeum, & ſuper vinum vitis cum intentione faciendi proferat verba conſecrationis eſt comunis probatur, ex Florentino Concilio poſt vltimam ſeſſionem quodlibet Sacramentum tribus perficitur materia forma, & intentione Miniſtri; Ad faciendam licitè præter dicta requiritur, vt Sacerdos non exiſtat in peccato mortali eſt comunis cum Scoto in 4. diſt. 13. qu.2. ſumma puritas requiritur ad ſummam puritatem tractandam, & ideò probet ſe ipſum homo, inquit Apoſtolus 1. Cor. 11. & ſic de pane illo edat; Deinde ad licitè conficiendum requiritur etiam in Sacerdote quod careat pœna canonica prouenienteſiue ex defectu, ſiue ex delicto; Alia paſſim enumerantur requiſita ad licitè conficiendum, ſed quia ſunt comuniter obuia, breuitatis cauſa relinquuntur. Conſacrare in vna tantum ſpecie eſt illicitum. Ita Scotus in 4. d.8. q.3. probatur ex d.2. de conſecr. cap. comperimus; præceptum conſecrandi in duplici ſpem eſt de iure Diuino eſt Scoti ibidem; nam ex praxi Eccleſiæ Catholicæ, quæ ſemper dum de cōſecr. Euchariſtiæ loquitur, ſiue in concilijs, ſiue extra ſupponens tanquam inalterabilem duplicis materiæ conſecrationem de illis abſque diuiſione loquitur.

78 Si duo Sacerdotes ſimul conſecrant

vnum

vnum numero materiam aptam, ita vt ſimul compleant verba formæ eſſentialia validè faciunt Euchariſtiam; hoc probat conſuetudo Eccleſiæ Romanæ, quæ permittit, & præcipit vt omnes Sacerdotes nouiter ordinat cumEpiſcopo conſecrent alias Eccleſia præciperet inualidam conſecrationem; In talibus ſic ſimul conſecrantibus omnium verba concurrunt, vt cauſa talis Sacramenti dummodo ſimul abſoluant, ſeu compleant verba conſecrationis, alias priora tantum cauſant alia poſteriora ſe habent ac ſi non proferrentur, vel vt prolata abſque materia, In conſecratione Epiſcopi, cum Sacerdotibus omnes nedum inualidè, ſed etiam licitè faciunt eſt comunis abſque controuerſia; Ad ſaluandum incomoda, quæ ex tali ſimultanea plurium conſecratione cum Epiſcopo videntur ſequi, ſufficienter ſaluari, & incomoda per ſe vitari, ſi dicatur omnes habere intentionem conſecrandi cum Epiſcopo, & ſimul cum eo proferre Verba, & quantum eſt de ſe ſimul abſoluere verba eſt Alenſis in 4. p. q. 10. memb. 5. art. 2. §. probatur prima pars; nam in more Eccleſiæ hoc eſt, & in Pontificali præcipitur monendos eſſe ordinatas, vt intendant facere cum Epiſcopo, & cum non præueniant, probatur 2. pars. Incomoda quæ ſequuntur ſunt, nec omittatur ſacrilegium proferendo verba ſuper materiam conſecratam, & ne Epiſcopus, qui eſt principalis celebrans nihil aliquando agat, ſed potius peccet conſecrando verum rem conſecratum.

79 Diſpenſatio Euchariſtiæ nullo iure Diuino eſt prohibita alijs à Sacerdotibus, ſed ſolis Sacerdotibus iure ordinario competit Scotus in 4. diſtinct. 13. Alenſis 4. par. quæſt. 11. membr. 1. D. Thomas 3. par. quæſtione 82. articul. 3. probatur ex Concilio Niceno Canone ſecundo, & colligitur etiam ex Tridentino ſeſſione 13. capit. 3. Diacono non competit de iure diſpenſare, ſed ex delegatione Sacerdotis patet ex legenda glorioſiſſimi Martyris Laurentij, quando dicebat Sancto Sixto Pontifici experire vtrum Miniſtrum, Idoneum legeris cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem, ergo ex commiſſione diſpenſabat ſanctus Laurentius; Laicus nullo modo competit Euchariſtiam miniſtrare, ſic Scotus, vbi ſupra; poſſet à Summo Pontifice, ſolo tolli hæc prohibitio, & declarari, vt in caſibus neceſſitatis committi, poſſet etiam Subdiaconis, Clericis minoribus, immò, & Laicis hæc diſpenſatio Euchariſtiæ, nam miniſtratio, ſeu diſpenſatio Euchariſtiæ, non eſt confectio Euchariſtiæ, ergo licet conficere, & primario diſpenſare competat determinato Miniſtro, tamen diſpenſare ex commiſſione poteſt alijs competere.

80 In nullo caſu etiam extremæ neceſſitatis, vt belli mortis &c. licet Laicis, vel Clericis, aut Subdiaconibus diſpenſare Euchariſtiam, neque à ſemetipſis eam ſumere ex ſacrario, vel alio loco Scotus in 4. diſtinctione 13. quæſtione 2. probatur, facultas diſpenſandi licitè in eis reſidet, ſiue de iure ordinario, ſiue ex delegatione quibus eſt à Deo explicitè de mandata, aut commiſſa, vel ab Eccleſia declaratum eſt eſſe eis principaliter demandatam, vel commiſſam, ſed ex iure Diuino non apparet commiſſa præfatis perſonis ſumendi Euchariſtiam pro ſe ipſis, neque Eccleſia declarauit eſſe commiſſum eiſdem Subdiaconis, ergo &c. Diaconus in quocumque caſu neceſſitatis poteſt licitè à ſe ipſo Euchariſtiam ſibi diſpenſare, ſeu pro ſe ſumere; probatur; poteſt alijs dare in caſu neceſſitatis, ergo & ſibi poteſt miniſtrare conſequentia, probatur; nam non eſt peioris conditionis cæteris; Sacerdos in caſu neceſſitatis, ſi non poteſt celebrare, poteſt extra Miſſam ſibimet Euchariſtiam diſpenſare; probatur à Fortiori de Diacono; poteſt alijs extra Miſſam dare, ergo & ſibi; Item quod nullo iure eſt prohibitum, eſt licitum, ſed non apparet

prohibitio huius diſpenſationis in præsbytero ergo.

81 Non omnis Sacerdos poteſt licitè diſpenſare Euchariſtiam eſt comunis, ſed illi tantum Sacerdotes, qui iuriſdictionem habent inſumentes, vel ordinariam, vel delegatum à Paſtore immediato, ſeu infimo, vt Parocho, ſiue medio, vt Epiſcopo ſiue ſupremo vt Papa; prob. ex clement. de priuilegijs cap. Religioſi vbi habetur, ne Religioſi præſumant miniſtrare Euchariſtiam Laicis, aut Clericis abſque Parochi licentia; ergo cum ſola dependentia à iuriſdictione; Poſſunt Regulares ex priuilegio, ſeu ex delegatione Papæ in Eccleſijs proprijs diſpenſare omnibus fidelibus Euchariſtiam excepto die Paſchæ, vel circa ipſum tempore in quo debent fideles ſatisfacere præcepto Eccleſiæ in Eccleſijs proprijs; probatur hoc priuilegium ex Conceſſione Nicolai V. & Sixti IV. qui, vt ex priuilegijs ordinis minorum habetur, & ex Rodriq. tom. 1. q. 9. Regularium q. 54. art. 3. conceſſerunt hoc priuilegio, & diſpenſationem noſtris fratris minoribus, deinde per comunicationem omnibus Religioſis videtur eſſe conceſſam; Alij ſimplices Sacerdotes, qui neque ſunt Paſtores, neque Religioſi non poſſunt Euchariſtiam diſpenſare, niſi ex commiſſione Paſtoris Papæ, vel Epiſcopi, vel Parochi ſaltem interpretatatiua.

82 Sacerdos pluribus impeditur ad licitè diſpenſandam Euchariſtiam 1. Hæreſi, vel ſchiſmate ex Scoto in 4. diſt. 25. quia per Hæreſim, & ſchiſma priuantur communicatione actiua, & paſſiua fidelium; ſecundo Simonia ex Scoto loco citato; & cap. præter hoc diſt. 32. Tertio, fornicatione publica, & priuata, & quolibet peccato mortalis eſt comunis, ſecundo nullus ligatus pœna aliqua canonica poteſt licitè diſpenſare Euchariſtiam, Scotus vbi ſupra, Ideoque ex comunicatus, vel depoſitus, vel degradatus, vel infamis, vel irregularis, vel interdictus, vel ſuſpenſus hoc facere non poteſt; probatur primo, quia omnis pœna canonica, ex Scoto ibidem arcet punitum ab exercitio gradus, ſeu dignitatis Eccleſiaſticæ, ergo impeditur ad licitè diſpenſandam Euchariſtiam, conſequentia eſt euidens, nam miniſtrare Euchariſtiam eſt exercitium Sacerdotale, vel Diaconi ex eius licentia, Inſuper prædictæ pœnæ Eccleſiaſticæ regulariter non infliguntur, niſi ob peccatum mortale, quod impedit licitam diſpenſationem Euchariſtiæ, His tamen non obſtantibus à quocumque præfatorum miniſtretur Euchariſtia quantum eſt de ſe ſemper producit effectum ſuum, eſt communis; Dictum eſt, quantum eſt de ſe, nam ſi recipiens cooperatur peccato miniſtrantis, eo quod ſcienter ab eo recipiat peccat, & non habet fructum ſuum ex Euchariſtia.

83 Euchariſtia eſt Sacramentum neceſſarium ad ſalutem eſt Scoti in 4. d. 1. qu. 2. vbi definit Sacramentum, & ſic eſſe ordinatum ad ſalutem hominis Ita Diuus Tho. 3. p. q. 65. ar. 4. Aleuſ. 4. p. q. 11. memb. 2. art. 4. Euchariſtia eſt Sacramentum ordinatum ad ſalutem hominis *Viatoris*, eſſe autem ordinatum ad *ſalutem*, & *eſſe* ad ſalutem neceſſarium idem ſunt licet de modo neceſſitatis ſit lis Euchariſtia, non eſt neceſſaria, & quia conferat primam gratiam, quia recipiens præſupponitur eſſe in gratia: non enim Euchariſtia eſt Sacramentum mortuorum, ſed viuorum; Euchariſtia eſt Sacramentum neceſſarium ad ſalutem neceſſitate præcepti Diuini non Eccleſiæ tantum, probatur primo ex illo Ioannes 6. niſi manducaueritis Carnem filij Hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam &c. nam hic modus loquendi eſt idem cum illo Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto. Ita mens Scoti, quæ colligitur ex varijs locis ſuæ doctrinæ potiſſimum ex 4. diſtinct. 2. quæſt. 1. vbi docet Deum ad ſalutem hominis inſtituiſſe Sacramenta, & quattuor ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Pœnitentiam, & Euchariſtiam eſſe neceſſaria omni homini, ergo à Deo in-

inſtituente debuit innoteſcere neceſſitas præcepti.

84 Paruuli ante annos diſcretionis non tenentur ad vſum Euchariſtiæ, ita ex Scoto in 4. d. 9. & modo eſt de fide ex Concilio Lateranenſi de pęnitentijs, & remiſſ. cap. omnis vtriuſque ſexus. Idem habet etiam Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. can. 9. & ſeſſ. 21. can. 4. Item Adulti à menſes, vel phrenetici, ſi habeant lucida interualla; ſimiliter energumeni Adulti; Item Hæretici, Schiſmatici, alijque excomunicati tenentur ad præceptum nedum Diuinum, ſed etiam Eccleſiaſticum annuæ comunionis debito modo exequendæ ſicut, & omnes Catholici adulti, tandem omnes Infideles obligantur præcepto Diuino ad comunionem ordinat exequendum ſuppoſita cognitione Euangelij, probatur, omnes ſunt Deo ſubdito, ergo omnes tenentur ad legem eius, & ſi nō tenerentur ad comunionem, ergo nec ad Baptiſmum, nec ad Decalogum, neque eſſet maior ratio de vno quam de alio, qui enim aut niſi quis renatus fuerit ex aqua, ait etiam niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. & ſerua mandata; Dictum eſt ſuppoſita cognitione Euangelij, quia nullus tenetur ad incognitum Ignorantia enim inuincibilis Euangelij excuſat ab eius obligatione; nam ait Saluator. Ioann. 15. ſi non veniſſem, & locutus eis non fuiſſet peccatum non haberent.

83 Nunquam fuit nec modo eſt præceptum Diuinum, aut Eccleſiaſticum de comunione, ſub vtraque ſpecie pro Laicis, ſiue Clericis non conficientibus eſt Scoti in 4. d. 8. q. 3. Alenſis p. 4. q. 11. mem. 2. art. 3. D. Thomæ 3. p. q. 8. art. 12. Ita Concilium Trid. ſeſſ. 21. & Can. 1. quo declaratur, nullo pacto Laicos, aut Clericos non conficientes obligari ad vtramq; ſpeciem; In quibus non conficientibus talis comunio non eſt neceſſaria ad ſalutem, probatur ex eodem Concilio ibidem: Verum eſt tamen fuiſſe aliquando licitum ex permiſſione Eccleſiæ comunicare, ſub vtraque ſpecie cuicumque non conficienti, probatur ex facto Chriſti, & Apoſtolorum: Hi enim in vltima Cœna non confecerunt, & tamen ſub vtraque ſpecie comunicarunt, probatur 2. ex dictis D. Pauli 1. Cor. 11. vbi ait; De pane illo edat, & de calice bibat; & confirmatur Concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 2. dicente morem frequentem comunionis ſub vtraque ſpecie fuiſſe in Eccleſia. Immò in Eccleſia Græca ſemper viguit, neque à Concilio Florent. de hoc fuit reprehenſa: Hunc eſt illicita talis comunio eodem Concilio ſic declarante ſeſſ. 21. cap. 2. & ſeuerè prohibente can. 2. Idem fuerat decretum in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 13. & Baſileenſi ſeſ. 30. licet non fuerit confirmatum in alijs.

84 Quinque mouerunt Eccleſiam ad prohibendam comunionem ſub vtraque ſpecie, Primum fuit Hæreſis eorum, qui negant totum Chriſtum cum corpore, & ſanguine eſſe ſub ſpecie panis, ſecundum propter comodum diuerſarum nationum, quæ carent vino, vt mos vniuerſalis eſſet in Eccleſia; Tertium vt appareret non eſſe præceptum Chriſti de comunicando, ſub vtraque ſpecie, vt contendebant Bohemi; Quartum quia multi faſtidiunt vinum; Quintum ob periculum effuſionis, quia in tanta multitudine eſt maximum periculum ne aliqua guſtu in terram decidat, & quamuis hæc ſingula motiua non ſint cauſa adæquata ad huiuſmodi prohibitionem faciendam; Tamen dici poteſt omnia hæc ſimul facere vnum motiuum adæquatum; Cum illis enim occurritur erroribus incomodis, & ſchiſmatibus, nec non & negligentiæ fidelium in tractandis rebus diuinis, quæ non ita facilè defendi poteſt in antiquis, qui maiori deuotione, & diligentia accedere poterant ad poculum ſanguinis; tamen cum non ſit prohibitam iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico ab eadem Eccleſia poſſet permitti à qua manauit prohibitio; Ideoque à ſolo Summo Pontifice ob rationabiles cauſas, vel ab ipſo generali Concilio legitimo poſſe nedum priuatæ Perſonæ, ſed Populo nationi, vel Regno permitti certum eſt.

85 Sed ex Verbis Chriſti Ioannis 6. inſurgit magnum dubium contra prædicta; Dicit enim, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis; deinde qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem &c. quibus Verbis, & ſumptionem, & res ſumendas præcipit, ergo nedum eſt præceptum Domini, ſed neceſſarium ſic facere; Huic obiectioni varij Doctores variè reſpondent; quibus reſponſionibus relictis ſic verius reſponderi poteſt, & dicere ad totam Eccleſiam fidelium directa eſſe Chriſti Verba, ſed non obligare ſingulos de Eccleſia, certum eſt enim obligare Miniſtros conficientes, vt notat in 4. diſt. 8. q. 3. ex diſt. 2. de conſecr. cap. relatum non tamen voluit Chriſtus obligare ſingulos de Eccleſia, vt Patres Tridentini Concilij decernunt in ſeſſ. 21. cap. 1. quorum Verba ſunt, ſed neque ex ſermone illo Ioan. 6. rectè colligitur vtriuſque ſpeciei comunionem à Domino præcepta eſſe, vt iuxta varias Sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligitur, Namque qui dixit niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis dixit quoque, ſi quis manducarit ex hoc pane, viuet in æternum; & qui dixit qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo dixit nihilominus, qui manducat hunc panem viuet in æternum, non ergo ex Verbis Chriſti inſurgit obligatio Diuini iuris quoad omnes.

86 Ieiunium naturale illius diei in qua debet ſuſcipi Euchariſtia regulariter eſt neceſſarium ad eam licitè recipiendam Euchariſtiam, ita Scotus in 4. d. 8. q. 3. probatur ex Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 13. dicente inter cætera Sacrorum Canonum authoritas laudabilis, & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſeruauit, & ſeruat quod huiuſmodi Sacramentum non debet confici poſt Cœnam, nec à fidelibus recipi non ieiunis niſi in caſu infirmitatis, vel alterius neceſſitatis à iure, vel Eccleſiæ conceſſo, vel admiſſo; hæc diſpoſitio ieiunij cœpit à tempore Apoſtolorum, probari poteſt ex 1. Cor. cap. 11. vbi Apoſtolus reprehendit eos qui pranſi, vel cœnati accedebant ad comunicandum dicens alius quidem eſurit alius autem ebrius eſt, munditia corporis à pollutione, ſiue caſuali, ſeu peccaminoſa, & à Coitu, ſiue illicito ſi præcedat debita confeſſio; ſiue contritio non eſt diſpoſitio neceſſario requiſita ex parte corporis ad licite ſumendam Euchariſtiam, ita vt oppoſitum ſit mortaliter peccatum; congruum tamen eſt in huiuſmodi caſibus abſtinere in illa die à comunione ſi neceſſitas non vrgeat; videtur comunis cum Alenſe noſtro in 4. p. q. 11. art. 2. §. 3. & D. Bonau. in 4. diſt. 12. par. 2. qu. 3. Vix enim poteſt eſſe aliqua deuotio cum illa carnali commotione, ideò talis abſtinentia perſuadetur vt congrui.

87 Ad validè recipiendam Euchariſtiam nulla requiritur diſpoſitio, nec Animæ, nec corporis, probatur Euchariſtia non ſit Sacramentum dum recipitur, vel non ſed eſt tale ante perceptionem, ergo ad eius validitatem, nihil facit *actus percipiendi*; 2. Iudæ indiſpoſito data fuit vera Euchariſtia, verumque Chriſti corpus, & ſanguinem ipſe recepit, 3. canit Eccleſia, ſumunt boni, ſumunt mali, 4. ſi in lutum proijciatur non ceſſat eſſe Euchariſtia, 5. quamdiu perſeuerant ſpecies conſecratæ perſeuerat Euchariſtia, & hoc eſt de fide, vt viſum eſt ergo à quocumque recipiantur ſi perſeuerant ſpecies validè Euchariſtia percipitur; Ad licitè recipiẽdam Euchariſtiam requiritur fides nedum ac habitualis, ſed actualis eſt comunis, probatur Hæbreorum 11 vbi dicit, ſine fide impoſſibile, & placere Deo. Item Euchariſtia eſt Sacramentum viuorum, ergo requiritur fides, ergo, nam vita ſpiritualis non datur ſine ſpe, & Charitate; Ad ſumendam licitè Euchariſtiam requiritur voluntas ſumendi; ſiue actuali, ſiue virtualis, quia ſumptio eſt actus humanus, & moralis capax bonitatis, & malitiæ, ergo ad eum requiritur voluntas ſumendique eſt primum requiſitum ad moralitatem;

Item

Item requiritur ſtatus gratiæ eſt de fide, eſt quoque comunis cum Scoto in 4. diſt. 9. vnica quæſt. probatur ex D. Paulo 1. Cor.cap.11. probet autem ſe ipſum homo &c. qui enim manducat, & bibit indignè per manducare autem, & bibere indignè Gloſſa intelligit in peccato mortali; Hoc confirmatur Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap.7.

88 Si ſuſcipiens ſit in peccato mortali ad ſuam probationem non ſufficit contritio, ſed requiritur confeſſio eſt Scoti in 4. diſt.9.q.vnica;& D.Thomæ 3.p.q.80.art. 5. probatur ex Concil.Trid.loco citato,& ſeſſ.13.can.11. Hoc præceptum; Probet &c. eſt præceptum Diuinum ſicut,& confeſſionis in eo incluſæ, vt colligit Trid. ſeſſ.13.cap.3. probatur. Omnia præcepta legis Veteris datæ per Moyſen ſunt præcepta Dei licet Moyſes videatur à ſe præcipere, ergo etiam præcepta Apoſtolorum potiſſimè ſi ſunt relata in ſcriptura ſacra ſicut eſt hoc. Probet &c. poteſt dari Caſus in quo ſit neceſſitas comunicandi, & non ſit copia Confeſſarij tunc ex Trid. ſeſſ.13. cap.7. contritio ſatis erit cum voto quam primum confitendi; Dicitur autem quis non habere copiam confeſſarij tribus caſibus,primo quando realiter non eſt præſens in loco vbi peccator comunicari debet, 2. quando eſt præſens, ſed caret iuriſdictione neceſſaria,3.quando cõfeſſarius eſt realiter præſens cum ſufficienti iuriſdictione, ſed peccator pœnitens rationabiliter timet periculum infamiæ, vel alterius graui damni ex reuelatione ſecreti ſacramentalis.

89 Effectus ſanctiſſimæ Euchariſtiæ in ſuſcipiente primus eſt cauſare gratiam ſanctificantem; ex Concilio Florentino in decretis fidei 9.Tertium eſt, & Concilio Tridentino ſeſſ.17.can.8.dicente Anathema ijs qui dixerint per Sacramenta nouæ legis non conferri gratiam vinum ponente obicem; Intellige augmentum gratiæ, quia Euchariſtia regulariter non confert primam gratiam, ſed augmentum eius; Poteſt tamen probabiliter defendi, quod in aliquo caſu Euchariſtia cauſare poſſit primam gratiam colligi poteſt, ex Scoto in 4.diſt.9. q.vnica; probatur ſi quis examinans ſe, & inuincibiliter oblitus, alicuius peccati mortalis probat ſe dignum poteſt accedere ad Euchariſtiam, tunc hæc cauſabit gratiam non ſecundum,ergo primam; Probatur maior,dignitas requiſita ad Euchariſtiam eſt dignitas humano modo cognoſcibilis, inquit Scotus alioquin deberet expectari reuelatio Diuina de dignitate ſumentis, ſed tali inuincibiliter oblito non remittitur peccatum, hoc enim non tollitur niſi per confeſſionem, vel contritionem cum voto confeſſionis, tali oblato non eſſet infuſa gratia, quam perdidit per peccatum, ergo reciperet bona fide putans ſe dignum, nec peccatum mortale inuincibiliter ignoratum, non poteſt eſſe obex ad gratiam recipiendam.

90 Hinc ſequitur ſecundus effectus Euchariſtiæ nimirum cauſare delectionẽ peccati mortalis aliquando, ſcilicet in accedente bona fide cui non eſt remiſſa culpa, & ipſe non ponit obicem ad Euchariſtiam,quia inuincibiliter eſt oblitus, ergo cum virtute Euchariſtiæ in eo debet cauſari gratia,quæ regulariter non poteſt ſtare cum mortali, virtute illius deletur illud mortale latens. Ita Scotus loco cit. Tertius effectus Euchariſtiæ eſt præcauere mortalia ne comitamur. Ita Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 2. vbi ait Euchariſtia eſſe antidotum quò à quotidianis liberamur. Culpis, & à mortalibus præſeruamur, ex quibus Verbis nobis innoteſcit, 4. effectus Euchariſtiæ, nempè liberare à culpis quotidianis, ſcilicet à Venialibus, ita Alenſis 4. p. q. 10. memb.8. art.1.§.1. D.Thomas 3.p.q.79. art. 8. ad 3. D. Bonauentura in 4. diſt. 12. p.2.art.1.q.2. colligi etiam poteſt,ex Scoto in 4.d.q.vnica; & confirmatur, ex Catechiſmo Romano Pij V. vbi de Euchariſtiæ effectibus, ait remitti in Euchariſtia leuiora peccata, quæ venialia dici ſolent, non eſt quod dubitari debeat; alios effectus cauſat Euchariſtia indignè ſumente, qui breuitatis cauſa relinquunt,

cum paſſim legantur in libris ſpiritualibus, & moralibus;

De pænitentia vt virtus & vt Sacramentum eſt. Articul. 7.

1 Mirum eſt quantum abhorreant noſtri Hæretici, quibus tantum comoda dulcia, & concupiſcibilia placent à virtute, & Sacramento pænitentiæ tanquam freno ſuarum cupiditatem, quæ tamen deberet eis placere tanquam efficaciſſimum antidotum, & medela ſuarum infirmitatum ſpiritualium, & ſecunda Tabula oportuniſſima in caſibus ſuorum peccatorum, quibus merguntur miſerabiles in profundum; Nos pro tenuitate noſtra pænitentiam amplectimur, & hic de ea ſufficiẽtem de ea habere ſermonem ſtatuimus, quantum ex alto nobis conceſſum fuerit, & quatenus eſt virtus, & quatenus eſt Sacramentum; Conueniunt autem pænitentia virtus, & pænitentia Sacramentum, & differunt; conueniunt 1. in nomines, & ethimologia eſt enim illis comune nomen pænitentiæ, quod à pæna nuncupatum eſt, vt idem ſit pænitere, quod pænam tenere, & à D. Auguſtino dicatur pænæ tenentia, & ab Iſidoro punientia, 2. conueniunt in ratione vtilis Medicinæ ad delendum peccatum actuale, & neceſſariæ ſi illud mortale ſit, & cum debita proportione applicatur, 3. comunis eſt vtrique illa metaphora, qua pænitentia dicitur, 2. Tabula poſt naufragium per illam enim aliud quam neceſſitas pænitentiæ non ſignificatur, conueniunt, 4. in materia circa quam verſatur, ſcilicet circa peccatum actuale, 5. conueniunt, quia vtraque iterari poteſt.

2 Differunt primo definitione, nam Sacramentum vt ſic conſtituitur in ratione ſigni, virtus verò in genere habitus, vel actus 2. differunt in aliquibus proprietatibus, quæ has rationes comitantur; 3. quia pænitentia Sacramentum eſt actus exterior, & vt virtus eſt actus interior, 4. quia virtus, & Sacramentum comparantur vt totum, & pars, nam virtus per actum ſuum eſt pars Sacramenti pœnitentiæ, quod componitur ex actibus pænitentiæ, & abſolutione Miniſtri, 5. in modo cauſandi remiſſionem peccati, & gratiam, Vtrumque enim eſt cauſa gratiæ, & remiſſionis peccati, ſed diuerſo modo, nam virtus eſt tantam cauſa diſponens Sacramentum eſt cauſa efficiens non phiſica, ſed moralis 5. differunt in origine, & antiquitate, nam virtus pœnitentiæ eſt longè antiquior Sacramento, hoc enim in lege noua ortum habet ex inſtitutione Diuina, Virtus autem eſt de iure naturæ Sacramentum poſt Chriſti mortem habuit initium, illa ſuo ab initio mundi: Hinc ſequitur 7. differentia in ratione ſubiecti, qui pœnitentia virtus locum habet in quolibet homine capaci actualis peccati: pœnitentia autem in ſolo homine adulto baptizato; quia nullus eſt capax huius Sacramenti niſi ſit baptizatus.

3 Pœnitentia virtus poteſt *dupliciter* conſiderari, 1. vt eſt actus, 2. vt eſt habitus, vt habitus generatur ex altibus multiplicatis; deinde eſt cauſa partialis concauſans actus pœnitentiæ, atque in illa cauſatione actuum pœnitentia, vt habitus magis intenditur, & perficitur; Pęnitentia vt actus per ſui multiplicationem generat habitum pœnitentiæ, ita vt actus, & habitus reſpectu diuerſorum ſunt ſibi inuicem cauſę non totales, ſed partiales, quod non eſt inconueniens reſpectu diuerſorum; Hic habitus pœnitentiæ eſt virtus moralis, quia habentem perficit, & opus eius bonum reddit eſt quoque ſpecies Religionis virtutis, quia vt docet D. Thomas 2.2. q. 8. art. 1. Religio eſt pars potentialis iuſtitiæ generatione inclinans Creatura ad reddendum Deo, id quod ei debitum eſt, Pœnitentia autem eandem inclinat, vt particulare debitum ſub certa ratione conſideratum reddat reſarciendo quantum fieri poteſt læſum ad æqualitatem

tem; Hinc patet pænitentiam non eſſe virtutem Theologicam, ſed moralem, quia obiectum immediatũ virtutis Theologicæ eſt Deus, ſed obiectum pœnitentię immediatum non eſt Deus, ſed recompenſatio culpæ cum pœna.

4 Item virtutes Theologicæ, ſunt tantum tres, Fides, Spes, Charitas, ergo pœnitentiam non eſt virtus Theologica, ſed moralis, tum quia ex more, vel conſuetudine, vel frequentia actuum appetitiuorum, nempè ipſis voluntatis aquiritur, tum etiam quia omnis virtus appetitiua, aut eſt Theologica, aut moralis, ſed pænitentia non eſt virtus Theologica, ergo eſt moralis; Hæc virtus pœnitentiæ non eſt virtus infuſa, nam virtutes infuſæ ſolum ponuntur, vt inclinent ſuſcipientem ad actus neceſſarios ad ſalutem, vt habitus fidei ad credendum, ſed habitus pænitentiæ infuſæ ſi ponatur, non poteſt inclinare ſuſcipientem ad actum pœnitentiæ neceſſarium ad ſalutem, ergo non eſt neceſſarium ponere talem habitum, conſequentia patet cum maiori, minor probatur, quia actus pœnitentiæ neceſſarius ad ſalutem eſt ille, qui diſponit Animam, *ad infuſionem virtutum in inſtanti*, ad infuſionem virtutum in inſtanti iuſtificationis, ſed impoſſibile eſt, quod actus qui eſt cauſa diſponens ſubiectum ad infuſionem habitus producatur ab ipſo habitu infuſo, ſicut calor diſponens ſubiectum ad introductionem formæ genitæ ignis, ſed comproducitur ab igne; Actus producti ab habitu pænitentiæ ſunt, 4. Pro quorum notitia aduertendum eſt quod pæna poteſt eſſe voluntaria (ex Scoto in 4. d. 14. q. 1.) tribus modis primo, quia liberè ſuſtinetur, 2. quia liberè acceptatur; 3. quia liberè cauſatur.

5 Et quidem in 2. modo plus eſt libertatis, quam in primo, nam qui liberè acceptat pænam, liberè ſuſtinet eam, & non è contra; & in 3. eſt plus voluntarij, quam in primo, & 2. nam qui voluntariè in ſe ipſo cauſat ponas, voluntariè etiam acceptat, & ſuſtinet, & non è contra; Illud autem dicitur quis patientur ſuſtinere, quod patienter ſuſtinetur ad eo quod voluntas non remurmurat, ſicut legitur de ſancto Iob, qui promptè in ſuis pænis dicebat, ſicut Domino placuit, ita factum eſt ſit nomen Domino benedictum; Illud dicitur voluntariè acceptari, quod propter aliquem finem gratanter ſuſtinetur, ſic legitur de D. Paulo, qui dicebat; quis nos ſeparabit à charitate Chriſti; Illud autem dicitur cauſari voluntariè ad quod voluntariè concurrit, quod duobus modis contingere poteſt, primo vt cauſa proxima partialis, & non intendens illum effectum, 2. vt cauſa remota principalis iſtum effectum intendens; Cauſæ proximæ partiales V. G. triſtitiæ ſunt duæ, nempè volitio diſconuenientis, & illius conſideratio, nam poſita conſideratione alicuius diſconuenientis, & eius nolitione ſtatim ſequitur naturaliter triſtitia, quemadmodum approximato combuſtibili, ſequitur combuſtio; Cauſa remota eſt ipſa voluntas præcipiens Intellectui, vt conſideret diſconueniens, & ſibimet ipſi, vt diſconueniens nolit; Vnde ponere poſſumus quartum actum cum alijs prædictis, Ideſt quod pęna dicitur voluntaria, quia liberè cauſata à voluntate.

6 Itaque habentur quatuor actus, ſiue quatuor membra non coincidentia, ſed inter ſe diſtincta, quia in primis duobus triſtitia pænalis eſt obiectum tantummodo volitionis, & non effectus, nam qui liberè ſuſtinet triſtitiam, & qui liberè eam acceptat habent triſtitiam pro obiecto, quod ſuſtinetur, & acceptatur, in 3. triſtitia eſt effectus tantum, & non obiectum, nam conſideratio, & nolitio incomodi exiſtentis cauſant triſtitiam in 4. triſtitia eſt obiectum, & effectus eſt obiectum quatenus voluntas præcipit Intellectui, vt exiſtens incomodum conſideret, & ſibi metipſi, vt illud nolit, & per conſequẽs triſtetur; eſt quoque effectus quatenus voluntas eſt cauſare mota illius; Iſti ſunt modi, ſiue actus quibus pæna poteſt dici voluntaria, & pænitentia quaſi pænæ tenentia atque adeò delatiua peccati; primus modus, ſiue primus actus volunta-

tis

tis nempè patienter tolent re pœnam pro peccato cõmiſſo in qua re pænitentiæ inſeruit patientia cuius virtutis officium eſt firmare Animum contra triſtitiam, & pænam, ne per impatientiam proſtratus remuneret contra pænam, & recalcitret; ſicque actus voluntatis patienter tolerantis eſt actus virtutis patientiæ elicientis, & virtutis pænitentiæ imperantis, 2. verò modus nimirum gratanter acceptare pænam poteſt, inquit Scotus eſſe actus virtutis, quia patet eſſe conformi rectæ rationi, non tamen eſt actus determinatæ virtutis, ſed pertinet indifferenter ad quamlibet virtutem, ita quod quælibet virtus inclinat ad gratanter acceptandam pænam pro peccato commiſſo contra aliquam virtutem fides contra Hæreſim ſpes contra deſperationem &c. Acceptare tamen ad Deo ſatisfaciendum pro offenſa illi illata. Creditur eſſe actum ſpecialem pænitentiæ virtutis.

7 Tertius, & quartus prædicti, nempè liberè cauſare triſtitiam illam contra peccatum commiſſum, quod idem eſt quod velle vindicare ſunt actus ſpecialis virtutis diſtinctæ ab omnibus alijs, quia habet ſpecialem actum, & ſpeciale obiectum formali non eſt autem velle vindicare peccatum à ſe commiſſum actus virtutis appetitiuę ordinantis ad ſe, quia vindicãs, & puniens peccatum ſuum quatenus eſt Dei Miniſter punit, & ipſemet punitur tanquam reus; & quamuis idem homo ſit Miniſter, & Reus, accidit tamen illi quatenus eſt Miniſter, quod ſit Reus, nam eadem ratione, qui eſt miniſter caſtigaret Reum, ſi Reus eſſet alius à Miniſtro, & Deus illi concederet talem facultatem; Vnde hic homo non caſtigat ſe ipſum, niſi qua ratione idem vt Miniſter diuerſam rationem habet à ſe ipſo, vt eſt Reus; eſt ergo actus iuſtitiæ punitiuæ, quia velle punire alterum eſt actus eiuſdem ſpeciei cum actu quo quis vult punire ſe ipſum, quoniam habent idem obiectum, ſed velle punire alterum manifeſtè pertinet ad iuſtitiam punitiuam, ergo ambo actus ſunt eiuſdem ſpeciei, & per conſequens ad iuſtitiam pertinent punitiuam, eodem modo, & reducuntur ad virtutem iuſtitiæ diſtributiuæ cuius eſt præmia virtutibus, & pęnas vitijs diſpenſare, nam vindicans peccatum, vt miniſter Iudicis eidem peccato applicat ſuam pænam.

8 Prædictis actibus exercetur pænitentia, quæ poſt lapſum eſt adulto neceſſaria ad deletionem peccati mortalis, nam in Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. & 7. inter diſpoſitiones ad iuſtificationem recenſetur pænitentia vbi ſex enumerantur opera quibus adulti ad iuſtitiam diſponuntur, ſcilicet fides timor, ſpes dilectio Dei, pænitentia, votum Baptiſmi, & nouæ vitæ, ſiue obſeruantiæ mandatorum Dei; Videndum eſt ibi Concilium, & ſeſſ. 14. cap. 4. Poſt Baptiſmum igitur exiſtenti in peccato mortali, ac de eodem conſcientiam habenti, vel habere debenti de potentia Dei ordinata peccatum non dimittitur, ſine actu pænitentiæ formali, vel virtuali, dictum eſt in peccato mortali, quia de venialibus fortè non oportet, quæ etiã decedenti in eis remittuntur in futuro, vbi pęnitentia locum non habet vt videbitur infra; Dictum eſt *poſt baptiſmum* commiſſo propter peccatum originale, quod infantibus remittitur in baptiſmo, qui tamen pænitentiam habere non poſſunt; Dictum eſt de eodem conſcientiam habenti, ideſt notitiam ſeu memoriam, quia de eo quod omnino non cogitatur pœnitentia haberi non poteſt; Dictum eſt, vel habere debenti propter peccata, quorum ignorantia imputatur ad culpam, ſicut eſt illa vincibilis ſupina, & Craſſa.

9 Dictum eſt formali, vel virtuali, quia per actum vehementem Diuinæ Charitatis quandoque poteſt dimitti peccatum, ſine pænitentia formali, quia in illo actu Charitatis eſt pænitentia virtualis quatenus in Diuina acceptatione æquiualet actuali pœnitentiæ, & eam includit, vt ſi quis eliceret feruentiſſimum actum amoris, erga Deum ipſum diſtrahentem à cogitatione peccati commiſſi, vt ſi peccator ſubito rapiatur ad ſæuiſſimum martyriũ, niſi

niſi neget Chriſtum in quo caſu arctatur ad inſiſtendum toto conamine circa Chriſti confeſſionem, & actus Martyrij quibus diſtrahitur ne cogitet de peccatis commiſſis; Pænitentia de peccatis ſufficienter exercetur per quemcumque ex illis quatuor actibus prædictis; Probatur per dictum Ezechielis c.18. & 33. in quacumque hora ingemuerit peccator &c. ſed per quem cum iſtorum actuum peccator agit pænitentiam, quia per quemcumque illorum habet, & tenet pœnam peccatorum, ergo quilibet illorum ſufficiens eſt ſine actio ad delendum peccatum; quo debet peccatoribus magnam confidentiam,& conſolationem; afferre

10 Concedimus tamen Deum, ſine pœnitentia hominem peccatorem ſaluare poſſe ex plenitudine abſolutæ ſuæ potentiæ, quia Deus poteſt velle non punire abſque omni actione peccatoris, immò manentem in peccato, nulla enim inuoluitur contradictio, aut repugnantia, ſiue impoſſibilitas, quia Deus non alligauit potentiam ſuam remittendi peccatum, vel miſericordiam exhibendi ſecundum aliquem illorum quatuor modorum, ſiue actuum, ergo abſolutè pœnitentia non eſt ſimpliciter neceſſaria ad delendum peccatum, ſed ſolum ſecundum potentiã Dei ordinatam, quæ tamen pœnitentia etiam ſecundum Dei potentiam ordinatam non neceſſario debet eſſe habitualis, quia alicui remittitur peccatum ad vnum ſolum actum contritionis, vel pœnitentiæ; quæ eſt diſplicentia; Item actus requiſitus ad deletionem peccati mortalis, vt diſpoſitio præuia, & vt meritum de congruo non requiritur, quod ſic formatus gratia, & Charitate, quia talis actus eſt diſpoſitio ad gratiam primam, ergo non poteſt eſſe formatas gratia, niſi comitanter, quia dum per talem actum remittitur peccatum infunditur gratia; Item ad remiſſionem vnius culpæ etiam grauiſſimæ non requiritur in pœnitentia certa duratio temporis, ſed ſufficit momentanea contra Caietanum, q.1. de contritione ſentientem Deum non iuſtificare peccatorem mox vt habet dolorem propter Deum ſuper omnia diligibilem, ſed expectare tempus nobis incertum.

11 Actus virtutis pœnitentiæ quo peccator abſque Sacramento obtinet remiſſionem peccati mortalis non accipitur generaliter, vt comprehendit attritionẽ, quia attritio (quæ eſt dolor imperfectus peccatorum quatenus ſunt inductiua pœnarum Inferni, vel alterius incomodi) non iuſtificat, ſed diſponit ad iuſtificationem; ſed accipitur pro quodam actu perfecto, & ſufficienti ad remiſſionem peccatorum, & completam iuſtificationem cum voto tamen actualis confeſſionis ſecundum opportunitatem temporis faciendæ, Iste actus ſic perfectus comuniter vocatur contritio, quæ eſt dolor de peccatis quatenus ſunt offenſæ Dei ſuper omnia diligibiles; ſed notandum eſt ex D. Thoma, quem refert, & ſequitur Caietanus q.1. de contritione, & ex Scoto in 4 diſt.14.q.1. quod quando contritio definitur per dolorem non accipitur ibi dolor pro dolore ipſo, nec pro triſtitia, ſed pro cauſa ipſius doloris, vel triſtitiæ, ſcilicet pro nolitione peccatorum; Hæc enim tria differunt nolitio triſtitia, & dolor, nam nolitio eſt actus voluntatis, ſcilicet nolle peccaſſe triſtitia verò eſt meſtitia, & paſſio quæ oritur ex ipſa nolitione, & ſubiectatur in voluntate; Dolor verò eſt paſſio, quæ oritur ex ſenſitiua, & eſt anxietas cordis ex his tribus ſola nolitio eſt formaliter, & quidditatiuæ contritio, ſeu pœnitentia, quæ eſt in noſtra poteſtate cętera autem non ſunt de eſſentia contritionis, ſed eius effectus.

12 Iſti effectus non ſunt in noſtri poteſtate, atque adeò de illis non habemus præceptum, quod non datur de impoſſibilibus, ex quo ſequitur, quod ſi poſita nolitione peccati, cum omnibus circumſtantijs debitis non oriatur dolor, hoc eſt anxietas cordis, ſeu triſtitia in voluntate propter duritiem complexionis, aut propter nimiam lætitiam aliundè prouenientem erit nihilominus perfecta contritio, ſola illa diſplicentia, ſeu nolitio, ex quo ſe-

ſequitur ſecundo, quod contritio non eſt dolor virtualis, ſed actualis modo explicato, 3. ſequitur quod dolor de peccatis non eſt de eſſentia contritionis, quamuis ſit cauſa doloris, quia contritio eſt deteſtatio, deteſtatio verò eſt velle non peccaſſe, dum videt ſe peccaſſe naſcitur dolor. Ideò velle non peccaſſe non eſt dolor, ſed cauſa doloris, quod inſinuatum eſt à Tridentino Concilio ſeſſ. 14. cap. 2. in illis verbis. Deteſtationem cum pio Animi dolore, qui ſcilicet ab ea procedit tanquam à ſua cauſa, & ex ea naſcitur tanquam ex ſua radice, 4. ſequitur, quod ſiue talia deteſtatio poſſit fieri, vel eſſe cum dolore ſiue non, Confeſſarij contenti eſſe debent ſi videant pœnitentem habere deteſtationem legitimam de peccato, verè deteſtabili, primo quia eſt inductiuam pœnæ, 2. Impeditiuam gloriæ, 3. deſtructor virtutis, & fomentum vitiorum, 4. quia offenſiuum Dei ſuper omnia diligibilis.

13 Contritio vera, & completa communiter, ſecundum omnes neceſſario includit propoſitum non peccandi de cætero, vt docet Concilium Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. vbi definiens contritionem dicit quod eſt dolor, & deteſtatio peccati cum propoſito non peccandi de cætero, & ratio eſſe poteſt, quia licet pœnitentia non ſe extendat ad peccata futura nundum perpetrata, tamen non fiet contritio, niſi eam comitetur propoſitum vitandi de cætero omnia, & ſingula peccata mortifera, quo ad effectum non committendi ea denuò; ſtare enim non poteſt, vt alicui diſpliceant præterita delicta, quia Dei offenſæ ſunt ſi propoſitum, ſit iterum Deum grauiter offendendi, aut continuandi offenſam aliquam ipſius mortiferam, Ideò, vt dictum eſt, comunis omnium Doctorum conſenſus eſt ad veram contritionem requiri huiuſmodi propoſitum, ſed inter eos eſt magna controuerſia, An hoc, propoſitum non peccandi de cætero debeat eſſe formaliter expreſſum, & explicitum an verò ſufficiat virtuale, & implicitum; Aliqui dicunt requiri expreſſum, & explicitum, quod videtur eſſe de intentione Concilij Tridentini, nam ſi hoc propoſitum ſufficit virtuale, ergo ſufficeret ad contritionem etiam deteſtatio virtualis, quod falſum eſt, quia requiritur formalis, conſequentia, probatur ex ipſomet Concilio ad contritionem, ita exigente propoſitum non peccanti ſicut deteſtationem peccati.

14 Nihilominus multi, & graues DD. exiſtimant ad contritionem ſufficere virtuale propoſitum, quod in efficaci, & perfecta deteſtatione includi putant, ideò vtraque opinio eſt probabiliſſima, nam prima quæ eſt magis rigoroſa fundatur in Verbis Concilij; Secunda in efficacia perfectæ deteſtationis; Non tamen eſt neceſſe ad contritionem, ſiue deteſtationem, vt homo apponat totum conatum, quia ad totum conatum requiritur ingens diligentia, & Animi applicatio, quæ ſine magna difficultate, & inextricabilibus ſcrupulis; & precepta Dei poſſibilia, & ſuauia ſunt, ideò fieri non poteſt miſerabilis non ita arctari debet; Immò non eſt neceſſarius aliquis certus conatus ad contritionem, ſed ſatis eſt ſi ſit conformis fragilitati humanæ voluntatis peccatoris, qui reuera vult conuerti, quia Leo Papa epiſt. 91. inquit nec miſericordiæ menſuras poſſumus ponere, nec tempus definire apud quem nullus patitur moras vera conuerſio; Hinc etiam poteſt rationabiliter dici pœnitentem extra confeſſionem non teneri ante contritionem recogitare peccata, ſed ſufficere deteſtari omnia peccata in confuſo non præmiſſo examine conſcientiæ eliciendo vnam contritionem generalem ſic dicendo; Nollem vnquam offendiſſe Deum ob cuius amorem propono deinceps vitare omnia peccata; ſic extra confeſſionem, nam in confeſſione requiritur ſufficiens examen conſcientiæ.

15 Dicendum eſt, & certiſſimè tenendum eſſe ſpeciale præceptum Diuinum de pœnitentia agenda, quam ſi peccator non agat tempore ſtatuto à præcepto alijs peccatis accumulabit, & hoc ſpeciale peccatum non ante actæ pœnitentiæ eſt

mor.

mortale, quia nullus damnatur niſi propter mortale, ſed propter ſolum peccatum impęnitentiæ poteſt quis damnari; ergo impænitentia eſt peccatum mortale, & per conſequens ſub præcepto, quod quidem præceptum continetur in multis ſacræ ſcripturæ locis; nam D. Ioannes Baptiſta, Ieſus Chriſtus, & D. Petrus, vbi ſunt verbis imperatiui modi, vt patet Matt. 3. Act. 2. in illis verbis agite pœnitentiam appropinquauit enim Regnum Cœlorũ, & Luc. 15. niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimul peribitis, ſimiliter D. Ioann. Apoc. 2. dixit; memor eſto vnde excideris prima opera fac, & pœnitentiam age; Hoc præcepto non tenetur homo agere pœnitentiam ſtatim poſtquam peccauit; quia præceptum de pœnitentia eſt affirmatiuum quo actus virtutis præcipitur, ergo quantum ad actum poſitiuum non obligat pro quocumque inſtanti, patet de alijs præceptum affirmatiuis, quæ non obligant ad ſemper, & pro ſemper. In tribus temporibus obligat hoc præceptum pœnitentiæ interioris, in primo quando imminet periculum mortis naturalis, aut violenti in ſecundo quando ſuſcipiendum eſt aliquod Sacramentum; in 3. quando eſt adminiſtrandum.

16 An verò pœnitentia in extremis valeat, & ſit fructuoſa. Quidam Catholici opinati ſunt nonnullos peccatores interdum in hac vita peruenire ad eum ſtatum, & peccatorum tumulum, vt iam non valeant ſufficientem pęnitentiam per agere, qua ſaluentur, atque adeò ab iſtis nedum fructuoſa, negatur pænitentia fructuoſa, ſed pænitentia ſimpliciter. Ita ſentit Henricus de Gandauo quolib. 8. q. 11. Abulenſis in Exodum cap. 4. q. 11. & in Deuter. cap. 2. q. 10. Medina de recta fide in Deum l. 3. cap. 1. Catharinus opuſc. de prædeſtin. Roffenſus art. 3. contra Lutherum; Oppoſitum opinati ſunt plures alij affirmantes non ſolum verum pænitentiam ſufficientem dari omni tempore ad delenda omnia peccata mortalia, ſed etiam in hac vita eſſe hominibus paratam ſufficientem gratiam ad talem pænitentiã agendam; nullam quæ eſſe admittendam exceptionem, nec in culpas, nec in perſonis quantumuis peccauerint, ita Alenſ. p. 4. q. 13. memb. 4. art. 1. & q. 14. memb. 5. art. 2. & ſequentibus. D. Thom. 3. p. q. 86. art. 1. & alij plures DD. fundamentum præcipua ſumitur ex generalibus ſacrarũ ſcripturarum locutionibus, & promiſſionibus, vt Ezechielis 18. & 3. nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & numquid voluntas mea eſt mors impij, vbi D. Hieronimus aduertit, illud dictum eſſe ad tollendam deſperationem, quia Deus ſemper eſt ex ſeparatus ad vitam præſtandam eſſet nimis longum, & tædioſum adducere alia plurima ſacrarum ſcripturarum teſtimonia ad hanc opinionem firmandam, & ſtabiliendam.

17 Ratio fundamentalis iſtius veritatis eſt duo requiri ad veram pęnitentiam agendam, ſcilicet libertatem arbitrij, & auxilium Diuinæ gratiæ, vt conſtat ex certis principijs fidei; Peccator autem dum iuſſit libertatem arbitrij propter grauitatem; & multitudinem peccatorum ad agendam pœnitentiam non amittit, eſſet enim manifeſtiſſimus error aliter ſentire, quia peccatum non tollit vſum rationis; nec libertatem voluntatis in ſe minuit; ex parte etiam Diuinę gratiæ auxiliantis certum eſt illam habere virtutem ad vincendam omnem multitudinem peccatorum, & pœnitentiam agendam illis non obſtantibus in quacumque grauitate, & multitudine, & de fide eſt non deeſſe virtutem gratiæ ſufficientis ad hunc effectum eſſet enim contra Dei omnipotentiam, & contra excellentiam Diuinæ gratiæ hanc ei denegare virtutem; Peccator igitur dum viuit ſemper poteſt agere ſufficientem pœnitentiam, quia numquam caret ſua libertate, nec vberrimo, & ſufficientiſſimo auxilio Diuino ad illam faciendam; alias, Homo viator non eſſet in via, ſed in termino; nec obſtinatio, & cordis durities poteſt impedire, quo minus Deus ſua ſpeciali gratia non poſſit de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

18 Huc

18 Huc reſpiciens Scotus in 4. diſt. 14. qu. 2. dixit quod peccator in peccatis exiſtens, poteſt ex naturalibus cum comuni influentia conſiderare peccatum commiſſum; vt offenſiuum Dei, & vt contra legem Diuinam, & vt auerſiuum à Deo, & vt impeditiuum premij, & inductiuum ſupplicij, & ſub multis talibus rationibus, & poteſt ipſum ſub aliqua illarum rationum, vel ſub multis illud peccatum ſic conſideratum deteſtari, & ille motus poteſt continuari, & intendi ante infuſionem gratiæ. Hanc ſententiam Doctoris ſubtilis conclamant Moderni eſſe Pelagianiſmum, vel Semipelagianiſmum; neque ſecus contra eum vrgent argumenta Patrum, & Conciliorum quam idem cenſerunt Pelagianos; Quod prouenit ex mala Intelligentia Scoti; Ipſe enim per comunem influentiam noluit intelligere vniuerſalem concurſum Diuinum, quo Diuina voluntas concurrit cum Creaturis, & cauſis ſecundis, ſed communem influxum gratiarum ſpecialium, quo Deus proſequitur homines ſaluandos in ordine ſcilicet ad ſalutem Animarum, quas gratias alio ſimili nomine in ſimili occaſione vocauerat in primo diſt. 46. ad argumentum principale auxilia, ſiue adiutorium comunia, qua Deus exhibet omnibus hominibus ſaluandis; ſicque mens Scoti eſt pia, & Catholica, non Pelagiana, aut Semipelagiana.

19 Pœnitentia vera quamuis quandocumque habeatur vſque ad inſtans mortis ſufficiat ad ſalutem tamen pœnitentia, quæ videtur haberi in extremis vix eſt vera pœnitentia ſufficiens ad ſalutem, quia difficilè eſt tunc pænitentiam eſſe ſufficienter circumſtantionatã, prima pars patuit num. 16. & 17. ſecunda pars, probatur ſuppoſito primo, quod ille dicitur laborare in extremis, qui ſecundum cauſas naturales non poteſt dici ſuperuiuere, ſed ſecundum Iudicium medicorum ſtatim morietur; Hoc ſuppoſito, probatur propoſitum, quia vſus liberi arbitrij requiritur in homine pœnitente, ſed talis vſus haberi non poteſt tempore mortis ob doloris vehementiam, & timorem mortis, & alia impedimenta, quæ tunc impediunt infirmum ad deteſtandũ peccatum ſicut oportet; 2. probatur. Ad hoc quod pœnitentia valeat oportet, quod ſit ornata debitis circumſtantijs, & maximè circumſtantia finis, vt videlicet ſi ſit voluntaria propter Deum, difficilè eſt autem in extremis talem pęnitentiam habere ſic circumſtantionatam, ergo difficilè eſt taliter pænitere, quin potius ſit perire ob timorem penarum, qui ſuo modo tollit de voluntario.

20 Tertio probatur, quia habitus malus vſque tunc continuatus difficilè dimittitur, & valdè retrahit periclitantem ab actu veræ pęnitentię: ergo difficilè poterit tunc habere veram pænitentiam, conſequentia eſt nota, & probatur antecedens, quia habitus inclinat operatur per modum naturæ, & potiſſimum tempore inſtantis mortis quando voluntas ob conſuetudinem peccandi amiſſa virtute ſperandi in Diuinam miſericordiam ſepelitur in miſerijs corporis infirmi; Vxor etiam, & filij periclitantis, & amor mundi præſentes in ſe, & in phantaſmatibus impreſſi inclinant eum ad amorem ſui, & retrahunt ab amore Dei, quoniam hæc delectabilia ſic præſentia ex vehementia continuati habitus multum inclinant ad ſe inordinatè amandum, & per conſequens magnam difficultatem ad habendam ſufficientem diſplicentiam de peccatis ad hoc vt ſit diſpoſitio ſufficiens ad deletionem culpè; ſi vocetur Confeſſarius vix aliquando poterit haurire tantam materiam propinquum, & vt poſſit eum abſoluere, & ſæpè ſæpius Infirmus amittit loquelam, nec poteſt vnum, vel alterum peccatum exprimere; nec reſpondere ſibi diſplicere offendiſſe Deum, & multa peccata commiſiſſe; Immò ſæpiſſimè contingit Infirmum ſic derelictum ſenſibus inquiſitum, quod det aliquod ſignum doloris de peccatis, vt ſaltem ſuper illud poſſit Confeſſarius eum abſoluere, nec hoc habere poteſt, nec præſtare poſſe.

21 Lutherani, & Caluiniſtæ, aut negant omnino Sacramentum pœnitentiæ, aut putant non diſtingui à Baptiſmo Catholici agnoſcunt illud eſſe Sacramentum nouæ legis à Chriſto Domino inſtitutum poſt Reſurrectionem cum dixit Ioan. 20. V. 22. accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remiſa ſunt eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, ita Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 1. & can. 1. Scotus ſupponens hanc veritatem ſic definit hoc Sacramentum in 4. diſt. 14. q. 4. dicens, eſt abſolutio hominis pænitentis facta certis verbis cum debita intentione prolatis à Sacerdote iuriſdictionem habente, ex Inſtitutione Diuina efficaciter ſignificantibus abſolutionem Animæ à peccatis; Dicitur primo; Abſolutio quia hoc Sacramentum eſt ſententia abſolutiua, ergo ea lata ille ſuper quem fertur denunciatur abſolutus à reatu, ſeu peccato; Dicitur hominis, quia eſt Sacramentum inſtitutum in ſalutem hominis Viatoris, & non Angelorum, etiam ſi forent Viatores; Dicitur pœnitentis, quia opus eſt aliqua diſplicentia, nempè attritione ſupernaturali ad hoc vt Sacramentum ratum ſit, & effectum ſuum ſortiatur, Dicitur etiam facta certis verbis: Vndè conſtat Sacerdotem mutum abſoluere minimè poſſe quantumcumque id intendat facere.

22 Dicitur cum debita intentione prolatis; ex quo ſequitur Miniſtrum, qui non haberet intentionem actualem, vel virtualem, ſiue ex malitia, ſiue ex defectu vſus rationis non abſoluere licet de facto proferat verba conſueta; Dicitur Sacerdote, quia nullus præter illum etiamſi Diaconus, ſit poteſt hoc conficere Sacramentum, Dicitur Iuriſdictionem habente; quia hoc Sacramentum pendet à Iuriſdictione humana, qua deficiente abſolutio eſt irrita, & Sacramentum non conficiaturi; Sacerdos igitur ſolum poterit abſoluere ſubditum; non ſubditum verò ſecus, quia non eſt ſua Materia; Dicitur, ex inſtitutione Diuina, quia eo ipſo (inquit Doctor ſubtilis) mouebit magis, & ducet Intellectum incertitudinem, & magis inclinabit affectum ad promptitudinem ſuſcipiendi illud ſignum, tum etiam quia nulla pura Creatura poſſet dare certitudinem infallibilem alicui ſigno niſi ſolus Deus, Vndè additur merito, efficaciter ſignificantibus, quia de ratione Sacramenti in communi eſt, quod ſit ſignum practicum efficax, ad hoc vt poſitionem talis ſigno ſequatur poſitio gratiæ ſignatæ in Anima non ponente obicem, vel impedimentum.

23 Sacramentum Pœnitentiæ habet dyplicem materiam remotam, & propinquum: materia remota ſacramenti pęnitentię ſunt peccata non acceptanda, ſed deteſtanda, & deſtruenda, Materia verò proxima, vel quaſi materia, vt ait Concilium Tridentinum ſunt actus pęnitentis contritio, vel attritio confeſſio, & ſatiſfactio, De remota probatur: Nam ſicut morbus dicitur materia Medicinæ, & materia ignis ſunt ligna, quæ vi ignis conſumuntur, ita materia remota pœnitentię ſunt peccata, quę per pænitentiam deſtruuntur; De proxima patet quia per illos tres actus peccata atteruntur manifeſtantur, & compenſantur, vt ſola abſolutio requiratur ad illa omnino deſtruenda ſic ſunt peccata mortalia poſt Baptiſmum commiſſa, excepto peccato finalis impęnitentiæ. Hæc ſunt materia propria pœnitentiæ propria, quia propriè dicimur pœnitere de his quæ propria voluntate commiſimus; Peccata venialia poſt baptiſmum commiſſa ſunt quidem propria materia huius ſacramenti, licet non principalis, quia licet propria voluntate commiſſa ſint non tamen ad ea tollenda, hoc Sacramentum eſt principaliter inſtitutum ſicut ad mortalia; Hinc dicitur. Venialia ſunt ſufficiens materia non tamen neceſſaria, nam ea poſſumus, ſed non tenemur confiteri; cum alijs modis poſſint expiari; Mortalia dicuntur materia neceſſaria, nam poſſumus, & tenemur confiteri, quia non eſt aliud remedium ordinarium ad ea tollenda pręter hoc ſacramentum pœnitentiæ.

24 Forma conſiſtit in illis verbis Sacerdotis, ego te abſoluo à peccatis tuis , ita Concilium Trid. ſeſſ.14. porrò eſſentialia Verba huius formæ ſunt hæc duo abſoluo te , quia hæc ſufficienter ſignificant effectum huius Sacramenti , & ſatis exprimunt actum Sacerdotis ſententiam ferentis ; nec opus eſt addere in nomine Patris, & Filij , & Spiritus ſancti , quia ſine illa additione ſufficiente ſignificatur effectus Sacramenti , neque ex ſcriptura colligi poteſt neceſſariam eſſe; in Baptiſmo autem non alia ratione neceſſario exprimitur illa ſanctiſſima inuocatio , niſi quia Chriſtus ſic inſtituit, & voluit ; nec pariter neceſſe eſt quando Sacerdos pronunciat formam abſolutionis eſt neceſſaria manuum impoſitio , quia neque ex ſcriptura , nec ex vlla definitione Eccleſiæ colligit poteſt talis neceſſitas ; Quod autem forma huius Sacramenti ſit prædicta, ego te abſoluo à peccatis tuis ſic prolata à Sacerdote ; ſic docent ferè omnes Theologi , & colligi euidenter poteſt ex Concilio Florentino in decreto Eugenij , & Concilio Tridentino ſeſſione 14. ex quibus omnibus colligi poteſt omnia verba , quæ præmittuntur à Sacerdote antequam veniat ad formam prædictam, & alia quæ poſt ponuntur non eſſe ſubſtantia, nec eſſentia formæ , ſed potius ex præſcripta Eccleſiæ .

25 Reuertendo ad materiam proximam Sacramenti dicendum eſt , cum communi Theologorum conſenſu conſiſtere in tribus actibus pænitentis contritione , ſiue attritione, confeſſione,& ſatisfactione ; Immò probabilis eſt ſatis illa opinio, quæ docet Sacramentum pœnitentiæ , componi tanquam ex partibus contritione, confeſſione, abſolutione,& ſatisfactione; De abſolutione non eſt dubium ; De alijs tribus certum eſt , quod ſint quaſi materia Sacramenti pœnitentiæ; Id enim eſt definitum in Concilio Florentino, his verbis 4. Sacramentum eſt pœnitentia , huius qui ſi materia ſunt actus pænitentis, qui in tres partes diuiduntur quarum prima eſt cordis contritio, 2. oris Confeſſio, 3. ſatisfactio ad arbitrium Sacerdotis, nihilominus ſumendo partes propriè, non ſunt partes pœnitentiæ Sacramenti ; quia pœnitentiæ Sacramentum eſt abſolutio pœnitentis &c. ex definitione eiuſdem Sacramenti ; ſed neque contritio , neque confeſſio , neque ſatisfactio ſunt partes abſolutionis, ergo iſta tria non ſunt partes Sacramenti pœnitentiæ , minor probatur, quia contritio eſt ſpiritualis, & inſenſibilis abſolutio , verò eſt ſenſibilis ſimiliter confeſſio eſt accuſatio pœnitentis abſolutio autem eſt ſententia Iudicis ; Itē ſatisfactio eſt poſterior abſolutione, ergo non ſunt propriè materia abſolutionis ne Sacramenti ; ſunt tamen quaſi materia ſecundum concilia, quaſi materia (in quam) circa quam, non ex qua.

26 Sola voluntas ſuſcipiendi Sacramētum pœnitentiæ non ſufficit ad effectum huius à Sacramenti , ſed neceſſe eſt habere aliquem dolorem ſaltem attritionem , ita comuni ſententia omnium Theologorum , & oppoſita ſententia ſi non ſapit Hęreſim , eſt tamen damnata in Concilio Tridentino , nam ſeſſ.6.cap.7. ſeſſ.14.cap. 4. requirit ad remiſſionem peccatorum proprium dolorem pęnitentis etiam cum ſacramento , & ſeſſ. 14 concludit numquam docuiſſe Eccleſiam , aut ſenſiſſe ſacramentum dare gratiam non niſi proprio motu pęnitentis , non eſt tamen neceſſariam contritio, vt aliqui ſentiunt, ſed ſacramentum hoc habet virtutem ad iuſtificandum peccatorem per ſolam veram ſupernaturalem , & integram attritionem diſpoſitum , & in hoc ſenſu efficaciam habet ad efficiendum hominem de attrito contritum ; Dictum eſt ſupernaturalem, hoc eſt ex ſpeciali Dei auxilio elicitam , cuius præcipuum fundamentum eſt ; quia Concilium Trid ſeſſ. 14. cap. 4. imperfectam contritionem, quæ attritio dicitur , & diſponit hominem ad gratiam in Sacramento impetrandam dicit eſſe donum Dei, & Spiritus ſancti impulſum ;

27 Confeſſio non eſt de iure naturæ alias obligaret pro ſtatu, & tempore cuiuſcum-

eumq; legis, quod tamen falſum eſt, Confeſſio generalis omnium peccatorum populi fiebat olim in lege ſcripta. Leuit. 16. per Sacerdotem in nomine populi fuit typus ſacramentalis confeſſionis nouæ legis, quia prouidentiſſimus ille Dei ſpiritus perpetuo ſeruauit, vt quæ inſignia facturus, aut inſtiturus eſſet in lege gratiæ longè illa ante, aut in lege naturæ, aut moſaica adumbraret, & hoc pacto authoritatem eis non exiguum conciliauit, & difficultatem emoliuit, quæ ab eis credendis, aut opere perficiendis noſtros animos auocare poſſent; talis fuit illa generalis confeſſio; ſacra Confeſſio perſonalis taliter adumbrata in lege veteri, fuit in lege gratiæ à Chriſto per ſe, vel certè per inſpirationem factam ſuis Apoſtolis à ſe inſtitutam illis verbis, Ioann. 20. accipite Spiritum ſanctum &c. ſic Scotus D. Thomas &c. ſic definiente Concilio Tridentino ſeſſ. 14. can. 6. vbi ſic ait, ſi quis negauerit confeſſionem Sacramentalem, vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure Diuino anathema ſit; firmiter igitur tenendum eſt, & fideliter conficiendum eſſe neceſſarium ad ſalutem poſt Baptiſmum, ſi adeſt facultas recipiendi hoc Sacramentum ſin minus in voto.

28 Soli peccatores vſum rationis habentes in mortale peccatum lapſi tenentur Sacramentaliter confiteri, quia habentis eſt, quæ ſufficiunt ad ſalutem ad aliam non teneantur, ſed exiſtentes in peccato mortali, & confitentes ſacramentaliter, habent neceſſaria ad ſalutem, ergo ad aliud non tenentur, niſi ad confitendum ſacramentaliter, etiam Summus Pontifex, quia hęc obligatio eſt ex iure Diuinum; & inſtitutione Chriſti, qui inſtituit confeſſionem ſacramentale, tanquam medium neceſſarium ad ſalutem, In qua confeſſione omnia peccata mortalia, poſt baptiſmum commiſſa (de quibus memoriam habuerit diligenti inquiſitione pręmiſſa in reducēdis omnibus peccatis ad memoriam) tenetur peccator, ſimul in eadem confeſſione confiteri, patet quia omnia peccata mortalia poſt baptiſmum commiſſa ſunt ſimul ſumpta materia neceſſaria cōfeſſionis, ita quod ſicut ſunt omnia ſimul confitenda, ita vno peccato non confeſſo ex malitia, vel ſupina ignorantia tota corruit confeſſio tanquam inualida irrita, & ſacrilega; non ſic dicendum de peccatis ſolum venialib. nec de mortalib. alias ritè confeſſis, quę sūt materia neceſſaria, ſed libera, ergo vno relicto etiam voluntariè confeſſio talem peccatorum non redditur inualida.

29 Hinc ſequitur Scotum rectè ſentire in 4. d. 18. ad primum principale dum docet peccata ritè confeſſa ſubſecuta abſolutione, & ſatisfactione poſſe verum fructuosè confiteri (intelligi eam nouo dolore) quia inquit eiuſdem rationis eſt abſolutio ſecunda cum prima, ergo poteſt habere eādem virtutem reſpectu alicuius partis pęnæ remittendæ, & per conſequēs per aliquot abſolutiones finitas poſſet tota pęna temporalis remitti, quod verò ſit licita talis iteratio habet ex extrauaganti, prima de priuilegijs benedicti ſi in qua docet iteratam confeſſionem eorundem peccatorum eſſe ſalubrem; & Caietanus tomo 1. opuſculorum tract. 5. q. 4. dixit ſe neminem legiſſe tenentem eſſe illicitam corūdem peccatorum iteratam confeſſionem; Nullus tenetur iure Diuino confiteri ſtatim poſt peccatum commiſſum, quia tale præceptum eſt affirmatiuum, ergo non ad ſemper obligat: Confeſſio tamen in voto ad ſemper obligat dum quid realiter confiteri non poteſt etiam præſente Confeſſario, quod contingit 4. Caſibus 1. quando pœnitens timet reuelationem alicuius peccati, 2. quando ex Confeſſione timetur ruina confeſſoris, 3. quando timetur propria, vel aliena mors, vel aliud magnum malum, 4. quando magna infamia propria, vel aliena eſt ſecutura apud Confeſſarium cęterum Confeſſio iure Diuino in 4. Caſibus realiter obligat 1. quando imminet certiſſimum periculum mortis, 2. cum ſuſcipienda eſt Euchariſtici, 3. quando Prælatus determinat tempus confeſſionis, 4. cum non ſperatur comoditas confitendi; Iure Eccleſiaſtico con

feſſio obligat ad ſemel in anno ex cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.

30 Cauſa principalis Sacramenti pœnitentiæ eſt Deus meritoria eſt Chriſtus, Miniſterialis eſt Sacerdos ſic definitum eſt de fide 1. in Conc. Conſtantienſi ſeſſ. 8. & 15. vbi damnantur errores VViclef. & Ioan. Huſ. 2. à Leonero in damnatione articulorum Lutheri 3. in Conc. Trid. ſeſ. 14. can. 5. ſub his verbis, ſi quis dixerit non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros huius Sacramenti, ſed omnib. & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum quæcumque ligaueritis &c. Anathema ſit. Fundamentum eſt, quia in Miniſtro huius Sacramenti eſt poteſtas clauium neceſſaria, quia nullus poteſt eſſe Iudex ſine poteſtate, Hæc autem poteſtas cum ſpiritualis, ſit non per ſe, & neceſſario conuenit omnibus, ſed illis quibus à Chriſto data eſt; ſolum ergo illi poſſunt eſſe Miniſtri Confeſſionis, quibus Chriſtus contulit hanc poteſtatem; Contulit autem ſolis Sacerdotibus, vt patet Ioan. 20. vbi ſolis Apoſtolis pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus dixit Chriſtus, accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, per quæ Verba conceſſit prędictam poteſtatem; nec officiunt Verba D. Iacobi 5. dicentis confitemini alterutrum peccata veſtra; quia ibi non eſt ſermo de confeſſione Sacramentali, vel ſi eſt ſermo de Confeſſione Sacramentali loquitur Iacobus de confeſſione facienda Sacerdotibus, prout ex ordine literæ colligitur.

31 Certiſſimum eſt Chriſtus reliquiſſe Eccleſię poteſtatem ad redimenda peccata, & illa remittenda poſt baptiſmum commiſſa. Ita definierunt Concilia Generalia Lateranenſe, ſub Innocentio vt patet in c. firmiter de ſumma Trin. Florent. in literis Vnionis, & Trid. ſeſſ. 14. c. 1. can. 3. Itē certiſſimum eſt poteſtatem hanc eſſe Iudiciariam, ſeu per modum Iudicis exercendum, quod eſt etiam de fide ex Trid. ſeſſ. 14. c. 1 ſic eſt sēſus vniuerſalis ex praxi Eccleſię; Talis poteſtas, vel clauis de facto data eſt à Deo Sacerdotib. in Eccleſia dicente Chriſto apud Io. 20. Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Sacerdotibus quorū remiſeritis peccata &c. Hæc poteſtas ferendi ſent. in Cauſis peccatorū pręſupponit alteram clauem Eccleſiæ, quæ dicitur poteſtas cognoſcendi in Cauſa peccatoris confitentis peccata ſua; prob. quia iſta auctoritas cognoſcendi in cauſa pænitentis; & illius vſus, ordinatur ad poteſtatem & vſum ſententiandi in tali Cauſa, ita quod ſine vſu poteſtatis cognoſcendi in tali cauſa, non eſt rectus vſus poteſtatis ferendi ſententiam in tali Cauſa, & per hoc in eiuſdem finem concurrit vtraque poteſtas, quia ſine poteſtate cognoſcendi non eſt conueniens, aut congrua poteſtas ferendi ſententiam, ergo talis poteſtas cognoſcendi in Cauſa peccatoris rectè dicitur. Clauis Regni Cœlorum; & Clauis ſcientiæ ſicut poteſtas ferendi ſententiam dicitur Clauis Iuriſdictionis, & ambæ datæ ſunt Sacerdotibus in Cauſis peccatorum.

32 Effectus primus huius Sacramenti eſt gratia prima habitualis iuſtificans, & ſanctificans; Dicitur gratia prima, quia in homine mortuo nulla eſt gratia, ideò gratia cauſata à baptiſmo, & pœnitentia dicitur prima gratia, quia cum ſint Sacramenti mortuorum nullam gratiam inueniunt in ſuſcipiente, ad differentiam aliorum Sacramentorum, quæ ſunt viuorum cauſant gratiam non primam, ſed ſecundam, ideſt augmentum primæ, quam pręſupponunt in ſuſcipiente; Huius gratiæ habitualis infuſionem concomitatur gratia Sacramentalis, ideſt nouum ius ad Diuina auxilia; quibus poſt ſuſceptionem legitimam huius Sacramenti pœnitens auxiliatur ad præcauenda peccata in futurum, hoc autem ius fundatur in promiſſionem Diuina, quæ in inſtitutione huius Sacramenti facta eſt, ſecundus effectus huius Sacramenti eſt delere peccatum actuale mortale, circa quem effectum 4. enumerantur errores; primus fuit Nouatus à quo ſequaces dicti ſunt Nouatiani, qui affirmabant peccata commiſſa poſt baptiſma eſſe irremiſſibilia, ità quod pœnitentia huiuſmodi peccatoribus ſuffra-

ga-

gari nequeat; 2. error fuit Armadani lib. 9. de Quæſtionibus Armenorum cap. 27. affirmantis eſſe aliquos in via in malitia vſque adeò obſtinatos, vt ſecundum legem comunem pęnitere non poſſint; 3. error eſt quorundam dicentium eſſe certũ numerum peccatorum, quę qui tetigerit de lege comuni eſt irreparabilis, neque veniam eſſe qui poteſt. Vltimus, & deterior eſt impij Lutheri, affirmantis omnia opera noſtra eſſe peccata volente Deo, tamen non imputantur ad pænam præter vnum peccatum Infidelitatis Lutherum ſequitur Caluinus.

33 Quibus nihilominus non obſtantibus aſſerendum eſt nullum eſſe peccatum viatorum irremiſſibile, nam non eſt dabile peccatum in via cuius non poſſit homo pœnitere, vt ſupra n. 19. dictum eſt aut contra, quod non ſit inſtitutum remedium pœnitentiæ ſufficientiſſimum, & quoties peccatur toties, via pænitendi conceditur. Cuius ratio eſt infinitas Diuinæ miſericordiæ, ex parte Dei, & poſſibilitas conuerſionis ex parte hominis; probatur illo Ezechielis Impietas impij non nocebit ei, ita illæ cap. 35. & alibi; Item tota Sacra ſcriptura, refert plurimas voces Diuinas vocantes, & inuitantes peccatores ad pœnitentiam, Obijcies illud Matt. 12. vbi de blaſphemia in Spiritum Sanctum, Chriſtus ſic pronunciat, qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum non remittitur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Reſpondetur illud eſſe irremiſſibile non ex parte Dei, aut Diuinæ eius miſericordiæ, quæ eſt ſuper omnia opera eius, nec ex parte hominis, quaſi non poſſit dolere, & pęnitere de tali blaſphemia; ſed quia pręuidit duritiem cordis blaſphemantium contra Spiritum ſanctum, qui tunc erant Iudæi, & ſubſtractionem auxilij ſpecialis, & ſuper excellentis ad talem pęnitentiam neceſſarij: Itaque talis pronunciatio non fuit facta de tali peccato in ſe, ſed prout erat peccatum tunc Iudæorum blaſphemantium, & obſtinatorum.

34 Hæc dicta ſunt de remiſſione peccati mortalis, cuiuſcumque per pænitentiam, tam virtutem, quam Sacramentum; nam peccata venialia non ſolum per vtramque pœnitentiam remittuntur, ſed etiam pluribus alijs modis dum ſumus in hac vita, ideò peccata venialia non ſunt materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ, modo inquirendum eſt an peccatum veniale, non dimiſſum in hac vita poſſit poſt hanc vitam remitti Doctor ſubtilis in 4. diſt. 21. quæſt. 1. dat duplicem modum reſpondendi, & relicto priori poſteriori videtur adhærere; Dicit ergo, quod peccatum veniale poſſet in hac vita remitti, non ſolum per pœnitentiam interiorem, vel exteriorem, ſed etiam per aliquem actum Deo magis acceptum, quam ſit diſplicens peccatum veniale, qui actus referatur ab ipſo operante ad remiſſionem venialis, vel ſaltem vt talis acceptetur à Deo ad remiſſionem venialis; Vndè merita alicuius deceſſuri ex hac vita in Charitate poſſunt à Deo acceptari ad remiſſionem venialium talis hominis poſt mortem ipſius, quamuis talis homo poſt mortem per actum propriũ de nouo non mereatur remiſſionem venialium, à quo infert Scotus, quod in inſtanti mortis, quando iam Anima non eſt in via, ſed in termino remittuntur venialia, quoad culpam homini, qui deceſſit in gratia acceptante Deo merita illius præcedentia ad eorum deletionem in illo inſtanti.

35 Viſum eſt duos eſſe effectus Sacramenti pœnitentiæ, nempè infuſionem gratiæ, & remiſſionem culpæ, qui varie ſe habent ad Animam peccatricem pęnitentem ſuppoſito, primo in eodem inſtanti temporis ambos effectus eiſe ſimul in Anima; ideſt quod ſimul tempore, & in eodem inſtanti temporis Animæ infundatur gratia, & remittatur peccatum; Nam ſecundum ordinem generationis, quo proceditur ab imperfectiori ad perfectius, prior eſt remiſſio culpæ infuſione gratiæ, quia remiſſio culpæ eſt imperfectior infuſione gratiæ; Inter remiſſionem culpæ, & infuſionem gratiæ non eſt ordo cauſa-

litatis, quia nec remiſſio culpæ eſt cauſa infuſionis gratiæ, nec infuſio gratiæ eſt cauſa expulſionis peccati; ſed ſola voluntas Diuina principaliter effectiuè, Sacramentum moraliter effectiuè, & Sacerdos inſtrumentaliter, ſiue Miniſterialiter effectiuè; ſecundum Dei intentionem prior eſt infuſio gratiæ expulſione peccati, ordine tamen executionis Deus prius remittit culpam, quam infundat gratiam; Quia ordo Intentionis procedit contrario modo, quam executionis ordo etiam in Deo, qui ordine intentionis vult Petro gloriam, & poſterius gratiam, ordine verò executionis Petro prius vult gratiam poſterius gloriam.

36 Tertius effectus Sacramenti pœnitentiæ eſt reſtitutio hominis pœnitentis ad ſtatum habitum ante peccatum pro cuius intelligētia notandum eſt dari quinque genera operum humanorum, nempè opera viua Iuſti hominis elicita, vel imperata ex in exiſtente Charitate ſub regula fidei, 2. ſunt opera viua facta ab homine iuſto in gratia exiſtentiæ, ſed mortificata culpa mortali ſuperueniente dante mortem Animæ, & impediente ius ad vitam æternam, 3. ſunt opera mortua facta homini exiſtente in peccato mortali, ideò non habent ius ad vitam æternam, 4. ſunt opera ad mortem diſponentia, quia impediunt augmentum gratiæ per peccatum veniale; 5. ſunt opera indifferentia verè humana ad nullum finem honeſtum, vel turpem relata ex imperio libertatis circa determinatum obiectum in genere naturæ, & moris naturaliter exercita; quicquid dicat D.Thom. in p.2. quæſt. 18. art. 9. vbi negat actus indifferentes in Indiuiduo, quos concedit Scotus eiuſmodi ſunt leuare feſtucam de terra, ire ad campum, fricare barbam aſpicere manus, & ſimiles.

37 Eſt dogma fidei opera viua, & meritoria de condigno vitæ æternæ in homine iuſto per lapſum eius mortalem mortificata in pœnitentia per gratiam reconciliantem reuiuiſcere, probatur comuniter ex illo Hæbr. 6. non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quàm oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis; & ex Concilio Tridentino ſeſſione 6. cap. 16. vbi expreſsè definitur Apoſtolis loco cit. directè locutum de meritis mortis mortificatis per pœnitentiam reuiuiſcentibus, his verbis; hac igitur ratione iuſtificatis hominibus (ſiue acceptam gratiam perpetuo conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint) proponenda ſunt Apoſtoli Verba. Abundate in omni opere bono ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino. Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius; exhoreatur Concilium iuſtos ad exercenda opera meritoriam in ſtatu gratiæ, quia ſiue acceptam gratiam conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, labor bonorum operum præcedentium non erit inanis in Domino, quia non eſt iniuſtus Deus, ergo certum in fide videtur merita per peccatum mortificata per gratiam reconciliantem reuiuiſcere, quia vt ait Scotus in eis remanet integrum ius ad vitam æternam, & per peccatum ſuſpenditur ſola actio, vel executio ſui Iuris ad poſſeſſionem premij, vel mercedis, quod nó reperitur in operib. mortuis, ita Scot. in 4. d. 22. q. vnic. Magiſter cũ cæteris Scholaſticis in 4. d. 14.

38 Sed dices. Ita ſe habent bona opera ad vitam æternam ſicut peccata ad mortẽ æternam, ſed peccata ſemel deleta in iuſtificationem per relapſum non redeunt, ergo nec opera meritoria ſemel per peccatam mortificata per nouam gratiam iuſtificantem reuiuiſcunt; vtrobiq; videtur par ratio iuſtitiæ rigoroſæ Dei, vt homo iuſtus fiat dignus vita æterna per bonum opus, & per peccatũ morte ęterna dignus, Scotus negat ſemper paritatem ex ſupra abundanti bonitate, & miſericordia Dei ſic diſponentis, vt opera meritoria ſemper viuẽt in eius gratuita acceptatione ex legali pactione, ſiue pacto, & opera mortifera omnino, & pro ſemper extinguantur, & rigor Diuinæ iuſtitiæ,

viro-

vtrobique non eſt ſimilis, quia pręmiat vltra condignum, & punit citra condignum; conceditur tamen peccatum remiſſum redire, & reuiuiſcere non ſimpliciter ſed ſecundum quid, ſcilicet ex circumſtantiam maioris ingratitudinis.

39 Suppoſita comuni lege Dei ex libero decreto ſuæ voluntatis ſemel gratioſæ paciſcentis pro operibus bonis in gratia, & ex gratia factis reddere ex iuſtitia pręmium vitæ æternæ ad æqualitatem illorum, opus eſt meræ iuſtitiæ eorum reuiuiſcentia poſt lapſum iuſti hominis in iuſtificatione à lapſu, per gratiam reconciliantem, quæ aſſertio à Scoto in 4.d.22. q.1. art.2. iudicatur firmior, & tutior, & ſacris ſcripturis conformior; Valdè enim pium, & fidei principijs conforme apparet, vt opera humana meritoria per lapsũ iuſti hominis retineant integrum ius iuſtitiæ ad vitam æternam ad æqualitatem debitam non eſpiratum non extinctum, nec diminutum. Conceditur tamen cum D. Bonau. in 4.d.14.p.2.art.2.q.2. & d.22. art.1.p.1.ad 2. & cum Alenſe, Paludano, & Gabriele; ſi inſpiciatur radix illius Diuini pacti, & decreti reuiuiſcentiam operum mortificatorum eſſe opus bonitatis, & miſericordiæ Diuinæ, quia Dei cum creatura nulla datur iuſtitia; Hæc reuiuiſcentia meritorum, mortificatorum ſic facta eſt in ordine ad eſſentiale pręmium Beatitudinis in gradu illo ante lapſum abſolutè eis commenſurato, ita ex Scoto in 4.d.22.q.1.ar.2. cum eorum mortificatio ſit ſola extrinſeca ſuſpenſio actionis, vel executionis prædicti iuris in eis fundati ad recipiendum hoc præmium in illo determinato gradu, ob extrinſecam indiſpoſitionem ſubiecti, per ſuperueniẽs peccatum, ergo eorum viuificatio eſt quoque ſola prædicti impedimenti remotio ex parte ſubiecti, vt ſit capax actionis ad recipiendum cum effectu eſſentiale pręmiũ beatitudinis in illo determinato gradu ante lapſum meritis commenſurato.

40 Merita mortificata per lapſum iuſti hominis in reconciliatione viuificata nunquam redeunt minora, ſed ſemper æqualia, vel eadem, immò quandoque maiora, quod non redeant minora probatur; Non mortificantur in actu primo, vt in eis minuatur, vel extinguatur ius ad vitã æternam ad æqualitatem vltra condignũ reddendam alioquin non differrent ab operibus mortuis non aptis iuſtificare, ergo nunquam redeunt minora, ſed ſemper eadem, vel æqualia, quia eorum mortificatio fuit ſola extrinſeca ſuſpenſio actionis, vel executionis iuris aquiſiti nũquam extinguibilis; ergo ſicut viuificatio eſt actionis, vel actualis executionis redditio extrinſecè, ſecundum ius antiquum non extinctum, vel diminutum, ita neceſſario redeunt æqualia, & eadem numero, quæ fuerunt ante; Immò aliquando maiora, nam poteſt iuſtus lapſus à ſtatu gratiæ ſurgere per actum pœnitentiæ meritoriũ de congruo continuatum vſq; ad inſtans iuſtificationis incluſiuè, vt tunc fiat meritorius de condigno ex comuni lege Dei ordinantis omnia opera hominis in ſtatu gratiæ, ſint de condigno meritoria, ergo additus ille actus ſic de condigno meritorius meritis procedentibus immutatis, nec diminutis auget neceſſe eorum cumulum in ordine ad maiorem gradum Beatitudinis, quod eſt noſtrum propoſitum.

41 An verò in quo inſtanti iuſtificationis reſtituatur homini tota gratia præcedentium meritorum, negat Scotus in 4. diſt.22.q.1.ar.2, nam gratia abſolutè tam quoad formalitatem, quam quoad primũ gradum intenſionis ſui habitus materialiter connotati in prima ſui infuſione naturali eſt donum Dei, vt nullum ſit ius ad illam ex parte habentis, nec eſſe poſſit ex Roman.9. ſi ex meritis gratia non eſt gratia, ſicque tali lapſo eſt potius indebita quam debita; Affirmant Suarez opuſculo de reuiuiſc. Meritorum ſect.3. n.12. cum Maiore in 4.d.22.q.1. Gabriele in 4.d.14. q.3.ar.3. Ocham q.9.dub.6. Medina Cod. pænit. & alij quia merita mortificata reuiuiſcunt, quo ad totum effectum priſtinum talis eſt effectus ille, vt reſtituatur re ipſa tota gratia, prior veluti meritis viuifica-

tis, vndè reſtituitur ex debito iuſtitiæ intuitu præcedentium meritorum, & non gratis per modum doni, & beneficij, ergo lapſus ſemper ſurgit regulariter ad maiorem gradum gratiæ, ſcilicet ad priorem amiſſum, & ad nouum debitum ſecundum menſuram nouæ diſpoſitionis per actum contritionis, ſeu attritionis.

42 Item, tunc tota reſtituitur gratia, quando totum impedimentum eſt ablatum, ſed in ipſo inſtanti iuſtificationis aufertur peccatum mortale, quod impediebat præcedentia merita, ergo tunc reſtituitur tota gratia, quæ fundamentum eorundem meritorum, confirmatur, quia reſtitutio illius gratiæ non fit vi diſpoſitionis, ſed vi præcedentium meritorum, at præcedentia merita habent ſuam vim ſublato peccato, per quod impediebantur, ergo cum dicitur tota gratia, quæ in prima iuſtificatione datur omnino gratis datur, quia tota iuſtificatio eſt omnino gratuita, ſecundum Apud citatum, ergo in iuſtificatione nulla datur gratiam præcedentium meritorum. Reſpondetur tota illa gratia gratis datur, quæ datur in iuſtificationis non autem, quæ per accidens, illi coniungitur ratione præcedentium meritorum. Hæc enim datur ex iuſtitia, ſicut illa datur omnino gratis; Confirmatur. Merita mortificata, ideò reuiuiſcunt in reconciliatione per pœnitentiam iuſti lapſi, qui edita ſunt ab ipſo in ſtatu gratiæ, & opera mortuam non reuiuiſcunt, quia non ſunt facta in ſtatu gratiæ, ergo ſi illa reuiuiſcunt, reuiuiſca, & cum ſua gratia in qua edita ſunt pulchritudo enim operis meritorij prouenit ſibi à gratia in qua editum eſt.

43 Prima gratia iuſtificationis, quæ per propriam ſufficientem diſpoſitionem obtenta eſt extra Sacramentum Deo auxiliante reſtituitur per pœnitentiam, probatur, quia illa prima gratia, reſpondet primæ gloriæ, ſed prima gloria reſtituitur ſuo tempore, ergo & prima gratia, quæ ei correſpondet; Minor patet, quia prima gloria ſpectari poteſt dupliciter, primo vt reſpondet primæ gratiæ, & ſic datur tanquam hæreditas, & tanquam Infantibus; 2. vt reſpondet propriæ diſpoſitioni, & ſic datur tanquam præmium, quia illa diſpoſitio informata eſt meritoria primæ gloriæ. Etiam tota gratia iuſtificans, quæ collata eſt ex opere operato in Sacramento reſtituitur per pęnitentiam, quia illa gratia licet nobis gratis conferatur, & ſine noſtro merito datur tamen ex iuſtitia reſpectu Chriſti propter illius merita, quæ nobis in Sacramento applicantur, ſed merita Chriſti non ſunt minus efficacia, quam noſtra, ergo ſi gratia, quæ data fuerat ex noſtris iterum reſtituitur, ablato peccato multo magis reſtituetur ea gratia, quæ data fuerat ex meritis Chriſti; Confirmatur, quia merita Chriſti, tam benè manent in acceptatione Dei, quam noſtra, ergo quod noſtris conceditur, illis non eſt denegandum: & patet exemplo; quia gratia Baptiſmalis, ſi non fuit data ob fictionem datur poſtea recedente fictione;

44 Satisfactio duplex eſt, nempè ſacramentalis, & extra ſacramentum; hæc pariter dupliciter fit, vel à ſe ipſo, vel aliorum auxilio; quæ fit à ſe ipſo fit adhuc dupliciter, vel in Purgatorio ferendo pænas ibi determinatus à Diuina iuſtitia, vel in hac vita proprijs, ſcilicet bonis operibus, quæ ſi fiunt in gratia ſunt meritoria de condigno vitæ æternę, & ſatisfactoria; quæ fit aliorum auxilio fit per ſuffragia fidelium, & per Indulgentias; ſacramentalis eſt, quæ imponitur à ſacerdote abſoluente, cuius abſolutionis duplex eſt effectus, nempè tollere culpam, & commutare pænam æternam debitum peccato mortali in pæna temporalem, ad quam tollendam fiunt, omnes prædictæ ſatisfactiones; ſatisfactio ſacramentalis habet aliquem effectum, ex opere operato, nempè remiſſionem pænæ temporalis, & gratiam quia ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam, ſed ſatiſfactio eſt pars ſacramentis, ergo Confeſſarius ordinariè tenetur imponere ſatisfactionem, quia tenetur integrum facere ſacramentum exceptis duobus caſibus,

pri-

primo quando pęnitens eſt, in articulo mortis, & non poteſt implere ſatisfactione, 2. quando ſufficienter conſtat pęnitentiam, iam ante feciſſe: de qua Nazianzen.orat.16.ſcribit; ſic pręſtat errare imponendo pænitentiam minorem iuſto, quam grauiorem, & vbi Dominus, eſt liberalis, ne ſit diſpenſator Auarus.

45 Pęnitens tenetur acceptare, & implere ſatisfactionem quando confeſsarius coniungit, eſt comunior, & tutior ſententia contra Caietanum, quia Confeſsarius habet poteſtatem obligandi illum ex Concilio Trid. ſeſſ. 14. cap.8. vbi poteſtatem ligandi Sacerdotibus conceſſum explicat de poteſtate ligandi, & ad ſatisfactionem obligandi; Idem in cap. omnis de pænit.& remiſſ. quando ſatisfactio fuit in cuncta pęnitenti à ſuo Confeſſario probabile eſt mutari poſſe ab alio confeſſario audita tamen prius confeſſione priorum peccatorum, pro quibus fuit impoſita; Dictum eſt probabile eſſe mutari poſſe ab alio Confeſſario audita tamen prius confeſſione priorum peccatorum, primo quia eſt comunior ſententia, quam quis ſecurè ob auctoritatem ſequi poteſt, 2. quia praxis,& vſus,ita obtinuit; Nihilominus tamen ſi rationem ſpectantes probabilius videtur non poſſe commutari pęnitentiam,niſi ab eodem Sacerdote; Ratio eſt, quia omnes Sacerdotes ſunt ęquales in poteſtate abſoluendi, ergo vnus nō poteſt reuocare ſententiam, quam alius tulit, niſi ſit ſuperior. Satisfactio valida eſt etiam facta in peccato mortali, non tamen confert effectum remiſſionem pænę temporalis prior pars eſt comunis, quia Confeſſarius ſolum obligat ad opus ſatisfactionis pręſtandum non ad modum eius, poſterior pars,& probabilis non tamen certa; Nec certum eſt ſatisfactionem pænitenti impoſitum poſſe per alium impleri alius talis ſatisfactio non eſſet actus pænitentis.

46 Viſa ſatisfactione pro pæna exhibita in ſe ipſo,ab ipſo peccatore pænitente, tam in hac quam futura vita; ſupereſt videndum de ipſa ſatisfactione, prout exequitur ope, & auxilio alieno, nempè per ſuffragia, & Indulgentias; ſuffragium enim, vt colligitur ex Scoto quolibet 20. eſt auxiliam quoddam,quod vnus fidelis præbet alteri fideli ad obtinendam à Deo remiſſionem pęnæ temporalis debitę peccatis,vel obtinendum aliquid aliud huiuſmodi; triplex eſt autem ſuffragium, quod poteſt vnus alteri comunicari,& per quod poteſt illum iuuare; primum eſt ſacrificium; ſecundum indulgentiæ,Tertiū ſunt operandis propriæ pænales,& ſatisfactoriæ,vt orationes ieiunia; Inter fideles eſt comunio bonorum operum; quibus mutuo ſe viuant non ſolum per modum Impetrationis,ſed etiam per modum ſatisfactionis,quia in Symbolo Apoſtolorum dicimus credimus,vel credo ſanctorum comunionem,nam ſenſus illius eſt,inter ſanctos, ideſt inter eos fideles, qui ſunt viua membra Chriſti per gratiam, gratum facientem credo comunicationem aliquam in bonis operibus, quatenus vnuſquiſque ſuis operibus bonis alios iuuare poteſt; Hæc aſſertio patet ex illo Iacobi 5. orate pro inuicem, vt ſaluemini, & ad Romanos 5. obſecro, ergo vos fratres per Dominum Ieſum Chriſtum, & Charitatem Spiritus ſancti,vt adiuuetis me in orationibus.

47 Quod verò vnus fidelis poſſit alteri ſuffragari per modum ſatisfactionis, probatur, quia poteſt ſuffragari per modum interceſſionis, & impetrationis præcisè non exhibendo aliquid pro ſatisfactione, ergo multo magis poteſt quis ſuffragari per modum ſatisfactionis; conſequentia patet, quia maius eſt remiſſionem impetrare pœnę alicui abſque exhibitione meæ pœnæ voluntarię pro illo, quam exhibendo, & actualiter ſoluendo pœnam meam voluntariam pro pęna illius debita; Nam petendo liberationem liberam, peto diſpenſationem iuſtitiæ, ſine cauſa, exhibendo autem ſatisfactionem propriã ſeruo modum iuſtitiæ, & conſequenter conſpicuum eſt,quod maior gratia eſt admittere ſupplicationes meas, ſine ſatisfactionem pro illo quam cum ſatisfactione;

ex hoc ſequitur, quod fideles poſſint ſuffragari alijs, nedum per modum Impetrationis meriti de congruo, ſed etiam per modum ſatisfactionis; ſuffragia ſecundum legem ordinariam pro ſunt ſolum per modum ſatisfactionis, tamen ſecundum legē extraordinariam, non eſt inconueuiens remittere per modum impetrationis; probatur, quia in hoc mundo videmus, quod & ſi via ordinaria pœna non remittitur, niſi per ſolutionem illius, tamen via extraordinaria etiam Principes pęnam quādoque ad inſtantiam Charorum ſolent dimittere gratis ex liberalitate; Cur ergo hunc modum volumus negare ipſi Deo? hoc tamen modo Deus non remittit pænas Animabus purgatorij; quia pro illis non eſt tempus miſericordiæ, ſed iuſtitiæ.

48 Tria ſunt genera defunctorum fidelium; Sancti Beati, Damnati in Inferno, & exiſtentes in Purgatorio; ſoli ergo exiſtentes in Purgatorio ſunt capaces ſuffragiorum; Beatis autem noſtra ſuffragia minimè proſunt, quia nec pro illis eſt orādum, nec pro eis offerrenda ſunt ſacrificia, Hæc eſt comunis Theologorum ſententia in 4.d.45. Damnatis etiam certum eſt finaliter in Inferno ſuffragia fidelium, minimè ſuffragari, aut prodeſſe eſt quoque comunis Theologorum ſententia, & clara Chriſti definitio Matthæi 25. ergo ſoli exiſtentes in Purgatorio ſunt capaces ſuffragiorum, & pro illis tantum ſunt ſacrificia offerrenda. Veritas hæc inter Catholicos eſt certa contra Hæreticos, ſed notandum eſt ex Doctore ſubtili quol.20. In opere meritorio, & ſatiſfactorio, vt eſt oratio triplicem, gradum meriti, & ſatiſfactionis reperiri, quo primus dicitur ſpecialiſſimus, & hic eſt gradus meriti, qui valet ipſi operanti, & oranti, & communiter dicitur meritum eſſentiale, & eſt illi, ita proprius vt nullo modo proſit alijs, neque ab ipſo fidele poteſt alteri applicari, & ſi applicaretur forſitan 2. Scotum peccaret; quia prima Charitas incipit à ſe ipſo 2. gradus, eſt generalis, qui valet pro tota Eccleſia, tota enim Eccleſia, participat, de vtilitate boni operis facti à quolibet fideli ſecundum articuli ſidei, credo ſanctorum comunionem fundatam in Charitate; 3. eſt gradus quidam medius, quo opus illud bonum prodeſt, & valet pro eo, cui orans, & faciens tale opus vult applicare; Ad hoc enim valent diuerſæ orationes inſtitutæ ab Eccleſia pro viuis, & defunctis.

49 Eſſe in gratia, non eſt conditio neceſſaria in ſuffragante, quia homo exiſtens in peccato poteſt adimplere pęnitentiam ſibi iniunctam à ſacerdote pro peccatis prius confeſſis: ergo poterit, ſatisfacere pro pænis aliorum, quia ſatisfacere non eſt, mereri, quod ſine gratia fieri non poteſt: Item non eſt neceſſarium, quod ille pro quo offeruntur ſuffragia ſit impotens ad ſatisfaciendum, quia tunc neque exiſtentibus in Purgatorio, neque fidelibus viuis prodeſſent ſuffragia, quia illi poſſunt ſatisfacere patiendo, & iſti poſſunt ſatisfacere agendo, & patiendo, neque requiritur acceptatio ex parte ipſius, pro quo fit oblatio ſuffragiorum quoniam ſufficit generalis voluntas, quam vnuſquiſque iuſtus habet, vt ſoluatur à Pœna; Vnde ſæpè videmus Eccleſiam orare pro multis fidelibus, & fideles pro amicis ſuis offerre ſuas ſatisfactiones illis ignorantibus, ac neſcientibus; Quia ſi peccator exiſtēs in peccato mortali, poteſt ſatisfacere pro pęna temporali debita ſuis peccatis, quæ iā dimiſſa erant quod culpam nulla videtur ratio propter quam non poſſit, etiam ſatisfacere pro alio, ratione ſolutionis pęnæ debitè offerendo æquiualentem pænam.

50 Si quis in vita ſua fuit obligatus ad faciendum reſtitutionem etiam ſi illam culpabiliter omiſit, poteſt in articulo mortis à tali culpa iuſtificari ſi cum de tali culpa pœniteat, & præcipiat reſtitutionem fieri, probatur, ſæpè enim accidit, quod qui tenetur 8. ad reſtitutionē ſæpius potuerit reſtituere, ſed tamen ſemper diſtulerit vſque ad articulum mortis in quo poſtea non poteſt reſtituere; ſi ergo tunc habet pœnitentiam de dilatione culpabili, & præcipiat reſtitutionem fieri poſt

mortem iuſtificatur à culpa remanet tamē obligatus ad pœnam temporalem, ſibi debitum pro illa culpabili dilatione; Ergo ex hoc ſequitur, quod illa non debet puniri in æternum pro iſta culpabili negligentia, quia punitio æterna inſligitur ſolum pro culpa, hic autem eſt dimiſſa culpa; debet, ergo ſolum puniri, prout requirit illa pœna temporalis debita; Dilatio reſtitutionis ob eſt Animæ in Purgatorio, & videtur eſſe cauſa longiori detenſionis in illis pœnis licet non poſſit eſſe cauſa, vt in æternum ibi detineatur, quia actualis reſtitutio eſt opus bonum, & per ſe ſatisfactoriam; Ideò cum reſtitutio fit accedit hoc opus ſatisfactorium, ad ſatisfactioné, quam faciunt Animæ per ſe in illis pænis, & ſic citius àbſoluuntur, ſi autem non fit reſtitutio coguntur Animę illam per ſe ſatisfacere integrè illis pænis debitis, & ſic longis protrahuntur illæ pœnæ, nec abſoluuntur donec ſoluant per ſe vſque ad minimum Quadrantem.

51 Patet igitur, quo ad valorem ſuffragij requiritur, quod ſatisfaciens faciat opus, quod ex ſe ſit aptum natum ſatisfacere, id eſt habeat in ſe valorem, virtutem, & prætium ad ſoluendum debitum illius pro quo ſatisfacit; Bonum autem opus reducitur ad illa tria orationem ieiunium, & eleemoſynam, ſub quibus comprehenduntur omnes aliæ operationes pænales, vt peregrinationes macerationes, & ratio huius conditiones, quia nemo poteſt ſoluere debitum, niſi ſoluendo prætium; debet ergo, quod datur in prætium habere in ſe prius valorem pretij, & tunc datio illius pro debito eſt vera ſolutio, & compenſatio, quia ſic ſeruatur ordo iuſtitiæ commutatiuæ. Sequitur præterea, quod ad valorem ſuffragij neceſſaria eſt intentio ſatisfaciendi pro illo alio pro quo offertur ſuffragium, quam omnes etiam Theologi neceſſariam eſſe aſſerunt, & ratio eſt manifeſta, quia voluntas eſt domina actuum ſuorum; nec valet actum moralem elicere, qualis eſt ſatisfactione, ſiue intentione illius; Neceſſaria eſt, ergo intentio, vt tale opus pænale applicetur, vt valeat pro eo, pro quo offertur alius ſi faceret talem ſolutionem, ſine intentione eſſet quidem confuſa ſolutio, ſed non ſatisfactio, quia careret proprio obiecto ſatisfactibili.

52 Frequentiſſima eſt ſatisfactio per Indulgentiam debitè applicatum, quia magna eſt imbecillitas noſtra ad ſatisfaciendum pro peccatis noſtri; Indulgentia verè appellari poteſt Diuinæ miſericordiæ inuentum; Sciendum igitur dari in Eccleſia Theſaurum ſpiritualem meritorum, & gratiarum Chriſti diſpenſandum nobis, & pro nobis; & cum iſta merita, & gratiæ, ſiue abundantes ſuper nos ſequitur neceſſarium eſſe illas nobis prodeſſe nedum ad gratiam conſequendam, & culpam delendam, ſed etiam ad dimittendam pœnam, & quidem eo modo, quo diſpenſator diuitiarum huius theſauri ab ipſo Chriſto conſtitutus iudicauerit expedire; Vndè cum ſæpè dimittatur per pœnitentiam ſola culpa ipſis fidelibus; & remaneat aliqua pœna temporalis rationabiliter ex diuitijs huius Theſauri per diſpenſationem illarum iſtæ pœnæ dimitti poſſunt, quod eſt Indulgentias diſpenſare; In iſto ſpirituali Theſauro reconduntur pariter merita ſanctorum; Immò quodlibet quos meritorium pænale ſatiſfactorium cuiuſcumque iuſti habet proportionem valoris pretij, & ſatisfactionis, quæ ponatur in Theſauro Eccleſiæ: Intellige de ſatisfactionibus 1. gradus in doctrina Scoti quolib. 20. non de ſatisfactionibus 1. gradus, quæ ipſi operanti ſunt neceſſariæ, & propriæ.

53 Hæreticum eſt aſſerere Eccleſiam non poſſe Indulgentias concedere, & Theſaurum diſpenſare; Hæc veritas definita eſt in multis Concilijs. In Conſtantienſi contra Ioannem VVicleff. In Lateranenſi 4. iuxta cap. Cum ex eo de pœnitentijs, & remiſſionibus, & in Trid. ſeſſ. 21. cap. 9. & ſeſſ. 25. de Indulgentijs; Hæc poteſtas reſidet in Summo Pontifici Vicario Chriſti capite totius Eccleſiæ, & ordinario diſpenſatori huius Theſauri, probatur ex illo Matth. 16. V. 19. Quodcumque

que ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlis; Hæc enim promiſſio eſt generalis, qua promittitur D. Petro poteſtas ſoluendi omnia vincula, quæ impedire poſſunt hominis à conſecutione ſalutis æternæ. Sunt autem huiuſmodi varia V. G. culpæ pœnæ Cenſuræ legis, voti, iuramenti, & Matrimonij rati non conſumati, & ab his omnibus poteſt ſoluere S. Petrus, & eius ſucceſſores, licet non ſit idem modus ſoluendi ab omnibus; nam vinculum culpæ ſoluitur in ſacramento pœnitentiæ, Vinculum pœnæ temporalis, tum in Sacramento pœnitentiæ per ſatisfactionem, tum extra Sacramentum per Indulgentias. Vinculum excommunicationis ſoluitur per abſolutionem Iudicialem extra Sacramentum; Vinculum legis, voti, iuramenti, ac Matrimonij rati non conſumati per diſpenſationem.

54 Praxis, & vſus concedendi Indulgentia eſt perpetuus in Eccleſia ab ipſis Apoſtolorum temporibus patet ex 2. Cor. 2. V. 10. vbi ait cui aliquid donaſtis, & ego, nam ego quod donaui ſi quid donaui propter vos in Perſona Chriſti, vt nõ circumueniamur à ſathana, vbi agit de Inceſtuoſo excomunicato, & perſeuerauit vſque ad noſtra Tempora, vt patet ex Concilijs Generalibus Later. 1. & 4. Lugdunenſi, Viennenſi, & Conſtantienſi, & Tridentino. In quibus Indulgentiæ, vel conceduntur, vel approbantur. Hæc poteſtas concedendi Indulgentias per ſe non conſiſtit in poteſtate ordinis, neque eum neceſſario præſupponit, nec requirit, Vndè videmus, quod ſimplex Sacerdos non habens aliquam Parochiam, vel non admiſſus ab Epiſcopo, quamuis rectè ordinatus; & ſimplex Epiſcopus, ideſt cõſecratus, ſed non deſignatus ad aliquem Epiſcopatum non poſſunt validè peccata remittere, nec quemquam aliquo modo ligare, aut ſoluere; conſiſtit, ergo in poteſtate Iuriſdictionis; quia poteſtas Iuriſdictionis dat poteſtatem, vel eſt ipſa poteſtas in ſubditos, quibus ſolis concedit Indulgentiam; qui ſicut in operibus, & arduis ſunt poteſtati ſubiecti, ita ſunt participes in fauorabilibus vtilitatibus, & emolumentis.

55 Indulgentia Eccleſiaſtica eſt relaxatio, ſeu dimiſſio pęnæ temporalis debitæ peccato iam dimiſſo, quo ad culpam coram Deo virtute clauium extra Sacramentum ex ſatisfactionibus Theſauri Eccleſiæ propter rationabilem cauſam; Iſtæ particulæ patent; ex prima patet, quod Indulgentiæ non eſt ſola liberalis condonatio, ſed remiſſio, ſeu relaxatio, nec eſt ſola abſolutio, quo non omnis indulgentia eſt abſolutio, licet omnis Indulgentia fiat virtute clauium, & poteſtatis iuriſdictionis, quia Indulgentia pro viuis eſt abſolutio, ſed Indulgentia pro defunctis nequaquam, ſed eſt ſolutio per modum ſuffragij; ex 2. patet, quod Indulgentia eſt remiſſio pœnæ ſenſus, & ſic eſt ſolum pro actualibus non pro originali. Ex 3. patet, quod Indulgentia eſt pro culpa, iam remiſſa, & ſic non eſt relaxatio pænæ æternæ, Ex 4. particula patet, quod Indulgentiæ conceduntur à Prælatis Eccleſiæ: Ex 5. colligitur, quod Indulgentia eſt ex Theſauro publico, & ex operibus pænalibus alienis ex 1. patet motiuum, & finis Indulgentiarum; Indulgentia pro viuis eſt 2. ſcilicet totalis, ſeu plenaria, & partialis, ſeu non plenaria Totalis, & plenaria dicitur, quæ totam pœnam remittit ei cui applicatur partialis verò, & non plenaria ea eſt, quæ remittit tantum partem pœnæ; Hæc diuiſio habet fundamentum in Extrau. Vnigenitus de pęnitentijs, & remiſſionibus.

56 Iubileum non differt ab Indulgentia plenaria, ſi præciſo ſumatur pro tali remiſſione totali; ſi autem ſumatur ſimul cum illis priuilegijs, cum quibus ſolet concedi, ſcilicet cum facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis, & commutandi vota ſic differt ab Indulgentia, quia ſic vocatur Indulgentia pleniſſima; Indulgentiæ ſolent varijs modis concedi, interdum enim conceduntur aliquot dies, vel anni: Vndè indulgentia tot dierum, vel tot annorum, ſecundum veriorem ſententiam ſignificat remiſſionem pœnitentiæ,

tiæ, quæ peragenda fuiſſet tot diebus, vel annis, ſecundum Eccleſię ritum: Interdum Quadragenæ dierum ſignificat remiſſionem pœnitentiæ, quæ quadraginta continuatis diebus in ieiunijs, &c. & alijs laborioſis operibus agenda fuiſſet, quæ etiã Carena dicebatur, quia ſcilicet continebat carentiam omnium ferè ciborum; Aliquando conceditur plena plenior, & pleniſſima; De qua veriſimilius eſt, quod Bonifacius, qui primus vſus eſt illis vocibus retulerit plenam ad remiſſionem totius pænitentiæ iniunctæ à Sacerdote; pleniorem ad remiſſionem totius pœnitentiæ, quæ ſecundum canones iniungi debuiſſet; pleniſſimam ad remiſſionem totius pœnitentiæ, quæ à Diuino Iudicio poſſet exigi.

57 Interdum in vita, & aliquando in articulo mortis conceditur Indulgentia, plenaria in vita non remittit culpam mortalem, quę ſola pænitentia deletur, neque pęna æterna deletur, ſed pęnitentia commutatur in temporalem, nec deletur culpa venialis; eſt ergo certum ſine ſacramentis actu, vel (exiſtente impedimento) ſine eorum voto neminem poſſe obtinere remiſſionem culpæ mortalis; Conceſſio autem indulgentiarum eſt actio extra ſacramentum; & illum remittitur pœna temporalis tantum; Quantum ad articulum mortis ſi in litteris Pontificis exprimatur verus articulus mortis, tunc non conceditur Indulgentia, niſi ei qui reuera ſtatim moritur, poſt acceptam Indulgentiam, ſi verò non exprimatur, ſed generatim dicatur in morti articulo, tunc comunior ſententia, eſt Indulgentiam obtineri, etiam in ariticulo mortis pręſumpta, quamuis reuera mors non ſequatur. Concedere Indulgentiam defunctis per modum ſuffragij, & non per modum Iuriſdictionis, nihil aliud eſt niſi concedere Indulgentiam modo priuato; ad eum modum ſcilicet quo ſuffragia priuata fidelium applicantur Animabus Purgatorij; Ideò Pontificatum diſtincti proteſtantur concedere per modum ſuffragij, vt notificent ſe non præſumere authoritatem Iuriſdictionis in Animabus illis.

58 Poteſtas concedendi Indulgentias potiſſimum reſidet in Summo Pontifice reſpectu totius Eccleſiæ, Cuius eſt caput Epiſcopi autem, & Metropolitani poſſunt dare Indulgentias in ſua Diæceſi, & Prouincia, ita tamen vt Indulgentiam vnius Anni in die dedicationis Eccleſiæ, vel 40. dierum alijs temporibus de iniunctis pęnitentijs non excedant cap. cum Ex eo, & cap. noſtro. De pænit. & remiſſ. Abbates, Parochi, & alij Sacerdotes inferiores Epiſcopis ſolum ex commiſſione Papæ, & Epiſcoporum poſſunt concedere Indulgentias Cap. excedentibus: De exceſſibus Pręlatis Concilium generali ſecluſo Papa non poteſt concedere Indulgentiam Plenariam, non enim habet Papalem auctoritatem, ſed ſolum Epiſcopalem; Cauſa finalis, ſiue motiuum honeſtum eſt ſimpliciter neceſſarium ad concedendas Indulgentias, quod ſi deſit Indulgentia non ſolum eſt illicita, ſed inualida; Hęc ſententia comunis Theologorum, & Canoniſtarum eſt; quia poteſtas data eſt Eccleſiæ in ędificationem non in deſtructionem, adeò quod finis per ſe, & principalis poteſtatis Eccleſiæ eſt vtilitas in Eccleſia, & ædificatio fidelium; Manifeſtum ex terminis eſt ablato fine per quem poteſtas conceditur, actum talis poteſtatis tolli, quam contingeret in Papa concedente Indulgentiam, ſine pia, & iuſta cauſa, eneruaret enim Chriſtianam diſciplinam foueret peccata, & negligentiam; fidelium.

59 Solus homo capax eſt recipiendi Indulgentiam, in quo duo requiruntur, primo vt ſit in ſtatu gratiæ, quia Papa non poteſt alicui remittere pęnam corã Deo, qui adhuc eſt hoſtis Dei, ſecundo vt perficiat, id quod pro Indulgentia fuerit iniunctum; ſtatus gratiæ neceſſario requiritur eo tempore, quo indulgentiam percipit; tutior eſt opinio requirens ſtatum gratiæ etiam eo tempore, quo iniunctum opus perficit primo cum in litteris Pontificijs expreſsè iubetur tale opus fieri in ſtatu gratiæ; hoc eſt certum; 2. Tutior eſt

etiam

que ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlis; Hæc enim promiſſio eſt generalis, qua promittitur D. Petro poteſtas ſoluendi omnia vincula, quæ impedire poſſunt hominis à conſecutione ſalutis æternæ. Sunt autem huiuſmodi varia V.G. culpæ pœnæ Cenſuræ legis, voti, iuramenti, & Matrimonij rati non conſumati, & ab his omnibus poteſt ſoluere S. Petrus, & eius ſucceſſores, licet non ſit idem modus ſoluendi ab omnibus; nam vinculum culpæ ſoluitur in ſacramento pœnitentiæ, Vinculum pœnæ temporalis, tum in Sacramento pœnitentiæ per ſatisfactionem, tum extra Sacramentum per Indulgentias. Vinculum excomunicationis ſoluitur per abſolutionem Iudicialem extra Sacramentum; Vinculum legis, voti, iuramenti, ac Matrimonij rati non conſumati per diſpenſationem.

54 Praxis, & vſus concedendi Indulgentia eſt perpetuus in Eccleſia ab ipſis Apoſtolorum temporibus patet ex 2. Cor. 2. V. 10. vbi ait cui aliquid donaſtis, & ego, nam ego quod donaui ſi quid donaui propter vos in Perſona Chriſti, vt nō circumueniamur à ſathana, vbi agit de Inceſtuoſo excomunicato, & perſeuerauit vſque ad noſtra Tempora, vt patet ex Concilijs Generalibus Later. 1. & 4. Lugdunenſi, Viennenſi, & Conſtantienſi, & Tridentino. In quibus Indulgentiæ, vel conceduntur, vel approbantur. Hæc poteſtas concedendi Indulgentias per ſe non conſiſtit in poteſtate ordinis, neque eum neceſſario præſupponit, nec requirit, Vndè videmus, quod ſimplex Sacerdos non habens aliquam Parochiam, vel non admiſſus ab Epiſcopo, quamuis rectè ordinatus; & ſimplex Epiſcopus, ideſt cōſecratus, ſed non deſignatus ad aliquem Epiſcopatum non poſſunt validè peccata remittere, nec quemquam aliquo modo ligare, aut ſoluere; conſiſtit, ergo in poteſtate Iuriſdictionis; quia poteſtas Iuriſdictionis dat poteſtatem, vel eſt ipſa poteſtas in ſubditos, quibus ſolis concedit Indulgentiam; qui ſicut in operibus, & arduis ſunt poteſtati ſubiecti, ita ſunt participes in fauorabilibus vtilitatibus, & emolumentis.

55 Indulgentia Eccleſiaſtica eſt relaxatio, ſeu dimiſſio pęnæ temporalis debitæ peccato iam dimiſſo, quo ad culpam coram Deo virtute clauium extra Sacramentum ex ſatisfactionibus Theſauri Eccleſiæ propter rationabilem cauſam; Iſtæ particulæ patent; ex prima patet, quod Indulgentiæ non eſt ſola liberalis condonatio, ſed remiſſio, ſeu relaxatio, nec eſt ſola abſolutio, quo non omnis indulgentia eſt abſolutio, licet omnis Indulgentia fiat virtute clauium, & poteſtatis iuriſdictionis, quia Indulgentia pro viuis eſt abſolutio, ſed Indulgentia pro defunctis nequaquam, ſed eſt ſolutio per modum ſuffragij; ex 2. patet, quod Indulgentia eſt remiſſio pœnæ ſenſus, & ſic eſt ſolum pro actualibus non pro originali. Ex 3. patet, quod Indulgentia eſt pro culpa, iam remiſſa, & ſic non eſt relaxatio pœnæ æternæ, Ex 4. particula patet, quod Indulgentiæ conceduntur à Prælatis Eccleſiæ: Ex 5. colligitur, quod Indulgentia eſt ex Theſauro publico, & ex operibus pœnalibus alienis ex 1. patet motiuum, & finis Indulgentiarum; Indulgentia pro viuis eſt 2. ſcilicet totalis, ſeu plenaria, & partialis, ſeu non plenaria Totalis, & plenaria dicitur, quæ totam pœnam remittit ei cui applicatur partialis verò, & non plenaria ea eſt, quæ remittit tantum partem pœnæ; Hæc diuiſio habet fundamentum in Extrau. Vnigenitus de pęnitentijs, & remiſſionibus.

56 Iubileum non differt ab Indulgentia plenaria, ſi præciſo ſumatur pro tali remiſſione totali, ſi autem ſumatur ſimul cum illis priuilegijs, cum quibus ſolet concedi, ſcilicet cum facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis, & commutandi vota ſic differt ab Indulgentia, quia ſic vocatur Indulgentia pleniſſima; Indulgentiæ ſolent varijs modis concedi, interdum enim conceduntur aliquot dies, vel anni: Vndè indulgentia tot dierum, vel toto annorum, ſecundum veriorem ſententiam ſignificat remiſſionem pœnitentiæ,

tiæ, quæ peragenda fuiſſet tot diebus, vel annis, ſecundum Eccleſię ritum: Interdum Quadragenæ dierum ſignificat remiſſionem pœnitentiæ, quæ quadraginta continuatis diebus in ieiunijs, &c. & alijs laborioſis operibus agenda fuiſſet, quæ etiã Carena dicebatur, quia ſcilicet continebat carentiam omnium ferè ciborum; Aliquando conceditur plena plenior, & pleniſſima; De qua veriſimilius eſt, quod Bonifacius, qui primus vſus eſt illis vocibus retulerit plenam ad remiſſionem totius pænitentiæ iniunctæ à Sacerdote; pleniorem ad remiſſionem totius pœnitentiæ, quæ ſecundum canones iniungi debuiſſet; pleniſſimam ad remiſſionem totius pœnitentiæ, quæ à Diuino Iudicio poſſet exigi.

57 Interdum in vita, & aliquando in articulo mortis conceditur Indulgentia plenaria in vita non remittit culpam mortalem, quę ſola pænitentia deletur, neque pęna æterna deletur, ſed pęnitentia commutatur in temporalem, nec deletur culpa venialis; eſt ergo certum ſine ſacramentis actu, vel (exiſtente impedimento) ſine eorum voto neminem poſſe obtinere remiſſionem culpæ mortalis; Conceſſio autem indulgentiarum eſt actio extra ſacramentum; & illum remittitur pœna temporalis tantum; Quantum ad articulum mortis ſi in litteris Pontificis exprimatur verus articulus mortis, tunc non conceditur Indulgentia, niſi ei qui reuera ſtatim moritur, poſt acceptam Indulgentiam, ſi verò non exprimatur, ſed generatim dicatur in morti articulo, tunc communior ſententia, eſt Indulgentiam obtineri, etiam in ariticulo mortis pręſumpta, quamuis reuera mors non ſequatur. Concedere Indulgentiam defunctis per modum ſuffragij, & non per modum Iuriſdictionis, nihil aliud eſt niſi concedere Indulgentiam modo priuato; ad eum modum ſcilicet quo ſuffragia priuata fidelium applicantur Animabus Purgatorij; Ideò Pontificatum diſtincti proteſtantur concedere per modum ſuffragij, vt notificent ſe non præſumere authoritatem Iuriſdictionis in Animabus illis.

58 Poteſtas concedendi Indulgentias potiſſimum reſidet in Summo Pontifice reſpectu totius Eccleſiæ. Cuius eſt caput Epiſcopi autem, & Metropolitani poſſunt dare Indulgentias in ſua Diæceſi, & Prouincia, ita tamen vt Indulgentiam vnius Anni in die dedicationis Eccleſiæ, vel 40. dierum alijs temporibus de iniunctis pęnitentijs non excedant cap. cum Ex eo, & cap. noſtro. De pænit. & remiſſ. Abbates, Parochi, & alij Sacerdotes inferiores Epiſcopis ſolum ex commiſſione Papæ, & Epiſcoporum poſſunt concedere Indulgentias Cap. excedentibus; De exceſſibus Prelatis Concilium generali ſecluſo Papa non poteſt concedere Indulgentiam Plenariam, non enim habet Papalem auctoritatem, ſed ſolum Epiſcopalem; Cauſa finalis, ſiue motiuum honeſtum eſt ſimpliciter neceſſarium ad concedendas Indulgentias, quod ſi deſit Indulgentia non ſolum eſt illicita, ſed inualida; Hęc ſententia comunis Theologorum, & Canoniſtarum eſt; quia poteſtas data eſt Eccleſiæ in ędificationem non in deſtructionem, adeò quod finis per ſe, & principalis poteſtatis Eccleſiæ eſt vtilitas in Eccleſia, & ædificatio fidelium; Manifeſtum ex terminis eſt ablato fine per quem poteſtas conceditur, actum talis poteſtatis tolli, quam contingeret in Papa concedente Indulgentiam, ſine pia, & iuſta cauſa, eneruaret enim Chriſtianam diſciplinam foueret peccata, & negligentiam fidelium.

59 Solus homo capax eſt recipiendi Indulgentiam, in quo duo requiruntur, primo vt ſit in ſtatu gratiæ, quia Papa non poteſt alicui remittere pęnam corã Deo, qui adhuc eſt hoſtis Dei, ſecundo vt perficiat, id quod pro Indulgentia fuerit iniunctum; ſtatus gratiæ neceſſario requiritur eo tempore, quo indulgentiam percipit; tutior eſt opinio requirens ſtatum gratiæ etiam eo tempore, quo iniunctum opus perficit primo cum in litteris Pontificijs expreſsè iubetur tale opus fieri in ſtatu gratiæ; hoc eſt certum; 2. Tutior eſt

etiam

etiam ſi in litteris Pontificijs, id non exprimatur. Quando opus iniunctum tale eſt, vt non conferat ad finem conſequendarum Indulgentiarum, niſi fiat in ſtatu gratiæ. Vt ſi finis indulgentiæ ſit placare Deum Chriſtiano populo iniungantur preces ieiunia &c. quia Deus non placatur per opera mortua, ergo neceſſe eſt, vt fiant in ſtatu gratiæ alioquin non conferent ad finem ad quem ordinantur. Quod ſi opus iniunctum tale eſſet etiam ſi non eſſet factum in ſtatu gratiæ, tamen conferret ad conſequendum finem pro quo datur indulgentia tunc probabile eſt Indulgentiam poſſe habere ſuum effectum; Vt ſi finis eſt ędificatio Templi &c. aut ſubuentio pauperum, aut recuperatio terræ ſanctæ: Huiuſmodi enim finis poteſt obtineri etiam per opera facta à peccatore.

De Sacramento Ordinis. Articulus 8.

1 Dictum eſt ſuperius. Vbi eſt ſacrificium ibi Sacerdotium reperire neceſſe eſt ſunt enim inſeparabilia: & ſicut in lege naturæ erant ſacrificia ſic pariter erant Sacerdotes tales; erant Patres familias, quibus deficientibus ſuccedebãt Primogeniti iure primogenituræ, qui cultui Diuino ſuo modo inter alios fratres, (ſi qui erant) erant ſpecialiter deputati; At in ſtatu legis Moſaicæ voluit quidem Deus omnes primogenitos ſibi ſanctificari. Exodi 13.2. ſed tamen in illorum locũ ex duodecim Tribubus Iſrael elegit Tribum Leui, eamque Diuino ſeruitio præ cæteris deſtinauit, iuxta illud Numer. 3. 12. ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito in filijs Iſrael erunt, quæ Leuites mei, & cap. 8. 6. Tolle Leuitas è filiorum Iſrael, & purificatis eos; & infra ſtatues Leuitas in conſpectu Aarum, & filiorum eius, & conſecrabis oblatos Domino, ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael, vt ſint mei &c. & iterum; Tulit Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael, vt ſeruiant mihi in tabernaculo, & orent pro eis ne ſit in populo plaga.

2 Pro horum intelligentia notandum eſt Miniſtros ſacros in lege Moſaica fuiſſe triplici generis, nempe Leuitas Sacerdotes, & ſummum Sacerdotem, qui alio nomine vocabatur Summus Pontificem, qui diuerſo modo deputabantur ad munera propria; Nam Leuitæ erant Miniſtri Inferiores, quorum officium erat Saçerdotibus miniſtrare lauando victimas, & eas præparando, ſicque præparata porrigendo Sacerdotibus, vt ea offerrent Sacerdotes erant illi Miniſtri, qui offerebant victimas, & ſacrificia vltra plura alia officia, de quibus in libro Leuitici per totũ, & apud Interpretes, inter Sacerdotes erat vnus ſupremus; qui vocabatur ſummus Sacerdos, Hæc erat Hierarchia Miniſtrorum Eccleſiaſticorum in Teſtamento veteri, & Lege Moſaicà, Quæ Hierarchia erat figura Hierarchię Miniſtrorum Eccleſiaſticorum Legis gratiæ, & Euangelicæ, qui non ſolum primogeniti, vel vnius tantum Tribus populi nationis, aut Generationis deputantur ad exercenda munera Eccleſiaſtica, ſed indiſcriminatim, & ſine exceptione Perſonarum; Satis eſt habere teſtimonium aliquarum conditionum neceſſario requiſitarum ad exercendum vnumquodque miniſterium; Dominus Ieſus Chriſtus Supremo Eccleſiæ Fundator. inter alia Sacramenta inſtituit Sacramentum Ordinis verum Hierarchiæ Euangelicæ fundamentum, quo diuerſorum munerum varij Miniſtri eligerentur; relinquens eidem Eccleſiæ poteſtatem liberè inſtituendi, diſponendi, moderandi, & ordinandi, quicquid ſibi benè viſum fuerit ſalua materia, & forma ſubſtantiali Sacramenti, conſerre cultui Diuino eius decori, ac venerationi pro intelligentia huius Sacramenti.

3 Notandum eſt, quod hæc duo nomina ordo, & ordinatio differunt ad inuicé, nam ordinatio ſignificat actionem, qua ali-

aliquis ordinatur in aliquem ordinem ordo verò ſignificat illam poteſtatem, quæ per ordinationem recipitur, vt Diaconatus, Præsbyteratus &c. ſed confunduntur, ſic quod vtrumque poteſt appellari, immò de facto appellatur ordo, quin potius deberet dici ordinatio; ſed quando conſtat de re non eſt facienda vis in nomine, Hoc prænotato dicendum eſt dari Sacramentum Ordinis in Eccleſia Catholica, & Apoſtolica eſt de fide contra Lutherum, Illiricum, & Kemnitium, ſic definitum eſt in Concilio Florentino, in Decreto Eugenij, & in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. de Sacramentis, & ſeſſ. 23. cap. 3. vbi dicitur dubitare nemo debet ordinem eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem Sacramentis ſanctæ Eccleſiæ, & rurſum in can. 3. ſub anathemate id tenendum præcipit; Quod Sacramentum cum ſit ſenſibile ſignum, aptè ſignificat in quantum ordinatio, & vt ſic conſtat ex materia, & forma, & ſuú eſſe conſiſtit in fieri non in facto eſſe; & ſic definiri poteſt; Sacramentum Ordinis eſt inſtitutio in gradu Eccleſiæ præeminente cui conuenit aliquod miniſterium circa Euchariſtiam exhibendum facta à Miniſtro Idoneo certa verba proferente, cum intentione debita miniſterium gradus illius ſigno aliquo ſenſibili, viſibili rappreſentans ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans præeminentem, qua ordinatus dignè aliquod miniſterium exequatur: Hæc definitio eſt Scoti in 4. d. 24. q. vnica, & eſt bona, quia diſtinguit hoc Sacramentum ab alijs, vt patet conſideranti; Hoc Sacramentum non eſt vnum ſpecie alias omnes ordinati in Eccleſia haberent eandem poteſtatem gradum, & officium, quia cauſa vnius ſpeciei vniformiter ſe habens producit effectum eiuſdē ſpeciei, neque eſſet maior ratio cur idem ordo in vno adduceret poteſtatem Sacerdotis in alio Diaconi; Præterea nam ordines conferuntur ritibus, & cæremonijs, materijs ac formis diuerſis ſpecie, ergo differunt ſpecie.

4 Ordo ſumptus pro gradu, & poteſtate Eccleſiaſtica; eſt 7. videlicet oſtiariatus, Lectoratus, exorciſtatus, Acholyratus, Subdiaconatus, Diaconatus & Præſbyteratus, Epiſcopatus, an ſit ordo diſtinctus à Preſbyteratu eſt ſpecialis difficultas; De Tonſura certum eſt non eſſe ordinem, ordines minores ſunt verè ordines, & Sacramenta, eorum ordinationes, nam omnes fiunt per debitum Miniſtrum, verba ſuper certam materiam cum debita intentione proferentem. Debitus Miniſter regulariter eſt Epiſcopus omnes ordines, tam maiores, quam minores ſunt inſtituti à Chriſto, probatur ex Concilio Florentino in decreto Eugenij, vbi habetur ſeptem Eccleſiæ Sacramenta à Chriſto inſtituta, Inter quæ numerat ordinem; Deinde aſſignans ordinum materiam prius de Sacerdotio, Diaconatu, & Subdiaconatu; poſtea verò ait ſimiliter de alijs docens, ſcilicet aliorum etiam materiam eſſe rem, quæ traditur, ergo euidenter ex his colligitur, quod omnes ordines, qui ſub ordine, vt ſic continentur, quorumque Concilium aſſignat materiam eſſe à Chriſto inſtitutos; Pro quo notandum eſt omnium ordinum materiam eſſe duplicem propinquam, ſcilicet, & remotam; Remota eſt res materialis, quæ traditur ordinato tangenda tactu phiſico, vel morali ſaltem; materia propinquo eſt traditio ipſa, qua Miniſter tradit materiam remotam ordinando, vt clarius infra declarabitur.

5 Tactus duplex eſt phiſicus, & moralis; Tactus phiſicus eſt, quo tāgibile, & tāgens ſunt ſimul phiſicè, ſic manus tangens realiter, & phiſicè tabulam tangit tactu phiſico, quia manus tangens, & tabula tacta ſunt phiſicè, & realiter ſimul. Tactus verò moralis eſt cuius tangibile, & tangens non ſunt, ita phiſice ſimul, ſed ſunt taliter præſentia, vt non niſi prudenter poſſunt iudicari ſe tangere. Vtrumque tactum habemus in materia ordinationis Sacerdotalis nimirum in calice cum vino; Sacerdos ordinandum tangit calicem tactu phiſico vinum verò in calice tangit tactu morali; applicat forma verò ſunt illa verba, quæ Miniſter profert dum ordinando

ma-

materiam remotam porrigit tangendam; In particulari loquendo de vno quæ ordine dicendum eſt primo; Primam tonſuram qua quis initiatur ad Clericatum non eſſe verè, & propriè ordinem, neque Sacramentum, quia Sacramentum ordinis conſtare debet ex rebus, & verbis ſignificantibus dari ordinato poteſtatem aliquam, his non conſtat tonſura, ergo non eſt ordo; Datur in Eccleſia officium oſtiarij, quod eſt ordo eſt de fide, patet ex Trident. ſeſſ. 23. cap. 2. nam ordinatio oſtiarij facta per Idoneum Miniſtrum, cum rebus at verbis, & debita intentione eſt Sacramentum hoc eſt commune non ſolum omnibus ordinibus, ſed etiam omnibus Sacramenti ex definitione Sacramenti; Hæc ordinatio oſtiarij à Chriſto Domino fuit inſtituta Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 2. loquitur de hoc ordine; Materia remota oſtiarij ſunt claues; materia propinqua eſt traditio clauium per Epiſcopum; Forma ſic Age, qua rationem redditurus Deo pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur; Oſtiarij officia ſunt aperire Eccleſiã fidelibus claudere Infidelibus aperire ſacrarium pulſare campanam aperire librũ prædicanti, & quæ in Eccleſia ſunt cuſtodire ne pereant; Tempus inſtitutionis huius ordinis probabile eſt, tunc inſtituiſſe, quando flagello facto de funiculis eiecit ementes, & vendentes de Templo tamquam indignos dicens auferte iſta hinc.

6 Datur in Eccleſia ordo, qui dicitur Lectoratus ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. vbi inter ordines Lectoratum numerat; Ordinatio in Lectorem eſt Sacramentum, nam conficitur rebus, & verbis, probatur 2. ex diſcurſu fundato in Trid. prius enim de fide ſtatuit dari Sacramentum ordinis in ſeſſ. 23. cap. 1. 2. 3. deinde diuidit ordines in 7. poſtea in can. 2. docet præter Sacerdotium dari alios ordines maiores, & minores, deinde iterum in can. 3. docet ordinationem eſſe Sacramentum materia ordinis Lectoratus remota eſt liber Lectionum; Materia propinqua eſt traditio eiuſdem libri facta per Epiſcopum ordinando, Forma ordinationis Lectoratus ſunt Verba illa, quæ dicit Epiſcopus dum tradit librum Lectionum accipite, & eſtote &c. vel ſimilia; Lectoratus à Chriſto fuit immediatè inſtitutus colligitur, ex Scoto in 4. d. 24. q. vnic. & Magiſtro. Scotus docet Chriſtum Dominum omnes hos ordines in ſe ipſo exercuiſſe; Item Lectoratus eſt Sacramentum, ergo eſt à Chriſto inſtitutus, vel Ioan. 7. cum in Templo docebat declarans ſcripturas, vel Lucæ 24. cum ſcripturas aperiret peregrinis illis euntibus in Emmaus, officium Lectoratus eſt legere ſolemniter Lectiones ſacras quæ in Eccleſia leguntur, ac benedicere cibos, & nouos fructus.

7 Datur in Eccleſia ordo; qui dicitur Exorciſtatus, quia confertur in Eccleſia determinato Miniſtro. Ordinatio exorciſtæ eſt Sacramentum, nam conficitur ex materia, & forma tamquam rebus, & ſignis; Materia remota eſt liber exorciſmorum; Materia propinqua eſt traditio eiuſdem libri; Forma ordinationis exorciſtæ ſunt illa Verba, quæ profert Epiſcopus dum tradit librum ordinando tali ordini accipiet poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenos, quæ verba ſignificant poteſtatem, & officium exorciſtatus, quod eſt eijcere Dæmones ab obſeſſis per orationes, & adiurationes &c. exorciſtæ, ordo fuit à Chriſto inſtitutus; Probatur ex Conc. Florent. poſtquam docuit Sacramentum ordinis à Chriſto Domino inſtitutum ſingulis ordinibus aſſignat materias; ergo vniformiter intelligi debet, quod ſcilicet omnes ſint à Chriſto inſtituti; Exorciſtatus dici poteſt inſtitutus. Matth. 10. Cum Chriſtus dedit Apoſtolis poteſtatem eijciendi ſpiritus immundos; Datur in Eccleſia ordo Acolithatus eſt communis, & ordinatio Acolithi eſt Sacramentum, quia conſtat ex Materia, & forma ideſt ex rebus, & ſignis ſignificantibus poteſtatemque traditur Acolytho ordinato, & Concilia citata ordinationem in genere definiunt eſſe ordinem, & cuiq; ordini aſſignant materiam; ergo ex conſequenti definiunt, quamlibet or-

ordinationem ſine ordinem eſſe Sacramẽtum; Materia remota huius ordinis eſt candelabrum cum candela, & vrceoli; Materia propinqua eſt traditio eiuſdem candelabri; Forma ſunt verba illa; Accipe Ceropherarium &c. & ſcias te ad accendenda Eccleſiæ Luminaria mancipatum in Nomine Domini; Iſte ordo eſt inſtitutus ab ipſomet Ieſu Chriſto, & dum Concilia definiunt ordinationem in genere, eſſe à Chriſto Inſtitutum, ſequitur idem de omni ordinatione in ſpecie, & indiuiduo, & iſte ordo poteſt dici, quod inſtitutus ſit Matth. 5. vel Lucæ 12. quibus in locis ſaluator vtitur metaphora lucis lampadis, vel Lucernæ &c. vt luceant coram hominibus, & illuminent alios ad fidem. Officia Acolythi ſunt deferre Cereos accenſos, pro Celebratione miſſæ alia Eccleſiæ luminaria accendere, ac vinum, & aquam ad miſſam miniſtrare; Hæc ſatis de ordinibus minoribus.

8 Quantum ad maiores Subdiaconatus eſt ordo eſt Scoti, & communis, & poſt Cõcilia Florentinum, & Tridentinum eſt de fide illud in decreto Eugenij illud ſeſſ. 23. c. 2. Hunc ordinem cum cæteris ab initio Eccleſiæ in ea fuiſſe eſt notum, & in cap. de Reſ. 17. docet etiam functiones huius ordinis ſicut, & aliorum ab initio in vſu fuiſſe. Iſte ordo fuit non ab Eccleſia inſtitutus, ſed à Chriſto; probatur per Concilia citata, quæ definiunt Sacramenta nouæ legis eſſe à Chriſto inſtituta, inter quæ enumerant Sacramentum ordinis in genere, & conſequenter in ſpecie, & in indiuiduo. Subdiaconatus autem eſt ordo, & quidem ſacer; eſt comunis, quia Subdiaconus ordinatur, cum obligatione ad Caſtitatem perpetuam, & cælibatum, ordinatio Subdiaconi eſt verum Sacramentũ; tum quia cõficitur materia, & forma ideſt rebus, & ſignis ſicut alia Sacramenta, tum etiam quia Conc. Florent. in decreto Eugenij IV. loquens de Sacramentis Eccleſiæ, ait 6. Sacramentum eſt ordinis cuius materia eſt illud per cuius traditionem confertur ordo; ſicut Presbyteratus traditus per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem; Diaconatus verò per Libri Euangeliorum dationem: Subdiaconatus verò per Calicis vacui, cum patena vacua ſuperpoſita traditionem, & licet in ordinatione Subdiaconi multa per Epiſcopum tradantur ordinato Materia, tamẽ huius Sacramenti eſt traditio Calicis vacui, cum patena vacua patet ex citato Decreto Florentini Concilij, quo nullus alius clarior locus, cum expreſsè pro Subdiaconatus materia aſſignet traditionem calicis vacui cum patena vacua, ergo forma Subdiaconatus ordinationis ſunt illa verba, quæ dicit Epiſcopus dum tradit ordinando prædictam materiam remotam eſt comunis. Nam illa verba exprimunt poteſtatem, quæ confertur Subdiacono. Licet plura ſint officia Subdiaconi, vt legendi epiſtolam &c. præcipuum tamen eſt miniſtrare Diacono porrigendo calicem, & patenam cum materia offerrenda à Sacerdote, nam huiuſmodi officium explicatius exprimitur per materiam, & formam.

9 Datur in Eccleſia ordo, qui dicitur Diaconatus eſt comunis omnibus Catholicis, probatur ex citato decreto Eugenij IV. in Conc. Florent. vbi etiam eius materiam aſſignat. Item Trid. ſeſſ. 23. c. 2. ordo Diaconatus non eſt nouus in Eccleſia, ſed à Chriſto fuit inſtitutus immediatè, hoc enim eſt comune omnibus Sacramentis eſſe immediatè inſtituta à Chriſto talis enim eſt ordo verum Sacramentum, cum conſtet materia, & forma, ſeu rebus ſenſibilibus, & ſignis, & eſt ſignum practicum, & efficax gratiæ; Item eſt ordo vnus ex maioribus ideſt ex ſacris ex Trid. ſeſſ. 23. c. 2. & ex officio tangit ſacra, & Sacramẽtum Euchariſtię miniſtrare poteſt; etiam ſibi ipſi, niſi adſit Epiſcopus, vel Prelatus. Etiam in ordinatione Diaconi multa traduntur, tamen materia huius ordinis Diaconatus eſt traditio libri Euangeliorum, ita expreſsè in citato decreto Eugenij 4. Forma ordinationis Diaconi conſiſtit in verbis illis, quæ dicit Epiſcopis dum tradit ordinando Euangeliorum librum, quia illa ſunt verba, quæ ſignificant poteſtaté,

quæ

quæ tunc confertur. Plura in varijs Hiſtorijs recenſentur officia, & munia Diaconi hic ſolum principaliora recenſentur, quæ praxis Eccleſiæ exercet. Munus promulgandi populo, ſiue in ſolemni miſſa, ſiue per prædicationem competit Diacono de Iure Diuino, probatur ex facto D. Stephani ſtatim ordinati prædicantis Euangelium, & pro eo diſputantis, & ex facto Philippi Diaconi prędicantis Euangelium in Samaria; Munus diſpenſandi Euchariſtiam competit Diacono iure Diuino, probatur ex Pontificali Romano, vbi in ordinatione Diaconi dicitur æſtate nitidi Mūdi, & Caſti, ſicut decet Diſpenſatores Dei miſeriorum, & quia comminiſtri, & cooperatores eſtis corporis, & ſanguinis Domini, ergo ratione ordinis, & inſtitutionis eſt hoc miniſterium illis competere; Munus ſolemniter miniſtrandi Sacerdoti celebranti eſt proprium Diaconi iure Diuino, probatur ex praxi Eccleſiæ, quæ errare non poteſt, cum ſit firmamentum, & columna veritatis, ex 1. Timothei cap. 3. quæ hoc officium à Diacono, & non ab alio exerceri permittit; Miniſtrare Baptiſmum ſolemniter ex commiſſione Præſbytero abſente conuenit Diacono ex inſtitutione Diuina; quia non poteſt alteri Inferiori à Diacono committi, vt ſolemniter baptizet, quod ſi poſſet fuiſſet certè aliquando in 16. ſæculis commiſſum cætera officia, quæ à Diacono exercentur competunt ei ex Eccleſiæ inſtitutione patet inducendo per omnia.

10 Datur in Eccleſia ordo, & ordinatio Sacerdotis eſt comunis de fide, probatur ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. per totam, & ante ipſum ex Conc. Florent. in Decreto Eugenij IV. qui ordinatio eſt pariter Sacramētum ex eiſdem Concilijs, etiam quia conſtat ex materia, & forma, ſiue ex rebus, & verbis ſignificantibus poteſtatem Sacerdotalem; fuit à Chriſto inſtituta, probatur ex Trid. ſeſſ. 7. de Sacramentis can. 1. & ſeſſ. 23. c. 2. & can. 3. & quidem in vltima Cœna eſt de fide expreſsè in Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. non enim aſſignari poteſt aliud tempus veriſimilius, & magis congruum.

Duplex eſt partialis materia iſtius ordinationis vna in collatione poteſtatis conſecrandi poſita, & hæc eſt traditio calicis cum vino, & patenæ cum hoſtia; alia in poteſtatis abſoluendi collatione, & hæc ſita eſt in manuum impoſitione facta ab Epiſcopo, probatur, prima pars ex decreto Eugenij IV. in Concil. Florent. vbi expreſsè docetur materiam ordinis Presbyteratus eſſe traditionem Calicis cum patena &c. ergo ſi non eſt totalis ſaltem eſt partialis, probatur 2. pars, quod ſcilicet manuum eſpoſitio ſit altera partialis materia in ea ordinatione, qua datur poteſtas cladium, probatur Spiritus ſanctus non datur niſi medio Sacramento, ſed de fide eſt dari, cum dicitur accipe Spiritum ſanctum per manuum impoſitionem, ergo per Sacramentum, igitur impoſitio illa eſt Sacramentalis, ſed non per modum formæ, ergo per modum Materiæ. Iuxta hoc dicendum quoque eſt eſſe, quoque duas partiales formas neceſſarias in ordinatione Sacerdotali; Vna eſt illa accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, alia vero accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris &c. probatur vtraque pars, nam cum recitantur Concilium ea Verba dicit eſſe formam, 3. Verba illa exprimunt conferri poteſtatem, ergo ſi ſeorſum ſumpta non ſunt forma totalis ſunt, ſaltem forma partialis, & hoc eſt proprium omniū formarum ſacramentalium, ſcilicet efficere practicè, quod ſignificant ſpeculatiuè, ſed Verba prædicta ſic efficiūt practicè, quod ſignificant ſpeculatiuè, ergo ſunt formæ ſacramentales.

11 Sacrificare per Euchariſtiæ conſecrationem, & oblationem eſt primum officium competens Sacerdoti de iure Diuino, probatur ex illo Lucæ 22. vbi dicit Dominus hoc facite in meam commemorationem, ſuper quibus verbis fundatur Trid. ſeſſ. 22. c. 1. & 2. can. 1. & 2. Nam in cap. inter cætera, ait nouum inſtituit Paſcha ſe ipſum ab Eccleſia per Sacerdotes immolandum ſub ſignis viſibilibus &c. 2. Sacerdotis officium eſt abſoluere à peccatis pænitentem ſubditum, & hoc eidem com-

competit de Iure Diuino; Probatur ex Ioan. 20. vbi Chriſtus immediatè dat Apoſtolis hanc poteſtatem, & ex Tridentino ſeſſ. 23. cap. 15. de Reformat. docet poteſtatem abſoluendi conferri Sacerdoti in ſua ordinatione; Idem docuerat in ſeſſ. 14. can. 6. 8. 6. & 15. dicens poteſtatem abſoluendi non eſſe inuentum humanum, ſed ex Dei inſtitutione; Dicitur pænitentem ſubditum, intellige ſubditum per Iuriſdictionem ordinariam, aut delegatam, 3. Sacerdotis officium eſt baptizare, & hoc ei competit de Iure Diuino. Probatur ex Matth. vltimo, vbi Chriſtus immediatè commiſit Apoſtolis, vt docerent omnes Gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, officium tamen hoc competit etiam alijs maximè tempore neceſſitatis, 4. Sacerdotis officium eſt miniſtrare Sacramentum extremæ vnctionis, & hoc ſibi competit ex Diuina inſtitutione, nam hoc Sacramentum à Chriſto fuit inſtitutum, ergo, & officium illud adminiſtrandi ab eo demandatum Sacerdotibus, iuxta illud Iacobi 5. inducat Præsbyteros Eccleſiæ; & orent ſuper eum Vngentes, &c. Quintum Sacerdotis officium eſt prędicare, eique competit de iure Diuino, probatur ex Lucæ 9. Marci 16. & Matth. 28. vbi Chriſtus committit Apoſtolis munus prædicandi, & ideò Concil, Lateran, 5. ſeſſ. 11. cap. vltimo, & Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. de Reform. adeò inculcant Præsbyteris, & Curatis, vt ſæpè ſaltem in Dominicis prædicent populo Verbum Dei, 6. officium Sacerdotis eſt benedicere res, & Perſonas, ſed hoc ei non competit ex iure niſi tantum radicaliter, quia ſcilicet habet Sacerdotium.

12 Datur in Eccleſia gradus, ſeu dignitas Epiſcopalis, ita Scotus in 4. d. 24. eſt quæ comunis, & de fide probatur, ex Actuum 20. vbi dicitur attendite vobis, & vniuerſo Gregi in quo Spiritus ſanctus, poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, ergo &c. eſt quæ ordo Sacer; probatur ex ep. 3. decretali S. Anacleti, vbi docet duos eſſe Sacerdotum ordines à Chriſto in Eccleſia relictos Epiſcopatum, & Præsbyteratum; ordo Epiſcopalis differt ſpecie à Sacerdotali, nam confertur poſt Sacerdotium; & ſi Sacerdos fit Epiſcopus, per hanc ordinationem aquirit aliquid aliud, quod prius non habebat, nec poterat habere; Itē forma, quæ producit ſpecie diuerſos effectus ab alia ſpecie differt ab illa, hoc enim eſt indicium differendi à poſteriori deſúmptum, ſed ita ſe habent Epiſcopatus, & Præsbyteratus, nam Epiſcopatus dat poſſe facere Sacramentum confirm. & ordinis, quod non dat Presbyteratus, & Trid. ſeſſ. 23. can. 6. dicit Anathema ijs qui dicunt Epiſcopum, Præsbytero, Superiorem; Inſuper ordinatio, ſeu conſecratio Epiſcopalis eſt Sacramentum, nam conſtat ex materia, & forma, ſeu rebus, & ſignis; eſt à Chriſto inſtitutum, probatur ex Trid. ſeſſion. 23. can. 66. vbi habet Hierarchia Eccleſiæ conſtans ex Epiſcopis, & alijs Miniſtris Diuina ordinatione eſt; Materia adæquata, & totalis Ordinationis Epiſcopi, eſt impoſitio Libri Euangeliorum ſuper caput ordinati, & manuum impoſitio ſuper caput eiuſdem. De prima parte patet ex Epiſtola 3. Sancti Anacleti Papæ, qui vixit vſque ad annum 110. ſic loquentis de Epiſcopis ordinandis, & ordinantibus, qui ſimul conuenientes ſcrutinium diligenter agant ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum ſanctis Euangelijs, quæ prædicaturi ſunt imponentes Dominica die hora tertia dantes; & hoc ritu celebrent, ſecunda pars; probatur ex antiqua Eccleſiæ praxi, quæ hoc ritu vtitur in manuum impoſitione, & quia vtraquę hæc materia ſignificat aliquam dari.

13 Forma ordinationis Epiſcopalis conſiſtit in Verbis, quæ dicit ordinans cum imponit manus, ſcilicet accipe Spiritum ſanctum; & alijs, quæ dicit dum tradit Euangeliorum librum, accipe Euangelium, vade, & prædica populo tibi commiſſo, & vniuerſaliter ea Verba ſunt forma, quæ dicuntur dum traditur materia, & ſignificant poteſta-

ſtatem, quæ confertur Epiſcopus cum, ſit etiam Sacerdos exercet omnia officia ſimplicis Sacerdotis, & vltra hæc ſpecialiter, & de iure Diuino, primo criſma conficere, & Sacramentum confirmationis miniſtrare, probatur ex Concilijs Florentino in litteris Vnionis, §. ſecundum, & Tridentino ſeſſione 23. cap. 4. & can. 7. vbi habetur, ita eſſe proprium Epiſcopi confirmare, vt nulli Sacerdoti competat, ſecundum officium proprium Epiſcopi, eſt ordinare omnes Eccleſiæ miniſtros, ſeu Sacramenta omnis ordinationis conficere ex Tridentino ſeſſione 23. cap. 4. & can. 7. vbi definitur poteſtatem ordinandi ſoli Epiſcopo competere Præsbytero, verò non competere, nec validè, nec licitè, inmò in hoc præ cæteris Epiſcopum eſſe Præsbytero maiorem, 3. officium Epiſcopi eſt conſecrare Eccleſias altaria vaſa lintea Virginis, ſed hæc ei competunt iure humano, quia poſſunt delegari Præsbytero, & Concilium Tridentinum diſtinctè, quæ ſunt ordinis in Epiſcopo, & in quo ipſe ratione ordinis differt à Præsbytero, & reducuntur ad duo, ſcilicet ad miniſterium ordinis, & confirmationis, quæ ſi exerceret Prẹsbyter, nihil faceret. Ita ſeſſ. 23. cap. 4. can. 7. cætera autem ex ipſiuſmet Epiſcopi licentia, poteſt Præsbyter miniſtrare, & exercere, ergo iſta non competunt Epiſcopo ratione ordinis, & iure Diuino Epiſcopus vltra ordinem, & ea, quæ ſunt ordinis habet in ſua Diæceſi iuriſdictionem ampliſſimam, & plures actus illius poteſt exercere cuius iuriſdictionis tractatus ſpectat ad Canoniſtas, & iuris Canonici peritos. Ideò pro nunc relinquitur eo, vel maximè, quia à nobis alibi abundè dictum eſt.

14 Epiſcopus, ergo ēſt ordinarius miniſter Sacramenti ordinis patet ex dictis, & eſt comunis; & hæc poteſtas competit ei iure Diuino, non enim inferioris condictionis eſt hæc poteſtas, quam poteſtas cæterorum ordinum, ſed poteſtas miniſtrandi alia Sacramenta competit Miniſtris iure Diuino, ergo, & iſta Poteſtas miniſtrandi Sacramentum ordinis, poteſt competere alij ab Epiſcopo, ſi ei delegetur à Summo Pontifice, & de facto fuit iam delegata, quo ad Minores Vrbano IV. in ſua conſtit. 6. Incipiente Eccleſia; Abbatibus Montis Virginis, vt ſuis Monachis ordines Minores conferant, & Tridentinum Concilium ſeſſione 23. de Reform. cap. 10. docet Abbates non poſſe niſi ſuis ſubditis ordines minores, aut tonſuram conferre; Nihilominus fertur Innocentium VIII. Anno 1489. conceciſſe Abbate Ciſtertij, & ſuis ſucceſſoribus pro omnibus Monachis ordinis Ciſtertienſis, & quattuor eius coAbbatibus pro ſuis Monaſterijs, vt poſſent Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines conferre; Hæc autem conceſſio habetur in tomo Priuilegiorum ordinis Ciſtercienſium, qui inſcribitur (Regula conſtitutiones, & Priuilegia) Epiſcopus non ceſſat eſſe validus Miniſter ordinis ſi fiat excomunicatus Schiſmaticus, & Hæreticus, vel degradatus, quia vt inquit Scotus in 4. diſt. 24. quæſt. vnica eſt ordo non ſola iuriſdictio; quæ iuriſdictio poteſt tolli ab Epiſcopo non tamen Character ordinis in quo ordo fundatur; Ex quo clarè colligitur, quod Epiſcopus excomunicatus validè ordinat ſi ordinat varia decreta facta ſunt in Eccleſia circa numerum Epiſcoporum, qui requiruntur ad ordinandum, ſeu conſecrandum Epiſcopum, ſed omnium, primo ſtatutum fuit, vt à Tribus fieret, probatur ex can. 1. Apoſtolorum expreſſis verbis id docente, vt ſcilicet à tribus ordinetur Epiſcopus à 3. in quam Epiſcopis.

15 Mulieres ſunt incapaces ordinis Eccleſiaſtici cuiuſcumque, & ſi ordinentur nihil recipiunt, & hoc non ſola Lege Eccleſiæ, ſed lege poſitiua Chriſti, nam ſi non à Chriſto, hæc inhabilitas orta eſſet Beatiſſima Virgo ſaltem habuiſſet in Eccleſia hanc poteſtatem, quæ maxima eſt Homo in qualibet ætate eſt capax, vt quocumque ordine ordinetur ſi cætera adſint, quia ſic eſt capax Baptiſmi,

mi, & Confirmationis, quæ etiam imprimunt Characterem, vt verò rectè ordinetur excepta infantia omnis alia ætas eſt ad minores proportionata. Ad Subdiaconatum requiruntur anni 22. ad Diaconatum 23. ad Præsbyteratum 25. ad Epiſcopatum 30. Vt validè ordinetur nulla pœna canonica impediri poteſt, ſed impedit licitam ordinationem; Plura ſunt talia impedimenta, quæ vt plurimum taxantur in Iure canonico maximè in Trid. ideò cupientes maiorem de his informationem ad eoſdem remittimus iuriſperitos, ſatis eſt innuere, & aduertere, quod requiſita ad ordines ſuſcipiendos, & impedimenta ab ordinibus ſuſcipiendis auertentia, iuxta triplicem hominis vitam ſpectari poſſunt, ſcilicet naturalem, moralem, & Ciuilem; omnia enim, quæ per ſacros Canones deſiderantur pro ordinandis, vel impediunt ne quis ordinari poſſit aliquo modo ad hæc ſunt reducibilia, quæ paſſim habentur apud Canoniſtas, Interim nos properamus ad alia.

16 Sacramentum ordinis cauſat gratiam in ordinato diſpoſito non ponenti obicem; Probatur, omnia Sacramenta nouæ legis cauſant gratiam ſanctificantem, ideſt ordo eſt Sacramentum nouæ legis, ergo cauſat gratiam habitualem non primam, quia ordo eſt Sacramentum viuorum, ergo nō confert gratiam primam, ſed augmentum eius, quod vocatur gratia, 2. Sacramentum ordinis præter gratiam habitualem, ſecundam eius effectum alijs Sacramentis comunem cauſat in ordinato aliam gratiam ſpecialem, quæ vocatur Sacramentalis, quæ non conſiſtit in aliquo phiſico, quod actu conferatur, ſed in aliquo iure, quod eſt in eo ad obtinenda à Deo auxilia neceſſaria pro miniſterio ordinis accepti; Quæ auxilia dantur dum occurrit occaſio exercendi actum ordinis. Vltra has duas gratias Sacramentum ordinis cauſat characterem in Anima ordinati, Scotus in 4. diſtinct. 24. quæſt. vnica, & probabiliſſimè ſuſtineri poteſt, quod omnes ordinatio, ſiue maiores, ſiue minores imprimunt ſuum proprium Characterem colligitur, ex Scoto loco citato, §. ad Argumenta; probatur omnes præphatæ ordinationes ſunt Sacramenta, ergo omnes imprimunt Characterem; Antecedens iam ſupra probatum eſt; conſequentia probatur, quia Sacramentum ordinis confert Characterem, ſed tales ordinationes ſunt verè Sacramenta ordinis; ergo; Probatur à Poſteriori. Tota Eccleſia probat Sacramentum Ordinis imprimere Characterem, quia non iteratur, & ſi per culpam, aut delictum enorme priuatur, aut ſuſpenditur excommunicatur; Cum rehabilitatur, Iterum non ordinatur, & degradatus poteſt exercere talem ordinem, Verbi G. Præsbyteratus in tempore neceſſitatis.

17 Nulli ordinato in ſacris incipiendo à Subdiaconatu, vſque ad Epiſcopatum eſt licitum contrahere matrimonium ſiue ſit Latinus, ſiue Græcus, Scotus in 4. diſtinction. 27. Concilium Tridentinum ſeſſione 24. canone 9. & hoc ſub pœna excommunic. ipſo facto incurrendæ ex Clem. de conſanguinit. & affinit. Capite vnico, & alijs pœnis, & ſi contrahat matrimonium contractum eſt nullum, & inualidum ex cap. vnico de Voto in 6. Aliquando talibus ordinatis Subdiaconatu, ſiue Græcis, ſiue Latinis permiſſum fuit, ſiue toleratum matrimonium facere diſtinction. 32. cap. placuit: Item permiſſum fuit, aut toleratum pro aliquo tempore Diacono Græco Vxorem ducere, ex Concilio Ancorano cap. 10. & refertur diſtinct. 25. cap. Diaconus; Græcus Subdiaconus, Diaconus, & Præsbyter, vti poteſt vxore quàm duxerat ante ordinem ſacrum, ex lib. 6. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 17. Nec Eccleſia Catholica in hoc in reformatione Græcorum aliquid innouauit, probabiliter teneri poteſt, quod pro aliquo tempore Sacris Miniſtris Latinis fuerit ſaltem toleratum, vti matrimonio contracto ante ordines, ex cap.

quoniam diſtintione 31. modo clericus Latinus ordinatus in ſacris non poteſt Matrimonium antea contracto, ex diſt. 27. cap. Diaconus, & alibi ſæpè; Hæc prohibitio facta Miniſtris ſacris, de Matrimonio non contrahendo, & non vtendo contracto non eſt facta illis iure Diuino, ſed humano Eccleſiaſtico, nam nullus apparet ſcripturæ locus, id prohibens, nec Concilij Canon declarans hoc eſſe de Iure Diuino, neque Romani Pontificis conſtitutio, aut decretum id definiens alias, nec Papa poſſet diſpenſare.

18 Huiuſmodi Lex ab Apoſtolorum tempore conſtituta, ex tunc cœpit, primo omnes ſacros Miniſtros obligare dictum eſt, primo quia poſtea pro aliquibus abijt in deſuetudinem, & iterum renouata eſt. Item ex liber 6. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 17. Iſta Lex de non contrahendo poſt ſacros ordines, ita obligat (vt dictum eſt) vt Matrimonium ſit nullum eo quod ordinati in ſacris ſint incapaces contrahendi, & hoc etiam in Eccleſia Græca, ex cap. ſi qui de Clericis coniugatis, & ex c vnico de voto, & voti Redempt. in 6. & Trid. ſeſſ. 24. cap. 9. Lex iſta in Eccleſia Græca ante Concil. Nicenum primum per in obſeruantiam, & deſuetudinem fuit non obſeruata, & hoc ab Eccleſia Catholica fuit toleratum; Prob. ex cap. Nicena d. 31. Licet pro tota Eccleſia etiam Græca fuerit poſt primum Nicenum Conc. renouata lex prohibens ſacris Miniſtris vſum matrimonij iam contracti; Tamen poſt Concil. quiniſextum celebratum in Trullo Lex iſta, pro Eccleſia Græca manſit ſemper abrogata, ſeu diſpenſata ex Romanorum Pontificum permiſſione, ex cap. finali d. 31. & cap. cum olim de Clericis coniugalis Lex iſta Apoſtolica continentiæ, pro Eccleſia Latina obligare cæpit à tempore Apoſtolorum, & abſque interruptione, aut abrogatione ſaltem comuni, aut per tolerantiam perſeuerauit; Dictum eſt abſque interruptione, aut abrogatione ſaltem in comuni, neque per tolerantiam, quia licet in aliqua Regione Lex iſta fuerit violata ob periculum maioris mali per aliquod tempus, id tolerauit Eccleſia tunc tamen, neque in tota Eccleſia fuit toleratum, neque abſque culpa Miniſtrorum in obſeruantium.

19 Obligatio continendi in ordinato in ſacro ordine non oritur ex vi ordinis, ſed oritur ex voto, ſeu profeſſione, aut promiſſione caſtitatis emiſſa in ordinatione ex citato c. Diaconi d. 28. & c. Lectores d. 32. Trid. ſeſſ. 24. c. 9. dicente ordinatos in ſacris impediri à voto ne matrimonium contrahant. Quando licitum erat vti matrimonio contracto in ſacris ordinati poterant etiam cohabitare cum vxoribus; nunc autem coniugalis Clericis, poſt votum continentiæ proprium, & Coniugum prohibitio eſt eas Domi retinere. Clericus vxoratus poteſt ordines minores recipere abſque licentia Vxoris, quia vir excepto matrimoniali commercio, habet poteſtatem obligandi ſuum corpus ad omnia ſibi benè viſa, ſine vxoris conſenſu, requiritur tamen ſuo tempore propoſitum recipiendi Ordines Sacros, vel intraudi Religionem ſeruatis ſeruandis, ex capite finali de tempore ordination. in 6. ſine licentia vxoris licitè non poteſt recipere Sacros Ordines, ex capite Coniugatus de conuerſ. Coniugum, ſi tamen recipit validè recipit; quia Eccleſia non fecit, nec alius facere potuit vxoratum incapacem Characteris Ordinis, cum hic ſit à Deo mediante Sacramento; iuſto ſecuto diuortio ex delicto vxoris poteſt coniugatus abſque licentia vxoris licitè recipere Ordines Sacros, ex Capite gaudemus de Conuerſ. Coniugat. Licentia vxoris ad licitè recipiendos Sacros Ordines, non ſicuto iuſto diuortio debet eſſe non coacta, nec ex vi, aut metu extorta, ſed libera non implicita, ſed explicita, probatur ex Regula quinta, de Regulis iuris in 6. metu faciens, quod non debet non dicitur facere, ergo licentia data ex metu non eſt licentia, ſed violentia,

ſicque

ſicquè ordinatus in ſacris reſtituendus eſt vxori.

20 Hæc obligatione continendi ex voto, ſiue ordine ſacro non eſt obſeruatu impoſſibilis ſacrilega, aut peſtifera (vt fingunt Lutherus, Pomeranus, Magdeburgenſes, Melanthon, Caluinus, Beda Martyr, & alij Hæreticis, ſed æquiſſima longèque vtiliſſima, ac proindè (licet ſecus ſuaſerint Eraſmus, ac Panormitanus) nullo modo relaxanda, ſi enim Iſraelitæ. Exodi 19. 15. vetabantur aliquando appropinquare vxoribus, & Sacerdotes, & Leuitæ veteris teſtamenti iubebantur continere toto tempore vicis ſuæ, ſiue Miniſterij in Templo 1. Paralip. 24. 5. & D. Paulus 1. Cor. cap. 7. præſcribit coniugatis, vt ad tempus vſu coniugij abſtineant, vt diligentius orationi vacare poſſint; Non nequiſſimum fuit, vt clericus noui teſtamenti, qui non peruices, ſed continuo, & quanta poſſunt diligentia debent orationi, & ſeruitio Diuino, & longè nobiliori ſacrificio vacare præciperetur perpetuo ſe continere; & quis neget rectè prohiberi alicui ordini, quod miniſterio ordinis Impedimentum 1. Cor. 7. 33. Qui cum vxore eſt ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quo modo placeat vxoris, & diuiſus eſt; Quod autem dicunt impoſſibile ſacrilegum, id eſſe prius quam nobis perſuadeant, oportet litem in ſent. 1. Paulo adeò quæ, & ipſi Chriſto toties id ſuadentibus, laudentibus, & ad id inuitantibus. Matth. 19. 11. qui poteſt capere capiat, & V. 29. centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis, 1. Cor. 7. 7. Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum V. 8. bonum eſt, ſi ſic permaneant ſicut, & ego, & V. 38. qui Matrimonio iungit Virginem ſuam benefacit, & qui non iungit melius facit, & V. 40. beatior erit, ſic permanſerit.

21 Sic Delineatio Hierarchiæ Eccleſiaſticæ diſpoſita eſt à Chriſto Fundatore Eccleſiæ, dum Sacramentum ordinis, inſtituit, & ſupremum Hierarcham conſtituit ſuum Vicarium nominauit, & caput viſibile ſtabiliuit, qui eſt Summus Sacerdos Sacerdotum, & omnium Epiſcoporũ ſummus Epiſcopus, & Summus Pontifex; Iſti duo Summi Pontifices veteri, & noui Teſtamenti, ita diſtant inter ſe ſicut Vmbra, & corpus, & ſicut Imago incohata, & completa ſicut littera occidens, & ſpiritus viuificans, & ſicut ſanguis Taurorum, & ſanguis Chriſti, & ſicut ſeruitus, & libertas; Pontifex veteris Teſtamenti vmbram expreſſit Pontifex noui Teſtamenti corpus ſignificauit, & ſignificat, ille incohatæ Imaginis miniſter fuit hic completę, ille ſecutus eſt litteram occidentem hic ſpiritum viuificantem; Illæ Thauros, & Arietes immolauit hic pretioſi corporis eſt diſpenſator, & pretioſi ſanguinis; Ille vixit ſub iugo ſeruitutis hic in libertatem filiorum Dei; Ille ſemel in anno introibat in ſancta ſanctorum; Hic quoties vult conſecrat ſanctum ſanctorum, ergo hic maior eſt, & Excelſior, illo

22 Quibus tamen non obſtantibus multi Pſeudo Chriſtiani, Schiſmatici, & Hæretici non ſolum recuſant ſub tanto capite viuere, eum venerari ei obedientiam exhibere, ſed nec vt caput viſibile Eccleſiæ Chriſti agnoſcere volunt, ſed inſuper ei plura obijciunt quibus auctoritatem ipſius labefactare contendunt, & ipſum omnino è medio tollere, ſed incaſſum laborant, quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eum; Primo obijciunt illi arrogantiam, quod Pontificem maximum ſe appellet, & tamen conſtat hunc titulũ conceſſu fuiſſe in veteri Teſtamento, & quidem ab ipſo Deo, ſic enim legitimus, Leuiti 21. V. 10. Dixit Dominus ad Moyſen Pontifex, ideſt Sacerdos maximus inter fratres ſuos non diſcooperiet, & apud Euangelium D. Marci paſſim vocitatur ſummus Sacerdos, ſi ergo Pontifici in veteri Teſtamento licui vſurpare hunc titulum cur in nouo non liceat, præſertim cum Pontifex in nouo maior, ac excellentior ſit quam fuerit in veteri, 2. obijciunt illi cœlibatum, & vrgent Matrimonium, ſed profecto non alia de cauſam, quam vt ſuam laſciuiam, & turpitudinem excuſẽt, & cooperiant; Nam in veteri Teſtamento Pontifex propter ſanctitatem ſui officij,

quod gerebat non poterat inire Matrimonium cum vidua, vel repudiata, ſed tanta cum Virgine ex ſua Tribu, & in nouo Teſtamento maior eſt ſanctitas officij, quod gerunt Miniſtri Eccleſiæ, ergo magis debent colere caſtimoniam vitæ, quam in Populo Hæbreorum factum eſt.

23 Tertio obijciunt illi, quod glorietur de continuata ſeriè, & ſucceſſione ſuorum Anteceſſorum in Eccleſia Romana; At nihil culpæ hic eſt; ſed Hęretici hic ſolemniter impingunt, nam relicta legitima ſucceſſione, quæ eſt in Eccleſia inſtituunt nouos, qui alios ante nullos miniſtros agnoſcunt: In quibus ſimiles ſunt Ieroboamo, qui aſciuit Sacerdotes, qui non erant de Tribu, & ſucceſſione Leui. 3. Regum 12. quarto obijciunt, quod tam ipſe, quam alij Epiſcopi, & Sacerdotes ſolemni ritu vngantur, & conſecrentur; ſed ſine fundamento; Nam conſtat Deum in veteri Teſtamento præcepiſſe, vt Pontifex vngeretur oleo ſanctæ vnctionis, & ſimiliter, vt tam Pontifex, quam Sacerdotes, & eorum veſtiméta ſanguine, & oleo aſpergerentur, quæ Cæremoniæ cum à Deo introductæ, & approbatæ fuerint, cur ergo, vt otioſas, & ridiculas execrantur. Cur vel eaſdem, vel ſimiles vſurpare non licebit Summo Pontifici Romano Epiſcopis, & Sacerdotibus Catholicis Miniſterijs longè ſacratioribus deſignatis? Miniſtri Hæretici, qui ſine vnctione, & conſecratione, ſine ſucceſſione, & legitima vocatione, vel ex contritionis, vel ex poppinis in officia Eccleſiaſtica ſubito ſe ſe ingerunt nullum poſſunt proferre exemplum ex tota antiquitate, quo tueri ſi poſſunt.

24 Quinto obijciunt illi pompam, & ſplendorem in ornatu Pontificali, & tamē ſcimus Pontificem in veteri Teſtamento ex peculiari Dei inſtitutione geſtaſſe purpuram hyacinthum byſſum tintinabula aurea, & mala punica in ſacra veſte, Tiaram cum aurea lamina in capite duodecim Gemmas; in pectore duos lapides onichinos in humeris aura incluſos? An etiam Deum accuſabimus, qui hunc tam ratum, & inſignem ornatum præſcripſit Pontifici in Sinagoga Iudęorum ad quem tamen nundum peruenit Pontifex Romanus, qui alias potiori iure poſſet in multis eum in magnificentia, & ſplendore ſuperare; ſexto obijciunt illi diuitias, & potentiam temporalem, ſed immerito, nam conſtat Pontificem in veteri Teſtamento fuiſſe longè ditiſſimum, & quidem Deo diſponente; Accipiebat decimas à duodecim tribubus Iſrael, decimas decimarum à Leuitis primitias, primogenita oblationes à toto populo; Profecto ſi Pontifex Romanus ſingulis annis acciperet decimas omnium bonorum à toto orbe Chriſtiano; ſi decimas decimarum ab Eccleſiaſticis, & Religioſis, ſi denique primitias, primogenita, & oblationes omniū fidelium fortaſsè ditior eſſet, quam modo eſt, & ſi vellet omnem potentiam ſibi à Deo traditum, vellet exercere profecto latiorem poteſtatem oſtendere poſſet, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quam modo demonſtrat, 7. obijciunt illi nimiam auctoritatem, qua vtitur in Eccleſia Chriſti; In quo ſimiles ſunt Hebræis, qui etiam ſuum Pontificem Aaronem, hac calunia onerabant, ſed Deus, & miraculo, & vltione oſtendit ſe velle, vt omnes Aaroni obedirent; Ita Deus abſolutè vult velint nolint Hęretici, vt omnes Chriſtiani obediant Romano Pontifici, vt Vicario Chriſti in terris.

25 Ad iſtum Summum Pontificem, & Hierarchiam de iure Diuino ſpectat immediatè, vel mediatè deſtinare, & eligere inferiores Miniſtros Hierarchiæ illi enim Matth. 16. 18. & Ioan. 21. 15. commiſſum eſt à Chriſto vniuerſum eius ouile paſcēdum, ac gubernandum non quod ipſemet per ſe debeat omnes, & ſingulos eligere, vel mittere, ſed quia ipſius eſt conſtituere, qui id facere poſſunt, & modum præſcribere, quo id fieri debeat varijs autem temporibus conceſſit, vel permiſit varijs eligere Epiſcopos, idque varijs modis; Primo ipſe ſolus Pontifex per ſe elibebat exemplo ſancti Petri, & aliorum Apoſtolorum Actuum 14. 22. & ad Titum 2. 3. & hic

hic modus maximè conſueuit ſeruari in nouis Epiſcopatibus inſtituendis, ſecundo Epiſcopi omnes vnius Prouinciæ, vel maior pars eligebat poſtulato Teſtimonio, & conſenſu cleri, ac Populi eius loci cui Epiſcopus dabatur, & ſic aliquot ſæculis electus fuit etiam ipſe Pontifex Romanus 3. eligebat totus Clerus, & ſub indè etiam Populus, & Imperato, vel eius Legati, & ſic fiebat tempore D.D.Griſoſthomi, Auguſtini, & Gregorij Magni, 4. ſolis primarijs Clericis, puta Canonicis id conceſſum, & hunc modum docuit experientia eſſe omnium optimum, & pęnè vbique in vſu eſt, ſic nominatim Romæ in Summi Pontificis electione, nam Cardinales, Clerici, Primarij ſunt, & Canonici Eccleſiæ Romanæ.

26 Falſum igitur eſt, quod eligere Miniſtros Eccleſiæ iure Diuino competat populo, vel cætui fidelium, vt contendunt Lutherus, Brentius, Kemnitius, Illiricus, Caluinus, Beza, & omnes Puritani; neque enim ouibus debetur ius decernendi ſibi Paſtores; Neque Chriſtus ex Populi Suffragijs, ſed proprio nutu elegit, & miſit 12. Apoſtolos, Lucæ 6. 13. & ſeptuaginta duos diſcipulos, Lucæ 10. 1. At qui qua ratione Eccleſiam ipſe dum nobis cum adeſſet in terris gubernauit, eadem voluit, eandem à ſuis Vicarijs poſtea gubernari. Ioan. 21. ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, Vndè & Apoſtoli pro ſuo placito conſtituebant, & quocumque vellent mittebant Epiſcopos, & Archiepiſcopos Primates, qui Actorum 14. 22. per Pręsbyteros intelliguntur, quod comune olim erat nomen omnium Prælatorum Eccleſiæ, & nuſquam Populo, ſed ſolis Epiſcopis præcipiebant conſtituere alios inferiores Epiſcopos. Ad Titum 1. 5. Reliqui te Cretæ, vt conſtituas per Ciuitates Præsbyteros etiam Epiſcopos ſicut, & ego diſpoſui tibi; Populo autem ſolum concedebant, vt de vita, & moribus eligendorum teſtimonium ferret. Timor. 3. 7. oportet, & teſtimonium habere bonum &c. ſi quid aliud aliquando vſurpauit ex ſola coniuentia fuit, nec niſi ad tempus ſicut Actorum elegerunt 7. Diaconos, & cap. 1. V. 23. ſtatuerunt Matthiam, & Barſabam.

27 Neque hoc competit Imperatori, aut alijs Principibus, aut Magiſtratibus ſæcularibus (vt 1. volunt Zuuingliani, Anglo Caluiniſtæ, & Arminiani, quia poteſtas, & iuriſdictio Eccleſiaſtica eſt ſupernaturalis, & merè ſpiritualis, & proficiſcitur à Spiritu ſancto. Actorum 20. 28. Spiritus ſanctus poſſit vos Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, Vndè longè ſuperior eſt poteſtate, ac iuriſdictione politica, quæ ſolum eſt naturalis terrena, & ſæcularis, ius tamen nominandi, ſeu præſentandi Epiſcopos alioſque Prælatos, iam à multis ſæculis defertur Principibus ſæcularibus, tanquam Patronis fundatoribus, vel ſaltem eximijs Benefactoribus Eccleſiarum, Ius autem eligendi, vel inueſtiendi Epiſcopos, non niſi vi ſubindè, vel ex mero Pontificis indulto, ad aliquod tempus vſurparunt; Eadem electio, ſeu deſignatio Prælatorum præcipuè Epiſcoporum regulariter, & ordinariæ, non eſt immediatè expectanda à Deo, vt voluit VViclephus, & Anabaptiſtæ, quia hoc eſſet tentare Deum; Dictum eſt regulariter, & ordinariè, quia extraordinariæ rariſſimè tamen fecit, & facit Deus electionem, & miſſionem huiuſmodi, prout ſibi placet, vt vltra Moiſem, & Aaron miſit Ioſue 3. 7. Eliam 3. Reg. 18. 36. & alios Prophetas, Ioannem Baptiſtam, Lucæ 1. 66. Apoſtolos, & Diſcipulos Chriſti adeò, & ipſum Chriſtum. Matth. 9. 6. ſed quandocumque Deus, ita extra ordinem aliquos eligit, aut mittit; ſemper id Eccleſiæ manifeſtat certis ſignis, ac miraculis quibus ipſorum miſſio Populo innoteſcit, & comprobatur alias ſequitur, quod dicit Ieremias ipſi currebant, & ego non mittebam eos.

De Sacramento Matrimonij. Art. 9.

1 MAteria Matrimonij eſt ampliſſima, ideò diſtinctè tractanda eſt [illegible] plura ordinatè diſponenda, primo de ſponſalibus præcedentibus Matrimonium, 2. de ipſo Matrimonio, ſecundũ ſe quoad materiam formam Miniſtrum, & inſtitutionem, 3. de cauſa efficiente, qui eſt conſenſus, 4. de vnitate Matrimonij, 5. de firmitate, ſeu indiſſolubilitate cui opponitur repudium, 6. de bonis Matrimonij, nempè de fide coniugum in cohabitatione cui opponitur Diuortium, & de fide coniugum in reddendo debitum, & denique de prole educanda, & de filijs illegitimis, 7. de Impedimentis Matrimonij, quantum ad primum ſponſalia à ſpondendo duplici de cauſa dicta ſunt 1. quia ſpõdere eſt promptè promittere, vt in hoc contractu maximè requiritur ſpontanea promiſſio; 2. quia apud antiquos fuit conſuetudo, vt puella nuptum præmitteretur viro à Patre, vel tutore, vel amicis ex Varrone lib. de lingua latina. Vndè qui promittebantur ſunt dicti ſponſus, & ſponſa, quaſi alteri promiſſus, & promiſſa; Nomen ſponſalium ſumitur tripliciter 1. pro futuri Matrimonij promiſſione, 2. pro Matrimonio rato non conſumato tale fuit Matrimonium inter Mariam Virginem, & Ioſeph, 3. pro muneribus, quæ olim à ſpõſo dabantur ſponſæ. Non habet Rex ſponſalia neceſſe 1. Reg. 18. 25. ideſt non eſt neceſſe, vt Dauid, Michol det munera Regis Saulis filiæ ſponſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſſio, vt valida ſint 3. conditiones requiruntur, 1. vt ſit promiſſio futuri Matrimonij, 2. vt ſint inter perſonas iure habiles ad contrahendum 3. vt Verbis, aut ſignis manifeſtentur.

2 Hinc vt ſponſalia ſint valida, non ſufficit interna promiſſio facta homini eſt comunis ſententia; probatur, quia promiſſio homini facta regulariter non obligat, niſi acceptetur l. 1. ff. de pollicitationibus, vt non poteſt acceptari, niſi quatenus innoteſcat, nec poteſt innoteſcere quamdiù eſt pura interna, ergo debet per externa ſigna manifeſtari; Idem dic de interna promiſſione ſponſalium Deo facta per modum voti; quia votum eſt promiſſio melioris boni, ex D. Thoma in 2. 2. qu. 88. ar. 2. at melius bonum eſt cælibatus, quam Matrimonium ex Trid. ſeſſ. 24. can. 10. ergo inualida eſt promiſſio Deo facta de futuro Matrimonio contrahendo, niſi Matrimonium eſſet in præcepto, vt ſi aliquis defloraret Virginem fide data de Matrimonio, tunc validè voueret ſe illam ducturum, & niſi ex aliquo Matrimonio ſperaretur maxima vtilitas Reipublicæ, vt pax inter Principes Chriſtianos. Hęc promiſſio exterior ſponſalium ſponſi, & ſpõſæ, ex l. 1. ff. de ſponſalibus, nec ſola acceptio etiam ſi ſit externa eſt ſufficiens ſignũ repromiſſionis; Nam qui ſic acceptat poteſt velle tantum promiſſionem non repromittere, in quo caſu, nec verè promittens obligatur, quia promiſſio futuri Matrimonij non eſt gratuita, ſed oneroſa, nempè faciam ſi facies, ergo promiſſor non obligat ſe niſi, cum hac tacita conditione ſi alter viciſſim ſe obliget.

3 Promiſſio ſponſalium poteſt fieri inter abſentes, quæ ſi ſit oneroſa reuocari poteſt ante abſentis acceptationem, & repromiſſionem, idem dic de gratuita, iure enim comuni, quæ vis promiſſio facta abſenti eſt reuocabilis ante acceptationem, l. abſenti, ff. de donationibus, quia obligatio non oritur, niſi ex mutuo duorum conſenſu, l. 1. de pactis, ab hac autem generali regula nuſquam excipitur promiſſio Matrimonij. Promiſſio facta abſenti iure comuni neceſſe eſt, vt abſenti intimetur per epiſtolam, vel nuncium ad id à promittenti deſtinatum; Multi poſſunt pro abſente ſtipulanti; 1. qui ab altero generalem, & ſpecialem commiſſionem habet ſ[illegible] tamen propria ratificatione cum promiſſionis, 2. qui aliorum curam gerunt, vt tutor pro pupillo curator pro fuiſſe Princeps

pro ſubdito; Promiſſio ſponſalium debet eſſe deliberata; ideſt Intellectus aduertentis, & voluntatis habentis propoſitum ſe obligandi, & promittendi; Illa cenſetur perfecta aduertentia quando Intellectus, ſine vllo errore, aut ignorantia rem apprehendit, & ſufficienter aduertit ſit necbona, vel mala.

4 Promiſſio ſponſalium debet eſſe ſpōtanea, vt excludatur promiſſio metu, vel fraude extorta hæc enim non eſt valida, nec ad implenda niſi ſit iurata, vt docet D. Th. 2.2.q.89.ar.7. Probabilius eſt promittentem ſine Animo ſe obligandi non contrahere ſponſalia, nec obligari vi promiſſionis (ſimplicis) Sanch.l.1.diſp.9.§.5.referens plures; quia obligatio promiſſionis non oritur ex aliqua comuni lege, ſed ex priuata voluntate ex vi decreto Concilij Trid.ſeſſ.22.de Matrimon.cap.1.irritantis matrimonium clandeſtinum, non eſt neceſſe ſponſalia celebrare corā Parocho, & teſtibus; quia pęna poſita contrahentibus matrimonium non afficit contrahētes ſola ſpōſalia, ergo irritatio, ſeu annullatio matrimonij clandeſtini non extēditur ad clādeſtina ſponſalia; Igitur validè etiam ſi clandeſtinè contrahuntur, concedimus tamen illas perſonas eſſe habiles ad ſponſalia, quæ ſunt habiles ad matrimonium, nā ſpōſalia ſunt promiſſio futuri matrimonij, tempus ſeptenij præcisè requiritur ad ſponſalia, c.literas, c.acceſſit, c. ad diſſoluendum. De deſponſatione Impuberum, quod non ſufficit ad Matrimoniū ſponſalia celebrantur per verba de futuro, accipiam te in meam habebo te vxorem; Matrimon. verò contrahitur per verba de præſenti.

5 Promiſſio ſponſalium iure naturali obligat ad præſtandum promiſſum ſub peccato mortali; Hæc naturalis obligatio oritur ex triplici virtute veritatis fidelitatis, & iuſtitiæ, virtus veritatis qua teneris ſincerè promittere, & promiſſum pręſtare ne ſis mendax per ſe obligat tantū ſub venialia, at per accidens rationi damni, vel iniuſtitiæ poteſt obligare ſub mortali; Virtus fidelitatis obligat nos ne violemus ius alterius, quod habet ad rem promiſſam regulariter obligat ſub mortali, niſi paruitas materiæ excuſet; Virtus iuſtitię, qua tenemur promiſſum præſtare in pactis, & contractibus oneroſis obligat ad mortale, niſi excuſet paruitas materię, ex dictis conſtat quanta ſit in ſpōſalibus obligatio, cū enim ſit oneroſa promiſſio obligat ex virtute veritatis venialiter; & ex virtute fidelitatis, & iuſtitię mortaliter pręſertim, cum ſit in re graui; Promiſſor ſi monitus non vult contrahere Matrimonium cogendus eſt, ſiue ſponſalia iurata ſint, ſiue non, ex c.litteris 1. de ſponſalib. vbi Pontifex definit vtrumq; cogendum eſſe etiam ſi iuramentum non acceſſorię, ad Iudicem.n.pertinet ex officio compellere ad reddēdum ſuum cuiq; & ex iuſtitia debitum, non tamen eſt compellendus quādo grauia ſcandala, aut diſſenſiones perpetuæ, & diuortia timentur, quia minus malum ſæpè permittēdum eſt ad vitandum maius, at maius malum eſt ſcandala, & perpetuas inimicitias oriri, quam fidem ſponſaliorum frangi, ergo hoc permitti poteſt vt illud vitetur.

6 Sponſalia diſſolui ob diuerſas cauſas inſurgentes certum eſt, quarum 1. eſt Ingreſſus Religionis ſecuta profeſſione, ſecundum probabilem opinionem; ſed 2. probabiliorem etiam non ſecuta profeſſione Sanch.lib.1.diſp.42.quia eo ipſo, quod quis Religionem ingreditur ſatis declaret ſe ſponſalibus renunciare, & manens in ſęculo liber eſt ab obligatione, 2. cauſa eſt votum ſimplex Religionis ſequēs promiſſionem ſponſalium, quia promiſſum non infringit, qui in melius illud commutet, c. peruenit 2. de iure iurando, 3. cauſa votū ſuſceptionis non minorum, ſed maiorum ordinum, quia ſponſus per illud votum cenſetur renunciare ſponſalibus 4. cauſa: Validum Matrimonium poſt ſponſalia, cap. ſi inter. de ſponſalibus; quia obligatio Matrimonij eſt maior, quam ſponſalium, ergo ſi illa adſit, hæc ceſſat; Prima ſponſalia per poſteriora non diſſoluunt etiam ſi poſteriora ſint copula, vel iura-mēto firmata, quia nec per ſolam copulam, nec per iniquum iuramentum firmari poſſunt: ſi duo Impuberes ſponſalia contrahant,

hant; neuter poteſt ante pubertatem reſilire pubes tamen factus poteſt quilibet c. de illis 1. cap. à nobis de deſponſat. Impuberum ratio prioris partis eſt ne propter inconſtantiam ætatis ſępè contrahant, & reſcindant ſponſalia; Ratio poſterioris eſt ne cogantur approbare, quod in tenera ætate fecerunt.

7 Quinta cauſa eſt mutuus conſenſus contrahētium, iuxta Regulam canonicam res per quas cum cauſa naſcitur per eaſdem etiam diſſoluitur, c. 1. de Regul. iuris. Quando terminus adijcitur obligationi ad eamreſtringendam, vel finiendam tunc elapſo termino ceſſat obligatio, l. ſi fideiuſſor. ff. mandati. 7. abſentia vlterius ſpōſi in longinquum profecti, ſine alterius licentia, cap. de illis de ſponſalibus; ſubſequens fornicatio diſſoluit ſponſalia etiam iuramento firmata in fauorem Innocentis; Intellige etiam de fornicatione ſpirituali per Hæreſim, & Apoſtaſiam 9. ſi ſuperueniat aliquod iuris impedimentum dirimēs Matrimonium, vt affinitas &c. 10. ſi ſuperueniat notabilis fœditas, vt oculorum, vel naſi amiſſio paraliſia, vel lepra, vel alius morbus contagioſus, & incurabilis 11. capitalis inimicitia orta inter ſponſos ob infelicem exitum, cap. requiſiuit de ſpōſalibus, 12. notabilis morum aſperitas, vel ſæuitia, cap. dilectus de ſponſalibus 13. ſi ſuperueniat paupertas, quę impediat dotem promiſſam; Pœna quæ per ipſos apponitur contractui ſponſalium eſt planè irrita, ac proindè Neuter ſponſorum etiam ſi fidem non ſeruet tenetur eam ſoluere, ita in cap. gemma Mulier: de ſponſalibus.

8 Vbi Concilium Trid. non eſt receptū duobus modis tranſeunt ſponſalia in Matrimonio, primo per copulam ſubſecutam amore maritali; ſecundo per mutuum cōſenſum expreſſum per verba de præſenti, vt accipio te in meam, ſiue Parochus, & teſtes ad ſint ſiue non; Vbi autem Concilium receptum eſt vno tantummodo tranſeunt, videlicet per mutuum conſenſum expreſſum per Verba de præſenti coram Parocho, & Teſtibus, vt patet ex eodem Concil. ſeſſ. 24. c. 1. de Matrimonio certum eſt inter Theologos, quod aliud eſt Matrimonium: Aliud eſt contractus Matrimonij, & aliud Sacramentum Matrimonij, quia Matrimonium ſecundum Doct. ſubtilem in 4. d. 26. q. vnica, eſt vinculum indiſſolubile inter Marem, & fœminam ex mutua translatione poteſtatis corporum ſuorum in ſe inuicem facta ad procreandam prolem, & rectè educandam; Contractus verò eſt Maris, & fœminæ mutua translatio ſuorum corporum, pro vſu perpetuo ad procreandam prolem debitè educandam, & habet eſſe in fieri Sacramentum, autem Matrimonij eſt expreſſio Verborum, vel exhibitio certorum ſignorum Maris, & fœminæ ad ſe inuicem ſignificantium traditionem mutuæ poteſtatis corporum ad prolem procreandam, & educandam ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans gratiam conferendam contrahentibus ad coniūctionem mutuum Animorum.

9 Hæc tria non ſunt idem ſecundum Scotum, primum enim eſt aliquid permanens æui in Animabus coniugum; ſecundum eſt tantum in fieri, & eſt actio, vel paſſio interior, vel exterior, vel magis cōſtans ex actibus interioribus, & exterioribus duarum perſonarum; quod quidem ordinatur ad primum ſicut quodammodo effectus ad ſuam cauſam; Tertium eſt ſimiliter in fieri, & ſimul eſt, & non eſt cum primo, & ideò non manet cum ſecundo; Matrimonium non conſiſtit eſſentialiter in contractu eſt comunis, cum Scoto in 4. d. 26. 27. & 28. ſed conſiſtit in Vinculo, quod inter marem, & fæminam ortum eſt ex multa traditione corporum, nam in Matrimonio nihil eſt permanens, niſi vinculum, quod in mare, & fœmina mutuum permanet, vſque ad mortem ex 1. Corint. 7. Mulier alligata eſt viro &c. Hic eſt ſermo de matrimonio, vt præſcindit à Sacramentum, quod vt ſic eſt vnum in ratione vinculi vnitate integritatis inter illa duo, quę importat, nempè marem, & fęminam; & idem eſt ens relatiuum; nam vinculum aliud non importat, niſi relationem obliga-

gationis in vtroque coniuge, hæc autem eſt relatio, 1. quæ ſecundum diuerſam, & diuerſam rationem poteſt dici realis, & rationis; realis quia nullo cogitante Intellectu verè, & realiter coniuges ſunt obligati ad inuicem perpetuo; rationis etiam, quia inſurgit per actum voluntatis.

10 Negarunt olim multi Hæretici Matrimonium eſſe licitum, & bonum, vt Saturninus, Marcion, Tatianus, & huius ſectatores Encratitæ, Manichæi, Priſcilianiſtæ, & Adamiani; Qui ſic dicti ſunt, quod dicerent ex Adami peccato prouenisse matrimonium, ac proindè eſſe malum, neque futurum fuiſſe in ſtatu Innocentiæ, ſed ſingulos homines tunc producendos fuiſſe à Deo; Vide D. Auguſtinum lib. de Hereſibus cap. 31. Hi omnes decepti ſunt, quia matrimonium eſt per ſe res bona, & licita, quia Deus illud inſtituit Gen. 1. & 2. vt interpretatur Chriſtus, Mat. 19. V. 6. vbi ex Diuina inſtitutione confirmat vim, & indiſſolubilitatem matrimonij cum ait, quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet, 2. quia Deus non ſolum inſtituit, ſed etiam peculiari, quadam benedictione approbauit matrimonium partim ante peccatum. Gen. 1. V. 28. benedixit illi Deus, & ait creſcite, & multiplicamini; partem poſt peccatum. Gen. 9. V. 1. benedixit Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos creſcite, & multiplicamini; ſimiliter Chriſtus ſua præſentia cohoneſtauit, nuptias in Cana Galileæ, & D. Paulus 1. Cor. 7. V. 38. Qui matrimonio iungit Virginem ſuam benè facit; Immò matrimonium, vt eſt officium naturæ, ſemper fuit in præcepto naturali, quod tamen præceptum non ſingulos, ſed totam comunitatem obligat; Immò fuit in Præcepto Diuino à principio Mundi, vſque ad Diluuium, & à Diluuio, vſque ad Chriſtum per illa verba creſcite, & multiplicamini; non tamen poſt Chriſtum, qui Matth. 19. conſuluit maius bonum, nempè Caſtitatem.

11 Copula actualis non eſt de eſſentia Matrimonij, eſt Scoti in 4. diſt. 30. q. 2. & d. 31. & 32. nam eſſentia cuiuslibet contractus perfectè ſubſiſtit abſque actuali vſu rei de qua fit, & cum ſolo iure, ac poteſtate vtendi, ſed copula eſt actualis vſus corporum; de quibus eſt facta translatio, ergo &c. Copula virtualiter ſumpta, ſeu cum implicita conditione ſi petatur, ſeu obligatio ad copulam eſt de eſſentia Matrimonij cuiuſcumque, ita Scotus in 4. d. 30. & 31. nam ſi contrahentes hoc non intenderent, nihil in matrimonio transferrent; concedimus tamen quando eſſentia Matrimonij conſumati eſt actualis copula eſt comunis, cum D. Bonau. in 4. d. 26. p. 2. q. 3. quia Matrimonium conſumatum dicitur tale eo quod coniuges facti ſunt vna caro, ſed non fiunt vna caro niſi per copulam, ergo; ex his reſultat illa famoſa diſtinctio Matrimonij in ratum, & conſumatum matrimonium ratum eſt, quod conſiſtit in contractu legitimo inter marem, & fœminam per Verba de præſenti abſque copula carnali eſt comunis, cum Scoto d. 31. in 4. inter omnes Theologis, & Canoniſtas; Vt verò matrimonium ſit, & dicatur conſumatum requiritur carnalis copula actualis eſt comunis abſque controuerſia; Ita quod matrimonium ratum, & conſumatum in eſſentialibus conueniunt; vterumque enim eſt coniunctio legitima maris, & fœminæ indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, quæ eſt definitio matrimonij vt ſic.

12 Vt matrimonium dicatur conſumatum requiritur penetratio carnis inter coniuges ex c. lex Diuina 27. q. 2. tunc enim coniuges fiunt vna caro; Penetratio verò carnis debet fieri per vas naturale, quia ſolum vas naturale eſt via ad generandũ, ſeu decidendum ſemen in vtero mulieris; Inſuper requiritur ſeminatio vtriuſq; coniugis, quia copula matrimonialis illa eſt, quæ facit ſeminum mixtionem, ergo penetratio, quę in re reddit matrimonium conſumatum eſt illa, quæ adducit ſeminationem, quæ ſi mixtio ſeminum ſi fieret arte Diabolica probabiliter ſufficeret abſque penetratione carnali. Vide Sanch. lib. 2. diſp. 21. referens plures DD. Scotus in 4. d. 31. cum Magiſtro, & comuni ſent. docet tria bona eſſe ob quę matrimonium

eſt

eſt inſtitutum, ſcilicet fidem prolem, & ſacramentum, quod poſtea per Concilium Florentinum, fuit confirmatum ſeſſ. vltima in litteris vnionis Armenorum eſtq; conſtitutio Eugenij IV. 19. §. 10. vbi habetur; Aſſignatur autem triplex bonum Matrimonij, primum eſt proles ſuſcipienda, & educanda ad cultum Dei ſecundum eſt fides, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet, tertium indiſſolubilitas Matrimonij propter hoc quod ſignificat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia; In omni matrimonio, tam rato quam conſumato reperiuntur, hæc tria bona licet non omnia formaliter, ſed ſolum in virtute, & obligatione.

13 Plura alia dicenda eſſent hic de Matrimonio in ſe, vt præſcindit à Sacramento, nihilominus quia noſtrum inſtitutum eſt de Sacramento Matrimonij agere, & Matrimonium, vt contractus Ciuilis eſt fundamentum huius Sacramenti, ne eadem ſæpius, repetere contingat multa, quæ de matrimonio ciuili, dicenda eſſent de eo, vt eleuato, vel vt ordinato, vel ordinabili ad Sacramenti ſtatim breuiter, & clare explanabuntur, & primo dicendum eſt dari in Eccleſia Sacramentum, quod dicitur Matrimonij, ita Scotus in 4. d. 26. cum comuni; Ita quoque cum comuni ſenſu Eccleſiæ in generalibus Concilijs Lateran. 3. in appendice titulo de ſponſalibus. Florentino in decreto Eugenij IV. de vnione Armenorum; & tandem ex Trid. ſeſſ. 7. de Sacramentis can. 1. & ſeſſ. 24. cap. vnico, & can. 1. non eſt opus vlteriori probatione, quicquid dicant in contrarium Lutherus, & Caluinus; Hoc Sacramentum eſt vniuocum, cum alijs Sacramentis eſt Scoti in 4, d. 26. D. Bonau. ib. & D. Thomas, nam habet definitionem, ſiue quidditatem comunem, eſt à Chriſto inſtitutum ſicut alia: & eſt ſignum efficax gratiæ ſicut alia, eſt ergo vniuocum.

14 Materia huius Sacramenti remota ſunt ipſamet contrahentium corpora; proxima verò eorum traditio, ita Scotus in 4. d. 26. in fine q. ad 2. probatur prima pars; nam ſic dicendo aſſeritur, quod ſecundum Concilij decretum, res aliqua à Verbis diſtincta ſic materia; nam Concil. Florentinum aſſerit verba ſe habere, vt formam res autem vt materiam; probatur 2. pars; omnia Sacramenta conſiſtunt in fieri excepta Euchariſtia, ergo Matrimonium eſt huiuſmodi; ergo debet ei aſſignari materia proxima, quæ conſiſtat in fieri, quæ non eſt niſi traditio illa; Forma huius Sacramenti non conſiſtit in Verbis tantum, vel in ſignis tantum, ſed ſaluatur in alterutris, ita Scotus loco cit. & ideò in decreto Eugenij, habetur quod per verba regulariter fit; & talis eſt praxis in Eccleſia Romana; Verba expreſſiua conſenſus licet regulariter ſint iſta habeo te in meã, & è conuerſo Sacramento ſunt, ita præciſe inſtituta, vt ſi alia æquiualentia apponantur non ſint forma, quia verè ſunt, eſt Scoti in 4. d. 26. quia inquit Scotus ſi æquiualentia non eſſent vere forma ſæpiſſimè fieret Matrimonium in lege Euangelica, ſiue Sacramento; quia non ſemper eiſdem Verbis vtuntur contrahentis; qui quamuis ſint duo eorum, tamen matrimonium eſt vnum integraliter non indiuiſibiliter; nam illud dicitur integraliter vnum, quod ex pluribus integratur, ſed hoc Sacramentum ex duobus contrahentibus integratur.

15 Fidem contrahentes ſunt miniſtri huius Sacramenti. Ita euidenter Conciliũ Florentinum in decreto Eugenij IV. pro Armenis §. 16. vbi ait cauſa efficiens Sacramenti Matrimonij eſt mutuus conſenſus (ideſt contrahentium) per Verba de præſenti expreſſus: ergo contrahentes ſunt miniſtri; Eorum conſenſus eſt neceſſarius, vt fiat validum Matrimonium eſt comunis, & de fide, ita Scotus in 4. d. 26. & 27. q. 1. & 2. & d. 28. 29. & 30 quod poſtea fuit definitum per Concilia Florentinum, & Tridentinum; Ideò enim Matrimonium dicitur contractus, quia eſt duorum ſimul tractus. Igitur eſſentialiter inuoluit duorum voluntatem; & diſponit ad vinculum, effectiuè; vel potius ex tali conſenſu reſultat vinculum Matrimonij; Vt mutuus conſenſus ſufficiat ad Matri-

mo-

monium debet eſſe expreſſus ſenſibiliter, & modo perceptibili à viatore, ita Scotus in 4. d.25. ſic fuit declaratum poſtea per verba citata Eugenij IV. in decreto Concilij Florentini; eſt enim contractus humanus, ergo humano modo debet intelligi, & cognoſci; Conſenſus expreſſus per ſcripturam, inter abſentes eſt ſufficiens ad contrahendum validum Matrimonium eſt Scoti d.28. qu.2. Quilibet enim poteſt ſuum conſenſum exprimere abſenti per ſcripturam ex diſt.64. cap. Epiſcopi; hæc reſolutio vera eſt etiam poſt Concilium Tridentinum.

16 Conſenſus expreſſus per nutum, & alia ſigna eſt ſufficiens ad validè contrahendum Matrimonium non ſolum in mutis, ex cap. cum apud ſedem de ſponſalibus, ſed etiam in alijs beneualentibus, nam ſufficit immutis, ergo etiam in alijs conſequentia probatur, ideò ſufficit in eis, quia conſenſus manifeſtatur, ſed etiam in alij beneualentibus, & melius manifeſtatur; Idem dic de conſenſu expreſſo per Procuratorem immediatè habentem tamen ſpeciale mandatum non reuocatum aliaſque conditiones requiſitas à Bonifacio VIII. nam cæteri contractus fieri poſſunt validè per Procuratorem ergo, & hic vbi non videtur oppoſitum conuincens, ſic etiam obtinuit vſus, & Praxis Eccleſiæ Romanæ; Verba aliaue ſigna quibus contrahitur matrimonium talia debent eſſe, vt exprimant de præſenti, & nunc coniuges mutuo transferre, ſeu dare ſua corpora ad inuicem eſt comunis de fide ex cap. ſi inter, & cap. fin. de ſponſalib. & ratio eſt inquit Scotus in 4. d. 28. Contractus matrimonialis eſt actualis datio mutua poteſtatis corporum, ſed ſola Verba, ſeu ſigna, quæ eam exprimunt de præſenti ſignificant actualem dationem, ergo ſola valent pro Matrimonio; confirmatur per ſæpè citata Verba, ſæpè citati Conc. Flor. dicentis Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt, mutatis conſenſus per verba de præſenti expreſſus.

17 Vt contractus matrimonij ſit validus præter conſenſum contrahentium non requiritur conſenſus parentum, vel aliorum eſt comunis, cum Scoto in 4.d.27. patet ex definitione matrimonij ſuperius allata; quod eſt viri ac mulieris coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, ergo nullum alium eſſentialem conſenſum requirit, & confirmatur ex Concil. Trid. ſeſſ.24. de Reform. Matrimonij cap.1. quibus non obſtantibus conſenſus parentum eſt neceſſarius, vt licitè, & ſiue omni culpa fiat, nam videtur Iuri naturæ conſonum, vt filij ſubiecti ſint Parentibus in hoc negotio ex quo bonum familiæ dependet; Pater, vel Mater poſſunt validè pro filijs contrahere dummodo iſti habeant internum conſenſum dum illi contrahunt, ita Scotus in 4.d.27 q.2. ex cap. Vndè, de deſponſatione Impuberum in 6. Pater, vel Mater non poteſt validè contrahere matrimonium pro filio, vel filia ſine conſenſu iſtorum implicitè, vel explicitè cognito ante contractum, vel in ipſo actu contractus, quia Matrimonium eſt coniunctio Maris, & fœminæ ex comuni definitione matrimonij, ergo niſi adſi: iſta coniunctio, ſeu conſenſus non adeſt matrimonium.

18 Vt filius, aut filia doli capaces conſentire cenſeantur, dum Parentes pro eis contrahunt ſufficit ſi præſentes ſint contractui, & audientes Patrem, aut Matrem pro illis contrahere non contradicunt, neo reclamant dum poſſunt, tunc enim videntur conſentire; hæc currunt quoad filios præſentes; non quoad abſentes, nam Parentes pro filijs abſentibus doli capacibus contrahere nequeunt, ſi eorum conſenſum explicitè, vel implicitè non cognoſcunt, neque ſufficit ſequens ratificatio à filijs facta, eſt comunis; Nam matrimonium debet conſtare ex conſenſu mutuo expreſſo per Verba, vel alia ſaltem ſigna de præſenti, ſed in eo caſu parentes non poſſunt conſenſum filiorum exprimere, cum illum non cognoſcant, ergo multo minus de præſenti. Ab hoc autem pendet eſſentia matrimonij Parentes, neque pro filijs incapacibus doli poſſunt Matrimonium contrahere, ſiue ſint præſentes, ſiue abſentes;

tes; nam Pater ſi in eo caſu contraheret, ideò faceret quia de conſenſu futuro filij præſumere, igitur non eſſet matrimonium quod exigit conſenſum de præſenti, & ſic deeſſet, quod eſt matrimonio intrinſecum. Item poſt initum contractum filius veniés ad ſtatum doli capacem poteſt diſſentire, & non adimplere, quod Pater promiſit; ergo ſequitur euidentiſſimè contractum illũ à Patre attentatum non eſſe matrimonialem, quia hic non eſt inſolubilis.

19 Contrahentes matrimonium, vt validè faciant debent explicitè intendere, & conſentire in vnum illum contractum, quo mas, & fœmina mutuo ſe dant, & accipiunt, qui dicitur inter homines matrimonium patet ſine controuerſia; Prædicata eſſentialia, quæ ſunt intrinſeca, & debent eſſe implicitè ſaltem volita, vt ſit validum, & ſi excludantur omnia, vel aliquod explicitè eſt inualidum; ſunt hæc; Actuale vinculum perpetuum (excepto caſu Religionis, vel alio in quo ratum ſit ſolubile) obligatio ad prolem, & obligatio ad fidem, ita Scotus in 4. diſt. 31. Nam hæc tria ſunt bona matrimonij, ergo illa ſunt, quæ debent eſſe intrinſecè, & ſaltem implicitè volita, quod ſi contrahens internè excludat explicitè aliquod ex ijs, quæ ſunt matrimonio eſſentialia, matrimonium eſt inualidum; Ita Scotus in 4. d. 31. nam talis non vult contractum; qui nõ vult contractus naturam, & eſſentiam; ſi contrahens vult matrimonium, vt eſt volibile in ſe implicitè volens prædicta tria bona licet habeat intentionem non ponendi in executionem eorum effectus validè contrahit, eſtò aliquando, licitè aliquando illicitè; probatur à pari de baptiſmo: poteſt quis velle baptiſmum, vt datur ab Eccleſia, & cum hac intentione velle etiam apoſtatare ſtatim, & non obſeruare vitam Chriſtianam; & iſte intentiones non ſunt contrariæ, quia non ſunt reſpectu eiuſdem, quia vna tendit in cauſa, & altera in effectum.

20 Matrimonium contractum à quocumque, ſiue fideli, ſiue infideli, ſiue Iudæo, ſiue alio Pagano cum explicito pacto repudij, ſeu ſolutionis vinculi pro aliquo euentu eſt ipſo facto nullum, Scotus in 4. d. 33. q. 3. eſt quæ modo communis; quia matrimonium taliter factum includit conditiones contrarias ſubſtantiæ matrimonij. Immò Matrimonium factum, ſiue à fideli, ſiue ab infideli Pagano, vel Iudæo cum expreſſa voluntate (licet interna tantum) repudij etiam non redacta in externum pactum eſt nullum in re, & pro foro Interno eſt plurium quos citat, & ſequitur Sanch. lib. 3. diſp. 12. Nam & tale matrimonium includit conditiones contrarias naturæ, & eſſentiæ, veri matrimonij, ſi contrahentis matrimonium, ſint Iudæi, vel alij Infideles apud, quos viget ritus repudij, & dum conſentiunt, & contrahunt in pactum non redigunt facultatem repudiandi, nec internè illud explicitè intendunt tanquam conditionem, & circumſtantiam contractus, vel aliter, ſed ſolum intendunt contrahere matrimonium, poteſt contrahi validè, contrahunt licet alias priuatam habeant ſententiam poſſint repudiare; Nam ſi Iudæi, vel alij Infideles coniugati conuertantur, cum vxoribus matrimonia eorum non ſeparantur; & tamen cum in eorum ritu adſit poteſtas repudiandi cum tali voluntate, ſaltem implicita contraxerunt, ergo ab initio fuerunt valida, & talis voluntas non impediat.

21 Contrahens ob finem vitandæ fornicationis per copulam, cum vxore habendum dummodo explicitè non excludat alium finem principalem matrimonij, nempè prolem licitè, & ſine culpa contrahit eſt comunis, cum Scoto in 4. d. 26. probatur ex illo, 1. ad Cor. c. 7. vbi ait D. Paulus, bonum eſt homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habet, & vnaqueque ſuum virum habeat; non eſt tamen excludendus finis principalis, vt dictum eſt, nam eſſet contra Diuinam inſtitutionem; ſimiliter ſterilis, & ſenex licitè contrahit, ſi ad finem vitandæ fornicationis contrahit dummodo explicitè non excludat finem primarium, ſeu officium matrimo-

monij eſt comunis, cum Scoto in 4. d.31. nam ſterili, ac ſeni non eſt prohibitum contrahere, neque Diuina, neque humana lege ob fines licitos Matrimonij, ergo; Præterea ſi eſſet illicitum maximè eſſet propter defectum Prolis, ſed hæc non prohibet, quia poſſunt coniuges conuenire de numquam ſe commiſcendo, atque iuramento firmare, & cum hac voluntas explicita non obligandi ſe ad copulam, ergo defectus prolis futuræ non facit contractum illicitum, 2. probatur ſterilis, vel ſenex dum contrahit eſt ſic diſpoſitus, vt ſi aliquo modo ſaltem per miraculum eueniret proles eam educaret, 3. ſi deſperatio prolis impediret contractum, impediret etiam copulam, ſed hoc eſt falſum ſenex enim, & ſteriles licitè copulantur.

22 Pro ſtatu Innocentiæ, aut pro lege naturæ, vel ſcriptæ non fuit Sacramentum Matrimonij ſumendo Sacramentum pro ſigno efficaci gratiæ eſt communis, cum Scoto in 4. d.26. probatur 1. de ſtatu Innocentiæ, non erat ibi neceſſarium hoc Sacramentum, nec ad remedium concupiſcentiæ; Nec pro collatione gratiæ Sacramentalis cum ex opere operantis debuiſſet homo mereri, ideò enim poſitus fuit Adam, vt operaretur, & cuſtodiret illum; In ſtatibus verò legis naturæ, & ſcriptæ præter remedium contra originale, nullum fuit remedium conferens gratiam ex opere operato; Ideò de Sacramētis Moſaicis dicit D. Paulus ad Galatas 4. quod Cæremoniæ legales erant infima, & egena elementa; Pro ſola Lege Euangelica inter fideles matrimonium eſt Sacramentum propriè pro ſigno efficaci gratiæ. Ita Scotus cum Concilijs generalibus Lateran. 3. in appendice titulo de ſponſalibus cap. 31. Florentino in decreto vnionis Armenorum, & Trid. ſeſſ. 24. c. vnico, & can. 1. & ſeſſ. 7. de Sacram. can. 1. ſumpto verò Sacramento pro Miſterio, pro omni ſtatu matrimonium fuit Sacramentum; eſt Scoti, & comunis, iuxta illud vulgatiſſimum Apoſtoli ad Epheſ. 5. vbi cum retuliſſet Verba Dei inſpiratione prolata ab Adamo; Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea; propter quod relinquet homo Patrem ſuum, & Matrem ſuā, & adhærebit vxori ſuæ; & ſubdit Apoſtolus Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia ſecundo pro omni ſtatu matrimonium fuit inſolubile: In hoc autem conſiſtit rappreſentatio vnionis Chriſti cum Eccleſia, ergo pro omni ſtatu fuit hoc Sacramentum.

23 Matrimonium infidelium licet ſit verus contractus tamen non eſt verum, & proprium Sacramentum poſt aduentum Chriſti etiam ſi intendant facere, quod vult Chriſtus, & Eccleſia; Nam matrimonium eſt medium à Chriſto inſtitutum in bonum Romanæ Reipublicæ, ergo in hac tantum eſt Sacramentum, ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. 2. 3. & ſeqq. Item ſeſſ. 14. de extrema vnctione in Proemio, & ſeſſ. 24. cap. vnico vbi ait; Cum igitur matrimonium in lege Euangelica veteribus connubijs per Chriſtum gratia præſtet merito inter nouæ legis Sacramentum annumerandum, ergo pro ijs qui ſunt in lege Euangelica, & in quibus poteſt præſtare gratia connubijs Veteris legis eſt Sacramentum; Infideles ſi conuertantur ad fidem, vt eorum matrimonium euadat Sacramentum non ſufficit ſi internè tantum verum conſentiant, neque vt affectu maritali ſe timent, neque copula de nouo ad hunc finem habita, ſed requiritur, vt habeant nouum conſenſum externè expreſſum; nam illa requiruntur, quæ ſe habent, vt materia ac forma, & intentio, ſed conſenſus ille externè expreſſus, dicit hæc, ergo &c. Probabile eſt, quod obtenta diſpenſatione de contrahendo cum Infideli, ſi fiat contractus, & Infidelis intendat facere, vel quod faciunt fideles, vel Sacramentum talis contractus ſit Sacramentum validum pro fideli, ſic docet Catarinus opuſculo de matrimonio.

24 Dari non poteſt inter fideles matrimonium, quod ſit validum, & non ſit Sacramentum, ita Scotus in 4. d. 26. nam matrimonium validum inter fideles contrahendum eleuatum eſt à Chriſto ad ſtatum

Sa-

Sacramenti, ergo dari non poteſt Matrimonium validum inter fideles, quod non habeat illud eſſe eleuatum ad eſſe Sacramenti, quod enim dicitur de ſuperiori, vt de ſubiecto dicitur de omni Inferiori, ad illud per Regulam ante prædicamentalẽ; Antecedens probatur per Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. vnico, vbi ait cum igitur Matrimonium in lege Euangelica Veteribus connubijs per Chriſtum gratiam præſtet merito in nouæ legis Sacramenta, annumerandum ſancti Patres noſtri Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt, ergo idem eſt in lege Euãgelica Matrimonium, & Sacramentum Matrimonij; Præterea non eſt in poteſtate Miniſtri ponere formam, & materiam validas intendere, quæ facere quod poteſt cum illis, & non facere Sacramentum, quia non ipſe, ſed Deus dedit talibus ſenſibilibus rationem Sacramenti, ergo ſi coniuges intendunt facere matrimonium validum cum hunc ſit annexa, ratio Sacramenti ex Dei inſtitutione non poſſunt impedire, quin ſit Sacramentum.

25 Vinculum Matrimonij, vt ſic non eſt ad tempus, ſeu ſolubile, ſed eſt perpetuum, ſeu inſolubile, & Scoti in 4. d. 26. 31. & 33. q. 3. & eſt comunis ex Marci 10. V. 11. vbi ſic legitur, quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit adulteriũ committit &c. Idem dicit Mat. 5. & 19. & Lucæ 16. & Apoſtolus, Rom. 7. & 1. Cor. 7. Conc. Later. 3. in append. tit. de ſponſalib. & Trid. ſeſſ. 24. cap. vnico, & can. 1. & Florentino in decretis vnionis Armenorum: Matrimonij Vinculum antequam eleuaretur à Chriſto adeſſe Sacramenti erat inſolubile, & tale fuit ab Initij, eſt Scoti vbi ſup. nempè d. 31. ex c. vnico de voto, & voti Redempt. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. vnico, quæ inſolubilitas ex eleuatione huius contractus adeſſe Sacramenti fuit confirmata benedicta, & ſanctificata, vt ex nullo c. poſſit ſolui ſi ſit Sacramentum, ac proinde dici poteſt magis firma, ac valida ratione Sacramenti, ex c. quanto de diuortijs; Vt Matrimonium, vt inſolubile à Deo fuit inſtitutum, ita Scotus in 4. d. 26. probatur ex oraculo Chriſti Mat. 19. vbi narrato facto Adami concludit, quod ergo Deus coniunxit homo non ſeparet; Quæ indiſſolubilitas fuit à Deo annexa Matrim. per internam reuelationem Adamo facta, eſt Scoti vbi ſup. probatur clarè, ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c vnico in princ. ſic habente matrimonij perpetuum indiſſolubilem, quæ nexum primus humani generis parens Diuini Spiritus inſtinctu pronunciauit cum dixit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & Matrem ſuam, & adhereſit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

26 Pro lege Moyſi, vſque ad Chriſti prædicationem verè fuit poteſtas inuito ad licitè repudiandam vxorem, & ſoluendum Matrimonij Vinculum, eſt Scoti in 4. d. 33. probatur ex Deut. c. 24. V. 1. ſi receperit homo vxorem, & habuerit eum, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem ſcribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eum de domo ſua, cumque ægreſſa alterum Maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque illi libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior Maritus recipere eam in vxorem, ergo verè conceſſum erat in lege Moſaica repudiare vxorem, & ſoluere vinculum matrimonij Repudium in lege Moſaica non tantum fuit permiſſum, aut toleratum, ſed licitè conceſſum, & diſpenſatum, ita Scotus d. 33. alias rueret authoritas ſacrarum ſcripturarum, ſi ſecundum literarum ſenſum non intelligerentur, ſed ad oppoſitum liceret eas diſtrahere, ex c ſi ſcripturas, d. 9. Conceſſio iſta repudij pro lege Moyſi, fuit quidem facta à Moyſi Immediatè, ſed ab eo, vt Dei precone à Deo autem inſpirante, ſeu colloquente cum Moyſe; Ita Scotus in 4. d. 33. q. 3. probatur conceſſio hæc vt licita fuit in vſu apud Iudæos, ergo non potuit principaliter à Moyſe fieri, ſed à Deo per Moyſen; Conſequentia probatur. Inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, ex Clem. de electio-

ne

ne cap. ne Romani, & multo minus Creãtura in lege Dei, ergo vt iuſtum ſit priuilegium diſpenſationis debet procedere à potente diſpenſare igitur à Deo. Poſt Chriſti prædicationem repudiatio vxoris, ſeu ſolutio Matrimoniali etiã ex cauſa fornicationis nullo modo eſt licita, ſed penitus abrogata, ita Scot. in 4. d. 31. 33. q. 3.

27 In vno caſu ſolum poſt aduentum Chriſti ſoluitur Matrimonium conſumatum, quando ſcilicet vnus coniux ex Infidelibus conuertitur ad fidem, & alius non vult conuerti, nec cum conuerſo cohabitare; probatur ex prima Corinth. cap. 7. vbi ait Apoſtol. ſi quis frater &c. In reliquis nec ipſe Summus Pontifex poteſt diſpenſare ſolutionem Vinculi Matrimonij conſumati, ſic confeſſi ſunt Nicolaus Primus, & Adrianus Secundus, in Cauſa Lotharij Regis Francorum, & Thiepergæ Reginæ; Non idem dicendum eſt Matrimonium ratum eſſe ſic inſolubile ſicut conſumatum; ſed dicendum eſt Matrimonium ratum, poſſe interdum diſpenſari; Pro quare notandum eſt duplicem eſſe ſententiam, tam inter Canoniſtas, quam inter Theologos, & pro vtraque ſunt doctiſſimi, & ſanctiſſimi viri, qui de hacre contraria ſentientes. Videnda eſt hæc controuerſiã, apud Sanchez in lib. 2. de Matrim. diſp. 1. igitur ſent. eſt, quod ob aliquod comune bonum Eccleſię poſſe Papam in Matrimonio rato diſpenſare, & de facto diſpenſaſſe præſertim Gregorium XIII. diſpenſaſſe vna Die cum Vndecim: 2. ſent. eſt, quod excepto caſu ingrediendi Religionem, & in ea profitendi, in nullo alio caſu poteſt ſolui matrimonium ratum, nec per diſpenſationem Papæ, nec alio modo, ſic inter plures Doctiſſimos, & ſanctiſſimos ſentit Scotus in 4. d. 31. cum ſuis Diſcipulis; De cuius ſententia dicimus.

28 Legitimum Matrimonium ratum, quoad vinculum non eſt ſolubile à coniugibus propria authoritate (exceptu caſu Religionis) eſt comunis cõtra Manichęos abſtinentes, Maſſilianos, Priſcilianiſtas, & Armenos, contra Photium, & Berengarium, prob. nam Matrimonij contractus ante copulam eſt verè, & eſſentialiter Matrimonium, alioquin contractus inter B. V. M. & Ioſeph vnquam fuiſſent Matrimonium, ſed Matrimonij Eſſentiæ, ſeu naturæ conceſſum eſt à Deo inſolubile vinculum, ergo de Authoritate eſt controuerſię tota difficultas, ſed conſequenter ſentientes, cum Scoto adhæremus negatiuæ ob eandem rationem: Præterea ſi Papa poteſt ſoluere Matrimonium ratum poterit, & conſumatum, ſed non poteſt hoc ergo nec illud; Maior ſic probatur à Scoto, Ratum, & conſumatum in ratione contractus ſunt eſſentialiter idem, nam copula non eſt nouus contractus, neq; pars primi, & ſolum differunt per vnum, & non vſum & ratio ſacramenti fundatur in contractu non in copula, ergo & inſolubilitas Matrimonij; Iſtis tamen non obſtantibus ſi Hiſtorijs adhibenda eſt fides, quæ plures referunt diſpenſationes actu factus à plurib. Summis Pontificib. certè non eſt ambigẽdum de eorum poteſtate cũ a facto ad potentiam valeat conſequentia; quod ſi verũ eſt, quod inſolubilitas Matrim. rato inſit iure Diuinum certum eſt Papam non poſſe diſpenſare Matr. ratum ſine iuſta cauſa.

29 Quatuor ad hoc aſſignantur Cauſæ iuſtæ 1. eſt impotentia ſuperueniens, quæ impedit copulam, ex c. quod propoſuiſti 32 q. 7. & ex c. quod autem 33. q. 1. ſecunda iuſta cauſa eſt maxima diſparitas inter coniuges; rationi naturali maximè conſentanea, quia coniuges minus ſe diligerent, & odia nutrirent, 3. iuſta cauſa eſt timor magni damni, ſeu ſcandali futuri, quia Eccleſia eſt regenda cum pace, & tranquillitate, odia rixæ rancores, & ſimilia ſunt ab ea fuganda, 4. cauſa legitima eſt quando alter coniux aſſerit ſe non habuiſſe Animum contrahendi, & nullo modo poteſt adduci vt conſentiat; His cauſis relictis Summo Pontifici conſiderandis. Dicimus vlterius Matrimonium ratum ſolui per profeſſionem ſolemnem vnius ſaltem coniugis in aliqua Religione, ita Scot. in 4. d. 31. D. Thom. ibid. & D. Bonauentura in 4. d. 27. p. 3. q. 2. & eſt de fide deffinitũ in

Concil. Tridentino ſeſſ. 24. Can. 6. Vt Matrimonium, ſolui poſſit vt tum per Religionis profeſſionem non eſt neceſſarius conſenſus vlterius coniugis, quia in tali caſu Vinculum abſolutè diſſoluitur inter coniuges, ita vt relictus poſſit aliud Matrimonium contrahere, nec vlla prorſus inter eos remanet Vinculi ratio tranſitus ad ordinem ſacrum, non ſoluit Matrimonium ratum, licet enim ordinatus in ſacris dicatur obligatus ad continentiam per votum eius factum in manu Epiſcopi Eccleſiæ, tamen declarauit talem tranſitum cum eo voto, non ſoluere Matri. ex c. antiquę Extr. Io. 22. De voto &c.

30 Per profeſſionem ſolemnem in militari Religione, quæ non permittit Vxores ſoluitur Matrimonium ratum, ita Sanch. l. 2. de Matr. diſ. 18. n. 8. nam talium æquitũ profeſſio Caſtitatis, & obedientię eſt ſolemnis ſicut Profeſſio clauſtralium, parum autem refert quod domi viuant, quia obedientia conſtituit Religioſum, alioquin Religioſi, qui ſoli viuerent in domibus ruralibus Cõuentus deſinerent eſſe Religioſi, ergo tranſitus ad eã Religionem Militarẽ, quę talia vota emiſit Caſtitatis, & obedientię ſufficit ad ſoluendũ ratum; Non ſic dicendum de profeſſione vitę eremiticę, quia talis vita nõ eſt Religio à ſede Apoſtolica approbata; nec de profeſſione inter Tertiarios, aut Tertiarius domi, & nõ clauſtraliter viuentes; nã per vota ſimplicia nõ ſoluitur Matrimonium ratũ; ſed vota præfatorũ ſunt ſimplicia; Profeſſioni igitur ſolemni in approbata Religione attribuitur hoc priuilegium ſoluendi, & irritandi Matrimoniũ ratum iure Diuino, ita Scot. in 4. diſt. 31. probatur Diuino iure Matrimoniũ ratum eſt inſolubile, ergo ſi in aliquo cum eſt ſolubile id nequit eſſe, niſi ex diuina diſpenſatione conſequentia eſt euidens naturali lumine; quia inferior non poteſt diſpenſare vel licitè deſtruere legem ſuperioris ex cap. omnis de Regulis Iuris, & ex Clement. ne Romani de electione.

31 Solus ingreſſus Religionis non ſufficit ad ſoluendum Matrimonium ratum, ſed requiritur profeſſio Scotus in 4. d. 31, & eſt comunis, ita Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. nam eatenus Religionis profeſſio ſoluit, quia Religioſus ſtatum perfectiorem ſuſcipit, & in eo ligatur, ſed ſolus ingreſſus hęc non pręſtat; Nouitius enim religionem probat, & viciſſim à Religione probatur, Iam non ligatur, nam ex Concilio Later. 3. in appendice ſit; de Monachis cap. 1. Nouitius poteſt ducere vxorem, ergo non ligatur per ingreſſum; Ideoque non poteſt alter remanens in ſæculo, cum alio contrahere cum non ſit ſolutus à primo, vt coniux ingreſſurus Religionem gaudens beneficio ſolutionis non tenetur ſtatim poſt contractũ, & ante conſumationem ingredi, ſed habet tempus bimeſtre ad deliberandum, ſi alter ſit inuitus, & iuridice procedatur, ſi verò alter conſentiat habet maius ſpatiũ iuxta conſenſum alterius 1. pars probatur ex cap. ex publico de conuerſ. coniugatorum cum ſua gloſſa 1. pars bimeſtre eſt aſſignatum ad comodum inuiti vt alter deliberet; igitur ſi ceſſat eſſe inuitus, nullaque lex aſtringat ad conſumandum, vel ingrediendum Religionem nulla videtur obligatio, nec aliqua tẽporis determinatio pro ingreſſu, Coniux ſoluturus Matrimonium per ingreſſum Religionis, & profeſſionem licet teneatur ante bimeſtre ingredi Religionem ſi altero petente debitum non vult reddere non tamen tenetur intra bimeſtre profiteri, ſed ſufficit ſi tempore congruo, & à ſacris canonibus ſtatuto profitetur.

32 Et ſi poteſtas ſæcularis poſſit Matrimoniorum ſuorum ſubditorum, quatenus ſunt Ciuiles contractus impedimenta dirimentia ſtatuere, hæc tamen poteſtas à Pontifice Romano, & reipſa impedita eſt, quia Pontifex reſeruauit ſibi cauſas Matrimoniales; prius patet, quia poteſtas ſęcularis eſt ſubiecta Eccleſiaſticæ; poſterius patet, quia multæ leges Ciuiles, quæ in quibuſdam caſibus prohibebant Matrimonia per ius canonicum correctę ſunt; & quidem rationabiliter, quia fidelium Matrimonia ſunt de facto ſacramenta, ideò directè ſub ſunt poteſtati Eccleſiaſticę; Papa igitur ſolus poteſt impe-

dimẽta relaxare eſt ſtatuere, & ſic à principio Eccleſiæ obtinuit vſus, & praxis; Huiuſmodi Impedimenta in Eccleſia ſunt in duplici differentia; aliqua enim tantum impediunt ne licitè Matrimoniũ contrahi poſſit, alia verò etiam contractũ dirimunt tanquam inualidum priora ſunt quinque, nempè votum interdictum ſponſalia Catechiſmus, & Crimen Nomine, voti intelligitur votum ſimplex Religionis, aut Caſtitatis quod remanet, etiam in Religioſis nulliter profeſſis, nam votũ Caſtitatis ob connexionem eſſentialem cum ſtatu Religioſo ſemper valet vt poteſt, & ſic ſaltem vt ſimplex Sanchez de Matrimon. liber 7. diſput. 27. num. 13. votum ſolemne non ſolum impedit, ſed etiam dirimit.

33 Interdictum ſunt certa quædam tempora quibus ab Eccleſia prohibitę sũt Nuptiæ, & earum ſolemnitates, nempè ab Aduentu vſq; ad Epiphaniam, & à die cinerum vſque ad octauam Paſchatis incluſiue, Ita Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 10. in quibus Temporibus ſecundũ Nauar. cap. 22. n. 71. licet Matrimonium ſine vlla ſolemnitate celebrare, & etiam conſumare, quia Concilium ſolum prohibet ſolemnitatem nuptiarum 4: ſunt ſponſalia peccata enim mortaliter, qui poſt ſponſalia cum vna contracta, ſine iuſta Cauſa contrahit Matrimonium, vel etiam ſponſalia, cum alia, Quintum eſt crimen ſunt autem varia crimina in iure canonico expreſſa, primũ eſt inceſtus cap. 12. 4. de eo qui cognouit conſanguineam Vxoris, ſed nota inceſtus committi poteſt, vel cum proprijs conſanguineis, vel cum conſanguineis ſponſæ, aut vxoris ducendæ inceſtus cum conſanguineis ſponſę, vel vxoris ducendæ licet occultiſſimus impedit, & dirimit contractum Matrimonium, ſed commiſſus cum proprijs conſanguineis impedit 7. Impedimentum catechiſmi contrahitur ab eo qui tenet infantẽ baptizandum reſpõdeque eius nomine Miniſtro interroganti an credat, an renunciet. Crimen 2. eſt vxoricidium cap. interfect. 33 q. 2. intellige de ſimplici vxoricidio, qui enim occidit eo animo, vt cum alia contrahat, vel etiam conſentiente adultera non poteſt validè contrahere Matrimonium, vt magis infra dicetur; Tertium Crimen eſt pręsbytericidium, cap. qui præsbyterum de pœnit. & remiſſ. Quartum Hęreſis teſti; D. Thoma in 4. diſt. 39. q. 1. art. 6. Quintum periurium cap. de ijs de ſponſalibus, ſenſum quod vis peccatum mortale, quod impedit dignum ſuſceptionem ſacramenti; Vndè Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 1. ſeriò hortatur eo coniuges vt antequam contrahant confiteantur peccata ſua, & ſacram Euchariſtiam ſuſcipiant.

34 Impedimenta dirimentia antiquitas plura per Tridentinum reducta ſunt ad duodecim, quibus duo alia adiecit, & continentur omnia in his verſibus;

Error conditio votum cognatio Crimen,
Cultus diſparitas vis ordo ligamen honeſtas.
Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis, ſi ſponſam rapias, ſi clandeſtinus inibis,

Primum Impedimentum eſt error, qui quadrupliciter contingere poteſt in Matrimonio, primo circa perſonam, 2. circa ſtatum eius ſeruilem 3. circa qualitatem perſonæ 4. circa diuitias primus, & ſecundus eſt impedimentum dirimens iure naturali, quia iure naturali requiretur ad matrimonium conſenſus voluntarium, qui impeditur per talem errorem; Reliqui duo errores non impediunt Matrimonium. Secundum Impedimentum eſt conditio, quæ eſt duplex prima eſt conditio ſeruilis alteri ignota, quæ non differt ab errore circa ſeruilem ſtatum perſonæ; Secunda eſt conditio appoſita de futuro; De priori patuit ſuperius, de poſteriori patet, quia natura contractus requirit, vt ſit de præſenti, & non pendet ex euenturo alioquin erit promiſſio tantum ipſius contractus.

35 Tertium Impedimentum eſt votum; non ſimplex niſi ſit ſocietatis. Ieſu ex conſtitutione Gregorij 13. incipit aſcendente Domino, qua redduntur inhabiles ad Matrimonium, valde contrahendum omnes, qui in ea ſocietate tria vota ſimpliciter emiſerunt; ſed hoc

eſt ſingulare priuilegium illorum trium votorum ſimplicium; quibus exceptis Votum ſimplex ſolum impedit, ſed votum ſolemne, ſiuè annexum ſacris ordinibus c. vnic. de voto in 6. ſiue emiſſum in approbata Religione ex c. cõſuluit, & c. inſinuante, qui cleric. vel vouent; iure Eccleſiaſtico impedit, & dirimit, & vltra tentantes de facto incurrunt in excomunicationem, ex Clement. vnica de conſang. & affinit. & pro ſocietate ex dicta conſtit. aſcendente. Quartum Impedimentum eſt Cognatio quæ triplex eſt; Prima naturalis, quæ dicitur conſanguinitas; Secunda ſpiritualis, quæ oritur ex Baptiſmo, & confirmatione; Tertia legalis; quæ ex filiorum adoptione naſcitur; conſanguinitas reddit inualidum Matrimonium, vſque ad quartum gradum incluſiuè, cap non debet de conſanguineis, & affin. vt autem ſciatur quoto gradu conſanguinitatis vna perſona diſtet ab alia tres Regulæ notandæ ſunt.

36 Prima in linea recta, quæ eſt aſcendentium, & deſcendentium tot gradus numerandi ſunt quot numerantur Perſonæ excepta prima; Itaque filius eſt in primo gradu conſanguineus Patri nepos in Secundo pronepos in 3. &c. Secunda Regula; In linea tranſuerſali; Quando vtraque Perſonæ æqualiter diſtat ab eodem ſtipite totidem gradibus diſtant inter ſe; quot diſtant à ſtipite; Vndè fratres, quia patre ęqualiter diſtant ſunt inter ſe conſanguinei in primo gradu, quia quilibet eorum eſt conſanguineus Patri in primo gradu, ſimiliter filij duorum fratrum ſunt conſanguinei in ſecundo gradu ob ſimilem causã, Tertia Regula in linea tranſuerſa; Quando vtraque Perſona diſtat inæqualiter à comuni ſtipite, quot gradibus diſtat perſona remotior à comuni ſtipite totidem, & diſtat ab altera, Vndè filius fratris diſtat à ſuo Patruo in Secundo gradu; Hæ tres Regulæ valent in Iure canonico; & ſeruantur in Cauſis matrimonialibus; Cognatio ſpiritualis, quæ contrahitur in Baptiſmo, & confirmatione impedit, & dirimit Matrimonium; eſt autem Tertia; Prima dicitur Paternitas, quæ contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, & inter confirmantem, & confirmatum, & ſimiliter inter Patrinum baptizati, vel confirmati, & baptizatum, & confirmatum; Secunda dicitur compaternitas, quam contrahit Baptizans, aut confirmans, aut Patrinus cum naturalibus Parentibus baptizati aut confirmati.

37 Cognatio legalis, quę oritur ex adoptione alicuius in filium impedit, & dirimit Matrimonium, vſque ad 4. gradum ſicut cognatio naturalis eſt, quæ etiam triplex, prima inter aſcendentes, & deſcendentes in linea recta 2. in linea tranſuerſali inter adoptatum, & filios naturales adoptantis 3. per modum alicuius affinitatis legalis, nempè inter adoptantem, & vxorem adoptati, vel è contrario inter adoptatum, & vxorem adoptantis; prima, & ſecunda ſemper impedit, etiam ſublata adoptione, vel emancipato filio Adoptiuo, 2. ſolum impedit, quamdiù durat ipſa adoptio, & quamdiù filij naturales durant ſub patria poteſtate. Quintum Impedimentum eſt Crimen, quo duplex eſt homicidium, & adulterium quæ iure Eccleſiaſtico impediunt in 4. caſibus primus, quando vir et fæmina comuni conſenſu machinantur mortem alteri coniugum vt ſe mutuo recipiant in Matrimonium cap. laudabilem 2. Quando adulter procurat mortem coniugis ſuę, vel Mariti adulterę, vt cum adultera coniugium celebrare poſſit, vel è cõtra, quando adultera procurat mortem ſui Mariti, vel vxoris adulteri, vt cum adultero Matrimonium inire poſſint cap. ſuper hoc; De eo quidem in Matrimonium, quam polluit per adulterium; Tertius, ſi Adulteri dederint ſibi inuicem fidem de Matrimonio inter ſe contrahendo poſt mortem vxoris adulteri, vel Mariti adulterę, nam in tali caſu videntur omnino mortem alterius coniugum procuraturi cap. relatum 31. q. 1. 4. ſi de facto adulteri inter ſe contraxerint viuentibus prioribus coniugibus capit. finali, de eo qui in Matrimonium duxit, &c.

38 Sex-

38 Sextum Impedimentum eſt cultus diſparitas, quæ reperitur inter fideles, & Infideles, ſunt autem duplices Infideles alij baptizati, vt ſunt Hæretici alij non baptizati ſic ſunt reliqui; Hoc poſito tria certa ſunt inter Catholicos, primo Matrimonia fidelium cum infidelibus, ſiue baptizatis, ſiue non baptizatis eſſe illicita 2. Matrimonia fidelium cum infidelium non baptizatis non ſolum eſſe illicita, ſed etiã inualida, & irrita, 3. Matrimonia fidelium cum Hæreticis baptizatis eſſe quidem illicita non tamen irrita; Adde matrimoniũ Catholici cum Hæretica, vel cum Infideli non eſſe, ita malum intrinſecè docuerunt Sanch. diſp. 72. n. 5. Filiucius, & alij, vt nulla circumſtantia licitum reddi poſſit; & Pontius in appendice c. 6. id procedere inquit, etiam ſi in aliquo caſu adeſſet periculum peruerſionis ſi magna aliqua, & eximia, id poſtulet Cauſa augmenti nimirum, & propagationis Eccleſiæ tranquilli eius ſtatus, aut liberationis Catholicorum, qui ſub aliquo Hæretico Principe detinẽtur oppreſſi; Nam exponere ſe periculo peccandi ex magna, & vrgenti cauſa non eſt peccatum non enim amatur periculũ, ſed illud ingens bonum, quod abſque tali periculo aquiri non poteſt, ita ille ex D. Thoma, Caietano, & alijs; quod eo magis verum apparet, quod matrimonium inter fidelem, & infidelem, non eſt irritum iure naturali, aut Diuino, aut Eccleſiaſtico ſcripto, ſed tantum ex conſuetudine populi Chriſtiani vim legis obtinente.

39 Septimum Impedimentum eſt vis quatenus legitimo conſenſui obſtat, qui ad matrimonium requiritur; Vndè ſi per vim, & metum extorquentur externa verba ſine interiori conſenſu tunc iure naturæ nullum eſt matrimonium; ſi autem per vim, & metum extorqueatur etiam interior conſenſus tunc diſtinguendum eſt ſi metus ſit leuis, qui non cadit inconſtantem virum non dirimit, ſi autem ſit grauis impedit, & dirimit iure Eccleſiaſtico; 8. Impedimentum dirimens ſunt maiores ordines ob annexum votum caſtitatis ſolemne, qui dirimunt iure Eccleſiaſtico nõ autem Diuino, cœlibatus enim iure tantum Eccleſiaſtico ſacris ordinibus annexus eſt, & probatur, quia Eccleſia Romana conceſſit Græcis Sacerdotibus vſum Matrimonij ante ordinationem contracti, c. cum olim de Clericis coniugatis; Hoc autem non feciſſet, ſi Cœlibatus Diuino iure annexus eſſet Sacerdotis, 9. Impedimentum eſt ligamen, quod ſignificat vinculum prioris Matrimonij, quo durante iure Diuino inualidum eſt 2. matrimoniũ, cap. licet, de ſponſa duorum; Vndè ſi quis ex 2. Matrimonio ſuſcepiſſet prolem teneretur tamen ad prius redire ſi adhuc viueret; Hic ſolet diſputari an mulier ob diuturnum abſentiam Mariti poſſit cum alio contrahere. Reſp. non poſſe niſi habeat certitudinem moralem de morte abſentis Merei, c. Dominus, de ſecundis nuptijs certitudo autem moralis comuniter non habetur niſi per nuncium fide dignũ, c. in præſentia de ſponſalibus, vel niſi ſint cinta mortis indicia, vt certo nuncio æquiualeant; Neque verò ſufficit fama, vel rumor, ſiue ex diſtante, neque ex propinquo loco, niſi ea ſit multorum ac diuturna.

40 Pro clariori intelligentia huius impedimenti Ligaminis aduertendum eſt, quod ſicut falſa eſt ſententia Montaniſtarum, & Nouatianorum, qui ex Auguſt. lib. de Hæreſibus, c. 26. & Theodoreto lib. 3. de fabulis Hæreticorum damnabant olim ſecundas nuptias ſucceſſiuas, ita falſa eſt ſent. Valentiniani primi huius nominis Imperatoris, qui pluralitatem Vxorum ſimul tempore conceſſit teſte Socrate lib. 4. Hiſt. c. 17. Cum enim captus eſſet amore cuiuſdam iuſtinæ, & eam vellet in vxorẽ ducere retenta priore vxore ſub vera, ex qua Gratiarum filium iam ſuſceperat legem promulgauit, vt liceret vnicuique duas ſimul vxores habere, & hoc prætextu ſuam intemperantia tegere conatus eſt; Hunc errorem renouauit Lutherus, non minus intemperans, qui in c. 16. Geneſis, vbi docet liberum eſſe habere plures ſimul vxores, contra Montaniſtas, & Nouatianos militat, & pugnat D. Paulus 1.

7. ad Rom. V.3. vbi ait timor tuus fuerit vir eius liberata contra hos impuros, eſt à Lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro, ſimiliter 1. Cor. 7. 29. ſi dormierit vir eius, cui vult nubat tantum in domino, & 1. ad Timoth. 5. 4. volo iuniores viduas nubere; accedunt Concilia generalia Nicenum 1. can. 8. Florentinum, & alia paſſim.

41 Contra Valentinianum Imperatorem, & contra Martinum Lutherum pugnat ipſemet Deus inſtituens in Paradiſo Terreſtri 1. Matrimonium, ita D. Hieronymi, D. Griſoſt. Beda, Theophilatus, & D. Anſelmus, in cap. 19. Matth. 19. Pluralitas Vxorum repugnat aliquo modo legi naturæ, Ita Innocentius c. gaudemus de Diuortijs, & Scholaſtici in 4. d. 43. accedit ratio, quia ſi Polygamia conformis eſſet naturæ, ſine dubio Deus, illam ab initio Mundi inſtituiſſet præſertim cum eo tempore eſſet maximè neceſſaria ad propagandum genus humanum, & naturalis origo tunc formaretur. At Deus non Polygamiam, ſed Monogamiam inſtituit, & confirmauit, quia non ſolum in principio Mundi, ſed etiam poſt Diluuium fuiſſet neceſſaria ad reparandos homine Polygamia, & tamen eo tempore nemo habuit plures; nam ante diluuium ſolus Lamech. dicitur plures vxores habuiſſe, & ideò repræhenditur à Sanctis Patribus, præſertim à D. Hieronymo in Epiſt. ad Gerontiam; Item probatur, quia contra legem naturæ eſt, quod res vni tradita, & ab eo legitimè poſſeſſa alteri tradatur, ſed Maritus in matrimonio, tradit poteſtatem ſui corporis vxori, ergo iure naturæ, non poteſt ipſam alteri dare.

42 Polygamia non eſt contra legem naturæ, ſic quod omnino ſit indiſpenſabilis, quaſi ſit contra prima principia; ſed eſt conformis eiſdem principijs ex quibus deducitur ſaltem in remota conſequentia eo modo, quo alibi dictum eſt de præceptis Decalogi ſecundæ tabulæ, in quibus Deum, ſæpè diſpenſaſſe alibi probatum eſt, ita in Polygamia potuiſſe diſpenſare, & de facto diſpenſaſſe non tantum cum Patriarchis veteris Teſtamenti, ſed & alijs etiam Gentilibus omnino certum eſt, ad Patriarchis Abrahamo, Iacob, & alijs, Patet ex Geneſis, de Gentilibus ſatis clarè deducitur ex Paulo Sancto, qui in primo cap. ad Romanos ſeriose Gentiles repræhendit in multis; ſed quod haberent plures vxores ſimul, nec Verbum dicit: Hæc diſpenſatio Diuina circa Polygamiam indicata eſt à Deo primis aliquot Patribus; deinde eorum Verbo, atq; exemplo ad alios: Peruenit quia tempore Abrahæ, & deinceps erat omnibus notum, quod liceret habere plures vxores, ergo ſignum eſt, quod tunc ſinguiis non fuerit facta inſpiratio Deo, ſed quod iam antea facta eſſet aliquibus; à quibus poſteri intellexerit; Antecedens patet, quia Sara induxit ad Abrahamum ad ſecũdum vxorem ducendam, quod non feciſſet, niſi ſciuiſſet eſſe licitũ; ſimiliter Laban Gentilis obtulit Iacob duas filias, & rurſum hæ obtulerunt eidem duas alias vxores, neque ipſe miratus eſt aut dixit non licere; Denique Moyſes in Deuter. cap. 21. V. 15. tanquam de re nota, & paſſim licita loquitur, inquiens ſi habuerit homo duas vxores vnam dilectum, & alteram odioſam &c.

43 Ieſus Chriſtus Dominus noſter Rex pacificus hanc diſpenſationem penitus ſuſtulit tanquam radicem rixarum, & ſomitem diſcordiarum, ita vt non Chriſtianis ſolum, ſed etiam alijs omnibus vetita eſt Polygamia in Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. primo quia Chriſtus. Matth. 19. reuocauit matrimonium ad primam inſtitutionem, & eam voluit deinceps valore; At prima inſtitutio excludit Polygamiã; ſecundo quia Chriſtus dicit eum mæchari, quid imiſſa vno re aliam duxerit. Mat. 19. Marci 10. & Lucæ 16. Quod ſi mechatur, qui aliam ducit viuente priore vxore, ergo non poteſt homo habere duas vxore ſimul. Tertio, quia matrimonium in noua lege eſt Sacramentum Chriſti, & Eccleſiæ, ergo debet eſſe vnius cum vna; Item Polygamia, facilè eſt origo eſſet contentionum inter vxores maximè ſi

alia minus quam, alia à viro diligeretur, & quidem Sara non potuit ferre Agar. Gen. 21. & Rachel inuidebat Liæ propter fœcunditatem. Gen. 30. & Phenena affligebat Annam 1. Reg. 1. item qui plures habet vxores non poſſet ſemper omnibus ſatisfacere, quod concupiſcentium Polygamia, igitur eſt ſic ſublata per Chriſtum, quod nec ſummus Pontifex poſſit diſpenſare, cum aliquo vt habeat duas vxores ſimul, quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris; Quot verò vna fœmina plures habeat viros, nec licet, nec antiquam licuit.

44 Decimum Impedimentum dirimens eſt iuſtitia publicæ honeſtatis, quæ nihil aliud eſt, quam propinquitas quædam orta ex ſponſalibus de futuro validis vel ex Matrimonio rato; Dicitur autem iuſtitia quia decens, & æquum non eſt, vt V. gratia frater contrahat Matrimonium cum ea, quæ fui ſponſa prioris fratris, iam de mortui, & eo magis, ſi cum eo contraxit Matrimonium ratum non conſumatum. Hoc impedimentum ante Concilium Tridentinum extendebatur vſque ad quartum gradum ſicut extenditur affinitas; cap. vnico de ſponſalibus. Poſt Concilium non extenditur vltra primum gradum in ſponſalibus de futuro ſeſſ. 24. cap. 3. Vndè, ſi quis de futuro contraheret, cum aliqua, & mortua non poſſet cum eius Matre, vel ſorore contraheret, quia ſunt in primo gradu in cęteris autem gradibus poſſet: Quando autem impedimentum oritur ex rato Matrimonio extenditur ad quartum gradum, ſicut antè Tridentinum extendebatur, vt explicauit Pius Quintus in quadam de hac re conſtitutione, Vndecim impedimentum dirimens eſt affinitas, nempè propinquitas perſonalis proueniens ex carnali copula, ſiue hæc ſit licita, vel illicita cap. diſcretionem de eo qui duxit Tridentinum ſeſſ. 24. capit. 4.

45 Ad cognoſcendos autem gradus affinitatis, hęc datur Regula, vt poſita copula carnali inter virum, & fæminam, quo gradu aliquæ viro conſanguineus eſt eodem ſit Affinis mulieris, & è contra, Notandum, tamen quod licet omnes conſanguinei viri contrahant affinitatem, cum vxore eius, & viciſſim, tamen conſanguinei viri, & vxoris non contrahunt affinitatem ad ſi inuicem, Porrò hoc impedimentum affinitatis impedit, & dirimit Matrimonium vſque ad 4. gradum cap. non debet de conſanguinitate, & affin. & ſine Tridentino ſeſſ. 24. cap. 4. ſtatutum ſit me affinitas ex fornicatione orta extendatur vltra ſecundum gradum, 12. Impedimentum dirimens eſt impotentia coeundi; Hæc duplex eſt perpetua, & temporalis; Illa eſt quæ ſine miraculo, aut notabili, aut probabili periculo corporis tolli non poteſt, cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis; ſolet autem oriri ex triplici Cauſa, primo ex cauſa naturali expreſſa, & nomine frigiditatis, 2. ex maleficio, 3. ex caſtratione, vel aliquà alia ſimili Cauſa ſuperueniente. Cenſetur autem in iure perpetua, quæ probatur duraſſe per triennium, c. laudabilem, & c. litera de frigidis, & maleficiatis.

46 Impotentia perpetua ex qua cum cauſa orta ſit ſi præcedat Matrimonium dirimit contractum ex toto titulo de frigidis, & maleficiatis ſi autem ſuperueniat non dirimit, ſicut nec temporalis, quæ ſine miraculo, aut periculo notabili tolli poteſt cap. fraternitatis de frig. ſi impotentia ſit perpetua reſpectu cuiuſcumque alterius perſonæ, tunc impedit Matrimonium ſimpliciter, & dirimit; ſi autem reſpectu alicuius tantum perſonæ determinatæ, tunc ſolum impedit reſpectu eius perſonæ, ſed nota quod Impotentes impotentia perpetua non poſſunt nubere, nec in ordine ad caſte viuendum quidem, nam de intrinſeca Matrimonij ratione eſt traditio poteſtatis ad vſum, & copulam coniugalem, quam perpetuo impotentes tradere non poſſunt cum non habeant, nec poſſunt Matrimonij, vel alterius Sacramenti, aut contractus rationem eſſentialem ad vnum ipſorum arbitrium immutare accedit Bulla Sixti V. edita Anno 1587. declarans Matrimonia Spa-

dorum, vel Eunuchorum prorſus euitatorum, cum quibus vis mulieribus ſi veſtientibus, ſiue Ignorantibus eſſe, & ſemper fuiſſe irrita. Hæc dicta 12. Impedimentum ſunt de Iure antiquo Concilium Tridentinum addidit alia duo quorum primum.

47 Primum eſt clandeſtinum Matrimonium, quod tribus modis contingere poteſt; primo quando fit ſine legitimis teſtibus, ſecundo quando fit ſine trina denunciatione publica, 3. quando fit ſine ſolemnitate; Deſponſatio ſine Parocho, & teſtibus, ante Tridentinum impediebat quidem Matrimonium, non tamen dirimebat nunc autem, & impedit, & dirimit Parocho incumbit, quod debeat coniungere coniuges in faciem Eccleſiæ ommiſſio trium denunciationum impedit quidem, & non dirimit Concilium enim Tridentinum ſeſſ.24. cap.6. fatetur denunciationis ommitti poſſe cum facultate ordinarij, vel vnum tantum adhiberi poſſe Congregatio, autem Cardinalium præterea declarauit ommitti poſſe varijs de Cauſis, primo ſi eſſet ſuſpicio Matrimonium malitioſè impediendum, ſecundo ob vicinitatem temporis, quo vetitæ ſunt nuptiæ, 3. ob ſimilem aliam Cauſam, vt ſi nobilis cum ignobili, aut diues cum paupere, aut ſenex cum adoleſcentula vellet contrahere omiſſio benedictionis Sacerdotalis, nec impedit, nec dirimit, quia benedictio hæc ſequitur Matrimonium iam contractum. Concilium autem Tridentinum duo de hac re decreuit, primo vt illa benedictio fiat à proprio Parocho, vel ab alio Sacerdote de eius licentia non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili, ſecundo hortatur coniuges, vt ante benedictionem in amplo habendum in eadem domo non cohabitent.

48 Secundum Impedimentum Concilij eſt raptus, nam inter Raptorem, & raptum quandiù eſt ſub poteſtate Raptoris non poteſt intercedere Matrimonium validum; Quod intelligendum eſt ſi raptus fiat Cauſa contrahendi Matrimoniū non ſi fiat Cauſa libidinis, Ita Sanchez tom.2. lib.7. diſp. 13. num.4. Item niſi rapta conſentiat, nam ſecus non conſurget Impedimentum iſto, quod iniuria parentibus inferatur; qui his irretitur impedimentis abſque debita diſpenſatione validè nequit Matrimonium contrahere; Diſpenſatio autem eſt iuris comunis diſpenſandi; Vel eſt rigoris iuris per eum ad quem ſpectat relaxatio canonicè facta; & quia hæc impedimenta ſunt canonico iure introducta, vel antiquo, & comuni iure, vel nouo Concilij Tridentini; totumque ius canonicum eſt poteſtati Papæ omnino ſubiectum ſequitur conſequenter ad ſolum Summum Pontificem talem diſpenſationem regulariter pertinere; Quæ tamen poteſtas pluribus inuoluitur difficultatibus, quam reſolutio cum ſit aliena ab hoc noſtro propoſito libenter eam remittimus ad ſuos Profeſſores de quibus infra erit ſermo.

49 Cœterum qui expediti à prædictis impedimentis voluerint inter inuicem contractum matrimonialem emittere ſciant, & ſeriò cogitent magnum, & arduum negotium aggredi, nempè omnimodam obſeruantiam fidei coniugalis, ad quam fidem tria ſpectant primo, vt alter alteri debitum reddat, 1. Corinth.7. V. 3. Vir vxori debitum reddat ſimiliter, & vxor viro; Secundo, vt alter cum altero cohabitet, & ſimul familiam adminiſtrent, ita tamen, vt Mulier ſit ſubdita viro. 1. Cor.11. 3. Caput mulieris eſt vim, & 1. Timoth.2. 12. Tercio, vt neuter viuente altero cum aliqua alia perſona copuletur, hoc enim eſſet adulterium committere. Rom.7.3. viuente viro vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro; Verum duo priora non ſemper ſeruantur, vt patet in diuortio, quod conſiſtit in eo (ſecundum communem Theologorum vſum,) quod fiat ſeparatio Matrimonij, quo ad Thorum, & cohabitationem manente vinculo coniugali; Hinc patet Diuortium diſtingui à repudio, quia in hoc fit etiam ſeparatio, quoad vinculum coniugali; Cæremoniæ, &

Cautiones, quibus libellus repudij dari ſolebat ab Hæbreis recitantur decem; Prima, vt vxor nunquam diſcederet niſi volente Marito.

50 Secunda, vt libellus repudij in manu vxoris traderetur tertia, vt ſcriberentur, vt minimum duo nomina, duorum teſtium 4. vt exprimerentur tres generationes viri, & tres mulieris, vt patebit, ex formula infra quinta, vt ſcriberetur libellus, litteris rotondis diſtinctis, & perſpicuis, ita vt vna aliam non attingeret, ne aliquod ſcripturæ vitium irrepſerit, 6. vt ſi inter ſcribendum aliqua guttula attramenti in Chartam decideret libellus authoritatem non haberet, aliuſque denuò ſcriberetur, 7. vt in libello, nullum raſuræ veſtigium appareret, ne ſuſpectus eſſet vitij 8. vt Charta longior eſſet quam latior 9. vt omnes teſtes, qui aderant ſuum quiſque ſigillum adhiberet; Decima, vt Maritus diceret. Accipe libellum repudij, & eſto à me abiecta, & cuicumque viro permiſſa, Forma libelli repudij erat hæc; Ego Rabbi N. filius R. N. filij R. N. die prima menſis ſecundi Anni N. à creatione Mundi, in tali loco ex animi mei conſenſu, & ſine vlla coactione repudiaui N. filiam Rabbi N. filij R. N. filij R. N. & dedi illi libellum repudijs in manu ſcedam abſciſſionis, & ſignaculum diuiſionis, vt ſit à me abiecta, & abeat quo cum velit, & nemo poſſit illi prohibere iuxta conſtitutiones Moyſi, & Iſrael.

51 Sunt aliquæ certè cauſæ ob quas in Lege Euangelica, poteſt fieri diuortium quoad Thorum, & eo habitationem manente, tamen vniuerſo coniugali, ita Tridentinum ſeſſ. 24. can. (vel cap. 8.) ſunt, autem tres potiſſimum; Prima eſt, ſi vterque coniux ex mutuo conſenſu voueat, poſt conſumationem perpetuam continẽtiam, & ad Religionem, tranſeat Matth. 19. 29. omnis qui reliquerit, &c. vel vxorem ſecunda cauſa, poteſt eſſe crimen alterius coniugis; Idque triplex primum eſt adulterium, de quo Chriſtus Mattheus 5. 33. ſecundum eſt Hæreſis, de quo Apoſtolus ad Titum 3. 10. tertium ſi alter impellat alterum ad peccatum Mattheus 18. 19. Tertia Cauſa, poteſt eſſe furor, aut ſæuitia alterius coniugis Lepra, vel alius morbus; Diuortium quoad Thorum tantum poteſt, fieri propria authoritate, vt Diuortium, quoad cohabitationem, quia res eſt publica, & quæ poteſt alios ſcandalizare non det fieri, ni authoritate Eccleſiæ, Cap. porro, De Diuortijs; Diuortium, ob adulterium, vel fornicationem, ob quattuor Cauſas, poteſt fieri illicitum primo, ſi fornicatio fuerit ſine Crimine, vt ſi mulier vim paſſa fuerit, autem ignorantia cum eo rem habuit, quem virum ſuum credebat, cum tamen eſſet alienus ſecundo, ſi vterque coniux eodem crimine teneatur, tertio ſi poteſt cognitum adulterium, cum eo rem habet, quarto, ſi auctor ſui coniugi, vt fornicaretur.

52 In lege Moyſi, Mulier depræhenſa in certo adulterio Lapidabatur, Leuit. 20. 10. Ioannis 8. 3. & 4. ſuſpecta, autem experiebatur, ſeu probatur an verè adulteraſſet modo præſcripto à lege Numer. 5. 14. Primò vir ſuſpectum vxorem ducebat ad Sacerdotem coram Tabernaculo, 2. offerebat ibi oblationem zelo typiæ, nempè farinam ordeaceam ſine oleo, & Thure, tertio ſacerdos accipiebat aquam ſanctam in vaſi fictili; & in eam immittebat pauxillum terræ, de pauimento tabernaculi, & iſta aqua terræ permixta vocabatur aqua amariſſima; quarto ſuper hanc aquam proferebat maledictiones 5. diſcooperibat caput mulieris, & in manibus eius ponebat oblationem Zelo typiæ. Ideſt farinam ordeaceam; 6. tunc ſimiliter præferebat maledictiones ſuper muliere dicens, ſi Innocens es, non nocebit tibi aqua iſta amariſſima, in quam maledicta congeſſi, ſin rea ſubiacebis his maledictionibus; Dominus Deus, in cuius conſpectu; Has putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur, ſeptimo mulier, reſpondebat amen, amen 8. ſacerdos hac, ſecundus maledictiones. ſcribebat in libro, mox ſcripturam abluebat aqua, quam habebat in vaſe fictili 9.

ſa-

ſarinam ordeaceam accipiebat, ex manu mulieris, & partem illius adolebat partem, ſibi reſeruabat, ex aqua maledictam dabat mulieri bibendam, & ſi erat rea ſtatim fœmore putreſcente, & vtero intumeſcente diſrumpebatur, & ſic expirabat.

Hæc ſatis dicta ſint de Matrimonio, tum vt Ciuilis contractus, quam vt ſacramento, ſi quis vberiorem cognitionem cupit ad vtriuſque iuris peritos, & Theologos moralem recurrat à quibus in ſtudio ſuorum voluminum pleniſſimam iuſtitiam, & informationem obtinebit.

DE

DE QVATTVOR HOMINIS NOVISSIMIS

Morte, Iudicio, Inferno, ac Beatitudine.

Caput Quartum.

De Antichriſto.

Articul. 1.

1 QVattuor Nouiſſima hominis præcedet Antichriſtus ſumptus pro certa, & determinata Perſona Chriſto in omnibus contraria, quæ Perſona perhibetur futura circa finem Mundi, iuxta illud Apoſtoli 2. Theſal. cap. 2. niſi venerit diſſenſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, & filius perditionis. Iſta igitur quæ perſona ventura, eſt circa finem Mundi verè, & realiter eſt, & dicitur Antichriſtus: Hic eſt vniuerſalis ſenſus omnium Catholicorum contra modernos Hęreticos dicentes Summum Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum, & nullum alium Antichriſtum expectandum; Pro confutatione eorum ſufficiat ſtulticia eorum, qui concedentes multos Summos Pontifices fuiſſe bonos pronunciauerint, & ita effrontes pronuncient, cum tamen omnes canonicè electi fuerint ſint, (& Ieſu Chriſto aſſiſtente, & protegente) futuri ſunt veri Chriſti Vicarij cultores, & Cuſtodes vigilantiſſimi Chriſtianarum inſtitutionum. Eſt pęnitus Eccleſiæ ignotum quoto anno, vel ſæculo futurus ſit Mundi finis, & aduentus Antichriſti, eſt de fide certa, iuxta illud Matth. 24. V. 36. vbi ait. De die autem illa, & hora nemo ſcit, & Marci 13. De die illa neque filius hominis ſcit.

2 Et ſi adhuc non venerit ille magnus Antichriſtus homo peccati, & filius perditionis non de fuerunt tamen; nec deſunt pręcurſores eius, iuxta illud Apoſtoli loco cit. ad Theſ. vbi ait, nam Myſterium iam operatur iniquitatis cui conſonat D. Ioan. 1. cap. 2. vbi dicit Filioli nouiſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit (nempè in ſuis Præcurſoribus) nunc Antichriſti multi facti ſunt: Vnde ſcimus, quia nouiſſima hora eſt, quaſi dicat Magni illius Antichriſti, qui nouiſſimo tempore debet venire Præcurſores, iam adſunt, ergo nunc eſt nouiſſima ætas, qua ipſe debet; hæc dicunt Apoſtoli de contrarijs Chriſto ſuorum temporum, nempè de Hæreticis. Hos potiori iure dicamus de contrarijs Chriſto noſtri temporis Lutheranis, Caluiniſtis, & Anabaptiſtis Præcurſor enim eſt, qui viam munit, & animos hominum diſponit ad ſuſcipiendum eum cuius præcurſor dicitur incohando quodammodo, quod ille completurus eſt; Hoc modo Prophetæ, & in

pri-

primis Ioannes Baptiſta, dicuntur Pręcurſores primus Aduentus Domini, quia Animos hominum ab impietate aliiſq; flagitijs auocarunt, & in eis cognitionem, & Dei timorem pietatis, & iuſtitiæ ſtudium incoharunt, per quæ Idonei redderentur ad Dominum recipiendum, quæque ipſe Dominus ſua præſentia, ad perfectam ſanctitatis formam perduceret.

3 Sic moderni Hæretici diſponunt animos hominum ad Antichriſtum facilius acceptandum incohando ſtrenuè, quod ipſe perfecturus eſt cur ergo non ſunt verè, & propriè eius Præcurſores, iuxta mentem ſcripturarum? Quod autem iſti ſectarij diſponant mentes hominum ad recipiendum Antichriſtum varijs modis oſtenditur, primo ex ſtudio abducendi à fide Chriſti Antichriſtus enim primo abducet homines à fide Chriſti, vt Lutherani, & Caluiniſtæ abducunt homines à fide Eccleſiæ Chriſti, & qui non credunt Eccleſiæ Chriſti, nec ipſi Chriſto credere conuincuntur, qui Matth. 18. ait ſi Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus, & Publicanus, 2. ex neglectu bonorum operum, & licentia vitæ Antichriſtus abducet homines à ſtudio bonorum operũ, & faciet illis omnium ſcelerum licentiam. Vndè D. Paulus 2. Theſ. c. 2. vocat Antichriſtum homo peccati: ſic Lutherani, & Caluiniſtæ, qui docent hominem per bona opera non fieri ſanctiorem, nec quicquam mereri apud Deum nihilque mercedis pro illis accepturum, ſed ſolum fidē apud Deum æſtimari. Ita Lutherus ar. 31. & ar. 36. Caluin. lib. 3 Inſtit. cap. 12. §. 4. Inſuper Labem, & turpitudinem peccati omnino auferunt, & licentiam omnium ſcelerum faciunt, dum docent nullum crimen poſſe credentibus officere, nam propter fidem Chriſti nullum peccatum ad culpam, & pœnam Imputatur. Lutherus in aſſert. art. 1. & lib. de Libertate Chriſtiana. Calu. lib. 3. Inſtit. c. 4. §. 28. & lib. 2. cap. 8. § 18.

4 Tertio modo ex ablatione ſacrificij Antichriſtus auferet iuge ſacrificium, vt conſtat in c. 12. Danielis auferet inquam, quo ad publicum vſum grauiſſimè puniens, & occidens eos, quos cognouerit, vel publicè, vel priuatim obtuliſſe; Dicet enim eſſe, id eſſe Idolatriam, id eo tollendum ob eandem cauſam tollet cultum Imaginum Chriſti, & Sanctorum, & illas tanquam Idola corrumpet, ſic pariter prędicti Hæretici. Vndè euertunt altaria, confringunt Calices, & omne ſacrum inſtrumentum ad hoc ſacrificium comparatum vaſtant, & prophanant, tollunt etiam eodem prætextu venerationem Crucis, & Imaginum Chriſti, & Sanctorum, & illas cum mille probris, tanquam Idola deturpant confringunt, & exurunt 4. ex ablatione Eccleſiaſticorum Sacramentorum, & Cæremoniarum, Antichriſtus tollet omnia Sacramenta Eccleſiæ omnia officia Diuina omnia feſta, & ieiunia, quicquid enim à Chriſto inſtitutum eſt, vel aliquo modo ad ipſius cultum pertinet abrogabit, vt pote Chriſti iuratus hoſtis, eique ex diametro repugnans, ſic moderni Hæretici ſuſtulerunt omnia Eccleſiæ Sacramenta præter Baptiſmum, & huius etiam tollendi poſuere fundamentum ſuſtulere quoque officia Diuina, pſalmodiam, & Diuinas laudes; Denique ſuſtulerunt omnia pęnè feſta, & ieiunia Eccleſiæ, & quidquid carni moleſtum, & afflictiuum.

5 Quintò modo ex mutilatione, e perverſione Sacrarum ſcripturarum; Antichriſtus eas ſcripturæ partes, quæ ipſius inſtituto clarius videbuntur aduerſari, vt nouum teſtamentum, & quaſdam partes veteris tollet è medio tanquam adulterinas ſuppoſititias, & confictas, & eas quas admittet, non interpretabitur non ex ſententia Patrum, ſed vt poſſit perſuadere Iudæis ſe eſſe verum eorum Meſſiam ſequetur ſententiam Rabinorum à ſe electorum Lutherani, & Caluiniſti etiam in hac parte præclarè præcurrunt, nam aliquos ſacræ ſcripturæ libros, vt Apocriphos cum Iudæis reijciunt; De corruptelis verò, & peruerſionibus ſacrarum ſcripturarum non eſt numerus ſatis eſt dicere eos priuatum cuiuſcumque ſpiritum eſſe verum, & legitimum ſacrarum ſcriptu-

turarum Interpretem contendunt. Quis Diabolorum omnium poteſt peius enunciare. 6. ex ablatione Myſterij ſanctiſſimæ Trinitati; Antichriſtus tollet Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis diſtinctione perſonarum abrogata, vt multi Patres tradunt, vt hac ratione videatur cum Iudæis conuenire. Cum eo conueniunt eius Moderni præcurſores noſtri temporis Hæretici, qui ſuſcitantes antiquorum Hæreticorum delitamenta non parum detrahunt huic Sanctiſſimo Myſterio, nec opus eſt hic eorum falſitates recenſere.

6 Septimo modo ex hypocriſi, & fraudibus. Antichriſtus magnus erit Hypocrita, & ſpecie quadam Religionis homines decipiet varijſque mendacijs, & fraudibus auctoritatem, & potentiam ſibi cōciliabit Danielis 11. D. Paulus 2. Theſ. 2. In Hypocriſi quoque Hæretici ſæpè nominati viam parant Antichriſto, nam ſub velamine puri Verbi Dei proprij Iudicij tenebras falſitatis miniſtrant, & prætextu virtutis fidei, & efficacia meritorum Chriſti timorem damnationis auferunt, & licentiam malè viuendi concedunt, & neceſſitatem benè operandi excludunt; Hypocriſi igitur omnia ſalutis humanæ fundamenta euertunt; Item ſpecie prouehendæ pietatis, & gloriæ Diuinæ abolendæ ſuperſtitionis, & humanarum traditionum tollunt è medio, quicquid ad bonum incitare, vel à malo cohibere mortales ſolet. De mendacijs quibus ſeipſos, & ſuam doctrinam tuentur, & Catholicos perniciosè infamant, infinitum eſſet omnia perſequi; Genus quoque ſcribendi contra Catholicos eſt fraudolentiſſimum; Nam 1. omnia mendacijs, & calumniis ſunt pleniſſima, quibus ſubtractis ingentia volumina ad paucos redigas Quaterniones; Cum aliquod paradoxum ſtatuere volunt contemptis omnibus, qui contrarium clamant, id eſſe certiſſimum clariſſimè puero decenni obuium mirantur ſtuporem, & cæcitatem Papiſtarum, qui id non videant, illos à Diabolo faſcinatos, & alia huiuſmodi.

7 Octauo modo ex perſecutione contra Eccleſiam Antichriſtus grauiſſimam perſecutionem mouebit aduerſus Eccleſiam, & varijs ſupplicijs ad ſuam Religionem compellet, vt magis vltra patebit; Hæretici ſæpè dicti, nec in hoc ab Antichriſto ſunt diſſimiles, nam acerrimè Eccleſiam hactenus ſunt perſecuti, & etiam nunc perſequuntur euerſis, & deſtructis tot Eccleſiarum mirū ædibus dirutis, & expiſtatis tot Monaſteriorum millibus occiſis Religioſis, ac Sacerdotibus alijſque Catholicis odio Religionis innumeris, nec modo ceſſant, quinimmò vbique vbi dominantur parcendo illis qui ex ipſis fiunt Infideles, Turcæ, Atheiſtæ ſolos Catholicos implacabili odio, & furore varijs modis vexant, & perſequuntur, 9. modo ex falſis miraculis; Antichriſtus falſis miraculis, & prodigijs homines ad ſuam Religionem pertrahet, vt infra patebit. Moderni Hæretici tentarunt quidem aliquãdo miracula patrare, ſed irrito conatu Deo, id minimè permittente ne totus mūdus ante tempus conſtitutus in hæreſum baratrum præcipitaret. Alijs verò miraculis, tam veris, quàm falſis deſtituti inſtar omnium miraculorum eſſe volunt, quod tanta hominum multitudo ad nouas iſtas Religiones breui tempore confluxerit, ſed tanto miraculo innumera grauia tendunt deorſum, ideò non eſt ſtupendum.

8 Decimo modo ex blaſphemijs varijs, & horrendis Antichriſtus Deum, & Sanctos blaſphemabit, & mirè ſeipſum iactabit omnibus prę ſe contemptis. Dan. 7. ſermones cōtra excelſum loquetur, & Apoc. 13. datum eſt eius loquēs magna, & blaſphemias Antichriſtum ægregiè imitantur noſtri Hęretici. Nam quo ad blaſphemias attinet non ſolum eas per modum conuitij ex ira contra Deum, & fundunt vt interdum impij homines ſolent, ſed (quod longè eſt deterius) plurimos vt articulos fidei ſtatuunt ex quibus aliquas recenſebo. Itaque prima ſit Deum eſſe omnium peccatorum auctorem ſic Lutherus de ſeruo arbitrio contra Eraſmum. Nulli inquit in manu ſua eſt cogitare quicquam mali, aut boni, ſed Deus in nobis omnia bo-

bona, & mala operatur, idem alibi ſæpè Caluinus verò lib. 1. Inſtit. c. 18. §. 1. ita ſcribit; Abſurdum videtur (ſenſui carnis) volente, & iubente Deo excæcari hominem, qui mox cæcitatis duæ daturus eſt pęnas, &c. & lib. 7. c. 13. euomit, ex quibus colliguntur iſtæ propoſitiones voluntas Dei non ſolum permiſſiuè, ſed etiam propriè, & efficienter eſt cauſa omnium operum in Impijs. 2. Nihil agunt Impij, niſi ex Arcano nutu decreto, & directione Dei 3. Deus præcipit Sathanæ, vt mentiatur, & decipiat homines, ſed horret Animus huiuſmodi blaſphemias recenſere, Vix Antichriſtus proferret horribiliores blaſphemias in Deum ipſum: Vndè ſecundum Caluinum ſatius eſt negare Deū eſſe, quam concedere ipſum eſſe, & eſſe operatorem peccati, & iniquitatis.

9 Secunda blaſphemia Deum maximā hominum partem ex ſolo ſuo arbitrio prædeſtinaſſe, & creaſſe ad æternam exitium, & illud exitium re ipſa inferre immerentibus abſque vlla illorum culpa, qua ſunt crudelitate nulla maior cogitari poteſt; Docet hoc Lutherus libro de ſeruo arbitrio contra Eraſmum; Deus (ait Lutherus,) vt merita noſtra non reſpicit in ſaluandis, ita nec in damnandis illic indignos punit, & immeritos damnat. Idem ſit, & Caluinus pluribus in locis 3. blaſphemia Diuinam naturam in Chriſto eſſe paſſum crucifixum mortuum vnam cum natura humana alioquin paſſionem, & mortem naturæ humanæ in Chriſto, nihil nobis pro futuram hoc docuit fusè Lutherus in ſuo libello de Patribus, & Concilijs p. 2. Luthero ſubſcribunt plures alij Hæretici, 4. Blaſphemia filium Dei eſſe Patri ſubiectum etiam ſecundum Diuinitatem cui ſimilis eſt illa Filium eſſe mediatorem etiam ſecundum naturam Diuinam, quam docet Caluinus lib. de Chriſto Mediatore, & tota turba Lutheranorum; quæ ſubſcripſit libro concordiæ in quibus blaſphemijs omnes moderni Hæretici conueniunt cum antiquis, nempè Arianis, Neſtorianis, & Eutichianis, & quot quot malè ſenſerent de vera Chriſti Diuinitate, & humanitate.

10 Quinta blaſphemia eſt in ſanctiſſimam Trinitatem, eaque multiplex, vt eam Trinitatem perſonarum eiuſdem eſſentiæ nouum Idolum Turrim Babel, Deum fictitium ac ſophiſticum, ſtratagema Sathanæ, Cerberum tricipitem, tricorporeū Gerionem, impietatem pluſquam Satanicam appellant, Quarum duæ poſtremæ ſunt Michaelis Serueti, Reliquæ Valentini Gentilis, qui primarij fuerunt Pſeudo Apoſtoli nouarum Religionum, in Hungaria, Polonia, Tranſiluania; His fauent Lutherus, & Caluinus quatenus nomen Trinitatis reijciunt, 6. Blaſphemia eſt Chriſtum ſecundum corpus, & naturam humanam non eſſe certo loco circumſcriptum, ſed vbique inuiſibiliter exiſtentem ſicut ſecundum naturam Diuinam, ita docuit Lutherus ſermone Cœnę Domini, & Brentius cum omnibus Lutheranis in Saxonia, qui ideò vbiquiſtę dicti ſunt; Mortuo Luthero; Hæc vbiquitas à Lutheranis in amplisſima Synodo eorum 1571. Deſdræ celebrata ſic oppugnata eſt, vt omnibus ſuperintendentibus Miniſtriſque conſentientibus definitum fuerit vbiquitatem corporis Chriſti eſſe horribilem profanationem omnium articulorum ſymboli, & renouationem omnium hæreſum; At vix 10. anni elapſi erant cum damnata Synodo ſua tanquam impia eandem vbiquitatem tanquam articulum fidei recipiunt, vt patet ex libro concordiæ edito anno 1580. art. 7. & 8. cui 8000. Lutheranorum ſubſcripſerunt; Hæc eſt conſtantia, & firmitas ſynodorum apud Hæreticos, Hæc doctrina ſimul inuoluit blaſphemiam Neſtorij, & Eutichetis, Neſtorij, quia vnionē hypoſtaticam conſtituit in eo tantum, quod Diuinitas comunicet humanitati ſuas proprietates per accidens, ita manent duæ Perſonæ Eutichetis, quia veram carnis naturam abolet eamque cum Diuina confundit.

11 Septima blaſphemia, Chriſtum in Cruce dubitant de ſua ſalute; luctatum fuiſſe cum deſperationis impulſu, damnatorum pœnas in Anima ſuſtinuiſſe, & deſpe-

perationis vocem emiſiſſe. Ita docet Caluinus lib. 2. Inſtit. c. 16. & in 27. cap. Matt. ſequuntur paſſim Caluiniſtę; hoc modo explicant illum articulum deſcendit ad inferos; Verum hic ſunt multæ blaſphemię, prima cum Chriſto, in quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi tribuant ignorantiam ſui ſtatus, & affectus paterni erga ſe, 2. cum tribuunt illi timorem horribilem damnationis, & impulſum vehementiſſimum ad damnationem, ſeu deſperationem, 3. cum tribuant illi Animi afflictionem, quam patiuntur damnati, 4. cum tribuant illi vocē deſperantis, quaſi impulſu deſperationis in illa verba, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me prorupęrit. Vndè neceſſe eſt etiam illi graue peccatum imponant; quia in Verba deſperationis graue peccatum eſt præſertim cum illa etiam blaſphemiam continerent blaſphemum enim erat dicere Patrem æternis pœnis velle addicere filium. Deinde ad quid Beatitudo in Anima Chriſti in ſummo ſtabilita; certè ex prædictis blaſphemijs ſequi Animam Chriſti in tota ſua paſſione non fuiſſe beatam, quod eſt horrendum, & impium velle affirmare.

12 Octaua blaſphemia eſt cum dicunt ſine tolerantia pœnæ damnatorum totam Chriſti paſſionem, & mortem fuiſſe inutilem; Nihil inquit Caluinus lib. 2. Inſtit. c. 16. §. 10. actum erat ſi corporea defunctus fuiſſet Chriſtus, ſed opere ſimul pretium fuit, vt Diuinæ vltionis ſeueritatem ſentiret. Vndè etiam oportuit eum Inferorum copijs æternæque mortis horrore, quaſi conſertis manibus luctari, & eam mortem perferre, quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur, & diros in Anima Cruciatus damnati, ac perditi hominis ſuſtinere; Similia habet in c. 27. Matthæi. Vndè ſequitur 1. nos non eſſe redemptos pretio ſanguinis Chriſti, aut ſacrificio Crucis, ſiue paſſione, & morte ipſius, ſed tolerantia pænarum Inferni, 2. cum ad illam tolerantiam neceſſaria fuerit ignorantia, dubitatio falſa apprehenſio tentatio deſperationis, & peccatum ſequitur hæc etiā fuiſſe neceſſaria ad noſtram redemptionem, neque Chriſtum potuiſſe ſine iſtis Animæ imperfectionibus nos redimere, quæ omnia apertiſſimis ſcripturis repugnant: An hoc non eſt totum redemptionis noſtræ Myſterium euertere, & rem futilem falſam impoſſibilem, & blaſphemā obtrudere nimirum, vt fiduciam non collocemus in Chriſti ſacrificio Crucis, in pretio ſanguinis in paſſione, & morte corporis, ſed in falſa tolerantia pænarum Inferni, & ſpiritus damnati in dubitatione, & deſperatione Chriſti.

13 Nona blaſphemia eſt cum dicunt ſanguinem Chriſti iam computruiſſe diſſipatum eſſe euanuiſſe, & nuſquam extare vndè per illum non poſſe nos ſaluari. Ita plurimi Caluiniſtæ docent quorum nomina, & Verba refert Conradus in Theologia Caluiniſtica lib. 1. c. 20. quæ ſententia eſt valdè conſentanea doctrinæ Caluini proximè explicatæ, vt illi Caluiniſtarum ſententiæ, qua ſtatuunt Chriſti meritum Iudicio Dei opponi non poſſe; Illudque non ex dignitate Perſonæ, ſed ex gratuito Dei fauore ſuam dignitatem, & robur habere, has paucas blaſphemias noſtrorum Hæreticorum inter alias innumeras recenſuiſſe ſufficiat, vt clarè oſtenſum omnibus, vt hoc Præcurſores Antichriſti diligenter officium ſuum obiuiſſe, & obire, & omni conatu curare, vt via Iniquitatis, impietatis, & omnium ſcelerum ſit parata, vt cum venerit ille homo peccati filius perditionis valeat ſecundum operationē Sathanæ opera iniquitatis, & impietatis operari, & ad ſuum libitum perficere. His dictis de Antichriſti Præcurſoribus conuertatur ſermo ad eundem Antichriſtum, & audiamus, quid de ipſo nobis dicant ſcripturæ, & Patres.

14 Antequam Antichriſtus veniat deficere debet Romanum Imperium, iuxta dictum Apoſtoli 2. ad Theſ. 2. niſi venerit diſceſſio primum, Vbi Interpretes vniuerſaliter intelligunt de diſceſſione Romani Imperij, & licet aliqui nomine Romani Imperij intellexerint de poteſtate Papæ, & nomine defectionis receſſum ab obedien-

dientia, & fide, ſeu fidelitate Papæ; Alij receſſum à fide ſæcularis poteſtatis exiſtentis in Cæſaribus Auguſtis, receſſum inquam totalem, & abolitionem omnimodam, nam receſſum partialem, & grauem abolitionem, ſiue diminutionem iam à multis annis vidimus, ſed quia non fuit totalis defectio, ideò non venit Antichriſtus, & non ſolum antecedet diſceſſio totalis à poteſtate Imperiali, ſed Roma miſerrimè deuaſtanda eſt, & deſolanda, ſic enim prædicitur à D. Ioanne Euangeliſta in ſua Apocalypſi c. 18. vbi per totum deſcribitur, hæc deſolatio Romæ, ſub nomine Babilonis Ciuitatis Magnæ, vbi videndi ſunt interpretes. Aliud ſignum aduentus Antichriſti erit apparitio Henoch, & Eliæ dico apparitio, non reſurrectio, non enim mortui ſunt, ſed adhuc in carne viuunt in Paradiſo Terreſtri, vt habet communis opinio. Hi duo venturi ſunt in Mundum contra doctrinam Antichriſti, iuxta illud Malachiæ 4. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies magnus, & horribilis, & conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate ſeparando, ſcilicet oues ab hædis, mittentur ad hoc in Mundum, vt veram Chriſti fidem Iudæis præſertim, hæc prędicatio durabit per tres annos cum dimidio, deindè ab ipſomet Antichriſto occidentur; Probatur Apoc. 11. vbi ſic habetur. Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus 1260. amicti ſaccis vbi Gloſ. Interlin. ait ìdeſt tribus annis cum dimidio. Plura de Antichriſto apud Interpretes præcipuè D. Ambroſium, & D. Auguſtinum.

15 Iſte Antichriſtus erit homo nundum natus, nec viſus naſcetur ex Patre, & Matre ſicut reliqui homines, probatur ex Hieronymo in 7. Danielis dicente ne eum putemus, iuxta quorundam opinionem, vel Diabolum eſſe, vel Dæmonem, ſed vnum de hominibus; naſcetur de Iudæorum natione, ex Tribu Dan eſt comunis inter Patres naſcetur in Babilonia eſt etiā comunis, probatur ex eadem Hieronymo in cap. 11. Danielis dicentes Antichriſtus naſciturus eſt de populo Iudæorum, & de Babilone venturus &c. Ab initio conceptionis ſuæ in vtero Matris habebit Diabolum ſibi ex tunc aſſiſtentem, ita D. Aug. tract. de Antichriſto (ſi illius eſt) vbi ait in ipſo verò conceptionis initio Diabolus ſimul introibit in vterum Matris ſuæ, & ex virtute Diaboli confouebitur, & confutabitur in ventre Matris, & virtus Diaboli ſemper cum illo erit ex quo colligere licet Antichriſtum iniquiſſimum hypocritam, & virtutes ſtimulaturum, vt vbi qui Patres exiſtimant D. Auguſt. in tract. (ſi tamen eius eſt) citato diffusè de eius moribus, & geſtibus ſic de eo loquitur Chriſto in cunctis contrarius erit, & Chriſto contraria faciet humiles deijciet ſuperbos, & peccatores magnificabit impios exaltabit ſemper, quæ vitia, quę contraria ſunt virtutibus docebit.

16 Deinde legem Euangelicam diſſipabit Dæmonum culturam in mundo renouabit gloriam vanam quærens. Omnipotentem Deum ſe nominabit (& poſt aliqua) ſicut ſerpens in via ſedebit, & in ſemita erit, vt eos qui per ſemitam iuſtitiæ ambulant feriat, & veneno ſuæ malitiæ occidat (& poſt) homo peccati, & filius perditionis appellatur quia (in quantum poterit) genus humanum perdet, & ipſe in nouiſſimo perdetur (deinde poſt aliqua.) Habebit autem Antichriſtus maleficos Diuinos incantatores; qui cum Diabolo inſpirante nutrient, & docebunt in omni iniquitate, falſitate, & nepharia arte, & maligni ſpiritus erunt duces eius, & ſocij ſemper, & comites indiuiſi; Deinde Ieroſolymam veniens omnes Chriſtianos, quos ad ſe non poterit conuertere per varia tormenta occidet, ſuam ſedet ponet in Templo ſancto; Templum etiam ſanctum, quod Salomon Deo ædificauit in ſtatu ſuo reſtaurabit, & filium Dei omnipotenris ſe nominabit, & mentietur. Reges autem, & Principes primum ad ſe conuertet; deinde per illos cæteros populos: Loca verò, per quæ Chriſtus ambulauit prius deſtruet; Deindè per vniuer-

uerſum Mundum Nuntios, & Predicatores ſuos mittet; Proſequitur D. Auguſtinus potentiam miracula, & tyrranidem eius aliosque progreſſus, & finem.

17 Lactantius lib. Diuinarum Inſtit. c. 16. ait; Hic inſuſtentabili Dominatione vexabit orbem; Diuina, & humana miſcebit infunda dictu, & execrabilia molietur noua conſilia in pectore ſuo voluebit. Imperium, vt proprium ſibi conſtituat; Leges commutabit, & vias ſanciet contaminabit, diripiet, ſpoliabit, & quod peius eſt occultè adorabit Demonem priuatum. Prob. ex Dan. 11 38. Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur; vbi Liranus, ait Maozim, dicitur Præſidium, & locus conſtruendus ab Antichriſto, vbi colet illum Demonem priuatum occultè, & in illo loco reponet Antichriſtus diuitias prætioſas, tanquam in loco ſacratiſſimo, & fortiſſimo, Antichriſtus reuera erit Rex, & in effectu regnabit; Eligetur Rex à Iudeis, & Gentilibus, & poſtquam aliquas Prouincias, ac Regna debellauerit in Iudeam veniet ac in ea ſedem Regni collocabit. Quod quidem Regnum temporale modicum in principio incipiet ampliari per violentiam tria; Regna Ægypti, Æthiopiæ, & Libie, ſeu Africæ, & alioqui, tunc erunt in orbe; Inter Patres eſt comunis dicit S. Hieron. in Dan. 7. extenſio, tamen hec ipſius Regni non eſt finita, aut terminata.

18 Dogmata Antichriſti erunt conſtituere ſi Deum eſſe, minimè verò Chriſtum, & quicquid vitioſum, & illicitum tanquam virtuoſum iuſtificare, & licitè ſedebit, vt ſupradictum eſt in Templo ab ipſomet, & à Iudæis reædificato, quod fuerat à Romanis deſtructum, & ibi oſtendet ſe ac ſi eſſet Deus, qui tam per ſe, quam per alios multa faciet miracula, ſeu verius mirabilia, quæ non excedent virtutem naturalem ipſorum Demonum; vt Gloſſa ordinaria notat in illud; Iob. 18. In diebus eius ſtupebunt nouiſſimi, vbi ſic dicit Antichriſtus tanta tunc ſigna faciet, & erit demonſtraturus, & crudelia, & dura facturus vt ad ſtuporem perducat, quos in mundi finem inuenerit; Miracula, tamen alia, quæ ſigna, quæ fuerint ſupra naturæ vires videbuntur fieri, ab Antichriſto erunt fallacia, & apparentia; Per naturæ vires itelliguntur, etiam vires Diaboli, illa enim, quæ facere poteſt Diabolus licet videantur eſſe ſupra naturæ materialis, & humanæ, vires erunt tamen naturalia, iuxta illud 2. Theſ. 2. cuius aduentus eſt ſecundum operationem Sathanæ in omni virtute ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione Iniquitates. Non negamus tamen aliqua, ex mirabilibus, quæ facturus eſt Antichriſtus, & quæ non ſuperant vires diaboli futura vera vt patet, quia Diabolus eſt virtutis mirabilis nobis omnino incognitæ, quæ opera ſibi adequata verè poſſet operari ſi permitteretur.

19 Antichriſtus omnium 1. à Iudeis qui erunt in Paleſtina, & præſertim in Ieruſalem recipietur; Deinde ex omni natione, ſecta, ſiue Religione erunt qui illum recipient, & adorabunt ei, quæ adherebunt vt verò Chriſto, quia omnes reprobi credent in eum, ſed de omni ſecta Religione, & natione, erunt reprobi, ergo. Duratio Regni, & perſecutionis Antichriſti incipiet a ſeſſione in templo, vbi adorabitur tanquam Deus, & durabit; Per tres annos. Non eſt certum quantum ſe dilatabit Regnũ temporale Antichriſti, & vllus enim ſcripturæ locus, nullaque veterum Patrum authoritas preſcribit terminos dilatationis Regni Antichriſti; Interim probabiliſſimum eſt quod Cetus fidelium in omni Mundi regione in deſerta, in ſpeluncas, & ſimilia loca ſolitaria pro maiori parte recedent, teſte Lactantio Firmiano l. 7. c. 17. ſuarum Inſtit. Iuſtum populum inquit perſequetur, & erit preſſura, & contritio qualis nunquã fuit à principio Mundi; Quicumque crediderint atque acceſſerint ei ſignabuntur ab eo tanquã pecudes, qui autem recuſauerint notam eius, aut in montes fugient, aut cõprehenſi exquiſitis tormentis necabuntur, & poſt cũ hec facta erunt, tunc iuſti, & ſectatores veritatis

ſegregabunt ſe à malis, & fugient in ſolitudines, hęc Lactantius, & S. Ephrem ſerm. de Antichriſto Plurimi ſanctorum, qui reperientur confugient cum maximo ſtudio ad deſerta, & occultabuntur timore periculi.

20 Talis erit ſtatus, tunc Eccleſiæ cum ſuo capite Viſibili Sum. Pont. Rom. qui eã comitabitur in aduerſis, & tanquam verus Paſtor cum ſuis operatoribus ibit ad eum in ſpeloncis, & cauernis, & cum ea fugiet ad montes, & ſolitudines, vt eam paſcat conſolatoris cibo doctrinę, & bono exemplo. Ex quibus patet non ſolum eſſe licitã fugam tempore Perſecutionis, ſed eam eſſe arripiendã donec inſtet tempus neceſſitatis moriendi pro confeſſione fidei; Quando ſcilicet quis comprehenſus, & vinctus, ante Iudicium cauſam dicere debet, & fidem profiteri, ſic ſaluator ſuo exẽplo docuit cum Iudæi. Io: 8. tuliſſent lapides vt iacerent in eum abſcondit ſe, & exiuit de templo, & alibi; nolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum interficere. Igitur Rom. Pont. non ſub iugabitur ab Antichriſto 2. principatum ſpiritualem, quia ſemper verum erit promiſsũ Ieſu Chriſti Mat. 11. quod aduerſus Eccleſiam portę Inferi non præualebunt, ſed vſque ad iudiciũ conſtans permanebit, quia fideles eius in fide perſeuerabunt. Probabile, tamen eſt quod tempore perſecutionis Antichriſti officia publica, & ſacrificium publicum ceſſabunt, nam perſecutio, & tribulatio, quæ ab Antichriſto adueniet erit maior omnibus, quæ fuerunt, & futurę ſunt, vt dicit Chriſtus. Mat. 24. erit, tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio Mundi neque fiet, ſed in alijs Eccleſię perſecutionibus non fuerunt officia Diuina permiſſa publicè celebrari, neque publica ſacrificia ſacrificari, ergo neque permittentur tempore Antichriſti.

21 Hic itaque Antichriſtus (inquit D. Auguſt.) Diaboli filius, totius malitię artifex peſſimus, cum per tres annos, cum dimidio (ſicut prædictum erat), magna perſecutione totum mundum vexauerit, & omnem populum Dei varijs pænis cruciauerit, poſtquam Henoc, & Eliam, interfecerit, & cæteros in fide permanentes martyrio coronauerit. Ad vltimum ira Dei venit ſuper eum exercitus eius innumerabilis dictus Magog diſſipabitur, & Antichriſtus Occidetur in Ieruſalem in Monte Oliueti, Chriſti ſpiritu, ſeu virtute immedia, vel mediãte opera Michaelis Archangeli in conſpectu ſuorum Gregalium; Mors eius eſt, ſic futura ex Alberto Stadenſi in Chronicis anno 1150. Perditionis filius populum conuocabit, & in Cælo ire tentabit, ſed cum Diabolica arte ſe ſurſum extulerit Diuina virtute eijcietur, ſed clarius ex Petro Comeſtore in Hiſtoria ſcholaſtica in 2. Theſal. cap. 2. Antichriſtus ſpectante infinita hominum turba aſcendet in verticem montis oliueti, & ſimulabit ſe velle in Cęlum redere; Vndè deſcenderat ad homines, atque ipſum extollentibus ſpecie Angelorum Dæmonibus per aera in Cælum euehetur, cunctis mirantibus, & Diuinitati eius acclamantibus; ſed eo ipſo temporis puncto aſcendente per aera Antichriſto; Vox Chriſti audietur de cælo miſſa. Morere, & confeſtim fulmine percuſſus interibit.

22 Interfecto Antichriſto non ſtatim erit futurum Iudicium, ſed probabile eſt quod erit poſt 45. dies, neque hoc eſt certum. De quare Lyranus in 12. Danielis ſuper illa verba, Beatus qui expetat, &c. ait hic ad numerum præcedentem adduntur 45. dies, qui poſt mortem Antichriſti dabantur à Deo, ante Iudiciũ vt decepti in perſecutione Antichriſti poſſint pænitere, & ideò dicit Beatus qui in tribulatione Antichriſti ſtabit, & durabit per tres annos cum dimidio ſiue per dies 1390. & adhuc vltra viuet per dies 45. quia ſi non defuerit deceptus per Antichriſtum, vt perfectus coronabitur, ſi autem fuerit deceptus poterit pænitere in illis diebus ſequentibus, quia tunc erit omnibus manifeſta, & eius poteſtas ablata, ita Lyranus ex hucuſque dictis fit quoque manifeſtiſſimus furor, & rabies Hæreticorum impudentiſſimè aſſerenti Sum-

mum

mum Pontificem Romanum, eſſe illum magnum Antichriſtum, quod breuiter oſtenditur eſſe falſiſſimum aſſertum Punitus eſt futurus Antichriſtus, ſed plures fuerunt Romani Pontifices cōtra quos oblatrant, ergo tot eſſent Antichriſti; Secundo Antichriſtus directè ſe opponet Chriſto, & ſe eſſe eius aduerſariū profitebitur, at Pontificis Romani, gloriantur ſe dici Chriſti Miniſtros, & Vicarios 3. talis erit ſuperbia Antichriſti, vt venturus ſit nomine ſuo proprio, vt Dominus ait Ioan. 5. at Pontifex Romanus à ſe ipſo non venit, ſed vt ſeruus, & Miniſter 4. Antichriſtus faciet ſe; Deū ſed inter Sūmos Pontifices nullus talis fuit, ſed profitetur ſe eſſe non ſolum ſeruum Dei, ſed ſeruum ſeruorum Dei, accipiendo Deum verè non metaphoricè 5. Antichriſtus venturus eſt ſub finem Mundi, ergo euidenter falſum eſt aſſertum pręfactum Hęreticorum 6. Antichriſtus aſperrimam perſecutionem aduerſus Eccleſiam commouebit, ſed nullus Pontifex Romanus hoc fecit, ergo non fuit Antichriſtus.

23 Septimo Antichriſtus recipietur à Iudęis, vt eorum Meſſias, & ponet ſuam ſedem Ieroſolymis, ſed nullus Pontifex fuit à Iudæis, vt Meſſias receptus nec ſedem ſuam poſuit Ieroſolymis, ſed Romę 8. Antichriſtus habebit Maximum Imperium temporale, & potentiā politicā per totū ferè orbē, ſed nullus Pontifex habuit tantum Imperium temporale, ergo 9. Antichriſti Regnum erit breue, nempè per tres annos cum dimidio, vt Pontifices multis ſęculis regnarunt, ergo non fuerunt Antichriſti 10. durante Antichriſto comparebunt duo magni Prophetæ Henoc, & Helias, qui ſe illius Doctrinę opponent de quibus in Apocalypſi, vbi iſtorum Prophetarum virtus enarratur tandem finita prædicatione occidentur ab Antichriſto, vt hæc regnantibus Pontificibus per tot ſęcula nunquam viſa ſunt nec audita 11. Tandem exercitus Antichriſti poſt plurima bella, & Reges ab eo deuictos igne Cæleſti delebuntur; ipſe verò Antichriſtus, & eius Pſeudo Propheta viui mittentur in ſtagnum ſulfuris; At nihil tale accidit, dum Regnat Pontif. Rom. Impoſturas quaſdam confinxerunt prædicti Heretici, quibus volunt Pontif. Rom. eſſe Antichriſtum, quæ cum ſint meræ falſitates reijciuntur, & Repelluntur.

De Mortalitate humanorum corporū, & de immortalitate Animę rationalis. Articulus 2.

1 QVamuis Mors ſit homini tā familiaris, vt nō ſit ei oſtēdēda neceſſitas moriendi ſatis eſt ei videre quotidiana funera vtriuſque ſexus, & cuiuslibet ætatis, & conditionis; Inſuper clara ſunt de hac re ſacrarum ſcripturarum teſtimonia tamen vt præuia ad generalem reſurrectionem de ea aliqua dicenda ſunt, & in aſſerendum omnes, homines eſſe morituros ante ſecundum Chriſti aduentum, & vniuerſalem reſurrectionem, reſurgere enim non poteſt, quod ſemel mortuum non fuerit, ita Scotus in 4. diſt. 43. q. 5. cum alijs ſcolaſticis; Probatur ex Gen. 3. vbi lata eſt ſententia cōtra Adamum, & eius Poſteros abſque alicuius exceptione in ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerē reuerteris, Item Hebr. 9. ſtatutum eſt hominibus ſemel mori vbi S. Ambroſ. ait ſtatutum eſt quippè hominibus ſemel mori, & poſt mortem iudicabitur vnusquiſque, & 1. Cor. 15. 22. ſicut in Adam omnes moriuntur ita, & in Chriſto omnes viuificabuntur; Item ibidem omnes reſurgemus, ſed reſurrectio pręſuponit mortē, ergo prius omnes moriemur.

2 Obijcies illud Apoſtoli 1. Theſ. 4. nos qui viuimus qui reſidui ſumus in aduentū Domini non pręueniemus eos, qui dormierunt, ſed ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in vera, & ſic ſemper cum Domino erimus; Reſponde-

tur hic D. Paulum non contradicere ſibi, nam de ſe ipſo loquebatur tunc viuente. Nos qui viuimus, ſed paulo poſt non fuit viuus, ſed mortuus propter Euangelium; Igitur non loquitur de re viuo, pro tempore vltimæ reſurrectionis in quo non prius alijs dormientibus, ſiue mortuis (quod idem fuit apud Apoſtolum) ſed ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiã Chriſto in Aera, & ſic ſemper cum Domino erimus, ſcilicet poſt ſententiã Chriſti omnes electi poſt Iudicium rapientur ex Societate reproborum obuiamChriſto in aera, ideſt aſcendent cum Chriſto ſine fine victuri ſuppoſita tamen dormitione, ſiue morte temporali; Nec de morte electorum ante reſurrectionem. Omnes verò reprobi, qui reperientur viui ante Iudicium morientur, iuxta Pſal. 96. Ignis &c. Inflammabit in circuitu eius.

3 In morte corporali Anima ſeparatur à corpore ſicque ſoluta ligaminibus corporalibus potiſſimè phantaſmatibus immortalis ſemper manebit eſt de fide, ita Scotus in 4. diſt. 43. q. 2. cum omnibus orthodoxis, ideò ſimpliciter es in demoſtrabilis, non indiget probatione aſſerente Doctore veritatis apud Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus; Animam autem non poſſunt occidere, & quamuis ſit indemonſtrabilis ſimpliciter, tamen non omnino caret probabilitate lumine naturali fulcita. Ideò eandem veritatem confeſſi ſunt, & profeſſi, qui cum ſapientia maximè fuere Illuſtres, nimirum ſapientes Hebræorum, Chaldeorum, Ægyptiorum, cum ſuo Mercurio, Trimegiſtro, Indorum, Gallorum, quos Druidas appellabant Pitagorici, & alij Philoſophi famoſi, Quid hic ſenſerit Ariſtoteles non conſtat, quia de hac re dubio locutus eſt, ideò trahitur ad vtramque partem citatus hinc inde. Qui Animæ immortalitatem negarunt ferè improbi fuerunt, & impij, vt Epicurei, & Achæi, & plures etiam, qui Chriſtiano nomine gaudẽt, & eo peiores. Hi omnes cum viuant tanquam bruta Animalia ab omni honeſtate alieni, & abſq; ratione, quæ ad cibum, & potum, & coitum conducunt ſolum amplectuntur, & ſtrenuè proſequuntur parum, aut nihil curantes opera pietatis, & conſequenter ſalutem Animarum.

4 Horum impiorum hominum ratio, & fundamentum eſt; Videmus (inquiunt) homines, & bruta ſimiliter cõcipi formari, naſci, ali, augeſcere, feneſcere, & mori, ſimilibus conſtare partibus, tam internis, tam externis, quæ ſingulæ ſimiles vſus in vtriſque habeant; ſicut ergo moriente, & expirante bruto in nihilum euaneſcit eius Anima, nec quicquam illius poſt corpus ſupereſt; Ita videtur dicendum de homine moriente Animam eius in nihilum redire, ſed hæc ratio, & fundamentum eſt nimis deficiens; Nam & ſi inter homines, & bruta magna ſit conformitas ſi corporis ſtructura, & ſingularum partium vſus ſpectetur, Inter Animum tamen hominis, & Animam brutorum incomparabilis eſt diſtantia ex qua merito colligimus illum, vtpotè ſuperioris, & Diuini ordinis eſſe non interire, & ſi Anima Brutorum, vna cum corpore extinguatur; Hæc vlla minima inter eas reperitur communicatio, nam anima Brutorum eſt in corpore immerſa, & ſepulta, & tota operatio eius eſt reſtricta, & limitata ad ea quæ ad paſtum, & coitum pertinent. At longè aliter res ſe habet in homine, cuius Anima in multis, & ſępè eleuatur, ne dum ſupra corpus, ſed etiam ſupra ſe ipſam.

5 Et primo eius cognitio eſt omnino illimitata concipit enim omnium rerum genera omnes gradus naturarum, neque ſolum, ea quæ ſunt, ſed etiam ea quæ non ſunt, & nouos in mente ſua architectatur modos, concipit rationes rerum vniuerſalium à ſingularibus à materia ſenſibili à loco, & tempore abſtractus, eaſque per ſe contemplatur, Inquirit rerum omnium rationes cauſas effectus proprietates, & de omnibus iudicat. Hæc omnia manifeſta ſunt mentem humanam non eſſe corpori immerſam, ſed ſubſtantiam ſpiritualem à corpore ſeparabilem,

nam

ſtam omnes in actus nullum habent ad corporis comodum, ſed ſunt ornamenta ſolius Animi: Ipſa quoque obiecta non concipiuntur, vt corpori amica, aut ſenſui guſtandi, vel tangendi gratia, ſed ſecundum proprias rationes, vt veras, & æternis rationibus conformia, quomodo ad ſolum animum, & nullo modo ad corpus pertinent. E contra canes, & æqui neſciūt an eorum Dominus ſit diues an pauper, nobilis, aut ignobilis, ſenex an Iuuenis, ſanus an æger cęteras, quæ circumſtantias indiuiduantes, de quibus, nec gaudium, nec mærorem ſentire poſſunt.

6 Cognitionem illimitatam Animę rationalis ſequitur appetitio pariter illimitata, & interminata, non enim ſolum appetit ea, quæ ad corpus pertinent paſtum, & coitum ſicut beſtiæ, ſed extendit ſe ad omne verum appetendo omnis veri notitiam, & contemplationem, nec ſolum ad omne verum, ſed etiam ad omne bonū ad quod appetitus, & amor omnium ſingularum rerum ſe profert ſingulæ enim res ſuo modo amant, quod naturæ earum eſt conſentaneum; Homo verò omnia illa ſuo amore complectitur cum non ſibi tantum comoda appetat, ſed etiam cuicumq; rei ea omnia, quæ ipſi ſunt conſentanea exoptet, & quantum in ſe eſt, procuret; Itaque, & tibi, & rebus appetit omnia congrua in eſſe reali, ſicut habuit in eſſe cognito. Hinc patet quantopere vis appetendi in homine ſit eleuata ſupra naturam corpoream. Inſuper delectatur maximè contemplatione veritatis, & ipſamet veritate, delectatur rerum pulchritudine, & ſpecie, & mirando, quod in ſingulis relucet artificium; Delectatur proportionibus, & mathematicis diſciplinis. Delectatur operibus Religionis, pietatis, & iuſtitiæ, & aliarum virtutum officijs: Delectatur fama, honore, gloria, & laude: Hæc omnia ſunt propria Animi bona, eaque tanti facit, vt omnia, quæ ad corporis comoda pertinent, contemnat, & nihil æſtimet; Itaque cum mentis humanæ tanta ſit capacitas, & tam latè patens ſinus, vt omnia completa, & totam entis latitudinem, altitudinem, & profunditatem ambi, vt perſpicuum eſt eam corpore eſſe longè ſuperiorem, & Diuinæ cuiuſdam Indolis, quæ à carnis commercio minimè dependeat.

7 Hoc etiam oſtenditur ex dominio Animi ſupra corpus, & arbitrij libertate. Ita enim dominatur corpori, & omnibus affectibus, vt multis, vel bonis oblatis, vel tormentis intentatis, aut etiam irrogatis cogi poteſt, vt aliquid dicat, aut faciat, quod non ſunt, aut quod propoſitum manet; In diuerſis materijs infinitis conſtat exemplis, huius non poteſt alia cauſa aſſignari, niſi quia Animus à corpore minimè dependet, ſed ſui Iuris eſt ſui mancipijs ſui arbitrij, & conſilij. Vndè ea quæ corporis ſunt, ita æſtimat ac ſi ad te minimè pertinerent ſuis bonis nixus, & contentus. Contrarium cernitur in beſtijs, earum enim Anima, cum tota ſit corpori mancipata, & ſecundum ſuum eſſe, & operari à corpore pendeat neceſſario fertur, ad ea quæ corpori ſunt comoda, & fugit, ea quæ corpori ſunt aduerſa; Vndè nec affectus ſuos, nec externos actus habent in ſua poteſtate, inſuper ſi Animus omnino penderet à corpore, nec poſſet extincto corpore conſiſtere, nihil adeò horreret ac mortem, nec quicquam ad eo illi eſſet charum, quod non libenter ad mortem arcendam proſtitueret, mors enim corporis Animum omni bono ſpoliaret eſſetque ſummum eius malum, & vita præſens ſummum; Itaque nil æqui ac ipſa mors, qua funditus interiret ei eſſet times eſſendum, & nihil perindè, vt vita præſens foret amandum proſequendum actuendum. At qui contrarium docet experientia quotidiana plurimi enim iſtam vitam paruipendunt, & ſi omnibus bonis fortunæ circum voluentem eamque pro laude, pro fama, pro libertate, pro vitando dedecore, pro virtutis pulchritudine libēter profundunt, nec de ſunt, qui manu ſua illam abrumpant, vt aliquam moleſtiam Animi declinent, vel laudē conſequantur. Tanti quæ ad Animum pertinent æſtimantur præ illis, quæ ad corpus ſpectant.

 8 Hinc

8 Hinc colligitur capacitatem Animi, & amplitudinem tantam, eſſe vt nullæ opes, nullæ dignitatæ, nulla Regna, nec totius quidem orbis imperium, nullę voluptates, nullaque denique bona finita ipſius deſiderium explere poſſint, ſed opus ad hoc ſit bono immenſo, & illimitato, in quo totius boni plenitudo eminenter cõtineatur; Inſinuat hoc Propheta dum ait Pſal. 16. ſatiabor, cum apparuerit gloria à tua quaſi dicat; nulla res alia me ſatiare poterit niſi manifeſtatio gloriæ tuæ, quæ eſt bonum infinitum; ſi ad corporis anguſtias Animus eſſet reſtrictus non eſſet capax boni Infiniti, immò nec deſiderium ſuum vltra ea quæ vitę corporali ſunt accomodata extendere ſi poſſet, vt in cęteris Animantibus cernitur. Cum igitur homo prędictus Anima Rationali vllo modo non comunicet, cum ceteris Animantibus; quatenus rationalis eſt, ſed potius eius Capacitas, tum in cognoſcendo, tum in apprendẽdo, tum in delectando eſt obiectiuè infinita non ſecus, ac capacitas ſpirituum ſeparatorum, qui ſunt formę ſimplices, quæ habent vim intelligendi, & extendunt ſe ad totum ens, & ad omne verum, & bonum, quę in hoc non differunt ab Anima rationali, quamuis alias ſint eleuatæ totaliter à materia phiſica.

9 Pro quorum Intelligentia notandum eſt corpus, & materiam formarum appetitum reſtringere ſicut, & Capacitatem; Vndè quo forma eſt magis materialis eo anguſtior eſt, & minus capax ipſo verò, eleuatior, & ſpiritualior, & amplior, & capacior, & ad plura, ſi extendit vt perficiatur. Quod perſpicuum fiet, ſi quis formarum gradus conſideret. Nam res inanimatæ, vt ſaxa, & metalla earumque formæ, quia maximæ materiales nihil extra ſe appetunt, nec aliquid ad ſuam perfectionem moliuntur ſed in ſe, & in ſuo naturali centro quietæ manent. Plantæ verò, quia earum forma magis eſt eleuata ſuo modò appetunt ſuccum illudque extrinſecus attrahunt immutant diſtribuunt per vniuerſum corpus, & in ſe conuertunt, deinde flores fructus ſemina emittunt, ſic quæ aſſiduè ad ſui augmentum, conſeruationem, perfectionem, & propagationem, operationem ſuam exercent. Verum nullum habent alimenti ſenſum, nullum indè voluptatem, nullumque dolorem percipiunt Animalia, quod forma eorum in altiori, ſit gradu non ſolum faciunt omnia quæ Plantæ, ſed etiam habent notitiam, & ſenſum ſui alimenti ad illud ſe mouẽt, illud inquirunt, ex eius vſu voluptatẽ, ex inopia moleſtiã percipiunt, Verum tota eorum notitia, & affectio inter anguſtos limites eſt reſtricta ſolum eſt enim ad corporis comoda, & incomoda intenta, & ſolum ſe extendit; Nihil aliud appetunt aut fugiunt; Quod ſignum eſt Animam eorum eſſe corpori innixam.

10 Supra Animalia cętera eſt homo Anima rationali conſtans medius inter ſubſtantia omnino ſeparatus à materia nempè Angelos, & Animalia irrationalia; Vnde Platonici illum vocant Horizontem Vniuerſi, quia cum vniuerſum duabus partibus velut Hemiſpherijs conſtet natura corporali, & ſpirituali; Homo naturam ſpiritualem, quaſi Hemiſpherium ſuperius connectit naturæ corporali veluti Hemiſpherio inferiori, & ob eandem cauſam vocatur mundus minor, quia omnes Vniuerſi gradus in ſe complectitur. Maior tamen eſt affinitas. Mentis humanæ cum ſpiritibus, quam brutorum cum hominibus; ſicut enim ſpiritus habent notitiam, & affectum, nullo limite circumſcriptum, & delectantur veritate, & virtutis pulchritudine, ita etiam Animus humanus, adeò vt in hac re; nulla ſit inter Animum, & ſpiritus diſcrepantia; & ſi ſic aliquod diſcrimen in actuum Intellectus, & voluntatis perfectione; Brutorum verò ſenſus omnis eſt ad paſtum, & ad libidinem abiectus. Deinde mens humana ſocietatem, & amicitiam habet cum ſpiritibus; cum illis verſatur, & ſua negotia tractat, ab illis conſilium, & opem petit. De rebus illorum, & ſtatu cogitat diſquirit diſputat iudicat, & ſimilem ſibi ſtatum exoptat, nihil tale cernitur in brutis ad homines; Ideò mirandum non eſt ſi mens humana

mana ſequatur potius condicionem ſpirituum, cum quibus eſt tanta cognatio, quam brutorum à quibus immenſo interuallo, atque adeò toto genere diſtet.

11 Si Anima ſine corpore eſſe non poteſt ſummum eius bonum, & beatitudo in uoluptatibus corporis, & ſummum malum in afflictionibus; Vndè Epicurei, & alij qui Animam cum corpore extingui voluerunt ſummum bonum in corporis voluptate ſtatuerunt, & alij apud Iſaiam 22. dicunt comedamus, & bibamus, cras enim moriemur; ſi ita eſt laudabile erit vacare ventri, & libidini, & curioſę ſectari quicquid huc pertinet, & ad hoc iuuat, quia laudabile eſt ſectari ſummum bonum eo quo omni tempore frui; At contrarium videmus probro attribui, & reprehendi tanquam turpi fędum, & homine indignum, & eos qui voluptatibus ſunt dediti in beſtiarum cenſu locari; Nihil enim, adeò ad brutorum militatem abijcit, ac voluptas corporis, quæ guſtu, vel tactu percipitur; Vndè merito Architas Tarentinus perſuadere conabatur nullam capitaliorem peſtem, quam corporis voluptatem; Rurſus ſi ſummum hominis bonum ad vitam corporalem pertinet, fas erit ad mortem, & tormenta vitanda cogente Tirrano peierare, blaſphemare, idola quærere; & colere omnem pietatem, iuſtitiam, virtutem, & veritaté prodere: eſt enim naturę lex per ſe omnibus nota nihil ſummo bono, ante ponendum ipſum, verò præferendum alijs, & nihil ſummo malo magis fugiendum.

12 Item natura Intelligens eſt omnium, quę ſunt in mundo pręſtantiſſima cuius ſignum eſt, quod omnium cęterarum ſit capax, omnes enim illas cóprehendit, & in ſe ipſa quodam modo format, & exprimit veluti omnium artifex omnibus vtitur omnia in ſua aſſumit comoda non ſolum terrena, ſed etiam cęleſtia Lucem tenebras diem, noctem, ventos, imbres eſtus frigora, & ipſa mundi elementa; Itaquè natura mente prædita eſt in hoc mundo veluti in ſuo domicilio omnis Generis ſuppellectilis ad vſum comoditatem, & oblectationem inſtrutiſſimo. Abſurdum, abſurdum, ergo eſt dicere illam penitus interire; ſic enim id quod in mundo eſt pręſtantiſſimum, & ſolum dominatum obtinet, & cui cætera ſeruiunt periret, quod prorſus eſt oratione alienum. Si enim terra, Mare, ſidera, quæ propter naturam intelligentem facta ſunt, vt ei ſeruiant, qua ratione dici poteſt naturam intelligentem, quæ eſt illorum ſcopus, & finis, perire, & illa non pereant, ſed ſemper maneant; ſi mens adeò nobilis eſt vt talia ſeruitia ei fuerint comparanda, quæ nunquam deficiant quomodo rationi conſonum eſt vt illa pereant Iniquum eſt illam naturam cui immortalia ſeruiunt mortalem exiſtimare.

13 Item natura humana ſecundum mentem eſt infinitè pręſtantior omnibus Animantibus cum toto genere ſit ſuperior, & ad infinitate extendat vt ſupradictum eſt, & probatum, ergo oportet vt ſupremum eius bonum ſit infinitè pręſtantius, & nobilius ſummo bono beſtiarum, ſimiliter actio illa qua ſummum bonum ſuum percipiat ac ſentit, & voluptas, quam inde percipit actione ac voluptate beſtiarum, ſit valdè excellentior, talis enim eſt proportio inter obiecta, inter operationes, & inter voluptates qualis eſt inter naturas, & inter facultates quibus obiecta percipiuntur, at ſi mens vna cum corpore extinguitur nihil natura humana calami totius, nam omnes ferè beſtiarú ſpecies longè erunt fæliciores ſubijcitur, enim illa in hac vita erumnis innumeris à quibus beſtiarum natura eſt immunis; aſſidue ſollicitatur curis, exagitatur timoribus, tabeſcit Inuidia, conficitur męrore cruciatur anxia ſemper querula nunquam ſua ſorte contenta, nunquam animo tranquilla; His adde paupertatem exilia carceres ſeruitutem Matrimonij iugum, liberorum educationem fortunarum iacturam, tot labores, & ſudores, tot ſuſpiciones, tot fraudes, tot morbos, languores, & dolores, quibus miſera mortalitas, vt merito, quidam dixerit; Nihil adeò graue, aut calamitoſum cuius pondus

non ferat humanum genus ?

14 At beſtiarum genus ab omnibus hiſce malis ferè eſt liberum, & ſumma tranquillitate gaudet nullis exagitatur nullis futuri mali timoribus; nullo ex aduerſis caſibus mœrore; non eſt ſollicitum de futuris, nec pœnitet præteritorum, nec impendentia mala pertimeſcit; ſua ſorte contentum, omnia quæ ipſi neceſſaria, & comoda abſque laboris moleſtia abundè ſuppeditante natura. Quod ſi tempus vitæ conſideres multis id animantium eſt longius, quàm hominis, vt Ceruis, Elephantis, Coruis, &c. ſi ſolum, & Regionem, quid optabilius, quam in ſublimi verè procul à ceno, & fece terrena, & celerrimo volatu ingentes, & heris tractus breuiſſimo tempore ſe ſe tranſmittere; ſi corporis habitum longè comodior eſt, nam plumis, & pilis veſtiri valdè ad agilitatem corporis conducit ſi voluptates corporis, ijs magis aſſiduè, & ſincerè fruuntur beſtiæ, quæ totos dies paſtui ſunt deditæ, & coitum abſque verecundiæ metu, & crebrius exercent. Ex quibus perſpicuum eſt cætera Animantia homine, & mente longe eſſe fæliciora ſi mens poſt hanc vitam non manet viuens.

15 Non conceſſa Animi immortalitate non ſolum cętera animantia homine erũt beatiora, ſed inter homines, qui fuerint ſceleratiores, & carni magis mancipati, illi miſeriores, qui contemptis carnis illecebris vacant ſapientiæ colunt pietatem, & iuſtitiam immò optimi, & ſanctiſſimi erunt infeliciſſimi, & miſerabiliſſimi, quia maximè à carnis voluptatibus ſunt alieni cum tam varijs modis affligant, & macerent. Vndè Apoſtolus 1. Cor. 15. ait ſi in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus (ideſt ſi nihil ſupereſt poſt hanc vitam.) miſerabiliores ſumus omnibus hominibus nimirum in continua ſpe futurorum bonorum aſſiduos labores, & acerbas perſecutiones ſuſtinentes, & tolerantes, & ſicut res omnes perducuntur ad perfectionem cuius ſunt capaces V. G. plantæ, & animantium ſpecies, ita ſenſim creſcunt augentur, & roborantur, & ſecundum corpus, & ſecundum omnes animæ facultates, vt tandem perueniant ad vltimum eſſe ſuæ perfectionis cuius quæque ſpecies eſt capax. Oportet ergo etiã hominem, & animum humanum ad ſuæ perfectionis apicem perduci; Cum enim inferiora iſta, & vilia ſuam aſſequantur perfectionem cur, id quod eſt omnium pretioſiſſimum, & ſummum non etiam re aſſequatur aliquando, & ſuam perfectionem, quam in hoc Mundo habere non poteſt in alio aſſequi non poſſit.

16 Inſuper humanus animus in hac vita non poteſt ſe ipſum cognoſcere, niſi à modo obſcurè, & confusè, ſicut is qui eminus aliquid per nebulam videt malè percipit, ideſt nec poteſt colores, & lineamenta rei diſcernere; Vndè nihil pęnè de ſe nouit planè, & perſpicuè; Hinc tot Philoſophorum de Animæ ſubſtantia opiniones; Alij eum igneæ naturæ, alij Aereæ, alij ethereæ, vel Anima Mundi aſſerunt; neſcit ipſe ſeipſum, quis ſit aut qualis, an ſpiritus an corpore conſtans tenuiſſimo, facultates habeat à ſe diſtinctas an ſibi inſertas, an ipſe per ſe omnia præſtet, an alio modo; Alius enim intelligendi modus congruit ei dum corpori mortali eſt coniuncta. Alius quando à corporis vinculis eſt libera, & per ſe exiſtens; In corpore nihil poteſt diſtinctè noſce niſi corporeum, & ſub corporali ſpecie, quo fit vt ſe ipſam videre, aut cognoſcere nequeat; Vbi verò corpore erit ſoluta accipiet modum intelligendi ſpirituum, & ita cernet ſpiritualia modus enim cognoſcẽdi correſpondet modo exiſtendi, nam quælibet res iuxta modum, & ſtatum naturæ ſuæ operatur, & ſeipſam regit; At maximè conſentaneum erit, vt ſe ipſam aliquando contemplari poſſit, & ornamenta ſua videre, aſpicere pulchritudinem ſpeciei ſuæ, & naturę excellentis, ſed hoc pro hoc ſtatu eſt ſibi impoſſibile, ergo non eſt ei negandus futurus immortalitatis de quo infra.

17 Immortalitas Animæ eſt fundamentum, omnis Religionis, omnis iuſtitiæ, omnis probitatis Innocentiæ, & ſanctitatis,

tis, ſi hoc fundamentum eſt, falſum; falſa eſt, & conficta fabula vniuerſa ſacra ſcriptura, falſa Prophætarum oracula, falſa Chriſti doctrina, & prædicatio falſa eius miracula falſa, quæ de eius reſurrectione, & 40. dierum cum Apoſtolis poſt reſurrectionem, tractatione falſum Euangelium ab eiſdem Apoſtolis Vniuerſo orbi prædicatum, Decepti ſunt tot miriades ſanctorum carnem domantium omneſque, qui Chriſti Religionem ſuſceperunt pietatem, iuſtitiam, innocentiam, temperantiam, & virtutum omnium genus omne tanto ſtudio tantoque labore coluere. Fruſtra omnia Eccleſiæ Sacramenta, omnia ſacrificia, omnia ſacra inſtituta, omnes Diuinæ laudes, omnis Eccleſiaſticus ordo, omnes ſacri Conuentus, omnes Prælatorum, & Paſtorum labores omnis Patrum Doctrina cætera qui omnia, quæ vitam hominum proborum concernunt, & honeſtam conuerſationem pie dirigunt, & conſeruant;

18 Hæc omnia ſi Anima, cum corpore extinguitur fruſtra ſunt inania nullius veriditatis falſo, ac commenti fundamento ſub nixa, & omnes qui ſanctitate vitę prophetiæ dono miraculorum gloria cœleſti ſapientia omnibus ſæculis celeberrimi extiterunt à verò ab errarunt ſoliſque impuris, improbis, & ſpurcis epicureis veritas patefacta eſt, quæ omnia ab omni luce rationis ſunt aliena, ſed pro coronide huius efficacis perſuaſionis immortalitatis animæ aduertendum eſt, quod iſta immortalitas Animę, non eſt ſicut immortalitas Dei, quæ à nullo poteſt deſtrui ſicut fides docet; Nam Anima ſicut de nihilo à Deo creata eſt, ita ab eo poteſt in nihilum redigi, quod à Deo eſt alienum, ergo immortalitas Animæ eſt pluſquam genere diuerſa ab immortalitate Dei. Intrinſecè enim à nihili differt ab eo, quod eſt intrinſecè indefectibile, ſicut ens à ſe, & neceſſarium abſolutè, & ens ab alio. Plures aliæ perſuaſiones, & quidem vrgentiſſimæ, quæ à Patribus, & Theologis formantur adduci poſſent, ſed breuitati vacantes remittimus omnimodam veritatem ad Articulum fidei.

19 Anima rationalis agnoſcit ſuam originem à Deo per Creationem, probatur ex comuni Eccleſiæ ſenſu ex li. 5. Conſtit. Apoſtolicarum c. 6. qui eo modico ſemine genitali hominem in vtero format; & Animam, quę ante non erat in eo creat, & 1. Leo magnus in epiſt. ad Petrum Animam eſſe ex nihilo creatam credo, & Prædico ſcholaſtici omnes, id quoque docent cum Eccleſia Catholica, & ſpecialiter Scotus in 2. ſent. diſt. 17. q. 1. vbi docet Animam à ſolo Deo produci, & licet non poſſet naturaliter demonſtrari, quod non educatur de potentia materiæ, quia id Philoſophi negarent tamen adhuc concederent, quod à Deo ſit; Idem docet in 4. d. 1. q. 1. & in diſt. 43. q. 2. § poteſt dici, in quibus locis docet Anima à Deo ex nihilo creari. Neque vllus nunc eſt Catholicus qui amplius de hoc dubitet; Igitur anima rationalis non eſt pars Diuinę ſubſtantiæ, vt volebant Manichæi relati à D. Auguſt. lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 11. & ante eos Carpocratiani, ſeu Gnoſt. ex Prateolo, & ex eodem poſt Manichæos, Priſcilianiſtæ; Anima rationalis non producitur ab Angelis, vt voluerunt Seleuciani; nec à Parentibus, vt voluit Tertulianus ex D. Auguſt. lib. de Hæreſibus.

20 Anima rationalis non eſt materialis, aut corporea, ſed ſpiritualis. Ita Scot. in 4. d. 1. q. 5. & diſt. 43. q. 2. & alibi eſt de fide ex ſacra ſcriptura in qua Anima ſæpè appellatur ſpiritus. Gen. 2. de Creatione Adæ Animæ habetur, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ ex Zachariæ 12. fingens ſpiritum hominis in eo, Ioan. 19. de morte Chriſti habetur, & inclinato capite emiſit ſpiritum Patres etiam idem ſentiunt S. Gregorius Thaumaturgus diſp. de Anima, ait Corpus adiunctum corpori molem auget; Anima verò in corpore exiſtens illud non tumidum, ſed viuum facit; Non igitur corpus, ſed expers corporis eſt Anima, ita Thaumaturgus, Gregor. Magnus lib. 4. Dial. c. 5. natura Animę inuiſibilis eſt atque, ita ex corpore inuiſibilis

bilis egreditur ſicut in corpore inuiſibiliter manet;& Caſſiodorus tract.de Anima cap. 4. ait dum omnia corporalia tribus nouerimus lineis contineri longitudine, latitudine,& profunditate nihil tale,probatur in Anima reperiri ceſſet, ergo de eius corporalitate ſuſpicia, ſic paſſim ſentiunt cęteri Patres quibus additur comunis ſcholaſticorum conſenſus.

21 Et ratio ipſa docet, Nam Anima rationalis cognoſcit per actum immaterialem aliqua obiecta,ergo ipſa eſt immaterialis.Conſequentia probatur,quia ſenſitiuæ potentię non poſſunt habere actum immaterialem. Antecedens probatur cognoſcit obiecta ſub aliqua ratione, quæ à nullo ſenſu percipi poteſt,nam cognoſcit vniuerſale, cognoſcit enim ens qualitatẽ &c. præterea cognoſcit relationes conſequentes naturas non ſenſibiles;relationes rationis ſecundas intentiones generis, ſpeciei, & differentiarum &c. cognoſcit ignotum ex noto, habet actus reflexus &c. Igitur homo experitur in ſe actus merè inſenſibiles incorporeos, ac ſpirituales. Conſequentia eſt euidens, nam iſti actus nequeunt eſſe a potentia ſenſitiua,quia nulla potentia poteſt cognoſcere obiectum ſub ratione vniuerſaliori,ratione formali obiecti proprij ſui; Igitur cum ſenſitiuum, & corporeum nequeat elicere actus incorporeos, & ſpirituales ſequitur euidenter formam hominis, qua talis eſt nempè animam eſſe ſpiritualem.

22 Quod concluſum eſt hucuſque ex actibus intellectus idem ſequitur ex actibus voluntatis; Homo enim ratione Animæ eſt Dominus ſuorum actuum,ita vt in eius poteſtate ſit ſe determinare ad hoc, vel ad oppoſitum, & hoc non ſolum cognoſcit homo ex fide,ſed naturaliter,ergo Anima eſt incorporea. Conſequentia probatur ſenſus enim organici non habent hanc poteſtatem, & hoc dominium ſuorum actuum, ſed ſunt intrinſecè ad vnum determinati ad vnum inquam obiectum, & ſuppoſita apprehenſione eiuſdẽ obiecti non poſſunt non appetere illud ergo. Confirmatur ex Concilio Niceno 2.actione 6. vbi ſtatuitur Animam, nemo circumſcribere poteſt,quia inuiſibilis eſt, ergo non eſt corporea; Item ex Concilio Later. 4. & habetur in cap. Firmiter de Summa Trinitate &c. vbi ſtatuitur, quod Deus ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem Angelicam videlicet, & mundanam ac deinde humanam quaſi comunem ex ſpiritu, & corpore conſtantem.

23 Anima ſic ſeparata à corpore, & libera in operando independenter inquam à phantaſmatibus poteſt abſtractiuè cognoſcere ea, quæ ante ſeparationem cognouit,ita Scotus in 4.d.45.q.1. & eſt comunis, & probatur ex Lucæ 16. de diuite Epulone dicente mitte Lazarum in domo Patris mei habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis &c. ergo cognoſcebat antea cognita, Anima ſeparata de nouo cognoſcit obiecta materialia, quæ prius non cognouerat Scotus in 4. d.45. q.2. eſt comunis non enim de hoc eſt controuerſia, ſed de modo cognoſcendi, probatur tamen, nam Animæ ſeparatæ ſunt in aliquo loco materiali, ſiue in Cœlo, *ſiue in Inferno*, ſiue in Purgatorio, ſiue in Limbo, & cognoſcunt loca in quibus ſunt, ſed illa loca ſunt materialia, ergo Animæ ſeparatæ cognoſcunt obiecta materiali nõ prius cognita. De prius cognitis Anima ſeparata, habet veram memoriam, & recordatur, ita Scotus in 4.d.45.q.3. eſt comunis ſententia Theologorum, & ſacræ ſcripturę Interpretum,& colligitur ex fidei principijs, iuxta illud colloquium damnatorũ relatum ſapientiæ, his verbis expreſſum; Hi ſunt (de Iuſtis loquuntur) quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam,& finem illorum ſine honore, & plura alia de quibus ibi.

24 Anima ſeparata intelligit, ſeu cognoſcit de nouo corporalia, vel alia non per ſpecies a Deo, vel ab Angelis in ea infuſas,ita Scotus in 4,d.45.q.2. probatur ex Scoto ibi; Fruſtra multiplicantur entia

ſine

ſine neceſſitate ex 1.Phiſic. t. com.50. & & 8.Phiſic. t.com.58 ſed fruſtra multiplicantur huiuſmodi ſpecies cum ſine eis ſufficienter, poſſet Anima ex obiecto ipſo immediatè præſente, & ex intellectu agente ſpeciem elicere deinde cognitionem efficere mediante intellectu poſſibili Anima ſeparata cognoſcit obiecta de nouo nedum intuitiue, ſed abſtractiuè, per ſpecies productas ab ipſamet Anima, & obiectis in ſe præſentibus. Ita Scotus loco cit. probatur intellectus agens cum phantaſmate in Anima coniuncta cauſant ſpeciem intelligibilem, & intellectus poſſibilis cum eadem cauſat cognitionem abſtractiuam, ergo idem facere poterit intellectus agens cum obiecto in Anima ſeparata producere, nempè ſpeciem intelligibilem deinde cognitionem obiecti per eam rappreſentati; Nihil enim eſt in phãtaſmate reſpectu cognitionis efficiendæ, quod non ſit in obiecto, ergo eodem modo cauſari poteſt cognitio abſtractiua, ſed notandum eſt, quicquid dici de Anima ſeparata, quoad eius intellectum, & operatione eius dici etiam, quoad eius voluntatem, & operationes eius, quia iſtę potentiæ ſunt eiuſdem obiecti, & eiuſdem efficaciæ.

25 Status Animæ ſeparatæ reſpectu corporis mortalis non eſt illi violentus, ſed vel naturalis, vel neuter, pro intelligentia iſtius dictis ſupponitur, ex Scoto in 4.d.43.q.1.§.de 3.ex Phiſicis naturalem ſtatum, vt diſtingui à violento nihil aliud importare, niſi ſtatum conformem ad propria, & intrinſeca principia alicuius violentum, verò permanentiam contra inclinationem propriam cum igitur Anima ſeparata non maneat ſic contra ſuam inclinationem, ergo non eſt in ſtatu violento. Antecedens probatur Anima exiſtens in corpore multa patitur contra propriam perfectionem, & inclinationem patitur enim ignorantiam paſſiones corporis dolorem &c.& à corpore trahitur ad ea, quę ſunt ſibi contraria. Vndè dicebat Apoſtolus Rom. 7. ſentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ &c. ergo talis ſtatus eſt illi connaturalis; Nam in ſtatu ſeparationis, nihil eſt in Anima contra ſuam inclinationem, ſed omnia iuxta illam Anima enim extra corpus habet omnia prædicata quidditatiua ſuæ naturæ, & omnia accidentia ſibi ab intrinſeco conueniẽtia, & non eſſet ſubdita extraneis paſſionibus. Poſſet dici quod ſtatus ſit Animæ neuter, quia vbi non eſt, neque inclinatio, neque repugnantia ibi eſt neutralitas, ſed Anima ſeparata per hoc, quod talis non eſt inclinata ad eſſe coniunctũ, neque habet repugnantiam ad eſſe ſeparatum, ergo eſt in ſtatu neutro.

De Purgatorio, & Animabus purgantibus; De Limbo Patrum, ſeu ſinu Abrahæ, & de Limbo puerorum. Articulus 3.

1 IN ſacris ſcripturis varia in altera vita recenſentur Animarum loca; Quorum primus eſt Cœlum, in quo Angeli ſunt, & Animæ Beatorum. Matth. 22. 30. ſunt ſicuti Angeli in Cœlo, 2. Locus eſt Infernus, in quo Diues epulo, cum alijs damnatus ſepultus eſt, Lucæ 16.22. mortuus eſt autem diues, & ſepultus in Inferno, 3. Locus eſt ſinus Abrahæ, in quem Anima Lazari ab Angelis deportata eſt; Lucæ 16. 22. factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ, 4. Locus eſt lacus ſine aqua in quo Antiqui Patres Veteris Teſtamenti detinebantur. Zach. 9. Tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de Lacu in quo non eſt aqua. 5. Locus eſt Paradiſus in quem Latro admiſſus eſt. Lucæ 23.43. Hodie mecum eris in Paradiſo. 6. Locus eſt Carcer in quem Chriſtus poſt mortem deſcendit 1. Pet. 3.

163. In quo, & his qui in carcere erant Spiritibus veniens prædicauit. 7. Locus ſub Altare, vbi Animæ Martyrum requieſcere viſæ ſunt. Apoc.6.9. Vidi ſub altare Animas Interſectorum propter Verbum Dei.

2 Vltra prædicta Scotus in 4.d.19.p.2. §.ad quæſtionem motum &c. & in d.2. & ſi Concilia Trid.& Florentinum præceſſerit docet, cum Catholica fide dari. 8. Locum dictum Purgatorium ſignificans ſtatum, & locum pęnarum pro ijs qui poſt hanc vitam pænas aliquas luere debent; Cum enim certum ſit eſſe quædam peccata tantum venialia, & ſola temporali pœna digna quibus, cum omnes obnoxij dantur ſæpè contingunt ad huc obnoxios, ex hac vita migrare, vel ſubito abripi. Cũ item certum ſic remiſſis peccatis nõ ſemper omnem pœnam temporalem ſtatim remitti; Nec pro hac omnes ſemper planè ſatisfacere ſequitur inaltera locum eſſe in quo ab his peccatorum, ac pœnarum debitis expurgentur; Inſuper non eſt congruum Diuinæ iuſtitiæ, & miſericordiæ, vt eiuſmodi minutiæ plectantur pænis æternis. Item certum eſt nihil immundum, aut coinquinatum etiam minima labecula ingredi poſſe in Regnum Cœlorũ. Mundandum eſt igitur immundum in ſtatu ita, vel in altera, & purgandum coinquinatũ, vt ad æternam vitam peruenire poſſit; Hoc D.Paulus probat dum 1.ad Cor.affirmat in die Domini arſura igne quorundam opera, & ipſos detrimentum paſſuros ſaluandos tamen quaſi per ignem ſic illæ. 1.Cor.3.15.

3 Eccleſia tota hoc ſentit, & docet ipſo vſu, & experientia, cuius Auctoritas in hoc ficut, & is cęteris rebus pertinentibus ad fidem, & ſalutem plurimum valet cum errare non poſſit quia eſt firmamentum, & columna veritatis contra, quam portæ Inferi præualere non poſſunt eo, vel maximè, quia ſequitur documentum Tobiæ, qui capite 4.19. dicit panem tuum, & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtituæ, & exemplum Iudæ Machabæi, 2. Machab.12. qui 12. millia dragmas argenti miſit Ieroſolymam offerre pro peccatis mortuorum ſacrificium, tenet religioſæ de reſurrectione cogitans (niſi enim eos, qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluum videretur, & vanum orare pro mortuis) & quia conſiderabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimã haberent repoſitam gratiam; ſancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur, ex qua ſententia tota Doctrina Catholica de Purgatorio colligitur.

4 Primo igitur colligitur hanc veritatẽ iam explicatum eſſe de fide, quia quicquid habetur in ſacra ſcriptura, vt viſum eſt de fide; Hoc ſolida aſcendunt Alphonſus de Caſtro, & Bellarminus contra hæreſes noſtri temporis, qui hanc hæreſim negantem Purgatorium eſſe iam damnatam fuiſſe contra Arium, apud Epiphanium hæreſi 75.& D.Auguſt. hæreſi 53. & contra Valdenſes, apud Guidonem Carmelitam in ſumma de hæreticis, & vniuerſaliter hæretici habiti ſunt olim, qui in hoc puncto ab Eccleſia diſſentiebant: Quæ veritas ſuã originem ſumpſit ab ipſiſmet Apoſtolos, prout aſſerit D.Chryſoſt. hom. 69. ad Populum dicens non temerè ab Apoſtolis, hæc ſancita fuerint, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio, 2. colligimus non ſemper expiari omnes reliquias peccatorum, ideſt pœnas temporales debitas, & aſſerunt Lutherani, & alij Hęretici; Nam ſi hoc eſſet verum non debuiſſet Iudas iubere, vt fierent orationes, & offerrentur ſacrificia pro illis defunctus, vt à peccato ſoluerentur, 3. colligimus hominem poſſe pie, & ſancte mori, & tamen habere aliquod debitum, ſcilicet, vel ſoluendum propter ſatisfactionẽ pro mortalibus non benè expleram, vel propter pænam ipſis venialibus ex integro debitam; Nam ſcriptura hoc loco dicit eos, pro quorum peccatis iuſſit orari accepiſſe dormitionem cum pietate mortui enim erant propter legem Dei ſeruandam, 4. colligimus orationes, & ſacrificia prodeſſe defunctis. Duodecim millia dragmas argenti miſit Ieroſolymam offerri

pro

pro peccatis mortuorum ſacrificium; hoc enim firmiter tenuit ſpiritualibus auxilijs Animas mortuorum plurimum iuuari iſta peccatis, ſiue peccatorum pœnis ſoluuntur.

5 Relictis ijs qui ſumentes non litteraliter, ſed miſticè, ſiue moraliter Purgatorium dicebant, prout refert D.Hieron. in Epiſt. ad Auitum Purgatorium non eſſe aliquem locum determinatum, ſed conſcientiam cuiuſcumque accuſantem, & redarguentem dici Purgatorium, ita Philo Iudæus, & origines. Exceptis pariter ijs qui docebant corpus hominis eſſe Animæ Purgatorium relatis ab Irenæo li.5. in fine, qui quidem ex Origene hauſerunt docente Animas in principio Mundi omnes fuiſſe creatas deinde peccaſſe, & propterea in hæc corpora detruſas eſſe ibi quæ purgari, ſed hoc eſt contra fidem, & falſum alias omnes homines ſunt in Purgatorio. Immò Infantes; Martyres, & ſancti omnes, immò etiam Chriſtus, & Beata Virgo, quod eſt Hæreticum; Dicendum igitur Purgatorium eſſe aliquem locum materialem in Mundo, quo in loco Animę purgandæ detinentur eſt de fide; qui quãuis ex Diuina diſpenſatione multiplex eſſe poſſet de facto tamen vnus eſt, & idem pro omnibus regulariter ordinatus eſt, & determinatus, ita Concilia omnia, & conſtitutiones Pontificum, & tota Eccleſia; quæ quamuis non definierit in qua parte, vel elemento ſit locus Purgatorij, tamen dicendum eſt eum eſſe in Mundo, & in cauitate terræ inferioris, & in Inferno coniunctus. Ita D.Thomas in 4.ſent.diſt 21. q.1.ar.1.D.Bonau.in 4.d.20.p.1.q.6.& communis inter modernos.

6 Locus Purgatorij eſt aſper, & rigidus ſicut colligitur ex fidei Principijs; eſt quoque obſcurus, & ſine lumine, prob. ex D. Auguſt.tract.49. in Io. vbi omnia Animarum receptacula in imis partibus tanquam in carceribus cõſtituit, vbi eſt Limbus, & Infernus; Loca ante illa tenebroſa ſunt, neque videtur ſufficiens motiuum cur Purgatorium, quod inter Limbum, & Infernum, eſſe tenetur debeat eſſe ſplendens, & luminoſum; In Purgatorio eſt verus ignis, & huius ignis pœna purgantur Animæ ibi exiſtentes; ſic ſentit tota Eccleſia, & docet Scotus in 4.d.21.q.1.cum Magiſtro, & alijs ſcholaſticis. Probatur ex celebri illo loco primæ ad Cor. 3. cui tota Eccleſia eſt innixa, ibi enim loquitur Paulus de hominum iuſtorum præcipuè operibus; ſi quis (inquit) ſuperædificat ſupra fundamentum hoc, ideſt Chriſti legem, aurum, argentum, lapides prætioſos lignũ, fænũ, ſtipulã, vniuſcuiuſq; Chriſtus manifeſtum erit dies enim Domini declarabit, quia in ipſe reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus quale ſit probabit, ſi cuius opus arſerit detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit ſic tamen quaſi per ignem. Iſte ignis Purgatorij probabiliſſimè eſt idemmet ignis Inferni extenſus vſq; ad locum Purgatorij, quia vtrobiq; Animæ ab igne cruciantur. Hæc concluſio poſt 6.ſęculum à D.Gregorio ſcilicet cępit eſſe comunis, præter pœnam damni in Purgatorio, & pœnam ignis non ſunt aliæ pœnæ ſenſus.

7 Animæ Purgatorij affliguntur, & cruciantur igne corporali, ſiue corporeo talis eſt ſenſus comunis totius Eccleſiæ, quæ pęna eſt illis grauiter, quam quicquid poteſt pati vt hac vita, ita Scotus in 4.ſent.d. 21. q.1. ſequens Auguſtini ſententiam de vera, & falſa pœnitentia, quæ pæna eſt illis inæqualis pro varietate reatuum, ita D.Bonau.in 4.d.20.p.1.q.2 vbi ait iuſtitia exigit, vt cuilibet reatui, & culpæ correſpondeat pœna proportionata; Non tamen cruciantur, aut affliguntur à Dæmonibus tanquam à Miniſtris iuſtitiæ; Non enim videtur, quod Dæmones torqueant Animas Purgatorij, quia Dæmones ab illis Animabus, vſque ad vltimum conflictum victi fuerunt. Ideò non videtur congruum Diuinæ iuſtitiæ, vt Animæ eis verum tradantur ab eis cruciandæ, & licet earum pænæ ſint tenſiſſimæ tamen non impediũt rationem earum, aut perturbant, nec mentem à iuſto Iudice alienant, quin potius aſſiduè ingeminant Animæ, illa iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum Pſalm. 118. V.137.& illud Micheæ 7.9. iram Domi-

mini portabo, quia peccaui. Nec fugiunt pœnas abſolutè, & efficaciter, ſed ineffi. caciter, & ſub conditione; Et licet Deum laudent alioſque frequentiſſimos, & nobiliſſimos actus eliciant, tam virtutum moralium, quam Theologicarum tamen per illos non merentur; Nec peccare poſſunt demereri. Inde fit quod Animæ in Purgatorio ſunt propriæ ſalutis ſecurè, quia vbi non eſt peccatum mortale, ibi neceſſario eſt gratia, & vbi eſt gratia ibi eſt pignus vitæ æternæ, & immutabile ius ad æternam gloriam, ergo Animæ in Purgatorio ſunt propriæ ſalutis ſecuræ, & hęc ſecuritas fundatur in non poſſe peccare.

8 Priuatio viſionis Beatificæ Animarũ in Purgatorio non eſt propriè pęna damni. Prob. ex Scoto in 4. diſt. 50. q. 4. §. Ad primam quæſtionem, nam ibi Scotus explicans pęnam damni, ait quod pęna damni non eſt ſola carentia, quia ſimplex carentia, non eſt pœna, ſed carentia boni apti nati ineſſe, & conuenientis, quod poteſt, & debet ineſſe, & boni propinqui, & non remoti; Adiungit quod neque hæc ad perfectam ratione damni, ſed requiritur, quod illa carentia ſit inuoluntaria, & in hac particula maximè conſiſtit ratio pœnæ damni; Vnde ad propoſitum pœna damni poſita à Theologis communiter in damnatis eſt carentia beatiſſimę viſionis, quæ eſt bonum aptum illis natum ineſſe, & eſt conueniens illis, & eſt illis hæc carentia omnino inuoluntaria; ex hoc videtur deduci intentum noſtrum, ſcilicet quod carentia viſionis beatificæ in Animabus exiſtentibus in Purgatorio non ſit verè, & propriè pœna damni, nam & ſi carentia ſit boni apti nati ineſſe illis, & ratione ſtatus denudationis à corpore, & nullam aliud impedimentum adſint niſi reatum pœnæ, tamen deficit hæc vltima conditio, quod in illis non ſit carentia inuoluntaria, ſed voluntaria non quidem perfectè, ſed eligibiliter electa, vel gratanter acceptata, & patienter tolerata, nec murmurant contra Deum, vt damnati qui omnino illam carentiam odio habent, & Deum blaſphemant.

9 Abſolutè loquendo Animę Purgatorij per Eccleſiæ, & fidelium ſuffragia iuuantur eſt de fide, ita docet Scotus quolibeto 20. ar. 1. D. Thom. in 4. d. 45. q. 2. ar. 1. D. Bonau. in 4. diſt. 45. per totam cum Magiſtro, probatur ex continuatione praxis Eccleſiæ, vt mortuis ſuffragata ſit ſiue per ſimplices Preces, ſiue per eleemoſynas, ſiue per venerandum Miſſę ſacrificium; nec Hæretici omnes negantes hanc veritatem potuerunt interrumpere hãc inueteratam tantæ pietatis conſuetudinem interrumpere, Quorum primus fuit Aerius hæreſiarca relatus, & confutatus ab Auguſt. lib. de hæreſibus c. 55. ſecundo omnes, qui negant ſtatum medium, nempè Purgatoriũ, vt Armeni, VValdenſes, Albigenſes, Flagellantes, VViclefiſtæ, Lutherani, & Caluiniſtæ. Notandum autem eſt, quod eiuſmodi adiutoria vocantur ſuffragia, quia ſunt auxilia quædam illis immiſſa quibus liberentur à vinculis pænarum; merito ergo Eccleſia congregata in diuerſis Concilijs, tum Prouincialibus, tum Generalibus ſemper docuit defunctorum, purgandorũ Animas Eccleſiæ ſuffragijs iuuari, & præcepit Petrus I. Chriſti Vicarius, vt refert Clemens I. in epiſt. 1. inter cętera præcipiebat quotidiè fidelibus, vt mortuos ſepelirent eorum exequias diligenter peragerent, & pro eis orarent ac eleemoſynas darent, & ex hac Petri Regula omnes Romani Pontifices edocti, idem ſunt proſecuti.

10 Sacrificium Miſſæ eſt vnum ex pręcipuis medijs, quibus iuuantur Animæ Purgatorij, eſt Scoti quolib. 20. eſt quoque dę ipſe, prob. ex 2. Machab. c. 12. ergo ſi ſacrificia veteris legis in quibus operabantur carnes Animalium ex hoc erant Deo grata pro mortuis, quia erunt actus latrię, & maximi obſequij, quod pro tunc poterat Deo exhiberi, quanto magis ſacrificiũ in quo nedum ſit Chriſti mortis, ac paſſionis pro humano genere commemoratio, ſed offertur ipſemet condonator pænarũ, & Remiſſor peccatorum erit potens, ac validum ad Animarum illarum iuuamen; Accedit continua ſine interruptione Ec-

cle-

cleſiæ praxis, quæ pro mortuis offerre cō-ſueuit ſacrificium Miſſæ, & ita eſt proſe-cuta, vſque ad præſentem diem ex qua Scholaſtici omnes ſimul cum antiquis Pa-tribus idem concludunt; Vltra hoc recen-ſitum iouamen iuuantur, quoque Animæ Purgatorij à Viatoribus, oblationibus, orationibus, peregrinationibus, ieiunijs, alijſque macerationibus, & omnibus pie-tatis in Deum proximum,& templa, pro-batur eadem praxi Eccleſiæ Antiquorum Patrum ſenſu,& omnium Scholaſticorum conſenſu comuni, accedunt pariter appa-ritionis innumeræ de Animabus Purgan-tibus, quæ ab amiſſis petierunt his ſuffra-gijs adiuuari.

11 Omnia ſuffragia,quæ fiunt pro pur-gantibus(ſi habeant alia requiſita)pro ſunt illis, vt ſatisfactiones, ita Scotus quolib. 20.D.Bonau.in 4.d.20.q.2.ar.1.q.5.ad vl-timum,& 45.p.3.q.3.n.31.D.Thom. ſæpè ſed præcipuè in 4.d.45.q.2.ar.1. Richard. in 4.d.45.ar.11.probatur ex Scoto,niſi iu-uarent, vt ſatisfactiones quodlibet ſuffra-gium æquè prodeſſet omnibus nulla enim requireretur proportio,& ſic vnum ſuffra-gium pro pœnis multorum applicatum æquè multis, immò omnibus prodeſſet, ſed hoc eſt falſum,quia ſi pro vno fiat ma-gis illum iuuabit; Ex dictis ſequitur ſuf-fragia viuentium pro defunctis purgandis prodeſſe iſtis per modum iuſtitię,ſic quod ſuffragia defunctis collata infallibiter, & ex iuſtitia pro ſint cum ex merito in vita aquiſito debeant prodeſſe, quæ enim ex merito licet ex Dei ordinatione habent effectum,iam illud habent ex iuſtitia,licet enim inter Deum, & hominem, vtpotè Dominum, & ſeruum non poſſit interce-dere vera,& rigoroſa iuſtitia commutati-ua,vt alibi dictum eſt, ſed ſecūdum quod & ex ſuppoſitione ex quo enim promiſit aliquid facere ex virtute fidelitatis tene-tur exequi, & promiſſio huiuſmodi licet in ſacra ſcriptura non habeatur explicitè in praxi tamen Eccleſiæ,quæ ſuffragia ap-plicat eſt certa quod iuuent; & non eſt ſo-la ſpes.

12 Vt ſuffragia pro ſint per modum ſa-tisfactionis, & iuſtitiæ requiritur, vt ſuf-fragator ſit viator eſt comunis; Beati ta-men,& ſi ſint extra viam licet non poſſint, pro Animabus Purgatorij ſatisfacere poſ-ſunt tamen impetrare Diuinam miſericor-diam,pro illis eſt etiam comunis patet ex praxi Eccleſiæ, quæ in collecta Miſſæ De-functorum quotidiana ſic præcatur. Quæ-ſumus Clementiam tuam, vt noſtræ Con-gregationis fratres &c. qui ex hoc ſæculo tranſierunt B. M. ſemper Virgine interce-dente cum omnibus ſanctis tuis ad perpe-tuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas ſuffragium Miſſæ, ſiue fiat per miniſtrum in gratia exiſtentem, ſiue in peccato mortali valet per modum ſatisfa-ctionis pro exiſtente in Purgatorio, hic ſentiunt omnes Thomiſtæ, Scotiſtæ, cę-terique Moderni,& eorum fundamentum eſt,quia ſacrificium Miſſæ abſque operan-tis ex ſe ex opere operato habet efficaciā, ergo per quemcumq; fiat eſt efficax; Non ſic dicendum de orationibus alijſque Di-uinis officijs,quæ peraguntur pro exiſten-tibus in Purgatorio, quæ ſi fiant a Mini-ſtris Eccleſiaſticis nomine Eccleſiæ ſi ſint in peccato mortali pro ſunt defuncto per modum impetrationis eſt comunis non indiget probatione.

13 Omnia ſuffragia dum fiunt à perſo-nis priuatis exiſtentibus in gratia, & pro-prio nomine certum eſt quod proſunt per modum ſatisfactionis ſicut dictum, & probatum eſt,ſupra n.11.ſi autem fiant ab exiſtentibus in peccato dubium eſt tamen videtur probabile, quod ſic ſicut docent Scotiſtæ cum Scoto,& Fabro in 4.diſt.19. diſp.35.c 6.n.12. Maior ibid.q.1. Nauar. de Pœnit.d.6.n.45.46.& in Man.c.3.Me-dina tract.3.q.5.dub.vlt. iſti omnes in di-ctis locis loquuntur de ſatisfactione pro-pria, quod ſcilicet fieri poteſt ab exiſten-te in mortali. De ſatisfactione autem,ſeu ſuffragio pro mortuis applicato, quod ſufficiat etiam ſi fiat ab exiſtente in mor-tali videtur teneri per conſequentiam à præfatis Doctoribus. Suffragia principali-ter, & per modum ſatisfactionis ei tātum pro ſunt,pro quo fiunt eſt Scoti quolib.20.

art.1.

ar.1. quia ſuffragia ſunt ſatisfactiones,ſed medi,ſeu opus ſatisfactorium eſt finiti,ac determinati valoris, & pro eo valet pro quo ſoluitur ; reſultat tamen etiam pro alijs in comune gaudium , & conſolationem,nam virtus charitatis facit,vt omnia amicorum bona ſint comunia,& habeatur ſolatium de bonis illorum ſuffragia dum pro omnibus , vel pro multis applicantur non tantum proficiunt omnibus, ac ſingulis quantum ſi paucioribus , vel pro vno applicatentur , quia ſuffragia ſunt ſatisfactiones quædam , & valoris finiti , ergo quo pluribus, aut paucioribus diſtribuuntur eo minus , aut magis debitum eorum ſoluunt.

14 Indulgentiæ poſſunt prodeſſe Animabus Purgatorij, & de facto proſunt dũ eis conceduntur, ſeu pro eis applicantur, ita omnes Scholaſtici in 4. ſent. d. 20. Sylueſter dicit eſſe de fide. Nam Papa poteſt ſuum opus penale , quod facit applicare , pro aliquo defuncto , ergo poterit etiam pro eo applicare aliquod opus Chriſti , vel ſanctorum ex ijs quæ in theſauro cõſeruantur , Fauet etiam praxis continua Eccleſiæ,& ſummorum concedentium tales Indulgentias pro defunctis non iudicialiter , ideſt non abſoluendo eos à pœnis, ſed per modum ſuffragij applicando , pro defunctis ſatisfactiones Chriſti , & ſanctorum conſeruatam (vt dictum eſt)in theſauro Eccleſię cuius ipſe eſt Diſpenſator, & Deus acceptat tales ſatisfactiones, vt ſuffragia pro defunctis , & ſic Papa per modum ſuffragijs à pænis liberat Animas Purgatorij exemplum eſt de redimente captiuos,qui dicitur eos liberare nõ enim ipſe liberat Iudiciariè ac poteſtatiuè , ſed ſoluendo diſpoſitiuè; Vt Indulgentiæ proſint defunctis neceſſe eſt, vt à Papa explicetur,quod per eam conceſſionem, quam facit poſſunt etiam pro eis applicari eſt comunis ſine controuerſia , quia Indulgentiæ non habent effectum niſi ex intentione concedentis cui, & quomodo , ſed concedas Indulgentias non exprimit defunctos, ergo &c.

15 Probabiliſſimum eſt , quod Indulgentia conceſſus à pro defuncto poteſt non vna tantum vice applicari,ſed toties quoties opus viuorum,pro ea adimpletur, ſeu replicatur,ex nullo capite impeditur dans ſuffragium,quin plures det ſatisfactiones, vt plures Animas liberet non ex parte concedentis , quia concedens intendit liberare Animas à pœnis Purgatorij per applicationem ſuffragij, neque impeditur ab alia parte, quamuis ſtatus gratiæ à ſuffragante procurãdus dum ſaltem complet opus impoſitum,quia quo magis; Mediator eſt gratus Principi eo melius citius,& delectabilius obtinet effectum quem petit; Non tamen illi talis ſtatus eſt ſimpliciter neceſſarius , probatur à paritate ſacrificij,quoniam ſacrificium Miſſæ ex opere operato habet valorem,& non impeditur in Miniſtro exiſtente in peccato mortali , ergo idem dicẽdum de applicante indulgentiam; Probabiliſſimum eſt,quod indulgentiæ applicari poſſent etiam pro Cathecuminis purgantibus, ita Faber in 4.d. 19.diſp.38.c.8.n.259.Suarez diſp.54.ſect. 4. num.7. probatur poſſunt eis applicari ſuffragia comunia, vt eleemoſynæ ieiunia &c. comunicant nobiſcum in charitate.

16 Nemo abſque Dei reuelatione ſe , ita vt ſcire poteſt an illa Anima cui datur ſuffragium per illud liberetur totaliter , neque quantum de eius pœna diminuatur, ſed hoc ſoli Deo, & Animabus, quæ per ſuffragia iuuantur notum eſt , quia nulla ſcit proportionem ſuffragijs cum pœna dimittenda, aut diminuenda , ergo neque ſcit,aut ſcire poteſt quantum de illa diminuatur ; Item nullus ſuffragantium cuiuſcumque , vt ſtatus ſcit , aut ſcire poteſt niſi ſupernaturaliter valorem ſui ſuffragij , ergo neque ſcire poteſt quantum releuet eum ſui ſuffragari intendit , eſt prorſus ignotum quanto tempore cuiuſque purgantis manſio in purgatorio debeat perdurare,prob ex Origene lib.8. in epiſt.ad Rom.c.11.ſic habente. Hęc ipſa purgatio , quæ per pœnam ignis adhibetur quantis temporibus , quantiſue ſæculis de peccatoribus exigat cruciatus ſolus ſcire poteſt cui Pater omne iudicium

fa-

facere tradidit; Quantumcumque longa ſit purgantis alicuius pœna tamen ante Iudicium finietur, & poſt illud amplius in vſu non erit in vſu Purgatorium tunc pronunciante Iudice, Venite Benedicti Patris mei percipite Regnum, & ite maledicti in ignem ęternum, ergo alius locus pro hominib. non erit quam cęlũ, & Infernus.

§ 17 Poſſumus dicere Animas Purgatorij orare aliquando pro nobis nõ tamẽ paſſim hoc facere poſſe, nec ratione ſtatus illius il licere, nec ſibi competere, nam licet Anima ſeparata à corpore poſſit naturaliter cognoſcere res ſibi prius cognitos, & à rebus aquirere cognitionem intuitiuam, & abſtractiuam, vt docet Doctor ſubtilis in 4.d.45. q.2. non tamen Animæ exiſtentes in Purgatorio propter diſtantiam improportionatam ab obiectis hoc ex ſe ipſis poſſunt, Ideò hac ratione non poſſunt ſcire indigentias noſtras, nec preces noſtras cognoſcere niſi ex reuelatione Animarum, quæ ex viuis ad illas accedunt, vt docet D. Auguſt. & ex ſanctis Angelis pręcipuè Cuſtodibus, qui ſine dubio res noſtras cognoſcunt, quæ tamen reuelatio fit 2. quod Deus permittit. Sicut ergo tũc noſtras indigentia, & preces poſſunt cognoſcere, ſic etiam pro nobis orare; & verè ſi conſideremus Diuinam promptitudinẽ ad exaudiendũ, qui inceſſanter inuitat excitat ad petendũ dicens petite, & accipietis pulſate, & aperietur Vobis non eſt ambigendum illis Animabus rogantibus pro nobis aliquid ipſum negaturum, immò vel maximè exauditurum, quia ſunt in gratia atque adeò cum ipſo Deo coniunctæ, & dignæ quod exaudiantur, & ſi quis diceret Deum per ſeipſum illis Animabus noſtras indigentias reuelare, vt pro nobis orent, vt inde nos adiuti eas ſæpius, & feruentius ſuffragemur vt citius liberæ à pęnis ad cæleſtem quietem auolare poſſint nihil abſurdum affirmaret.

18 Animæ ſanctæ pie defunctorum Veteris teſtamenti non fuerunt in Cœlo, Locus enim quilibet ex Diuina ordinatione poterat eſſe eis aptus, & poterant eſſe alibi ſanctæ, & beatæ quod triplici exemplo probare poteſt 1. quia Chriſtus in hac vita mortali fuit Beatus, & tamen non erat in Cœlo, 2 Angeli Cuſtodes noſtri quando nobis cum non ſunt in Cælo, & tamen ſunt Beati, 3. Dœmones in Principio ſuæ Creationis antequam peccarent fuerunt in Cęlo, & tamen non erant beati, & ratio eſt, quia Cœlum propter peccatum primi Parentis fuit clauſum hominibus vſque ad mortem Chriſti, nec vllus ante Chriſtum illud ingreſſus eſt. Prob. ex illo Hebr.10.19. habentes itaq; fratres fiduciã in introitum ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam nobis initiauit viam nouam per velamen, ideſt per carnem ſuam, quę tonſionibus pręſſuris flagellis, & percuſſionibus apta clauis facta eſt ad aperiendam portam ſic obſeratam; Dices Henoch, & Elias fuerunt in Cœlum translati multo ante Chriſti aduentum. Nam de Henoch ſic legimus, Gen.5.24. ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus nempè ex Terra in Cœlum, quod clarius exprimitur Eccleſiaſt. 24.16. Placuit Deo translatus eſt in Paradiſum; ſimiliter de Elia, 4. Regum 2.11. Aſcendit Elias per turbinem in Cœlum.

19 Reſp. hic vnum certum eſſe, & aliud incertum eſt, nec Henoch, nec Eliam fui vt translatus in Cęlo in quo nũc ſunt ſãcti, ſed in aliquam aliam locum. Nam Cęlum in quo nunc ſancti ſunt clauſum fuit hominibus, vt dictum eſt per peccatũ primi Parentis, & ex Apoſtolo oſtenſum eſt. Neque teſtimonia ablata contrarium conueniunt, ex eo enim quod legimus Henoch translatum eſſe in Paradiſum non ſequitur translatum in Cęlum Beatorum, nam Paradiſi nomine intelligi poteſt, vel Paradiſus Terreſtris in quo Adam fuit, vel aliquid aliud; ſimiliter quod legimus Eliam per Turbinem aſcendiſſe in Cęlum nihil aliud ſignificat, quam ex terra ſublatum in aerẽ, & alio tranſportatum; eſt enim frequens in ſcriptura, vt per Cęlum intelligatur aer, vt Pſal.15. V.9. volucres Cœli, & Piſces Maris, & Mat.6.26. reſpicite volatilia Cęli, & alibi. Incertum tamen eſt in quem locum tranſlati ſint Henoch, & Elias, aliqui

putant in Paradiſum terreſtrem ex quo Adam expulſus eſt; Ita D. Thom. I. p. q. 49. ad 2. Alij (quia exiſtimant Paradiſum terreſtrem tempore Diluuij fuiſſe aquis obrutum, & deſtructum) dicunt eos in alio quodam amæno loco verſari; Nihil definire poſſumus; Nec mirum videri debet nos, hoc ignorare; Multa alia ignoramus, neq; nos ſoli; An non fatetur Apoſtolus de ſe ipſo neſcire ſe in corpore an extra corpus raptus fuerit in Paradiſum. 2. Cor. 12. & 13. An nox teſtatur ſcriptura nemini vnquam conſtitis ſe quo loco Moiſes ſepultus ſit. Deut. 34. 6. & dicant obſecro qui omnia ſcire ſe arbitrantur ex quo loco Elias poſt raptum ſcripſerit ad Ioram Regem Iuda 2. Paralip. 21. 12. & quis Epiſtolæ illius fuit baiulus. Dicant ſimiliter an currus ille cum æquis, quo in Cœlum vectus eſt in Cœlo adhuc ſit, & quid agant ibi ęqui, & quo pabulo vexantur; In his & ſimilibus præſtat ignorantiam modeſtam fateri, quam temere aliquid definire.

20 Sancti Veteris Teſtamentis non fuerunt in ſtatu beatitudinis ante mortem Chriſti. Hebr. 11. 13. vbi ait Apoſtol. iuxta fidem defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes; & infra V. 30. Hi omnes Teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem Deo pro nobis melius aliquid prouidente vt non ſine nobis conſumarentur. Ex quo loco manifeſtè conſtat Noemum, Abrahamum, & alios Sanctos Veteris Teſtamenti, de quibus loquitur Apoſtolus non ſtatim poſt hanc vitam accepiſſe præmium æternæ Beatitudini, quod illis promiſſum erat, ſed debuiſſe expectare aduentum Chriſti, qui per ſoluto Redemptionis noſtræ prætio ſui ſanguinis aperire debebat Ianuam Paradiſi peccato Adami occluſā, nec ſibi contradicit Apoſtolum dum dicit Hebr. 11. 33. ſancti per fidem vicerunt Regna operati ſunt iuſtitiam adepti ſunt repromiſſiones, quia hic loquitur Apoſtolus de aliquibus promiſſionibus temporalibus ſic Abraham accepit filium Iſaac, Ioſue vicit Regna ſicut, & Dauid, ſic dicendum de multis, qui propter fidem exercitamque Iuſtitiam adepti ſunt alias ſimiles repromiſſiones.

21 Sancti Veteris Teſtamenti ſtatim poſt mortem Chriſti conſecuti ſunt ſtatū beatitudinis, quia ſicut Adam ſuo peccato excluſit nos à Beatitudine, ita Chriſtus per ſuam mortem nos admiſit. Rom. 5. ablato enim impedimento tum ex parte Dei, cui iam ſatisfactum erat à Chriſto per effuſionem proprij ſanguinis cum ex parte eorundem ſanctorum, qui ab omni peccato erant expiati; Ita quod poſt dies 40. cum Chriſto aſcenderunt in Cœlum, qui eſt proprius beatorum locus, iuxta illud Epheſ. 4. 8. aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit ca ptiuitatem, ideſt Chriſtus tanquam Victor, & Triumphator aſcendens in altum, ideſt Cœlum ducit ſi cum Patriarchas, Prophętas, aliosque Sanctos Veteris Teſtamenti, qui antea quaſi captiui detinebantur, & quos ipſe poſt mortem, cum ad Inferos deſcenderet e captiuitate liberauerat; Hinc ſequitur prius fuiſſe beatos, quam ad Cœlum peruenirent, nam ſtatum Beatitudinis adepti ſunt ſtatim poſt mortem Chriſti, vt dictum eſt deindè expectarunt per 40. dies, totidem enim Chriſtus manſit cum Diſcipulis ſuis, vt diuerſis ſignis, & argumentis ex eorum cordibus tolleret ſcandalum ſuæ ignominioſæ paſſionis, & mortis, & eos in fide Reſurrectionis confirmaret, inſtruens pariter circa ea quibus aleretur, & vegeteretur infantia, & pueritia Eccleſiæ ſuo pretioſiſſimo ſanguine recenter fundauerat quibus diebus expletis vna cum Chriſto in Cœlum aſſumpti ſunt.

22 Sancti Veteris Teſtamenti vſque ad mortem Chriſti detinebantur in quodam loco ſubterraneo, quem ſcriptura varijs nominibus appellata de quibus tactam eſt ſuperius; In primis dicitur Infernus. Gen. 37. 35. Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum. Secundo vocatur Locus ſine aqua, vt Zachariæ 9. 11. Tertio appellatur ſinus Abrahæ, vt Lucæ 16. 22. Quarto carcer dicitur,

tur, vt 1. Petri 3. 19. Theologi Limbum Patrum vocare ſolent; & hic ipſe locutus eſt ad quem Anima Chriſti deſcendit, iuxta illud Symboli deſcendit ad inferos: Vndè 1. Regum 28. 12. Samuel dicitur viuus de Terra aſcendere de qua apparitione alibi erit ſermo; Hi prædicti retinebant Fidem, Spem, & Charitatem vſque ad mortem Chriſti ſicut, & cæteras alias virtutes morales, vel illis infuſus cum virtutibus Theologicis, vel proprio labores aquiſitas quarum omnium virtutum actus nobiliſſimos eliciebant, quibus tamen non poterant aliquid mereri de condigno, quia licet illi actus quos exercebant eſſent boni, vtpotè circa obiectum bonum honeſtum laudabiles, & Deo grati, & accepti deficiebat tamen eis vltima conditio requiſita ad meritum de condigno, quia non facti in hac vita mortali. Vndè Galat. 6. 10. hortatur Apoſtolus dum tempus habemus operemur bonum, ne morte ſubito preoccupati queramus ſpacium pænitentiæ, & inuenire non poſſimus.

23 Ijdem Sancti Veteris Teſtamenti, ſic erant in gratia, & charitate confirmati, vt peccare amplius non poſſent ex ſingulari protectione Diuina, ſicut Beata Virgo Maria, & Animæ in Purgatorio, nec gratiam, nec charitatem amittere, quæ formaliter excludit peccatum, Inſuper prædicti ſancti exiſtentes in Lymbo carebant omni pœna ignis, & tormentorum, ſed magno gaudio, & conſolatione affitiebantur, tum ob ſtatutum gratiæ in quo ſciebant ſe eſſe confirmatos; Reuera magnum gaudium, quod ille dilectus Ieſu Chriſti D. Paulus cum ardenter cupiebat, vt pro hoc habendo omnia mala huius Mundi non timebat lætabundus enim dicebat, certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque Creatura, alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei, ſed non diù permanſit in tanta ſecuritate, ſed valdè timens dicebat caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo ne fortè cum alijs prædicauero ipſo reprobus efficiar. Sic res ſe habet in hoc mundo, qui ſtat videat ne cadat; Non ſic illæ ſanctæ Animæ in Lymbo, quia erant immobiliter ſecuræ; Ideò ad completum earum gaudium habebant infallibilem, ſpem futuræ gloriæ, quam à futuro Meſſia expectabant; Hoc patet de Lazaro, de quo dicitur. Lucæ 16. 22. Nunc autem hic conſolatur. Poteſt tamen concedi illam dilationem futuræ viſionis beatificæ vſque ad aduentum Chriſti aliquam pœnam temporalem illis attuliſſe, iuxta illud Prouerbiorum 13. 12. Spes, quæ differtur affligit Animam.

24 Ijdem Sancti in Lymbo exiſtentes orabant, primo pro ſua liberatione ſic enim arbitrandum cum in hac vita exiſtentes pro ſe ſedulo oraſſent. Iſaiæ 4. 8. Rorate Cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum aperiatur Terra, & germinet Saluatorem, & Pſalm. 78. 8. citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, ergo multo magis, id fecerunt poſt hanc vitam cum adorandum liberiores, & expeditiores eſſent propter depoſitionem corporis, quod deuotionem impedire ſolet, ſecundo orabant pro alijs, tam in comuni, vt Onias, & Ieremias tunc defuncti orabant pro omni populo Iudæorum, & vniuerſa Ciuitate Sancta 2. Machab. 16. 12. quàm in particulari, & hoc dupliciter, primo orando pro perſona particulari non tamen in negotio particulari, ſed generatim ſub hac forma, Oro pro Petro, vt omnia fæliciter illi ſuccedant, ſecundo orando, & pro perſona particulari, & pro negotio in particulari, vt ſi oro pro Petro, vt ex febri, qua affligitur conualeſcat. Poterant autem ea tripliciter cognoſcere, primo ex ea notitia, quam ex hac vita ſecum aſportauerunt, quo pacto diues Epulo in Inferno ſciebat neceſſitatem ſuorum fratrum, ſecundo ex relatione aliorum hominum, qui quotidie ex hac

vita ad illos commigrabant ; Tertiò ex colloquio Angelorum , qui aliquando conſolandi cauſa ad illos adibant , quo pacto Tobias multa cognouit ab Angelo Raphaele , cum ab illo in regionem Medorum ducebatur ; In qua re idem dicendum eſt de Animabus Purgatorij , vt viſum eſt reſpectu ſuorum Parentum , Amicorum , & benefactorum , quia circa hoc eſt æquali ſtatus , & conditio.

25 Sancti Veteris Teſtamenti , poſt mortem Chriſti illis 40. diebus , ante eius Aſcenſionem , ſecundum aliquos manſerunt in Lymbo Patrum . Secundum alios cum Chriſto conuerſati ſunt ſuper Terram licet ab hominibus non viderentur , quia erant puri Spiritus ; Secundum alios in Paradiſo Terreſtri cum Henoch , & Elia tantis per habitarunt ; An verò eſſent viſibiles , & confabularentur cum illis ſicut Chriſtus , poſt Reſurrectionem glorioſus in Corpore , & in Anima confabulabatur cum Diſcipulis , nihil certi definire poſſumus cum nec in Scriptura Sacra , nec in Concilijs , nec in Secretis Summorum Pontificum , nec apud Antiquos PP. nec apud Theologos reperiatur definitum ; Hoc vnum videtur certum vbicumque fuerint fuiſſe in ſtatu Beatitudinis antequam cum Chriſto aſcenderent in Cœlum . Nomine Sanctorum Veteris Teſtamenti certum eſt fuiſſe illos omnes , qui nihil habebant expiandum in Purgatorio ſpecialiter , qui comendantur ab Eccleſiaſtico capite quadrageſimo quarto , & ſequentibus , vti ſunt Noe , & Abraham , Iſaac , Iacob , Moyſes , Aaron , Phinees , Ioſue , Caleb , Samuel , Natan , Dauid , Eliſeus , Ezechias , Ioſias , Ezechiel , & alij Prophetæ Maiores , & duodecim Prophetæ minores , Nehemias , Ioſeph , Set , Sem , Adam , & Eua , Abel , Iob , Tobias , Melchiſedech , & alij , vt tres Iuuenes Formalis , Nabuchodonoſor , Latro cum Chriſto Crucifixus Machabæi , pueri Innocentes ab Herode interfecti Ioannes Baptiſta , Ioſeph ; Denique quos Apoſtolus Hebræorum 11. recenſet.

26 De Animabus Infantium decedentium , ſine Baptiſmo eſſet potius dolendum , quam aliquid dicendum , & quamuis de iam damnatis actum ſit pro futuro tamen poſſumus impedire ne tot damnentur ; Ideo non eſt omnino tacendum . Sciendum igitur eſt Animas huiuſmodi Infantium decedentium , ſine baptiſmo damnari ob quattuor peſtiferos abuſus vigentes inter Chriſtianos quorum primus , & ſecundus abuſus reperiuntur in Parentibus eorundem Infantium ; Tertius abuſus reperitur in obſtetricibus ; Quartus abuſus viget in quibuſdam mulierculis datis in reprobum ſenſum ; Quantum ad primum ; Parentes natum Infantem non ſtatim baptizari curant , ſed propter fines Mundanos differunt eorum baptiſmum ad octo , & plures dies , immò aliquando ad vnum menſem , quo tempore tenellus puerulus , ſæpè opprimitur aliquo ex morbis , quibus ſubiectus eſt , & ſic moritur ſine baptiſmo , & damnatur ; Quantum ad 2. abuſum , parentes poſt conceptum fœtum non contenti honeſtate matrimonij , ac ſi illis omnia licerent tot corporalium libidinoſas agitationes exercent , quot nec Animalia bruta exercent . Inde ſæpè ſequitur fœtum , vel non animari , vel ſi animetur ſuffocari , & quod peius eſt multi ſtudio modis pluribus dant operam , vt non veniant ad lucem , ò crudelitas pluſquam ferina.

27 Abuſus tertius eſt in pluribus obſtetricibus , quæ non habent obſtetricandi artem , vt dum eleuant infantum ex ventre matris ipſius membra , ita componunt , & diſponunt ſit in compoſitione , vel depoſitione illum ſic offendunt , vt vlterius viuere non poſſit , & quod prius eſt neſciunt baptizare , quod deberent ſcire in caſu tantæ neceſſitatis in quo defectu multum oneratur conſcientia Parocho-

rum

ſum non vigilantium 4. abuſus ; & quidem frequentiſſimus in multis. Mulierculis ſolutis à Matrimonio, aut etiam coniunctis incontinentibus, impudicis, libidinoſis, & carnalibus; Hę frequenter concipiunt ex vario concubitu aliquando ſacrilego, aliquando inceſtuoſo, aliquando ex adulterino, & denique ex fornicario, & quid non tentant vt ſua ſcelera occultent; Aromatarij non habent potiones, nec venena, quæ ſufficiant ad diſperdendum Malefici, cum ſuis Beneficijs, & Maleficijs, non poſſunt ſupplere tantam immunditiam prędictarum mulierculatum, quæ vt propriam libidinem abſcondere, & occultare valeant omnem lapidem mouent ſceleribus, ſcelera cumulando, vſque ad propriorum filiorum internectionem inhumaniter ſęuiunt, ſicque eos, ſine baptiſmo à ventre ad infernum damnatos deducunt. O Bone Deus quanta ſeuitia, quanta inhumanitas, quanta crudelitas inter Chriſtianos.

28 Iſti infantis ſine baptiſmo decedentes cum originali peccato poſitiuè dãnantur eſt Sententia communis ex fidei principijs deducta, colligitur ex euangelio Ioannis 3. vbi Chriſtus Dominus noſter definit dicens; Niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in Regnum Dei; Hęc eorum damnatio eſt ad pęnam damni perpetuam nempè ad carentiam viſionis, & fruitionis Dei; Nam viſio Dei in ęterna Beatitudine fidei in via ſuccedit; Nã Hębreorũ 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, ſine fide faltem habituali, vt optimè Innocentius 3. in cap. Maiores de Baptiſmo declarat, & definit vt paruuli cum originali culpa decedentes fidem non habuerunt, nec actualem, nec habitualem, ergo neque ei poteſt ſuccedere viſio, probatur minor, non habuerunt fidem actualem, quia non habuerunt vſum rationis, nec credendi poſſibilitatem, nec habitualem, quia non habuerunt Baptiſmum, in quo infunditur fides habitualis. Tales paruuli non ſunt ad pænam ſenſus damnati; Ita quod nec pæna ignis torquentur, nec torquebuntur, nec alia ſimili, nam nullus reperitur ſcripturæ, aut Concilij locus, in quo definiatur paruulos igne æterno cruciandos, ergo. Non enim aliquid dogmate aſſerere poſſumus, quod ex ſcripturis, vel concilijs non habeamus; ſed habemus, ex decretali Innocentij 3. in cap. maiores de Baptiſmo, vbi de pænis originali peccato correſpondentibus, ita definit in §. ſed adhuc. Præterea pæna originalis peccati, eſt carentia viſionis Dei actualis verò peccati eſt gehennę perpetuæ cruciatus, quid clarius.

29 Paruuli cum ſolo originali decedentes, non patiuntur pęnam interiorem triſtitiæ, nam triſtitia eſt pęna ſenſus, ſed ex dictis Paruuli, non ſunt torquendi pœna ſenſus, ſecundo probatur ex citato cap. Maiores, quod quidem Caput in materia hac debet ęſtimari, iuxta cap. de quibus diſt. 20. vbi aſſignatur hæc regula ad ſoluenda dubia, quę circa fidei negotia occurrunt, quod ſi autoritas in libris veteris teſtamenti 4. Euangeliorum cum totis ſcriptis Apoſtolorum non appareat ad Diuina recurre ſcripta græca, ſi neque in illis ad Catholicæ Eccleſiæ hiſtorias à Catholicis Doctoribus ſcriptas manum mittas, & in cap. præcedente ſi decreta dicitur, ſi Decreta Romanorum Pontificum habetis, & non obſeruatis de temeritate iſtis corripiendi. Rurſus pœna ſenſus, ex proportione delectationis actualis menſuratur, ergo vbi nulla infuit delectatio nulla inerit ſenſus pœna; Antecedens probatur, ex Apocalyp. 18. quantum ſe glorificauit, & in delitijs fuit tantum date ei tormentum, & Luctum; Locus iſtorum paruulorum erit infernus, vbi manſuri ſunt contra Pelagium Hæreticum, & quoſdam Catholicos qui extra Infernum eos collocant; probatur ex Concilio Florentino ſeſſione vltima in concordia, & eſt conſtitution. decimoſeptimo Eugenij Quarti §. ſeptimo, vbi habetur illorum Animas, quæ in actualis mortali peccato, vel ſolo originali decedunt mox in Infer-

 num

num deſcendere pænis tamen diſparibus puniendos, ergo iam definiuit Eccleſia locum paruulorum prædictorum eſſe Infernum; Quod autem à quibuſdam dicitur Concilium loqui de eis vſq; ad iudicium non verò de loco æterno, poſt Iudicium eſt mera fictio, & nouitas.

30 Probabile eſt, quod paruuli cum originali decedentes aquirere poterunt ſcientiam, ſeu cognitionem rerum naturalium, naturaliter cognoſcibilium excellentiori modo, quam habere poſſit aliquis philoſophus in via, quia Intellectus eorum non impedietur à corpore, quia corruptibile non erit, neque intelligendo indigebit phantaſmatibus materialibus, præcipuè ante Iudicium, quia eius abiectum erit ens finitum, & limitatum; & reſpectiuum cuius terminus non eſt Deus, & quamuis habeant Intellectum nudum tanquam tabulam raſam tamen cum in intelligendo non dependeant à ſenſibus facilius ab obiectis ſibi præſentibus poterunt aquirere cognitionem intuitiuam, & abſtractiuam, nam cum Intellectu agente poterunt producere ſpeciem intelligibilem ræpreſentantem obiectum, & cum ipſa, & intellectu poſſibili poterunt producere cognitionem eiuſdem; ſed liceat hic parum immorari circa Infernum, qui continebit duos ſtatus Animarum, alter vltra pænam damni habebit omnem pænam ſenſus ignis ſulphuris frigoris, & flagellorum cum innumeris alijs affligentibus (poſt Iudicium) Animam, corpus, & totum compoſitum damnatorum; In altero erunt ſoli Infantes damnati ad ſolā pœnam damni, pœnam vllam ſenſus non patientur ſimul loquentur confabulabunt diſcurrent, & vnus alteri manifeſtabit proprium conceptum, & melius, quam ſi eſſent nobiſcum ſecluſo tamen reſpectu Beatitudinis, qua in æternum carebunt.

31 Probabile aliquibus videtur, quod paruuli ſuppoſita notitia illa naturali, ſiue Dei in generali, ſiue aliorum obiectorum Deum aliaque obiecta ament, ijs quæ delectentur eſt Scoti in 2. ſent. d. 33. ita aliqualem beatitudinem de Deo cognito in vniuerſali poterunt attingere, nam voluntas eorum non eſt à ſenſibus impedita, neque à tormentis ne applicet ad amanda obiecta, quæ aliquam præſeferant rationē boni, ergo eā ordinatè amare poſſunt, nā catenus aliqua operationes eis negantur, quia excedunt vires naturæ, & indigent ſupernaturali adiutorio, ſed iſta dilectio merè naturalis non ſuperat vires naturæ, ergo non eſt certum an paruuli iſti habituri ſint notitiam beatitudinis ſupernaturalis, qua priuantur, & eſto haberent notitiam de illa carentia non triſtarentur; Ideò dicit Scotus loco cit. vel cognitio iſta illis non datur etiam in Iudicio extremo, quod ſciet priuentur illa beatitudine, quia id eſſet dolor internus, & triſtitia cum deſperarent illam poſſe habere; Vel ſi paruuli habebunt cognitionem beatitudinis, & quod illa priuentur non triſtabuntur ad huc, quia erunt contenti de ſtatu ſuo ob rectitudinem voluntatis ſuæ ſcientes, ita hoc de ſe diſpoſuiſſe Deum, neque de actu ſuo demeruiſſe, neq; etiam illam beatitudinem illis fuiſſe debitam, aut poſſibilem morali poſſibilitate ſicuti ego non triſtor, quod non ſim Rex.

De Vniuerſali mortuorum Reſurrectione. Articulus 4.

1 D. Paulus conſcius, & illuminatus Diuinorū Miſteriorum excellſus Prædicator Miſterij, tamen Reſurrectionis Dominicæ exititis planè Cœleſtis probe ſciens ab articulo Reſurrectionis pendere Chriſtianam Fidem, Spem, Charitatem, tanquam radice, & fundamento. Hoc pręſtitit, vbi quæ in ſuis Apoſtolicis prædicationibus, & 14. Epiſtolis, præcipuè eſt executus egregiè in 1. ad Corinthios cap. 15. vbi præpoſita morte Chriſti, & ſepultura narrat plures eius apparitiones factas poſt ſuam reſurrectionem; Prima apparitio fuit facta Petro. Luc. 24. 34.

(Apo-

(Apoſtolus relinquit apparitiones factas mulieribus, vt totum robur probationis aduerſus hæreticos non claudicaret,) 2. apparitio vndecim Apoſtolis ſuis. Lucæ 24. 36. Tertia ponitur facta Peregrinis fratribus euntibus in Emaus 4. viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, quæ fuit (plures putant) celeberrima, & toties à Chriſto Domino promiſſa in monte Galilææ; Vndè præmoniti omnes eo fluxerunt qui Chriſtianam colebant fidem; Deinde viſus eſt Iacobo Alphęi; Deinde Apoſtolis omnibus, & Diſcipulis in ſua Aſcenſione ad Cœlum. Nouiſſimè autem omnium, tanquam abortiuo viſus eſt, & mihi; His & alijs apparitionibus Apoſtolus probat veritatem Dominicæ Reſurrectionis.

2 D. Lucas, ad hoc Act. 1. dicit per dies 40. apparens eis, quibus probauit ſe ipſum viuũ in multis argumentis, alia probabant identitatem numericam corporis Chriſti; alia Animæ eius. Ex parte enim corporis fuit oſtenſum, quod Chriſti corpus, poſt reſurrectionem fuit verum, & ſolidum corpus, non corpus phantaſticũ, aut aereum videlicet per hoc, quod præbuit ſeipſum palpabilem. Luc. 24. palpate, & videte; 2. fuit oſtenſum, quod erat corpus humanum per hoc, quod oſtendit veram humanam effigiem oculis diſtinguibilem ab alijs effigiatis 3. fuit oſtenſum, quod erat, idem corpus numero, quod habuit prius ante mortem oſtendendo cicatrices vulnerum. Lucæ 24. videte manus meas, & pedes meos, & Ioan. 20. dicit Thomæ infer digitum tuum huc, & vidi manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum ſimiliter ex parte Animæ iterato corpori vnitę veritatem ſuæ reſurrectionis oſtendit, & hoc per opera triplicis vitæ, & primo quidem per opus vegetatiuæ, nutritiuæ, in hoc quod cum Diſcipulis manducauit. Lucæ 24. obtulerunt partem piſcis aſſi, & fauum mellis, & cum manducaſſet &c. 2. per opera ſenſitiuæ in hoc quos Diſcipulis ad interrogata reſpondebat, & ſalutabat eos in quo ſe oſtendebat videre, & audire 3. per opera vitæ intellectiuæ in hoc quod cum eis loquebatur, & de ſcripturis diſſerebat.

3 Hæc argumenta quamuis non demonſtratiua ſigna, tamen euidentia ſenſibilia maximè collectiuè ſumpta fecerunt certitudinem Reſurrectionis Chriſti, quatenus eſt articulus fidei ſunt enim rationes naturales, quæ quamuis non probent euidentiam rei credibilis, hoc enim eſt impoſſipile probant tamen euidentiam credibilitatis articulorum fidei, ſic prædicta ſigna probarunt Apoſtolis euidentiam credibilitatis Reſurrectionis Chriſti qui tamen ad hoc credendum difficiles fuerunt, eo quod corda erant horrore mortis Chriſti inuoluta, & turpiter (quod Chriſtus omnibus, aut mortem prædixerat) ſcandalum crucis paſſi, ſicque huiuſmodi ſigna, & argumenta Apoſtolis valdè contulerunt ad credendum Miſterium Reſurrectionis Chriſti, iuxta illud 1. Ioannis 1. quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitę teſtamur, & annunciamus vobis, ſic Thomas tactu cicatricum agnoſcit Chriſtum Dominum ſuum, & Deum ſuum; Tanta fuit eorum argumentorum efficacia, vt per Prædicationem Apoſtolorum fuit in Eccleſia, tam radicaliter impreſſa, quo adhuc ſalubriter perſeuerat, quæ quamuis non ſint vigoroſę demoſtratiua ſunt, tamen valdè probabiliter oſtenſiua, & perſuaſiua vt dictum eſt.

4 Chriſtus, ergo reſurrexit à mortuis, & ſi Chriſtus non reſurrexit inanis eſt Prędicatio noſtra, inquit D. Paulus loco cit. Nam ſi Chriſtus veraciter non reſurrexit, ſed ſolum phantaſticè vt voluerunt impij Manichæi inanis eſt infrutuoſa, immò vana prædicatio noſtra, qua prædicamus Chriſtum reſurrexiſſe. Item ſi Chriſtus non reſurrexit vana eſt fides veſtra, quia ſic Chriſtus non poteſt vos ad vltimum finem perducere, nec in æternum fęlicitatem perducere, nec introducere adhuc enim eſtis in peccatis, nam 1. ſi Chriſtus non reſurrexit, ergo fides in Chriſtum reſuſcitatum, quę iuſtificationis eſt radix falſa eſt; fides autem falſa non poteſt eſſe

remiſſionis peccatorum, & veræ ſanctitatis initium, & fundamentum 2. quia mors Chriſti inefficax fuit ad remiſſionem peccatorum ſi Chriſtus in morte manſit ab ea quæ victus eſt, ſic enim reſurrectione nequiuit vincere mortem, adeoque peccatum plenè non abſoletur, niſi eius effectus aboleatur, ita Chryſoſt. 3. quia Reſurrectio Chriſti cauſa eſt; Iuſtificationis noſtræ Rom. 4. Verſu vltimo, ſublata autem cauſa tollitur effectus ſublata, ergo reſurrectioni Chriſti tollitur noſtra iuſtificatio à peccatis, & conſequenter adhuc ſumus, & manemus in peccatis vana eſt igitur fides veſtra, qua creditis vnam rem vanam, nempè Chriſtum eſſe reſuſcitatum ſi non eſt reſuſcitatus.

5 Reſurrectionem mortuorum negauit Corint. 1. poſt Simonem Magum hęreſiarcham tempore Apoſtolorum cõtra quem, & ſequaces D. Paulus fecit hoc argumentum Chriſtus reſurrexit, ergo, & nos reſurgemus, ſed ſupra probauit Chriſtum reſurrexiſſe, ergo remanet probatum nos quoque reſurrecturos, alias nõ eſſet plena Chriſti; Victoria de morte, ſi illam in ſe ſolum, & non in membris quoque ſuis, ideſt in nobis deuiciſſet, ſed abſorta eſt mors plenè in victoria mortis, & reſſurrectionis Chriſti; Tunc enim Chriſtus plenè de morte triumphauit; Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum; Per hominem nempè Adamum mors inducta eſt in homines, & per hominem inducta eſt reſurrectio mortuorum, nempè per Chriſtum Reſurrectio, igitur mortuorum nedum eſt poſſibilis, ita Scotus cum fide catholica in 4.d.43.q.1. art. 1. ſed realiter, & de facto eſt futura; Ita Scotus, ibidem vbi cum eadem fide Catholica docet eſſe articulum fidei ex ſymbolo Athanaſij omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis; & D. Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſtica Hier. c. 7. Caſta inquit Sanctarum, Animarum corpora pro ſacris ſudoribus ſuis in Animarum immutabili ſecundum Diuinam vitam firmitate, ac ſede reſurrectionem quoque vna recipient propriam; Inſerta enim Animabus ſanctis, quibus in hac vita iuncta fuerant, vt Chriſti effecta membra Diuinam, atque immortalem beatamque recipient requiē.

6 Virtute agentis naturalis aliquis effectus poteſt redire idem num. ita Scotus in 4.d. 43 q.3. vbi ſic probat radius, quia ſole producitur ab inſtanti; A V.G. & continuatur vſque adeſt idem num. tempus enim in intermedium non deſtruit, identitatē, igitur ſi tempore intermedio deſtruatur adhuc erit idem, & ita concludi poteſt de omni effectu qui continuè dependet ab Agente. Eadem tamen virtute naturalis Agentis omnia eadem numero redire eſt impoſſibile; ita Scotus loco citato, & eſt de fide contra Platonicos, alias pluries eſſet mors, & reſurrectio quod eſt contra fidem; Immò impoſſibile eſt quod Agens naturali, vel tota coordinatio Cauſarum ſecundarum, naturalium poſſit efficere, vt vnum, vel plura corpora poſſint eadem numero redire eo modò quo redibunt in reſurrectione generali; Nam mixtum corporeum humanum eſt perfectiſſimum inter omnia corruptibilia, & ad ipſum eſt, iam decretus magnus formarum numerus, vt ponatur in eſſe puta ſeminis ſanguinis carnis, &c. At non ita reparabuntur humana corpora in reſurrectione, ſed immediatè ex Cineribus, vel pulueribus, vel ex omnibus alijs rebus in quas fuerant reſoluta humana corpora, & ſubito reparabuntur, ergo non poteſt tota natura creata hoc modo reparare.

7 Eadem virtus naturalis Agentis non poterit vnire Animas corporibus perfectè reparatis, & reorganizatis per ſolam Diuinam potentiam, ita Scotus *vbi ſupra*, & eſt comunis ſententia; nam ſecunda vnitio non eſt inferioris, aut imperfectioris ordinis à prima, ſed hæc prima non potuit fieri ab aliqua Creatura, ergo neque illa maior probatur, nam reſurrectio ex D. Damaſceno, eſt eius quod cecidit ac diſſolutum eſt a. ſurrectio, ergo neceſſe eſt, vt ab eodem agente à quo Anima fuit corpori primo vnita vniatur in 2a vnitione Reſtat, igitur dicendum, & fideliter confiten-

tendum cauſam efficientem phiſicam , & principalem reſurrectionis generalis futurum eſſe ipſum Deum, nam omnium cęterorum, quę miraculoſę fiunt reſurrectiones à Deo fiunt , & ipſamet Chriſti reſuſcitatio à Deo facta eſt, ergo & vniuerſalis ſimiliter fiet à Deo. Antecedens probatur de reſurrectione humanitatis Chriſti à Deo factæ patet Actuum 2.24. quem Deus ſuſcitauit à mortuis , vbi Gloſſa ordinaria , ait ſuſcitauit ſecundum humanitatem, quam maximè oderunt, & Actuum 3. 10. Authorem verò vitæ interfeciſtis , quem Deus ſuſcitauit e mortuis , & alibi ſæpè . De reſuſcitatione aliorum mortuorum , quod ſit opus Dei patet clariſſimè. Io. 11. vbi Chriſtus reſuſcitaturus Lazarum, hæc facit Ieſus. Eleuatis ſurſum oculis dixit , Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me , ego autem ſciebam quoniam ſemper me audis , ſed propter Populum , qui circumſtat , dixi , vt credant , quia tu me miſiſti. Hæc cum dixiſſet voce magna clamauit. Lazare veni foras, ecce ſuſcitatio pure Diuina ,

8 Chriſtus vt homo non erit cauſa efficiens phiſica reſurrectionis , ita Scotus in 4.d.48. q.1. quia ad omnium hominum reſurrectionem phiſicè cauſandam requiritur omni potentia , ſed humanitas formaliter , vt diſtincta à Diuinitate non eſt omnipotens; neque erit cauſa inſtrumentalis, nam ſicut Deus in creatione non indiget inſtrumento, ita nec in reparatione: Chriſtus vt homo imperabit reſurrectionem omnium hominum generalem, ita Scotus vbi ſupra in 4.d.48.q.1. iuxta illud Io. 5. Veniet hora in qua omnes , qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionem Iudicij , vbi Liranus ait ; Humanitas Chriſti eſt organum Diuinitatis ; & ideò vox eius operabitur ad reſurrectionem generalem futuram per modum inſtrumenti coniuncti . Cum igitur reſurrectio mortuorum , ſit opus Diuinæ omnipotentiæ non eſt cur dubitemus eam eſſe poſſibilem quippè, qui non repugnat, nec ex parte Dei reparantis , nec ex parte hominis reparabilis , quia in Deo eſt eadem omnipotentia , qua creauit hominem , & qua ipſum deſtructum poteſt reparare: Virtute enim Diuina non ſolum homo, ſed omnia creata, ſiue animata, ſiue inanimata, ſiue mixta, ſiue ſimplicia poſſunt ab eandem rationem reproduci. Scotus in 4. diſt.43. 91.

9 Chriſtus vt homo meruit noſtram reſurrectionem , iuxta illud 1. Cor. c. 15. & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur , vbi Gl. ordinaria , ex D. Auguſtino habet omnes in Adam moriuntur in Chriſto viuificantur, quia nemo ad mortem niſi per illum, nemo ad vitam niſi per illum , quia ſicut per Adam mortales, & pœna facti ſunt filij ſæculi, ita & per Chriſtum omnes immortales in gratia fiunt filij Dei, ergo cum Adam demeritorie intulerit poſteritati vtramque mortem corporis ſcilicet , & Animæ ex eodem D Auguſt. li. 4. de Trin. c. 3. & alibi. Ita vtramque vitam ſpiritualem , & immortalem meruit pro tota humanitate Chriſtus, qui eſt etiam Cauſa exemplaris noſtræ reſurrectionis; Ita communiter Doctores ſcholaſtici . Probatur ex citato c. 15. 1. ad Cor. Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium , ergo primus reſurrexit ad vitam immortalem, tanquam prototypon omnium, qui ſic reſurgent . Confirmatur ex eodem Apoſtolo ad Epheſ. 2. vbi dicit conuiuificauit nos in Chriſto cuius gratia ſaluati eſtis, & coreſuſcitauit, & Liranus, ibi coreſuſcitauit in ſpe, quia reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis noſtræ futuræ, ſed non potuit pro tunc eſſe cauſa niſi meritoria, & exemplaris.

10 Dictum eſt ſuperius Deus in reſurrectione generali non vſurum inſtrumento phiſico, ſed ſola ſua omnipotentia, nūc dicendum eſt, quod Deus homo in reſurrectione hominum generali vtetur in aliquibus miniſterio Angelorum, iuxta illud Matth. 24. tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus Cœli &c. & mittet Angelos ſuos &c. Primum miniſterium

erit

erit ſonus tubæ, quo ex toto mundo mortui ad iudicium vocabuntur , iuxta illud Marci 13.27. & tunc mittet Angelos , & congregabit electos ſuos à 4. ventis eſt , & aliud 1.Theſ.4. vbi narrans quæ faciēda ſunt à Chriſto ſtatim ac apparuerit in 2.Aduentu dicit. Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet &c. Magiſter ſententiarum relatus à D.Bonau. in 4.d.43. de illa voce, ſic ait cauſa reſurrectionis mortuorum erit vox tubæ,quæ in aduentu Iudicis ab omnibus audietur , & cuius virtute excitabuntur mortui , & de monumentis reſurgent (& poſt aliqua) adhuc ait ; ſi verò quæritur, cuius , & qualis erit vox illa Apoſtolus dicit erit Archangeli , vel erit vox alicuius vel plurium Angelorum,Liranus in 1. Theſ. 4. inquit Tuba iſta nihil aliud eſt,quam vox illa ſurgite mortui venite ad Iudicium, & in c.24. Matth. idem Liranus , ait audietur ſonitus virtute Angelorum factus , ergo hoc erit primum Miniſterium Angelorum.

11 Tuba igitur,qua vtentur Angeli ad conuocandos mortuos pro reſurrectione , & Iudicio non erit materiale inſtrumentum , quod dicitur Tuba , ſed magna quædam vox Angelorum miniſterio formata,& in epiſtola 1. ad Theſſalonicenſ. capite quarto, ait idem Liranus ; Hæc vox dicitur Tuba, propter ſimilitudinem Tubæ materialis veteris Teſtamenti, quã fiebat vocatio ad conſilium , præparatio ad bellum, & inuitatio ad feſtum ; quia tunc omnes congregabuntur ad iudiciū, & armabitur creatura ad vltionem Inimicorum , & inuitabuntur Iuſti ad feſtum Angelorum;Hæc Liranus de 1.miniſterio Angelorum,2.miniſterium Angelorum in reſurrectione vniuerſali erit collectio puluerum, & omnium materiarum , ſeu elementorum in quæ inuenientur tunc diſperſę materiarum omnium defunctorum, ita Scotus in 4. d. 43. nam inquit Doctor ſubtilis, Matth.24. ait Saluator Filius hominis mittet Angelos ſuos cum Tuba , & voce magna, & cõgregabunt electos eius à 4. ventis &c, quod eſt dictu quomodocumque diſperſæ fuerint partes materiæ corporis in elementa, ſiue in ignem , ſiue in aerem , ſiue in aquam , ſiue in terram à ſummis Cœlorum vſque ad terminos eorum,ſiue in quodcumque corpus medium aquarum , aereum , vel imperfectè mixtum, à 4. ventis omnes illæ materiæ partes recolligentur , & reunientur , ita Scotus.

12 Tertium miniſterium Angelorum in reſurrectione mortuorum erit congregare ,ſeu adducere ad locum Iudicij electos iam reſuſcitatos eſt de fide, ex Matt. 24. & mittet Angelos ſuos cum Tuba , & voce magna , & congregabunt electos eius à 4. ventis vſque ad terminos eorū , ergo probatur ex D. Auguſt. in Pſalmum 49.V.11. congregate illi ſanctos eius,vbi ſic habet Vox Diuina , & Prophetica videns futura tanquam præſentia exhortatur Angelos congregantes , mittet enim Angelos ſuos , & congregabuntur ante eum omnes gentes &c. ergo opera Angelorum iuſti reſurgentes congregabuntur ante Chriſtum ; Probabile eſt etiam , quod congregatio reproborum fiet potius Angelorum miniſterio, Angelorum ſanctorum , qui res collegerunt , iuxta illud Matth.13.41.In conſumatione ſęculi mittet filius hominis Angelos ſuos , & colligent de Regno eius omnia ſcandala , & eos qui faciunt iniquitatem , & mittent eos in caminum ignis, tunc iuſti fulgebūt &c. in quem locum Liranus,ait colligent Hæreticos , qui generant ſcandalum in Eccleſia, & eos qui faciunt iniquitatem , quia non ſolum condemnabuntur Hæretici , ſed etiam fidem tenentes habentes tamen opera , ergo collectio malorum in Iudicio fiet per bonos Angelos, nec officit quod in c.24. dicit Angelos congregaturos omnes electos,quia modo ſpeciali , & glorioſo iſti congregabuntur non ſic reprobi in qua reductiori ſententiæ me ſubmitto ;

13 Ex dictis patet primo probabilius eſſe reſuſcitationem faciendam eſſe in eiſdem locis in quibus reperientur Defunctorum pulueres, vel maior eorum pars

ſic

ſic expreſſę ſentit Riccardus in 4.ſent. diſt. 43.art. 5. q.3. Patet 2.omnes tam electos, quam reprobos reſurrecturos,ita tam fide catholica ſentit Scotus in 4. d. 43. & ibidem omnes Scholaſtici, iuxta illud Ioan.5. veniet hora in qua omnes audient vocem filij Dei,& procedent qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala in reſurrectionem Iudicij, vbi Gloſſa Interlinearis omnes ait, tam boni, quam mali, ergo etiam Paruuli omnes reſurrecturi ſunt, ſiue cum originali mortui, ſiue ab illo mundati, iuxta illud Ioan.5.Qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, ſed paruuli mortui,& in monumentis ſunt ergo, & ille reſurgent; Probatur ex fine reſurrectionis, qui eſt oſtenſio Iuſtitiæ Dei, & liberalitatis illius punientis, vel præmiantis,ac glorificantis; Paruuli enim capaces ſunt gloriæ,& ſupplicij, Idem de abortiuis animatis ob eandem rationem; Sed dices finis reſurrectionis,& Iudicij eſt retributio meritorum,iuxta illud 2.Cor.5. omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnusquiſque pro vt geſſit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum; Paruuli autem neutrum iſtorum geſſerunt, ergo; Reſpondet Liranus ibidem. Hęc per hoc excludentur pueri a Iudicio, qui nihil in proprio corpore meruerunt,vel demeruerunt,quia iudicabuntur ſecundum ea, quæ circa eos ab alijs ſunt facta,vel ommiſſa in quantum ſunt ab alijs baptizati,vel non ita Liranus;Itaque ſecundum geſtu non iudicabuntur propriè,ſed pro peccato originali,vel carentia eius.

14 Omnes partes,quę erant neceſſarię ad formandum humanum organum ſine quibus Anima non poterat informare reſurgent eſt communis de fide, iuxta illud 1. Cor.15.canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti gloſſa Interlinearis;verbo incorrupti,ait ſine diminutione membrorum; Liranus idem repetit addens quicquid pertinet ad integritatem naturæ omnibus dabitur,& ratio ipſa ſuadet,nam de fide eſt hominem dolere reſurgere,ſed ſine membris illis non eſt homo, ergo etiam eſt de fide cum illis debere reſurgere; Idem dicendum de omnibus membris integrantibus,iuxta illud ad Epheſ.4.omnes occurremus in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti,vbi Gloſſa ordinaria,ait in virum perfectum, vt quoad caput, & membra omnes ſimus vnus perfectus vir cui nihil deſit, vt non eſt corpore perfectus,qui membris caret; Non omnes partes homogeneæ, quæ fuerunt de veritate naturę humanę,toto tempore vitæ reſurgent in quolibet homine. Ita Scotus in 4.d.44.q.1.nam ſi omnes tales reſurgerent in quolibet ſequitur,quod qui per centum annos V. G. vel 500. vel 700.(vt in primis ſeculis vixerunt) viuerent eſſent reſurrecturi in maxima;immoderata, immò deformi quantitate.

15 Dictum eſt notanter (in quolibet homine) nam in ijs qui ante ætatem perfectam 33.annorum mortui ſunt eſt veriſimile, & probabile, quod cum debeant reſurgere in quantitate perfecta, & partes nouæ formandæ ſint potius reaſſumendæ ſunt etiam illæ, quæ deperditæ ſunt per actionem continuam caloris in humidum, & reſtauratæ ſunt, & reſtauratæ ſunt per nutritionem, quam aliæ nouæ adiungantur, Nam reuera illæ etiam fluxæ, & deperditæ tamen fuerunt in homine, & de veritate naturæ humanæ, quia partes, quæ generantur ex nutrimento ſunt de veritate naturę humanę,quia ſunt verè animatæ Anima Intellectiua;Totum autem corpus, quod illis partibus conſtat, & ab Anima Intellectiuæ informatur eſt de veritate naturæ humanæ, ergo de primo ad vltimum omnes partes homogeneæ, quæ fuerunt de veritate naturæ humanæ, toto tempore vitæ reſurgent in quolibet homine; Partes illæ quæ à Parentibus habitæ ſunt in conceptione, & creuerunt in augmentatione reſurgent in homine, ita Scotus vbi ſupra; Nam non omnes partes, quæ aliquando fuerunt in homine reſurgent, ergo illæ ſolæ reſurgent, quæ magis fuerunt intentæ à natura, ſed iſtæ ſunt illæ quas primo natura poſuit in homine, quæ quidem ſunt pri-

mor-

mordiales ſicut, & aliæ augentes hominem vſque ad terminum.

16 Humores innati, qui verè humores dicuntur, & ſunt neceſſarij ad integritatē naturæ reſurgent, ita D. Bonau. in 4. d. 44. p. 1. q. 1. & Richardus ibid. Ex quorum doctrina notandum eſt, quod humor differt in humano corpore ab humiditate; Humor enim eſt maſſa illa ſanguinea, ſeu cremor qui intra venas reperitur, quę quidem maſſa 4. mixto comprehendit humores, nempè ſanguinem flauam bilem, atrā bilem, & pituitam. Additur quod in quibuſdam humanis membris reperiuntur in proprijs vaſis puri humores extra venas, vt ſunt bilis in citi fellea, & attrabilis, ſeu maleneonia in Liene, & pituita in cerebro, hi enim ſunt veri humores, & puri. Humiditas autem eſt qualitas aquoſa, ſeu ſeroſa materia, quæ extra venas in humano corpore reperitur, ſiue ſit matri mentalis conuertenda, ſcilicet in ſubſtantiam hominis. ſiue excrementitia, & expurganda; Hoc notato probatur dictum prædictum, nam humores ſunt medium vniendi Animam corpori organizato, quia ſi effluant omnes humores, immò in quantitate notabili Anima ſtatim ſeparatur, ergo ſunt de integritate naturæ, ergo reſurgent in reſurrectione generali.

17 Capilli etiam, & vngues reſurgent in debita proportione probatur, ex Marci 10. veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt, & Lucæ 21. capillus de capite veſtro non peribit, quod explicans Liranus, ait hoc addit Saluator ad declarandam veritatem futuræ reſurrectionis, per quam reſurgent in electis non ſolum illa, quæ ſunt de neceſſitate naturæ humanæ, ſed etiam illa quæ faciunt ad decorem, eiuſmodi ſunt capilli; Probatur vlterius, Chriſtus Dominus cum vnguibus reſurrexit, ergo cum eius reſurrectio ſit idealis, & exemplaris cauſa futuræ omnium reſurrectionis cum eiſdem corporis partibus, omnes reſurgent cum quibus ſurrexit, & Chriſtus, Idem dicendum de alijs membris, quæ ſunt de integritate corporis etiam ſi nullum habitura ſint actum adhuc in homine reſurgent eſt comunis, quia reſurrectio eſt eius, quod cecidit iterata ſurrectio, ſed cecidit homo cum præfatis membris, ergo; Non ſic aſſerendum de qualitatibus, ſeu condicionibus ſubſtantialiter deformantibus naturam, probatur ex Eutherio Lugdunenſi in natali plurimorum Martyrum hom. 2. vbi de reſurrectione, loquens ait, & per hoc nihil, ſuperfluum nihil, minus nihil indecens, & inconueniens reſurget in homine, quod enim in alijs partibus ſuper abundat alijs incrementum dabit.

18 Aliæ deformes qualitates, ſiue ratione compoſitionis corporis, ſiue paſſionum eius, vt diminutiones membrorum turpitudines naturales, atque aliæ ſimiles deformitates non reſurgent in electis. Ita D. Anſelmus Cantuar. in epiſt. 1. ad Cor. c. 11. vbi ait reſurgent ſanctorum corpora ſine vllo vitio, ſine vlla deformitate, ſine vlla corruptione onere, & turpitudine quibus tanta facilitas, quanta fælicitas erit; Confitemur tamen probabiliſſimum eſſe corpora electorum reſurrectura cum vulneribus, quæ pro Deo paſſi ſunt in hac vita, vt eorum reſurrectio imitetur ſuam Ideam, & exemplar, nempè Reſurrectionem Chriſti, qui cum plagiſſet vulneribus reſurrexit, eaque diſcipulis oſtendit; Vbi Gloſſa Interlin. ad illud oſtendit manus, & latus, ait ad dubitantium corda ſananda vulnerum ſunt ſeruata veſtigia; & Liranus inquit Cicatrices in Chriſti corpore remanſerunt non ad defectum, ſed magis ad gloriam propter victoriam ex illis vulneribus conſecutam; An verò corpora reproborum debeant cum deformitatibus accidentalibus reſurgere in certum eſt affirmante D. Bonau. in Breuiloq. Tract. 7. cap. 5. vbi ait mali reſurgent cum ſuis deformitatibus, & pænalitatibus, & miſerijs, & defectibus quos habuerunt in ſtatu vitæ, & negante D. Thoma in expoſitione Symboli cap. 14.

19 Omnes homines, ſiue electi, ſiue reprobi reſurgent ſimul ne dum in eadem hora, ſed in eodem paruo temporis momento eſt de fide dicente Apoſtolo 1. ad

Cor,

Cor.c.15. Ecce miſterium vobis dico omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur in momento in ictu oculi, & in nouiſſima tuba, vbi gloſſa Interlin. ad Verbum; omnes, ait tam boni, quam mali; & ad Verbum: In momento ait eadem gloſſa, in breuiſſimo, & minimo, & anguſtiſſimo temporis ſpacio; ex citatis autem Verbis Apoſtoli habetur clara fidei concluſio. Nam in momento temporis debēt ſimul reſurgere, & qui immutabuntur, nempè electi, quia ſic glorioſi reſurgent, & qui non immutabuntur, nempè reprobi, ergo omnes ſimul reſurgent. Cum hoc tamen ſtat tanquam certiſſimum, quod electi qui præceſſerunt cum morte aduentum 2. Chriſti ſine reſurrecturi priuſquam alij, qui eo veniente reperientur viui, iuxta illud Apoſtoli 1. Theſ. 4. vbi ipſi ait quoniam ipſe Dominus in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cęlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt reſurgent primi, deinde nos qui viuimus ſimul rapiemur &c. ergo adueniente Chriſto ad iudicandum omnes reſurgere debent, & qui præceſſerunt, & qui adhuc viui ſunt, & ſic præceſſio illa reſurrectionis non erit per mille annos, ſed ſubita;

20 Ex doctrina Scoti in 4. d. 43. q. 3. de identitate reſurgentium, & d. 44. q. 1. de reſurrectione omnium partium, quæ fuerunt de integritate naturæ humanæ euidenter ſequitur omnes in proprio ſexu eſſe reſurrecturos; neque officit Scoticæ doctrinæ, illud extra quod habetur in 2. d. 20. q. 3. in fine vbi dicitur ſola Beata Virgo reſurget in ſexu fæmineo, cæteræ autem mulieres in ſexu virili; quia illa reſponſio non eſt Scoti, ſed alicuius additionatoris ſicut aliæ plures ſunt in toto illo opere, quæ notātur quadam linea complectente totam doctrinam alienam à Scoto, vt notant periti Scotiſtæ. Cæterum veriſſimum eſt, & fideliter confitendum mares, & fæminas improprio ſexu reſurgere debere. Probatur ex Symbolo Athanaſij, vbi ait ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs rationem; At corpus proprium fæminæ non eſt virile, ſed fęmineum, & cum eam reddituraeſt fæminam rationem. Alphonſus à Caſtro V. Reſurrectio in fine dicit, Inter Eccleſiaſtica dogmata hoc in ſeptuageſimo loco haberi, In Reſurrectione ex mortuis ſexus forma non mutabitur, ſed vir mortuus reſurget in forma viri, & fæmina in forma fæminæ.

21 Suadet ratio, nam Eua creata eſt cū ſexu fæmineo nuda, & talis permanebat in Paradiſo, & abſque confuſione ante peccatum talis, qui erat transferenda in Cœlum ſi non peccaſſet. Decor enim (ait Gelaſius Papa in Epiſt. contra hæreſim Pelagianam) eſt naturæ humanæ fæmineus ſexus; Igitur in Reſurrectione, & in gloria talis apparebit qualis creatus eſt; Non enim quid indignum, nec indecorum creauit Deus, ergo talem reſuſcitans ſexū nil indecorum ſuſcitabit, quia ſexus fęmineus non eſt vitium, vel culpa, ſed natura, & tam fæmina, quam vir ſunt Dei Creatura, & ex viri coſta accepta fæmina, ſicut ex Chriſti latere formanda erat eccleſia; Id enim ad vnitatem ſpectat; ergo cōcludit, & D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. Dei c. 17. qui vtrumque ſexum inſtituit vtrumque reſtituet, & melius mihi ſapere videtur, qui vtrumque ſexum reſurrecturum eſſe non dubitant; Iſidorus Hiſpalenſis de officijs eccleſiaſticis lib. 2. c. 23. inquit: eam ſpem Reſurrectionis habemus, vt eo ordine, & ea forma, qua & ipſe Dominus reſurrexit è mortuis, & nos reſurrecturos credamus, in eodem corpore in quo ſumus, vel viuimus non naturam, vel ſexum mutantes, ſed tantum fragilitatem, vel vitia deponentes.

22 Inde ſequitur quodlibet corpus humanum reſurrecturum idē numero, quod fuit viuum, ita Scotus in 4. d. 43. q. 3. iuxta illud Iob. 19. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt; probatur ex D. Auguſtino lib. 22. de Ciuit. Dei. c. 20. vbi ait, & ſi om-

ni-

nibus perijſſet modis caro humana, nec vlla eius materies in naturę latebris remã-ſiſſet. Vndè vellet illam repararet omnipotens. Omnes Patres eccleſiæ, qui de reſurrectione loquuntur totã vim faciunt in vocabulo reſurrectio, quæ eſt eiuſdem, qui cecidit ſurrectio, & in hoc maximè efferunt Dei omnipotentiam, ſi autem idẽ numero non deberet corpus reſurgere, non ſurgeret, quod cecidit, nec eſſet adeò mirandum de Reſurrectione cum alia noua corpora de eadem materia eſſent formanda, quia hoc quotidie contingeret, & quod eidem Animæ, eadem noua corpora informarent mirum non eſſet cum Pitagoras Philoſophus tranſmigrationem crediderit Animarum; Cum ergo adeò celebretur corporum reſurrectio, ideò fit quia eadem, quæ ceciderant ſurgent. Alias abſurda ſequerentur primum quod vnum numero corpus pateretur, & aliud numero corpus glorificaretur, 2. abſurdũ quod vnum corpus fuerit in delicijs ſæculi, & aliud in pœnis, quæ repugnant Diuinæ iuſtitiæ.

23 Omnes mortui reſurgent in ætate 30 vel 33 annorum, ita Scotus in 4.d.44. vbi docet cum cõmuni ſenſu Eccleſiæ, quemlibet eſſe reſurrecturum in tanta denſitate, & magnitudine quanta futurus eſſet in fine 30. annorum ſi vixiſſet. probatur ex Epheſ.4. vbi ait Apoſtolus. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei in virum perfectum in menſuram ætatis, plenitudinis Chriſti, quod probatur ex Magiſtro ſent. in 4. diſt. 44. omnes inquit in eadem ætate reſurgent, in qua Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, cuiuſcumque ætatis mortui fuerint, & ideò Apoſtolus, Epheſ.4. virum poſuit non vt diſtingueret ſexum, vt ſignificaret perfectionem virium, quam tunc habebunt, ita Magiſter; & cum dicit Apoſtolus omnes includit etiam pueros, & omnes alios, qui ad ætatem iuuenilem non perueniunt. Ita intelligunt omnes gloſſantes interpretes, & Doctores Theologi; nec excluduntur reprobi, prob. ex Magiſtro loco cit. vbi tria docet, & quod omnes in eadem ætate reſurrexit quæcumque illi ſint; & quod non omnes in eadem ſtatura, & tandem quod electi abſq; vlla deformitate; Reprobi verò cum ſuis deformitatibus, ergo quo ad ætatem eſt certum omnes futuros eiuſdem ætatis 30. vel 33. annorum ſecus, quo ad ſtatura, nã reſurgentes, ſiue electi, ſiue reprobi non omnes erunt eiuſdem ſtaturę, ſed alij alijs grandiores hoc ordine ſeruato, vt qui iuuenes, vel ſenes cum proportionata ſtatura deceſſerunt in eadem reſurgent, qui verò paruuli, vel ſenes cum parua, vel deformi reſurgent cum debita, & decenti. De reprobis adultis non eſt ita dicendum.

24 Omnes reſurgentes reſurgent cum ſuis corporibus integris, & incorruptibilibus eſt cõmunis, & de fide, iuxta illud 1. Cor. 15.62. canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, Gloſ. Interlin. ait ideſt ſine diminutione membrorum, nam corpora omnia reſurgent, vel ad præmium æternum, vel ad pœnam æternam, ergo debent reſurgere incorruptibilia, alias vox poſſent ſempiterni durare; Vndè autem oritur incorruptibilitas, hæc an ex ſola extrinſeca Dei conſeruatione an verò ex intrinſeca eorum qualitate probabiliter ſuſtineri poteſt, quod proueniet ex negatione concurſus Dei non concurrentis ad eorumdem corruptionem corporũ. Pro huius, & dicendorum intelligentia nota, nam eſt corpus humanum generatim loquendo intrinſecè eſſe mortale, & corruptibile triplici corruptibilitate vna omnibus ſub lunaribus, ſiue ſimplicibus, ſiue mixtis comunis 2. verò propria, & ſolis viuentibus conueniens, 3. pariter ſolis viuentibus conueniens, 1. comunis omnibus compoſitis eſt ex ipſa compoſitione, quia nimirum materia eſt capax aliarum formarum, & proindè ab agente extrinſeco deſtrui poteſt formati actu exiſtens, & qualitates, quæ ad eam conſeruandam erant neceſſariæ, & ita regulariter oritur corruptio, 2. corruptibilitas corporis animati oritur ex eo quod compoſitum eſt ex tali qualitatum mixtione, ac temperamento, vt etiam ſi nullum ad ſit externum

cor-

corrumpens ad huc per cauſam internam poſſi corrumpi, vel ex defectu alimenti, vel ex pugna qualitatum, & exceſſu caloris in humidum, & è contra 3. corruptibilitas prouenit ex diuiſione continui.

25 Vna, & intrinſeca cauſa incorruptibilitatis corporum reſurgentium erit ſpiritalitas, de qua infra corpus autem Reſurrecturum erit ſpiritale, non quia ſit futurum ſpiritalis ſubſtantia, ſed quia modo ſpiritali viuet non egens alimentis ſicut nunc, ſed viuet ex ſola Animæ informatione, ergo &c. 2. & principalis cauſa internæ, & externæ incorruptibilitatis corporum reſurgentium erit externa Dei protectio impediens internas, & externas cauſas, ne in ea agant corruptiuè, vel eis non cauſans ad corruptionem; Incorruptibilitas corporum reſurgentium non erit ſicut Incorruptibilitas Adæ, & Euæ in ſtatu Innocentiæ, quæ & alijs fuiſſet communicata ſi ſtatus ille permanſiſſet, nam primo licet non eſſet moriturus ex neceſſitate naturæ, nec fuiſſet mortuus ſi non peccaſſet tamen intrinſecè erat potens mori ſi vellet, vt experimento accidit, ſed corpora reſurgentium non poterunt mori, neq; deſtrui etiam ſi voluerint. Hoc enim maximè eligerēt damnati ſi poſſent, vt ſe ab extremis doloribus liberarēt, ergo iſta incorruptibilitas non eſt illi ſimilis, quod totum referendum eſt ad illam Diuinam protectionem prohibentem, & impedientem cauſas corrumpentes, & ad mortem diſponentes.

26 Corpora igitur omnia, tam electorum ſurgent non animalia, ſed ſpiritali, prob. ex 1. Cor. 15. ſeminatur corpus Animale, & ſurget corpus ſpiritale; Hæc igitur veritas eſt de fide corpus, quod reſurget dicetur ſpiritale non quia conuertendum ſit in ſpiritum, ſeu ſpiritualem ſubſtantiam, ſed quia cibo non indigebit, & ſic à ſolo ſpiritu, nempè Anima viuificabitur, & etiam ſpiritui totaliter ſubdetur, probatur 1. pars ex hoc quod doctrina contraria fuit hæreſis Eutichij, qui docebat carnem humanam in Reſurrectione futuram inuiſibilem, & impalpabilem de qua conuictus eſt à S. Greg. tunc Legato Apoſtolico Conſtantinopolitano, ac proindè morti proximus deteſtatus errorem carne manu aſſumptam confeſſus eſt in eadem carne omnes eſſe reſurrecturos, Prob. vtraque pars, nempè 1. & 2. ex gloſſam c. 15. vbi ait ordinaria in Verbo ſurget ſpiritale, 1. tranſiens in naturam ſpiritus, qui agile leue cibis non indigens, 2. dicit ſurget ſpiritale non dicit ſpiritus, vt corpus vertatur in ſpiritum, vt quidam poterat, Vndè Dominus dicebat palpate, & videte, quia ſpiritus &c. ſed ſpiritale, quia ſpiritui plenè ſubditur, nec iam repugnabit, ne alimentis egebit &c.

27 Reſurrectio ſumpta pro actione, vt idem ſit, quod reſuſcitatio actiua non eſt naturalis, pro vt naturale contradicit liberè, ſed eſt libera, Deus enim qui eſt cauſa efficiens ſuprema Reſurrectionis eſt indifferens ad reſuſcitandos omnes mortuos, & licet poſt decretum ab æterno ſtabilitum videatur de neceſſitate illud exequendum; Hæc neceſſitas tamen eſt ſuppoſitionis non abſoluta, ad extra enim Deus operatur liberè, eſt etiam ſupernaturalis ſi comparetur ad Agens naturale creatum, nullum enim agens tale poteſt ad hoc pertingere, vt mortuum aliquem reſuſcitet, & licet Dæmon ſit tantæ virtutis, vt non ſit poteſtas in terra, quæ comparetur ei excedat, quæ omnes homines ſcientia, & potentia non poteſt tamen ſuſcitare vnum mortuum; Immò quod refertur 1. Regum c. 28. de Samuele per Pithoniſſam reſuſcitato falſum eſt, quod reſuſcitatus ſit, ſed præſtigio Pythonis apparuit ſpecies Samuelis, ita ex capite, nec mirum 26. q. 5. Tandem ſi Reſurrectio comparetur ad paſſiuam potentiam eſt ſolum naturalis prout naturale opponitur violento, nam ſemper Anima rationalis retinet naturalem inclinationem ad ſuum corpus tanquam propria forma ad ſuum Informabili; Cum ergo per Reſurrectionem Anima rationalis reuniatur corpori humano perfectè organizato tanquam ſuo informabili talis Reſurrectio erit naturalis non violenta.

28 Col.

28 Collectio puluerum, ſeu partium in quas fuerunt conuerſa corpora, & earum adductio ad locum Iudicij, vel ad alium in quo formanda erāt corpora fiet in tempore, ita Scotus in 4.d.44.q.5. & communiter Theologi, nam hæc collectio, vel adductio fiet Angelorum miniſterio, ergo non poteſt fieri in inſtanti Angelus enim non poteſt mouere corpus localiter in inſtanti; Deſtructio pulucrum productio formæ corporis, & formatio omnium Corporum erunt in inſtanti, nam omnia hæc fient non virtute Angeli, ſed virtute Diuina, ergo in inſtanti, nam viruti Diuinæ nihil reſiſtit, quin hæc omnia operetur in inſtanti, nam in inſtanti potuit corpus Chriſti formare in vtero Virginis, illudq; animare, ergo &c. Item quia in inſtanti vno formauit Adam, & in alio Euam, ergo; Tandem etiam Animæ infuſio fit etiam in inſtanti, nam Anima cum primo vnitur corpori organizato completè in inſtanti vnitur, ergo cùm reunituri eidem eodem modo organizato in inſtanti reunitur conſequentia, probatur non eſt maior ratio de illa, & hac vnione, nullibi enim poteſt eſſe, quia ſucceſſio, quia nullibi poteſt eſſe reſiſtentia.

29 Probabile eſt reſurrectionem mortuorum generalem futuram in die probatur ex Lirano in c.5.epiſt.1.ad Teſal. Verbo dies Domini ſicut fulgur in nocte vbi ſic habet; Non per hoc intelligendum, quod Dominus venturus ſit ad Iudicium tempore noctis, ſed magis clara die &c. & ex Ioan.6.V.40.& 55.vbi Chriſtus habet, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die Liranus habet, & patet ex dictis, quod nouiſſimus dies erit dies reſurrectionis generalis, Item probabile eſt futuram reſurrectionem in hora qua Chriſtus reſurrexit, probatur ex Rabano Mauro l.5.c.8. de vniuerſo vbi habet Chriſtus eadem hora, qua reſurrexit ad iudicandum venturus eſt, ſequitur quod in hora qua reſurrexit Chriſtus fiet reſurrectio; Item probabile eſt, quod reſurrectio facienda ſit (vt ſupradictum eſt) in eiſdem locis in quibus reperientur defunctorum pulueres, vel maior eorum pars ſic expreſsè tenet Richardus in 4.d.43.art.5.q.3. Hæc omnia probabilia dicuntur, quia ex ſcripturis nihil certi poſſumus affirmare, niſi quod reſurrectio corporum fiat in oſtenſionem, & exercitium Diuinæ Iuſtitiæ in premio bonorum, & ſupplicio malorum in Anima, & corpore eſt ſent. comunis, & tenenda de fide.

De Iudicio finali, & Inferno damnatorum. Articulus 5.

1 DVplex futurum eſt à Deo de humanis actionibus Iudicium primum priuatum, & ſingulare in morte cuiuſcumque, Alterum generale exercendum in fine mundi; De primo loquens D. Ambroſius tomo 1. lib. de bono mortis cap. 3. diſertiſſimè dixit cum *Tertulliano* ſtatutum eſt omnibus ſemel *mori, & poſt* mortem iudicabitur vnuſquiſque, iuxta opera ſua, ante mortem nulla eſt perfecta laudatio, & quidem rationabile erit hoc iudicium, cum enim in morte tempus benè malique agendi vt finitum par eſt omnino, vt vnuſquiſque de vitæ ſuæ actionibus Iudicium quale quidem pro meritus eſt ſubeat; cur enim iſtud vlterius differatur? Hæc certè dilatio multum affligeret iuſtos de ſua ſalute incertos, neque hæc afflictio *ijs* ad ſalutem quidquam prodeſſet; Immò probi ſicut, & improbi toto tempore inter mortem, & ſupremum Iudicium interiecto forent æquales ob ſtatum dubitationis, & *formidinis* plenum; Iuſtum igitur eſt, vt in ſua vnicuique morte ſententia pronuncietur æqua intelligat quiſque de ſe futurum ſit tota æternitate.

2 De altero Iudicio hoc eſt vniuerſali non defuerunt antiquitus, qui malè ſentirent ipſumq; abſolutè negarent futurum quorum primi fuerunt Saducæi, qui reſurrectionem Vniuerſalem negantes neabāt

etiam Iudicium : eos poſtea ſecuti ſunt Simon Magus, Menander, Carpocras, & Gnoſtici deinde Manichæi, vt refert Philaſtrius, quem errorem poſtea renouarūt Albigenſes; Hæretici autem moderni, vt Caluiniſtę, & Lutherani circa modum errarunt licet futurum vniuerſale Iudicium confeſſi ſunt; e contra Scotus in 4.d.47.q.1.cum fide Catholica docet in fine mundi faciendum eſſe iudicium Vniuerſale ante Tribunal Chriſti, vbi omnes homines poſt generalem corporum reſurrectionem iudicandi ſunt ; ſic teſtantur paſſim ſacræ ſcripturæ. Iſaias c.13. Dominus ad iudiciū veniet &c. Ioel 2. conſurgant, & aſcendāt Gentes in Vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo, vt iudicem omnes Gentes. Ad Rom. 14. omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti & 2.Cor.5. omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti &c. ſic aſtruitur in Symbolis Apoſt. Niceno, Conſtantinopolit. & D.Athan. ſic definiunt de fide Nicenum Concil. Conſtantinopolit. & Later.4. Tandem Antiqui Patres, & communiter Scholaſtici idem docent, & defendunt; Non indiget probatione, ſatis eſt dicere eſſe articulum fidei.

3 Et ne procedamus inęquiuocis ex Scoto loc.cit. notanda ſunt hęc ſignificata huius nominis Iudicium 1. enim generaliter accipitur pro quacumq; certa notitia diſtinguente vnum obiectum ab altero ſic 2. de Anima textu 145. ſenſus comunis dicitur iudicare de ſenſibilibus diuerſorum ſenſuum; 2. ſumitur Iudicium pro intellectuali certa apprehenſione, & ſic definitio rei dicitur Iudicium de veritate illius ſic in 1.Ethic. cap.3. dicitur vnuſquiſque benè iudicare, quæ cognoſcit, 3. ſumitur Iudicium pro notitia alicuius veri complexi reduplicatiuè, quia in cognitione complexi vnum comprehenditur per aliud ideſt per terminos. Ideò ex 1. Poſt. c.6. principia cognoſcimus in quantum terminos cognoſcimus, 4. ſumitur pro notitia veri complexi per modum concluſionis cuius quidem veritas nedum per terminos, ſed per principia cognoſcitur 5. ait Scotus ſpecialius ſumitur pro concluſ. practica, quia Iudicium eſt dictamen Intellectus practici 6. pro concluſ. legis dictantis reddenda eſſe præmia benemeritis, & ſupplicia meritis 7. magis propriè ſumitur Iudicium pro determinationi certa de premijs, & ſupplicijs reddendis 8. ſtrictiſſime Iudicium ſumitur pro determinatione authentica alicuius habentis authoritatem de reddendo alijs 2.eorum merita, quæ quidem determinatio includit determinationem Intellectus, & etiam voluntatis efficacis ad exequendam determinationem Intellectus.

4 Iudicium hoc modo acceptum, inquit Scotus diuiditur in approbatiuum, & condemnatiuum; Cum enim Iudici eſt manifeſtum aliquem eſſe præmiandum, quia meruit, & determinat ei dandum eſſe præmium, atque in effectu dat eſt Iudiciū approbatiuum; ſi verò eſt ei manifeſtum aliquem habere demerita, & ideò mereri ſupplicium exercet Iudicium condemnatiuum, & de vtroque erit præſens tractatus. In hoc finali, & vniuerſali Iudicio oſtendet Iudex, & exercebit ſuam Diuinam iuſtitiam diſtributiuam, vt clarè patet. Matth.25. vbi habetur. Tunc dicet his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum vobis paratum à conſtitutione Mundi eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c. Hac autem tota ſententia approbationis pro electis lata, veniet ad condemnatoriam contra reprobos, quam ſic pronunciabit; Diſcedite à me maledicti in Ignem æternum, qui paratus Diabolo, & Angelis eius eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare &c. & inquit textus; Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam, & ita completum erit Iudicium; Patet autem, quod nihil aliud ibi apparebit, quam Diuinæ iuſtitiæ manifeſtatio reddendo ſingulis iuxta opera ſua.

5 Sicut certiſſimum eſt, & de fide Iudicium vniuerſale futurum eſſe in fine Mundi, ita incertum eſt præciſum, ſeu determinatum tempus, vt annus menſis dies & hora in qua erit Iudicium tale, quod

etiam eſt de fide;prob.ex Mat.24.vbi poſt quam ſaluator prædixit ſuum aduentum ad iudicandum ait, de die autem illa, & hora nemo ſcit neq; Angelicæ cęlorũ,niſi ſolus Pater,& Marci 13.additur neq;filius hominis niſi Pater,& Gl.Ord in.in Matth. 24. ait in quibuſdam codicibus additur, neque filius, qui quidem omnia ſcit cum Patre, ſed non facit homines ſcire ſicut Apoſtolus, ait in eo eſſe abſconditos theſauros ſapientiæ,& ſcientiæ &c Non facit ſcire,quia inutiliter ſciretur, ſed ſemper ſimus incerti de aduentu Iudicis,vt ſic quotidiè viuamus, quaſi in alia die iudicandi ſimus. Hæc gloſſa; Quibus tamen non obſtantibus non deſunt ſigna indicantia iudicium,& tempus eius.Quorum primum ſignum remotum Iudicij venturi eſt totalis Imperij Romani defectio, probatur ex antiquis Patribus explicantibus illum locum 2. ad Theſ.2. ne terreamini quaſi inſtet dies Domini, ne quis vos ſeducat vllo modo quoniam niſi venerit diſceſſio primum; Hæc intelliguntur pro defectione Romani Imperij; Ita intelligunt Ambæ Gloſſæ Interlinearis, & ordinaria, Ambroſius, Auguſtinus, Hyeronimus, & alij.

6 Secundum ſignum quamuis remotum eſt promulgatio Euangelij in toto orbe, probatur ex Matth.24. vbi interrogantibus Apoſtolis dic nobis quando hæc erunt, & ſignum aduentus tui, & conſumationis ſæculi Chriſtus, ait videte ne quis vos ſeducat; & prædicens multa præcurrentia poſtea V. 14. habet, & prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus Gentibus, & tunc veniet conſumatio; Dices hoc ſignum non eſſe authenticum ſuum, iam inde ex tempore Apoſtolorum Euangelium fuit prædicatum in vniuerſo orbe, & tamen Iudicium adhuc non eſt factum, ergo Aſſumptum, probatur ex Rom. 10. 23. ſed non omnes obediunt Euangelio &c. ſed dico numquid non audierunt, & quidem in omnem Terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis Terræ Verba eorum; Reſpondetur ex Gloſſa ordinaria, Verſu in omnem dicente; Nec hoc tempore Apoſtolorum impletum eſt, ſed Spiritu ſancto reuelante videt implendum in poſteris;locutus eſt ergo pręteritiuè propter certitudinem prophetiæ; Dicendo igitur exiuit ſonus eorum, non ſolum de Apoſtolis, ſed & de eorum poſteris intelligi voluit,ſic & illud teſtes mihi eritis vſque ad vltimum terræ. Hæc Gloſſa,& valdè qua erat, quia dicens illis vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi intelligitur etiam de ſucceſſoribus.

7 Tertium ſignum minus remotum Iudicij eſt Antichriſti aduentus eſt de fide ex D.Mat. 24. vbi inter alia circa hoc ait Saluator ſurgent Pſeudo Chriſti, & pſeudo prophetæ, & dabunt ſigna magna, & niſi breuiati fuiſſent dies illi &c. Deinde ſubdit ſtatim; poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur &c. ſigna proximiora Iudicij ſunt, 1. aduentus Henoc, & Eliæ ad prædicandum contra Antichriſtum Apoc.18. 2. erunt ſigna in Sole, Luna,& ſtellis eſt de fide ex Lucæ 21. 3.erũt alterationes magnę in elementis eſt etiam de fide Lucæ 21. erunt terremotus magni per loca; In Scholaſt.Hiſt. ponuntur iſ ſigna referente Lirano, in 21. Lucæ V.25. 1.erigetur Mare 40.cubitis ſuper altitudines montium ſtans in loco ſuo quaſi murus 2.tantum deſcender,vt vix videri poſſit 3.Marinæ beluæ apparentes ſuper Mare dabunt rugitus, vſque ad Cœlum 4.ardebit mare, & omnes aquæ 5. Herbæ, & Arbores dabunt rorem ſanguineum, 6. Ruent ædificia 7. Petræ ad inuicem colliduntur 8. fiet generalis Terremotus 9. æquabitur Terra, 10.exibunt homines de Cauernis, & ambulabunt velut amentes, nec mutuo poterunt loqui 11.ſurgent oſſa mortuorum,& ſtabunt ſuper ſepulchra ſua 12.cadent ſtellæ 13.morientur viuentes, vt cum mortuis reſurgunt 14. ardebunt Cœlum,& Terra 15.fiet nouum Cęlum,& noua terra, & concludit Liranus. De veritate, ſeu falſitate iſtorum ſignorum Iudicium maioribus derelinquo, & ego puto in iſtis ſecundum eſſe dicto Saluatoris, & Iudicis, qui dicit Matth.24.de

die

die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cęlorum.

8 Ioſaphat Vallis erit locus in quo fiet Iudicium, ita Scotus in 4.diſt.47.quæſt.1. & comunis opinio, probatur ex Ioelis 3. congregabo Gentes, & deducam eas in valle Ioſaphat; & diſceptabo cum eis ibi; qui locus non ita intelligitur eſſe vallis Ioſaphat, quaſi omnes iudicandi ibi capere poſſint, ſed quod in ea, & circa eam erunt reprobi, ita expreſsè Scotus loco citato, & Diuus Thomas in 4. diſt. 48. artic.1.ad 5. ait dicendum, quod creditur Chriſtus circa Montem Oliueti deſcenſurus ad Iudicium vndè aſcendit cui Monti ſubiacet vallis Ioſaphat; Vbi peccatores congregabuntur, vel etiam omnes iudicandi, & circa illum locum quantum ſufficiens erit, & tunc electi præſentes in Iudicio non manebunt in Terra, ſed in aere cum ipſo Chriſto reprobi autem in Terra dicente Apoſtolo 1. ad Theſſalonicenſ.4. & mortui, qui in Chriſto ſunt reſurgent primi; Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in vera, & ſic ſemper cum Domino erimur, loquitur Diuus Paulus de electis, qui viui reperientur dicit ſe cum alijs electis mortuis reſurgentibus iturum obuiam Chriſto venienti ad iudicandum in aere in quam occurrent, & 15. ſemper cum Domino erunt; Igitur Chriſto iudicante exiſtente in aere ſupra montem Oliueti ibi etiam erunt corpora electorum.

9 In quo loco Diui Pauli, D. Ambroſius, ait reſurgentibus, ergo primis qui in Chriſto mortui ſunt, deinde nos qui viuimus rapiemur vna cum illis baulis nubibus obuiam Chriſto in aera, vt omnes cum Domino veniant ad prætium, & quos occiderunt videant viuos, quia ſicut Domino famulatæ ſunt nubes, ita & his quos fratres ſuos dignatus eſt appellare, & ſic ſemper cum Domino erimus; Hæc Ambroſius qui, & mortem in ipſo raptu, & ſuſcitationem eorum coram ipſo faciendam aſſeuerat, & ſic viui eſſe cum Domino poſſint, ergo in aere manebunt electi vbi manebit, & Chriſtus, alioquin non erunt ſemper cum eo Chriſtus Dominus erit ſupremus Iudex in finali Iudicio, eſt de fide probatur ex illo Mat. 25. cum autem venerit filius hominis in Maieſtate ſua &c.& Mat.19. Amen, amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis &c. & Ioan.5.omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei &c. Veritas hæc eſt certiſſima de fide non eget vlteriori probatione Scotus etiam vt pius, & Catholicus eam confitetur in 4.d.48.Pręmiſſis iam prædictis, nempè in Sole, Luna, & ſtellis in Mari, & in Terra; Præmiſſo magno per Angelos tubæ ſonitu, quo homines reſurgendo, & ignis conflagratione immediatè ante Chriſti apparitionem antetbit.

10 Apparebit in aere ſignum Crucis riſplendentis, & tunc parebit ſignum filij hominis Matth.24.Gloſſa Interlin.ſignum Crucis, vt videant in quem transfixerunt; Poſt Crucis ſignum tanquam fulgur apparebit Chriſtus cum ſplendore magno, & poteſtate, & Maieſtate eſt de fide. Matth.24.ſicut fulgureſcit ab Oriente, & paret vſque ad Occidentem ſic erit aduentus filij hominis; & Lucæ 17. ſicut fulgur corruſcans ſub Cœlo in ea, quæ ſub Cœlo ſunt fulget, ita erit filius hominis in die ſua, vbi Gloſſa Interlin. In hac comparatione duas proprietates ex Chriſti apparitione colligit velocitatem, & ſplendorem erit Aduentus ſubitus, & corruſcans; Deſcendet cum comitatu Angelorum eſt de fide. Matth.25. cum autem venerit filius hominis in Maieſtate ſua, & omnes Angelis eius cum eo; nullus ergo Angelorum deerit, qui Chriſtum non comitetur, & omnes Angeli eius cum eo. Aderunt vniuerſi, & velut comitatus aulicus parebunt. Coniectura eſt veriſimillima (inquit Drexelius Tomo primo Pagina mihi 313. col.1.) Angelos incorporibus ſupra humanam dignitatem, & formam elegantibus omnium ſe aſpectui exhibituros. Cum enim Iu-

dicium hoc apparatu maximo ſumma gloria ſit tranſigendum æquum erit, vt Aſſeſſores, & Miniſtri Iudicis eum habitus ſplendorem præſeferant, qui augendæ Iudicis habitus Maieſtati omnium oculis cernatur; Quod ſi verè tubis vſuri ſint Angeli, & Domino ſuo Crucem prælaturi in aſſumptis corporibus hęc facturos.

11 Probabiliſſimum eſt Chriſtum deſcenſurum, & appariturum in regione Ieruſalem circa Montem Oliueti, & vallem Ioſaphat non in Terra, ſed in Aere, vt ſupradictum eſt conſtipatum agminibus, & virtutibus Cœlorum diſpoſitis, vt ſupra Chriſtus Ieſus igitur apparebit in forma humana omnibus, tam electis, quam reprobis, & principaliter, ſeu authoritatiuè omnes Iudicabit, vt Deus. Ioann. 5. Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & filius, quos vult viuificat; dicamus, & nos, & pariter Spiritus ſanctus eodem modo viuificat, quia opera ſanctiſſimæ Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa Chriſtus iudicabit etiam, vt homo poteſtate tamen ſub authoritatiua, Scotus in 4. diſtinctione 48. quæſt. 1. ſeu delegata, & commiſſaria, ſed excellentiſſima qua maior, nequit dari inter Creaturas, probatur ex illo Ioann. 5. Pater non iudicat quemquam, ſed omne Iudicium dedit filio, & poſt aliqua, & poteſtatem dedit ei Iudicium facere quoniam filius hominis eſt ergo, vt homo iudicaturus eſt; Apoſtoli in iudicio iudicabunt ſedentes cum eo tanquam aſſeſſores Iudices eſt de fide, Matth. 19. ſedebitis, & vos ſuper ſedes iudicantes, Angeli etiam aſſident in Iudicio, vt aſſeſſores, & vt Iudices iudicabunt, Matth. 16. filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

12 S. Ephrem de extremo Iudicio inquit horrendum erit Iudicium &c. vbi aſſiſtent millia millium, & decies centena millia Archangelorum, Cherubim, & Seraphim ſanctorum Prophetarum, atq; Apoſtolorum Chori. Sācti ſeu Iuſti perfecti in Iudicio cum Chriſto iudicabunt 1. Cor. 6. An neſcitis quoniam ſancti de hoc mūdo iudicabunt, & ſi in vobis iudicabitur mundus indigni eſtis, qui iudicetis de minimis, immò omnes electi iudicabunt reprobos Iudicio condemnationis, ſic Iudas in ſua Epiſt. canonica, ecce veniet Dominus in ſanctis millibus ſuis facere Iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum &c. quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij; Gloſſa Interlin. ſanctis millibus, qui cum eo iudicabunt; In Iudicio comparebunt omnes homines, ſiue fideles, ſiue Infideles, ſiue electi, ſiue reprobi, ſiue paruuli, ſiue adulti; Iuxta illud Ioelis 3. congregabo omnes gentes, ergo nullus excluditur ſimiliter, Matth. 25. & congregabuntur ante eum omnes Gentes; In hoc Iudicio aderunt Angeli boni, & mali. Matth. 25. & omnes Angeli eius; Vbi Liranus, ait tum propter honorem Iudicis, tum propter executionem Iudicij, quia miniſterio Angelorum ſanctorum deducentur electi ad Cœlum; per malos Angelos reprobi deducentur, & trahentur in Infernum.

13 Si ſermo ſit de Iudicio retributionis operum omnes homines iudicabuntur eſt de fide. Matth. 16. filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius, Gloſ. Interlin. vni ſui ideſt omni nationi ſexui &c. & 2. Cor. 5. omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum electi iudicabuntur Iudicium approbationis, & dicetur eis: Venite benedicti &c. Reprobi verò iudicabūtur Iudicio damnationis, & dicetur eis. Ite maledicti &c. & non tantū condemnabuntur homines reprobi, ſed etiā mali Angeli Iudas enim Apoſt. in ſua canonica, ait Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium in Iudicium magni diei vinculis æternis reſeruauit, vbi Liranus Ange-

los

los , qui non ſeruauerunt ſuæ conditionis nobilem ſtatum,ſed dereliquerunt Cęlum empireum , in quo creati ſunt , & ab illo eiecti fuerunt reſeruauit Deus , vſque ad tempus extremi Iudicij vinculis æternis (datiui caſus) in Inferno recluſi ; Hæc Liranus, quæ ſic puto intelligenda , quod licet nunc damnati ſint iudicio particulari,& quaſi priuato tunc generali, & publica ſententia damnabuntur.

14 Omnia opera omnium hominum ſiue interna, ſiue externa cuiuscumq; ſiue lecti,ſiue reprobi aperientur,& examinabuntur , tam commiſſa , quam omiſſa in Iudicio eſt de fide, ita Matth.12. dico autem vobis quoniam omne Verbum otioſum,quod locuti fuerint homines reddent rationem Deo in die Iudicij , & 2.Cor.5. omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſque propria corporis,prout geſſit,ſiue bonum, ſiue malum, ergo electorum, & reproborũ opera,ſiue bona, ſiue mala diſcutientur in Iudicio ; nam Iudicium finale inde dicitur vniuerſale , quia & omnes homines , & omnia eorum opera in eo iudicabuntur ; ſi enim diſcuſſio meritorum, & demeritorum facienda eſt , vt & iuſtè retribuatur cuilibet, vel premium, vel ſupplicium de neceſſitate erunt omnia diſcutienda cum pro omnibus , & non aliquibus retributio ſit facienda . Matth. 10. Quicumq; potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquę frigidæ in nomine diſcipuli ; Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam , vbi Gloſſa Interlin. in cap.19. Iob in fine V.61. Germen , vbi habet Germen hypocritæ occultum eſt , quia & ſi pateat operatio latet cordis intentio, tunc cogitatio detegetur in die Iudicij omnium reproborum mala opera dicta,& cogitata fient noua,& manifeſta. Naum.3.reuelabo pudenda tua in facie tua , & oſtendam Gentibus nuditatem tuam,& Regnis ignominiam tuam.

15 Non tantum reproborum mala opera , ſed etiam bona opera in die Iudicij erunt omnibus manifeſtas Lucas Euangeliſta 11.probat Viri Niniuitæ ſurgẽt in Iudicio cum generatione hac , & condemnabunt illam , quia pænitentiam egerunt in prædicatione,& Matth.7. multi dicent in die illa ideſt Iudicij, Domine in nomine tuo prophetauimus,& Dæmonia eiecimus , & in tuo nomine virtutes multas fecimus, ergo opera iſta bona erunt manifeſta; etiam electorum de licita in die Iudicij erunt , nota probatur ex 2. Cor. 5. omnes enim non manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti , vt referat vnuſquiſque propria corpora prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum , ergo tam bona opera , quam mala omnium erunt patientia ; Probabile eſt , quod electi videbunt omnia propria merita,vel demerita condonata per pęnitentiam in indiuiduo à diſtinctè per oſtẽſionem Dei in Verbo,quod non repugnat, nec ex parte Dei oſtendentis,neq; ex parte Creaturæ videntis, & ſic faciendo non ſunt neceſſaria tot miracula,quæ facienda ſunt ſi aliter oſtendantur eorum facta dicta aut cogitata,ergo &c. Antecedens patet ex parte vtriuſque , ex parte quidem Dei,quia Deus eſt obiectum voluntarium Beatorum, ergo poteſt ad libitum rappreſentare beatis , quicquid ſibi bonum visũ fuerit ; Nec etiam ex parte Creaturæ videntis , quia eſt capax naturaliter cuiuſcumque cognitionis , nec prædicta ſunt extra latitudinem naturalis obiecti .

16 Probabilius eſt , quod tam electi , quam reprobi in ſua propria conſcientia videant omnia propria facta dicta, & cogitata,ad hoc inclinat Scotus ex cuius doctrinam in 4.d.47.q.1.notandum eſt pluribus modis fieri poſſe hanc oſtenſionem , ſeu manifeſtationem 1. vt Deus oſtendat omnia facta dicta, & cogitata diſtincti,& ſingulariter in ſe ipſo , & miraculosè 2.vt ſinat Intellectum cuiuslibet conſiderare ſuo modo naturali facta propria deinde facta aliorum, & ad hoc ait Scotus requiritur maximum tempus. 3. Probabile eſt, vt vnicuique manifeſtentur merita , vel demerita propria in particulari , & merita,& demerita aliorum in generali,& hoc 2. vel concipiendo ſingulas perſonas tamen hanc,vt iuſtam pręmiandam propter merita in generali concepta , illam verò ,

vt iniuſtam propter demerita eius concepta in generali puniendam, vel non ſingulas perſonas concipiendo in ſpeciali, ſed tam perſonas, quam merita in generali V.G. omnes relictos in terra, vt reprobos, ac puniendos abſortos verò in verè cum Chriſtos, vt iuſtos, & præmiandos. Ita Scotus, & quomodo hoc fiet Deus ſolus ſit; Ideò Origenes tract. 7. in Matth. id egregiè docet dicens volens Deus ventilare omnium mentes, vt vnuſquiſque ſentiat proprios actus bonos, vel malos citò omnia ab omnibus omni tempore geſta ſinguliſque faciet in mente ineffabile quadam virtute oſtendi.

17 In Iudicio vniuerſali aperientur libri eſt de fide, iuxta illud Danielis 7. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Vbi Gloſſa Ordin. ait libri aperti ſunt conſcientiæ, & opera ſingulorum in vtraque parte bona, vel mala omnibus reuelabuntur; Idem habet D. Ioann. in Apocal. 20. 12. vbi habet, & vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu Throni, & libri aperti ſunt, & paulo poſt ſubdit, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum. Ita quod libri qui aperientur non erunt materiales libri, ſed conſcientiæ ſingulorum, in quibus omnium opera legentur, eſt comunis ſententia. Hinc Ioan. Damaſc. orat. de Defunctis; De iſtis libris ſic ait; In ampliſſimo illo ac generali theatro quemadmodū actiones hominum omnium detectæ, ita omniam quoque facies omnibus notę, atque conſpicuæ erunt, quoad vſque omnes à ſe inuicem ſe iungentur, atque quem ſibi quiſque locum parauit in eum mittatur, & D. Bernardus lib. de interiori domo cap. 58. omnibus Populis nudabuntur iniquitates tuæ, & cunctis agminibus patebunt vniuerſa ſcelera tua non ſolum actuum, ſed etiam cogitationum; Multa verò peccata tunc pro mente ex improuiſo quaſi ex inſidijs, quæ modo non videt, & forſitan plura, & terribiliora his quæ nunc vides (& poſt multa) latere erit impoſſibile apparere intolerabile.

18 In Iudicio meritorum, & demeritorum diſcuſſio, & ſententię prolatio probabiliter fiet in inſtanti, prob. per D. Auguſtinum lib. 20. de Ciuit. Dei c. 14. de Iudicio loqnens, & denudatione omnium operum, ait quadam namque Diuina fiet, vt cui cum ſua opera bona, vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernuntur, vt accuſet, vel excuſet conſcientiam, ſcientia, atque ita ſimul, & ſinguli iudicentur, ergo ex eo videtur Iudicium non in tempore, ſed ſimul, & inſtanti faciendum, tam quo ad diſcuſſionem, quam quo ad ſententiam. Aliqui tamen diſcuſſiones narratæ in Euangelio, & ex illis ſecuta ſententia fiet in tempore; Nam prius dicet electis; Venite benedicti Patris mei. Mat. 25. facta eorum diſcuſſione circa opera ſua; Deinde conuerſus ad reprobos facta pariter eorum operum diſcuſſione dicet: Ite maledicti &c. Quæ omnia ſic ſucceſſiuè facta iudicantur eſſe facta in tempore licet breuiſſimo, quę omnia an ſint pronunciata vocaliter, vel intellectualiter non conſtat ex ſcripturis; alterutrum eſt probabile; probabilius tamen ſaltem parum ante; dictam diſcuſſionem, & eorum ſententiam faciendam eſſe vocaliter, ne hoc repugnat, immò valdè conſonum eſt Euangelio, quod iſtæ diſcuſſiones, & ſententiæ fiant vocaliter alioquin modo quodam muto omnia eſſent peragenda cum tamen, & Iudex, & omnes homines, ibi congregati vocaliter poterūt loqui; Neque ex hoc ſequitur illud inconueniens, quod prolixum tempus exigeretur; breuiſſimo enim tempore prædicta Euangelij Verba proferri poſſunt.

19 Circa tempus Iudicij Mundus igne conflagrabunt eſt de fide. Deut. 32. Ignis accenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad Inferni nouiſſima, deuorabitq; Terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet, quod licet videatur dictum de euerſione Iudæorum, Liranus tamen ait intelligi etiam de igne, qui pręcedet Iudicium. Pſalm. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit per circuitum. Gloſſa Interlin. ait per totam orbem. Conflagratio Mundi, per ignem litteraliter acce-

ceptum incipiet ante Iudicis aduentum, iuxta citatum Pſalm. 96. Ignis ante ipſum præcedet Liranus ibidem, ait ignis conflagrationis, qui præcedet Iudicium, & inflamabit, quia ſecuta ſent. Iudicis reprobi illo igne inuoluentur, & in Inferno ſic recludentur. Vide Scotum in 4.d.47.q.2. vbi innixus prædicto q.6. Ignis ante ipſum præcedet cum Magiſtro ſent. dicit conflagrationem ante Iudicium incepturam omnia elementa, & mixta, quæ ſunt in mundo ſublunari igne combuſſuram. Probatur ex 2. D. Petri c. 3. Cœli autem, qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt reſeruati igni in die Iudicij; & poſt aliqua Cęli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem, & omnia quæ in ipſa ſunt exurentur.

20 Et poſt aliqua Cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent Gl. Ordin. V. Cœli dicit aerem, & terram eſſe igni reſeruata tempore Iudicij; & Verbo elementa, ait 4. quibus mundus ſubſiſtit maximus ille ignis abſumet. D. Bonau. in 4.d.47.q.3.n.24. diffusè probat omnia elementa eſſe purganda per ignem duplicē; aſſignat purgationem vnam à fęditate peccati aliam à vetuſtate, & proindè ignē aſcenſurum vſque ad vltimū ſferæ ignis; Probabile eſt, quod ignis elementaris non conflagrabit, quia vbicumq; in ſcriptura ſit mentio de conflagratione Mūndi numquam ignis, neq; Interpretes illum nominant. Confirmatur ex 2. Petri c. 3. Cęli magno impetu tranſient; Interlinearis ait tātum aſcendet Iudicij ignis quantum aſcēdit aqua diluuij, ſed aqua diluuij non peruenit ad ſpheram ignis elementaris, ergo 2. Gloſ. Interlin. Ignis conflagrationis non aſcendet vſque ad spheram ignis elementaris, & quia in igne elementari nulla erit infectio purganda, neque infectio contracta ex peccato hominum, vel ex mixtione peregrinarum infectionum, ſeu impreſſionum, & tandem quia ignis non naturaliter combuſtibilis.

21 Richardus in 4.d.47.ar.2.q.1. probat ignem conflagrationis eſſe eiuſdem ſpeciei cum elementari, & quod ſicut Mūdus per diluuium perijt aqua eiuſdem ſpeciei cum noſtra; ita fiet in purgatione nouiſſima per ignem, ſic enim non eſſet eiuſdem ſpeciei Deus deberet nouam ignis creare, quod habet pro inconueniēti fruſtra enim quæritur nouus, aut diuerſæ ſpecie ignis cum per elementarem, & artificiales ignes qui in terra ſunt poſſint omnia peragi, quæ de conflagratione Mūndi perhibentur, ita etiam Scotus in 4.d.47.q.2. & D. Th. in 4. d.47.q.2.ar.4. D. Bonau. in 4.d.47.p.2.q.1. Landulphus Cartuſianus de vita Chriſti p.2.c.87. inquit ignis per maximus aduentum Iudicis pręueniet, & faciem eius pręcedet, quia virtute Diuina non ſolū ignis, qui eſt in ſphera ſua, ſed etiam omnes ignes, qui in terra, & qui ſuper terram ſunt ad mundi conflagrationem concurrent; Eſt omnino incertum, quātus in principio futurus ſit ignis conflagratorius, & in quam mundi partem primo immittendus; licet quod videatur probabile, quod ab verè incipiet conflagratio; & congruum erit, inquit Richardus loco cit. vt pars illa ſuperior in qua Chriſtus debet iudicare prius purgetur.

22 Ignis, qui Iudicem præcedet, & quo omnia conflagrabunt an Cœlos æthereos conflagraturus ſit ſancti Patres partem ſuſtinent negatiuam ſupponitur enim in ſcriptura duo genera Cælorum nominarì, nempè æthereorum, qui ſunt ſuper omnia elementa, ſic cum dicitur creauit Deus Cęlum, & terram, & aereorum de quibus ſæpe, vt cum dicit volucres Cœli, & cataractæ Cœli; De iſtis modo non eſt ſermo, ſed de illis, quod ſcilicet non ſint conflagrandi D. Auguſt. probat, & declarat in Pſal. 10. opera manuum tuarum ſunt Cœli vbi ſic habet iam dixit perijſſe Cęlos per diluuium perijſſe autem nouimus Cælos, ſecundum quantitatem, & ſpacia aeris huius ſunt autem, & Cęli Cœlorum in firmamento, ſed vtrum illi perituri ſint igne an hi ſoli Cęli, qui etiam diluuio perierūt. Diſceptatio eſt aliquanto ſcrupuloſa inter doctos, nec facilè explicari poteſt, ita D. Auguſt. Igitur dicta ſuperius de Cęlis perituris ex epiſt. D. Petri intelligenda ſunt

de Cœlis aereis; alioquin ſi de æthereis loqueretur eſſet erroneum ſentire contrarium,& de hac re dubitare,omnes reprobi, qui ante Iudicium reperiuntur igne conflagrabunt, & ex eo morientur eſt communis ex Pſal.96.Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu Inimicos eius.

23 Ignis conflagrationis peruadet totam faciemter Maris, & aeris ad eam altitudinem ad quam peruenit aqua diluuij, ita comuniter probatur ex ſæpè citata 2. Epiſt. D.Petri c.3. Cœli autem, qui nunc ſunt,& terra repoſiti ſunt igni reſeruati in die Iudicij Liranus ibi ait, per terram intelligitur etiam elementum aquæ, quia non eſt ſeparata à terra, ſed partes aliquæ aquæ commiſcentur partibus terræ;Immò hæc eſt naturaliter impura; ſed audiamus D.Auguſt.li.20.de Ciuit.Dei ſic explicantem dictum locum D.Petri,poſſunt illi Cœli intelligi perituri, quos dixit repoſitos igni reſeruandos, & ea elementa accipi arſura, quæ in hac immundi parte ſubſiſtunt procelloſa ac turbulenta, ſed aqua eſt in hac ima parte, eſt quam magis quã alia procelloſa, & turbulenta, ergo etiam ipſa, eſt conflagratura ex mente D. Aug. Inſuper Animantia plantę, & cętera mixta,tam naturalia, quam artificialia omnia ignę conflagrare incipient ante iudicium, probatur ex 2. Petri c.3. Terra autem, & omnia, quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Vbi Liranus,ait non ſolum terra, ſed omnia, quæ in ipſa ſunt facta ac de ipſa producta exurentur, nam iſta omnia totaliter deficient, quia cum facta ſint in hominum vſum his deficientibus non erunt amplius neceſſaria.

24 Ad vberiorem notitiam iſtius generalis conflagrationis poſſumus addere etiam electos, qui ante iudicium viui reperientur conflagrabunt, vt complete purgentur,prob.per D.Hyeron.in illud Pſ. 96.ignis ante ipſum præcedet,vbi præ cęteris habet ignis,iſte quos conſumet?quicumque eſt lignum,& ſtuppa, & ſtipula; Qui autem aurum purgatum lapides pretioſi mittetur quidem in ignem, ſed mundior inuenietur; Inde oritur magna difficultas, an electi conflagratione morientur, vt docent aliqui, vel morientur in raptu tum obuiam Chriſto ibunt,vt docent Ambroſ.Auguſt.& Scotus,& vos ſuperius & hic cum ipſis;ſed vtraque opinio poteſt eſſe vera dicendo, quod in raptu quidem morientur, ſed mors ex igne accidet, non enim implicant hæc duo, ſed maximè cohærent,vt patet conſideranti;ex loco 1.ad Cor.c.3.colligi videtur,quod facta reſurrectione electi viatores, vel qui indigebunt purgatione,vel quorum Animę erunt in Purgatorio reaſſumptis corporibus ſint per ignem purgandi. Ait enim ibi D Paulus. Dies enim Domini declarabit, quia per ignem reuelabitur, vbi Gloſ. Ordin. Dies enim inquit declarabit ignis tribulationis,& extremi Iudicij, tamdiù durabit quo vſque purgandi ſunt, qui ſaluandi erunt.

25 His tamen non obſtantibus veriſimilius videtur electos tũc non eſſe ignem paſſuros, & purgationem hanc ante Reſurrectionem eſſe peragendum, quia electorum omnia corpora reſurgent impaſſibilia,& glorioſa, ergo non conflagrabunt igne,repugnat enim paſſibilitas, cum impaſſibilitate gloria cum pæna, ſeu tormẽto; & licet ſpeciale adſit Dei miraculum, vt in Chriſto Anima glorioſa in corpore paſſibili reperta ſit; Tamen fieri non poteſt,vt idem corpus ſit paſſibile, & impaſſibile glorioſum,& ſimul ſentiat dolorem. Concludendum igitur eſt Beatos cum Deo regnantes poſt corporum reaſſumptionem, vel ab igne non tangendos, vel ſi tangantur nihil ab eo patientur,neq; ſenſibiliter, neque alio modo per eum cruciabuntur,quia Beati cum Deo regnantes ſunt in poſſeſſione æternæ fælicitatis, & quietis, ergo nullo modo poſſunt aliquid oppoſitum pati, quia abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius,neque luctus,neque clamor,ſed nec vllus dolor,quia prima abierunt; Igitur cum Deo regnantes Beati in corpore reaſſumpto non patientur per ignem alias incideremus in alternatiuam

bea-

beatitudinis, & pœnarum Inferni in opinionem hæreticam origenis, & ſuorum ſequacium origeniſtarum.

26 Mundus poſt iudicium diſſoluetur, ſiue deſtruetur eſt de fide, iuxta illud Pſal. mi 101. Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt Cœli ipſi peribunt tu autem permanes, ergo 2. partem cœleſtem, & terreſtrem Mundus deſtruetur. Item Matth. 24. & Marci 13. Cœlum, & Terra tranſibunt; Verba autem mea non præteribunt, ergo mundus ſecundum Cœlum, & Terram deſinet eſſe, & Matth. 28. ecce ego vobiſcus ſum vſque ad conſumationem ſæculi, ergo Mundus conſumabitur, quæ conſumptio non erit 2. totam ſubſtantiam, ſcilicet materiam, & formam ſubſtantialem, Liranus loco cit. Pſalmi 101. ipſi peribunt ſic dicit, In fine Mundi Cœli peribunt non quo ad ſubſtātiam, ſed quo ad aliquam diſpoſitionem, quia corpora Cæleſtiæ ceſſabunt à motu cæleſti, & locali, & elementa à mutua actione, & alteratione ſubſtantijs eorum remanentibus; ergo licet diſſolutio faciōda ſit non tamen totaliter deſtruetur, ſic etiam colligitur ex Iſaiæ 30. vbi de futuris in fine Mundi habetur, & erit lux Lunæ, ſicut lux Solis, & lux Solis ſeptempliciter, ſicut Sol 7. dierum vbi Gl. Interlin. ait: Poſt Iudicium, & Cęlum erit nouum, & Terra noua, ergo Cœli renouabuntur quidem, ſed non deſtruentur totaliter 2. ſubſtantiam.

27 Idem probatur ex D. Chryſoſt. hom. 10. ad Populum Antiochenum. Cum enim reſurrexerimus, & incorrupta ſumpſerimus corpora tunc, & Cœli corpus, & terræ, & Mundi totius incorruptum; & immarceſcibile ergo non deſtruetur, ſed reuocabitur; ſimiliter probatur ex 2. D. Petri c. 3. nouos verò Cœlos, & nouam Terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, vt Gloſſa Ordin. Hieronymi non ait alios, ſed antiquos, & Veteres in melius commutandos; & poſt aliqua; Conſtat pro certo, quia conſumpti per ignem mox abeunte igne gratiorem reaſſument ſpeciem, & ex Haimone ſuper Epiſt. 1. ad Cor, cap. 7. tranſibit inquit ſpecies, & figura huius mundi per ignem remanebit ſubſtantia renouata, & meliorata per ignem ad hoc vt in æternum maneat, iuxta quod Salomon dicit terra in æternum ſtat; Cœli ætherei non mutabuntur ſubſtantialiter, ſed aquiſitiuè innouandi ſunt per augmētum luminis, probatur ex Iſaiæ 30. & erit lux Lunæ, ſicut lux Solis &c. Vbi Gloſ. Ordin. ait quia natura liberabitur à ſeruitute corruptionis non mirum ſi Luna Solis fulgorem recipiat Liranus verò ibidem ait, ſciendum quod ſecundum ſanctos Doctores, & Catholicos in finali Iudicio Mundus innouabitur, & meliorabitur ad augmentum gloriç electorum, qui in elementis, & incorporibus cæleſtibus melioratis videbunt clarius relucentiam Diuinæ virtutis, & bonitatis.

28 Decor autem corporum cæleſtium maximè conſiſtit in Luce, & ideò tunc augebitur, & hoc eſt quod dicitur erit lux Lunæ, ſicut lux Solis &c. & Iſaię 51. quando dederit Deus Cęlum nouum, & terram nouam, & tranſierit habitus Mundi huius, & Luna, & Sol laboris ſui, & curſus ſui præmia conſequentur, ita D. Hieron. Nec eſt certum an ſtellę 2. ſubſtantiam euellendæ ſint e Cælis, & caſuræ in terram tempore Iudicij vel poſt; & probabiliſſimum eſt non eſſe caſuras, ſed Saluatoris Verba ſunt aliter intelligenda, dum dicit Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuū, & ſtellæ cadent e Cœlo: Gloſſa Interlin. ait; Sol & Luna, & ſtellæ ad tempus ſuo lumine priuabuntur, ſed peracto Iudicio ac mundo innouato maius lumen recipiēt. Liranus verò, ait ſtellæ non cadent quantum ad earum ſubſtantiam, ſed ſecundum apparentiam, quia veræ ſtellæ abſcondentur propter nubium denſitatem, & de nubibus verſus terram deſcendent exhalationes ignitæ, quæ dicuntur ſtellæ cadentes; De veris ſtellis, idem dicendum eſt de Cœlis æthereis, & Sole, & Luna. Ita Liranus cuius ratio conſiſtit in hoc quod Sol, & Luna, & Sidera ſunt eadem ſubſtantia cum ſuis Cœlos ſicut, & ſtellæ fixæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ cum firmamen-

mento, quod dicitur Cœlum ſtellatum.

29 Poſt Iudicium ceſſabit motus Cælorum, Scot. in 4. d. 48. q. 2. & cæteri Scholaſtici, iuxta illud Apoc. 10. Angelus ceſſauit manum ſuam ad Cælum, & iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum &c. quia tempus non erit amplius igitur, neq; motus, tempus enim eſt die ratio motus, nam poſt Iudicium ceſſabunt generationes, & corruptiones, propter quas eſt neceſſarius motus voluntate, ita diſponente Liranus in illud Pſalmi 101. ipſi peribunt, ait Cæli peribunt quantum ad aliquam diſpoſitionem; quia corpora cæleſtia ceſſabũt à motu locali; Terra nec ante, nec poſt Iudiciũ deſtruetur totaliter, quo ad ſubſtantiam, eſt comunis probatur 1. ex Eccl. 1. generatio præterit generatio aduenit, terra autẽ in æternum ſtat vbi Liranus, ait Terra à parte eſt immobilis, & hoc intelligitur quantum ad partes inferiores propè centrum exiſtentes; Partes autem ſuperiores alterantur; Aeris ſubſtantia non deſtruetur totaliter Gloſſa Interl. in illud Iſaię 51. Cæli ſicut fumus liqueſcent, ait Cæli aerei liqueſcent dicit 2. figuram non 2. eſſentiã; Innouatio aeris in hoc præcipuè conſiſtet, quod à craſſis vaporibus per ignem depurabitur, & ab alijs impreſſionibus extraneis fiet magis Diaphanus, ceſſabit ab influxibus, & erit incorruptilis, prob. ex D. Bernardino Senenſi tom. 2. ſerm. 11. de Iudicio finalis, vbi ait Aer erit clarior, nec habebit impreſſiones, quas modo habet, & patitur, quia non erunt nubes, neque venti, nec pluuia, neque ros, neq; grando, neque tonitrua, neque fulgura.

30 Incertum videtur an ignis elementaris debeat ſecundum ſubſtãtiam deſtrui: tamen probabilius eſt, quod non prob. ex eodem D. Bernardino loc. cit. vbi ait ignis, aqua erunt puriores) vbi ait, & manebunt etiam ſecundum ſubſtantia totam, & ſecundum qualitates ſuas, quas nunc habent quantum ad habitum, non quantum ad vſum, quia cum in his duobus elementis magis vigeant qualitates actiuæ magis ſunt generationis, & corruptionis principium, & talis effectus eorum non erunt amplius, & propter hoc interire dicuntur. Innouatio ignis elementaris (elementaris dico, quia artificialis totaliter deſtruetur) in hoc dici poteſt conſiſtere, quia ſcilicet ab extraneis qualitatibus ſeparabitur, fiet clarior, & ceſſabit à motu circa terram, & ab actione combuſtiua; De aqua ſeu mari certum non eſt an ſit deſtruenda; Probabilius tamen, quod non 2. doctrinam D. Bernardini de Senis loco cit. Prob. ex D. Anſelmo in illud 1. ad Cor. 7. Præterit enim figura huius Mundi, præterit inquit figura Mundi non natura, tunc enim figura Mundi perfectè præteribit, quando conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus noſtris corruptibilibus congruebant ardẽdo plenius interibunt, atque ipſa Mundi ſubſtantia qualitates habere incipiet, ergo elementum aquæ ſicut, & alia 2. ſubſtantiam non deſtruetur, tandem prob. ex D. Chriſoſt. hom. 10. ad populum inter cætera docente; cum reſurrexerimus, & incorrupta ſumpſerimus corpora tunc, & Cœli corpus, & terrę, & mundi totius incorruptum erit, & immarceſcibile, ergo cætera elementa mundi ſicut, & Cœlum, & Terra integra remanebunt 2. ſubſtantiam.

31 Animæ tempore reſurrectionis poſt Iudicium cum ſuis corporibus, aut erunt beatæ, aut erunt damnatæ ſi beatæ ibunt vitam æternam; Damnatæ verò in ignem æternum. Ita quod Animę Purgatorij tũc erunt purgatæ, & conſequenter erũt beatæ, & locus Purgatorij amplius non erit; De Animabus beatis erit ſermo in ſequẽti articulo, de damnatis modo dicendum eſt; Illæ Animæ damnatæ aliæ ſunt damnatæ ad pœnam damni, & ad pœnam ſenſus, alię ſunt damnatæ ad pœnam damni tantum, & tales ſunt Animæ paruulorum decedẽtium cum originali peccato; De illis Animabus ſatis dictum eſt ſupra art. 3. Datur locus in quo cruciantur, & puniuntur damnati, qui dicitur Infernus eſt de fide patet Pſal. 6. In Inferno quis confitebitur tibi, & Pſal. 15. Dolores Inferni circundederunt; & Concil. Florent. conſtit. 17. Eugenij 4. & Lucæ 16. mortuus eſt Diues, & ſe-

ſepultus eſt in Inferno; Iſtæ Infernus ſitus eſt ſub terra, immò in viſceribus, ſeu in centro terræ, ita Scotus d.48.q.2. eſt quæ ſententia comunis quoties enim in ſcriptura fit mentio de motu ad Infernum ſemper vtitur verbo deſcendere. Iob 21.13. ducunt in bonis dies ſuos, & improuiſo ad infernum deſcendunt,& Pſalm. 54.16. deſcendant in infernum viuentes. Matth. 11.23. vſque ad infernum deſcendes, & Lucæ 10.15. vſque ad infernum demergeris, ergo cum ſit locus ad quem oporteat à terra deſcendere; Dicendum eſt eſſe ſub Terra.

32 In inferno adeſt ignis per totum infernum diffuſus. Matth.13.40. Angeli in conſumatione ſæculi ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis,& alibi ſæpè; Iſte ignis eſt corporeus eſt comunis ſent. probatur ex Lucæ 16. vbi diues ſepultus in inferno clamat ſe cruciari in illa flamma, deinde poſſit ſubueniri per aquæ guttas ad refrigerium,ergo talis ignis eſt corporalis non enim poſſet aqua materialis reprimere ardorem ignis ſi hic eſſet ſpiritualis; Hoc igne corporeo cruciantur ſpiritus,& Animæ ſeparatæ eſt comunis, nam eo igne Dœmones, & Animæ ſeparatæ cruciantur, quo cruciabuntur homines cum corpore,& Anima poſt Iudicium,ſed iſti igne corporeo cruciabuntur, ergo & illi; non in alius ignis, quam corporeus eſt in Inferno; confirmatur verbo ipſius Iudicis. Matt.25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo eſt Angelis eius; Idem ergo ignis corporeus cruciabit homines in corpore, & Anima damnatos, quinnimò cruciat malos Angelos, & Animas ſeparatas damnatorum, vt patet in facto diuitis Epulonis ſpiritus, & Animæ ſeparatę non cruciantur per ſolum apprehenſionem ignis, & aliarum pęnarũ, quia vel illa apprehenſio ignis eſt falſa, vel vera non falſa, quia tunc non ab igne, ſed à falſa ſua opinione cruciantur,quod abſurdum eſt dicere. Sicut enim nullus falſa opinione eſt beatus, nec falſa opinione eſt miſer; ſi eſt vera apprehenſio oporteret aſſignare modum diſconuenientię non enim apparet quomodo ignis aliaue corporalia diſconueniunt ſpiritui cum non ſint ei contraria, & corruptiua ſpiritus, & Animæ ſeparatæ non cruciantur ab igne per habitum aliquem ſuperadditum, qui ſit in eis ratio receptiui reſpectu ignis, nã habitus non eſt quo ſimpliciter poſſumus, ſed quo ſic poſſumus, ergo talis habitus quicumque ille ſit non haberet potentiam ad agere vel pati; Igitur cum neque eam haberet ſpiritus non poſſet illam ab habitu mutuare, & accipere.

33 Spiritus, & Animæ ſeparatæ non cruciãtur ab igne per ſolam detentionem localem, nam ſpiritus, & Animæ non habent repugnantiam cum quouis loco ſicut,nec conueniẽtiam, vel inclinationem ad quemcumque, ſi enim Michael ex Diuino præcepto perpetuo ſiſteret in aliquo loco non pateretur ab eo, quia ad eum non haberet repugnantiam formalem,nec ab intrinſeco,nec ab extrinſeco. Elementa enim, & mixta ſolummodo determinãt ſibi locum à quo ſi auellantur fit contra eorum naturam non ita ſpiritus,quia à loco non conſeruantur,nec aliam in eſſe dependentiam ab eo agnoſcunt, ergo per ſolam detinentiam non cruciantur; ſed cruciantur ab igne detinente eos definitiuè contra voluntatem eorum inclinatam ex affectione ad vtendum libero vſu potentiæ motiuæ. Scotus in 4.d.44.q.2.Nam ſpiritus, & Animæ ſeparatæ vellent vti ſua poteſtate ad ſe faciendum præſentes cuilibet loco ex libito, & ſic liberè vti potentia ſua motiua, & tamen detinentur ab illo ſolo igne, & ita ſunt ibi, vt non poſſint alibi eſſe promouet eos ſuperbia propter quam appetunt vti propria libertate. Additur in tali igne illis cruciatus obiectiuus immutans Intellectum, & voluntatem ipſorum; Nam intellectus eorum per determinatum Dei concurſum, cum illis determinantur ad perpetuo attentè,& intentè conſiderandum ignem in ratione obiecti. 2. apprehendunt determinationem iſtam ad talem conſiderationem, 3. adeo habent hos, quia vellent ex libi.

libito quolibet obiectum conſiderare in quo odio ſuperbia, & inuidia conſumantur apprehendente perpetuam illam detentionem, & conſiderationem ex quibus nolitis ſequitur in illis ſumma triſtitia; Alius modus cruciandi ab illo igne corporeo non poteſt excogitari quomodo illi puri ſpiritus ab agente corporeo immutari poſſunt.

33 Poſt Iudicium homines in Inferno cruciabuntur igne corporeo, eſt comunis de fide ſic Iudex contra illos pronunciabit. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus es Diabolo, & Angelis eius; Secũdum Scotum eſt probabilius, quod damnati actione tantum intentionali cruciabuntur, ſcilicet per dolorem non per ignefactionem, nam dolor ſenſitiuus, vel delectio eſt 1. cauſata in appetitu ſenſitiuo ab obiecto per ſenſum apprehenſo, ergo ſicut obiectum in quantum tale eſt motiuũ intentionaliter tantum abſque immutatione reali, & apprehenditur conueniens, vel diſconueniens, ita cauſare poteſt in appetitu ſenſitiuo dolorem, vel delectationem, ergo hoc eodem modo poſſet dici, quod ignis cruciet corpora damnatorum abſque ignitione reali, ſed ſola actione intentionali immutando appetitum ſenſitiuum; Addit Scotus, quod circa damnatos tanta miracula ſunt ponenda ſicut poſſibile eſt; Nõ enim eſt veriſimile, quod Deus tot miracula multiplicare propterea quæ requiruntur ad eorum iuſtam punitionem, ſed cum ſola intentionali immutatione ſaluari poteſt hæc iuſta punitio, & ſic non multiplicantur miracula, nam ſi admittatur etiam realis, ſcilicet combuſtio cum corpora ſint intrinſecè incorruptibilia eſſet miraculum, quod comburerentur, & non corrumperentur.

34 De vtraque actione intentionali, & reali ſentiendum, quia ſic aſſerere, & conformius ſanctorum dictis immò, & ipſius ſacræ ſcripturæ docentis damnatos ignes Inferni eſſe cruciandos. Ignis autem non cruciat, niſi actione reali prius calefaciendo vſque ad gradum incompoſſibilem cum mixtione Animalis, vt patet experientia, ſi autem dicatur ſola immutatione intentionali damnatos torqueri, oporteret nos conuertere ad modos loquendi improprios, & ad actionem phantaſticã ignis, abſque vlla prorſus neceſſitatem, nec ſaluarentur dicta ſcripturarum, nec ſanctorum Patrum, qui vſtione crematione, & combuſtione loquuntur, & actio ignis circa damnatos ad nihilum reduceretur. Nec officit illa friuola inſtantia, quod ſi actione reali ignis torquerentur corpora damnatorum multiplicarentur miracula; immò e contra ſequitur in ſent. de immutatione intentionali, nam in priori ſententia Deus coageret igni ad vtramque actionem, & miraculum eſſet in præſeruatione corporum ne deſtruerentur, in hac verò ſententia de actione intentionali ponendum eſt aliud miraculum, nempè negatio concurſus igni ne ſuum effectum primarium, ſcilicet ignefactionem, & ſecundarium ſcilicet calefactionem produceret vtraque ſententia poteſt defendi ſecundum Scotum in 4. d. 44. q. 3.

35 Plura de pęnis Inferni *intimant peccatoribus* ſacræ ſcripturæ, & ſancti Patres, quæ Dioniſ. Carthuſ de 4. nouiſſimis ar. 36. ad 10 reducit capita quorum 1. eſt æternitas, quæ ſuper omnes grauat, præmit contriſtat, & grauat, & torquet damnatos, & inde oritur deſperatio omnis boni 2. eſt pęnarum acerbitas, qua maior excogitari nequit 3. pęnarum, & tormentorum diuerſitas 4. pœnarum vniuerſalitas, quia in toto corpore, & in ſingulis membris affligẽtur ſimiliter in tota enim, & in ſingulis viribus eius 5. Horrenda ſocietas 6. loci mæſtitia 7. amiſſio irreparabilis temporis huius vitæ 8. omnis conſolationis, & ſolatij priuatio 9. pęna damni, qua nihil peius 10. eſt damnatorum deſperatio D. Bonau. in dicta ſalutis addit alias pænas 1. eſt ignis crucians carnem 2. Vermis intima cordis crucians 3. fætor 4. frigus 5. fames 6. tortor 7. horror 8. tenebra in qua incarcerabuntur, & ligabuntur reprobi pœnæ ſenſus damnatorum ſunt inæquales, iuxta inæqualitatem pecca-

ca-

catorum ſecundum enim menſuram delicti erit,& plagarum modus. Pœna damni ex parte obiecti eſt in omnibus damnatis æqualis, nam omnes æqualiter carent totaliter omni bono honeſto vtili, & delectabili,quæ in obiecto beatitudinis repeRiuntur. Deus eſt Iudex iuſtiſſimus tribuens omnibus reprobis,iuxta cuiuſcumque demeritum, quod operatus eſt dum erat Viator; Clarum eſt non indiget probatione.

36 Hæc Diuina iuſtitia in puniendis damnatis non eſt ſine miſericordia, quia ſecundum axioma Theologicam Deus punit citra condignum; Probatur offenſa infiniti boni meretur pœnam intenſiuè,& extenſiuè infinitam,ſed damnati offenderunt Deum, qui eſt ſummum, & infinitum bonum,ergo talem merentur pœnam ſub ſumo,ſed Deus non punit damnatos pœna intenſiuè, & extenſiuè infinita, ergo punit citra condignum, ergo cum miſericordia. Dices ſi Deus cum damnatis exerceret miſericordiam à pœnis omnino liberaret, nam miſericordis proprietas eſt eſſe promptum ad compatiendum,& tollendam alienam miſeriam, ſed hoc non euenit in Deo reſpectu damnatorum, ergo Deus cum damnatis non exercet miſericordiam. Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem dicit Scotus in 4.d.46.q.2.in fine, quod miſericors non ſubleuat miſeriam, niſi ſecundum rectam rationem, at recta ratio dictat, vt à damnatis non tollatur omnis miſeria, quia debet etiam exerceri iuſtitia,& ideò Deus omnem miſeriam non tollit. Reſpôdetur 2.ex eodem ibidem, quod dupliciter miſericordia eſt in Deo aſſignanda quædam totaliter liberans à miſeria, & quædam mitigans,ſiue parcens prima vtitur cum in vita electos liberat à ſeruitute Diaboli, vel ab omni alio malo imminente, vel præſente defendit, 2. vero cum punit in hac, vel in alia vita citra tamen condignum demeriti hanc exercet in damnatis.

37 Quamuis damnati poſſint actum aliquem habere, vel naturaliter, vel moraliter bonum non tamen perfectè, & omni circumſtantia veſtitum præſertim ex fine, nec vllum actum ſupernaturalem habere poſſunt, tum quia carent gratia, tum quia eſſet omnino vanus, & fruſtratorius, ergo erunt omni miſeria miſerrimi, Incertum eſt an corpora damnatorum mouebuntur localiter, quamuis negatiua videatur probabilior,ſi tamen mouebuntur hic motus erit de vno loco afflictiuo ad alium afflictiuum; In ſui pœnam habent aliquam cognitionem abſtractiuam de beatitudine aliorum. Item recordantur peccatorum, quæ in præſenti vita cômiſerunt; & licet incertum ſit an ſe inuicem omnes cognoſcant; eſt tamen verò ſimilius,quod aliquos ſaltem cognoſcût, & hoc potius in eorum pœnam;appetunt mortem,vt pœnam vitent;Maximum erit damnatorum tormentum optare liberationem à pęnis,& toto affectu ad eam conari,& tamen non obtinere,ita ex D.Bernardo lib.5.de conſideratione c.12 Illud inquit voluntatibus tam contrarium, & aduerſum quam ſemper conari impingere ſemper, & fruſtra. Concludendo igitur nihil aliud circa hoc poſſumus nunciare, quam quod ſtatus damnatorum eſt omnium miſeriarum aggregatione miſerrimus à quo clementiſſimus,& miſericordioſiſſimus Dominus nos liberare dignetur. Amen.

De Animarum, & Corporum Beatitudine. Articulus 6.

1 Beatitudo ex comuni omnium conceptu eſt nomen impoſitum ad ſignificandum ſtatum, ſeu modum viuendi in quo poſſidetur ſummum bonum,ſeu cumulus omnium bonorum; probatur ex Ariſt.1.Ethic.c.5.dicente quod Beatitudo eſt bonum perfectum abſolutè,quod propter ſe primo, & non propter aliud ſumitur, quod habens rem nullam deſiderat

cum

cum ſit omnibus bonis cumulatum omnes philoſophi ſecundum D Auguſtinum cõfeſſi ſunt beatitudinem ſummum bonum, & eius poſſeſſionem; Immò vlterius omnes homines cuiuſcumq; nationis ab initio mundi ad hæc noſtra tempora apprehenderunt dari ſtatum aliquem, ſeu viuendi qui diceretur fælicitas,& hanc omnes appetiuiſſe licet diſcordes fuerint in aſſignando bono in quo conſiſtat. Latantius lib.3.Diuinarum Inſtitut.c.7. Decem ſententias cum ſuis Auctoribus, refert quas tanquam errantes cap.8.Luculenter confutat; Inter quas tres celebriores numerantur. Quarum prima docet ſummum hominis bonum conſiſtere in voluntatibus corporis,hæc paſſim tribuitur Epicuro, & eius ſectatoribus inter quos numerantur etiam Mahometani, 2.dicit hominum hominis bonum conſiſtere in virtute, ſiue in eo quod eſt viuere conuenienter naturæ ac rationi. Ita Stoici 3. eſt Ariſtotelis, qui conſtituit beatitudinem potiſſimum in perfectiſſima operatione præſtantiſſimę facultatis circa perfectiſſimum obiectum hoc eſt in contemplatione Dei,& rerum Diuinarum quantum fas eſt homini.

2 Quantum ad primam,non ſolum Epicurrei, ſed etiam Mahometani ſummum bonum hominis in voluptatibus corporis ſtatuunt. De Epicurreis hoc mirum non eſt cum non agnouerint immortalitatem Animarum; & putauerint eas ſimul cum corporibus interire, qua ſententia poſita non omnino abſurdè beatitudo in voluptatibus corporis ponitur; Nihil enim maius, aut optabilius tunc expectandum Mahometani verò agnoſcunt corporum Reſurrectionem, & poſt Reſurrectionem Animarum immortalitatem, & vitam deſituram nunquam; quo magis mirandum eſt eos in corporis voluptate ſummum bonum etiam futuræ vitæ collocare potuiſſe, quod manifeſtè indicat maximam illius ſpurciſſimæ gentis cecitatem,atque nullum bonum ſpirituale animo concipere poſſit adeo, vt ipſum quoque Deum ſicut, & Angelos immenſa mole, & figura corporeum ſtatuat. Ita Mahometus in multis locis ſui Alcorani; Verum hæc ſententia, & ſi magnam partem orbis occupet prorſus abſurda eſt, & porco magis, quam homine digna facit enim ſimilem porcis,qui ad paſtum, & libidines abiecti non Deo animum eleuare poſſunt; Quid iſtis voluptuoſis ſtupidius, & ad effectus veræ beatitudinis percipiẽdos ineſſe eius nihil moribus,& vita inquinatius. Voluptas enim mentem excæcat, virtutis pulchritudinem, & vitiorum fæditatem non conſiderat, & ex altera parte ſuis blanditijs affectum hominis vehementer allicit, ſicut nullum ſit peccatum nullum crimen adeò deteſtabile in quod hominem non præcipitet.

3 Sed dicant Mahometani. Beati ſecundum veſtrum Alcoranum poſt hanc vitam egebunt ne cibo,& potu ad corporis, & vitæ ſuſtentationem, vel non egebunt, ſi egebunt non ſunt beati, nec immortales, ſed corpore ſunt *labili*, quod fame, & ſiti cruciari poſſit, & *diſſolui* ſicut in hac vita illiſque edendum, & bibẽdum erit vitæ potius *conſeruandæ* cauſa, quam captandæ voluptatis;ſi non egebũt cur illis vtentur. An ideò ne videlicet careant hac voluptate; Ita planè illi ſentiunt,quia nil maius,aut dulcius gulæ vẽtriſque voluptate animo concipere poſſunt,ſed comedere,& corpus purum cordibus implere ſolius voluptatis cauſa natura id minimè poſtulante res eſt abſurda rationi, & naturæ ipſi aduerſa, neceſſe enim eſt hoc totum cum natura non poſtulet verti inſordes,& excrementa,& locum beatorum intolerabile fætore complere. Pari modo vel erit procreatio poſt hanc vitam,vel non erit ſi erit proles erũt beatæ, & immortales, & ſic creſcet numerus beatorum in infinitum, vel non erunt beatæ,ſed mortales ac proindè Cęlo exturbandæ donec beatitudinem mereantur, ſi non erit procreatio, quorſum vſus Veneris? ſolius enim voluptatis cauſa vti Venere brutorum potius eſt Animantium, quam hominum,quod pluribus oſtendi poteſt.

4 Pro

4 Pro vberiori notitia huius ſpurciſſimæ ſectæ Mahomettanæ hic parum eſt immorandum, & dicendum Paradiſum Mahometi, quem ipſe ſuis promiſit, eſſe in quo non niſi carnales, & obſceniſſimas promiſit voluntates nimirum delicias epularum corporalium dapiferos, & pincernas, 2. pretioſitatem veſtium, lectorũ, & Vmbraculorum amænitates, 3. delicias concupiſcentiarum, & blandimentorum muliebrium, quæ (vt ait Tullius) voces potius pecudum, quam hominum ſunt. Motiua autem, & fundamenta Mahometi duo ſunt præcipuè. Primum, quia non eſſet beatitudo (vt ipſe ait) ſi vllum oblectamentum deeſſet, 2. quia fruſtra eſſent omnia in Paradiſo ſi non eſſet voluptas ſecundum Luxuriam; Vndè concludit Porcus ille, quod quicquid volunt præſto eſt, & quaſcumque delicias, & quomodocumque volunt habent; In cuius ſpurciſſimi erroris confutatione duo erunt à nobis præſtanda; Primo demonſtrabimus in alia vita non eſſe vſum ciborum, nec Venereorum 2. non poſſe in his veram hominis fælicitatem conſiſtere.

5 Quantum ad primum, hic error apertiſſimis rationibus confutatur; prima Reſurrectio futura erit ad immortalitatem. Iſaiæ 25. Præcipitabit Deus mortem in ſempiternum, & Apocalyp. 20. & mors vltra non erit ipſe etiam Mahometus in lib. de ſua doctrina dicit, quod poſt quam omnia mortua fuerint Deus occidet mortem, & poſtea homines reſurgent immortales, & integri cum ergo omnino ſublata erit mors neceſſe erit ſurgentibus ſubtrahi, quæ corruptibili vitæ deſeruiunt, ſiue quæ ad mortalis vitæ ſtatum ordinantur; Manifeſtum eſt autem vſum ciborum, & Venereorum corruptibili vitæ deſeruire, ad hoc enim cibos ſumimus, vt corruptio euitetur, quæ poſſit accidere ex corruptione naturalis humidi; eſt etiam in præſentia neceſſarius vſus ciborum ad augmentum, quod poſt Reſurrectionem in hominibus non erit, quia omnes in debita quantitate reſurgent; ſimiliter coniunctio maris, & fœminæ corruptibili vitæ deſeruit, ordinatur enim ad generationẽ per quam quod perpetuo ſeruari non poteſt in indiuiduo in ſpecie ſeruetur. Cum autem (vt dictum eſt) vita reſurgentium incorruptibilis ſit; homines enim idem numero conſeruabuntur; ergo factum eſt, & irrationabile dicere, quod in reſurgentibus ſit ciborum, & venenorum vſus.

6 Nec valet dicere vſum ciborum, & venerorum non reſpicere augmentationem, aut conſeruationem corporis, aut ſpeciei, aut multiplicationem hominum, ſed ſolam delectationem ne aliquid in vltima remuneratione deſit; Nam vt benedicit D. Thom. 4. contra Gentes vita reſurgentium ordinatior erit, quam vita noſtra. In hac autem vita inordinatum, & vitioſum eſt cibis, & venereis vel propter ſolam delectationem non propter neceſſitatem ſuſtentandi corporis, vel prolis procreandæ, & hoc rationabiliter, nam delectationes, quæ ſunt in præmiſſis actionibus non ſunt fines actionem, ſed e conuerſo, natura enim ad hoc ordinauit delectationes in iſtis actibus, ne alienati propter laborem ab illis licet neceſſarijs naturæ deſiſtereut, quod contingeret, niſi delectatione prouocarentur, eſt ergo ordo præpoſterus, & indecens ſi iſti actus per ſolam delectationem exercerentur; Non ergo erit in reſurgentibus quorum vita ordinatiſſima ponitur; Neque ſupradictis obſtat Chriſtum poſt Reſurrectionem comediſſe, & bibiſſe quoniam id non tam propter voluptatem, aut alterius rei cauſam, quam ad demonſtrandam Reſurrectionis veritatem. Quare cibus ille non fuit conuerſus in carnem, ſed reſolutus in preiacentem materiam: Hæc autem cauſa comedendi non erit in Reſurrectione comuni.

7 Quantum ad 2. partem nimirum non poſſe in his actibus conſiſtere veram hominis fælicitatem facilè erit rationibus naturalibus conuincere; quarum prima ratio, vt homo ſit ex omni parte beatus, & aquiſita omnium bonorum ſorte contentus opus eſt, vt eius deſiderium ſit vnde-

dequaque expletum, vt ex quæ ſunt in homine præcipuè, & nobiliſſimæ facultates adeptæ ſint bonum, quod earum cupiditatem ſatiet. At planè experimur in in nulla re, quæ corporis ſenſibus percipitur voluntatem hominum conquieſcere, vel Intellectum omnino explere; Nam quantumcumque ſenſuum voluptate perfundatur homo, & abundet numquam tamen omnino ſaturabitur, ſemper enim plura bona, & maiora appetit, non ergo ponenda eſſe fælicitas in ijs quæ corporis ſolum ſenſum oblectant, Animum verò non ſatiant, nam ſumma perfectio hominis non poteſt eſſe in hoc quo coniungitur rebus inferioribus, ſed in hoc quo coniungitur alicui rei altiori, finis enim eſt altior, & melior eorum, quę ſunt ad finem, ſed delectationes carnales conſiſtunt in hoc quo homo ſecundum ſenſum coniungitur aliquibus ſe inferioribus, ſcilicet ſenſualibus, ergo error magnus eſt in talibus hominis fælicitatem conſtituere.

8 Secunda ratio. Nulla Animantium facultas expleri ſatiarique poteſt, niſi proprij ſui obiecti adeptione V.G. guſtus non quieſcit, vel oblectatur odore, ſed rerum ſaporibus, qui in cibis quibus veſtimur reperiuntur. Auditus non ſatiatur corporum coloribus, ſed bonis qui aures demulcent. Sic Intellectus noſter verum habet, vt vniuersè verum pro obiecto proprio; Vndè ſatiari nequit alicuius priuati veri conſecutione, quia nullum eſt particulare verum, quod totam eius capacitatem æquet. Quare in nullo verò conquieſcit donec omne verum obtineat, ſimiliter noſtra voluntas ſua natura fertur in proprium obiectum in id quod eſt vniuerſæ bonum, & ita nullo creato bono ſatiatur quouſque omne bonum poſſideat. At in his rebus, quæ corporibus ſenſualiter obijciuntur, neque eſt vniuerſæ verũ, neque vniuerſæ bonum ſi quidem præter eas aliæ ſunt veriores, & meliores; Vitæ ergo futuræ fælicitas in his rebus ſenſibus ſubiectis minimè conſiſtit; Hæ igitur præſtantiſſimę hominis facultates Intellectus, & voluntas quibus mens eſt prædita in alio ſæculo ſuorum propriorum obiectorum conſecutione explebuntur, vt ibi verè conquieſcat, & beatus ſit.

9 Tertia ratio. Nomine intereunte omnes eius ſenſus facultates, & vires corporales intereunt, vt quæ corporis inſtrumenti ſunt alligatæ, & corporis vinculis aſtrictæ, & carni concretæ, & ideò extinctus homo, nec audit quicquam, nec videt, nec guſtat, nec odoratur, nec manibus contrectat; ſed ſolum poſt hominis obitum ſuperſunt hominis facultates, quę rationis compotes dicuntur, quæque ad ſuas functiones exercendas corporis indumentis, & inſtrumentis non egent, quia corpori alligatæ non ſunt nimirum memoria, & voluntas præuia Intelligentia, quæ mortis, & interitus expertæ ſunt eſt igitur abſurdum, & penitus ridiculum dicere alterius ſæculi fælicitatem eſſe poſitam in rebus, quæ ſenſus noſtros oblectãt, quando quidem Animus corpore ſolutus, & in aliam vitam translatus ſenſibus caret, quos vna cum corpore amiſit; & idcirco nihil percipere poteſt eorum bonorum, quæ ad corporis ſenſus ſpectant, ſed eius fælicitas conſiſtit in trium ſpiritualium potentiarum, Memoriæ, Intellectus, & Voluntatis actionibus perfectiſſimis Memoriæ quidem, quæ ſemper eſt memor eorum bonorum, quæ poſſidet, Intellectus etiam qui eſt omni ſapientia pleniſſimas, vtpotè qui omne verum cuius mens hominis eſt capax cognoſcit perfectè abſq; vllo errore deceptione, & lapſu neque enim vlla falſitate, aut mendacio decipitur, neq; vllis ignorantiæ tenebris obſcuratur, neque alicuius rei dicendæ ſtudio, & deſiderio tenetur voluntatis quoque, qua ſemper iucundiſſimo, quo dum amore diligit Deum, qui eſt ſummum, & infinitum bonum, Et his actionibus explетur, & ſatiatur Animus dulciſſima omnium bonorum poſſeſſione contentus.

10 Quarta ratio ex conditionibus, ſiue circumſtantijs beatitudinis quarum prima, vt beatitudo ſit vltimum ſimpliciter, ad quod omnia referri debeant, & illa ad nihil aliud 10. Ethic. c. 2. & 7. Secunda vt ſit

ſit aliquid ſecundum ſe perfectum, & maximè excellens inter alia bona, quæ conditio per ſe conſtat, 3. vt expectabant omnes miſeriam, ſeu defectum boni, alias non eſſet beatitudo, 4. vt ſatiet appetitum hominis, ita vt nihil deſideretur cum anxietate, & ſollicitudine; Hæ autem conditiones non reperiuntur in vllo bono creato multo minus in illis bonis, quæ ad corpus pertinent, vt ſunt diuitiæ cibi, venerea, quia ſecundum rectam rationem, iſta ordinantur ad ipſum hominem tanquam in finem, at ex conſequenti ſunt inferiora homine, ex quo etiam ſequitur, quod non ſunt perfectiora, & excellentiora bona, maximè quia voluptas eſt quædam appetitus humani, quies in aliquo bono aliundè obtento at ad eo quiddam conſequens aliud, quod ſit extollentius bonum; Deinde nec voluntates corporis expellunt omnem miſeriam, neque ſatiant appetitum, quia cum his poſſunt eſſe, quam plurima coniuncta mala ac deſideria, vt experientia patet.

11 Quinta ratio. Animæ à corporibus ſeparatæ ex ſententia ipſius Mahometi ſunt nunc in Paradiſo, ipſe enim affirmat in Cœlo ſe vidiſſe Abrahamum, Moyſen, & alios, & cum hi beatitudine perfruantur, ſine corporis conſortis cum illo careant ſequitur Beatitudinem, & fœlicitatem veram non conſiſtere in exercitio ciborum, & venereorum. Denique ſi verum eſt, quod nullum oblectamentum ſenſuale de futuram Beatitudine, ſeu Paradiſo Mahometi, cum varijs, & diuerſis oblectamentis afficiantur homines, vt potus quidam in cibis, quidam in potu, quidam in Luxuria, quidam in Ludo, quidam in venationibus, quidam in piſcationibus, quidam in haſtiludijs, alij in diuerſis, alijs rebus nos dicere oportebit eſſe omnia genera ciborum volatilia oues, & boues, & vniuerſa pecora campi, qui genera condimentorum, iuxta oblectamentum ſingulorum hominum, ampliſſima inſuper flumina vinorum, iuxta varietatem guſtante ſingulorum hominum apothecas ſpecierum, & confectionum, poſtribula luxuriantium Syluas feris plenas aduenandum, ſtabula multa æquorum ad haſtiludia exercenda, & ex conſequenti multa ſtercorum cloacaria Animalium, & plura alia ſimilia inferri poſſunt aduerſus ſtultum Mahometum, quæ & ſtultiſſima ſunt, & deriſione digna.

12 Ex dictis clarè colligitur legem Alcorani in qua promittuntur, tam obſcæna turpia, & beſtialia nulla ratione poteſt dici à Deo data, quod clarius apparebit ſi per ſingulas legis Diuinæ diſcurremus conditiones, quas Pſalmiſta breuiter compendioſo tamen Pſalm. 118. illis verbis præſcripſit lex Domini immaculata, conuertens Animas, Teſtimonium Domini fidele Sapientiam præſtans paruulis. Ex quibus 5. conditiones Legis, quæ à Deo data eſt oſtenduntur, quarum nulla Legi, ſeu ſectæ Mahometi quadrat, vt patet ad ſingulas deſcendendo, Prima conditio Legis Diuinæ eſt, quod ſit rationi conſona, Vnde Tullius dicebat; Lex nihil aliud eſt, quam recta à numine Deorum tracta ratio, ex qua luce clarius colligitur illam eſſe à Deo datam legem in qua traduntur, quæ omnino à ratione non diſcordant, In lege autem Mahometi multa continentur rectæ rationi diſſona, immò quæ omnino beſtialia ſunt, vt fornicationes adulteria peccata contra naturam furta, & rapinæ, ergo non eſt à Deo; 2. conditio vt lex ſit honeſta, iuſta, & ſancta præcipiens, iuxta illud (immaculata) hic eſt proprius legis effectus homines inducere ad virtutem 2. Ethic. Cum igitur Secta, & Doctrina Mahometi inhoneſta, & turpia multa contineat non erit à Deo, qui cum ſit ſanctiſſimus non niſi ſancta præcipere poteſt.

13 Tertia conditio, quod non ſolum exteriores actus, ſed etiam exteriores dirigat, & conuertat ad Deum ex defectu huius colligitur, quoque Doctrinam, & Legem Alcorani non eſſe à

Deo Optimo Maximo ; qui vult omnes homines ſanctos eſſe ; quia Animas non conuertit ad Deum, vt illi adhereant, ſed euertit, nec dirigit actus interiores, immò nec exteriores ad virtutum, & ſanctitatis opera, ſed potius ad ſpurcitiem, & obſcenitates maximas, 4. Conditio, quod habeat teſtimonium Domini fidele certitudinis, & rectitudinis ſuæ ſicut habuit, Lex Moyſis in cuius datione audiri cœperunt tonitrui micare fulgura, & nubes denſiſſimæ Terram operuere; Hoc etiam modo confirma eſt lex Euangelij, iuxta illud Chriſti apud Ioannem 15. ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent, quod etiam Mahometus confitetur, & ratio eſt, nam qui mittitur debet oſtendere teſtimonium eius à quo mittitur, quo oſtendat ab eo habere legitimam authoritatem, alioquin nemo tenetur ei credere, & eum recipere; & ideò cum Mahometus nullo Teſtimonio probare potuerit ſuam legem clarè conſtat eum non eſſe Prophetam, neque Apoſtolum Dei, neque à Deo Alcoranum accepiſſe; Quinta, quod ſit ſapientiam præſtans paruulis, ideſt Populis. Dicitur autem ſapientia, ideſt ſapida ſcientia, quia cœleſtium contemplatione, & Diuinorum conſideratione, dilectione, & dulcedine mortem illuminat ſuo ſplendore, Intellectum illuminat, & affectum melliſluo inebriat amore; Hæc autem Lege Mahometis non conueniunt, quæ carnalitatis, & luxuriæ ſordibus plena eſt.

14 Huic abſurdum ſententiæ ſunt affines colle duæ non minus abſurdæ; Vnam ſummam fœlicitatem agnoſcit, & conſtituit in honoribus principatibus, & dignitatibus; Alteram Diuitijs; Prima nullum habet ſolidum ſundamentum, ſed potius chimericum, & phantaſticum. Quia ſummum hominis bonum cuius poſſeſſione beatus efficitur debet eſſe illi intimè vnitum, & quodammodo inſeparabile, ſed omnes honorès conſiſtunt in opinionibus, quæ ſæpiſſimè ſunt falſæ, & dignitates dependent à voluntatibus humanis, quibus nihil labilius, & mutabilius; Honor non tantum eſt inſtabilis, quia conſiſtit in alterius opinione, ſed etiam in propriæ mentis apprehenſione, qua apprehendit ſe ab omnibus honorari, laudari, celebrari, & ſe vndique honore, & gloria tanquam luce quadam circumfuſum ſummæ dicitur lætari, & gaudere; Quod ſi ita eſt valdè fluxum, & inſtabile eſt hoc bonum, quod ſolum habetur dum cogitatur, & apprehenditur, & ſubito cum deſinit cogitari, & apprehendi euaneſcit. At beatitudo ſummum bonum debet eſſe quid firmum, & ſtabile & ad illud omnes conatus ſunt dirigendi, vt omni meliori modo adipiſcatur. E contra omnes vitæ ſuæ actus ad honores dirigere deteſtabile eſt, cum id Ingenij ſit Tyrannici, quod omnia ad ſua emolumenta ſuumque honorem cum publico detrimento diſponit, & refert.

15 Qui ſupremam fœlicitatem conſtituunt in diuitijs mouentur, quia nihil in hoc mundo ſplendidius nihil beatius diuitibus, nihilque abiectius, & miſerius pauperibus; omnis autem ſplendor in cultu infarnulitio, in domicilio, in ſuppellectili, in epulis, in hortis, in rhedis, & equis prouenit ex diuitijs, eædem ſecum deferunt honores, & facultatem præbent, omnium voluptatum. Itaque qui futura bona non credunt, & ſpiritualia non capiunt putant ſummum bonum in diuitijs collocatum, quia in his omne bonum, quod homines exoptant quodammodo contineri videatur; Hæc ſententia ad Atheiſmum pertinet ſicut, & aliæ duæ præcedentes, ſed pluribus facilè conuinci poteſt, nam diuitijs non poteſt conueniri ratio beatitudinis, tum quia non propter ſe, ſed propter alia appetuntur, nam pecuniæ referuntur ad omnes res venales, & pecunia parabiles, agri, & pecora ad eorum fructus, domicilium ad habitationem, ſic

ſic & aliæ diuitiæ cùm ſolùm ſint inſtrumenta, & media ad alia bona obtinenda non propter ſe, ſed propter alia bona obtinenda ex petendæ, eo vel maximè quia diuitiæ in ſe, vel Terra ſunt, quæ eſt infimum elementorum, & velut mundi ſentinę, vel ex Terra ortum habent, ex Terra conſtant, & in Terram reſoluentur; Tum quia omnes diuitiæ ad corpus pertinent, eique comoda quædam, & ſi pauca conferunt non enim poſſunt ei dare ſanitatem, robur pulchritudinem, ſenſuum integritatem; Animæ verò nihil boni tribuunt niſi impedimenta ad ſapientiam, & virtutem, ſed Beatitudo Animum potius quam corpus beat.

16 Reſtat diſcutere. An Beatitudo poſſit collocari in ſcientia, ſeu contemplatione ſubſtantiarum abſtractarum, vt volebat Ariſtoteles; ſi inſpicere intellectu noſtro voluerimus voluptatem, quæ ex cognitione huiuſmodi elicitur non deficiet ſaltem aliqua apparentia; Teſtati ſunt ſuo exemplo multi Philoſophi, qui vel diuitias, vel honores, & Magiſtratus, vel patriam contempſerunt, & maximos ſubiere labores, vt philoſophiæ, & rerum contemplationi liberius poſſent incumbere, In hac tamen ſcientia ſi verſetur circa res creatas non conſiſtit hominis Beatitudo, quia cognitio, quam habemus de corporalibus eſt adeò imperfecta (& multo magis de ſpiritualibus, & abſtractis) vt nullius eſſentiam clarè, & diſtinctè poſſimus aſſequi, quia omnis noſtra cognitio oritur ex ſenſibus, Vnde non poteſt ſe vlterius extendere, aut clarius rei eſſentiam penetrare, quam externæ qualitates, & accidentia ſenſibilia eam demonſtrant, & ex illis colligi poſſit, At qui externæ qualitates, & accidentia ſenſibilia non poſſunt nobis eſſentias rerum perfectè rappreſentare, quia illæ ipſæ qualitates, & ſi ſenſibus percipiantur. Tamen ſecundum ſuas naturas ſpecificas ſunt intellectui obſcuræ, & quid propriè ſit quælibet illarum ignoramus, vt patet in luce lumine colore, calore, frigore, ſapore, ſono, odore, &c. quæ tamen ſunt nobis valdè familiares confiteamur igitur ex corde, quod eorum, quæ ſcimus eſt minima pars eorum, quæ ignoramus, & alibi quæramus noſtram completam fœlicitatem.

17 Infra concludetur beatitudinem veram hominis non conſiſtere in poſſeſſione rei creatæ, ſed infinitæ, & increatæ ſicut fides docet, iuxta illud Pſalmus 32. Beata Gens cuius eſt Dominus Deus eius. Interim dicamus pro præſenti vita non poſſe regulariter, nec deberi de facto admitti veram beatitudinem in puro homine; Dicitur de facto, quia de poſſibili aliter dicendum eſt: Dicitur in puro homine, vt in Chriſto homine, de quo alibi dictum eſt; Probatur aſſertum, nam de ratione beatitudinis eſt; vt beatus habeat quicquid vult, & nihil mali velit; Ex ipſiſmet Philoſophis, & ex Diuo Auguſtino libro decimo tertio, de Trinitate capite quinto, & ſexto, ſed hoc nullus homo habuit, nec habet de facto, nec habebit in hac lachrymarum valle miſerijs plena. Admitti poteſt, quod aliena beatitudo naturalis fuerit in ſtatu Innocentiæ; & futura fuiſſet ſi ille ſtatus permanſiſſet. Dicitur autem naturalis illa Beatitudo non quia ex naturę viribus aquireretur, quia totas illa tranquillitas corporis, quæ ad Animam ſubiectio ex Dei gratia erat; ſed quia erat homini conectat, & quaſi naturæ, donata pro illius ſtatus conditione, erat tamen imperfecta, tum quia carebat obiecto ſupernaturali clarè viſo quod eſt potiſſimum in Beatitudine, tum quia erant incerti de duratione eius licet, ex Auguſtino libro 11. de Ciuitate Dei cap. 12. etiam in præſenti vita datur Beatitudo in ſpe eſt comunis, & de fide non indiget probatione.

18 Vera igitur Beatitudo in alia vita reſeruatur conferenda, ita Scotus in 4. diſtinctione 49. quæſtione ſeſta, fideliter cum fide Catholica, quæ Veritas canonizatur in tota ſacra ſcriptura, ſatis pro veteri Teſtamento Dauid in Pſalmis, notas inquit mihi feciſti vias vitæ adimplebis me lætitia cum vultu tuo ſatiabor cum apparuerit gloria tua, & pro nouo Teſtamento Diuus Paulus 2. ad Timothæum 4. vbi ait bonum certamen certaui curſum conſumaui fidem ſeruaui; In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die iuſtus Iudex non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diliguntur Aduentum eius, Id quoque teſtantur Symbola Apoſtolicum, Nicenum, Conſtantinopolitanum, & D. Athanaſij in quibus ponitur articulus fidei de vita æterna; Denique tota Eccleſia Catholica Patres, & communiter Theologi Scholaſtici; Hæc vera Beatitudo conſiſtit in clara viſione, & fruitione Diuinæ eſſentiæ, quæ reſpectu electorum, tam Angelorum, quam Animarum ſeparatarum eſt obiectum voluntarium, ideſt propoſitum beatis per Diuinam voluntatem, quæ in Deo, eſt principium omnium operum Diuinorum contingentium ad extra, inter quæ beatifica reiectos eſt opus Diuinum principale.

19 Statim ac electi mortui ſunt eorum Animæ ſe non indigent purgatorio ad Beatitudinem admittuntur eſt de fide, iuxta Conſtitutionem Benedicti 12. quæ incipit Benedictus Deus. Item Conſtitutionum Eugenij IV. quæ incipit lætentur in Concilio Florentino ſeſſione vltim. in decreto vnionis Eccleſiæ Græcæ cum Latina, & Conſt. 40. Leonis X Incipit exurge. Item conſtitutiones canonizationum ſanctorum in quibus Romani Pontifices, vel explicitè dicunt ſanctos in Cœlo videre Deum, & qui frui; vel implicitè id ſupponunt; & ſi aliqui inſignes, & doctiſſimi homines videantur contrarium ſenſiſſe eorum Doctrinæ, & ſanctitati non officit, quia ſic ſenſerunt ante definitionem Eccleſiæ, vt optimè obſeruauit Alphonſus de Caſtro contra Hæreſes V. Beatitudo hæreſi 6. Hæc Beatitudo hominum, & Angelorum eſt perpetuo, & in æternum duratura eſt de fide contra Origeniſtas, & Platonicos, ita probatur ex Ioannis 3. vt omnis, qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Item ex tribus Symbolis Apoſtolico, Niceno, & Conſtantinopolitano, & cum ſit de fide ſuperfluum eſt alias probationes adducere; Ex dictis patet abſurditas opinionis Cherinti, & quam peſſimè errauit; Hic coetaneus Apoſtolorum, vt refert Euſebius lib. 3. ſuæ Hiſtoriæ cap. 28. & 33. docebat poſt vniuerſalem Reſurrectionem Regnum Chriſti futurum in Ieruſalem per mille annos, & homines tunc carnem concupiſcentijs, & vitijs ſubiectum habituros, & S. Dionyſius Areop. teſtè eodem Euſebio; Hæc ait de Cherinto, quia hic ventri Gulæ, ac libidini erat deditus erat ea futura decernebat, quæ ſibi propria *libido* dictabat.

20 Hæc duratio perpetua beatitudinis non ineſt eidem intrinſecè, & formaliter, ſed aliunde, & extrinſecè, quia nullum ens creatum eſt intrinſecè neceſſarium, & perpetuum, ſed merè contingens, ergo & beatitudo Perpetuitas, & æternitas eidem beatitudini ineſt ex ſola voluntate Dei eam conſeruante per continuationem influxus, ita Scotus in 4. diſtinctione 49. quæſtione ſeſta, Duratio enim quælibet entis creati eſſentialiter dependet à Dei voluntate non ſubtrahente concurſum, ſed poſitiuè in eam influente, ergo & duratio æterna. Antecedens eſt per ſe notum; Non enim Deus neceſſario operatur à dextra, & ſic dum creat poteſt non creare, & ita poſt quam creauit poteſt deſtruere creatum quando vult, quod ergo aliquid non deſtruatur, & duret hoc à Deo habet, ipſe enim conſtituit rebus terminum, qui nequit præteriri, ergo

ergo quod Beatitudo in æternum duret à Deo habet, quæ beatitudo licet duret æternitate intrinſecè durat ſuo nam Animæ rationales, & Angeli durant eſſe, ergo & beatitudo; non enim eſt ens perfectius illis eſſentialiter cum ſit accidens, & in illis ſubiectetur, modo ſubiectum vltimatum ſemper eſt perfectius ſuis accidentibus. Vide Scotus vbi ſup.

21 Beatitudo habet annexam ſecuritatem perpetuitatis, ita Scotus in 4.d.49. qu.6. Probatur fidei Beatorum in via ſuccedit viſio in Patria, ſed in via crediderunt æternitatem, vide ergo eam videbunt, ita futuram igitur ſecuri ſunt de Beatitudine; ſed nota ex Scoto vbi ſupra, quod ſicut dubietas, & certitudo ſunt in Intellectu, ita timor, & ſecuritas ſunt in voluntate, eſt autem ſecuritas velut, qui es quædam in voluntate de bono non amittendo, & de malo non infligendo: Hanc tamen ſecuritatem præcedit in Intellectu certitudo, quod bonum continuabitur,& malum non ponetur. Hæc tamen ſecuritas non eſt de intrinſeca ratione Beatitudinis, ita Scotus loco cit. nam beatitudo eſſentialiter importat, vel Dei viſionem,vel eam cum fruitione, vt infra dicetur,ergo ſecuritas non eſt de eſſentia eius,quia ſecuritas,nec eſt viſio Dei, nec eius fruitio,ſi enim per horam quis Deum videret, & eo frueretur adhuc eſſet beatus per illum ſolum actum videndi, & fruendi,quod verò magis minuſue duret, vel quod ſciat certo de futuram, vel non de futuram viſionem eſt merum accidens ſequens eam, nam ex 1.Ethic.6. nihil eſt perfectius eſſentialiter ex hoc quod ſit diuturnius, & exemplificat de albedine vnius diei, & vnius anni, ergo cum ſecuritas aliud dicat,quam perpetuitatem durationis cum certitudine illius non pertinet ad eſſentiam beatitudinis, ſed eſt ad eam conſequens.

22 Quod beatitudo vera non poſſit pro hac vita obtineri per actus proprios eſt plus quam certum, ſed an aliter eſt quoque verum de potentia Dei ordinariæ,ita Scotus in 4.d.49.qu.12. probatur ex Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam; vbi Gloſſa Ordin. dicit nullus purus homo viuens in hoc corpore vidit Deum, vt eſt;Vnde dictum eſt Moyſi non videbit me homo, & viuet ideſt nemo viuens in corpore videbit Diuinitatem meam, quia ex 1.ad Timoth.6. Deus habitat lucem inacceſſibilem. Per potentiam tamen Dei abſolutam poteſt homo in hac mortali vita obtinere beatitudinem per aliquod tempus, ita Scotus loco cit. nam non repugnat ex parte Dei, nam de facto Deus beat homines, & ſi requiritur lumen gloriæ ad beandum poſſet illud dare in hac vita,quia & Animæ (licet cũ perpetuo miraculo) Beatitudo lumen gloriæ,& ſumma gratia collata ſunt; Nec repugnat ex parte paſſi alias, vel repugnaret ex natura paſſi, & hoc verum non eſt alioquin numquam poſſet beatificari, vel repugnat ob aliquam, vel conditionẽ exiſtente in paſſo,nempè homine, & hoc poteſt à Diuina potentia abſoluta tolli, & ſuperari; Nam iſta forma maximè eſſet mortalitas, ſed hæc non habet formalem repugnantiam cum beatitudine alioquin non potuiſſent in Chriſto vniri.

23 An verò alicui puro homini per eandem Dei potentiam abſolutam de facto conceſſa ſit viſio Dei beatifica eſt controuerſia ob variam intelligentiam aliquorum ſacræ ſcripturæ locorum.Nam Exodi 33.habetur non videbit me homo, & viuet,Ioan.1. & 1.ad Timoth.6. Deum nemo vidit vnquam e contra verò. Num. 12.8.Deus de Moyſe dicit ore ad os loquor ei, & palam, & non per enigmata Dominum videt,& 2.ad Cor.12. Apoſtolus de ſe ait,& audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Quæ quidem loca aliqui etiam ſancti explicant de clara Dei viſione conceſſa Moyſi, & Paulo, ſed nota ex D.Auguſt.lib.de videndo Deo c.5.6.7.& 12.& lib.12.de Gen. ad litterã cap.27.28. diuerſis modis Deum à Creaturis videri poſſe ac viſum eſſe, aliquando enim in aliqua Imagine, ſeu re inanimata in qua loquebatur,vt in Rubo in nube &c. aliquando in Angelo loquente in

Perſona Dei, aliquando in ſomnis per ſpecies temporales; Aliquando in eſtha-ſi, & raptu abſque imagine temporali per immediatam intuitionem Dei. Quod Deus à multis in hac vita mortali, viſus ſit in ſpecie, vel imagine aliqua creata eſt communis, & de fide, quod verò per immediatam intuitionem Dei eſt incertum. Scotus in Prol. ſent. q. 2. & in 4. d. 49. q. 12. Argum. & D. Thom. p. 1. q. 12. ar. 11. ad 2. & alij qui hos ſecuti ſunt affirmant de Paulo in raptu. Alij verò negant, vt Gloſſæ Interlin. & Ordinaria in illud 1. ad Timoth. 6. Deum nullus hominum videt.

24 Quamuis homo pro ſtatu iſto non ſolum, neque ex viribus naturæ ſibi aquirere Beatitudinem, ſed nec eam regulariter habere, tamen habet ad eam naturalem inclinationem, & appetitum, ſic Scotus in 2. ſent. d. 2. q. vlt. & in 3. d. 13. q. 2. & in 4. d. 49. qu. 10. Pro cuius rei notitia aduertendum eſt duplicem in humana natura reſpectu cuius cum perfectionis eſſe appetitum vnum naturalem alium elicitum, ſeu liberum: Naturalis aliud non eſt niſi inclinatio naturæ ad ſuum bonum, & perfectionem quæ ineſt ei tanquam paſſio ſuo ſubiecto, eſt enim omni enti comune tendere in ſuam perfectionem. Elicitus verò eſt actus ille quo voluntas cum præcognitione obiecti vult illud, Inſuper Beatitudo poteſt accipi in generali, & confuſè, vt comuniter accipiebatur à Philoſophis, & ab omni audienti hanc vocem Beatitudinis, vt ſignificatiuam boni alicuius perfectiſſimi; & in particulari ſcilicet pro re determinata in qua vel realiter, vel præſtitutiuè concipitur conſiſtere beatitudo: Scotus hic accipit Beatitudinem in particulari, & appetitum, vt naturalem qui ſecundum ipſum in citata q. 10. non eſt aliquis actus elicitus, quia homo ſecundum talem appetitum naturalem tendit non ſolum in ſupremum bonum, ſed etiam in quamlibet perfectionem inferiorem.

25 Homo etiam appetitu libero appetit beatitudinem qualicumque notitia apprehenſam eſt comunis cum Scoto vbi ſupra. Prob. ex D. Auguſt. lib. de moribus eccleſiæ c. 3. vbi ait beati omnes eſſe volumus, nec vllus datur, qui nolit eſſe beatus; & vt inquit Scotus quilibet homo appetit, quod eſt vltimate ſui perfectiuum, ſecundum modum habendi illud ſibi poſſibilem; Hoc autem eſt beatitudo, voluntas quæ eſt appetitus liber liberè, & non neceſſario appetit beatitudinem apprehenſam ab Intellectu ſub ratione vniuerſali ſeu confuſa, vt ſcilicet eſt ſummũ, & perfectiſſimum bonum, ita Scotus in 1. d. 1. q. 4. Probatur ex D. Auguſt. in Enchiridion c. 104. aut voluntas non eſt, aut libera dicenda eſt, item lib. 1. retractationũ c. 9. & 22. Nihil eſt tamen in poteſtate voluntatis, quam ipſa voluntas ideſt volitio, ſed actus appetendi Beatitudinem confuſè cognitam eſt in poteſtati voluntatis, ergo liber eſt. Amplia etiam ſi Intellectus Viatoris apprehendat, & certo teneat beatitudinem eſſe viſionem, & fruitionem Dei vnius in eſſentia, & Trini in perſonis, & de ea actu cogitet adhuc tamen voluntas non neceſſario, ſed libere eam appetit ob eaſdem rationes, ita Scotus loco citato.

26 Amplia 2. etiam ſi Viator clarè videret obiectum Beatitudinis, nempè Deũ adhuc liberè in eo caſu in illud tenderet etiam ſi nullum ſupernaturalem in voluntate haberet, ita Scotus vbi ſup. nam in tali caſu voluntas non eſſet mutata per aliquod ſibi inexiſtens, ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, ergo ſi prius liberè in tale obiectum tendebat eodem modo tendit poſtea; Amplia 3. etiam ſi in tali caſu voluntas viatoris habeat ſupernaturalem habitum Charitatis adhuc liberè amat obiectum beatificum, ita Scotus ibidem, nam per nullum habitum, aut qualitatem ſuperuenientem voluntati, ſiue natura ẽ, ſiue ſupernaturalem ipſa ceſſat eſſe vollũtas, ergo non ceſſat eſſe libera, nam aut voluntas non eſt aut libera dicenda eſt, vt ait D. Auguſt. Item Charitas abſolutè cõſiderata non eſt principium agens neceſſarium, ergo neque poſita in voluntate habentis Intellectum tendentem in obiectum

ctum

ctum clarè viſum; Nam Charitas Viatoris non tollit libertatem,& indifferentiam operandi per hoc autem, quod perſeuerat in aliquo, prius cognoſcente confusè deinde clarè vidente Deum non mutatur eius natura igitur ſi prius non neceſſitabat, igitur neque poſtea; Cum ergo neq; ex parte voluntatis, neque ex parte Charitatis fiat mutatio intrinsecè determinans, ſeu tollens indifferentiam pariformiter emanat actio libera à voluntate.

27 Sumpto hoc vocabulo naturale, vt opponitur ſupernaturali appetitus beatitudinis in Viatore confusè apprehendente Beatitudinem, ſiue in vniuerſali, vt aggregatum omni bono, ſiue in particulari, vt eſt viſio, & fruitio Dei poteſt eſſe aliquando naturalis, vt in exiſtente in peccato mortali, vel in hæretico, vel in alio ſine auxilio ſupernaturali, nam quilibet ex affectione comodi poteſt ſibi optare beatitudinem, ſiue in vniuerſali, ſiue in particulari; Hæc autem cupiditas non indiget fieri ex concurſu ſupernaturali; Item in fidelis poſſunt eam ſic optare. Aliquando poteſt eſſe ſupernaturalis, nam actus Charitatis in Deum eſt ſupernaturalis, ergo etiam actus appetendi beatitudinem poteſt eſſe talis ſi prouenit ex charitate, ſimiliter in Viatore eleuato ad Deũ clarè videndum non tamen habente habitum Charitatis in voluntate appetitus beatitudinis poteſt eſse naturalis, nam talis videns poteſt obiectum illud amare ex affectione comodi, & quatenus ſibi bonũ, nam clara illa viſio in via non fert ſecum, neque confirmationem in gratia; neque de neceſſitate rectitudinem operandi in voluntate, ergo ſi circa tale obiectum creditum poterat voluntas operari naturali appetitu id etiam poterit circa illud clarè viſum; & poteſt etiam eſse ſupernaturalis, quia poteſt talis appetitus haberi ex fine ſupernaturali, & cum auxilio gratiæ.

28 In Viatore eleuato ad videndum clarè Deum, & habentes habitum charitatis in voluntate non confirmato ſi appetitus beatitudinis non procedat ex fine ſupernaturali, & auxilio gratiæ eſt naturalis, nam actus ſupernaturalis, vt ſit talis exigit produci, vel ab habitu ſupernaturali, & auxiliæ gratiæ, vel ſaltem ex auxilio ſi deſit habitus. Poteſt autem talis viator clarè videns ex eo quod non confirmatus in gratia non ex fine ſupernaturali amando Deum eius quæ viſionem, & fruitionem non amore amicitiæ, ſed concupiſcentiæ, vt ſibi bonum, tunc certè appetitus, ſeu amor ille eſset naturalis, quia (eſto circa obiectum ſupernaturale) ex principijs naturalibus ipſamet, nempè voluntate abſque concurſu ſupernaturali; Nam actus ſupernaturalis dicitur, & eſt talis, quia non poteſt à ſola natura produci, & ideò illuminationes Intellectus, & inſpirationes voluntatis ſupernaturales ſunt, quia actus harum potentiarum ſunt, ſed cum auxilijs ſupernaturalibus, quando autem concauſæ ſupernaturales deficiunt licet potentiæ iſtæ ferantur in obiectum ſupernaturale, immò in illud ſupernaturaliter cognitum actus earum ſunt naturales.

29 Quod ſupra dictum eſt n. 22. hominem ſcilicet Viatorem viribus naturę non poſse ſibi aquirere beatitudinem hic parum indagandum eſt, & in primis ſciendum hoc eſse definitum in Concil. Viennenſi ex Clem. Ad noſtrum de hæreticis contra Begardos, & Beguina, qui aſserebant, quod homo in hac vita aquirere, poteſt aquirere Beatitudinem ſecundum omnem gradum, qui conceditur Beatis in altera vita, & quod Anima, ſine habitu ſupernaturali luminis gloriæ, vel alio eſse poteſt naturaliter beata, quæ hæreſis ex multis ſcripturæ locis poteſt confutari in quibus Beatitudo dicitur merces bonorũ operum. Quod enim quis poteſt de ſe aquirere non quærit ab alio ſudore, & labore maximo, & tanquam mercedem; Homo non ex hoc præcisè dicitur impotens ad videndum Deum ſuis viribus, quia non eſt ordinis ſupernaturalis ſicut Deus. Probatur Angeli enim nec à natura ſunt producti, nec ab ea exigiti, ſed à Deo immediatè ſolitario, & totaliter abſq; creata

diſpoſitione producti, & tamen Deum naturaliter non viderunt, ergo huius ſupernaturalitatis defectus præciſè non impedit. Item Animæ à corporibus ſeparatæ ſi in Limbo, vel Purgatorio, vel alibi exiſtant modo non exigito à natura, immò ſupra naturam ſic detinentur, & tamē attingere nequeunt Dei viſionem, & fruitionem.

30 Ratio radicalis ac prima cur Deus, non poſſit videri ab Intellectu creato viribus ſuis eſt, quia Intellectus noſter non habet, neque poteſt habere Deum præſentem obiectiuè, ita Scotus in 4.d.49.qu. 11. In tantum enim Intellectus creatus poteſt naturaliter intelligere ens creatum, quia illud habet in ſe, vel in ſua ſpecie præſens in ratione obiecti, ſed Deus eſt omnino extra latitudinem obiecti naturalis Intellectus creati, ergo eum cognoſcere naturaliter, aut videre nequit cur verò Deus non ſit obiectiuè pręſens Intellectui creato etiam ex natura potentiæ eſt, quia Deus extra ſe agit liberè, & voluntariè ſic enim Scotus optimè probat contra Ariſt. in 1.d.2.q.2.& d.38.qu vnica, & d.39. qu. vnica, & quolib.14. Ariſt. enim docebat cauſam primam agere ad extra neceſſario. Contra inquit Scotus ſi prima cauſa agit neceſſario cum ſic agat etiam ad intra tollitur contingentia in rebus, omnis enim contingentia ortum habet à cauſa 1. vt alibi probatum eſt euidentioribus rationibus, ergo ſi Deus ad extra agit contingenter non eſt in poteſtate creaturæ eius obiectiua præſentia, & motiuo, ergo ex hoc oritur, quia Deus non vult ſi ei obiectiuè manifeſtare.

31 Regulariter Deus ſe manifeſtat obiectiuè omnibus Beatis ex qua manifeſtatione abſolutè loquendo tama gloria repletur, vt ſecundum appetitum rationalem elicitum *plenariè* ſatietur eſt communis, iuxta illud Pſalmi 16. ſatiabor cum apparuerit gloria tua, & Pſal.64. replebimur in bonis domus tuæ. Dictum eſt ſecundum appetitum rationalem elicitum, quia ſecundum appetitum naturalem non ſatiatur, quia appetitus naturalis eſt capacitas, & inclinatio naturæ ad ſummum perfectionem ſibi poſſibilem, ſed non omnes habent ſummam beatitudinem, quam poſſent habere, non tamen conqueruntur contra Diuinam iuſtitiam diſtributiuam, quæ largitur beatitudinem non ob propēſionem capacitatis, ſeu appetitis naturalis, ſed meritorum qua diſpoſitione, quis libet Beatus remanet quietus, & lætus Scotus in 2.d.1. q.vltima; Non remurmuret autem propter duo primum eſt, quia Deus non concurrit cum eo ad talem actum diuinæ voluntatis difformem. Vult enim Deus, vt beatus ſit contentus gloria, quæ ſibi confertur 2. eſt quia beatus non poteſt peccare, peccaret autem ſi vellet impleri capacitatem naturalem, quia Deus ex iuſtitia decreuit non ſatiare.

32 Beatitudo formalis non conſiſtit in illapſa Dei ad eſſentiam Animæ, ne ad ipſius potentias, ita Scotus, & communiter contra Henricum 1.pars, prob. à Scoto in 4. d.49. qu.2. Nam dum homo fit Beatus Deus non mutatur, nec aliter *illabitur* ad eſſentiam Animæ, quam *prius illabebatur* & ſi eſt aliqua nouitas *non eſt* ex *illapſu* Dei ad eſſentiam Animæ, ſed aliundè, & tamen homo nunc eſt Beatus, & non antea ergo in aliquo alio, quam in illapſu ad eſſentiam Animę conſiſtit Beatitudo formalis; Prob. 2.pars omnes cum Philoſophi, quam Theologi docent beatitudinem eſſe perfectiſſimam hominis operationem, illapſus autem Dei non eſt operatio, ſed intima præſentia alicuius ſubſiſtentis alteri ſubſiſtenti cum ſuperiori à ſe veldominio. Formalis Beatitudo eſt vnio cum Deo, quæ eſt Beatitudo obiectiua, ſiue obiectū Beatitudinis. Hæc enim neceſſaria eſt, vt Deus ipſe nobis coniungatur nos, quæ afficiat, Nulla enim res à nobis diſtincta poteſt eſſe ſummum bonum noſtrum, aut nos beatos reddere niſi nobis applicetur, aut coniungatur, vt per ſe notum eſt; nec tamen qualiſcumque vnio cauſat hunc effectum, ſed determinata ad hoc à Diuina voluntate.

33 Multis modi concipi poteſt Deum menti noſtræ vniri, ſeu coniungi 1. vnioni

dependentiæ, qũa aſſiduè mens noſtra ab illo dependet ſicut enim lumen dependet à Sole, & ideò illi certo modo connecti debet, ita totus Mundus, & vniuerſa creatura pendet à Deo eique miro quodam modo coheret, & connectitur, quia aſſidua ab ipſo accipit poſſe, & operari. In hoc tamen vnione non conſiſtit beatitudo, quia hæc vnio eſt comunis omnibus rebus creatis comunis; Vnde etiam in peſſimis, & ſceleratiſſimis reperitur, nam neque Dœmones ne hac vnione cum Deo, vel ad momentum ſubſiſtere poſſunt 2. modus vnionis eſt per intimam penetrationem, qua Deus ratione ſuæ immenſitatis, & ſubtilitatis omnibus corporibus, & ſpiritibus eſt intimè præſens multoque intimius, quam lumen veri, vel Anima corpori; Hic modus differe à Superiore, quia etiam ſi creatura non dependeret à Deo nihilominus Deus ratione ſuæ immenſitatis ſubtilitatis omnibus eſſet intimè præſens omnia quæ impleret, & penetraret. Sed neque hæc vnio ad beatitudinem ſufficit, quia omnibus comunis eſt, neque propriè aliquam vnionem continet, ſed ſolum diſtantiam localem, & indiſtantiam.

34 Tertius modus vnionis eſt per gratiam iuſtificationis, quam ſequntur quinque effectus 1. remiſſio peccatorum, hæc enim vnio non admittit conſortium peccati mortalis 2. effectus conſtituit filios Dei tanquam naturæ Diuinæ participes, 3. ita ſecum trahit naturam Diuinam eamque nobis præſentem, & inhabitantem facit, vt etiam ſi ipſa non eſſet immenſa, & vbique tamen eam nobis intimè præſentem ſiſteret, 4. tribuit ius ad vitam æternam ea quæ nos dignos reddit 5. opera noſtra bona efficit digna vita æterna; Habet autem gratia iuſtificans hanc vim ad hos effectus non ex nuda ſua entitate phiſica quatenus eſt quidam habitus, de prima ſpecie qualitatis, ſed ex ordinatione Diuina rerum naturæ conſentanea: Nulla enim erat qualitas creata magis conueniens ad hos effectus; Vnde Deus illam aſſumpſit eiq; ſuo decreto hanc vim ſtabiliter annexuit; In hac tamen vnio non poteſt noſtra Beatitudo completa conſiſtere, quia vnio iſta comunis eſt omnibus iuſtis etiam in hac vita mortali, & ordinatur ad vlteriorem ad maiorẽ vnionem, quæ erit peruiſionem, & amorem; In hac vnione per gratiam rectè dicitur conſiſtere beatitudo huius vitæ de qua ſcripturæ paſſim loquuntur, quia ius tribuit perfectæ, & complectæ beatitudinis.

35 Quartus modus coniunctionis Dei cum homine eſt per vnionem hypoſtaticam: hæc duo requirit 1 vt Diuinitas tota intimè præſens ſit naturæ humanæ, & ſingulis eius partibus 2. ita arctet immediatè, vt ex vi huius vnionis homo ſit Deus, & Deus ſit homo; Verum etiam in hac vnione non conſiſtit beatitudo 1. alioquin ſola Chriſti humanitas beata eſset 2. quia hæc vnio non minus eſt cum corpore Chriſti, quam cum Anima, ſed corpus per ſe non eſt capax beatitudinis 3. beatitudo ſecundum opinionem omnium eſt quid vitale, ſed vnio illa non eſt quid vitale, ergo 5. modus (vt alios à noſtro propoſito alienos relinquamus) eſt per viſionem, & amorem creatum: Hic ſolus nos formaliter beatos efficit, tales autem operationes ſunt vitales, quia procedunt ab ipſa Anima, quæ eſt principium vitæ; Vna ſola harum operationum, ſine altera nõ complet beatitudinem, Scotus in 4. diſt. 49. nam in vtriuſque potentiæ Intellectus, & voluntatis operatione homo beatificatur, quia Intellectus eſt inclinatus ad videndum ſummum, & excellentiſſimum viſibile, quo non habito non habet vltimum ſuperfectiuum cuius eſt capax; Pariter, & voluntas eſt inclinata ad ſummum appetibili, quo non habito beata non eſt ſed miſera.

36 Si iſtæ duæ operationes formaliter beatificatiuæ comparentur ad inuicem beatitudo non conſiſtit principaliter in operatione Intellectus, Scotus in 4. d. 49. qu. 3. Probatur. Intelligere, & videre eſt propter velle, & amare non è conuerſo aliàs eſset ordo peruerſus ex D. Anſelmo lib. 2. Cur Deus homo c. 1. ergo cum viſio

ordinetur ad velle, ſi vtroque operatio facit Beatitudinem intelligere, & videre tanquam ordinatum erit minus principale reſpectu termini ad quem ordinatur. Et ſi dicatur viſionem eſse quoque finem hominis; Inquit Scotus eſse finem ſub fin. Confirmatur obtenta præſentia obiecti eiuſque viſione non quietatur Animus beati, niſi actum perfectiſſimum dilectionis, & complacentiæ circa illud habeat, & plus appetit voluntas perfectionem propriam, quam perfectionem Intellectus; Dices per viſionem perfectè poſſidetur obiectum, nam per cognitionem cognitum eſt in cognoſcente ergo? Reſpondetur diſtinguendo, Antecedens poſſidetur per modum cogniti non tamen per modum amati, & quietantis naturam; Famelicus enim non ſatiatur viſione cibi; nec auidus pecuniæ ſatiatur viſione, & tactu pecuniæ, ſed eius completa poſſeſſione. Cum ergo natura appetat videre, & frui immò videre vt fruatur, ergo non eſt completè beata ſine fruitione.

37 Beatitudo ergo principalius conſiſtit in actu voluntatis non in actu, qui dicitur nolle, nam nolle habet pro obiecto malum. Scotus in 4.d.4.q.5. ergo non poteſt concurrere ad conſtituendum per ſe, quæ eſt ſummum bonum, nec in amore concupiſcentiæ Dei, nam Beatitudo conſiſtit in actu perfectiſſimo, & nullo modo obliquabili ex circumſtantijs, ſed amor concupiſcentiæ, erga Deum poteſt vitiari ex circumſtantia modi poteſt enim immoderatè, quis ſibi amare Deum, & ideò peccauit Diabolus, ex D. Anſelmo de caſu Diaboli c. 3. vbi docet eum appetiuiſse, quod ſi ſtetiſset habuiſset, appetebat enim illicitè beatitudinem: Beatitudo ergo conſiſtit principaliter in fruitione Dei clarè niſi Scotus in 4.d 4.q.5. nam actus fruitionis, qui eſt perfectiſſimus immediatius attingitur vltimus finis, & ad eum omnia alia media, ſiue in via, ſiue in Patria diriguntur, ergo in ea conſiſtit principalius Beatitudo; conſequentia nam propter beatitudinem omnia amantur, & ad eam ordinantur alias non eſset ſumma hominis perfectio. Antecedens prob. in via manibus creaturis vtimur, vt Deo, & Trinitate perfruamur in Patria Dei viſio ad morem ordinatur.

38 Probatur vlterius nobilior potentia nobiliorem efficit operationem, ſed voluntas eſt potentia nobilior Intellectu, ergo efficit meliorem operationem; minor probatur; Nam voluntas eſt tanquam Rex in Regno Animę, & imperat omnibus potentijs etiam Intellectui ſuppoſita ſimplici cognitione obiecti, vt nimirum ſe retrahant à ſuis operationibus; vel in eis perſeuerent; Item in poteſtate voluntatis eſt vt homo, & ipſemet intellectus ſit beatus, vel miſer, iuxta illud Eccleſiaſtici 13.14. Deus ab Initio conſtituant hominē, & reliquit eum in manu conſilij ſui, adiecit ei mandata, & præcepta ſua, ſi volueris mandata obſeruare conſeruabunt; Appoſui tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam; ante hominem vita, & mors bonum, & malum, quod placuerit ei dabitur illi; Immò voluntas beati ſi ſibi dimitteretur, & daret ei concurſum ſuum paratum ad vtrumque poſſet retrahere Intellectum à viſione tale ac tantum eſt eius Imperium, & poteſtas circa illum, ergo fatendum eſt eſſe nobiliorem potentiam non enim nobilius ſubditur ignobiliori, ideò etiam ſunt voluntati attributi nobiliores habitus, quam Intellectui, vt patet de Charitate nobiliſſima inter habitus Theologicos, quam maiorem declarat Apoſtol. 1. Cor. 13.

39 Gaudium, & lætitia ſunt omnino inſeparabilia à beatitudini, ita Scotus in 1.d.1.q.3. iuxta illud Pſal. 15. in quo habetur delectationes in dextera tua vſque in finem, vbi Interlin. ait *perfectę*, & æternaliter, & aliud Pſal. 167. Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia vbi de finali iuſtorum lætitia, & aliud Pſal. 149. exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis, vbi Gloſ. Ordin. ait. Hic agit de gaudijs ſanctorum, & poteſtate, & idem oſtendit Saluator. Mat. 25. Euge ſerue bone intra in gaudium Domini tui, vbi Interl. ait gaudens Dominus

in gaudium intrare iubet, & Gloſſ. Ordin. ait Intra in gaudium admixtus Choris Angelorum ſic intus lætare de munere, vt iam non ſit quod exterius doleas de corruptione; Gaudium de ſummo bono præſente eſt quidem inſeparabile à Beatitudine non tamen eſt de eius eſſentia, ſed paſſio eam neceſſario ſequens latè accipiendo paſſionem; Probatur nulla paſſio eſt beatitudo eſſentialiter, ergo gaudium non eſt de eſſentia beatitudinis, probatur nam beatitudo eſt vltima perfectio ex eo quod optimo coniungitur paſſio autem ſequitur eiuſmodi coniunctionem ad optimum; Prius eſt enim Deum videre eoque frui; quam ex talibus actibus delectationē ſequi; Ideoque eſt quoddam accidens reſpectu talium operationum.

40 Beatitudo formalis Animæ intenſiuè inſpecta, tam ex parte operationum Intellectus, & voluntatis quam ex parte gaudij eſt inequalis in beatis, Scotus in 4. d. 50. q. 5. & 6. & colligitur ex principijs fidei. Saluator apud Ioan. 14. inquit in domo Patris mei manſiones multæ ſunt; vbi Gloſſa Interlin. ait manſiones, ideſt diuerſa præmia meritorum, & D. Paulus 1. Cor. 15. ſtella differt à ſtella in claritate ſic, & reſurrectio mortuorum, vbi D. Hieron. ait ſtellarum diuerſitati iuſtorum differentiam comparat, quos gradus virtutum, in gloria non peccata facit eſse diuerſos, & Conſtitutio 17. Eugenij 4. quæ eſt Decretum Florentini Concilij pro vnione Eccleſiæ Græcæ cum Latina in §. 6. vbi de Animabus poſt quam purgatæ exibunt de purgatorio, ait Cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum, & vnū ſicuti eſt pro meritorum tamen diuerſitate: Hinc colligimus inæqualitatem beatitudinis in beatis oriri radicaliter à iuſtitia diſtributiua Diuinæ voluntatis iuſtè diſtribuentis præmia cæleſtia omnibus electis, iuxta cuiuſcumque merita ſic D. Paulus Rom. 2. ait reddet cuicumque, iuxta opera eius, ergo iuxta merita retribuenda eſt beatitudo, & 1. Cor. 3. adhuc confirmat dicens vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet 2. ſuum laborem.

41 De facto Beati, tam Angeli, quam homines intuitiuè videbunt Deum ſicuti eſt ſic enim promittit Saluator. Matth. 5. Beati Mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt, & D. Ioan. 1. c. 3. ſcimus quoniā cum apparuerit videbimus eum ſicuti eſt; Hæc viſio erit Intellectualis eſt de fide, quia etiam Angeli vident Deum, ex Mat. 18. ſed non poſſunt alia viſione, quam Intellectuali videre ergo; Quod verò Deus non poſſit clarè videri viſione corporea probatum eſt ſupra lib. 2. c. 1. ar. 5. n. 1. & nec viſio erit intuitiua, & terminabitur ad ipſum Deum, nempè ad eius prædicata quidditatiua relatiua, & attributalia eſt de fide 1. Cor. 13. videmus nunc per ſpeculum in enigmate tunc autem à facie ad faciem, ergo vt cognitio in patria differat à cognitione in via ſi hæc eſt enigmatica oſcura, & in ſimilitudine illa debet eſſe clara euidens obiecti in ſe ſic enim ſummus Pontifex Benedictus 12. definiuit in ſua conſtit. quæ incipit Benedictus Deus, ait enim §. 3. Beatos videre Diuinam eſſentiam viſione intuitiua, & facia ſi nulla mediante creatura in ratione obiecti viſi ſe habente, ſed Diuina eſſentia immediatè ſi nude clarè, & apertè oſtendente, ita Benedictus Papa; qui ſupponit eſſentiam Diuinam eſſe obiectum voluntarium Beatitudinis electorum, vt inſinuat illis verbis nulla mediante creatura.

42 Cum hoc tamen ſtare poteſt, quod viſio Dei ſecundum aliquos actus, & circa aliqua prædicata, & obiecta viſa in eo ſit compoſitiua, & diſcurſiua, ſiue ſcientifica, ita Scotus in prol. ſent. q. 4. laterali cū omnibus diſcipulis, & ſic ſolidè probant quidditas ſubiecti virtualiter, & eſſentialiter continet omnes veritates, quas poteſt facere notas Intellectui paſſiuo, ſiue capti illius obiecti, & in quo cum lumine videatur eſt talis naturæ, ſiue videatur in lumine creato, ſiue in increato; ſicut enim linea viſa in lumine naturali poteſt facer notas Intellectui noſtro omnes veritates in ſe incluſas, ita ſi videatur in lumine increato, nempè in Diuina eſſentia, quia numquam deſinit eſſe cauſa, & cognoſcibi-

bi-

bilis vt cauſa, ergo viſio, quæ per eſsētiam cognoſcuntur ea quæ ab eſſentia manans eſt cognitio veritatum incluſarum in ſubiecto ſucceſſionum, aut effectuum neceſſariorum re ſua cauſa. Cognitio autem veritatis, vel paſſionis, aut effectus per ſubiectum, & cauſam neceſſariam, ſi eſt cum pluralitate actuum ſuccedentium, & naturali ſaltem ordine diſpoſitorum eſt ſciētifica, non enim ait Scotus diſcurſus exigit ſucceſſionem temporis, ſed ſufficit ordo naturæ.

43 Hæc intuitiua viſio Dei in Beatis eſt merè practica colligitur, ex Scoto q.4. Prol. Nam Deus à Beatis videtur, vt ametur, & glorificetur, ergo viſio eſt practica, nam practica ordinatur ad opus dirigibile ab ipſa. Antecedens probatur, videtur vt ab eis poſſideatur in ratione vltimi finis, & ſummi boni, ſed per viſionem, & amorem hoc modo poſſidetur, ergo viſio ad actum illum ordinatur, & ſic eſt practica, quia ad operationem voluntatis dirigitur. Deus dum ſic à Beatis poſſidetur non tamen propriè comprehenditur, nec ab Angelis, nec ab hominibus, nec ab ipſo Ieſu Chriſto quatenus homo eſt ſic docente D. Ambroſio in ſymbolum Apoſtolicum capio creata natura increati ſubſtantiam, vt talis eſt nunquam poteſt ad plenum comprehendere: & Epiphanius Hæreſi 72. docente pariter Deum infinitum videri non vt ſe habet in ſe Infinitum, ſed quomodo capere natura poteſt. Præciſa ratio cur viſio beata creata non ſit comprehenſiua rigore Diuinæ eſſentiæ eſt, quia non adæquatum, neque commenſuratur, cum intelligibilitate Diuinæ eſſentiæ viſæ. Ita Scotus in 3.d.14.q.2. De hac re vide ſup. lib.2.c.2.ar.4.d.20.21.22.

44 Viſio beata, qua videtur Deus, & alia impropriè, & in rigore non eſt Verbum, neque cauſatiua Verbi, Scotus quolib. 14. Prob. Verbum eſſentialiter dicit hoc, vt ſcilicet proles naturalis, & ſimilitudo obiecti naturaliter producta, ſed viſio beata eſto ſit ſimilitudo expreſſa Dei, ac naturalis non tamen producta naturaliter ab vtroque cum principio maior probatur. In omni ſchola filius Diuinus dicitur proles genita Patris, & Verbum, quia eſt naturalis expreſſio Patris, & naturaliter producta ab Intellectu, qui eſt Principium naturale, ſeu verius de memoria Patris producta ex D. Auguſt. 15. de Trin. c. 7. non verò de voluntate, ex eodem ibi c.20. Min. probatur, Viſio beata procedit ab Intellectu, & obiecto beatifico, quod quidem ad eam liberè cōcurrit Deus enim non operatur extra ſe niſi liberè, ergo cū viſio Beatifica non producatur naturaliter non habet veram Verbi naturam, vt hac de cauſa, ait Scotus in quolib. 14. Beatus non habet Verbum de Deo, quia & ſi illa viſio ſit imago Diuinæ eſſentiæ ipſam naturaliter rappreſentans non tamen eſt imago naturalis naturaliter ab ipſa procedens, ſed illius eſſentiæ eſt tantum vnicum Verbum, & hoc in ſolo Intellectu increato in quo ſolo poteſt eſſe notitia illius obiecti naturaliter genita.

45 Dictum eſt, & probatum alibi *viſiones beatas Angelorum, & hominum non* differre ſpecie, ex Scoto in 2. d.1.q.6. hic non erit inutile repetere idem dum agitur ex profeſſo de viſionibus beatis; Nam omnis diuerſitas ſpecifica in actibus vitalibus oritur, vel à diuerſitate potentiarū, vel obiectorum, vel modorum tendendi in idem obiectum, ſed viſio beata Angeli cuiuslibet, & cuiuslibet hominis habent eandem ſpecie potentiam, eundem ſpecie tendendi modum, idem ſpecie lumen gloriæ idem tandem obiectum ne dum ſpecie, ſed numero, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei, maior patet. Minor prob. licet enim Anima ab Angelo differat ſpecie non quidem, vt completa ſpecies ab alia, ſed vt pars ſpeciei ab alia completa non ideò intellectualitas Animæ differt ſpecie ab intellectualitate Angeli ſicut licet bos differat ſpecie ab Aquila tamen vis viſiua in eis non differt ſpecie, quia inquit Scotus non eſt neceſſe, vt tanta ſit differentia in contentis quanta eſt in continentibus, quia vtraque intellectualitas reſpicit, idē obiectum ſub eadem ratione, & tendit in idem ſecundum eundem modum tendendi

di in ipſum: Item ſi viſio Angelica differt ſpecie à viſione hominis quęlibet viſio beata cuiuſcumque Angeli eſſet perfectior qualibet viſione cuiuslibet hominis, ſed hoc eſt falſum de viſione Animæ Chriſti, quæ perfectior eſt quacumque viſione Angelica.

46 Intellectus beati actiuè concurrit ad producendam viſionem Dei, ex Scoto varijs in locis. Probatur nam voluntas actiuè ſe habet in productione viſionis, ergo & Intellectus &c. conſequentia patet vtrobique obiectum, & actio ſunt entia ſupernaturalia, ergo quod poteſt vna potentia adiuta habitu Charitatis poteſt alia nixa lumini gloriæ, vel aſſignetur ſi poteſt aſſignari diſparitas. Conceditur tamen Intellectum beati ſe ſolum non ſufficere proprijs viribus innixum, ita Scotus in 4. d. 49. q. 11. §. Reſpondeo dicens formalibus Verbis natura humana non eſt ſufficienter actiua ex puris naturalibus ad videndum Deum Viſione Beata; ſic poſtea definitum fuit de fide in Concilij Viennenſi ſub Clemente V. Clem. Ad noſtrum de Hæreticis, vbi damnatur error Begardorum, & Beguinarum docentium Intellectum creatum ex ſuis viribus poſſe videre Deum, & definitur non poſſe videre ſine lumine gloriæ. Ad viſionem beatificam efficiendam non concurrit Intellectus Agens, nam non eſt neceſſaria ſpecies Intelligibilis in viſione Dei, quæ eſt lumen obiecti cum ipſummet obiectum ſit ſumma lux immò ſi eſſet neceſſaria, vt effectus obiecti præuius à ſolo obiecto, nempè Deo produceretur eſſet enim ordinis altioris Intellectu, vide ſupra lib. 1. ar. 5. num. 10.

47 Concedendum eſt, quod ad videndum Deum beatificè ſit neceſſarium lumen gloriæ, iuxta illud Pſalmi 37. quoniã apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, vbi Liranus ait in lumine creato gloriæ videbimus lumen tuę eſſentiæ, quod videri non poteſt ab intellectu creato, niſi ad hoc eleuetur per lumen gloriæ fortificans lumen naturale Intellectus, ita Liranus, Scotus etiam in 1. d. 12. q. 2. in fin. ait nullus negat comuniter habitum luminis gloriæ in Intellectu. De Intentione Scoti circa lumen gloriæ, & quomodo viſus eſt illud negaſſe, vide lib. 2. ar. 5. n. 20. & 21. Deinde acceſſit definitio, Concilij Viennenſis in citata Clem. ad noſtrum de Hæreticis; Quod quidem lumen gloriæ non eſt quid actuale, ſed habituale ſecundum ferè comunem opinionem Theologorum, & ratio eſt, quia viſio debet eſſe perſeuerans, & perpetua igitur aliquid permanens ac perpetuo inhęrens, Intellectui debet eſſe lumen ad potentiam intellectiuam concurrens, & ſicut Charitas, quæ concurrit cum voluntate ad fruitionem eſt habitus perſeuerans permanenter in voluntate, ita etiam lumen concurrens cum Intellectu ad viſionem debet eſſe habitus perſeuerans; Item lumen ſuccedit fidei, quæ per mortem euacuatur, ſed fides erat habitualis, ergo & lumen.

48 Plures circumferuntur functiones luminis glorię in ordine ad viſionem beatificam quibus relictis tanquam ſuperfluis, & parum conſentaneis definitioni Concilij Viennenſis placet dicere cum Scoto in 4. diſt. 49 q. 11. & D. Bonau. in 3. ſent. d. 14. n. 21. & D. Thoma p. 1. q. 12. art. 5. quod lumen glorię actiuè concurrit ad cauſandam viſionem beatificam, quia omnis habitus actiuè concurrit ad actus potentiæ cui tribuitur, ita colligitur ex ſui definitione. Eſt enim qualitas immobilis inhærens potentiæ eam adiuuans ad certas, & determinatas operationum ſpecies; ergo, alioquin fruſtra darentur, & experientia docet habituatos maxima facilitate operari. E contra verò carentes habitu, ergo & lumen ſic concurrit; Non conceditur tamen lumen gloriæ eſſe totam virtutem actiuam; Intellectum verò eſſe ſolum inſtrumentum luminis à Deo eleuatum ad inſeruiendum lumini, nam eſt manifeſta implicantia; quod agens viuum ſit inſtrumentum accidentis mortui in ordine ad operationem viuam, & vitalem, Res igitur e contra ſe habet lumen autem eſt qualitas mortua,

Ia-

Intellectus verò agens viuum, ergo.

49 Nec conceditur lumen gloriæ dare Intellectui totam actiuitatem neceſſariam ad cauſandam viſionem beatam. Scotus in 1.d.17.q.1. & in 3.d. 14.q.2. & in 4.d.49. q.11. Scotus in 1.d.17.q.2. probat ſi lumē eſſet tota actiuitas ſequitur illud eſſe potentiam non habitum, quod eſt abſurdum, patet conſequentia; Potentia eſt qua ſimpliciter poſſumus habitus verò eſt quo ſic poſſumus; Immò comparando actiuitatem Intellectus cum actiuitate luminis abſolutè loquendo Intellectus eſt cauſa principaliter, quia viſio habet eſſe vitale licet à lumine ſupernaturale; Ideò lumen in hoc per accidens poteſt dici cauſa, ſine enim lumine poteſt eſſe viſio, quia actiuitas eius poteſt à Deo ſuppleri, ſed non actiuitas Intellectus, quia attingentia vitalis Intellectiua nequit per vllam potentiam ſuppleri, poteſt quidem Deus cognitionem infundere in Intellectu creato non tamen viſionem, ſupernaturalitas ergo, in actu haberi poteſt aliunde, quam à lumine at vitalitas haberi non poteſt aliunde, quam à potentia: Item eſt principalius, & eſſentialius in viſione, quod ſit viſio vitalis, quæ operatio, quam quod ſit ſupernaturalis, quia illa ſunt prædicata abſoluta quidditatiua ſupernaturalitas verò eſt prædicatum relatiuum in ordine ſcilicet ad agens aliquod ſupra naturæ vires ad prædicata illa concurrens.

50 Vltra cauſalitatem circa viſionem lumen gloriæ habet, quod ex ordinatione Dei, ſeu moraliter, ſecundum modernos cauſat, ſeu adducit obiectiuam Dei præſentiam, quam Intellectus beati nequit naturaliter habere Scotus in 4. d. 49. qui hic effectus eſt moralis non phiſicus effectibus, ſeu cauſalitati ſacramentorum non diſſimilis ordinauit enim Deus ſe nolle hac dignitate Creaturam rationalem, & intellectualem donare, vt illi obiectiuè ſit præſens, & per modum viſibilis niſi ſupernaturali illo habitu ſit ad ordinem ſupernaturalium agētium eleuata eo autem poſito, & obiectiuè ſe demonſtrato totum illud coniunctum ex Intellectu, & lumine cum concurſu obiecti elicit viſionem; neque videtur poſſe aliter eiuſmodi cauſalitas circa obiecti præſentiam poſſe explicari; Poſito tali coniuncto viſio beata infallibiliter ſequitur tanquam illi debita ex prædicta ordinatione. Eſto enim Sacramenta ex Dei ordinatione cauſent gratia, vt moralia inſtrumenta, nihilominus gratia ipſa cauſata, & eiuſmodi. Cauſalitas ſunt eis connaturales, ideſt debitæ, quia numquam carent ſuis effectibus, nec ipſis fraudantur, ergo idem de viſione, ſic etiam corpori organizato ſtatim eſt Anima infundenda ex ordinatione Diuina Anima dicitur ei debita, & connaturalis, Numquam enim Deus deficit infundere. Idem dicendum de viſione beatifica.

51 Nulla Anima eſt creabilis quacumque potentia Diuina etiam abſoluta cum adeò perfecto, vt videre poſſit Deum ex ſuis naturalibus abſque aliquo ſaltem extrinſeco ſupernaturali adiutorio, Scotus quolib. 14. cum comuni nam *Intellectus* ſuis viribus naturalibus non *poteſt habere* obiectiuam Dei præſentiam, ergo Intellectus creatus non poteſt Deum intuitiuè videre viribus naturæ, Adde etiam ſi talis Intellectus adæquaretur, vel ſuperaret ſuis viribus luminis actiuitatem ob eandem rationem, quia talis Intellectus non auferret à Deo voluntarietatem in ſui oſtenſione, neque haberet in ſe eminenter continens obiectum beatificum. Adde 2. etiam ſi fingatur poſſibilis Intellectus creatus infinitus, ſeu cum lumine infinito adhuc ex ſuis ſolis viribus non poſſet ad Dei viſionem abſque extrinſeco adiutorio pertingere, nam talis Intellectus non mutaret naturam, aut proprietatem Dei ergo. Anteced. ſupponitur de fide Deus enim 2. omnia, quæ ſibi formaliter in ſunt, ſiue abſoluta, ſiue relatiua eſt immutabilis; Conſequentia prob. In tantum ſine lumine, vel etiam cum lumine nequit videri niſi ipſemet decernat ſe oſtendere viſibilem in quantum eſt obiectum voluntarium, ſeu liberè mouens extra ſe, hæc autem proprietas non mutaretur.

52 Eſſe poſſibilem ſpeciem impreſſam eſ-

eſſentiæ Diuinæ, & de facto datam fuiſſe Intellectui creato pluribus in locis ſuppoſitum eſt, & probatum ex ſolida doctrina Doctoris ſubtilis vide potiſſimum, ſupra lib.2. c.1. n. 11. hic probandum eſt talem ſpeciem Diuinæ eſſentiæ non dari in Beatis, nam ſpecies hæc eſſet fruſtratoria, numquam enim aliquem effectum eſſet productura ergo. Antecedens probatur, effectus ad quem ponuntur ſpecies intelligibiles ſunt cognitiones abſtractiuæ obiectorum in abſentia obiectorum eorumdem, ſed Beatus numquam habebit cognitionem Dei abſtractiuam, neque ſe vellet eam habere poſſet, nam ſemper habebit Deum obiectiuè præſentem, ergo; & poſito, quod talis ſpecies daretur (ſicut apud aliquos exiſtimatur poſſibile) non poſſet tamen concurrere effectiuè ad Dei viſionem, ſiue intuitiuam cognitionem colligitur ex Scoto in 2.d.3.q.8. & q.9. & q.11.& quolib.14. Tunc enim ſpecies impreſſa potius impediret cognitionem intuitiuam, quàm eam adiuuaret, nam facit quod obiectum cognoſcatur in Imagine, ergo eſt arcenda concurſu intuitiuę viſionis. Vide plura de viſione beata lib.2. c.1. ar.5. per totum.

53 Ex prædictis clarè colligitur obiectum primarium, & eſſentiale Beatitudinis eſſe Deum ipſum obiectiuè pręſentem eſt de fide, iuxta illud Pſalmi, quid mihi eſt in Cœlo, & à te quid volui ſuper Terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum, & aliud primæ Ioan.3. ſcimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus quoniam videbimus eum ſicuti eſt Beatitudo enim eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus ex Boetio, ergo debet de neceſſitate includere, ſeu habere pro obiecto Deum, nam in nulla re creata poteſt eſſe aggregatio omnium bonorum. Iſte Deus eſt obiectum primarium, & eſſentiale viſionis beatæ, vt eſt realiter exiſtens in tribus perſonis eſt de fide. Ita Conſtit. 17. Eugenij 4. quæ eſt Concilij Florentini pro concordia Eccleſiæ Græcæ in qua §. 6. habetur Iſtorumq; Animas, quæ poſt Baptiſmum ſusceptum nullam omnino maculam incurrerunt illas etiam, quæ poſt contracti peccati maculam ſunt purgatæ in Cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum Trinum, & vnum ſicuti eſt, & D. Auguſt. confirmat lib.1. de Trin. c.10. vbi ait contemplabimur enim Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum &c.

54 Non implicat tamen quin abſolutè ab aliquo intellectu videri poſſit Deus, ſecundum eſſentiam, & non ſecundum perſonas, ita Scotus in 1.d.1.q.2. nam eſſentia poteſt comunicari non comunicata proprietate, ergo & videri ea non viſa; Probatur conſequentia, nam non requiritur maior diſtinctio ad vnum quam ad aliud immò minor ad ſecundum, quam ad primum; In primo enim adeſt identitas rei comunicatæ cum non comunicata, & neceſſitas comunicandi abſque vlterius comunicatione, In 2. verò adeſt contingentia oſtendendi ſe non oſtendendo perſonalitatem; ſi ergo eſſentia comunicata poteſt eſſe terminus comunicationis abſque eo quod perſonalitas eam comunicationem terminet poterit pariter eſſe terminus viſionis. In quo caſu adhuc viſio illa eſſet beatifica; probatur nam eſſentia Diuina in ſe præcisè conſiderata eſt bonū infinitum primaria entis infinitate, & Pelagus omnium perfectionum à qua ceterę emanant, ergo eius ſolius viſio eſt beata, quia potentia videns perfectè ſatiatur tali viſione, quia ſic quietatur in ſummo bono. Confirmatur Pater in Diuinis antequam generet filium, & producat Spiritum Sanctum eſt perfectè beatus, & non niſi in eſſentia Diuina.

55 Similiter potentia Dei abſoluta fieri poteſt, vt beatus vnam videat Perſonam non viſa alia Scotus in 1.d.1.q.2. nam ante Chriſti prædicationem, & explicitam de Trin. doctrinam toto tempore præcedente exceptis aliquibus Eccleſiæ Principibus non habebatur explicita de Trinit. notitia, & tamen Deus conceptus tanquā vna perſona, ſine peccato colebatur; Igitur non eſt implicantia concipere ſic Deū cumque adorare, & ſic neque erit implican-

can-

cantia vnam Perſonam Diuinam videre, eaque frui, ſi ſeparatim oſtendatur, Item Pater in 2. ſigno originis cum concipitur produxiſſe iam filium videt intuitiuè ſolum filium non autem Spiritum ſanctum; Item pro eo ſigno ante productionem Spiritus ſancti filius hunc intuitiuè non concipitur videre Spiritum ſanctum, ſed ſolum Patrem, ergo ita poterit aliqua tantum perſona apparere creato Intellectui alia non apparente; In quo caſu viſio vnius perſonæ alijs non viſis adhuc eſſet beata, quia ineſſet eſſentia Diuina, quæ eſt obiectum primarium, & principale, & abundantiſſimum beatitudinis, quia eſt pelagus omnium perfectionum ſatians omnem appetitum, & hoc à ſe non verò, vt relationibus eſt coniuncta, ergo multo magis ſi in aliqua perſona videatur.

56 In primario beatitudinis obiecto Beati poſſunt videre obiecta ſecundaria, nempè Creaturas, ſiue præſentes, ſiue futuras, aut poſſibiles, ita Scotus in Prol. ſent. q.3. eſtque comunis omnium Theologorum, nam ex conſenſu eorum comuni Chriſtus, vt homo in Verbo videbat omnia, quæ videt Verbum, ergo hæc viſio non eſt impoſſibilis creato Intellectui. Si eſt quæſtio, quid de facto videant Scotus in Prol.q.3. docet Theologiam Beatorum de facto non habere limitationem niſi ex voluntate Dei oſtendentis aliquid in eſſentia ſua, In 3.ſent.d.14.q.2. admittit Intellectum Animæ Chriſti videre in Verbo omnia alia à Verbo, quæ videt ipſum Verbum in ſe ipſo, In 4.diſt.45.q.4. docet non eſſe de ratione beatitudinis, vt beati videant, quæ nos facimus, neque orationes, ſed tamen ea videre, quia Deus eis reuelat, ſiue aliter. Certè D. Paulus ad Epheſ. 3. Verbis rotūdis ait mihi autem omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Miſterij abſconditi à ſæculis in Deo, qui omnia creauit, vt innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientiæ Dei. Ecce quomodo Deus reuelat.

57 Cum igitur beati ex vi beatæ viſionis non videant obiecta ſecundaria, niſi ſolum Deum ſequitur eos illa videre ex ſpeciali beneficio, & reuelatione Dei, ita Scotus in Prol.ſent.q.3. laterali Imprimis certum eſt, quod quilibet videbit ea, quæ credidit fide Diuina in via. Sic D.Paolino Nolano Epiſcopo teſtante Epiſt. 12. ad Seuerum, vbi ait tunc reuelanda nobis cum facie videbimus, quo nunc per fidem præuidemus, itaque hic ſeminamus, & ibi metemus, ergo nedum quæ attinent ad obiectum primarium, ſed etiam, quæ ad ſecundarium ſi in via credita ſunt videbuntur 2.probabiliſſimum eſt, quod beati videant de facto, quæ pertinent ad totius mundi conſtitutionem, ſeu compoſitionem ſpecies, nempè rerum, ſiue factas, ſiue faciendas, ita comuniter Theologi licet non cōueniant circa indiuidua illarum producēda; probatur nam Beati in via crediderunt vniuerſi totius creationem à Deo proceſſiſſe. Crediderunt enim Creatorem Terræ cum Cœlo, viſibilium, *inuiſibilium*, quæ omnium cum igitur fides ſit euacuanda, eique ſuccedere debeat viſio quicumque crediderit genera, & ſpecies rerum omnium, quæ in Geneſi, & alijs ſcripturæ locis ſunt narrata eadem videbi alias minus videbit quam crediſſet.

58 Tertio non eſt improbabile, quod videant de facto, vel omnia, vel multa ex indiuiduis talium ſpecierum, quæ facta ſunt, vel facienda probatur, ex D.Gregorio Papa lib.4. Dialog.cap.33. dicente de Beatis, quia illic omnes comuni claritate Deum conſpiciunt; quid eſt quod ibi neſciunt, vbi ſcientem omnia ſciunt: plus probat, quam propoſitum eſt, 4.probabiliſſimum eſt, quod beati de facto videant in Deo, quæ ad ipſos pertinent, vel ratione propriæ Perſonæ aut ſtatus dignitatis, vel aliquo alio titulo, ita Scotus in 4.d.45. q.4. D.Bonau. in 4.d.45.p.3.q.2. & 3. D. Thomas contra Gentes lib.3. c.59. & potiſſimum Magiſter ſent.in 4.d.45. qui poſt alia addit eos videre omniaque illis ad gaudium, & nobis ad auxilium pertinent. Quod Hugo de S.Victore lib.2. de Sacramen.

mentis p. 26. c. 1. ad litteram confirmauit, dicens Beatos eorum, quæ foris tantum ſcire quantum illis, vel ad gaudium, vel nobis ad auxilium prodeſſe conſtat.

59 Expedita prima principali parte Beatitudinis nempè diuina viſione accedimus ad 2. nempè ad fruitionem Dei, pro cuius intelligentia ſupponimus fruitionem propriè ſignificare actum amandi obiectum propter ſe licet aliquando ſignificet delectationem, ita Scotus in 1. diſt. 1. q. 3. probatur ex D. Auguſtino lib. 1. de Doctrina Chriſtiana fruitio eſt dilectio finis vltimi, & cap. 4. frui eſt amore inhærere alicui propter ſe ipſum vti verò eſt referre ad id quod amandum eſt fruitio, ergo eſt actus voluntatis cum delectatione conſequente, iuxta illud D. Auguſtini lib. 10. de Trinit. cap. 10. fruimur cognitis in quibus voluntas propter ſe ipſa delectata conquieſcit, & lib. 83. qq. q. 30. fruimus ea re de qua capimur voluptate, Dices cum eodem D. Auguſtino lib. 10. Confeſſ. cap. 22. & 23. Beata vita eſt Gaudium de Deo, & gaudium de veritate. Hinc Saluator inuitat iuſtum, dicens Matth. 25. intra in Gaudium Domini tui, & toties in ſcriptur. nomine ſolius gaudij explicatur. Pſal. 20. lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo &c. Reſp. fruitionem eſſe gaudium; & lætitiam conſecutiuè non formaliter, & ad omnia loca ſcripturæ, quæ explicant Beatitudinem titulo gaudij pariter. Reſp. fruitionem titulo gaudij explicari tanquam per magis notum magiſque hominem delectans non tamé fruitio eſſentialiter conſiſtit in gaudio, ſed in operatione ad quam ſequitur gaudium, & lætitia.

60 Deus propriè fruitur ſe ipſo, quia amat ſe propter ſe; Item Deus ſe ipſo eſt perfectiſſimè beatus, ergo fruitur ſe ipſo 2. quodlibet agens intellectuale tam homo, quam Angelus verè, & propriè fruitur, nam quilibet horum poteſt amare propter ſe experientia prob. quia ſiue ordinatè, ſiue inordinatè, tam Angeli, quam homines id exequuntur Angeli enim boni Deum amant propter ſe. Homines verè aliquando Deum amant propter ſe aliquando creaturas; In Patria autem ſemper Deum amant propter ſe, ergo etiam homines Viatores Deo frui poſſunt, nam poſſunt amore inhærere Deo propter ſe ſicut illis datur in præcepto; Deut. 6. & Mat. 22. diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo ex tota mente tua &c. etiam peccatores in Mundo fruuntur, ſed inordinatè, prob. ex D. Auguſt. dicente; Hæc eſt maxima peruerſitas humana frui vtendis, & vti fruendis; ergo homo poteſt malè frui, & malè vti, ſimiliter mali Angeli ex nimio ſui amore ſibi optauerunt æquali tuam Dei. Bruta quoque impropriè tamen frui poſſunt inhęrent enim intenſo appetitu rebus ſenſibilibus.

61 Beati videntes Deum fruuntur eſt de fide definitum à Benedicto 12. Conſtit. 4. in qua definitur Beatos Deum videre ante diem Iudicij; Deinde ſequitur, quodque ſi euidentes eadem Diuina eſſentia perfruuntur; & de deceſſuris. Poſt tandem Diuinam videbunt eſſentiam eaque perfruentur &c. Hic actus fruendi Deo duraturus in beatis in perpetuum non eſt intrinſecè neceſſarius, ſed liber, ita Scotus in 1. d. 1. q. 4. Nam de ratione intrinſeca voluntatis eſt, vt liberè operetur, & in hoc conſiſtit libertas, ergo omnes actus ab ea procedentes ſunt liberi. Antecedens prob. ex D. Auguſt. in pluribus locis lib. 3. de lib. arb. c. 3. & lib. 1. Retract. c. 9. & cap. 22. li. 1. nihil magis eſt (inquit) in poteſtate voluntatis, quam ipſa voluntas ideſt volitio, & alibi ſæpi. Hoc ſuppoſito ſic argumentatur; quando principium elicitiuum non neceſſario elicit habens principium illud non agit neceſſario. Voluntas autem humana non eſt principium elicitiuum neceſſario in via, ergo cum idem remaneat in patria non agit ibi neceſſario quantum eſt ex parte ſua, nec ratione ſtatus mutari opus eſt; Nam ſtatus Beati exigit quidem, vt in æternum fruatur, An autem fruitio ſit libera, vel ne.

neceſſaria eſt impertinens ad eum dum modo æterna ſit.

92 Obiectum fruitionis in comuni præſcindentis ab ordinata, & inordinata eſt bonum, quod habet rationem vltimi finis, ſiue realis, & veri, ſiue apparentis, vel præſtituti, ita Scotus libro 1. ſent. diſtinctione 1. quæſtione 1. Probatur ſicut Intellectus aſſentitur primo verò propter ſe alijs autem propter illud, Ita voluntas aliquod vult propter ſe alia verò propter aliud, ſed Intellectus tunc quietatur quando aſſentitur propter ſe, ergo, & voluntas quando diligit propter ſe, ſed quando hoc modo diligit licet vltimus finis realis, vel apparens ſit obiectum omnia fruitionis non tamen ſub ratione vltimi finis, Scotus vbi ſupra, nam obiectum fruitionis non eſt tale per reſpectum aliquem præſertim rationis, ſed per rationem abſolutum, ſed ratio vltimi finis in quouis obiecto etiam in Deo conſiderata eſt reſpectus ratione. Non enim Deus eſt capax reſpectus realis in ordine ad Creaturas; Item quod Deus, qui eſt obiectum noſtræ fruitionis ſic etiam vltimus finis hoc ſe habet concomitanter, ſi enim id non apprehenderetur ſub hac ratione, ſed ſolum, quia eſt bonum infinitum adhuc eſſet obiectum fruitionis;

63 De facto, & per totam æternitatem obiectum fruitionis Beatorum eſt Deus vnus in eſſentia, & Trinus in Perſonis, eſt de fide, quia ſic eum videbunt per totam æternitatem, ergo eo fruentur, Item ſpei ſuccedit tentio, ſeu fruitio ſicut fidei viſio, ſed viator ſperat in Trinitate in quam credidit, ergo ea fruetur. Item Benedictus 12. in ſua Conſtit. 4. quæ incipit Benedictus Deus, definit quod Beati nunc vident, & fruuntur Diuina eſſentia, vt eſt & ita fruentur in perpetuum, ſed eſt in Perſonis Diuinis, ergo &c. ſicut dictum eſt Beatos videre vltra obiectum primarium, quod eſt Deus etiam obiectum ſecundarium, ideſt creaturas; ſic dicendos ipſos frui etiam creaturis rationabilibus propter Deum, ſeu in Deo licet hæc fruitio dicatur talis abuſiuè: ſic prob. ex Proſpero lib. 1. de vita contemplatiua c. 2. vbi de Beatis ſic ait Diuina ac mutua dilectione poſſeſſi Deo in æternũ, & inuicem ſibi adhærebunt, Item Angeli, & homines à Beatis inuicem cogniti dilectione digni ſunt, quia ſancti perfecti, & Deo chari, & noſtri amatores, ergo diliguntur, ſed nõ dilectione propter ſe, quia non ſunt ſummum bonum, ergo in Deo ſeu propter Deum, Hęc autem dicitur fruitio abuſiua; Nam rigoroſa, & propria fruitio eſt diligere ſine ordine ad aliud, ſed propter ſe,

64 Viator de facto fruitione ordinata frui poteſt eſſentia Diuina non fruendo perſonis. Ita Scotus in 4. d. 1. q. 2. poteſt enim conſiderare eſſentiam à ſua prædicata quidditatiua, vt præſcindens à Perſonis, eſtque ſummum, & infinitum bonũ, ergo ſic concepta poteſt à Viatore propter ſe amari, ergo Viator poteſt ordinatè frui eſſentia non fruendo perſonis; Item Viator poteſt ordinatè frui vna perſona non fruendo alia, ita Scotus ibidem; Nam Viator poteſt concipere filium Incarnatum propter nos paſſum mortuum, & ſepultum, vt Redemptorem noſtrum, & eum propter ſe amarè ordinatè licet de facto Beatus non fruatur eſſentia non fruendo perſonis tamen de potentia Dei abſoluta poteſt hoc contingere ſi oſtendatur eſſentia non oſtenſis perſonis, Scotus vbi ſupra, nam Pater habet omnem perfectionem à ſe, ergo maximè omnem beatitudinem igitur eſt beatus à ſe, & non ratione aliarum perſonarum; ſimiliter de potentia Dei abſoluta poſſet Beatus frui vna perſona, non fruendo alia, nam poteſt vna perſona oſtendi, non oſtenſa alia, quia iſtæ ſunt realiter diſtinctè, & Deus, ex Diuo Auguſtino lib. de videndo Deo, cap. 6. eſt obiectum voluntarium igitur poteſt videri, vt vult, & vna Perſona eſt Deus de ſe, & ſummum bonum igitur propter ſe amabilis.

65 Bea-

65 Beatus ad diligendum,& eo fruendum actu habet in voluntate habitum ſupernaturalem, qui dicitur Charitatis, Scotus in 4.diſt.49. quæſt.11. & in 1.diſt. 17.quæſt.2.in fine,& in 3.diſt.13.quæſt.4. per totam, non eſt proportionata Deo voluntas, quam Intellectus, ſed hic per habitum luminis gloriæ proportionatur Deo ergo, & voluntas per alium correſpondentem, at nullus alius nominatur in Scriptura præter Charitatem, ergo per hanc proportionatur. Charitas in Beatis ob ſolum decorem, & ornatum Animæ, Ita Scotus vbi ſupra, quia Charitas in via non infunditur propter ſolum Animæ ornatum, ſed propter dilectionem Dei propter ſe, & Proximi propter Deum, ergo ſic in patria; Item lumen gloriæ non eſt in Beatis ad ſolum decorem, ſed vt Intellectum eleuet ſecumque concurrat ad eliciendam viſionem, ergo idem de Charitate in ordine ad fruitionem dicendum eſt; nec conceditur in Beatis Charitas, vt pondus quoddam inclinans voluntatem ad fruendum, ita Scotus vt ſupra; Non quilibet Philoſophus, vel Theologus concedit habitui cauſalitatem circa actum; ergo non ſaluatur talis loquendi modus per ſolam ponderoſitatem, ſimiliter omnes concedunt habitum concurrere, vel ad ſubſtantiam, vel ad intenſionem actus, ergo aliqua cauſalitas eſt ei concedenda.

66 Charitas non conceditur in Beatis neceſſaria per modum diſpoſitionis materialis, ita Scotus in 3.diſt.14.quæſt. 2. & in 4.diſt.49. quæſtione 11.Nam alij habitus non ſic ſe habent in potentijs, vt nempè in eis recipiantur proprij actus, ergo neque Charitas; Alias voluntas ex ſuis naturalibus abſque concurſum Charitatis eliceret actum fruendi, ſeu diligendi quod eſt hæreticum, quia ſine principio ſupernaturali cooperante nullus actus ſupernaturalis fieri poteſt; Charitas ergo ponitur, tam in Viatore, quam in beato, vt actiuè cum voluntate concurrat ad dilectionem, ſeu fruitionem Dei, ita Scotus in 1. diſt. 17. q.2.In 3.d.13.quæſt.4.§.Ad quartum in 4 d.49.q.11. Nam alij habitus ſupernaturarales, vt fides, & ſpes in via actiuè concurrunt ad ſuos actus,ergo & charitas nõ enim eſt maior ratio de illis ac de iſta; Item omnes habitus practici ſunt actiuè, vel factiuè charitas autem eſt habitus practicus ergo,ſed non eſt factiuus,quia non eſt ars, ergo actiuus; Quod verò ſit habitus practicus patet,quia dirigit actus voluntatis, qui ſunt praxes; Item charitas datur ad aliquod bonum faciendum, nempè diligendum alioquin eſſet otioſa, ſed non poteſt aſſignari quomodo concurrat ſi ei negetur actiuitas, ergo actiuè concurrit.

67 Charitas in ſuo genere auget ſicut cæteri habitus actiuitatem voluntatis reſpectu fruitionis eſt Scoti in 1.d.17.q. 2. nam in via voluntas actiuè concurrit ad actus,ſiue elicitos, ſiue imperatos bonos ac ſanctos, ergo dum ei cooperatur habitus ſupernaturalis, ſeu auxilium iſta augent actiuitatem. Antecedens eſt manifeſtum ex illo Saluatoris. Matth. 19. ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata,quæ enumerari poſſent, quæ potiſſimè imponuntur homini in Decalogo, vt ea exequatur igitur actiuè ſe habet in eorum obſeruantia, cum ergo habitus ſupernaturalis concurrat actiuè nequit alio modo operari niſi partialiter adiuuando, ſeu augendo actiuitatem potentiæ. Poſſet tamen Deus ſecundum propriam abſolutam potentiam ſe oſtendere alicui habere lumen gloriæ in Intellectu non verò charitatem in voluntate, & talis voluntas poſſet Deum propter ſe diligere, ſeu eo frui, ita Scotus in 1.diſt.1.q.4. nam in tali caſu adeſſent omnia requiſita ad fruitionem, tam ex partes Intellectus, & obiecti, quam ex parte voluntatis, ergo. Antecedens probatur, Intellectus oſtenderet obiectum ſummæ amabile. Voluntas verò haberet actiuitatem requiſitam ex parte potentiæ, quia eſt reſpectu boni vt ſic infiniti, igitur eo iam cognito poſſet propter ſe diligere abſque

relatione ad aliud, & ſic frui Deo non beatificè, ſed naturaliter.

68 Duplex conſtituitur pręmium Beatorum ſecundum Doctores eſſentiale, & accidentale, primarium, & ſecundarium ad eſſentiale, & primarium pertinet viſio, & fruitio beatifica, & omnes reliqui actus, & ornamenta, quæ ex viſione, & fruitione proximè, vel remotè conſequuntur, & omnibus debentur; accidentale, & ſecundarium præmium eſt, quod extra eſſentiale, & primarium peculiari Dei munere quibuſdam operibus excellentioribus conſtitutum eſt; Hoc non omnibus datur, ſed ijs ſolis, qui opera illa præſtiterunt. Huius generis ſunt præmia illa, quæ aureolæ, dicuntur quaſi paruę coronæ aureæ, quia præmia victoriæ aureolæ, quia pretioſæ, & excellentes, paruæ tamen reſpectu coronæ primariæ, ideſt præmij eſſentialis, quod in ſcriptura ſolet ſignificari nomine coronæ, iuxta illud Pſalmi 20. poſuiſti Domine in caput eius coronam de lapide pretioſo, & alibi ſæpè. Diuus Thomas in quarta diſtinctione 49. quæſtione 6. dicit tres aureolas, quia tres ſunt inſignes victoriæ ſicut ſunt tres præcipui hoſtes Chriſti, & ſalutis noſtræ, nempè caro mundus, & Diabolus, De carne triumphat Virgo, de Mundo triumphat Martyr, de Diabolo triumphat Doctor.

69 Virginibus debetur aureola Virginitatis; quia Virgines magnam, & dificillimam continuæ experiuntur pugnam, & vincunt Inimicum, & contrarium. Martyribus debetur aureola, nam aureola debetur Victori triumphanti poſt victoriam certaminis, ſed Martyres certãt, & de Tyrannis, & Mundo triumphant. Vnde 40. illis Martyribus, qui apud Sebaſtem Arnanię ſub Licinio frigidiſſimo tempore in rigens ſtagnum immiſſis coronas 390. Cęlo miſſas obſeruauit carcerum Ianitor. Doctoribus Eccleſiæ competit particularis Aureola dicente Daniele Propheta c. 12. qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, Nam Doctores Eccleſię ex officio non minus pugnant contra Diabolum ſeductorem hominum, quam Martyres contra Mundum eiuſque Tyrannos cum per prędicationem, & Doctrinam erudiunt falſás Diaboli doctrinas impugnantes; Nulli Angelo competit Aureola, quia nullus Angelorum certauit in materia virtutum priuilegiatarum, primo quia Angelus expers corporis non potuit carnis concupiſcentijs agitari, ſecundo a nullo Tyranno perſecutionem pati aliquo modo cruciari, & affligi, 3. nos docuit contra peruerſam Doctrinam Diaboli.

70 Quia Beata Virgo ſtimulos concupiſcentiæ, nec habuit, nec habere potuit iſti enim conſequuntur hominem originali culpa infectum. Ideò B. Virgo hanc Virginitatis aureolam non habuit, ſed aliam excellentiorem Virginitatis, & Maternitatis ſimul, nam Virginitas Mariæ fuit origo, & exemplar omnium Virginum, Vndè Virgo Virginum, & abſolutè Virgo per antonomaſiam appellatur; Item Beatæ Virgini competit Martyrum Aureola licet enim in cruciata, & pœnis mortua non ſit gladio tamen doloris in filij morte confixa eſt, iuxta Simeonis oraculum, & tuam ipſius Animam pertranſibit gladius Chriſto Domino non competit Aureola illa, quæ puris hominibus eſt præparatæ, ſed aureola omnem gloriæ, atque gaudij plenitudinem complectens de Virginitate de Martyrio ac Doctrina; eſt comunis. Ita docent Richardus in 4. diſt. 49. quæſt. 5. & Diuus Thomas in 4. diſtinct. 49. quæſt. 5. art. 4. Fuit enim puriſſimus Virgo, tam corpore, quam mente, De Aureola Martyrij ſuper eminenti clarum eſt. Quod enim fuerat per Prophetas de eo prædictum circa victoriam, & triumphum de Inimicis Tyrannis, ac ipſa morte reportandum opere impletum; Ait enim Ioannes 16. 33. In Mundo preſſuram habebitis! confidite ego vici Mundum. De Do-

ctri-

ctrina tandem probatur. Matth.23.vbi ait Saluator Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus,& ideò per antonomaſiam vocabatur Magiſter.

71 Omnes Perfectiones quas beati habuerunt in via retinent in Patria dummodo illi ſtatui non repugnent; Hinc dicendum fidem actualem omnino euacuari cui ſuccedit viſio,quia de eodem obiecto ſub eadem ratione formali non poteſt eſſe fides, & viſio. An etiam verum ſit de fide habituale; Affirmatiua eſt comunis opinio; Negatiua verò non eſt improbabilis ſub ratione habitus inclinantis in omnem aſſenſum circa ea quæ dicit Deus quomodocumque loquens; ſi enim Deus reuelat Beato ſe in æternum conſeruaturum Animas, & corpora beatorum non implicat, quod per habitum illum aſſentiatur Deo clarè, & immediatè ei reuelanti futurum; Quod dictum eſt de fide idem dicendum eſt de ſpe, ideſt ſecũdum opinionem comunem habitum ſpei euacuari in Patria, ſed neceſſe improbabile, nec euidenter confutabitur aſſerere,quod remaneat habitus ille non inclinans ad actus deſiderij boni abſentis,ſed ob alium finem, nempè ad complacentiam boni præſentis,ita ex Scoto in 3.d.31.q.vnica. Habitus charitatis, qui erat in voluntate Viatoris non euacuatur in beatis, eſt de fide, iuxta illud D.Pauli 1.Cor.13. Charitas numquam excidit, vbi Lyranus ait Charitas non excidit, quia ſicut eſt in via ſic permanebit in patria cum augmento.

72 In Patria ſeptem dona Spiritus ſancti remanent, quo adeſſe quidditatiuum, ita D.Bonau.in 3.d.34.p.2.q.3.D.Thomas in p.2.q.68.art.6.Scotus in 3.d.34. ſed nomine doni in Sacra Scriptura accipitur omne, id quod ex ſinguiari Dei beneficio creaturæ tribuitur. Hęc dona non pugnant cum ſtatu Beati, & de facto fuerunt in Chriſto, quia primo conceptionis inſtanti fuit Beatus ergo: Antecedens probatur ex Iſaiæ 11. egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet,& requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & Intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis,ſpiritus ſcientiæ, & pietatis,& replebit illum,ſpiritus timoris Domini,vbi Gloſſæ omnes docent litteraliter totum hoc de Chriſto in quo habitauit plenitudo Diuinitatis, & ſeptiformis gratia Spiritus ſancti;In Patria non remanent habitus Intellectuales erronei, vel opinatiui; nam habitus erroneus eſt qualitas generata ex multis actibus erronei aſſentiendi inclinans ad conſimiles, ſed in patria huiusmodi qualitas ad eos inclinans, quia in patria non datur ignorantia,nam ex D. Auguſtino lib.2.de liber.arbitrio cap.13. beatus eſt qui incommutabili veritate fruitur, ergo in eo non datur error, & opinio.

73 Habitus intellectuales, ſiue ſcientifici, ſiue alij, qui erant in Beatis in via remanebunt in Patria,ita colligitur, ex Scoto in 4.d.45.q.1. & 3. nam ſcientia ex natura ſua eſt ens ſpirituale incorruptibiliter manens in Anima, ergo ſi cum Anima ſeparatur à corpore habet ſcientiam eam retinet in perpetuum; Item Angeli retinent ſcientias infuſas in prima ſua conditione ſimiliter Chriſti Anima retinet omnem ſcientiam ſibi infuſam in primo inſtanti ſuæ creationis,ex Scoto in 3.diſt.14. ergo poterit Beatus eam retinere; Dices cum D. Paulo 1.Cor.13. ſcientia deſtruetur hic aquiſita non quoad ſpecies intelligibiles,vel quoad habitum, ſed quoad actum, qui modo eſt per conuerſionem ad phantaſmata tali verò conuerſione non indiget Anima ſeparata, ita Liranus, In Beatis remanent Virtutes omnes morales, Scotus in 3.d. 33. & 36. & in 4.d.45.qu.1. nam etiam ſi virtutes illæ non eſſent aliquid operaturæ adhuc tamen non videntur denegandæ Beatis. Alia enim per multa in eis erunt, vt potentiæ quædam organicæ Characteres &c. quæ quidem nihil prorſus efficient, & tamen in eis permanebunt; Item dona Spiritus ſancti in eis erunt(vt dictum eſt) quæ tamen non erunt neceſſaria abſolutè cum omnia poſſent per Charitatem perfici, ergo etiam virtutes morales.

 74 Non

74 Non tamen cum, & ſuis ſtoicis ſentimus ſummum hominis bonum in virtute conſiſtere, & in ſuis functionibus, nam abſurdiſſimum putamus, & comuni hominũ Iudicio repugnans ſtatuere, quem piam beatum, qui tota vita in magnis afflictionibus abſque vlla futurorum, ſpe futurorum bonorum, & gaudiorum verſetur, quantumuis ipſe virtuti det operam, Hic enim verè miſer eſt, & calamitoſus, quod confirmat Apoſtolus 1. Cor. 15. 19. cum ait, ſi in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus miſerabiliores, ſumus omnibus hominibus, quaſi diceret ſi in Chriſto ſperantes, ſumus tantum illa bona, quæ ſunt in hac vita tunc omnibus hominibus, ſumus miſerabiliores, ideſt miſerrimi, ſumus omnium hominum puta hominum ſtultiſſimi ſumus, vtpotè qui falſa, & futura ſpe reſurrectionis ad meliora bona, quæ numquam continget Ieiunia mortificationes perſecutiones alioque diriſſima patimur Mundi, carnis quæ voluptates abdicamus alij ijs indulgent. Miſerabiliores dicit Apoſtolus. Miſerabile enim eſt ob virtutem ſe affligere ſi non ſequatur præ mium. Ex quibus perſpicuum eſt hanc ſtoicorum ſententiam comuni generis humani ſenſu, & Apoſtoli Iudicio damnatam.

75 Satis de Beatitudine Animæ, quam ſancti an Anima poſſeſſuri ſunt dictum eſt; Sequitur nunc, vt dicamus de Beatitudine corporis, ideſt quam in corpore obtinebunt, nam alioquin corpus ipſum per ſe propriè non eſt beatitudinis capax, quia beatitudo eſt vitalis quidam ſenſus, & delectatio ſummi boni, verum Anima, & homo per Animam ſentiet hoc bonum corporis eoque delectabitur. Conſiſtit autem hæc Beatitudo corporis, ſeu gloria in 4. dotibus ſeu perfectionibus, iuxta Doctorum ſententiam, quas corpus in Reſurrectione accipiet, vt Animæ beatæ ſit accomodatum, huiuſmodi dotes, & perfectiones impaſſibilitas, claritas, agilitas, & ſubtilitas, quas Apoſtolus inſinuat 1. Cor. 15. ſeminatur in corruptione ſurget in incorruptione, ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute ſeminatur corpus Animale, ſurget corpus ſpiritale; comparat corpus ſemini ſicut enim ſemen Terræ committitur, & quodammodo moritur ac diſſoluitur, vt ex eo naſcatur herba, ſpica, granum, ita corpus noſtrum, vbi Anima exceſſerit Terræ mandatur, & diſſoluitur, & Deus ſua virtute faciet illud ſurgere in alia qualitate.

76 Certum eſt de fide, & ſuperius ſępè probatum ad Beatitudinem eſſentialem hominis non eſſe neceſſariam beatitudinẽ corporis, ſed de facto Animæ electorum immunes à maculis poſt exitum e ſuis corporibus ſtatim fruuntur ſua beatitudine, ita definiente de fide Benedicto 12. & Eugenio 4. in Concilio Florentino confirmãte. Concedendum tamen eſt ad completam totius hominis beatitudinem neceſſariam beatitudinem etiam corporis, vt de fide tenet Eccleſia Catholica, nam vt probat Scotus in 4. d. 49. q 3. tota natura humana eſt capax aliarum delectationum ratione ſenſuum, quas non habet dum ſola Anima beatificatur de quibus ſancti Patres, Theologi, & contemplatiui referunt admiranda, & ad eas eſt maximè inclinata, quas ſi non habeat inquieta eſt ergo, vt bene, & completè quieſcat eſt neceſſaria etiam beatitudo corporis etiam ex parte ipſius Animæ, quæ appetit vniri corpori, & exercere operationes totius coniuncti, ergo tunc plenè ſatiatur quando corpus beatitudine ſibi debita; Hæc corporum beatitudo conſiſtit in illis 4. dotibus de quibus ſupra, & infra.

77 Incipiendo à prima, quæ eſt incorruptibilitas, & impaſſibilitas. Confitendum eſt beatorum corpora futura immortalia incorruptibilia, & impaſſibilia eſt de fide, iuxta illud 1. Cor. 15. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Quod intelligendum de immortalitate, & incorruptibilitate completa, & perfecta, quæ non ſolum diſſolutionem excludit, ſed etiam omnem impreſſionem, & perpeſſionem moleſtam, quæ ab vlla Cauſa extrinſeca inferri poſſit ad eo, vt neque

ferro, neque igne, neque alia vi creata lædi aut dolore, vel moleſtia affici poſſint; & hoc modo non conuenit corporibus damnatorum, ſed eſt dos propria Beatorum, & ſi enim corpora damnatorum ſint futura immortalia, quoad hoc, vt non diſſoluantur tamen erunt ſubiecta grauiſſimis externarum cauſarum impreſſionibus, quæ mortem inferrent, niſi Deus illa ſua potentia ad æternitatem pænarum conſeruaret, ſicque moriuntur, vt ſemper viuant, & ſic viuunt, vt ſemper moriantur. Huius dotis impaſſibilitatis corporum beatorum cauſa eſt Diuina voluntas conſeruans corpora, & ſubtrahens concurſum ſuum cauſis a, ne corruptiuè in illa; ſic enim inquit Scotus fuerunt præſeruata corpora trium puerorum in fornace Babilonica, & Hæbreorum veſtimenta, & calceamenta per anno 40. in Deſerto. Deuter. 29.

78 Corpora beatorum erunt agibilia, eſt comunis de fide, ita Scotus cum ceteris Scholaſticis cum Magiſtro in 4. d. 49. Beati non ſolum ſua corpora ſumma celeritate mouere poterunt, ſed etiam aliena erunt enim non imbecilles ſicut in hac vita, ſed robuſtiſſimi inſtar naturæ Angelicæ cum Angelis ſint futuri æquales, quod indicat D. Paulus cum ait ſurget in virtute Græcè in magno robore, & potentia; Vnde ſicuti Angeli impetu ſuo poſſunt euertere arbores diſſipare Turres, & ingentes moles, ita etiam ſancti poſſunt, tam nunc quam poſtea reaſſumptis corporibus, vt docet S. Anſelmus lib. de ſimilitudinibus c. 52. Agilitas in corpore Beato orietur ex intentione virtutis motiuæ in Anima, & ex remotione humorum craſſorum impedientium, tam in iuncturis, quam in toto corpore facilem, ac promptum corporis motum, Hæc duo ſaluant agilitatem, & non multiplicant miracula; Primum enim non eſt difficile concedere non potentia viſiua V. G. in corpore beato intendetur, ita vt poterit, quodlibet perfectum viſibile intueri ergo. Intendetur pariter in Anima potentia motiua, qua poſſit fortius, & celerius ſuum corpus, & alia mouere; ſecundum pariter ars humana cauſat in aliquibus ſaltem, ſecundum aliquem gradum, vt videmus in aliquibus hominibus mira agilitate ludentibus.

79 Corpora beatorum habebunt dotē claritatis, quæ ſecundum Doct. ſubtilem in 4. d. 49. q. 15. conſiſtet in ſplendida, ſeu lucida manifeſtatione colorum in gradu perfectiſſimo, & excellentiſſimo vltra menſuram propriè complexioni connaturalem, probatur ex D. Dionyſio Areop. de Diuinis nominibus c. 1. vbi ait. Cum vera beatiſſima dignati requie, ſemper (ſicut ſcriptum eſt) cum Domino erimus viſibili quidem ipſius Diuina præſentia contemplando fruentes lucidiſſimis nos circumfulente luminibus non ſecus, ac Diſcipulos in ſacratiſſima illa Transfiguratione ſua, ita S. Dion. Valdè etiam probabile eſt corpora Beatorum non ſolum fore fulgida, & lucida, ſed etiam tranſparentia; Ita vt totum artificium conditoris in ſtructura illorum corporum omnibus conſpicuū, apparentibus omnibus viſceribus venis, arterijs, neruis, oſſibus, iuncturis cum ſuis coloribus, figuris, proceſſibus menſuris, & proportionibus Ita expreſsè docet D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. c. 30. Vbi ait omnes illi de quibus iam locutus ſum, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri non latebunt intrinſecus, & extrinſecus per corporis cuncta diſpoſiti, & cum cæteris rebus, quæ ibi magnæ, & mirabiles videbuntur. Rationales mentes in tanti Artificis laudem rationalis pulchritudinis delectatione ſuccendent. Ita D. Auguſtinus.

80 Corpora Beatorum erunt ſubtilia. Ita Scotus in 4. d. 49 q. 16. per hanc ſubtilitatem non intelligitur tenuitas ſubſtantiæ quaſi corpus ſit futurum aereum, ſicut quondam aliqui putarunt, ſed vis quędam inſtar ſpiritus omnia penetrandi. Hæc videtur indicari illis verbis Apoſtoli ſeminatur corpus Animale ſurget corpus ſpiritale, vbi per corpus Animale intelligitur corpus craſſum, imperuium graue, & corruptibile egens cibo potu quiete, & ſomno; Per corpus ſpiritale intelligitur corpus non digens cibo (quod eſt commune

 om-

omnibus corporibus reſurgentium etiam damnatorum) & carens omni imperfe-ctione corporis Animalis, & conueniens ſpiritui,& Animæ, vt autem ſit ſic conueniens inter cætera requiritur, vt in motu, & celeritate ei non obſtet. Vndè opus eſt quadam facultate penetrandi alia corpora vna cum ſpiritu abſque vlla ſui, vel alterius læſionis,aut figuræ mutatione, quæ facultas à Doctoribus vocatur dos ſubtilitatis; Hæc dos fuit in Chriſti corpore, vt patet ex multis teſtibus Euangeliorum. Cum ergo ex D. Paulo Philip. 3. Corpora noſtra ſint reformanda in ſimilitudinem Chriſti corporis habebunt ſimilem dotem dum erunt in æterna fœlicitate, & Beatitudine.

81 Hæ 4. dotes ad plenam corporis humani ſupernaturalem perfectionem, qualem ſtatus completæ beatitudinis requirit ſufficiunt; Dicitur ad ſupernaturalem, quia naturalis perfectio illius corporis non pertinet ad dotes, ſed illis ſupponitur, ſicut naturæ gratiæ qualis eſt perfecta ſanitas, membrorum optima conformatio, & partium integritas, cum enim corpora in Reſurrectione Diuina virtute ſint formanda dubium non eſt quin formabuntur perfectiſſima intra naturæ limites maximè corpora beatorum, ſed his perfectionibus,quæ ſunt ordinis naturæ accedent dotes ſupernaturales; Impaſſibilitas, vt in æternum in optima diſpoſitione conſeruentur, & à nulla recreata lædi, aut moleſtia affici queant claritas ad complementum Pulchritudinis nimirum, vt ſicut Anima fulgebit lumine gloriæ, & claritate viſionis beatæ, ita corpus fulgeat luce quadam corporali, vt dignum ſit habitaculum,& inſtrumentum tali Animæ, Agilitas, & ſubtilitas, vt perfecti ſpiritui ad omnes motus non ſecus ac ſi ſpiritus eſſet inſeruire valeat; His dotibus inſtructo corpore nihil erit, quod Anima de illo conquæri poterit, quia corpus illi nullum impedimentum afferet in ſuis functionibus exercendis, & ſic ſit aptum ad gaudium; & lætitiam potius, quam ad lædium, & mæſtitiam, quod nobis etiam pro ſua bonitate, & miſericordia clementer concedere dignetur. Amen.

De Inuocatione, & adoratione B. V. M. Matris Ieſu Chriſti, Sanctorum Angelorum, & aliorum beatorum, & eorum Imaginum, & reliquiarum. Art. 7.

1 DAuid Propheta factus à Deo ſecundum cor ſuum agnoſcens Diuina beneficia nedum præſtita ſibi, ſed toti Generi humano ſæpiſſimè prorupit in Diuinas laudes, & omnes creaturas, tam ſuperiores, quam inferiores prouocauit ad idem laudate Dominum de Cęlis, laudate eum in excelſis ſic in toto illo Pſalmo 148.& in Pſalmo 150. voluit, & incitauit ad laudandum eundem Dominum etiam in ſanctis eius,laus enim ſanctorum laus Dei eſt, qui omnis ſanctitatis fons eſt,& origo; Quicquid honorandum, aut comendandum in ſanctis Dei;Donum eſt, & quicquid honoris, & cultus ſanctis impenditur id omne in omnium auctorem Deum meritiſſima redundantia refunditur. Laudatio ſerui honor eſt Domini, quod Beatus Hyeronimus diſertè affirmans honoramus, inquit epiſt.53. ad Ripar.reliquias Martyrum,vt eum cuius illi Martyres ſunt adoremus, honoramus ſeruos, vt honor ſeruorum redundet in Dominum, qui ait qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit; laudate igitur Dominum in ſanctis eius.

2 Deus habet tria genera amicorum Infimum genus eſt eorum, qui in gratia ſunt apud Deum, ſed adhuc ſunt mortales, & viuunt in hac miſera vita 2. genus eſt eorum,qui vita functi, & Cœlo deſtina-

nati,ſed nechum Cœlo admiſſi; Primi generis ſunt quos Deus Cœlo iam recepit beatiſſimis ſedibus locauit, & admiſit ad ſuum beatificum conſpectum, & hos ſcimus auxiliari nobis,& noſce,& velle, & poſſe preces noſtras audiunt miſerias, & ærumnas noſtras vident idque in eo, qui videt auditque omnia; Deus illis ſpeculum voluntarium,in quo eis vniuerſa prout ſunt rappreſentantur; Inter Angelos cæteros, quæ ſanctos eminet Virgo Beatiſſima Dei Mater Maria, quæ nullius preces aſpernatur in omnes beneficiorum diues eſt; Quo maior eſt miſeria hoc amplior dantis miſericordia pulchrè D. Bernardus ſerm. 2. ſuper miſſus eſt, ipſam inquit ſequens non deuias, ipſam rogans non deſperas,ipſam cogitans non erras, ipſam tenens non corruis ipſa protegente non metuis ipſa duce non fatigaris ipſa propitia peruenis,ita Bernardus. Ille ſolus huius Virginis laudes ſileat, qui fideli prece appellatam ſuis neceſſitatibus ſenſerit defuiſſe; Ideò vtillimè à tota Eccleſia tot pietatis titulis interpellatur, vt patet in Litanijs,& alijs precibus; Totis inquit Bernardus ſerm. de Natiu. B. V. medullis cordium totis præcordiorum affectibus votis omnibus Mariam veneremur quia ſic eſt voluntas,qui totum nos habere voluit per Mariam.

3 Poſt Mariam Virginem, Angeli ſunt ſingulari cultu colendi,& inuocandi;Hinc S. Ambroſius tom. 4. lib. de Viduis obſecrandi ſunt, inquit Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt; Præcipuè Angelus cuſtos,qui nobiſcum quaſi naſcitur, & ad cunabula noſtra mox vigilare non dedignatur; Hic nutricem fideliſſimũ longè ſuperat, & Infantem ſæpius, quem nutricis negligentia necaret tutiſſimis manibus (hic loquar) excipit; Poſt cunas cuſtoditas, pedagogum agere vile ſibi nõ putat, ſemina maximè, & veluti fundamenta virtutum prææallegato affectu inſinuare clientulo ſuo laborat, ſimul vitiorum auerſandam fœditatem proponit. In temperantiæ mendacij fraudibus inobedientiæ libidinis, & aliorum huiuſmodi vitiorum; Quod verò admirandum, & in ſummis beneficijs æſtimandum quantumcumque in docilem,& refractarium diſcipulum ſit nactus eum tamen magiſterioſus,non excludit ſua ope non deſtituit, nõ ſubtrahit ſaluberrimos inſtinctus diurnas nocturnaſque excubias, non laxat, non ſubducit te, hominem quantum vis improbum ad vſque ſupremum halitum cõſtantiſſimè tuetur,& erudit. Omi Deus omi amantiſſimè Angele cuſtos quantis beneficijs per momenta ferè ſingula obruimur, nec ſentimus incogitantis Animi ſtupore defixi morimur ingrati.

4 Notandæ ſunt ſequentes cauſæ cur ſancti Angeli præceteris beatorum ordinibus ſummæ venerandi; Prima cauſa, ſacra Biblia. Plenæ ſunt Diuinæ litteræ Teſtimonijs,& elogijs de fęliciſſimo ſtatu de quo plurimis ſanctorum Angelorum in nos beneficijs, 2. Angelorum circa nos miniſteria omnis vetus Hiſtoria amantiſſima certa nos Angelorum miniſteria variè deprædicat, 3. numerus Angelorum; Angelorum numerus nobis infinitus ſoli Deo eſt numerabilis, ita innumeros in Cœlo amicos habere poterit quiſquis eos ſibi conciliare voluerit, 4. noſtri ſine numero Patroni, vnico actu venerationis tot centena millia beatiſſimorum ſpirituũ innumeros nobis Patronos conciliamus, 5. Angeli nobis beneuolentiſſimi, & hoc vnum omnibus ſuis officijs agunt, vt breui eis ſimillimi ſimus, 6. Aduerſariorum de eis teſtimonia. Ipſi enim aduerſarij Lutherus, & Caluinus admodum honorificè ſcripſerunt de Angelis Caluinus, & ſi neget alios Beatos, Angelos tamen expreſsè docet inuocare poſſe, vt Patronos, & Cauſidicos; 7. experientia quotidiana docet multos homines, quam aſſiduas pro nobis, & fideles agant curas B. Angeli in noſtrum omnium tutelam attentiſſimi, 7. Angeli Dei Vicarij, tam in priſca, quam in noua lege Vices Dei funguntur Angeli; Vix quid quam olim patrauit Deus, quod effectum non ſit actoribus Angelis, qui ſemper vigilantiſſimis ſtudijs noſtram ſalutem curarunt.

5 Pet-

5 Primo Angeli liberant e carcere Apoſtolos in carcerem coniectos à Principe Sacerdotum e vinculis educens Angelus ite inquit,& ſtantes loquimini in templo Plebi omnia verba vitæ huius Actuũ 5.20.nec audiendus,nec timendus eſt homo cum aliud iubet Deus 2.Angeli ſeruãt in flammis Babilonicis illos tres iuuenes Hæbreos Innocentia vbique tuta eſt , Innocentibus flammæ pro rore ſunt, 3.Iſaacum ſub Patris gladio conſtitutum iam feriendum liberauit Angelus, & ecce Angelus Domini de Cœlo clamauit , dicens Abraham, Abraham,qui reſpondit adſũ, Dixitque ei non extendas manum tuam ſuper puerum,neque facies illi quid quam laudatiſſima eſt obedientia,quæ in arduis præſtatur voluntate liberæ , & gratanter exequuntur , 4. Agnellum vnum ſeptem impaſtis leonibus obiectum Angelus defendit intactum , quod dici confirmat Daniel Cap.6.22.Deus meus miſit Angelum ſuum,& concluſit ora Leonum,& nõ nocuerunt mihi inter Leones velut inter agnos ſecus ad agit caſtitas, quam Angeli tuentur 5.Moyſen in Phiſtella ſtirpea Nilo innatantem ab exilio protexit Angelus , & educationes ei veluti Reginæ filio impetrauit; pallio pro nauigio vtitur per furibundum Mare,qui Angelum habet nautam .

9 Sexto , Ad Petrum Angelus geminis vinculis vinctum velut Sol irradians penetrauit,& dormientem impellens ſurge, inquit velociter,& circunda tibi veſtimétum tuum,& ſequere me Actuum 12.7.8. omnium terrarum claues habent Angeli omnia penetrant, vinci non poteſt, quem Angelus liberat , 7. Loth à proximo iam Sodomæo incendio educentes duo Angeli ſalua inquiunt Animam tuam noli reſpicere poſt tergum,nec ſtes in omni circa regione,ſed in monte ſaluum te fac ne, & tu ſimul pereas. Gen.19.17.bonis moribus nocentiſſimum venenum eſt malorum Societas : Cum his verſare, qui te meliorem facturi ſunt. 8. Angelus caſtiſſimam Suſannam cum iam duceretur a morte liberauit per ſpiritum innocentiſſimi adoleſcentis Danielis , qui in impuros ſenes publicè proclamauit. Manet Angelus Domini gladium habens , vt ſecet te medium,& interficiat vos Dan.13.56.Nemo gratis fidit Deo in ſummis periculis , quo minus humanum eo præſentius habet Diuinum auxilium .

7 Nono, Iſaiæ Prophetæ labra calculo ignito, quem forcipe tulerat de altari attrectauit Angelus , facilè eſt eis facundos ignes in frequens auditorium ſpargere , qui ſub tal i magiſtro Rethoricam addiſcit. Iſaiæ 6.6. aquam Hieroſolymis intra Salomonis porticus concluſam Angelus per annum ſæpius (vt plerique cenſent) in gratiam tot ægrotorum mouit , vt qui primus in eam deſcendiſſet poſt motum ſanus exiret. Ioan.5.4. Non plebeius hic Medicus eſt,qui aquam dumtaxat turbat, & ægros ſanat 11. Eliam Prophetam ſub vmbra Iuniperi dormientem ſomno excitatis , & cum fontana panem apponens Angelus ſurge , inquit comede grandis enim tibi reſtat via. 3.Reg.19.7. Valeant Regum deliciæ comeſſationes, & pocula omnia præ hac aqua , quam talis e Cœlo pincerna miniſtrat 12. à Iacob Patriarcha vinci ſe luctando permiſit Angelus,& Victorem ſuum à fratris intentatis minis futatus eſt.Gen.32.24.25. Dum viuimus luctandum , & pugnandum eſt beatus es ſi pugnando moriaris , quia mortuus mox coronaberis 13. Angelus Abrahami Ancillam Agar à deſperatione reuocãs, quid agis inquit Agar? noli timere. Gen.21.17. ſimul vicinum fontem deſperatæ vitæ remedium monſtrauit miſer , & infelix eſt , qui non fuerit in fęlicitate tentatus 14. Tobias filius Patri Tobiæ narrans beneficia accepta ab Archangelo Raphaele Pater inquit , quam mercedem dabimus ei ? aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius? Me duxit,& reduxit ſanum pecuniã à Gabelo ipſe recepit Vxorem me habere fecit , & Dęmonium ab ipſa ipſe compeſcuit gaudium parentibus eius fecit me ipſum à deuoratione Piſcis eripuit te quoque videre fecit lumen Cœli , & bonis omnibus repleti ſumus.

8 Cęteri Beati non omnino, nec ipſi ſunt otioſi, erga noſtram ſalutem, ſed imitantes caput ſuum, & aduocatum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ſemper ſtant ad interpellandum pro nobis orant etiam mentaliter ne dum habitualiter, & non tãtum pro nobis in particulari, ſed vniuerſaliter pro tota Eccleſia, ita Scotus in 4.d.45.q.4. iuxta illud Apoc. 5. Viginti quattuor ſeniores ceciderunt coram agno habentes ſinguli citharas, & Phialas aureas plenas odoramentorum, quę ſunt orationes ſanctorum D. Stephanus impetrauit conuerſionem Pauli dum orauit poſitis genibus, dicens Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum Actuum 7. vbi D. Auguſt. ait ſi Martyr Stephanus non ſic oraſſet Eccleſia Paulum non haberet, ſed ideò de Terra erectus eſt Paulus, quia inclinatus exauditus eſt Stephanus D. quoque Petrus Chriſtianis promittit non modò ſe dum viueret, ſed & mortuum vniuſcuiuſque illorum memorem fore dabo antem operam inquit, & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Nec dubium eſt D. Petrum dum nunc eſt in Cęlo huius promiſſi, & pollicitationis eſſe oblitum, ſed certum eſt ipſum orare prò nobis omnibus,

9 Si ſancti inuocati à nobis pro nobis apud Deum, quis negabit illis notitiam noſtrarum neceſſitatum, ſed audiamus D. Cyprianum, qui lib. de mortalit. de hac re dicentem, magnus illic nos charorum numerus expectat parentum fratrum filiorum, frequens nos & copioſa illic turba deſiderat tam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita, quis autem, cum ratione ambigat de ampliſſima eorum poteſtate gratia, quæ apud Deum à quo vt canit Vates Regius, Pſal. 44.17. conſtituti Principes ſuper omnem Terram; certè tanta eorum ſollicitas de noſtra ſalute non poteſt concipi ſine cognitione noſtrarum indigentiarum, Helias clariſſimus Hæbreorum Propheta, tam in ſublime curro igneo fuerat euectus, & tamen quid Ioram Regi euenturum eſſet cognouit, & ad eum ſuper futuro ſtatu litteras ſcripſit 2. Paralip. 21. 12. Sancti in Paradiſo norunt optimè neceſſitates, & preces 1. fieri intuitum eſſentiæ Diuinę in qua tanquam in ſpeculo voluntario perfectiſſimè rappreſentari poſſunt omnia pertinentia ad quemlibet Beatum 2. per ſpecialem reuelationem, vt Dan. 10. 13. 3. per reuelationem vltro citroque commeantium 4. per propriam inſpectionem, neque enim ſancti compedibus vinciuntur; Denique ſancti norunt conuerſionem peccatoris, & de ea gaudent in Cœlis. Lucæ 15.7. & Abraham. Ioan. 8. 16. vidit elymbo &c. & gauiſus eſt. Vide de Ales p.4.q.26. Membr.3. art.5. D. Thom. in 4. d.45. D. Bon. ibidem, & Scotum in 4.d.45. & Concil. Trident. ſeſſ. 25. De Inuocat. Sanctorum.

10 Quod Caluinus dicat Angelos eſſe venerandos, & inuocandos benedicit, quia in hoc ſentit nobiſcum, ſed quando negat alios beatos inuocandos hic eſt illius error contra quem inuehit Conciliũ Trident. oppoſitum definiens de fide pro quo intelligendo certum omnino eſt Animas beatorum eſſe in Cœlo ſicut Angeli non ſolum in viſione, & fruitione Diuina, ſed etiam in virtute, & robore, immò cõſiderato exceſſu gratię meritorum, & beatitudinis vnius Animæ ſuper gratiam meritum, & beatitudinem vnius Angeli poterit eum ſuperare etiam in alijs precogatiuis, ergo ſicut Angeli à mortalibus in ſuis neceſſitatibus inuocantur, ita & Animæ beatorum vtiliter inuocantur à Viatoribus in ſuis indigentijs; Inter Antiquos hæreticos fuerunt Vigilantius Parareni, & VValdenſes, & alij, qui negauerũt hanc inuocationem ſanctorum, Inter modernos Lutherus, & Caluinus, vt dictum eſt contra quos pugnat contraria praxis Eccleſiæ ab initio vſque huc ſemper enim inuocauit ſanctos, tam in Miſſa in Introitu, & canone comunicantes, quam in Litanijs comunium rogationum, & in particularibus collectis, & vbi eſt definitio de fide non eſt opus alia probatione Conciliorum ſanctorum Patrum cæterorumque Theologorum, quos qui vellet citare pa-

paginas quidem impleret, ſed rem inutilem proſequeretur.

11 Hæretici negantes inuocationem ſanctorum ideò negant, quia putant hanc inuocationem, vel cedere in iniuriam Dei, quod non cognoſcatur Deus clemens benignus, & miſericors, vel iniuriam Chriſti mediatoris, & interceſſoris noſtri, vel eſſe ſignum diffidentiæ; ſed decipiuntur, & errant, quantum ad primum, nam inuocare ſanctos non cedit in iniuriam Dei, quia non inuocamus ſanctos tanquã Deos, quod prohibetur. Exodi 20. non habebis Deos alienos coram me, non adorabis eos neque coles ego ſum Dominus Deus, ſed inuocamus eos tanquam amicos Dei, & fideliſſimos noſtros interceſſores in noſtris neceſſitatibus noſtri curã gerentes, Deus enim eorum intuitu nos adiuuando, & ſua beneficia nobis præſtando, eos honoramus tanquam dilectos, Aulicos, & ſimul Deum adoramus tanquã benignum, clementem, & in ſubueniendo nobis in noſtris miſerijs miſericordem; Inuocare ſanctos non cedit in iniuriam Chriſti, non enim præiudicatur officio Mediatoris, quod eſt proprium Chriſti, agnoſcimus Chriſtum eſſe principalem, & primarium noſtrum Aduocatum ſanctos verò ſecundarios, & minus principales, quorum vim interced endi, & impetrandi, quam habent acceperunt ex meritis Chriſti, & tandem inuocare ſanctos non eſt ſignum diffidentiæ; Nam ſcimus quidẽ Deum paratum eſſe nos audire quando ſoli illum accedimus, ſcimus etiam magis paratum eſſe quando cum amicis ſuis ad illum accedimus; Ite (inquit Deus ad amicos Iob) ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis faciem eius ſuſcipiam, Item Gen. 20.7. Dicit Deus ad Achimelech Regem Geraræ. Hunc ergo redde Viro ſuo (ideſt Abrahamo) vxorẽ ſuam, quia Propheta eſt, & orabit pro te, & viues, Ecce Deus ipſe remittit ſe ad amicos ſuos, vt ſuum auxilium præſtet mortalibus indigentibus.

12 Sancti Angeli, & Homines ſunt à nobis colendi, & adorandi eſt de fide definitum à Felice 1. cum Conc. Romano in ſua 2. epiſt. decretali, in 7. Sinodo, & in Conc. Trid. ſeſſ. 25. & habet fundamentũ in ſacra ſcriptura in qua legitur ſæpè iuſtos, & prudentes homines adoraſſe ſanctos Angelos, & homines viuentes ac mortuos ratione ſanctitatis. Ita Gen. 18. & 19. Abraham, & Loth adorauerunt Angelos Ioſue 5. Ioſue adorauit Angelum ſicut, & Manue cum vxore ſua Iudicum 13. Saul adorauit Samuelem 1. Reg. 28. Abdias adorauit Eliam 3. Regum 18. Angeli, & ſancti ſunt interiori, & exteriori cultu, qui dicitur Dulia abſoluta adoratione adorandi eſt de fide, & oppoſitum hæreſis Caluini, & patet, nam excellentia propter, quam ſancti à nobis adorantur eſt creata, & intrinſeca ſupernaturalis tamen, vt ſanctitas gratiæ, & gloriæ, quæ ſanctitas eſt ipſis ſanctis intrinſecè inhæres ipſoſque in excellenti gradu perfectionis conſtituens eſt ratio eos colendi, & adorandi Spiritus enim ſunt, *qui in Deo ipſo vident, quæ ad eos pertinent*, atque ad eo ſpiritualibus mentis actibus coli poſſunt ſicut, & orari, Nos verò, quia corporales ſumus etiam corporis actibus poſſumus noſtrum affectum indicare, & ideò externis etiam actibus poſſumus illos adorare; Dictum eſt abſoluta adoratione, quia non in relatione ad aliquod extrinſecum, ſed in propria, & interna perfectione fundatur.

13 Adoratio, & honor, qui ſanctis exhibetur propter excellentiam ſupernaturalem eſt diſtinctas ſpecie, & perfectior adoratione, & honore humano, qui hominibus propter dignitatem, vel poteſtatem humanam ciuiliter exhiberi ſolet, Nam virtutes, & earum actus ab obiectis diſtinctionem accipiunt, ſed eccellentia, & formale obiectum adorationis ſanctorum eſt indiſtinctum, ergo ſicut eccellentia Beatorum eſt altioris ordinis, quam quælibet humana dignitas, vel potentia, ita & adoratio illis debita eſt perfectior, & ſpecie diſtincta, & per conſequens non eſt dicenda politica, ſeu ciuilis, & quaſi

Di-

Diuina per participationem, quia valdè coniuncta cum Diuino cultu, & rebus ſacris ad Religionem, & Dei cultum pertinentibus, hoc patet ex traditione Eccleſiæ, quæ ſanctos colere conſueuit dicando in eorum memoriam dies ſacros, qui quãuis primario ad Dei cultum pertineant in honorem tamen ſanctorum redundat, ita Tertullianus de corona Militis lib.6. Idem dic de Templis. Pro quo facit, quod Damaſcenus lib.3. de fide orthodoxa c. 16. dicit de ſanctis. Honorandi ſunt quidem, & ita certè, vt in eorum nomine templa extruamus dona offerimus eorum memoriam colimus, atque in eis ſpiritualiter oblectamur, quam conſuetudinem, quem ipſis Apoſtolis auctoribus initium ſumpſit ſancitam, & illuſtratam potiſſimum fuiſſe à temporibus Syluestri Papę, & Conſtantini Magni Imperatoris, vt notum eſt ex Hiſtorijs Eccleſiaſticis, Item coluntur sãcti ab Eccleſia, Vigilijs, ieiunijs, peregrinationibus, & alijs id Genus actionibus, quæ ad Religionem pertinent, & Diuino cultui coniunctæ dignoſcuntur.

14 Deducitur ex dictis cultum ſanctorum appellari poſſe ſacrum, & Religioſũ, quia poſitus eſt in actionibus Religionis, & ad pietatem pertinentibus, & fundatur in ſanctitate ſanctorum, quæ Religioni proxima eſt, ſed dubitatur an liceat colere non canonizatum; Reſpondetur licere priuato cultu non publico, qui ſcilicet nomine Eccleſiæ totius, & tanquam ab Eccleſia inſtitutus exhibetur; Poteſt priuatim inuocari ſanctus non tamen prædicari, vt in Catalogo adſcriptus licet inuocare non canonizatum etiam alijs audientibus, ſed non in publicis Litanijs, & officio ſacro; Non licet vllo modo ad eius honorem Templa, & altaria conſtruere, nec ſacrificia offerre, nam ea omnia ex natura ſua publici ſunt cultus, Nullum eſt enim ſacrificium in Eccleſia niſi comune, & à Deo ipſo inſtitutum Templa autem, & altaria ad ſacrificium referuntur, Non licet die eo feſtum celebrare licet tamen in die natali eiuſdem ſancti non canonizati peculiariter lætari, & Deo vacare in memoriam eius, licet Imaginem eius pingere, & venerari non tamen in templo conſtituere publicè honorandam, licet tamen eam habere, & venerari etiam alijs videntibus ſecluſo ſcandalo, In toto hoc numero eſt ſermo de ſancto omnino priuato.

15 Reliquiæ ſanctorum Canonizatorum merito à fidelibus conſeruantur, & cum magna reuerentia tractantur; Hæc veritas non ſolum eſt de fide, & etiam ipſo lumine naturali dictante contra Hæreticos oppoſitum tenentes quorum caput fuit Eunomius, quem ſecutus eſt Vigilantius, quem errorem iam ſepultum ab Inferis reuocarunt Lutherus, & Caluinus cum ſuis ſequacibus quibus opponimus vniuerſalis Eccleſiæ traditionem, & conſenſum, nam de Antiquiſſimæ Romanæ Eccleſiæ vſu conſtat ex Cornelio Papa epiſt.1. vbi agit de translatione Petri, & Pauli ſuo tempore facta à Catacumbis ad ea loca in quibus Martyria paſſi ſunt, Patet etiam de Eccleſia Conſtantinopolitana ad quam translatæ ſunt ſummo cum honore Reliquiæ ſanctorum, Andreæ, Lucæ, & Timothæi tempore Conſtantini Magni, teſte D. Hyeronimo aduerſus Vigilantium; Hoc idem patet de Antiochena in qua corpora ſanctorum Ignatij, Meletij, Babilæ in magna veneratione eſſe; Refert Rufinus lib.1. cap.35. & tandem in Eccleſia Alexandrina in qua caput Ioannis Baptiſtæ ſeruauit D. Athanaſius. Concilium quoque Tridentinum hoc idem conſtituit ſeſſ.25. decreto 2. Reliquiæ ſanctorum eadem adoratione, qua adoratur Perſona adorari poſſunt etiamſi ab ea ſeiunctis ſint vita, & ratione carentes; nam totus hic cultus fundatur in excellentia Perſonæ cuius ſunt reliquiæ; ideò illa adoratio eſt reſpectiua non abſoluta, quia tales reliquiæ, vt ſe cunctæ propter ſe non adorantur, Ex dictis infertur hunc cultum reliquiarum Religioſum eſſe, & ad pietatem pertinentem, quia totus fundatur in eadem ſanctitate, & ad idem bonum Animæ refertur, ſequitur 2. Reliquiarum contemptum iniuriam ſanctorum redundare propter, quod etiam earum venditio ſacri-

crilega, & Simoniaca cenſetur, cap. cum ex eo, De reliquijs, & honore ſiue veneratione ſanctorum.

16 In exhibendo ſanctorum reliquijs debito cultus opus eſt diſtinctione, & prudentia atque adeò aliud eſt loqui de publico, & ſolemni ritu, aliud de ſingulari, & priuato. Vt enim aliquæ reliquiæ publicè ab vniuerſa Eccleſia colantur neceſſe eſt 1. eſt de ſanctitate Perſonæ, vel per vniuerſalem Eccleſiæ conſenſum, ſeu traditionem, vel per Summi Pontificis Canonizationem conſtet 2. oportet, quod publica authoritate reliquiæ proponantur, vt veræ, & ad talem perſonam pertinentes; Hæc autem authoritas eſt apud Summum Pontificem, & Epiſcopos, qui ſufficientem diligentiam ante approbationem adhibere tenentur, & licet harum reliquiarum non ſi æqualis certitudo (Aliæ enim ſunt alijs antiquiores) tamen dicta approbatione ſuppoſita abſolutè adorari poſſunt abſque explicita conditione, quia in rebus humanis non eſt maior certitudo requirenda, & periculum formalis erroris (vt ita dicam) nullum eſt cum in ratione formali adorandi non poſſit eſſe error; In qua ratione virtualiter continetur conditio errorem excludens, quod ſi interdum videatur intercedere aliquis error non tam eſt in ſubſtantia rei, quam in aliqua cõditione, vt V.G. corpus eiuſdem ſancti interdum in diuerſis locis eſſe exiſtimatur, & in eis ſolemniter. Id tamen accidere potuit, vel quia in vtroque loco eſt aliqua pars illius corporis, & à parte totum nominatum eſt, vel propter identitatem nominis duorum ſanctorum vnus pro alio in talibus reliquijs ſucceſſu temporis adoratur. Vt verò reliquiæ priuatim ſoli poſſint ſufficit etiam priuatum teſtimonium virorum fide dignorum, vel alia ratio, vel coniectura, ita probabilis vt ſufficiens ſit ad prudens iudicium ferendum.

17 Licitus Imaginum vſus pluribus oſtenditur, & adoratio quicquid Mahometani, & Hæretici garriant, probatur 1. ex antiquiſſima Eccleſiæ traditione, nam D. Hieronymus lib. Hebraicarum qq. ſuper Gen. & Thomas Valenſis lib. de Sacramentalibus colligunt conſuetudinem adorandi Imagines incepiſſe alienos. Gen. 4. Hic primus cœpit inuocare nomen Domini; Interpretantur iſti Doctores, & alij de Enos, qui fecit Imaginem Dei ad mutandum nomen eius, & quamuis Dominus Deus ſciret populum Iudaicum eſſe prodeſſem ad Idolatriam, & ideò diſtrictiſſimè prohibuerat ne ſculptile haberet, Deut. 5. 8. Mandauit tamen libro Num. Cap. 21. erigi ſerpentem in figuram Chriſti, & populus, qui à ſerpentibus mordebatur ſerpentem aſpiciebat, & ſanabatur, & Exodi 25. præcepit Deus, vt ſuper Archam duo Cherubim ponerentur, ergo licitè ſunt Imagines in Eccleſijs quibus res ſanctæ rappreſententur, In lege Euangelica idem oſtenditur, eſt conſtantiſſima fama, quod D. Lucas depinxerit Imaginem Saluatoris, & B.M.V. Item Chriſtus ipſe ſuæ faciem Imaginem linteo impreſſam reliquit, qui Romæ adhuc ſeruatur, & oſtenditur, vt habet antiqua traditio, 2. reliquit ſimiliter ſui corporis delineamẽta impreſſa in Syndone in qua Chriſti corpus inuolutum iacuit in ſepulchro, quæ Thaurini ſeruatur, & magna populorum reuerentia, & honore demonſtratur 3. Ieſus Chriſtus miſit effigiem ſuam Abagaro Regi Edeſſæ, vt teſtatur D. Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 17. & orat. 1. de Imaginibus: Tandem de fide definita eſt hæc fidei Veritas in 7. Synodo, quæ fuit 2. Nicena 350. Epiſcoporum ex quibus patet impudentiſſimum mendacium Caluini primis 100. annis Eccleſiæ non fuiſſe Imagines.

18 Quo hæc veritas de Imaginibus venerandi rationabilior oſtenditur eo proteruiori modo ab Hæreticis oppugnatur dicentibus Imagines eſſe tollendas ab Eccleſia, & Idolatriam eſſe in Templis habere, ſiue illæ ſint Chriſti, ſiue ſancti homines cuiuſcumque. Quis fuerit primus Inuentor huius Hæreſis eſt dubium, apud à Caſtro V. Imago Hæreſi 1. Huius Hæreſis fautores fuerunt plures Imperato-

tores Orientales, nam Leo 3. Imperator Conſtantinopolitanus ob hanc hæreſim, teſte Platina à Gregorio huius nominis 3. & Imperio, & comunione fidelium priuatur. Conſtantinus 5. Imperator huic Hæreſi adhæſit; Eidem fauit Leo 4. Imperator huius Conſtantini filius Vxor tamen iſtius Leonis Irene dicta defuncto Leone curam gerens Imperij nomine filij, ſcilicet Conſtantini 6. Concilium in Nicena vrbe 2. congregari fecit in quo à 350. Epiſcopis definitum eſt, vt qui diceret ſacras imagines eſſe delendas perpetuo Anathemate notarentur; Qui Anathemati ſubiecti poſtea fuere Valdenſes, VViclephitæ, aliqui Lutherani, Caluinus, & Caluiniſtæ eidem Hæreſi, & errori dantes manum, & probantes ſuum errorem laudabili facto Ezechiæ Regis Iuda confringentis ſerpentem æneum Populo Iudæorum in ſcandalum.

19 Sed conſideremus factum illud Ezechiæ Regis, & videamus ſi faueat Hæreticis, vel potius eorum perfidiam experlat. Cauſa principalis effectiua illius ſerpentis fuit Deus ipſe, cuius opera perfecta ſunt, & quis temerarius, & inſania plenus audebit cenſurare cauſa finalis eiuſdem ſerpentis fuit ſalui populi, qui dutilius. Hunc tamen ſerpentem æneum, Ezechias Rex confregit poſtea, ideſt poſt 700. circiter annos non quia malum erat talem imaginem retinere, ſed quia videbat populum honores Diuinos illi impendere tanquam aliquid numinis eſſet in eo, hanc autem eſſe cauſam quare Rex illum confregerit ipſa 4 Regum Cap. 18. Hiſtoria ſatis apertè declarat dicens ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos confregit, qua ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes ſi quidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebât illi incenſum vides cauſam quare confractus ſit ſerpens, quia videlicet filij Iſrael illi incenſum adolebant conſiderauerat, namque ſapiens Rex populum eſſe ad Idolatriam pronum, vtpotè quia ſæpè coluerit Idola à quo errore credens non poſſe populum reuocare, quam ſi ſerpentem confregiſſet; Ideò tunc eum merito confregit, ſi ergo populus Chriſtianus eſſet nunc æquè pronus ad Idolatriam, vt tunc fuit Populus Iſrael, nec aliter poſſet ab errore reuocare, quam Imaginibus confractis eccleſia ſine dubio Imagines confringeret, ſed ceſſat pronitas Idolatrandi in populo Chriſtiano (Deo ſint laudes) ergo Imagines relinquendæ ſunt in eccleſia Imagines quicquid contra hoc obloquantur Hæretici.

20 Non tantum licitum eſt venerari Imagines in eccleſia, ſed eſt valdè vtile, 1. vtilitas eſt inſtructio, & eruditio præcipuè hominum litteris carentium, qui aptius pictura, quam ſcriptura edocentur 2. vtiles ſunt Imagines ad charitatem, erga Deum potiſſimè Ieſum Chriſtum Crucifixum, & ſanctos fouendam, & augendam. Qui enim diligit libenter aſpicit Imaginem abſentis amici, & inſpiciendo magis inardeſcit, 3. vtiles ſunt Imagines, quia incitant ad imitandum, quæ vtilitas prolixè explicatur in 7. Synodo actione 6. Quarta Imaginum vtilitas, quia conſeruant in nobis memoriam Chriſti, & ſanctorum, & ſimul donent nos in anguſtijs habere Patronos quos inuocemus, Hanc vtilitatem tangit Theodoretus, qui vixit in primis 500. annis eccleſiæ in vitam Simeonis ſtilitæ inquiens Romæ frequentiſſimas fuiſſe Imagines S. Simonis ſtilitæ, vt ea ratione multi tutelam, & præſidium ſibi pararent 5. vtilitas eſt confeſſio fidei, dum enim diligimus, & honoramus Imagines ſanctorum teſtamur nobis placere eorum vitam fidem doctrinam, & mores 6. vtilitas eſt honor Dei, & ſanctorum, nemo enim vnquam dubitauit, quia erigere ſtatuas, & imagines magnis viris ad honorem eorum pertineat certè Euſebius lib. 7. Hiſtoriarum hanc præcipuè cauſam indicat cur Chriſtiani cæperint ſanctorum imagines deſiderare ex his patet, quod non tantum licitum eſt, ſed valdè vtile in Eccleſia Dei Imaginibus vti.

21 Non ergo eſt Idolatriam exercere adorare Imagines nam 7. Synodus Gene-

ralis Act. 5. & 7. dicit Anathemæ ijs qui Imagines Chriſti, & ſanctorum vocant idola Origenes hom. 8. in Exodum, & Theodoretus q. 38. dicunt inter Imagines, & Idola eſſe diſcrimen, quod imago eſt vera ſimilitudo rei, vt cum pingimus hominem æquum &c. Imago enim ab imitando dicta eſt. Idolum autem eſt falſa ſimilitudo ideſt rappreſentat, quod reuera non eſt, vt cum Gentiles proponebant ſtatuas Veneris, aut mineruæ, illa ſigna Idola erant, quia rappreſentabant Deos fæminini Generis, quales Dij non ſunt, nec eſſe poſſunt atque ita nec verè rappreſentabant, id quod rappreſentari non poteſt, ex quo colligimus Imagines Chriſti, & ſanctorum non eſſe idola ſicut, nec Trinitatis, nec Angelorum Imagines non enim fiunt ad rappreſentandã Trinitatis, aut Angelorum naturam, ſed ad exprimendam formam in qua apparuerunt, vel certè eorum proprietates, pro quo notandum eſt, quod tribus modis poteſt aliquid depingi vno modo ad exprimendam perfectam ſimilitudinem formæ, & naturæ ipſius rei, & hoc modo res corporeæ ſolum pinguntur, quia lineamentis, & coloribus præditæ ſunt, & ſi quis hac ratione pingere tentaret Deum, & Angelos is verum Idolum conſtitueret.

22 Secundo modo ad Hiſtoriam aliquam oculis exhibendam quomodo ſi quis pingere vellet expulſionem Adami e Paradiſo pingere deberet Deum in forma hominis ambulantem Adamum, & Euam nudos inter arbores ſe occultantes ac demum Angelum pariter in forma humana gladium geſtantem Adamum, & Euam expellentem ſic Deus, & Angelus poſſunt pingi, 3. modo poteſt aliquid pingi extra Hiſtoriam ad explicandam naturam rei per Analogiam ſuper Metaphoram ſic pingimus Angelos alatos formoſos nudis pedibus ad ſignificandos eos ſemper viribus pollere celerrimè moueri ſplendore gratiæ, & virtutum præditos hoc modo pingimus Deum Patrem in forma Senis, & ſpiritũ in forma columbæ. *Certum eſt imagines* non eſſe colendas tanquam ſummum bonum noſtrum aut aliquid Diuinum in ſe continentes, ſed in rappreſentatis per ipſas, non enim credimus, quod illa Imago Chriſti nos creauit, aut redemit, ſed Chriſtus rappreſentatus per ipſam, Imagines Chriſti, & ſanctorum venerandæ ſunt non ſolum per accidens, vel impropriè, ſed etiam per ſe, & propriè, ita vt ipſe terminent venerationem, vt in ſe conſiderantur, & non ſolum vt vicem gerunt exemplaris quia 7. Synodus definit Imagines eſſe venerandas, vult igitur eſſe per ſe, & propriè dignæ aliquo particulari cultu.

23 Imago ſola poteſt adorari, vt tota materia adorationis, & tunc licet non propter ſe, ſed propter exemplar adoretur actus tamen ad orationis diſtinctus eſt ab quo ipſa res rappreſentata in ſe, & propter ſe adoratur, atque adeò hęc adoratio Imaginis Chriſti non *poteſt dici* propria, & primaria Latria; *quod probatur* per 7. Synodum Act. 2. vbi dicitur nõ deberi Imagini Chriſti Latria quamuis debeat adorari. Iſte cultus, qui propriè, & per ſe debetur Imaginibus eſt cultus, qui dum imperfectus, qui Analogicè, & reductiuè pertinet ad ſpeciem eius cultus, qui debetur exemplari, Nam imaginibus non conuenit propriè, nec Latria, nec Hyperdulia, nec dulia, nec cultus alius eorum, qui tribuuntur naturæ Intellectuali, non enim eſt capax res inanimata, & rationis expers huiuſmodi cultus, ſed cultus quidam inferior, & varius pro varietate imaginum, Ita quod imaginibus ſanctorum non debetur propriè dulia, ſed dulia diminutiua, ſimiliter imaginibus B. Virginibus non debetur propriè Hyperdulia, ſed diminutiua fieri poteſt, vt res rappreſentata per imaginẽ, & imago cum deipare vno actu adoretur, & hoc modo imago Chriſti poteſt adoratione Latriæ adoratri, & imago B. V. hyperduliæ, & imago S. Petri adoratione duliæ, Prob. ex 7. Sinodo Act. 4. vbi inter alia dicitur, quod Chriſtiani imagines

nes Chriſti, & ſanctorum Martyrum tenentes, & oſculantes animo videntur nobis Chriſtum ipſum, & Martyres amplecti, & Conc. Trid. ſeſſ. 25. dicit per Imagines quas oſculamur, & coram quibus procumbimus Chriſtum adoramus, & ſanctos veneramur.

24 Qui Catholicè Imagines adorat rappreſentata per eas magis adorat, quã ipſas Imagines, quæ Imagines non adorantur propter ſe, ſed propter rappreſentata per ipſas. Ideò non omnes Imagines æqualiter ſunt adorandæ, ſed qualis eſt proportio inter rappreſentata talis eſſe debet adoratio earundem Imaginum, talis eſt enim intentio Eccleſiæ; Propterea licitum eſt rationabile, & pium viſitare prius, & habere maiorem deuotionem vni imagini, quam alteri vnam maiori deuotione venerari quam alteram. Hanc differentiam faciendam oſtendit Deus dum ad pręſentiam aliquarum Imaginum maiora miracula facit quam ad præſentiam aliarum; De præcepto affirmatiuo adorationis Imaginum dicendum non adeſſe Diuinum, & naturale abſolutè, & ſimpliciter loquendo, ſed tantum laudabilis conſuetudo niſi interueniret confeſſio, & defenſio fidei, & vitandum ſcandalum, vt ſi cum cęteris fidelibus adoratio facienda ſit, vel ſi aliqua actio exercenda ſit, quæ reuerentiam requirat nam tangẽs, ſeu tractans Imagines debet eas reuerenter, & honorificè tractare; In qua re notandum eſt præceptum negatiuum non inferendi illis iniuriam, & irreuerentiam obligat ad ſemper ſub peccato mortali cum materia eius grauis ſit, & ad Religionem. Item abſtinendum eſt ab omni ſuperſtitioſo cultu alias actio Idolatriæ, vel cultus indebiti vitium facilè deflecteret.

25 Animæ beatorum non ſolum ſuis pręcibus pro nobis ad Deum intercedunt, ſed etiam eodem Deo volente apparent Viatoribus eſt de fide, iuxta illud Mat. 27. poſt Chriſti mortem, & Reſurrectionem multi mortui exeuntes de monumentis venerunt in ſanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Legantur Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Surius, Sophronius, Baronius in Annalibus, & Martyrologio; & ſanctorum vitæ, nec non particulares Chronicæ, in quibus ad ſaturitatem narrantur diuerſæ ſanctorum, & pręcipuè B.V. apparitiones, quas tamen cum grano ſalis legendas dictat pietas Chriſtiana. Poſſibile eſt per abſolutam Dei potentiam, vt Anima alicuius, ſiue Beati, ſiue alterius immediatè appareat alicui Viatori, & ab hoc videatur intellectualiter, & probatur; Nam Animæ Defunctorum, ſiue in Patria, ſiue in Purgatorio, ſiue in Inferno ſi inuicem vident, & diſcernunt, ergo Anima eſt obiectum alterius Animæ, & ſic non repugnat, vt Anima alicuius ſancti immediatè videatur ab Anima Viatoris. Maior difficultas eſt, quod Anima Viatoris immediatè videat Deum, quam vt videat Animam, & tamen plures concedunt primum de Paulo ſpecialiter, vt D. Auguſt. lib. 2. de Gen. ad litteram c. 28. D. Thom. & Doctor ſubtilis &c. & alij de Moyſe.

26 Regulariter apparitiones ſanctorum accidunt corporali modo, nam videntur veſtes membra hilaritas vultus color fulgor, & huiuſmodi 2. quia remanent inuidente ſpecies talium corporalium igitur non apparet Anima ſola, ſed in corpore, ſiue Antiquo, ſiue nouo, ſiue ſolido ſiue Aereo, & apparente. Comunis tamen opinio ſuſtinet corpus in quo apparent Animæ ſanctorum regulariter non eſſe corpus proprium, quod prius habebant, ſed corpus aereum ſimile proprio ſaltem quoad extrinſeca, nam in apparitione non fit reſuſcitatio ſancti apparentis, quia non ſunt multipl canda miracula ſine neceſſitate. Multa autem tunc adeſſent miracula nimirum cinerum, vel puluerum collectio delatio eorum vbi fit apparitio ibidem reſuſcitatio deinde apparitio, & tandem reductio corporis in pręexiſtentes pulueres; Item ſancti ſæpè apparuerunt corporaliter loquentes, & ſignificantes Viatoribus in quibus locis eſſent ſua corpora, quæ poſtea inuenta ſunt pulverizata ex pulpata arida, & ſine aliquo humore, vt patet de ſancto Gamalie-

le apparente Luctano Præsbytero, & ei reuelante propria, & S. Stephani oſſa, quæ ſic inuenta ſunt, ergo non in proprio corpore regulariter apparent, ſed in alio ex verè, vel ſimili materia à Deo, vel ab Angelis, vel ab ipſamet Animal formato.

27 Apparitio eſſe poteſt aliquando tantum in ſpecie ſenſibili, ac intelligibili, ita vt videns non habeat, nec intra, nec extra ſe ſubſtantiam rei niſi, ſed ſolum imagines, tales fuerunt apparitiones, quas habuit D. Ioannes in Apocalypſi, vt aſſerit D. Auguſt. lib. 12. de Gen. ad litteram c. 2. in fine vbi etiam docet Ezechieli c. 37. apparuiſſe campum illum plenum oſſibus &c. & plures aliæ, quæ in ſcriptura varijs in locis recenſentur Iacob de Scala, Iſaiæ, Hieremiæ, Danielis, & ferè cæterorum Patrum, & Prophetarum, quæ apparitio in ſpecie, ſeu Imagine adeò frequens eſt, vt aliquando vix poteſt cognoſci an apparentia alicuius ſancti, vel alterius apparentis ſit in proprio corpore, vel alio reali foris exiſtente an verò in ſola ſpecie, ſeu imagine interius tantum receptu, & hoc eſt adeò incertum, vt ipſimet Apoſtoli. Lucæ 24 37. habentes obuiam Chriſtum poſt Reſurrectionem putauerint ſe ſpiritum, ſeu imaginem videre; Vndè Saluator dixerit palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere, ſi ergo in ea celebri apparitione dubitant ipſimet Apoſtoli merito poteſt dubitari quando defuncti apparent, an in verò corpore, quodcumque ſit, an in Imagine videantur cum vtrumq; ſit poſſibile.

28 Anima cuiuſuis defuncti non poteſt pro libito ſuo de loco ſuo moueri, & ad aliquam mundi partem accedere, & apparere alicui. Eſt comunis Eccleſiæ ſenſus. Non ita facilè apparent defunctorum Animæ, qui quidem cum in viuis eſſent maxime ne dicam ſummæ ſuos charos filios vxores amicoſque diligebunt, quod certè facerent ſi poſſent ex ſe id exequi; quo quidem argumento video vſum D. Auguſtinum lib. de cura pro mortuis c. 13. ſic ſi rebus viuentibus intereſſent Animę mortuorum, & ipſe nos alloquerentur in ſomnis meipſum, pia Mater nulla nocte deſereret, quæ terra Mari, quæ ſecuta eſt, vt mecum viueret; ſi datur aliquando caſus, vt moriens promittat ſe apparere ſuperſtiti, & hoc contingat id non ex libito talis morientis, ſed ex Dei permiſſione, vel ex apprehenſionem eueheme nti id accidit, vt Imago eius videatur: Hoc accidit dixi ex ſpeciali permiſſione cum Deus noſcit eſſe conuenientem talem apparitionem, & certius eſt dicere id contingere non verè, ſed ex vehementi apprehenſione; Profecto ſi hoc eſſet in poteſtate defunctorum quiſque hoc promittens poſſet exequi, immò & omnes ſic promitterent, & exequerentur, & tamen non ita accidit, ergo non poſſunt.

29 Patres, & Doctores ſuſtinentes Animam Samuelis ex Dei permiſſione apparuiſſe Sauli in magica illa Pithonyſſæ operatione non carent fundamento, nam canonicus textus 1. Reg. cap. 28. Refert *hoc* factum tanquam hiſtoriam *in perſonam* veri Samuelis ſicut, & veri *Saulis*, vt patet legenti totum illum textum in quo talis hiſtoria eſt relata; Nam Saul conſuluit mulierem habentem Pithonem, ideſt diuinationis ſpiritum dicens ſuſcita mihi Samuelem; Hæc autem ſuas perficiens incantationes, ait ad Saul Deos vidi aſcendentes de Terra. Interrogata verò in qua forma dicit vir ſenex aſcendit amictus pallio, & intellexit Saul (ait textus) quod Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Dixque Samuel ad Saul quare inquietaſti me vt ſuſcitatur; Deinde pluribus reuelauit Sauli excidium amiſſionem Regni, & trāslationem eius in æmulum ſuum, nec non mortem ſui, & filij, & expirauit; Nihilominus valdè probabilius eſt non Animam Samuelis, ſed ſpectrum, ſeu ſpeciem, ſiue Imaginem eius dęmoniaca certè formulam apparuiſſe Deum tamen per eam punitionem Sauli prædixiſſe varij ſunt Auctores, tum Patres, tum Theologi, ſed quia properamus ad finem inutilè putamus eos referre credimus enim vtrumque poſſi-

poſſibile fuiſſe Diuinæ voluntati ſic , vel ſic diſponenti .

30 Doctor quidam inſignis, & doctiſſimus pro ſecunda opinione nimirum Animam Samuelis non verè apparuiſſe ſaluat prædictam ſacram ſcripturam dicens cum D. Auguſtino ad Simplicianum lib. 2. §. 3. Canonicum Hiſtoricum narrare, quod accedit, & quia Saul ex deſcriptione perſonæ apparentis Pithoniſſæ, quæ dicebatur ſenex amictus pallio, & quod Deos videbat, ideſt fulgentes aliquas perſonas exiſtimauit eum Samuelem, & tanquam verò Samueli locutus eſt, & reſponſa vt à verò Samuele putabat accipere ; Ideò mirum non eſt , quod ſcriptor canonicus perſonam illam, quæ apparuit Samuelem vocet; Ad hanc rem optimum adducit exemplũ D. Auguſtinus de picturis , omnia enim quæ apparent picta proprijs nominibus vocamus bouem equum &c. Petrum, Paulum &c. quæ tamen in ſe non ſunt vera; Immò tota Ioannis Apocalypſis plena eſt huiuſmodi locutionibus ; Vidi Agnum ſtellas candelabrum, & cætera innumera; ſic ergo quia Sauli narrauit ſe immò Pithoniſſam vidiſſe Samuelem, & ſe cum eo locutum, ſiue hoc acciderit in ſubſiſtentia, ſiue in apparentia ipſe non potuit diſcernere, ſed de Samuele apparente ea Canonicus ſcriptor narrat Samuelem dixiſſe, quæ eſt germana, & propria locutio . De apparitionibus ; vide ſupra lib. 5. cap. 1. art. 3.

Et hæc ſufficiant de Inuocatione, interceſſione , & adoratione cæleſtium ſpirituum , & eorundem Imaginum ; ſicque Deo optimo bonorum omnium Auctori ſint humillimè gratiæ, qui me ad exercitiorum Scholaſticorum in vniuerſam Theologiam finem deduxit cum gaudio, iucunditate , & ſalute cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum . Amen .

Et quo in principio habui in votis hoc in fine ex animo repeto omnia mea dicta, & ſcripta plenè, & omni meliori modo ſubiecta eſſe cenſuræ correctioni , & iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ veræ veritatis columnæ, & Magiſtræ .

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

F I N I S.

INDEX
Rerum Notabilium, quæ in hoc Opere Continentur.

Primus numerus deſignat Paginam, ſecundus verò numerum marginalem.

A

Adami peccatum fuit cauſa aduentus; & mortis Meſſiæ 1. 1. & euidens ſanguine delendum.
Angelus cum ſit ſpiritus parus non eſt propriè figurabilis 3. 8.
Aſtutiæ ſerpentis quot, & quæ 2. 5.
Angelus cum ſit parus ſpiritus numero propriè figurabilis 4. 8.
Adami, & Eua quomodo in Paradiſo Terreſtri infirmiores nobis 4. 8.
an Adam in ſtatu Innocentiæ potuerit decipi 12. 2.
Adam in ſtatu Innocentiæ ex decem capitibus potuit decipi 14. 5.
Adam in ſtatu Innocentiæ de facto fuit deceptus 14. 6.
Adam, & Eua, quid reuera appetierint, 16. 10.
Adam, & Eua quomodo cognouerunt ſe eſſe nudos 21. 20. experti ſunt rebellionem partium ſenſitiuarum ad rationem 21. 20
Apparuit Deus primis Parentibus poſt peccatum in forma humana 23. 1
Apparitio ſpirituum in generali, quid ſit 23. 2
Apparitio Diuina, quid ſit ibid.
Apparitio 3. ibidem.
Apparitio corporalis 2. ibidem.
Apparitio corporalis, & imaginaria differunt ab Intellectuali; ibidem.
Apparitiones corporalis, & imaginariæ quomodo contingunt hominibus 23. 3
Apparitiones imaginariæ ſunt triplices 24. 3
Apparitio corporalis ſub qua forma fiat, ibidem.
Apparitio corporalis Diuina mandetur eſt controuerſia ſanctos Patres 24. 4
Affirmans opinio eſt probabiliſſima 24. 5
Apparere Deum non ſemper dicitur quoties, dicitur eſſe vbique præſens 25. 6
Apparitio Diuina in corpore aſſumpto non infert Deum eſſe corporeum, vt aſſerebant Antromorphitæ Hæretici apud Euſebium, ibidem.
Apparitiones corporales Diuinæ inuiſibiles veteri Teſtamento recenſentur, 12, 25. 6

Ap-

INDEX.

Apparitiones Diuinæ corporales ſub virili forma 25. 7. & vtique eximia, & pulcherrima ibidem.

Aſſumptum corpus non fuit phantaſticum non tamen viuum 26.8. nec allatum e Cœlo, fuit ex ſublunaribus non mixtis non ex igne, non ex aqua, neque ex terra, ſed ex aere, non tamen omnino ſimplici 26.9. fuit formatum Miniſterio Angelorum cum concurſu generali Dei. 27.10

Apparitionum huiuſmodi Diuinarum varij fuerunt fines Dei, ideſt ſanctiſſimæ Trinitatis ob hominum bonum 27.11

Apparitio Diuina vocalis, ſeu auricularis, quid ſit 28.12

Apparitur Diuina Imaginaria quomodo fiebat, & vnde ſic dicta 31.18

Apparitio Diuina Imaginaria variè diuiditur, ibidem.

Apparitiones imaginariæ factæ à Deo recenſitæ in ſacra ſcriptura 32.19

Apparitiones huiuſmodi variæ contingunt hominibus 32.20

Angeli quando perficiunt Diuinas apparitiones, quid faciunt 34.25

Aliquis quibus apparitiones imaginariæ factæ ſunt occupauit terror trepidatio, & languor animi ob diuerſas cauſas, 35.26.& 27

Apparitio Intellectualis quare ſic dicta 36. 28. & quot ad eam concurrant, ibidem.

Apparitionum intellectualium Diuinarum varietas 36.29

Adam, & Eua quare ſe abſconderunt poſt peccatum 40.39. Non peccauerunt tamen abſcondendo ſe, ibid.

Adam, & Eua latuerunt, quia erubeſcebant de nuditate pudendorum 42.41

Adam malè ſe habuit cum Deo 42.44. non eſt confeſſus peccatum ſuum, ibidem.

Adam mulieri imponit peccatum ſuum; non negauit tamen factum commeſtionis ibid. n.45. pag.43.

Adæ verò dixit maledicta terra in opere tuo; Hæc maledictio non fecit terram, ſed hominem 50. 12.& 13

Adam poſt peccatum ſi manducaſſet de fructu arboris vitæ non potuiſſet perpetuari 57.28

Angeli ſuperiores aliquando mittuntur ad terram 59.31

Archa probabiliter fabricata eſt ad caucaſum Montem centum annis, ex lignis cedri 65.14

Animal mundum, & immundum vnde ſic dicta 66.18

Adam varijs donis adornatus 69.1.& 2

Adami ingratitudo contra Deum pluſquã brutalis 70.3.

an teneamur velle omnia ex charitate ſicut Deus eſt controuerſia 90. 10. & pag.91

an Deus diſpenſauerit cum Abrahamo in præcepto non occides 103.23

an Deus diſpenſauerit cum filijs Iſrael in præcepto non furtum facies, 105. 25. & 26

Aſſenſus duo in intellectu, & duo in voluntate 125.4

Amor quid, & quotuplex ſit 125.5

Amor amicitiæ cum amore concupiſcentiæ comparatus, quid & ſi vnus amor amicitiæ cum alio amore amicitię conferatur quid 126 6

Aſſenſus duo intellectus non admittunt medium neutrum, ſed duo aſſenſus voluntatis admittunt medium neutrum, 126.7

Amor ille neuter an ſit fruitio, vide 126. 8. & pag.127.9

Abuſus quid ſit 127.10

Actus elicitus à voluntate ſumit primam bonitatem moralem ex bonitate obiecti formalis non materialis 136.11

Actus voluntati quando ſumit duplicem bonitatem moralem 137.13.& pag.138 14.15

Actus ex deliberatione procedens poteſt eſſe indifferens ad bonitatem, & malitiam moralem 140.19

Actio iuridica, quid & quotuplex ſit, 168.23

Actus temperantiæ generalis, & ſpecialis qui 181,6

Abſtinentia ſeu ſobrietas, quid ſignificet, & quomodo eſt virtus 183.11

Ab.

I N D E X.

Abſtinentia perfectorum quæ 183. 11

Actus ex obiecto malus nullam recipit bonitatem à circumſtantijs etiam ſi bonæ videantur 188.5

Actus interior an ſaltem ſucceſſiuè poſſit bonus,& malus 188.6.& 189.7

Ad hoc vt contrahatur peccatum originale,quid requiratur 193.11

Anima quomodo contrahat peccatum originale 193.16

Auctor peccati ſecundum Armenos 210. 10.11.12

Auctor peccati eſt voluntas humana eliciriuè, vel imperatiuè 211.13

Attritio quomodo meritum de congruo ad gratiam 241.12

an humanitas Chriſti principaliter prędeſtinata ſit ad Beatitudinem,& ſecundario ad vnionem hypoſtaticam , vel e contra variat D.Thomas,& Scotus 241 13.14.& 242.15.16

Angeli non potuerunt naturaliter cognoſcere myſterium Incarnationis Dominicæ 259.27

Angeli locati quomodo cognouerunt cognitione beatifica Deum eſſe incarnandum 260.28

Anima rationalis non prius tempore fuit vnica corpori quam Verbo 289.12

Ad hoc quid aliqua mulier dicatur Mater tria requiruntur 309.1

Aperturæ clauſtrorum muliebrium , 314. 13.14.15

Ad comprehenſionem propriè dictum tres conditiones neceſſario requiruntur 338 4

Anima Chriſti eleuata per gratiam ad quidem 348.7

Anima Chriſti eſt tantæ capacitatis quantæ eſt ſupremus Angelus 349.10

An filiatio competat primo ſuppoſito, vel naturæ eſt opinio pro vtraque parte , 362.6

an duæ filiationes,vel plura accidentia ſolo numero differentia poſſint eſſe in eodem ſubiecto eſt ſub opinione , 362. 7.8.& 9.

ad optiua filiatio quid ſit,& quotuplex,& quot requiſita 364.10.

Abſtracta Diuinæ eo humanæ naturę non ſibi inuicem comunicantur 380.11

apertio Cœli in Baptiſmo ſi quomodo intelligenda 382.25.26.

ad rationem miraculi duo præcipuè requiruntur 393.25.

actio meritoria quid ſit , & in quo conſiſtat 394.2.3.

amor quo quis ſe amat niſi reguletur ab amore amicitiæ Dei erit inordinatus , 395.4.

an ſuppoſita violentia Iudæorum Chriſti potuiſſet non mori 427.47

an inter duas voluntates Chriſti Diuinam , & humanam fuerit aliquando , 429.51.52.53.

aſcenſio ſi in Cœlum non fuit quatenus Deus eſt 449.11.

aſcenſus Chriſti in Cœlo fuit ſuper omnem creaturam corporalem , & ſpiritualem 450 13.

aſcenſio Chriſti in Cœlum complementum oritur operum ab *ipſo in ſalutem* noſtram ſanctorum 450.15.

aptæ cęremoniæ veteris legis rectè diuiduntur in ſacrificia ſacramenta ſacra ſigna,& ſacras obſeruantias,ibid.

actus fidei quam latè ſumitur à Theologis 479.26

agenda ſuſtinenter declarantia dilectionem Dei,& dilectionem proximi,479. 27.

Auguſtini dictum de multitudine præceptorum eccleſiæ , & ſtatutorum , quæ fiant in eccleſia 487.20.21.

adorationis tres ſunt ſpes duas Latrię hiperduliæ,& duliæ 502.1.

adorationes prædictæ fieri poſſunt 2. interius,& exterius 502.2.

adoratio latriæ quid ſit 502.3.

adoratio latriæ eſt actus virtutis ſpecialis moralis 502.3.

adoratio Latriæ eſt pars potentiales iuſtitiæ non ſubiectiuè 503.4.

ad neceſſariam obſeruantiam præcepti obligantis ſub mortali ſemper adeſt auxilium ſufficiens à Deo 531. 44

ad perſeuerandum finaliter in gratia duo ſunt reipſa neceſſaria 549.16.17

Actus

INDEX.

Actus fidei aquis iſtæ, & infuſæ 2. interius & exterior ibidem.

actus omnes antecedenter pleniſſimum aſſenſum fidei diſtinguuntur per ſigna, 564.37.

actus fidei qui eſt initium, & fundamentum iuſtificationis ad victorum ſaltem in fieri eſt meritorius e congruo tantum, ibid.

actus fidei imperatus à voluntate quomodo eſt meritorius de condigno, ibid.

actus fidei conuenientiſſimi à D. Auguſtino diſtinctus eſt in tres realiter diſtinctos 365.42.

à ſolo Scoto Theologicè ſunt ſufficienter præpoſita explicite credenda à cunctis fidelibus in eccleſiæ de neceſſitate ſalutis 567.46.

à ſignis Legalibus veræ fidei numquam eſt publicè recedendum ad eum ſicut tandem, vel ſimuiandam 569.55.

actualis ſcientificus poſterioriſticæ cum habitu fidei, & verſa vice actualis fidei aſſenſus poſſunt in eodem intellectu ſub eadem ratione conuenire ſimul, 574.8.

actualis aſſenſus ſcientiæ poſterioriſticæ cum actuali aſcenſu fidei in eodem intellectu de eodem obiecto ſub eadem ratione non poſſunt ſimul cohærere, 574.9.

ad fidem catholicam pertinent illa ſolum quæ ſunt reuelata à Deo in ſcriptura ſacra 583.35.

Articuli fidei ſunt euidenter credibiles, 585.42.

ad fidei generationem, & conſeruationem, quid eſt neceſſe 589.51.

ad ſperandum ſicuti oportet eſt neceſſaria fides infuſa 653 21.

An verò charitas ſit forma virtutum, 660.7.

abſolutè in quovis caſu ex quauis charitati naturali, vel Theologica pater eſt, quam filius proprius 683.48

an Chriſtus in hac vita magis dilexerit Petrum, vel Ioannem 876.3.

abſolutè; & ſimpliciter loquendo Deus magis diligit quemlibet, quam iuſtum, quemlibet peccatorem 685.0.

ad valorem ſacramenti non eſt neceſſaria actualis intentio Miniſtri 693.16

abſolutè, & in rigore non fuit neceſſariũ à Deo inſtitui Sacramenta 695.20

abſolutè poteſt Deus nedum hominibus; ſed & Angelis bonis, & malis comuniter poteſtatem miniſtrandi Sacramenta 699.33.

ad conficiendum, quodcumque Sacramentum non requiritur, vt miniſter ſit in gratia 700 38.

ad validè ſuſcipiendum Sacramentum neceſſitatis ab eo qui prius vſus eſt ratione neceſſe eſt, vt ante amiſſionem vſus rationis habuerit voluntatem talis Sacramenti 701.40.

ante legem naturæ ideſt ante lapſum Adami natura humana erat integra, 703.2.

ad circumciſiones non omnes deſcendentes ab Abrahamo obligabantur, 707.16,17.

aliqua Sacramenta ſunt ſimpliciter neceſſaria omne homini ad ſalutem, 713.3.

ad ſuſcipiendum Baptiſmum ſufficit conſenſus virtualis 721.28.

actus ille pænitentiæ requiſitus in adulto ad recipiendam rem baptiſ. non debet eſſe neceſſario contritio 722.30.

attritio illa requiſita debet eſſe ex motiuo aliquo, vel ſine aliquo ſupernaturali, ibidem.

adminiſtrandum validè baptiſmum ſolum requiruntur, vt proferantur verba cum intenſione faciendi, quod facit eccleſia 725.39.

Alphonſus de Caſtro Couaruuias, & alij negant miniſterium conformationis vlla ratione poſſe committi ſimplici Sacerdoti 737.17.

an panis in conſecratione annichiletur, 781.30.31.

amentes vel furioſi non ſunt capaces extremæ vnctionis 741.29.

ad ſacrificium perfectum, & propriè dictum quinque requiruntur 744.4

Abrahami 4. ſacrificia, 747.14.

Actus

Abſt[illegible] ...ria apta con- ...uchariſtici, ibi-

... poſſunt cauſare om- ...es, ſeu ſpecies intentiona- ...s poterant coniuncta 794.70.

...conuerſina panis in corpus Chriſti phiſicè conuenit ſoli Deo 782.34

actio poſitiua qua Deus tranſubſtantiat panem, & vinum non eſt productiua, 782.33.

ad faciendam validè Euchariſtiam ſufficit ſi Sacerdos ſuper panem triticeum, & vinum vitis cum intentione faciendi proferat Verba conſecrationis eſt communis ex Concil. Florent. poſt vltimam ſeſſ. 796.77.

ad validè ſuſcipiendam Euchariſtiam nulla requiritur diſpoſitio 800.87

actus quibus exercetur pœnitentia 803. 6.7. ſunt 42.

ad remiſſionem vnius culpæ etiam grauiſſimæ non requiritur in pœnitentia certa duratio temporis, ſed ſufficit momentanea contra Caietanum, 805. 10.

actus virtutis pœnitentiæ in quo peccata abſque Sacramento obtinet remiſſionē peccati mortalis non ſufficit attritio, ſed debet eſse contritio ibi. 11.

an verò pœnitentia in extremis ſit fructuoſa 807. 16.17 19.20.

ad valorem ſuffragij neceſsaria eſt intentio ſatisfaciendi pro illo alio pro, quo offertur ſuffragium 817.51.

aliquando in vita, & aliquando in articulo mortis conceditur indulgentia plenaria, in vita non remittit culpam mortem. ſed æterna pœna mutatur in temporalem 819.57

aliquando pro defunctis, & tunc conceditur tantum per modum ſuffragij non Iudicij, aut iuriſdictionis, ibid.

ad Summum Pontificum, qui eſt ſupremus Hierarcha in eccleſia, & Vicarius Chriſti de iure Diuino ſpectat immediatè, vel mediatè deſtinare, & eligere inferiores Miniſtros Hierarchiæ, ibid.

Antichriſtus ſumptus pro determinata perſona Chriſto in omnibus contraria; quæ perſona perhibetur futura circa finem Mundi non igitur Pontifex Catholicorum Summus, & Antichriſtus, vt maligniſſimi Hæretici ſtultè, & ex inuidia ei imponunt 851.1.

Antequam Antichriſtus veniat deficere debet Romanum Imperium, iuxta dictum Apoſtoli 2. ad Theſ. 2. niſi venerit diſceſſio primum, vbi Interpretes intelligunt de diſceſſione Romani Imperij, ideſt receſſum totalem à fide ſæcularis poteſtatis exiſtentis in Cæſaribus Auguſti 855.14. Secundo erit apparitio Henoch, & Elię. Dico apparitio non Reſurrectio non enim mortui ſunt, ſed adueniunt in carne Terreſtris Paradiſi, vt habet comunis opinio 856.14. Hi duo venturi ſunt iſta doctrinam Antichriſtus, mittentur ad hoc in Mundum, vt veram Chriſti fidem Iudæis præſertim, hæc prædicatio durabit per tres annos cum dimidio, deindè ab ipſomet Antichriſtus occidentur, ibidem in fine.

Antichriſtus iſte erit homo naſcetur ex Patre, & Matre ſint reliqui homines naſcetur ex Iudæorum natione ex Tribu Dan eſt comunis inter Patres naſcetur in Babilonia; Ab initio conceptionis ſuæ in vtero Matris habebit Diabolum ſibi tunc aſsiſtentum, & ex virtute Diaboli confouebitur, & in hypocritica ſanctitate inſtruetur, vt homines facilius decipere valeat Chriſto in cunctis contrarius erit, & Chriſto contraria faciet humiles deiciet ſuperbos, & peccatores magnificabit, & impios exaltabit. Legem Euangelicam diſſipabit Dœmonum culturam in Mundum renouabit omnipotentem Deum ſe nominabit, merito igitur dicetur Homo peccati, & filius perditionis merito appellabitur, quia (in quantum poterit) genus humanum perdet, & ipſe in nouiſſimo perdetur; Habebit autem Antichriſtus maleficos, Diuinos, Incantatores, qui eum dicto in ſpiritu nutrient, & docebunt in omni iniquitate falſitate,

te, & nepharia arte, & maligni ſpiritus erunt Duces eius, & ſocij ſemper, & comites ſemper indiuiſi; Deindè Ieroſolymam veniens omnes Chriſtianos, quos ad ſe non poterit trahere, & conuertere per varia tormenta occidet ſuā ſedem ponet in Templo ſancto, Templum etiam ſanctum, quo Salomon Deo ædificauit reſtaurabit, & filium Dei omnipotentis ſe nominabit, & mentietur Reges, & Principes primum ad ſe conuertet, deinde per illos verò exteros populos; Deinde per vniuerſum Mundum Nuntios, & prædicatores ſuos mittet. Proſequitur D. Auguſtinus potentiam Miracula, & Tyrannidem alioſque progreſſos, & finem, Gloſſa Ordin. notat in illud Iob. 18. In diebus eius ſtupebunt nouiſſimè vbi ſic dicit Antichriſtus tanta ſua ſigna faciet, & erit demonſtraturus, & crudelia, & facturus dura, vt ad ſtuporem perducat Animæ rationalis immortalitas, clarè oſtēditur 862. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22.

Anima rationalis agnoſcit ſuam originem à Deo 865. 19.

Anima rationalis, non eſt materialis, aut corporea, ſed ſpiritualia, 866. 21. 22. 23. & 24.

Anima rationalis ſeparata à corpore, quod valeat 866. 23. 24

abſolutè loquendo Animæ purgatorij per Eccleſiæ & fidelium ſuffragia iuuantur eſt de fide 870. 9

Animæ ſanctæ pie defunctorum Veteris Teſtamenti non fuerunt poſt mortem ſtatim in Cœlo 873. 18. 19. nec fuerunt in ſtatu beatitudinis ante mortem Chriſti 874. 20. & ſtatim poſt mortem Chriſti conſecuti ſunt ſtatum Beatitudinis, ibi n. 21. vſque ad mortem Chriſti detinebantur in loco ſubterraneo de quo ſupradictum eſt, ibidem n. 22. Idem ſancti veteris teſtamenti erant in gratia, & charitate confirmati, vt peccare amplius non poſſent, vt B. Virgo Animæ Purgatorij, ibid. 23.

Aliæ deformes qualitates, ſiue ratione compoſitionis corporis, ſiue paſſionum eius, vt diminutiones membrorum turpitudines naturales, atque aliæ ſimiles deformitates non reſurgent in electis, 884. 18

Apparebit in aere ſignum Crucis riſplendentis, & tunc parebit ſignum filij hominis 891. 10.

Animæ tempore Reſurrectionis poſt Iudicium aut erunt beatæ, aut erunt damnatæ, 698. 31.

Apparebit in Aere ſignum Crucis riſplendentis, & tunc patebit ſignum filij hominis 891. 10.

Alicui puro homini per eandem Dei potentiam abſolutam de facto conceſſa ſit viſio Dei beatifica eſt controuerſia, 909. 23.

B

Baſilij, & aliorum opinio de conuerſatione, & natura animalium in ſtatu Innocentiæ 2. 4.

Bonum, & malum includunt omne ens, 9 19.

Bone nobis collata ob obedientiam Chriſti 60. 34 & pag. 61. 35.

Beluis carniuoris quomodo prouiſum de cibo in Arca 67 19.

Bonitas entitatiua actus humani eſt, 2. 133. 3.

Bonitas moralis eiuſdem 2. ibid.

Bonitas moralis quid requirat 133. 4

Bonitas moralis eſt triplex 1. ſumitur ex obiecto 2 ex fine extrinſeco 3. ex circumſtantijs 134. 5.

Bonitas moralis adhuc 2. ibid.

Bonū tripl. honeſtum vtile, & delectabile, 134. 6. Vbi vide de vtili, cenſuram Scoti.

Bonum honeſtum ſumitur duplic. 135. 6.

Bonum comodi, quid & quotuplex multiplici diuiſione 135. 7.

Bonum comodum iucundum, & delectabile quomodo honeſtum 135. 8.

Bonitas obiecti, nec in vtilitate, nec in delectabilitate, ſed in honeſtate conſiſtit, 135. 9.

ralis Act. 5. & 7. dicit Anathemæ ijs qui Imagines Chriſti, & ſanctorum vocant idola Origenes hom. 8. in Exodum, & Theodoretus q. 38. dicunt inter Imagines, & Idola eſſe diſcrimen, quod imago eſt vera ſimilitudo rei, vt cum pingimus hominem æquum &c. Imago enim ab imitando dicta eſt. Idolum autem eſt falſa ſimilitudo ideſt rappreſentat, quod reuera non eſt, vt cum Gentiles proponebant ſtatuas Veneris, aut mineruæ, illa ſigna Idola erant, quia rappreſentabant Deos fæminini Generis, quales Dij non ſunt, nec eſſe poſſunt atque ita nec verè rappreſentabant, id quod rappreſentari non poteſt, ex quo colligimus Imagines Chriſti, & ſanctorum non eſſe idola ſicut, nec Trinitatis, nec Angelorum Imagines non enim fiunt ad rappreſentandã Trinitatis, aut Angelorum naturam, ſed ad exprimendam formam in qua apparuerunt, vel certè eorum proprietates, pro quo notandum eſt, quod tribus modis poteſt aliquid depingi vno modo ad exprimendam perfectam ſimilitudinem formæ, & naturæ ipſius rei, & hoc modo res corporeæ ſolum pinguntur, quia lineamentis, & coloribus præditæ ſunt, & ſi quis hac ratione pingere tentaret Deum, & Angelos is verum Idolum conſtitueret.

22 Secundo modo ad Hiſtoriam aliquam oculis exhibendam quomodo ſi quis pingere vellet expulſionem Adami e Paradiſo pingere deberet Deum in forma hominis ambulantem Adamum, & Euam nudos inter arbores ſe occultantes ac demum Angelum pariter in forma humana gladium geſtantem Adamum, & Euam expellentem ſic Deus, & Angelus poſſunt pingi, 3. modo poteſt aliquid pingi extra Hiſtoriam ad explicandam naturam rei per Analogiam ſuper Metaphoram ſic pingimus Angelos alatos formoſos nudis pedibus ad ſignificandos eos ſemper viribus pollere celerrimè moueri ſplendore gratiæ, & virtutum præditos hoc modo pingimus Deum Patrem in forma Senis, & ſpiritũ in forma columbæ. Certum eſt imagines non eſſe colendas tanquam ſummum bonum noſtrum aut aliquid Diuinum in ſe continentes, ſed in rappreſentatis per ipſas, non enim credimus, quod illa Imago Chriſti nos creauit, aut redemit, ſed Chriſtus rappreſentatus per ipſam, Imagines Chriſti, & ſanctorum venerandæ ſunt non ſolum per accidens, vel impropriè, ſed etiam per ſe, & propriè, ita vt ipſe terminent venerationem, vt in ſe conſiderantur, & non ſolum vt vicem gerunt exemplaris quia 7. Synodus definit Imagines eſſe venerandas, vult igitur eſſe per ſe, & propriè dignæ aliquo particulari cultu.

23 Imago ſola poteſt adorari, vt tota materia adorationis, & tunc licet non propter ſe, ſed propter exemplar adoretur actus tamen adorationis diſtinctus eſt ab quo ipſa res rappreſentata in ſe, & propter ſe adoratur, atque adeò hęc adoratio Imaginis Chriſti non poteſt dici propria, & primaria Latria; quod probatur per 7. Synodum Act. 2. vbi dicitur nó deberi Imagini Chriſti Latria quamuis debeat adorari. Iſte cultus, qui propriè, & per ſe debetur Imaginibus eſt cultus, qui dum imperfectus, qui Analogicè, & reductiuè pertinet ad ſpeciem eius cultus, qui debetur exemplari, Nam imaginibus non conuenit propriè, nec Latria, nec Hyperdulia, nec dulia, nec cultus alius eorum, qui tribuuntur naturæ Intellectuali, non enim eſt capax res inanimata, & rationis expers huiuſmodi cultus, ſed cultus quidam inferior, & varius pro varietate imaginum, Ita quod imaginibus ſanctorum non debetur propriè dulia, ſed dulia diminutiua, ſimiliter imaginibus B. Virginibus non debetur propriè Hyperdulia, ſed diminutiua fieri poteſt, vt res rappreſentata per imaginẽ, & imago cum deipare vno actu adoretur, & hoc modo imago Chriſti poteſt adoratione Latriæ adoratri, & imago B. V. hyperduliæ, & imago S. Petri adoratione duliæ. Prob. ex 7. Sinodo Act. 4. vbi inter alia dicitur, quod Chriſtiani imagines

nes Chriſti, & ſanctorum Martyrum te- rentes, & oſculantes animo videntur no- bis Chriſtum ipſum, & Martyres ample- cti, & Conc. Trid. ſeſſ. 25. dicit per Imagi- nes quas oſculamur, & coram quibus pro- curabimus Chriſtum adoramus, & ſan- ctos veneramur.

24 Qui Catholicè Imagines adorat rappreſentata per eas magis adorat, quã ipſas Imagines, qua Imagines non ado- rantur propter ſe, ſed propter rappreſen- tata per ipſas. Ideò non omnes Imagines æqualiter ſunt adorandæ, ſed qualis eſt proportio inter rappreſentata talis eſſe debet adoratio earundem Imaginum, ta- lis eſt enim intentio Eccleſiæ; Proprerea licitum eſt rationabile, & pium viſitare prius, & habere maiorem deuotionem vni imagini, quam alteri vnam maiori de- uotione venerari quam alteram. Hanc differentiam faciendam oſtendit Deus dum ad pręſentiam aliquarum Imaginum maiora miracula facit quam ad præſen- tiam aliarum; De præcepto affirmatiuo adorationis Imaginum dicendum non adeſſe Diuinum, & naturale abſolutè, & ſimpliciter loquendo, ſed tantum laudabi- lis conſuetudo niſi interueniret confeſ- ſio, & defenſio fidei, & vitandum ſcanda- lum, vt ſi cum cęteris fidelibus adoratio facienda ſit, vel ſi aliqua actio exercenda ſit, quæ reuerentiam requirat nam tangẽs, ſeu tractans Imagines debet eas reueren- ter, & honorificè tractare; In qua re no- tandum eſt præceptum negatiuum non inferendi illis iniuriam, & irreuerentiam obligat ad ſemper ſub peccato mortali cum materia eius grauis ſit, & ad Religio- nem. Item abſtinendum eſt ab omni ſu- perſtitioſo cultu alias actio Idolatriæ, vel cultus indebiti vitium facilè deflecteret.

25 Animæ beatorum non ſolum ſuis pręcibus pro nobis ad Deum intercedunt, ſed etiam eodem Deo volente apparent Viatoribus eſt de fide, iuxta illud Mat. 27. poſt Chriſti mortem, & Reſurrectionem multi mortui exeuntes de monumentis venerunt in ſanctam Ciuitatem, & appa- ruerunt multis. Legantur Hiſtoriæ Eccle- ſiaſticæ, Surius, Sophronius, Baronius in Annalibus, & Martyrologio; & ſanctorum vitæ, nec non particulares Chronicæ, in quibus ad ſaturitatem narrantur diuerſæ ſanctorum, & pręcipuè B. V. apparitiones, quas tamen cum grano ſalis legendas di- ctat pietas Chriſtiana. Poſſibile eſt per abſolutam Dei potentiam, vt Anima ali- cuius, ſiue Beati, ſiue alterius immediatè appareat alicui Viatori, & ab hoc videa- tur intellectualiter, & probatur; Nam A- nimæ Defunctorum ſiue in Patria, ſiue in Purgatorio, ſiue in Inferno ſi inuicem vi- dent, & diſcernunt, ergo Anima eſt obie- ctum alterius Animæ, & ſic non repugnat, vt Anima alicuius ſancti immediatè vi- deatur ab Anima Viatoris. Maior difficul- tas eſt, quod Anima Viatoris immediatè videat Deum, quam vt videat Animam, & tamen plures concedunt primum de Paulo ſpecialiter, vt D. Auguſt. lib. 2. de Gen. ad litteram c. 28. D. Thom. & Doctor ſubtilis &c. & alij de Moyſe.

26 Regulariter apparitiones ſancto- rum accidunt corporali modo, nam vi- dentur veſtes membra hilaritas vultus color fulgor, & huiuſmodi 2. quia rema- nent inuidente ſpecies talium corpora- lium igitur non apparet Anima ſola, ſed in corpore, ſiue Antiquo, ſiue nouo, ſiue ſolido ſiue Aereo, & apparente. Comunis tamen opinio ſuſtinet corpus in quo ap- parent Animæ ſanctorum regulariter non eſſe corpus proprium, quod prius habe- bant, ſed corpus aereum ſimile proprio ſaltem quoad extrinſeca, nam in appari- tione non fit reſuſcitatio ſancti apparen- tis, quia non ſunt multipl canda miracula ſine neceſſitate. Multa autem tunc adeſ- ſent miracula nimirum cinerum, vel pul- uerum collectio delatio eorum vbi fit ap- paritio ibidem reſuſcitatio deinde appa- ritio, & tandem reductio corporis in pre- exiſtentes pulueres; Item ſancti ſæpe ap- paruerunt corporaliter loquentes, & ſi- gnificantes Viatoribus in quibus locis eſ- ſent ſua corpora, quæ poſtea inuenta ſunt puluerizata ex pulpata arida, & ſine ali- quo humore, vt patet de ſancto Gamalie-

le apparente Luctano Præsbytero, & ei reuelante propria, & S. Stephani oſſa, quæ ſic inuenta ſunt, ergo non in proprio corpore regulariter apparent, ſed in alio ex verè, vel ſimili materia à Deo, vel ab Angelis, vel ab ipſamet Animal formato.

27 Apparitio eſſe poteſt aliquando tantum in ſpecie ſenſibili, ac intelligibili, ita vt videns non habeat, nec intra, nec extra ſe ſubſtantiam rei niſi, ſed ſolum imagines, tales fuerunt apparitiones, quas habuit D. Ioannes in Apocalypſi, vt aſſerit D. Auguſt. lib. 12. de Gen. ad litteram c. 2. in fine vbi etiam docet Ezechieli c. 37. apparuiſſe campum illum plenum oſſibus &c. & plures aliæ, quæ in ſcriptura varijs in locis recenſentur Iacob de Scala, Iſaiæ, Hieremiæ, Danielis, & ferè cęterorum Patrum, & Prophetarum, quæ apparitio in ſpecie, ſeu Imagine adeò frequens eſt, vt aliquando vix poteſt cognoſci an apparentia alicuius ſancti, vel alterius apparentis ſit in proprio corpore, vel alio reali foris exiſtente an verò in ſola ſpecie, ſeu imagine interius tantum receptu, & hoc eſt adeò incertum, vt ipſimet Apoſtoli. Lucæ 24 37. habentes obuiam Chriſtum poſt Reſurrectionem putauerint ſe ſpiritum, ſeu imaginem videre; Vndè Saluator dixerit palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere, ſi ergo in ea celebri apparitione dubitant ipſimet Apoſtoli merito poteſt dubitari quando defuncti apparent, an in verò corpore, quodcumque ſit, an in Imagine videantur cum vtrumq; ſit poſſibile.

28 Anima cuiuſuis defuncti non poteſt pro libito ſuo de loco ſuo moueri, & ad aliquam mundi partem accedere, & apparere alicui. Eſt comunis Eccleſiæ ſenſus. Non ita facilè apparent defunctorum Animæ, qui quidem cum in viuis eſſent maxime ne dicam ſummæ ſuos charos filios vxores amicoſque diligebunt, quod certè facerent ſi poſſent ex ſe id exequi, quo quidem argumento video vſum D. Auguſtinum lib. de cura pro mortuis c. 13. ſic ſi rebus viuentibus intereſſent Animę mortuorum, & ipſe nos alloquerentur in ſomnis meipſum, pia Mater nulla nocte deſereret, quæ terra Mari, quæ ſecuta eſt, vt mecum viueret, ſi datur aliquando caſus, vt moriens promittat ſe apparere ſuperſtiti, & hoc contingat id non ex libito talis morientis, ſed ex Dei permiſſione, vel ex apprehenſionem euehementi id accidit, vt Imago eius videatur: Hoc accidit dixi ex ſpeciali permiſſione cum Deus noſcit eſſe conuenientem talem apparitionem, & certius eſt dicere id contingere non verè, ſed ex vehementi apprehenſione; Profecto ſi hoc eſſet in poteſtate defunctorum quiſque hoc promittens poſſet exequi, immò & omnes ſic promitterent, & exequerentur, & tamen non ita accidit, ergo non poſſunt.

29 Patres, & Doctores ſuſtinentes Animam Samuelis ex Dei permiſſione apparuiſſe Sauli in magica illa Pithonyſſæ operatione non carent fundamento, nam canonicus textus 1. Reg. cap. 28. Refert *hoc* factum tanquam hiſtoriam *in perſonam* veri Samuelis ſicut, & veri Saulis, vt patet legenti totum illum textum in quo talis hiſtoria eſt relata; Nam Saul conſuluit mulierem habentem Pithonem, ideſt diuinationis ſpiritum dicens ſuſcita mihi Samuelem; Hæc autem ſuas perficiens incantationes, ait ad Saul Deos vidi aſcendentes de Terra. Interrogata verò in qua forma dicit vir ſenex aſcendit amictus pallio, & intellexit Saul (ait textus) quod Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Dixque Samuel ad Saul quare inquietaſti me vt ſuſcitatur; Deinde pluribus reuelauit Sauli excidium amiſſionem Regni, & trãſlationem eius in æmulum ſuum, nec non mortem ſui, & filij, & expirauit; Nihilominus valdè probabilius eſt non Animam Samuelis, ſed ſpectrum, ſeu ſpeciem, ſiue Imaginem eius dęmoniaca certè formulam apparuiſſe Deum tamen per eam punitionem Sauli prædixiſſe varij ſunt Auctores, tum Patres, tum Theologi, ſed quia properamus ad finem inutilè putamus eos referre credimus enim vtrumque poſſi-

poſſibile fuiſſe Diuinæ voluntati ſic , vel ſic diſponenti .

30 Doctor quidam inſignis, & doctiſſimus pro ſecunda opinione nimirum Animam Samuelis non verè apparuiſſe ſaluat prædictam ſacram ſcripturam dicens cum D. Auguſtino ad Simplicianum lib. 2. §. 3. Canonicum Hiſtoricum narrare, quod accedit, & quia Saul ex deſcriptione perſonæ apparentis Pithoniſſæ, quæ dicebatur ſenex amictus pallio, & quod Deos videbat, ideſt fulgentes aliquas perſonas exiſtimauit eum Samuelem, & tanquam verò Samueli locutus eſt, & reſponſa vt à verò Samuele putabat accipere ; Ideò mirum non eſt , quod ſcriptor canonicus perſonam illam, quæ apparuit Samuelem vocet; Ad hanc rem optimum adducit exemplũ D. Auguſtinus de picturis , omnia enim quæ apparent picta proprijs nominibus vocamus bouem equum &c. Petrum, Paulum &c. quæ tamen in ſe non ſunt vera ; Immò tota Ioannis Apocalypſis plena eſt huiuſmodi locutionibus ; Vidi Agnum ſtellas candelabrum, & cætera innumera; ſic ergo quia Sauli narrauit ſe immò Pithoniſſam vidiſſe Samuelem, & ſe cum eo locutum, ſiue hoc acciderit in ſubſiſtentia, ſiue in apparentia ipſe non potuit diſcernere, ſed de Samuele apparente ea Canonicus ſcriptor narrat Samuelem dixiſſe , quæ eſt germana, & propria locutio . De apparitionibus ; vide ſupra lib. 5. cap. 1. art. 3.

Et hæc ſufficiant de Inuocatione, interceſſione , & adoratione cæleſtium ſpirituum , & eorundem Imaginum ; ſicque Deo optimo bonorum omnium Auctori ſint humillimè gratiæ, qui me ad exercitiorum Scholaſticorum in vniuerſam Theologiam finem deduxit cum gaudio , iucunditate , & ſalute cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum . Amen .

Et quo in principio habui in votis hoc in fine ex animo repeto omnia mea dicta, & ſcripta plenè, & omni meliori modo ſubiecta eſſe cenſuræ correctioni , & iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ veræ veritatis columnæ, & Magiſtræ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

INDEX

Rerum Notabilium, quæ in hoc Opera Continentur.

Primus numerus deſignat Paginam, ſecundus verò numerum marginalem.

A

ADami peccatum fuit cauſa aduentus, & mortis Meſſiæ 1. 1. & euidens ſanguine delendum.
Angelus cum ſit ſpiritus parus non eſt propriè figurabilis 3.8.
Aſtutiæ ſerpentis quot, & quæ 2.5.
Angelus cum ſit parus ſpiritus numero propriè figurabilis 4.8.
Adami, & Eua quomodo in Paradiſo Terreſtri infirmiores nobis 4.8.
an Adam in ſtatu Innocentiæ potuerit decipi 12.2.
Adam in ſtatu Innocentiæ ex decem capitibus potuit decipi 14.5.
Adam in ſtatu Innocentiæ de facto fuit deceptus 14.6.
Adam, & Eua, quid reuera appetierint, 16.10.
Adam, & Eua quomodo cognouerunt ſe eſſe nudos 21. 20. experti ſunt rebellionem partium ſenſitiuarum ad rationem 21.20
Apparuit Deus primis Parentibus poſt peccatum in forma humana 23.1
Apparitio ſpirituum in generali, quid ſit 23.2
Apparitio Diuina, quid ſit ibid.
Apparitio 3. ibidem.
Apparitio corporalis 2. ibidem.
Apparitio corporalis, & imaginaria differunt ab Intellectuali; ibidem.
Apparitiones corporalis, & imaginaria quomodo contingunt hominibus 23.3
Apparitiones imaginariæ ſunt triplices 24.3
Apparitio corporalis ſub qua forma fiat, ibidem.
Apparitio corporalis Diuina mandetur eſt controuerſia ſanctos Patres 24.4
Affirmans opinio eſt probabiliſſima 24. 5
Apparere Deum non ſemper dicitur quoties, dicitur eſſe vbique præſens 25.6
Apparitio Diuina in corpore aſſumpto non infert Deum eſſe corporeum, vt aſſerebant Antromorphitæ Hæretici apud Euſebium, ibidem.
Apparitiones corporales Diuinæ inuiſibiles veteri Teſtamento recenſentur, 12.25.6

Ap-

INDEX.

Apparitiones Diuinæ corporales ſub virili forma 25. 7. & vtique eximia, & pulcherrima ibidem.

Aſſumptum corpus non fuit phantaſticum non tamen viuum 26.8. nec allatum e Cœlo, fuit ex ſublunaribus non mixtis non ex igne, non ex aqua, neque ex terra, ſed ex aere, non tamen omnino ſimplici 26.9. fuit formatum Miniſterio Angelorum cum concurſu generali Dei. 27.10

Apparitionum huiuſmodi Diuinarum varij fuerunt fines Dei, ideſt ſanctiſſimæ Trinitatis ob hominum bonum 27.11

Apparitio Diuina vocalis, ſeu auricularis, quid ſit 28.12

Apparitur Diuina Imaginaria quomodo ſiebat, & vnde ſic dicta 31.18

Apparitio Diuina Imaginaria variè diuiditur, ibidem.

Apparitiones imaginariæ factæ à Deo recenſitæ in ſacra ſcriptura 32.19

Apparitiones huiuſmodi variæ contingunt hominibus 32.20

Angeli quando perficiunt Diuinas apparitiones, quid faciunt 34.25

Aliquis quibus apparitiones imaginariæ factæ ſunt occupauit terror trepidatio, & languor animi ob diuerſas cauſas, 35.26. & 27

Apparitio Intellectualis quare ſic dicta 36. 28. & quot ad eam concurrant, ibidem.

Apparitionum intellectualium Diuinarum varietas 36.29

Adam, & Eua quare ſe abſconderunt poſt peccatum 40.39. Non peccauerunt tamen abſcondendo ſe, ibid.

Adam, & Eua latuerunt, quia erubeſcebant de nuditate pudendorum 42.41

Adam malè ſe habuit cum Deo 42.44. non eſt confeſſus peccatum ſuum, ibidem.

Adam mulieri imponit peccatum ſuum; non negauit tamen factum commeſtionis ibid. n.45. pag.43.

Adæ verò dixit maledicta terra in opere tuo; Hæc maledictio non fecit terram, ſed hominem 50. 12. & 13

Adam poſt peccatum ſi manducaſſet de fructu arboris vitæ non potuiſſet perpetuari 57.28

Angeli ſuperiores aliquando mittuntur ad terram 59.31

Archa probabiliter fabricata eſt ad caucaſum Montem centum annis, ex lignis cedri 65.14

Animal mundum, & immundum vnde ſic dicta 66.18

Adam varijs donis adornatus 69.1. & 2

Adami ingratitudo contra Deum pluſquã brutalis 70.3.

an teneamur velle omnia ex charitate ſicut Deus eſt controuerſia 90. 10. & pag.91

an Deus diſpenſauerit cum Abrahamo in præcepto non occides 103.23

an Deus diſpenſauerit cum filijs Iſrael in præcepto non furtum facies, 105. 25. & 26

Aſſenſus duo in intellectu, & duo in voluntate 125.4

Amor quid, & quotuplex ſit 125.5

Amor amicitiæ cum amore concupiſcentiæ comparatus, quid & ſi vnus amor amicitiæ cum alio amore amicitię conferatur quid 126.6

Aſſenſus duo intellectus non admittunt medium neutrum, ſed duo aſſenſus voluntatis admittunt medium neutrum, 126.7

Amor ille neuter an ſit fruitio, vide 126. 8. & pag.127.9

Abuſus quid ſit 127.10

Actus elicitus à voluntate ſumit primam bonitatem moralem ex bonitate obiecti formalis non materialis 136.11

Actus voluntati quando ſumit duplicem bonitatem moralem 137.13. & pag.138 14.15

Actus ex deliberatione procedens poteſt eſſe indifferens ad bonitatem, & malitiam moralem 140.19

Actio iuridica, quid & quotuplex ſit, 168.23

Actus temperantiæ generalis, & ſpecialis qui 181.6

Abſtinentia ſeu ſobrietas, quid ſignificet, & quomodo eſt virtus 183.11

Ab.

I N D E X.

Abſtinentia perfectorum quæ 183. 11

Actus ex obiecto malus nullam recipit bonitatem à circumſtantijs etiam ſi bonæ videantur 188.5

Actus interior an ſaltem ſucceſſiuè poſſit bonus,& malus 188.6.& 189.7

Ad hoc vt contrahatur peccatum originale, quid requiratur 193.11

Anima quomodo contrahat peccatum originale 193.16

Auctor peccati ſecundum Armenos 210. 10.11.12

Auctor peccati eſt voluntas humana eliciuè, vel imperatiuè 211.13

Attritio quomodo meritum de congruo ad gratiam 241.12

an humanitas Chriſti principaliter prędeſtinata ſit ad Beatitudinem,& ſecundario ad vnionem hypoſtaticam , vel e contra variat D.Thomas,& Scotus 241 13.14.& 242.15.16

Angeli non potuerunt naturaliter cognoſcere myſterium Incarnationis Dominicæ 259.27

Angeli locati quomodo cognouerunt cognitione beatifica Deum eſſe incarnandum 260.28

Anima rationalis non prius tempore fuit vnica corpori quam Verbo 289.12

Ad hoc quid aliqua mulier dicatur Mater tria requiruntur 309.1

Aperturæ clauſtrorum muliebrium , 314. 13.14.15

Ad comprehenſionem propriè dictum tres conditiones neceſſario requiruntur 338 4

Anima Chriſti eleuata per gratiam ad quidem 348.7

Anima Chriſti eſt tantæ capacitatis quantæ eſt ſupremus Angelus 349.10

An filiatio competat primo ſuppoſito, vel naturæ eſt opinio pro vtraque parte , 362.6

an duæ filiationes, vel plura accidentia ſolo numero differentia poſſint eſſe in eodem ſubiecto eſt ſub opinione , 362. 7.8.& 9.

ad optiua filiatio quid ſit,& quotuplex,& quot requiſita 364.10.

Abſtracta Diuinæ eo humanæ naturę non ſibi inuicem comunicantur 380.11

apertio Cœli in Baptiſmo ſi quomodo intelligenda 382.25.26.

ad rationem miraculi duo præcipuè requiruntur 393.25.

actio meritoria quid ſit , & in quo conſiſtat 394.2.3.

amor quo quis ſe amat niſi reguletur ab amore amicitiæ Dei erit inordinatus , 395.4.

an ſuppoſita violentia Iudæorum Chriſti potuiſſet non mori 427.47

an inter duas voluntates Chriſti Diuinam , & humanam fuerit aliquando , 429.51.52.53.

aſcenſio ſi in Cœlum non fuit quatenus Deus eſt 449.11.

aſcenſus Chriſti in Cœlo fuit ſuper omnem creaturam corporalem , & ſpiritualem 450 13.

aſcenſio Chriſti in Cœlum complementum oritur operum ab ipſo in ſalutem noſtram ſanctorum 450.15.

aptæ cęremoniæ veteris legis rectè diuiduntur in ſacrificia ſacramenta ſacra ſigna,& ſacras obſeruantias,ibid.

actus fidei quam latè ſumitur à Theologis 479.26

agenda ſuſtinenter declarantia dilectionem Dei,& dilectionem proximi,479. 27.

Auguſtini dictum de multitudine præceptorum eccleſiæ , & ſtatutorum , quæ fiant in eccleſia 487.20.21.

adorationis tres ſunt ſpes duas Latrię hiperduliæ,& duliæ 502.1.

adorationes prædictæ fieri poſſunt 2. interius,& exterius 502.2.

adoratio latriæ quid ſit 502.3.

adoratio latriæ eſt actus virtutis ſpecialis moralis 502.3.

adoratio Latriæ eſt pars potentiales iuſtitiæ non ſubiectiuè 503.4.

ad neceſſariam obſeruantiam præcepti obligantis ſub mortali ſemper adeſt auxilium ſufficiens à Deo 531. 44

ad perſeuerandum finaliter in gratia duo ſunt reipſa neceſſaria 549.16.17

Actus

Actus fidei aquis iſtæ,& infuſæ 2,interius & exterior ibidem.
actus omnes antecedenter pleniſſimum aſſenſum fidei diſtinguuntur per ſigna, 564.37.
actus fidei qui eſt initium, & fundamentum iuſtificationis ad victorum ſaltem in fieri eſt meritorius e congruo tantum, ibid.
actus fidei imperatus à voluntate quomodo eſt meritorius de condigno,ibid.
actus fidei conuenientiſſimi à D. Auguſtino diſtinctus eſt in tres realiter diſtinctos 365.42.
à ſolo Scoto Theologicè ſunt ſufficienter præpoſita explicitè credenda à cunctis fidelibus in eccleſiæ de neceſſitate ſalutis 567.46.
à ſignis Legalibus veræ fidei numquam eſt publicè recedendum ad eum ſicut tandem, vel ſimulandam 569.55.
actualis ſcientificus poſterioriſticæ cum habitu fidei, & verſa vice actualis fidei aſſenſus poſſunt in eodem intellectu ſub eadem ratione conuenire ſimul, 574.8.
actualis aſſenſus ſcientiæ poſterioriſticæ cum actuali aſcenſu fidei in eodem intellectu de eodem obiecto ſub eadem ratione non poſſunt ſimul cohærere, 574.9.
ad fidem catholicam pertinent illa ſolum quæ ſunt reuelata à Deo in ſcriptura ſacra 583.35.
Articuli fidei ſunt euidenter credibiles, 585.42.
ad fidei generationem, & conſeruationem,quid eſt neceſſe 589.51.
ad ſperandum ſicuti oportet eſt neceſſaria fides infuſa 653 21.
An verò charitas ſit forma virtutum, 660.7.
abſolutè in quovis caſu ex quauis charitati naturali. vel Theologica pater eſt, quam filius proprius 683.48
an Chriſtus in hac vita magis dilexerit Petrum,vel Ioannem 876.3.
abſolutè, & ſimpliciter loquendo Deus magis diligit quemlibet,quam iuſtum, quemlibet peccatorem 685.65.
ad valorem ſacramenti non eſt neceſſaria actualis intentio Miniſtri 693.16
abſolutè, & in rigore non fuit neceſſariū à Deo inſtitui Sacramenta 695.20
abſolutè poteſt Deus nedum hominibus; ſed & Angelis bonis, & malis communiter poteſtatem miniſtrandi Sacramenta 699.33.
ad conficiendum, quodcumque Sacramentum non requiritur, vt miniſter ſit in gratia 700 38.
ad validè ſuſcipiendum Sacramentum neceſſitatis ab eo qui prius vſus eſt ratione neceſſe eſt, vt ante amiſſionem vſus rationis habuerit voluntatem talis Sacramenti 701.40.
ante legem naturæ ideſt ante lapſum Adami natura humana erat integra, 703.2.
ad circumciſiones non omnes deſcendentes ab Abrahamo obligabantur 2 707.16,17.
aliqua Sacramenta ſunt ſimpliciter neceſſaria omne homini ad ſalutem, 713.3.
ad ſuſcipiendum Baptiſmum ſufficit conſenſus virtualis 721.28.
actus ille pænitentiæ requiſitus in adulto ad recipiendam rem baptiſ. non debet eſſe neceſſario contritio 722.30.
attritio illa requiſita debet eſſe ex motiuo aliquo, vel ſine aliquo ſupernaturali, ibidem.
adminiſtrandum validè baptiſmum ſolum requiruntur, vt proferantur verba cum intenſione faciendi,quod facit eccleſia 725.39.
Alphonſus de Caſtro Couaruuias, & alij negant miniſterium conformationis villa ratione poſſe committi ſimplici Sacerdoti 737.17.
an panis in conſecratione annichiletur, 781.30.31.
amentes vel furioſi non ſunt capaces extremæ vnctionis 741.29.
ad ſacrificium perfectum, & propriè dictum quinque requiruntur 744.4
Abrahami 4. ſacrificia, 747.14.

I N D E X.

Acetum non eſt, non eſt materia apta conſecrationis ſanguinis Euchariſtici, ibidem.
accidentia ſeparata poſſunt cauſare omnes qualitates, ſeu ſpecies intentionales quas poterant coniuncta 794.70.
actio conuerſiua panis in corpus Chriſti phiſicè conuenit ſoli Deo 782.34
actio poſitiua qua Deus tranſubſtantiat panem, & vinum non eſt productiua, 782.33.
ad faciendam validè Euchariſtiam ſufficit ſi Sacerdos ſuper panem triticeum, & vinum vitis cum intentione faciendi proferat Verba conſecrationis eſt communis ex Concil. Florent. poſt vltimam ſeſſ. 796.77.
ad validè ſuſcipiendam Euchariſtiam nulla requiritur diſpoſitio 800.87
actus quibus exercetur pœnitentia 803. 6.7. ſunt 42.
ad remiſſionem vnius culpæ etiam grauiſſimæ non requiritur in pœnitentia certa duratio temporis, ſed ſufficit momentanea contra Caietanum, 805. 10.
actus virtutis pœnitentiæ in quo peccata abſque Sacramento obtinet remiſſionē peccati mortalis non ſufficit attritio, ſed debet eſſe contritio ibi. 11.
an verò pœnitentia in extremis ſit fructuoſa 807. 16.17 19.20.
ad valorem ſuffragij neceſſaria eſt intentio ſatisfaciendi pro illo alio pro quo offertur ſuffragium 817.51.
aliquando in vita, & aliquando in articulo mortis conceditur indulgentia plenaria, in vita non remittit culpam mortem. ſed æterna pœna mutatur in temporalem 819.57
aliquando pro defunctis, & tunc conceditur tantum per modum ſuffragij non Iudicij, aut iuriſdictionis, ibid.
ad Summum Pontificum, qui eſt ſupremus Hierarcha in eccleſia, & Vicarius Chriſti de iure Diuino ſpectat immediatè, vel mediatè deſtinare, & eligere inferiores Miniſtros Hierarchiæ, ibid.
Antichriſtus ſumptus pro determinata perſona Chriſto in omnibus contraria, quæ perſona perhibetur futura circa finem Mundi non igitur Pontifex Catholicorum Summus, & Antichriſtus, vt maligniſſimi Hæretici ſtultè, & ex inuidia ei imponunt 851.1.
Antequam Antichriſtus veniat deficere debet Romanum Imperium, iuxta dictum Apoſtoli 2. ad Theſ. 2. niſi venerit diſceſſio primum, vbi Interpretes intelligunt de diſceſſione Romani Imperij, ideſt receſſum totalem à fide ſæcularis poteſtatis exiſtentis in Cæſaribus Auguſti 855.14. Secundo erit apparitio Henoch, & Eliç. Dico apparitio non Reſurrectio non enim mortui ſunt, ſed adueniunt in carne Terreſtris Paradiſi, vt habet comunis opinio 856. 14. Hi duo venturi ſunt iſta doctrinam Antichriſtus, mittentur ad hoc in Mundum, vt veram Chriſti fidem Iudæis præſertim, hæc prædicatio durabit per tres annos cum dimidio, deindè ab ipſomet Antichriſtus occidentur, *ibidem* in fine.
Antichriſtus iſte erit homo naſcetur ex Patre, & Matre ſint reliqui homines naſcetur ex Iudæorum natione ex Tribu Dan eſt comunis inter Patres naſcetur in Babilonia; Ab initio conceptionis ſuæ in vtero Matris habebit Diabolum ſibi tunc aſſiſtentum, & ex virtute Diaboli confouebitur, & in hypocritica ſanctitate inſtruetur, vt homines facilius decipere valeat Chriſto in cunctis contrarius erit, & Chriſto contraria faciet humiles deiciet ſuperbos, & peccatores magnificabit, & impios exaltabit. Legem Euangelicam diſſipabit Dæmonum culturam in Mundum renouabit omnipotentem Deum ſe nominabit, meritò igitur dicetur Homo peccati, & filius perditionis merito appellabitur, quia (in quantum poterit) genus humanum perdet, & ipſe in nouiſſimo perdetur; Habebit autem Antichriſtus maleficos, Diuinos, Incantatores, qui eum dicto in ſpiritu nutrient, & docebunt in omni iniquitate falſitate,

ce, & nepharia arte,& maligni ſpiritus erunt Duces eius, & ſocij ſemper, & comites ſemper indiuiſi; Deindè Ieroſolymam veniens omnes Chriſtianos, quos ad ſe non poterit trahere, & conuertere per varia tormenta occidet ſuā ſedem ponet in Templo ſancto, Templum etiam ſanctum,quo Salomon Deo ædificauit reſtaurabit,& filium Dei omnipotentis ſe nominabit, & mentietur Reges,& Principes primum ad ſe conuertet, deinde per illos verò exteros populos; Deinde per vniuerſum Mundum Nuntios, & prædicatores ſuos mittet. Proſequitur D.Auguſtinus potentiam Miracula,& Tyrannidem alioſque progreſſos,& finem, Gloſſa Ordin. notat in illud Iob. 18. In diebus eius ſtupebunt nouiſſimè vbi ſic dicit Antichriſtus tanta ſua ſigna faciet, & erit demonſtraturus, & crudelia, & facturus dura,vt ad ſtuporem perducat Animæ rationalis immortalitas, clarè oſtéditur 862. 10.11.12. 13.14.15. 16.17. 18.21.22.

Anima rationalis agnoſcit ſuam originem à Deo 865.19.

Anima rationalis, non eſt materialis, aut corporea, ſed ſpiritualia, 866. 21. 22. 23.& 24.

Anima rationalis ſeparata à corpore, quod valeat 866.23.24

abſolutè loquendo Animæ purgatorij per Eccleſiæ & fidelium ſuffragia iuuantur eſt de fide 870.9

Animæ ſanctæ pie defunctorum Veteris Teſtamenti non fuerunt poſt mortem ſtatim in Cœlo 873. 18.19. nec fuerunt in ſtatu beatitudinis ante mortemChriſti 874.20.& ſtatim poſt mortem Chriſti conſecuti ſunt ſtatum Beatitudinis, ibi n.21. vſque ad mortem Chriſti detinebantur in loco ſubterraneo de quo ſupradictum eſt,ibidem n.22. Idem ſancti veteris teſtamenti erant in gratia, & charitate confirmati, vt peccare amplius non poſſent, vt B. Virgo Animæ Purgatorij, ibid.23.

Aliæ deformes qualitates, ſiue ratione compoſitionis corporis, ſiue paſſionum eius,vt diminutiones membrorum turpitudines naturales, atque aliæ ſimiles deformitates non reſurgent in electis, 884.18

Apparebit in aere ſignum Crucis riſplendentis, & tunc parebit ſignum filij hominis 891.10.

Animæ tempore Reſurrectionis poſt Iudicium aut erunt beatæ,aut erunt damnatæ, 698.31.

Apparebit in Aere ſignum Crucis riſplendentis, & tunc patebit ſignum filij hominis 891.10.

Alicui puro homini per eandem Dei potentiam abſolutam de facto conceſſa ſit viſio Dei beatifica eſt controuerſia, 909. 23.

B

Baſilij,& aliorum opinio de conuerſatione, & natura animalium in ſtatu Innocentiæ 2.4.

Bonum, & malum includunt omne ens, 9 19.

Bone nobis collata ob obedientiam Chriſti 60.34 & pag.61.35.

Beluis carniuoris quomodo prouiſum de cibo in Arca 67 19.

Bonitas entitatiua actus humani eſt; 2. 133.3.

Bonitas moralis eiuſdem 2.ibid.

Bonitas moralis quid requirat 133.4

Bonitas moralis eſt triplex 1. ſumitur ex obiecto 2 ex fine extrinſeco 3. ex circumſtantijs 134.5.

Bonitas moralis adhuc 2.ibid.

Bonū tripl.honeſtum vtile,& delectabile, 134.6. Vbi vide de vtili, cenſuram Scoti.

Bonum honeſtum ſumitur duplic. 135. 6.

Bonum comodi, quid & quotuplex multiplici diuiſione 135.7.

Bonum comodum iucundum, & delectabile quomodo honeſtum 135. 8.

Bonitas obiecti,nec in vtilitate,nec in delectabilitate, ſed in honeſtate conſiſtit, 135.9.

Bonitas ex obiecto tranſit eſſentialis actui interiori,& quomodo 137.12
Bonitas boni præfixi pertinet ad bonitatem comodi,& delectabiles 139.17.
Bonitate circumſtantiarum augetur bonitas actus interioris infra eandem ſpeciem 140.18.
Benè conſultare de agibilibus, quid ne, 153.9.
Benè iudicaris,quid ſit 154.10.
Bellum iuſtum 6. titulus aquirendi dominium 166.19.
Belli iuſti cauſæ 176.12.in fine.
Bellum quodcumque cum beſtijs eſt prohibitum, ideò non materia verè fortitudinis 177.14.
Beata V.Maria quomodo meruerit maternitatem Dei 217.9.
Beata V.M. peruenit ad tantam dignitatem ſiue diſpoſitionem gratia Diuina præueniente, & meritis proprijs, ibidem.
Beata Virgo non meruit de condigno Maternitatem Dei,ſed tantum de congruo 218.11.12
Beata Virgo dicenda eſt Mater Chriſti naturalis,& miraculoſa 314.12
Beata Virgo habuit gaudium Matris cum virginitatis honore ante partum in partu,& poſt partum, 314.13.315.15.16.17.
Beata Virgo Mater Dei verè actiuè ſe habuit in Conceptione, & generatione Ieſu Chriſti 317.20
Beata Virgo Maria, vt verè eſſet Mater eum impulſum,& efficaciam quam aliç Matres adhibere ſolent in ſuo partu adhibuit admittendam ſacram prolem, 317.21
Beata Virgo abſque illo dolore peperit, 317.22
Beata Virgo peperit ſine ſordibus, nec emiſit ſecundinas 318 23.24
Beata Virgo non neceſſitate legis fuit aſtricta ad purificationem 318. 25
Beata Virgo habuit vſum rationis in 1.instanti Conceptionis, & primæ ſanctificationis ſuæ 319.1
Beata V.M.in Intellectu ſuo errorem, aut prauam diſpoſitionem 319.2
Beata Virgo non omnia ſemper ſciuit, ſed pro temporum varietate non nulla ignorauit purè negatiuè, ideſt ſine debito ſciendi 320.3
Beata Virgo, quam diu vixit in hac mortali vita fuit viatrix, & ſancta habuit fidem miſteriorum Dei perfectiſſimum, quicquid blaſphemet Lutherus, 320.5
Beata V.in hac fidei cognitione nedum ſuperauit centurionis fidem,ſed Apoſtolos,& Theologos omnes, ibid.
Beata V. dicitur Apoſtolorum Magiſtra Euangeliſtarum illuminatrix, omnium hæreſum interremptrix 321. 6
Beata Virgo ab inſtanti Conceptionis habuit ſupernaturalem ſcientiam per ſe infuſam Diuinarum myſteriorum, ibidem.
Beatæ V.cognitio quanta,ibid.
Beatæ Virginis cognitio, & ſcientia habuit pro tempore habuit incrementum 321 7.8.9.10
Beatæ Virg. quanta gratia,& dona ſupernaturalia, ibid.
Beatæ V. ſanctificatio 1. 323 13
Beata Virgo in prima ſanctificatione habuit intenſiorem grauem, quam quilibet homo, & quilibet Angelus habuerit in ſua prima ſanctificatione, 324 16.
B.V. gratia accepta in 1. ſanctificatione fuit aucta per bona opera eiuſdem Virginis,quia fuit viatrix 324.16
B. Virgo in ſua prima ſanctificatione fuit vt Aurora in ſecunda ſanctificatione, ideſt in filij conceptione, vt Luna in morte, vt Sol quia ſemper gratiam perfectiorem habuit 325 17
B. Virgo eliciebat non ſolum actus meritorios quodammodo ex habitu, & ex conſuetudine,ſed actualiter,& frequétiſſimè referebat in Deum magna charitate dilectum hinc tales actus intenſiſſimi euadebant 325.18. & hoc non tantum ex opere operantis,ſed ex opere operato, ibidem.
B.V. in vltimo inſtanti viæ habuit gratiam intenſiorem,quam ſit in Angelos,& homi-

minibus ſanctis, ibid.

B. Virgo in fine vitæ peruenit ad ſummam gratiam, quæ ſoli Deo cognoſcenda reſeratur 326.19.

B. V. cum tanta gratia ſanctificante ſuſcepit ſimul omnes virtutes per ſe infuſa omnia ſpiritus dona omnes gratias gratis datis, 326.20

B. V. numquam amiſit gratiam, quam in prima ſanctificatione accepit 326. 21

Beata V. poſt ambas ſanctificationes extrinſecè fuit impeccabilis, & confirmata in gratia 327.23

B. V. ob accepta beneficia benefactori Deo non fuit ingrata, ibid.

Beatam Virg. mortem obruiſſe eſt indubitatum 328.25

B.V. Deipara corpus eius fuit in ſepulchro repoſitum &c. 328.26

Beata Virgo Aſſumpta in Cœlum plenam gloriam conſecuta eſt ſicut dum viueret in Terra habuerat plenitudinem gratiæ 329.27

Beata V. ſicut fuit eſſentiali gloria decorata, ita accidentalibus glorijs fuit præmiata 329.28

B.V. tot gratijs, & priuilegijs, tot glorijs, & præmijs aucta dogma eſt in tota Eccleſia, & etiam extra eccleſiam in ſingulari habeatur reuerentia maximè apud Maometanos 340. 29

B.V. quando concepit Verbum Diuinum, 331. 4

Beata Virgo cum verè eſſet Mater Chriſti actiuè ſe habuit in conceptione eius 333.8.9.10

Beati iuri Angeli iuri homines veræ ſunt noſtri proximi ex Charitate legendi, 675.36

Baptiſmus eſt omnium Sacramentorum ianua, & principium 715.5

Baptiſmi duplex definitio, ibid.

Baptiſmus Chriſti fuit ab eo inſtitui ante mortem 718.20

Baptiſmi neceſſitas quoad omnes concepit ea quo peruenit ad eorum noſtram &c. 719.21

Baptiſmus poſt promulgationem Euangelij eſt omnibus hominibus ab Adamo deſcendentibus neceſſarius, ibidem 22.

Baptiſmus per ſuſceptionem ſui non ſolum confert characterem, ſed etiam plures alios ſecundum effectum catholicos, ibid.

Baptiſmi effectus ſecundum Hæreticos, 732.61

Beatus, vt Beatus non cognoſcit intuitiuè corpus Chriſti in Euchariſtia 791.62

Beatitudo ex comuni omnium conceptu eſt nomen impoſitum ad ſignificandum ſtatum, ſeu modum viuendi in quo poſſidetur ſummum bonum, ſeu cumulus omnium bonorum, 901.1.

Beatitudo habet annexam ſecuritatem perpetuitatis 909.21.

Beatitudo vera non poſſit pro hac vita obtineri per actus proprios eſt de potentia ordinaria Dei, 909. 22.

Beatitudo formalis non conſiſtit in lapſu Dei ad eſſentiam animæ, nec ad ipſius potentias 912.32.

Beatitudo non conſiſtit principaliter in operatione intellectus, 913.36.

Beatitudo principalius conſiſtit in actu voluntatis Beatitudo, ergo conſiſtit principaliter in fruitione Dei clarè viſo, 914.37.38.

Beatitudo formalis animæ intellectiuè inſpecta, tam ex parte operationum intellectus, & voluntatis, quam ex parte gaudij eſt inæquales in Beatis, 915. 40.

Beati videntes Deum fruuntur eſt de fide definitum à Benedicto 12, Conſt. 4. 921.61.

Beatus ad intelligendum Deum, & eo fruendum actu habendum in voluntate habitum ſupernaturalem, qui dicitur charitatis 923.65.

C

CAligulæ ferinus animus 1.1

Caietani opinio falſa de ſerpente tentante etiam in Paradiſo Terreſtri, 1. 4.

Columna nubis diſpeſcuit Hæbreos ab

Ægyptijs 30.14. quamdiù durauit, ibidem.
Cauſæ ſomniorum quæ 34.24
Cedri laus, & proceritas vnius ſpecialiter inciſæ in Cipro 65.14
Credibiles eſt plures operarios laboraſſe in Arcæ fabricæ 65.15
Conſcientia quid ſit 79.8.9
Conſcientiæ tres actus præcipui 79.9
Conſcientia eſt quintuplex 80.10
Conſcientia recta obligat voluntatem, 80.11.
Conſcientia errans obligat errantem ad operandam ſine peccato 81.12
Conſcientia errans dupl. vincibilis, & inuincibilis 81.13
Conſcientia errans vincibiliter, & errans inuincibiliter differunt 81.14
Conſcientia probabilis quid, & quotuplex ſit 83.15
Conſcientia probabilis dupl. intrinſeca, & extrinſeca probabilitate, ibid.
Conformitas voluntatis humanæ ad Diuinam duplex eſt 87.2.
Conformitas reperitur in eſſe quidditatiuo ambarum voluntatum 87.3
Conformitas voluntatis humanæ ad Diuinam eſt quadrup. ſic eſt quadr. earum difformitas, 88.4.
Concupiſcentiæ nomine quid intelligatur 120.13.
Conſenſus quid ſit 129.13.
Circunſtantiæ humanarum actionum quot, & quæ ſint 131.19.
Cauſa efficiens debet continere aliquo modo eſſe quod dat effectui 132.1
Contractus humanus dup. titulus aquirendi dominium 165.18.
Contractus humanus quid ſit, & quomodo differat à pacto nudo 168.23.
Contractus variè diuiditur 168.24.25.
Conſtantia quid ſit 176.10. in fine.
Caſtitas quotuplex 184.13.
Continentia eſt virtus 186.17.
Caluinus omnium Hæreticorum peſſimus cum plurimis blaſphemijs conſtituit Deum Authorem peccati pro formali, 206.2.3.
Chriſtus vt homo purus nullis meritis, ſed ex ſola gratia aſſecutus eſt vnionem hypoſtaticum 319.13.14.15.
Chriſtus morte ſua, Reſurrectionem ſuæ humanitatis pro mæreri potuit, & conſequẽter vnionem rediuiuum partium morte ſeparatur corporis ſcilicet, & Anima 220.17.
Comunicabile eſt duplex 256.18.
Comunicabilitas, & dependentia idem ſunt 257.20.
Clarior probatio poſſibilitatis Incarnationis Dominus vndè ſumitur 260.29.
Conceptio B. V. tripliciter accipi poteſt 298.7.8.
Conceptio B. V. quomodo; A Doctore ſubtili docetur exempta à culpa originali 268.9.10.
Confirmatio hominis in bono, ita vt non poſſit peccare ex multis prouenit, &c. 327.22.
Chriſtus accepit aliquid à triplici ſtatu hominis 338.4.
Chriſtus per ſcientiam abſtractam *infuſam* omnes res naturales, *quas* Angeli poſſunt cognoſcere *per* ſpecies illos infuſas 342.15.
Item Chriſtus per eandem ſcientiam cognouit omnia ſingularia cum materialia, quam immaterialia 343.16
Item Chriſtus per eandem ſcientiam cognouit futura contingentia, & actus liberos futuros, ibidem. Item cognouit res creatas ſpiritualis; ibidem 17. & omnes habitus ſpirituales; item Deum vt vnum, & omni attributa eſſentialia à poſteriori, ibidem. Item cognouit Deum Trinum clariori modo, quam per fidem, ibid. 18.
Item Chriſtus per eandem *ſcientiam* nouit omnibus modis res quibus Intellectus poteſt cognoſcere 344.19.
Chriſtus habuit ſcientiam eſperimentalem 344. 20. per ſe aquiſitam virtute Intellectus agentis, & poſſibilis 345.22
Chriſtus vt homo, & Beati non ſunt impeccabiles ab intrinſeco 346.3.
Chriſtus verè, & propriè fuit Propheta, & verè, & propriè habuit propheciæ 352.19.

Chri-

Chriſtus numquam actum fidei habuit, nec deſiderij habuit tamen habitum ſpei 352. 20.
Caput in hominibus in ordine ad alia membra habet tres conditiones, 355. 6.
Chriſtus eſt caput totius Eccleſiæ, ſiue militantis in Terra, ſiue triumphantis in Cœlo 356. 8.
Chriſtus eſt caput eccleſiæ, & in quantum Deus, & in quantum homo 357. 10
Chriſtus eſt caput Angelorum in quantum Deus, & in quantum homo 357. 11
Chriſtus non fuit proprijſſimè Redemptorem Angelorum, ſed impropriè tantum 358. 15.
Chriſtus quamuis ſit caput omnium hominum non tamen hominum damnatorum, neque puerorum exiſtentium in limbo 359. 16. 17.
Concedendæ ſunt (contra Hæreticos negantes) in Chriſto duæ generationes, & duæ natiuitates æterna ſcilicet, & temporalis 360. 2.
Item concedendæ ſunt in Chriſto duæ filiationes reales 361. 4.
Chriſtus nullo modo eſt dicendus filius adoptiuus, 366. 15.
Communicatio Idiomatum nullam ponit imperfectionem; & nullum inuoluit abſurdum, 371. 29.
Chriſtus nullo pacto potuit dici creatur à propriè loquendo de creatura propriè, nec ſecundum humanitatem, 372. 31
Chriſtus non indiguit circumciſione, nec pro ſe, nec pro nobis voluit tamen circumcidi, 373. 1.
Circumciſio Chriſti à quo quomodo, & in quo loco facta ſit 374. 3. 4. 5.
Hæc circumciſio ob varios fines inſtituta eſt, 375. 6.
Chriſtus non habuit neceſſitatem, aut obligationem ſe baptizandi 381. 22.
Chriſti officium triplex. ibidem.
Chriſtus an ex Baptiſmo aliquid acceperit 381. 24.
Chriſtus cur poſt Baptiſm. voluit duci ad Deſertum à ſpiritu, 384. 1. 2. 3.
Chriſtus cur vitam ſolitariam aſſiduè non egerit, 389. 14.
Chriſtus nihil coacto egit, ſed oblatus eſt, quia ipſe voluit 390. 18.
Chriſtus 2. à Diabolo tentatur, quem glorioſè repellit 391. 19.
Chriſtus 3. tentatur à Diabolo, & glorioſiſſimè eundem confundit 391. 20. 21.
Chriſtus poſt tentationes incæpit Mundo manifeſtari, & quomodo, 392. 22. 23.
Chriſtus potuit mereri licet eſſet Beatus, 395. 5. 6.
Chriſtus in quantum Deus non potuit mereri 396. 7.
Chriſtus meruit per actus partis ſenſitiuæ imperatos à voluntate rationali; ibid. num. 8.
Chriſtus probabiliter potuit mereri actu Beatifico Diuinæ fruitionis 397. 10. 11.
Probabilis eſt oppoſita ſententia aſſerens quod Chriſtus per actus beatificos non meruerit, ibi n. 13.
Chriſtus Dominus cœpit mereri à primo inſtanti ſuæ Conceptionis, incluſiuè 399. 14.
cum Chriſtus in inſtanti ſuæ conceptionis fuit verus homo perfectus, ſecundum hominem interiorem vidit tunc Deum voluiſſe mortem futuram ſui corporis illamque nobis aperuit Ianuam Regni Cæleſtis apertionem, & meruit gratiæ ſolutionem, & gloriæ adeptionem, 399. 15. 16.
Anima Chriſti non meruit ſibi gratiam, & gloriam, 400. 17.
Chriſtus ſolus pro alijs potuit mereri de condigno 400. 18.
Chriſtus meruit de condigno, tam pro Angelis, quam pro hominib. ibid.
Chriſtus in hac vita pro nobis meruit ſ. 402. 21.
Chriſtus Dominus meruit primis parentibus in ſtatu Innocentiæ gratiam, & gloriam illiſque data fuit propter merita Chriſti præuiſa 403. 29.
Chriſtus omnibus hominibus ſufficienter meruit totaliter primam gratiam ſanantem naturam à Lapſu peccati, 405. 30.

Chriſtus non ſolum mortuus pro hominibus redimendis, ſed etiam pro zelo Diuinæ iuſtitiæ defendendæ, ibid.
cum tot, & tanti fuerint dolores Chriſti non tamen concedendum eſt cum Hæreticis noſtri temporis dicentibus Chriſtum pertuliſſe Inferni dolores, & cruciatus, 416. 18. 19.
Chriſtus habuit præceptum Patris moriendi, 428. 49.
Chriſtus duas habuit voluntates Diuinã, & humanam 428. 50.
Chriſtus verè mortuus fuit, ibid.
Chriſtus feria 5. ad veſperam comedit agnum lauat pedes diſcipulorum inſtitui Euchariſtiam, & prolixum habuit ſermonem de charitate, 430. 1.
Chriſtus poſt Agonem confortatus ab Angelo mox ſe vltro Iudæ ſe oſculandum, vinciendum obtulit Petrum, quæ gladium ſtringentem cohibet, 431. 4.
Chriſtus actus quod ſe Regem Iudæorum fecerit, & tumultum concitauerit, 432. 5.
Cerebrum eſt principium ſenſus, & motus, 433. 8.
Corpus Chriſti inuolutum ſindone fuit more Iudæorum ſepultum à Ioſeph ab Arimathea adiutus à Nicodemo, & famulis 435. 14. 15. 16.
Corpus Chriſti in ſepulchro non fuiſſet poſſe factam, & ſi reſurrectio non fuiſſet acceleratus in comunem ſent. Theologorum 437. 19.
Chriſtus in triduo mortis non fuit homo quomodo explicetur 438. 23.
Chriſtus mox vt expirauit quoad corpus manſit in ſepulchro, & quoad Animam deſcendit ad limbum Patrum, 439. 24.
Chriſtus deſcendit ad Inferos, & quidem etiam ad Infernum damnatorum non quidem localiter, ſed quod efficientiam 439. 25. 26. 27 28. 29.
Chriſtus propter multa poſt deſcenſum ad Inferos Reſurrexit a mortuis, 441. 30. 31.
Chriſtus corpus poſt Reſurrectionem fuit verum corpus 442. 33.
cum Chriſtus Reſurrexit primitiæ dormientium fuit eius Reſurrectio cauſa noſtræ Reſurrectionis, 443. 36. 37. 38. 39. 40.
comeſtio Chriſti cum Diſcipulis apertiſſimum fuit Dominicæ Reſurrectionis, 446. 3.
comeſtio hæc non eſt ſimilis illi Raphaelis apud Tobiam 12. 16. quæ non fuit fuit verè ſed apparens 446. 4.
Chriſtus in Cęlum non raptus, ſed propria virtute paulatim eleuatus eſt, 447. 7.
Chriſtus an nudus an veſtitus aſcenderit in Cœlum 448. 9.
Chriſti aſcenſio in Cœlum fuit conuenientiſſima, 449. 10.
Chriſtus aſcendens in Cœlum memor eſt noſtri, & factus eſt in Aduocatus, 450. 11.
Chriſtum ſedere à deſtris Dei eſt de fide, 451. 16. 17. 18.
Chriſti ante aſcenſum præcepit diſcipulis ne diſcederent, ſed expectarent &c. 453. 22.
Dum complerentur dies perfectos erant omnes ideſt B. Virgo, & diſcipuli Chriſti, 454. 24.
Cerẹmonialia in lege noua ſunt pauciora, & efficaciora 460. 7.
Cęteris hominibus ſufficiebat ſola lex naturæ, 462. 15.
cum inſtitutione remedij ablatiui peccati originalis, ibidem & 16. ex doctrina Scoti.
Ceremonialia veteris legis per ſe primò fuerunt figuralia 463 23.
Ceremonialia in Veteri lege fuerunt innumera 466. 24.
Ceremonialia veteris legis manent innoua tanquam in ſignificatis, & figuratis, 481. 4.
Chriſtus Saluator Matth. 7. vocat legem ex angelicam viam arctam 484. 11.
Chriſtus dictum Matth. 5. non veni ſoluere legem, & tamen lex Moyſis ſoluta eſt 488. 22. & 495. 29. 30. 31. 32.
Chriſto ratione duarum naturarum in eo perſonaliter vnctarum conuenit multiplex adoratio 501. 1.

caro

caro Chriſti ſi verè apparet viſibiliter apparet in Eucharistia adoranda eſt latria 505.10.
Crux, & claui quia Chriſtum tetigerunt & vt perfuſa ſanguine eius latria adoranda ſunt 506.13.
Idem ex capillis, & de aqua fluente de corpore eius, ibid.
Crux in qua Chriſtus crucifixus eſt duplici honore honoranda eſt, 507.14. contra VVicleph.
Chriſtus luctans cum Diuina iuſtitia pro ſalute Humana Ieſu nomen accepit, 513.30.
Chriſtus Ieſus eſt ſaluationum Dominus. 515.35.
Concurſus comunis Diuinus ad omnia creata, & comunis influentia auxiliorum Diuinorum ad homines ſaluandos non ſunt idem; ſed valdè diuersè, 528.3.4.
Caluini error circa iuſtificationem, &c. 534.5.
Caluini error tres partes complectitur, 535.7.
Caluinus eſt omnino impius in materia de iuſtificatione 535.7.8.9.
Caluini errores expendantur, & confutantur 542.29.30.31.
Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. canon. 16. definiens incertitudinem perſeuerantiæ in bono quo modo intelligendum, 550.18.
certum eſt quod in nobis eſt fides aquiſita reuelatorum credibilium, 554.8.9. 10.
charitas eſt forma fidei 558.22.
confeſſio exterior fidei eſt actus imperatus à voluntate humana &c. 568.51
confeſſio exterior fidei eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem 568.52.
credibilia diſtributa ſunt ab Apoſtolis in 12. Articulos, qui ſimul iuncti formant vnum Symbolum dictum Apoſtolorũ, 585.41.
credibilia aſſumptum hominem reſpiciẽtia non fuerunt eadem, ſed alia fidei antiquorum, & alia fidei modernorum 597.20.
Chriſtus complens curſum ſuum in hac via nobiſcum eſt cauſa meritoria omnis gratiæ, quam Sanctiſſima Trinitas diſpoſuit dare humano generi; Ita Scotus in 4.d.2.q.1. 598.23.
credendum eſt de neceſſitate ſalutis Theſaurum Eccleſiæ militantes ad culpas mortales immediatè remittendas infructuoſum eſſe, 600.29.
Congregatio fidelium dicitur eccleſia magis vna poſt Natiuitatem Chriſti, 605.13.
Concilium eſt congregatio plurium legitimarum perſonarum auctoritate legitima in dicta ad comune bonum promouendum, vel aliquod malum auertendum, ibidem.
Concilium Generalia alia ſunt legitimè approbata, aut omnino reprobata, aut partim approbatam, & partim reprobata, aut vel approbata, nec reprobata Conc. Generalia numerantur, 618.54. 55.56.
Concilia generalia reprobata ſunt hæc, 619.57.
Concilia generalia partim approbata partim reprobata ſunt ſequentia, 620. 58.
Concil. ob cauſas celebrari ſolent, 620. 59.60.
Conc. illegitimum, ideſt ſine Papæ auctoritate congregatum poteſt errare, &c. 623.69.
Conc. Generale legitimè congregatum vbi non adeſt Papa perſonaliter, ſed tantum eius Legati, etiam ante confirmationem eſt infallibile in cauſis fidei, & morum definiendis, 624.31.
Conc Prouinciali, & Diœceſana poſſunt errare in cauſis fidei, & morum, niſi per Papam confirmantur, 624.72.73. Obiectio in contrarium nihil officit, ibidem 74.
Concilium Generale plenarium approbatum à Papa res de fide, & moribus poteſt ponere credendas de neceſſitate, 627.79.80.
Chriſtus Summus Pontifex, & caput ſupremum totius Eccleſiæ, & ſuum plena-

narium Vicarium inſtituit antequam aſcenderet Cœlum, ibid.
certum eſt eſſe nobis datum præceptum ſperandi Vitam, & æternam beatitudinem, 653.22.
creata charitas ſiue infuſa, ſiue aquiſita in homine fideli eſt vera, & ſimpliciter virtus omnium prima, 659.3.
charitas creata homini inhærens à Deo infuſa eſt virtus, 659.4.
charitas creata à Deo infuſa in hominibus iuſtis eſt virtus ſpecialis 660.5.
charitas an homine iuſto, vel Beato infuſa à Deo eſt ſimpliciter omnium virtutum excellentiſſima, 660.8.
creata charitas à Deo infuſa homini iuſti in actu primò neceſſaria regulariter tantum in genere moris, 662.12.
charitas non infunditur à Deo ſecundum capacitatem naturalem recipientium, 662.14.
charitas à Deo in homine iuſto infuſa per modum habitus permanentis verè ac propriè augetur, 664.19.
charitas à Deo infuſa homini iuſto ſecundum propriam naturam in genere entis, vel qualitatis eſt ſimpliciter finita, 665.21.22.
charitas in via eſt ſimpliciter perfecta, 666.24.
charitas regulariter per ſolum peccatum mortale demeritoriè tantum totaliter corrumpitur, 666.26.
charitas in homine iuſto in via poteſt ſimpliciter amitti 667.27.
conueniunt omnes Doctores in aſſignando charitatum obiectum materiale, 667.[illegible]
D. Bonauentura, & Richardus ſtatuunt Deum ſub ratione ſummi boni, ibid. num.[illegible]
charitas qua diligitur Deus, & proximus eſt vnus habitus ſpecie 674.21.
charitas ipſa nobis inhærens non eſt diligenda ex neceſſitate rei, vel præcepti directi, 676.26.
charitas Patriæ, ſemel habita numquam excidit, 683.50.
charitas eadem numero ſubiectiuè, & obiectiuè in via non ſolum remanet in Patria, ſed etiam cum eodem ordine, 684.51.52.
charitas increata qua Deus diligit ſeipſum ſicut diligibilis eſt eius eſſentia Diuina, ſiue voluntas 684.53.
Chriſtus magis dilexit ſeipſum, quam totam genus humanum, 686.60
connexio intentionis præteritè cum effectu, vt dicatur virtualis quid requiratur, 694.4.
concedendum eſt dari aliqua Sacramenta, quæ antequam ſint poſſunt eſſe cauſa gratiæ per ſolum votum efficax ipſorum, 698.30.
congruum fuit tempore ſtatus naturæ fuiſſe inſtitutum, ſicut de facto inſtitutum eſt Sacramentum contra originale peccatum 704.5.
cum numquam Deus reliquerit ſuos cultores, ſine remedijs neceſſarijs ad ſalutem, nec in lege ſcripta Hebræos, 705.9.
Circumciſio fuit verum, & proprium Sacramentum contra peccatum originale, 705.10.
Circumciſio non fuit Sacramentum cæremoniale verum, ſed virtuoſum conferebat gratiam ex opere operato, &c. 706.12.
conferre gratiam ex operato, quid ſit, ibidem.
congruum fuit in lege noua inſtitui Sacramentum, quod eſſet remedium contra originale 713.1.
character eſt ens phiſicam reali ab Anima realiter diſtinctum, 729.52.
character eſt ſubiectiuè in voluntate, 730.55.
character eſt quidam reſpectus extrinſecus adueniens ipſi Animæ à Deo immediatè Chriſtus eius fundamentum eſt ipſa nuda Anima, ſeu eſſentia, ibidem 57.
Chriſtus non fuit Sacerdos ſecundum Diuinitatem ſuam, 752.27.
conſumptio ſanguinis non eſt de ratione huius ſacrificij Miſſæ 756.37.
Chriſtus eo anno quo mortuus celebrauit

tuit Paſcha legale pręceptum lege Moyſi, 774.9.
Chriſtus eſt in Euchariſtia cum tota quantitate corporis, quam habet in Cœlo, 784.39
contra doctrinam Scoti apparentes ab ipſomet diluuntur, 785.42.43.
Chriſto in Euchariſtia omnia prædicata quidditatiua in ſunt, quæ ei inſunt in Cœlo, ibidem n.45.
Chriſtus non replicatur præſentialiter in omnibus punctis, ſiue indiuiſibilibus accidentium panis 787.50.
Chriſtum eſſe in Euchariſtia eſt omnino ſupernaturale, 788.32.
Chriſtus in Sacramento Euchariſtiæ poteſt vti omni, & qualibet potentia actiua ſpirituali, 789.55.
Chriſtus in Sacramento non poteſt intra ſpecies organicè ſe mouere, ibidem num.56.
Chriſtus in Sacramento à nulla virtute corporea primo, & immediatè localiter moueri 790.57 59.
Chriſtus de facto mouetur ad motum ſpecierum de loco ſpecierum ad alium, ibidem n.58.
Chriſtus in Euchariſtia poteſt primo à Deo immediatè mutari omni mutatione terminata ad formam corpoream, & incorpoream 791 90.
corpus Chriſtus in Sacramento à nullo corporeo oculo Viatoris videri poteſt, 792.63.
contritio vera, & perfecta quæ, 806.13.
certiſſimè tenendam eſt eſſe ſpeciale Diuinum præceptum de pœnitentia agenda, 806.15.
catholici agnoſcunt Sacramentum pœnitentiæ eſſe Sacramentum nouæ legis à Chriſto Domino inſtitutum poſt Reſurrectionem. Ioannes 20, 809.21.
confeſſio non eſt de Iure naturæ, 810 27.
confeſſio in voto ad ſemper obliget maximè dum quid realiter confiteri non poteſt, quod contingit quatuor caſibus 811.29.
confeſſio iure Diuino in 4. caſibus alligat, ibidem.
confeſſio iure Eccleſiaſtico obligat ad ſemel in anno, ibidem.
certiſſimum eſt Chriſtum reliquiſti eccleſiæ poteſtatem ad redimenda peccata, 812.31.
cauſa principalis Sacramenti pænitentiæ eſt Deus meritoria eſt Chriſtus miniſterialis eſt Sacerdos ibi n.30.
confeſſio Generalis omnium peccatorum Populi fiebat olim in lege ſcripta. Leuit. 16. qui per Sacerdotem in nomine populi fuit Typus Sacramentalis nouæ legis, quia prouidentiſſimus ille Dei ſpiritus perpetuo ſeruauit, vt quæ inſignia facturus, aut inſtiturus eſſet in lege gratiæ longè ante illa, aut in illa terræ, aut in lege Moyſi obumbraret
cauſa principalis Sacramenti potentiæ eſt Deus meritoria Chriſtus miniſterialis Sacerdos, 812.30.
certiſſimum eſt Chriſtum reliquiſſe Eccleſiæ poteſtatem ad redimenda peccata, ibidem num.31.
copula actualis non eſt de illa Matrimonij, 835.11.
contrahentes ſunt Miniſtri Sacramenti Matrimonij mediante eorum conſenſum tui expreſſo per Verba de præſenti, qui mutuus conſenſuis eſt cauſa vinculi contrahentium, qui conſenſus mutuis debet eſſe expreſſus ſenſibiliter 836.15. & ſi eſt expreſſus per nutū eſt validus ſicut etiam per alia ſigna ſimilia, ibid.
contrahentes ob finem vitandæ fornicationis per copulam cum vxore habendam dummodo explicitè non excluſum finem principalem nempè prolem licitè contrahunt, ibidem.
contrahentes Matrimonium, vt validè faciunt debent explicitè intendere, & conſentire in vnum vſum contractu, mas & fæmina mutuo hedant, & accipiunt, 838.21.
cauſæ 4. aſſignantur iuſtæ, vt Papa poſſit diſpenſare in Matrimonio rato, &c. 841. 28.
corpus, & materia formarum appetitum, &c. 862.9.

Hhhh Chri-

Chriſtus reſurrexit à mortuis, & ſi Chriſtus non reſurrexit inanis eſt prædicatio noſtra D. Paulus 879.4.

Chriſtus vt homo non erit cauſa phiſica Reſurrectionis 881.8.

capilli etiam, & vngues reſurgent in debita proportione 884.17.

collectio puluerum, ſeu partium in quas fuerunt conceſſa corpora, & eaque addu‌ctio ad locum Iudicij, vel ad aliũ in quo formanda ſunt corpora ſicut in tempore, 888.28.

certiſſimum eſt, & de fide Iudicium vniuerſale futurum, & in fine mundi, ſicut incertum eſt præciſum, ſeu determinatum tempus vt annus menſis dies, & hora in qua erit Iudicium tale eſſe primum ſignum remotum Iudicij venturi eſt totalis Imperij Romani defectio, ſecundum ſignum remotum eſt promulgatio Euangelij in toto orbe. Tertium ſignum minus remotum huius Iudicij eſt Antichriſti aduentus eſt de fide, ex D. Mat. cap. 24 889.5 6.7.

Chriſto iudicante exiſtente in aere ſupra Montem Oliueti ibi etiam erunt corpora electorum, 891.8.

circa tempus Iudicij Mundus ligno conflagrabit eſt de fide, 894.19.

Cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent: Ignis conflagrationis erit eiuſdem ſpeciei cum elementari, Ignis qui Iudicem præcedet, & quæ omnia conflagrabunt an Cœlos æthereos conflagaturus ſit eſt opinio ſanctorum, 895.20.21.& 22.

concedendum eſt, quod ad videndum Deum beatificè ſit neceſſarium lumen gloriæ, 917.47.

cum igitur Beati ex vi beatæ diuiſionis non videant obiecta ſecundaria, niſi ſolum Deum ſequitur eos illa videre ex ſpeciali beneficio, & reuelatione Dei, 920. 57.

charitas non conceditur in Beatis neceſſaria per modum diſpoſitionis materialis, 923.66.

charitas in ſuo genere auget ſicut cæteri habitus actiuitatem voluntatis reſpectu fruitionis, 923.67.

Chriſtus Domino non competit Aureola illa, quæ puris hominibus eſt præparata, ſed aureola omnem gloriæ, atque gaudij plenitudinem complectens, 924.70.

Cæteri Beati non omnino, nec ipſi ſunt otioſi, erga noſtram ſalutem idem dicendum de Sanctis, qui inuocati à nobis, pro nobis apud Deum, quis negabit illis notitiam noſtraque neceſſitatum, ibidem.

D

Diabolus primarius, ideſt Lucifer tentator fuit Euæ in Paradiſo in Terreſtri tentatione exteriori, & non interiori, 3.7.

Diaboli dicuntur Rectores tenebrarum harum, 4.8.

Diaboli apparitio Euæ in tentatione, 4. 8. & 9.

Dæmon conuenienter tentauit Euam ſub figura ſerpentis, 5.10.

Dęmon quomodo loquebatur per ſerpentem, 5.11.

Dæmon quare tentauit primo Euam, & non Adamum, 5.12.

Dæmon crudelior Caligula, 1.2.

Dæmon conuenienter tentauit Euam ſub figura ſerpentis, & non Angeli tenebroſi, 4.6.

Diabolus cur tentauit prius Euam, quam Adamum, 6.12.

Diabolus propoſuit Euæ Diuinum præceptum malo fine, 6.13. quare cum interrogationem, ibidem, nu. 14. & quare in plurale numerum, ibidem.

duo turpiſſima dicunt Iudæi in ſuo Thalmud, 7.14.

Diaboli promiſſio facta primis Parentibus fuit falſa impia abſurda, & incredibilis, 8.16.

Deus pluribus modis potuit impedire æſum fructus ligni vetiti, 9.17.

Diabolus dicens eritis ſicut Dij innuit ſimilitudinem ſcientiæ Diuinæ, 9.19.

Deceptio ex in capitibus oriri poteſt, 13.3

Deus

Deus variæ loquitur, 28. 12.
Deus ſolus dat intelligentiam ſomniorum diuinorum, 33.22.
donum interpretandi res obſcuras non ineſt per modum habitus ijs quibus addatur, 34.23.
Deus poteſt omne genus hominum inſtruere locutione Intellectuali, 37.31.
Deus quare venit ad Adam poſt peccatum in Paradiſo Terreſtri, 39.35.
Deus tunc ambulauit in corpore aſſumpto, 40.38.
Deus ſeuerè arguit Adam, 42.42.
Deus dixit Adamo quis indicauit tibi &c. propter duo, 42.43.
donec reuertaris in terra &c. Mors eſt pęna peccati, & mitigat priorem illam in laboribus comedes, 52.16.
duplex eſt cauſa mortis potentialis, & actualis, 52.17.
Deum pænituit feciſſe hominem quo modum intelligendum, 62.3.
Deus ante punitionem tenent pœnitentiam, 62.5.
duplex Animal ab Archa excluſum, ibidem.
Deus vnà cum homine omne genus animantium in aquis perire voluit, &c. 67.21.
Diluuium incœpit octauo die Maij, 67. 21.
Diluuij aquarum incredibile augmentum 68.23.
Deum tradere homines in paſſiones ignominiæ quid eſt, 75.14
differentia in ſynderesin, & conſcientiam, 79.9.
dubium quotuplex, 84.18.
diſtantia entitatiuam inter voluntatem increatam, & creatam non impedit conformitatem huius ad illam, 87.3.
differunt hæ duæ voluntates circa bonitatem proprij obiecti, 89.6.
debuit ſanctis placere quod Chriſtus pateretur, & moreretur, 92.15.
duo ſunt legum effectus, 95.5.
Deus non predas certum hominum numerum pro ſolo ſuo arbitrio, 114. 19. in fine.
Deus quantum eſt de ſe vult omnes homines ſaluos fieri, 114.20.
deſiderium in voluntate quid, 127.10.
deſiderium eſt id cum amore concupiſcentiæ differre tamen ſpe, & cum ea conuenit, 127.4.
Delectatio quid ſit, ibidem.
Intentio in voluntate quid & quotuplex ſit, 128 11.
duplex eſt obiectum in moralibus materiale, & formale, 136.11.
de Prudentia exercenda datur præceptũ diuinum, 152.7.
diuiſiones variæ dominiorum, & earum declarationes 161.7.8 9.
duo requiruntur ad aquirendum dominiũ titulus, & traditio, 164.15.
diuiſio dominiorum non fuiſſet in ſtatu Innocentiæ, ſed poſt peccatum rationabiliter fuit introducta, 165.16 17.
donatio purè liberalis 7. titulus aquirendi dominium, 166 19.
duellum priuatum eſt damnatum, ideò non materia veræ fortitudinis, 177.13.
de peccato actuali, 202.13.
de peccato habituali, 202.14.
de diuiſione peccati immortale, & veniali, 203.16.
Deus ſecundum Caluinum duo decreta horribilia ſtatuit 267. in fine, & quomodo exequitur, 207.4.
Deus ſecundum veritatem, & Catholicorum conſtituit duo alia decreta, & exequitur longè alio modo, 207.5.
Deus abſque vlla iniquitate 209.7. in fin.
dantur peccata ſolum venialia, 212.16.
diſpoſitio aliqua ad vnionem hypoſtaticam fuerit neceſſaria, 221.18.
diuinitas Meſſiæ oſtenditur oraculis Prophetarum, 22.2. & ſeqq.
Natiuitas Meſſiæ ex Virgine ſine inquinamento aliquo oſtenditur ex prophetis, 226. 13. & deinceps Meſſiam iam veniſſe, & alium non expectandum, 230. 22. Variè, & ſolidè probatur, ibi.
Per Meſſiam nullum ædificandum Templum, nec Ciuitas reſtauranda, 233.29.
dependentia, & comunicabilitas idem ſunt, 257.20.

Dogma Sabellianorum negantium diſtinctionem realem diuinarum eſt falſiſſimum, 277.9.10.
diſtinctio eſt triplex relicta diſtinctione rationem rationis, 290.17.
Doctor ſubtilis cum Medicis, & alijs Matrem ſuſtinet concurre actiuè ad prolis generationem, 312.9.
Doctrina abſtractorum ex Doctore ſubtili, 370.24.25.
de potentia Dei abſoluta purus homo, non potuit ſatisfacere pro hominem peccatis ſatisfactione perfecta, & de condigno 408.39.
vt Dolor eſt paſſio conſequens apprehenſionem ſenſitiuam obiecti diſconuenientis ab eo cauſata in appetitu ſenſitiuo, 411.6.
dolores Chriſti poſſunt dupliciter conſiderari, 413.12.
declaratur Verſus Pſalmi 21. circumdederunt me vituli multi, 414.13.
de doloribus Chriſti quoad extenſionem, 414.14.
D. Bonauentura dicit quod dolor Chriſti fuerit tantus vt non potuiſſet viuere cum illo neque peruenire ad Crucem, niſi fuiſſet miraculosè conſeruatus, 415.17.
D. Bonau. dicit triplicem eſſe triſtitiam, 419.28.
Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſicut habuit corpus paſſibile ſic habuit corpus mortale, 425.41.
Dogma fidei eſt Chriſtum non funibus, ſed clauis fuiſſe Cruci affixum, 433.10.
Dogma falſiſſimum Baſilidis Hæretici dicentis Chriſtum non fuiſſe noſtrum, ſed loco eius Simonem Cireneum, 434.13.
Dominus Ieſus Chriſtus, ſicut reuera reſurrexit, ita ſufficientibus imminò abundantibus indicijs, & argumentis veritatem eius oſtendit 443.35.
Ieſus Chriſtus poſt eius Reſurrectionem quare cum Diſcipulis ſuis 40. diebus antequam Cœlum aſcenderet, 445.1.
de modo hora Chriſti aſcenſionis in Cœlum, ibidem.
deſcenſus Spiritus ſancti in Apoſtolos ſimilis fuit deſcenſui Verbi in Mundum, 456.32.
de præeminentijs D.N.Ieſu Chriſti ſecundum humanitatem, cap. 5. 458.
de Lege Veteri ſiue ſcripta, & Moſayca, art. 1. 458.
data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra, Matth. 28.458.1.
Doctor ſubtilis in 4.d.17. q.1. art.1. plura de Iure, 458.2.
Doctor ſubtilis vocat legem nouam eſſe optima ſupponens legem veterem, &c. 459.5.
Deus nouiſſimè dedit legem nouam perfectiſſimam, 475.13.
Lex noua non debere dari à principio Mundi, 475.14.
Lex noua, & Euangelica, vt ſimpliciter æterna, vel per totam æternitatem duratura, 476.18.
dignitas Euangelij apertè indicatur, ex Verbis D. Pauli, 483.8.
Deus adorandus eſt à nobis actu interiori, & exteriori, 503.6.7.
Deus offert omnibus hominibus reprobis, & prædeſtinatis dona gratię actualis, & habitualis, 530.39.
Deus igitur qui ſunt omnes homines ſaluos fieri omnibus dat gratiam ſufficientem ad ſalutem, 530.40.
Etiam Gentiles, qui nihil vnquam de Chriſto audierunt habent ſufficientem gratiam, quam ſaluari poſſunt ſi volunt 531.42.
duo ſunt reuelata à Deo circa materiam de iuſtificationem, 536.11.
dogma fidei eſt ad iuſtificationem impij eſſe neceſſarium motum voluntarium deteſtãdi peccatum, vel retractatiuum peccati cum debitis circumſtantijs ſolum præuium non ſimultandum, 537.14.
datur ordo naturæ inter requiſita ad iuſtificationem impij via executionis, &c. 541.26.
Deus regulariter citrà miraculum iuſtificat impium, 444.33.
Definitio fidei tradita ab Apoſtolo Hebræo-

bræorum, & declaratur, ibidem.
definitio hæc fidei eſt quidditatiua ex D. Bonau. ibidem.
datur actus aliquis credendi per ſe pendens à diſcurſu, ibidem.
duplex eſt obiectum fidei, 571.1.
Deus viſus, & non viſus, ſcitus, & non ſcitus, quoad propria ex proprijs quomodo nobis in hoc ſtatu euidenter loqui, 573.5.6.
de neceſſitate ſalutis credendum eſt hanc numero eccleſiam veram, & legitimam Chriſti ſpunſam habere vnum ſingulariſſimum ſponſum, & viſibile caput ſupremum exigens regimen Monarchicum, 598.24.
de neceſſitate ſalutis eſt explicitè credere hunc hominem Epiſcopum Romanum eſſe verum Eccleſiæ vniuerſalis caput viſibile &c. 598. 25.
de neceſſitate ſalutis ab hominibus pariter credendum eſt hunc Theſaurum applicari à Papa pro viuis tantum poſt Confeſſionem Sacramentalem, 599.28.
Damnum credendum eſt neceſſariò, poſt hanc vitam dari Purgatorium, Infernum, & Sanctorum Patrum Lymbum, 600.31.
de fide eſt Eccleſiam Catholicam eſſe vnam, ibidem.
de fide eſt Eccleſiam; 3 modo ſumptam incepiſſe à Chriſti morte & duraturam vſque ad finem Mundi 607.22.
de fide eſt nullo vnquam tempore poſſe eccleſiam habere ignorantiam circa neceſſaria ad ſalutem, vt ſunt veritates articulorum fidei, 611.33.
Diœceſana Concilia quæ, 618.53.
de habentibus votum in Concilijs Generalibus, 621.62.63.64.65.
de fide eſt Papam non poſſe errare in canonizandis ſanctis, 635.104.
dicere aliquam ex Canonizatis ſanctis ex Inferno temerarium, & impium eſt, immò ſapiens hæreſim, & fortè hæreticum dicendum eſt, 635. 05.
de auctoritate Papæ, & de auctoritate Concilij legitimè congregati comparatis ad inuicem quid dicendum, 632. 108.109.110.
de fide eſt Concilium plenarium, in quo eſt Papa præſens, vel ipſum confirmare non poſſe errare in definitionibus fidei, & morum, 624.70.
definitiones Conciliorum Generalium à Summo Pontifice approbatorũ quamuis ſine infallibiles non ſunt tamen annumerandæ cum Scriptura Diuina, 625.75.
Diuus Petrus fuit immediatè inſtitutus à Chriſto Paſtor omnium fidelium etiam Apoſtolorum, 628.84.85.86.87.
de Superbia Lutheri, & eius maledicentia, 645.19.
Deus immediatè ſecundum ſe ipſum eſt materiale obiectum ſpei, ibidem.
Doctor ſubtilis non aſſerere, neque determinare Spem aquiſitam eſſe virtutem Theologicam, ſed cum conditione locutus eſt, 652.20.
Deſperatio contra Spem Theologicam per defectum eſt peccatum ablatiuum debiti, rectitudinis debitæ actui &c. 657.33.
Deſperatio neceſſariò habet regulariter ſemper annexam Infidelitatem hæreſim, ſeu errorem in fide, 657.34.
Deus ſiue regulariter ſecundum potentiam ordinariam, ſiue miraculoſe ſecundum potentiam abſolutam, poteſt alicui reuelare damnationem, 657.35.
Doctor ſubtilis cenſet ex frequentatis actibus habituum infuſorum habitum generari, qui eſt, & dicitur aquiſitus habitus, 661.9.
dogma fidei eſt per ſolam Diuinam reuelationem in ſacra ſcriptura, certam in homine iuſto dari creatam charitatem, &c. 661.11.
dogma eſt fidei in caſum neceſſitatis ſimpliciter vitæ corporalis, vel ſpiritualis Animæ eſſe exhibenda ſigna interioris dilectionis Dei cum Inimicis, 678. 33. & 35.
damnati Dæmones, & homines non ſunt ex charitate diligendi, ibidem, 679. 30.

Deus amore ſimplicis complacentiæ ab æterno diligit omnia diligibilia, 685. 54.
Deum aliquid diligere non eſt aliud, quam ipſum illi aliquod bonum velle, 685.55.
Deus dicitur amare creaturas rationales amore amicitiæ,685.56.
Deus quomodo diligat Creaturas irrationales, 686.57.
dilectio Dei in ſe conſiderata eſt tantum, & formaliter infinita,686.58.
Deus magis dilexit Angelos,quàm homines,687.62.
de neceſſitate Sacramenti Circumciſionis erat, quod fieret in parte corporis determinata ſcilicet in præputio, 708.18.
Dicit D. Paulus ad Galatas 2. 11. ſe reſtitiſſe Petro, quia reprehenſibilis erat, &c. 711.27.28.
differunt Moſaica à Sacramentis nouæ legis,712.30.31.
de baptiſmo Ioannis, 718.18.19.
de facto quodlibet ſuppoſitum intellectuale humanum, quod non ſit mutum, vel mancum, ſi ratione vtatur ſitque Viator poteſt adminiſtrare baptiſmum, 725.38.
datur in Eccleſia Catholica ſignum ſenſibile,quod dicitur Sacramentum extremæ vnctionis,738.20.
de Melchiſedech ſacrificio,748.15.
de Iſaac ſacrificio,748.16.
de Iob ſacrificio, 749.17.
de ſacrificio Agni Paſchalis quot eius conditiones, & quomodo præparabatur,& comedebatur,749.18.
duo ſunt ſpectanda circa ſacrificium Agni Paſchalis,750.20.
De iugi ſacrificio,& de igne cælitu dato. ibidem.
declaratio ſacrificij Euchariſtici, 758.44.
Miſſæ ſacrificium definitur, ibid.
Miſſa diuiditur in 3.partes,759.46.
Deus non poteſt conuerti in Creaturam, 780.27.
deſtructio ſiue deſitio panis in Euchariſtia fit per actionem Diuinam negatiuam,781.32.
dum accidentia manent ſine ſubiecto licet auferatur ab eis accidentalitas, ſeu inherentia actualis manet tamen *inherentia* aptitudinalis,792.65.
dum ſic manent talia accidentia fieri aliqua mutatio deperditiua in illis, 793. 67.
defendi non poteſt, quod in condenſatione, vel rarefactione ſpecierum Euchariſtiæ cum eius permanentia mutetur tota quantitas antiqua, & aquiratur noua, 794.72.
diſpenſatio Euchariſtiæ nullo iure Diuino eſt prohibita alijs à Sacerdotibus, ſed ſolis Sacerdotibus iure ordinario competit,797.79.
diſpenſatio Euchariſtię in nullo eam etiam extremæ neceſſitatis licet Laicis, vel Clericis, aut Subdiaconibus, neque à ſe ipſis ſumere ex ſacrario,797 80.
Diaconus in quacumque neceſſitatis caſu poteſt licitè à ſeipſo Euchariſtiam ſumere, 797.80.
Diuino Iure confeſſio obligat *in 4 caſibus* 811.29.
Eccleſiaſtico iure obligat ſemel in anno, 811.29.
datur in Eccleſia ordo, qui dicitur hoſtiariatus, ex Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 2. 822.5.
datur in Eccleſia ordo, qui dicitur Lectoratus ex Trid.ibidem,822.6.
datur in Eccleſia ordo,qui dicitur Exorciſtatus,vide in Conc.loco cit. vbi etiam vide inter ordines minores Acoluthatum, 822.7.
datur in Eccleſia ordo Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotum eſt comunis cum Trid.& Florent.quæ Concilia, hęc de fide inſtituta à Chriſto, & non ab Eccleſia, 823.8.
datur in Eccleſia gradus, ſiue dignitas Epiſcopalis eſt comunis, & de fide, 825.12.
delineatio Hierarchiæ Eccleſiaſticæ diſpoſita eſt à Chriſto Fundatore Eccleſiæ dum Sacramentum Ordinis inſtituit, & ſupremum Hierarcham conſtituit ſuum Vicarium nominauit, & ca-

put

put viſibile ſtabiliuit, 829. 21.
duo ſunt Summi Sacerdotes alter Veteri Teſtamenti, alter noui Teſtamenti cum pluribus differentes ad inuicem, 829. 22.
de matrimonio certum eſt inter Theologos, quod aliud ex matrimonium aliud eſt contractum Matrimonij aliud Sacramentum Matrimonij, quia Matrimonium, ſecundum Doctorem ſubtilem eſt vinculum indiſſolubile inter marem, & fœminam ex mutua poteſtatis corporum ſuorum translatione in ſe inuicem facta ad procreandam prolem debitè educandam, & habet eſſe in fieri Matrimonium autem eſt expreſſum Verborum, vel exhibitio certorum ſignorum maris, & fęminæ ad ſe inuicem ſignificantiam traditionem mutuæ poteſtatis, ibidem.
dari non poteſt inter fideles Matrimonium verum, & validum, & non ſit Sacramentum, 839.23.
de Animabus Infantium decedentium ſine baptiſmo potius dolendum, quam aliquid dicendum pro quibus ſciendum eſt Animas huiuſmodi Infantium decedentium ſine baptiſmo damnari ob quattuor peſtiferos abuſus ſequentes vigentes inter Chriſtianos quorum 1. & 2. reperitur in parentibus eorundem Infantium 3. reperitur in obſtreticibus 4. abuſus viget in quibus muliercul is, 876, 26.
Quantum ad primum abuſum 23.24. vide ibi num. 26. & 27.
D. Paulus ſciens ab articulo Reſurrectionis Domini pendere Chriſtianam fidē, Spem, & Charitatem fuit excelſus tanti Miſterij abſque extitit ſtrenuus Prædicator, 879.1.
D. Lucas ad hoc aſſerit 1. Actuum Apoſt. dicit per dies 40. apparens eis quibus probauit ſeipſum viuum in multis argumentis, ibidem n.2.
Hæc argumenta quamuis non demonſtratiua ſigna tamen euidentia ſenſibilia maximè collectiuè ſumpta fecerunt certitudinem Reſurrectionis Chriſti 14.
Deus in Reſurrectione generali inſtrum. 879.2.
Phiſico non vtetur, ſed ſola ſua omnipotentia, & Deus homo in Reſurrectione hominum generali vtetur in aliquibus miniſterio Angelorum, 881.10.
Deſtructio puluerum, productio formæ corporis, & formatio omnium corporum erunt in inſtanti, & virtute Diuina, ibidem.
Duplex futurum eſt à Deo de humanis actionibus iudicium primum priuatum, & ſingulare in morte cuiuſcumque alterum Generale exercendum in fine Mundi, 888.1.
De vniuerſali iudicio aliqui antiquitus malè ſentierunt, & negarunt futurum. Ibidem 2.
Deſcendet cum comitatu Angelorum eſt de fide, 891.10
Decor corporum cœleſtium maximè conſiſtit in luce, & ideò tunc augebitur, 897 28.
Dictum eſt, & probatum alibi viſiones Beatas Angelorum, & hominum non differt ſpecie, hic non erit inutile repetere, 916.45.
Deus propriæ fruitur ſe ipſo, quia amat ſe propter ſe, 921.60.
De facto, & per totam æternitatem obiectum fruitionis Beatorum eſt Deus vnus in eſſentia, & Trinus in Perſonis eſt de fide, 922 63.
Duplex conſtituitur præmium Beatorum ſecundum Doctores eſſentiale, & accidentale, primarium, & ſecundarium ad eſſentiale, & primarium pertinet viſio, & fruitio Beatifica, & omnes reliqui actus, & ornamenta, quæ ex viſione, & fruitione proximè, vel remotè, &c. 924.68.
Dauid Propheta excitauit omnes fideles ad diuinas Laudes ſæpiſſimè, & non tantum ad diuinas laudes, ſed etiam ad laudes ſanctorum, 928.1.
Deus habet tria genera amicorum, 928. 2. In primo genere amicorum eſt Beata Virgo Maria, Diuus Bernardus incitat fideles ad laudem Virginis Ma-

riæ, Poſt Mariam Virginem Angeli ſunt ſingulari cultu colendi, & inuocandi, 929.3.
Deducitur ſe dictis cultum ſanctorum pocer, & Religioſus appellari, &c. 933. 14.
Doctor quidam Inſignis, & doctiſſimus, pro ſecunda opinione nimirum anima Samuelis, non verè apparuiſſe ſaluat prædictam Sacram Scripturam, 939.30.

E

EVa non obſtupuit audiens ſecum loquentem ſerpentem, & quare, &c. 6.12.
Eua potuit audire Diabolum loquentem, & illi reſpondere, 6.13.
Eua ad quid ex ſe addidit duo præcepto Diuino, 7.15.
Eua credendo dictis Diaboli credidit multa mala de Deo, 8.17.
Eua ſollicitata à Diabolo traxit Adam ad peccatum, 10.21.
Eua ſeducta fuit, & quomodo, 11.22.
Eua ob peccata perdidit gratiam ſanctificantem, & iuſtitiam originalem, &c. 12.24.
Et aperti ſunt oculi amborum, oculi mentis non corporis 20.18 ad quid apertè, ibidem, n.19.
Ecſtaſis ex D. Dionyſio Areopagita, quid ſit, 36.30.
Eua cum Adamo ante Deum in Paradiſo Terreſtri, 41.41.
Et dixit Dominus Deus ad Mulierem quare hoc feciſti, 43.46.
Eua tripliciter fuit decepta, 44.47.
Et comedes herbas terræ quomodo in pœnam hominis, 51.15.
Eua poſt peccatum quo modo dicta Mater omnium viuentium, 55.23.
Et ait (Cronice) ecce Adam quaſi vnus ex nobis facturæ, Hæc verba ſunt Dei, vt Trinus in Perſonis, 56.26.
Et emiſit eum Dominus (ſub intelligi, & vxorem eius) de Paradiſo voluptatis, 57.28.
Et collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, &c. quomodo intelligendū, 58.30. pag. 59.31.
Electio in voluntate quid, & quotuplex ſit, 128.12.
Æqualitas iuridica duplex, 167.22.
Eutrapelia eſt virtus, 184.14.
Electio mali medij facta ex intentione boni finis nullam bonitatem accipit à tali fine, 187.3.
Electio boni medij ſi procedit ex intentione mali finis non accipit bonitatem à tali medio, vel tali obiecto, 188.4.
Eſſentia Diuina non eſt ratio formalis terminandi vnionem hypoſtaticam, 265.3.4.
Eſſentia Diuina prout eſt in filio terminat ſecundario, & mediatè vnionem hypoſtaticam, 275.5.
Eſt de fides, & veritas certiſſima, quod in Chriſto fuit verus dolor in parte ſenſitiua, 413.10.
Epilogus dolorum, & paſſionum Chriſti, 417.20.
Effuſio ſanguinis Chriſti cum aqua an fuerit miraculoſa, 434.12.
Eſt comunis Theologorum ſententia corpus Chriſti non fuiſſet in ſepulchro putrefactum, & Reſurrectio eius non fuiſſet accelera, 436.18.
Extra controuerſiam eſt apud orthodoxos Reſurrectionem mortuorum eſſe effectum ſolius omnipotentiæ Diuinæ, & ipſa Reſur. Chriſti non potuit eſſe niſi à ſe, 442.32.
Et cum hæc dixiſſet; plura dixit præter narrata in Euangelio, & in Actibus Apoſtolorum in prædicto conuiuio, &c. 447.6.
Et apparuerunt illis diſpartitæ linguæ, 454.22.
Et repleti ſunt omnes, 456.31.
Et cæperunt loqui varijs linguis, 457.23.
Eccleſia eſt vnum corpus perfectum organicum in genere moris, 479.24.
Eſt de fide in lege noua proponi conſilia non neceſſario, ſed vtiliter ſolum ad implenda, 480.28.

Ex

Ex parte nominis Adulti aliqua diſpoſitio requiritur ad recipiendam à Deo gratiam ſanctificantem eſt de fide, 527. 30. & 31.
Errores Caluini, 527.32.
Effectus formalis abſolutus habitus gratiæ ſibi in genere qualitatis commenſuratus à ſe inſeparabilis eſt ſpiritualem hominis pulchritudinem facere, 539.18.
Eſt quoque effectus realis habitus iuſtificantis, & ſanctificantis gratiæ formaliter per modum ponderis in genere qualitatis, vel virtutis in genere principij inclinare actiuè humanam voluntate ad Deum amandum in genere naturæ, 539.19.
Eſt certum de fide hominem apud Deum aliquid mereri, 544.12.
Eſt merè creditum dari à Deo immediatè habitum fidei infuſam ad conſtituendum fidelem, 556.13.
Eſt neceſſarius ſemper aliquis diſcurſus ſaltem in genere moris præuius ad actum credendi, 565.44.
Eſt dogma fidei Deum de facto loqui Creaturis rationabilibus Angelis, & hominibus, 571.2.
Eſſe non viſum, vel non ſcitum non pertinet ad conſtituendum formale obiectum, 574.10.
Ex parte ſubiecti certior eſt aſſenſus habituum Intellectualium, quàm fidei, 581.30.
Eadem fuit ſecundum ſpeciem fides infuſa antiquorum Patrum, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, & noſtra, qui eiuſdem Chriſti aduentum ſequuti ſumus, 596.17.
Eadem fides ſecundum numerum quoad credita fuit fidelium, tam antequam aduentum Chriſti, 596.18.
Explicitè credendum eſt ab omnibus Papam Chriſti Vicarium habere pleniſſimam poteſtatem in tota eccleſia militantes, 599.16.
Explicitè credendum eſt ab omnibus dari in eccleſia militante Theſaurum meritorum, ac ſatisfactionum Chriſti Deiparæ, & omnium ſanctorum, 599.27.
Eccleſia eſt corpus myſticum Ieſu Chriſti viſibili conſtans ex capite, & membris pariter viſibilibus, 602.4.
Eccleſia Chriſti propter hæc tria ſuorum membrorum genera varias in ſcriptura nuncupationes accipit, 602.5.
Excomunicati fideles ſunt vera membra eccleſiæ, 603.7.
Electi nundum Baptizati in Chriſto non ſunt membra eccleſiæ, 603.8.
Eſt dogma fidei eccleſiam eſſe viſibilem audibilem, & tractabilem, & per conſequens palpabilem, 603. 4. quicquid dicunt Hæretici, 10.
Eccleſia Catholica multipliciter dicitur vna, 604.12.
Eccleſia Catholica quomodo dicitur ſancta, 605.15.16.17.
Eccleſia Catholica eſt firma, & ſtabilis, 606.17.18.
Ex hac firmitate eccleſiæ reſultat eidem egregium nomen ſcilicet Catholica, ſeu vniuerſalis, 607.20.
Eccleſia Chriſti dicitur Catholica ob varias rationes, 607.19.20.
Eccleſia ſumitur tripliciter, 607.21.
Ex perpetuitate, & firmitate eccleſiæ, ſic ſolidè oſtenſa facilè confutantur Hæreſes turpiter aſſerentes eam defeciſſe, 608.23.
Eccleſia Chriſti, vnica eſt, 609.27.
Eccleſia Chriſti eſt quoque ſancta, 610. 29.
Eccleſia Romana eſt etiam Catholica, & vniuerſalis, 610 30.31.
Eccleſia ſumpta pro toto corpore myſticos habet Regulas ad non errandum, 613.38.
Eccleſia quæ ſucceſſit primitiuæ, & ſucceſſit vſque Innocentium XI. & duratura vſque ad finem Mundi, eſt maioris auctoritatis, quam Sacra Scriptura, 616.48.
Eccleſia habet poteſtatem proponendi res fidei, & iudicandi de eis, 616.49.
Eccleſia libros ſcripturarum Canonicos, certo approbare, & conſignare poteſt, 617.50.

Eccleſia præſens aliquos libros in Canone ſcripturarum referre poteſt, 617.51.
Eſt ſententia Catholica, quod ad Papam ſpectat conuocare Concilium generale perfectum, 621.61.
Ex dictis patet Primatum, & ſupremam poteſtatem D.Petri, quam Christus illi contulit in eius Perſonam non deſijſſe, ſed ad ſuos ſucceſſores tranſijſſe hoc eſt de fide, 631.92.
Eſt neceſſarium ad ſalutem credere hunc hominem epiſcopum eſſe verum eccleſiæ vniuerſalis caput viſibiles, 632.97.& 98.
Eccleſia Romana tenaciſſima, & conſtantiſſima, fuit in conſeruanda doctrina fidei, & morum, & ſucceſſione Miniſtrorum, 647.24.
Eccleſia Romana Catholica eſt verè Eccleſia Chriſti ſola eligenda, quam in hora mortis non tenuiſſe volemus, 649.33.
Eodem modo in eodem genere ſperare Theologicè in Angelo, vel puro homine Sancto in via, vel in patria Beato quomodo in Deo, vel in Chriſto, vel in Virgine conſecutionem beatitudinis eſt impium, & ſacrilegum, 651.17.
Exceſſus ſperandi ex parte actus vocatur præſumptio, 655.29.
Ex ſola Sacra Scriptura conſtat dari in nobis Charitatem immediatè à Deo per ſolam infuſionem actualem, & habitualem, 662.13.
Eſt de fide hominem ſeipſum ex Charitate infuſa teneri diligere ex neceſſitate ſalutis, 676.27.
Ex ordine Charitatis Theologicæ nos tenemur ſpiritualiter nobis coniunctos plus diligere, quam ſecundum carnem propinquos, 682.46.
Et ſi Sacramentum multa ſignificat tamen nihil impedit quin verè, & propriè poſſit definiri, 689.2.
Ex his ſequitur licita fuiſſe legalia, & circumciſionem etiam poſt 3. Concilium, 710.24.
Eccleſia adhuc non determinauit, quo tempore vitæ teneatur Adultus ad baptiſmum, 720.23.
Eadem perſona non poteſt ſe ipſam baptizare, 725.40.
Eſt illicitum, & peccaminoſum, 726.43.
Expreſſa ſanctiſſimæ Trinitatis inuocatio eſt de neceſſitate Sacramenti, 735.9.
Effectus Sacramenti extremæ vnctionis ſunt ſequentes, 743.33.
In nouo Teſtamento duplex eſt ſacrificium, 752.25.
Effectus ſanctiſſimæ Euchariſtiæ in ſuſcipiente primus eſt cauſare gratiam, 801.89.
Effectus 2. Euchariſtiæ eſt cauſare delectionem peccati mortalis aliquando, enumerantur alij effectus, ibidem, num.90.
Euchariſtia eſt Sacramentum neceſſarium ad ſalutem, 798.83.
Eſt dogma fidei opera viua, & meritoria de condigno vitæ æternæ in homine iuſto poſt lapſum eius mortalem mortificata in pœnitentiam per gratiam reconciliantem reuiuiſcere, 812.37.38.& 39.
Euchariſtia eſt Sacramentum ad ſalutem, 798.83.
Duo effectus principales pœnitentiæ, ibidem.
Iſti duo effectus quomodo ſe habent ad Animam peccatricem pœnitentem, 813.35.
Effectus tertius Sacramenti pœnitentiæ, 812.36.
Eſſe in gratia non eſt conditio neceſſaria in ſuffragante, 816.49.
Eccleſiaſtica Indulgentia eſt relaxatio, ſeu dimiſſio pœnæ temporalis debitæ pro peccato iam dimiſſo, 818.55.
Indulgentia, & Iubilęum non differunt ſi Iubilęum ſi præciſi ſumatur ſine pro remiſſione totali, 818.56.
Epiſcopus eſt ordinarius Miniſter Sacramenti ordinis, 826.14.
Et ſi poteſtas ſæcularis poſſi Matrimoniorum ſubditorum ſuorum quatenus ciuiles contractus impedimenta dirimẽtia ſtatuere, hæc tamen poteſtas à Ponti-

tifice Romano reipſa impedita eſt, 842.32.

Eſt pœnitus eccleſiæ ignotum quot anno, vel ſæculo futurus ſit Mundi finis, & ante Chriſti Aduentus ſunt. Matth 24. 36.& Marci 13.& ſi adhuc non venerit iſte magnus eſſe Antichriſtus homo peccati,& filius perditionis non defuerunt tamen eius præcurſores, nec modo deſunt, iuxta illud Pauli 2.Theſ.cap. 2.& illud Ioan.1 cap.2. Hæc dicunt Apoſtoli de contrarijs Chriſto,nempè de Hæreticis hoc potiori iure ditamus de contrarijs Chriſto noſtri tempore Lutheranis, Caluiniſtis ex Anabptiſtis, Præcurſor ſenſu eſt, qui via munis, & Antichriſtus diſponi ad ius ſuſcipiendum omnibus cuius præcurſor dicitur incohando ſcilicet,quod ille completurus. Iſte Ioannes Baptiſta fuit præcurſor primi Aduentus Chriſti ſic Moderni Hæretici diſponunt Animos hominum ad recipiendum Antichriſtum, quo varijs modis oſtenditur, primo ex damnatione bonorum operum ſic Antichriſtus, ideò dicitur homo peccati; Inſuper Labem, & turpitudinem peccati omnino tollunt dicentes propter fidem Chriſti nullum peccatum ad culpam, & pœnam imputatur ſic Lutherus, 3. modo ex ablatione ſacrificij Antichriſtus aufer, & iugi ſacrificium 12. Dan. Antichriſtus auferet iuge ſacrificium, quo ad publicum vſum ob eandem cauſam tollet cultum Imaginum Chriſti,& ſanctorum; Ac pariter prædicti Hæretici; Vndè euertunt Altaria confringunt calices Antichriſtus tollat omnia Sacramenta, & quartum officia Diuina omnia inſtrumenta applicata ad Diuinum cultum abrogabit comburret, & quicquid inſtitutum eſt Antichriſtus ad pietatem pertinens tanquã curas hoſtis Chriſti diſſipabit, ſic moderni Hæretici ſub tale re omnia Sacramenta eccleſiæ omnia officia Diuina omnia feſta præter baptiſmum, quintũ ex mutilatione ſacrarum ſcripturarum Antichriſtus eas ſcripturæ partes, quæ ipſius inſtituto clarius videbuntur aduerſari tollet e medio tanquam adulterinas fictitius, & ſuppoſititius Hæretici præclarè in hoc præcurrunt Antichriſtum ſequentes ſpiritum priuatum in Interpretatione ſacrarum ſcripturarum, 7. modo ex Hippocriti, & fraudibus; Antichriſtus magnus erit Hyppocrita in quo prædicti Hæretici egregiam viam parant, nam ſub velamine puri verſi Dei proprij Iudicij tenebras falſitatis miniſtrant, 853.octauo modo perſecutione contra eccleſiam grauiſſimam perſecutionem mouebit varijs ſupplicijs ad ſuam Religionem compeſcendo moderni Hæretici in hoc non ſunt diſſimiles. Longum eſſet exprimere alins, quam exercent in Eccleſiam Catholicam in eius ædificia res ſacras perſonas, & quicquid & trium, erga cultum Domini à modo ex falſis miraculis Antichriſtus ex falſis miraculis, & prodigijs homines ad ſuam Religionem pertrahet Moderni Hæretici tentarunt quidem aliquando miracula paternas, ſed irrita conatus Deo non concurrente ad res impias, & diabolicas dicunt eſſe magnum miraculum, quod tanta homine multitudo id nouas iſtas eorum Religionis breui tempore confluxerit, ſed hoc non eſt miraculum ſanctitatis, ſed libertas carnis libidinis,& voluptatum ſenſualium ad quam libertates inclinantur homines ad inſtar porcorum,decimo modo ex blaſphemis, & horrendis, quibus Antichriſtus Deum, & ſanctis, & Chriſto ire ſeipſum iactabit omnibus præeſſe contemptis Hæret. Antichriſtum egregiè imitantur tollendo myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis; & dicendo Deum eſſe Auctorum omnium peccatorum, & quis poteſt recenſere omnes Blaſphemias quas vbique euomunt videantur in littera, Pagina 852. 52. & 57. numero margin. 2. 3. 4.5. 6. 7.8. 9.10. 11.12.13.

Electi iudicabuntur iudicio approbationis,& dicetur eis; Venite Benedicti &

Reprobi verò iudicabuntur Iudicio damnationis,& dicetur eis.Ite maledicti,&c. 892.13.
Electi qui ante Iudicium viui reperientur conflagrabunt,vt completè purgentur, 896.24.
Etiam ſi Viator clarè videret obiectum Beatitudinis,nempè Deum adhuc liberè in eo caſu in illud tenderet etiamſi nullum ſupernaturalem habitum in voluntate haberet, 910.26.
Eſt poſſibilis ſpecies impreſſa eſſentiæ Diuinæ, 918.52.
Et hæc ſufficiant de inuocatione intercesſione, & adoratione cœleſtium ſpirituum, & eorumdem Imaginum, ſicque Deo optimo bonorum omnium ſint humillimè gratiæ, qui me ad exercitiorũ Scholaſticorum in vniuerſam Theologiam finem deduxit cum gaudio, iucunditate, & ſalute cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.
Et quo in principio habui in votis hoc in fine ex animo repeto omnia mea dicta, & ſcripta plenè,& omni meliori modo ſubiecta eſſe cenſuræ correctione, & Iudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ veræ veritatis columnæ,& Magiſtræ.

F

FVnctiones columnæ nubis 29.14.
Fecitque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas tunicas polliceas, & quidem veras reales non mixtas ob diuerſas cauſas, 55.24.& pag.56.25.
Formalitas eſſe moralis in quo conſiſtat, 133.2.
Finis voluntatis duplicem in actu ſuo, 137.13.
Fama propria eſt ſub dominio cuiuslibet perſonæ, 166.20.
Fortitudo virtus moralis quid ſit, 172.1.
Fortitudo conſiſtit in mediocritate, 172. 2.3.4.
Fortitudo virtus eſt vna genere non ſpeciei, 73.5.
Fortitudinis ſpecies ſunt eæ virtutes, quæ magnitudinem Animi præſtant, 174.6.
Fiducia quid ſit, 174.6.
Fortitudinis obiectum quid ſit, 176.12. & pag.177. 13.
Fortitudinis ſpecialis duo actus,177.14.
Filius Dei adhuc Incarnatus fuiſſet ſi homo non peccaſſet,246.5.6 7.8.9.
Filius Dei non incarnatus fuiſſet ſi homo non peccaſſet,247.10 11.12.
Filius Dei de facto aſſumpſit naturam, & venit in Mundum ad redimendos, & ſaluandos homines,249.13.
Filius Dei venit non ſolum ad originale delendum peccatum, ſed etiam ad tollendum actuale, 249.14.15.16.
Filius Dei non neceſſitate, ſed liberè venit in mundum, 250.17.18.
Forma non educibilis de potentia materiæ, ab ipſa materia ſeparata, & per ſe conſtituta Verbo Dei vniri poteſt, &c. 293.24.
Forma ſubſtantialis materialis hoc eſt de potentia materiæ ad viſibilis dum actu materiam informat non videtur probabile, quod poſſit à Verbo Dei hypoſtaticè aſſumi, *niſi ſeparata materia*, 294. 25.
Fruitio beatificam Animæ Chriſti fuiſse ſumma, nec apparet aliqua repugnantia, 350.14.
Fides neceſsaria ad iuſtificationem non eſt Hæretici Lutheri, aut Caluini, ſed debet eſse Catholica,536.11.
Fides ſecundum eſt aquiſita, & infuſa, 553.5.
Fides hæ duæ quadrupliciter different, ibi num.6.
Fides Theologica poteſt ſtare cum charitate,& ſine charitate, 558.19.20.
Fides abſolutè eſt appellanda virtus, 559. 22.
Fides infirmis eſt propriè Virtus,&c.559. 23.
Fides eſt in Intellectu tamquam in ſubiecto, 564.27.
Fides non eſt in Dæmonibus, ibid.
Fides eſt in Dæmonibus de omnibus veritatibus duas docet eccleſia, & hoc ex coniunctione Intellectus, 562.31.
Fides Catholica docet in Chriſtiano pecca-

catore manere veram fidem ſine Charitate, quia quid obſueret Lutherus, 563.34.35.
Formale motiuum fidei conſtitutiuum proximæ rei credibilis, vel motiuum noſtri Intellectus ad actualem aſſenſum eſt Deus volens teſtis veraciſſimus vt ſic, 576.15.
Fidei Religionis Chriſtianæ non poteſt nubes ſi falſum, 579.25.
Fides infuſa fuit pro omni ſtatu neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem, &c. 590.2.
Fides duplicem eſt nempè implicita, & explicita, 591.6.
Fides incarnationis Chriſti explicita fuit neceſſaria ad ſalutem neceſſitate medij illis quibus per Euangelij promulgationem Chriſtus innotuit, 594.15.
Fides aquiſita antiquorum Patrum ante Aduentum Chriſti, & fides aquiſita eorum, qui ſequuntur Chriſti aduentum non ſunt eiuſdem ſpeciei, 596.19.
Fides Catholicas ſua certitudine ſuperat humano habitus, & ſcientias, & artes, 580.28.
Fines dati in Eccleſia Miniſterij non ſecus Spiritus Sancti aſſiſtentiam requirit in ſucceſſoribus Apoſtolorum, quam in ipſis Apoſtolis, 612.35.
Falſa eſt illa opinio erronea latiſſimè patens, & plurimorum mentes excæcans, ſcilicet quemlibet in ſua fide ſaluari poſſe, 639.1.
Falſitas ſectarum Lutheri, & Caluini inde patet, quia ſunt nouæ, 645.22.
Fuit quidem poſſibile inſtituere Sacramenti inſignis intelligibilibus ſecundum potentiam Dei abſolutam, fuit tamen congruum, vt Deus inſenſibilibus eſt comunis, 690.7.
Finis proximus intentionis Miniſtri, vel eccleſiæ requiſitus ad valorem Sacramenta quis! 693.15.
Fictio cuiuslibet Sacramenti imprimentis Characterem tollitur per actum penitentiæ, 702.43.
Forma quæ eſt pars Sacramenti Baptiſmi conſiſtit in Verbis exprimentibus actum baptizandi baptizatum baptizantem, & Perſonam ſanctiſſimæ Trinitatis, 717.14.
Fides requiſita, vt diſpoſitio ad ſuſcipiendum Baptiſmum eſt fides ſupernaturalis, 722.29.
Fictus recipiens baptiſmum nullum Sacramenti effectum recipit, nec Characterem, nec gratiam, 723.34.
Forma Sacramenti Confirmationis quæ, 734.8.
Forma Sacramenti Pœnitentiæ, in quo conſiſtat. 810.24.
Frequentiſſima eſt ſatisfactio per ſcient, ibidem.
Forma ordinationis epiſcopalis in quo conſiſtit 825.13.
Falſum eſt quod eligere miniſtro eccleſiæ iure Domino competat populo, vel cæteri fidelium, vt confundent, 826.14.
Filius, & filia doli capaces, vt conſentire cenſeantur dum Parentes pro eis contrahant ſufficit ſi præſentes ſint contractui, & audientes Patrem, & Matrem pro illis contrahere non contradicunt, ibidem.
Fruitio Dei ſupponendo fruitionem propriè ſignificare actum amandi obiectū propter ſe licet aliquando ſignificet eſt principalis pars æternæ Beatitudinis hominis quam ſequitur delectatio, 521.59.

G

Gladiatoria ars non eſt materia veræ fortitudinis.
Genus fortitudinis ſimilis veræ, & virtuoſæ, 178.15.
Gratia quotuplex, 221.18.19.20.
Gratia Beatæ Virginis in prima ſanctificatione non fuit gratia conſumata, 324.15.
Gratia creata, & infuſa à Deo plures producat effectus in Anima cui infunditur 347.5.
Gratia extrinſeca fuit in voluntate Chriſti, 347.6.
Gratia gratis data quid ſit, 351.15.

Gra,

Gratiæ gratis datæ ſunt Chriſto per modum habitus, non tamen fuerunt qualitates illi inhærentes, 352.19.
Gradatim, & varie beatus eſt nobis Pater cœleſtis, ibidem.
Grauitas veteris legis reſpectu nouæ eſt carentia gratiæ, ibidem.
Gratia quid ſit, 171.1.
Gratia duplex habitualis, & actualis, & vtraque eſt in Anima contra Caluinum, & alios Hæreticus, 518.9.
Gratia habitu non diſtinguitur à Charitate, ibidem.
Gratia eſt habitus actiuus diſponens hominem adoperandum ſupernaturaliter, 519.6.
Gratia habitualis immediatè ſubiectatur in ſola potentia volitiua, 519.7.
Gratia eſt donum Dei, 527.29.
Gratia duplex ex Scoto, 518.9.
Gratia actualis ſortitur varia nomina ob varios effectus, quos efficit 519.11.12. 13.14.15.
Gratiæ neceſſitas ex his qui homo naturaliter poteſt, vel non poteſt dignoſci faciliter poterit, vt patebit ex ſequentibus, quæ valdè notanda ſunt, 522.17. 18.19.20.21.23.24.25.26.
Gratia habitualis per creationē, & actualis ſaltem per naturalem eductionem infunditur à ſolo Deo, 526.29.
Gratiæ gratis datæ numerantur 9. à D. Paulo 1. Cor. 8. 518 10.
Gratia ſufficiens ad ſalutem datur omnibus, ſed non æqualiter, 591.43.
Generalia Concilia quæ 618.53.
Grauitas peccati deſperationis vnde 656 31.
Gratia Sacramentalis quid addat ſupra gratiam habitualem, 698.32.
Gratia in baptizato non ponente obicem per baptiſmum producitur, eſt de fide 728.49.
Gratia an reuiuiſcentia meritorum an reuiuiſcat cum eiſdem meritis negat Scotus, affirmant alij 813.41.42.43.
Hæreticum eſt aſſerere eccleſiam non poſse indulgentias concedere, & Theſaurum diſpenſare 817.53.
Interdictum ſunt certa quædam tempora quibus ab Eccleſia prohibitæ ſunt nuptiæ, & earum ſolemnitates, ibid.
Gaudium, & lætitia ſunt omnino inſeparabilia, 914.39.

H

Hæreſis ſtulta aſſerens Adam, & Euam ante peccatum fuiſſe cœcos, 2. 18.
Habenter reuelationes obſcuras variè ſe habent ad eas intelligenda ob diuerſas 33.21.
Homo, & Iumentum in pluribus conueniunt, & differunt inter ſe, 70.4.5. & Pag. 71.6.7. & Pag. 72.
Homo volens comparatus eſt Iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt *illis*, 74.13. & 14.
Homo dirigendus in ſuis operationibus per duplex dirigens, 76.1.
Humana actio tria poteſt ſignificare, 106.9.
Humana actio quid *ſit, ibidem.*
Habitus in quantum virtus producit bonitatem moralem ſimul cum prudentia; quæ cauſalitas in habitu virtuoſo eſt vt habitus eſt qualitas non autem, vt eſt coniunctus cum prudentia niſi ſpecificatiuè, 147.14.
Habitatio quid ſit, 162.10.
Homo poteſt cadere ſub dominio alterius hominis, 166.20.
Homo citrà deſtructionem habet verum Dominium vitæ, Animæ, & corporis, & ſuarum operationum, 167.21.
Haſtiludium, quia damnatum non eſt materia veræ fortitudinis, 177.14.
Humilitas Chriſtiana, & purè moralis eſt virtus perfectiſſima 182.8.9.10. & cuicumque homini neceſſarium, ibidem.
Humana natura quomodo corrupta per peccatum originale, 194.19.
Homo ſi eſſet conditus in puris naturalibus natura non eſſet eleuata ad Deum finem ſupernaturalem, nec eius peccatum mortale eſſet priuatio rectitudinis ſupernaturalis, 200.9.

Hæreſis Armenorum circa peccatum Adæ, 204.19.
Hæreſis Iouiniani Monachi, & Pelagij, & aliorum circa impeccabilitatem hominis iuſtificati, 204.20.21.
Hæreſis Lutheri, Caluini, Buceri, & ſequacium circa vnitatem peccati mortalis, 205.2.
Hæretici aſſerentes Deum eſſe Auctorem peccati actualis pro formali, 206.1.
Hęretici verum corpus, & veram carnem Chriſti Hominis negantes 288.11. erit probatur, ibidem.
Humanitas Chriſti non prius tempore extitit in rerum natura, quam vnita verbo, 289.13.
Humanitas non eſt præcisè ſuæ partes, ſed ab eis diſtinguitur relatione non mutua, 290.11.
Hæreſis Neſtorium negantes Diuinitatem Chriſti, & Mariam Virginem fuiſſe Matrem Dei multipliciter reprobatur, 310.3.4.5.6.7.
Hæreſes plures de Anima Chriſti confutantur, 337.1.
Anima Chriſti tres habuit, & habet potentias memoriam, intellectum, & voluntatem, ibidem.
In Chriſto fuerunt duplices potentiæ ſicut duplicem naturam Diuinam, & humanam, 338.2.
Hæc locutio abſolutè eſt vera Chriſtus eſt vnus, 368.21.
Hæc 3. dies Pentecoſtes eſt anniuerſaria captiuitatis ſub iugo Turcarum Græcorum negantium Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio, 457.34.
Hebræi licitè poſt Aduentum Meſſiæ poſt eius mortem Reſurrectionem, & Aſcenſionem obſeruabant Cæremonialia, 466.26.
Humanitas Chriſti in ſe conſiderata cum ſuis Deus præſcindendo ab vnione hypoſtatica adoranda eſt adoratione Hyperduliæ 504.8.
Humanitas Chriſti in concreto per ſe adoratur latriæ, 505.9.
Homo per gratiam actualem diſponitur ad aquirendam gratiam ſanctificantem & iuſtificantem, 519.8.
Homini præparanti ſe ad gratiam ſanctificationem ex præuio ſpeciali Dei auxilio datur à Deo gratia habitualis ſanctificans neceſſario neceſſitas immutabilis, & infallibilis diſpoſitionis ſuæ liberæ, & liberalis voluntatis, 528.34. & 35.
His præuijs diſpoſitionibus ad iuſtificationem neceſſario requiſitis poſitis in eſſe adhuc tamen eadem iuſtificatio eſt gratuita contra Hæreticos mentientes contra Catholicos 538.15.
Habitus gratiæ ratione ſui abſoluti ſolum materialiter in genere moris conſtituit hominem in actu primo iuſtum in ordine ad Deum, 537.20.
Habitus gratiæ, & charitatis iuſtificat hominem formaliter ſolum per accidens, & quomodo, 540.21.
Habitus gratiæ inhærentis quomodo hominem ſanctifica, 540.22.
Habitam gratiam ſanctificantem poteſt homo iuſtificatus meritis de condigno augere, 549.15.
Hoc nomen fides æquiuocum, 552.1.
Habitus fidei à Deo infuſus aliquos effectus reales exercet, 557.16.
Hic habitus à Deo infuſus exercet in noſtro Intellectus alios duos effectus morales, 557.17.18.
Habitus fidei infuſæ poteſt augeri, tam elicitos à fide, quam etiam imperatos, 559.24.25.
Hæreticus negans vnum articulum fidei tamen non habet fidem infuſam aliorũ quibus aſſentit, 562.33.
Hæretici impudenter contendunt vnumquemque hominem propriam ſuę fidei regulam habere, 567.49.
Habitus ſcientiæ poteſt ſimul ſtare in eodem Intellectu cum habitu fidei reſpectu eiuſdem obiecti, & ſub eadem ratione, 573.7.
Hoc vltimum formale motiuum fidei non eſt naturaliter notum, 576.14.
Hæretici noſtri temporis videntur exigere ad formale obiectum fidei vtramque reuelationum publicũ, & priuatũ, ibid.

Hæ-

Hæreticum eſt dicere, quod Deus de facto falſum protulerit, 578.20.

Hæreticum eſt dicere, quod Deus aliquando ſit mentitus per aliquem à ſe, 578.21.

Hæreticum eſt dicere Deum de potentia abſoluta poſſe mentiri, 578.22.

Habitus, & actus fides infuſæ quoad perfectionem eſſentialem, & quidditatiuam ſunt perfectiores, quam habitus aquiſiti, 580.27.

Huic noſtræ, & Catholicæ eccleſiæ vnitati plures aduertantur, 605.14,

Hæc Eccleſia Chriſti dicitur Apoſtolica, 608.24.35.

Hæretici moderni volunt Eccleſiam Romanam poſſe errare, ſed confutantur, 612.36.37.

Hæc vera Eccleſia habuit ſtrenuos Dei cultores, & de facto habet ad præſens, 641.8.

Huius veræ Eccleſiæ cultores Deus decorat veris Miraculis, & partenſis, 642. 9.10.11.

Hoc nomen Catholicum ſoli Eccleſiæ Romanæ tributum pro vt vſu ipſo per orbem recepto conſtat 646.22.22.

Habitus chatitatis creatæ realiter eſt eidē cum habitus iuſtificantis, & ſanctificantis gratiæ, 661.10.

Homo in ſtatu naturæ integrè cum ſolo concurſu Diuino potuit diligere Deum ſuper omnia viribus naturæ, 668.7 8.

Hinc patet falſitas Hæreticorum noſtri temporis negantium impleri poſſe pręceptum diligendo Deo ſuper omnia, 672.17.

Homo ex pręcepto naturæ, & Diuino magis ſe ipſum diligere, qua proximum, 680.41.

Homo ex charitate tenetur magis vitam ſpiritualem proximi diligere, quam proprium corpus 681.42.

Hæc doctrina illuſtratur ſequentibus caſibus, ibidem.

Hinc D. Thomas, D. Bonauentura, & Richardus dicunt Deum dilexiſſe Chriſtum Dominum pluſquam totum genum humanum, 689.59.

Homen Sacramenti eſt nomen æquiuocum plura diuerſæ rationis ſignificans, 689.1.

Hinc rectè dicitur ſolum Deum eſſe cauſam Sacramentum efficientem, 695. 21.

Humanitas Chriſti, vt à ſuppoſito pręſcindens non eſt cauſa phiſica principalis gratiæ ſeu efficaciæ Sacramentorum, ibidem num. 22.

Hæretici, & infideles dupliciter poſſunt baptizare, 690.36.37.

Hinc merito Circumciſio inſtituta fuit, vt eſſet figura Baptiſmi, 706.11.

Conferre gratiam ex opere operato quid ſit, ibidem.

Concedit tamen ibidem Deum de potentia abſoluta poſſe delere culpam Originalem abſque gratiæ infuſionem, 706.13.

Hinc etiam ſequi incertum eſſe quo tempore cęperint omnino ceſſare legalia, 710.25.

Hæreticorum errores circa Baptiſmum, 715.10.

Hanc præeminentiam Epiſcopi adminiſtrandi Sacramentum non tollit eius Hæreſis excommunicatio, & degradatio, 736.14.

Hoc Sacramentum confirmationis confert gratiam ſanctificantem ex opere operato, 737 17.

Hoc Sacramentum confirmationis non obligat ad ſui ſuſceptionem de neceſſitatē ſalutis, ibidem.

Hæc tria differunt nolitio triſtitia, & dolor, 805.11.

Hæreticum eſt aſſerere Eccleſia non poſſe Indulgentias concedere, & Theſaurum diſpenſare 817.53.

Homo in qualibet ætate eſt capax cuiuſcumque ordine ſe ordinetur ſi cætera ad ſint, 826.15.

Hæretici oblatrant contra veritatem Summi Pontifici opponentes ei multa, 829.22.

Homo Orizontem vniuerſi, & quare, 862.10.

Hu-

Humores innati, qui verè humores dicuntur, & ſunt neceſſarij ad integritatem naturæ, 884.16.
Horrendum erit Iudicium vbi aſſiſtent millia millium, & decies centena millia Archangelis, Cherubim, & Seraphim Sanctorum, Prophetarum, atque Apoſtolorum Chori, Sancti ſeu Iuſti perfecti in Iudicio cum Chriſto iudicabunt, 892.13.
Hæ Diuina Iuſtitia in puniendis damnatis non eſt ſine miſericordia, &c. 901. 30.
Homo etiam appetitu libero appetit Beatitudine qualicumque notitia appræhenſam eſt comunis cum Scoto, 910. 25.26.
Hæc intuitiua viſio Dei in Beatis eſt merè pratica, 916.43.
Habitus intellectuales, ſiue ſcientifici, ſiue alij, qui erant in Beatis in via remanebunt in Patrias, 925.73.
Hæ quatuor Dotes ad plenam corporis humani ſupernaturalem perfectionem qualem ſtatus completæ Beatitudinis requirit ſufficiunt; Dicitur à ſupernaturale, quia naturalis perfectio illius corporis non pertinent ad dotes, ſed illis ſupponitur, 928.81.
Angeli, & homines ſunt à nobis colendi, & adorandi, & definitum de fide, 932.12.

I

Ioſephi Hæbrei circa loquelam Serpentis tentantis Euam in Paradiſo Terreſtri falſa opinio, 3.6.
Iuſtitia Originalis in quo conſiſteret, 12. 24.
Ingratitudo Adæ, & Euæ in Deum ſuum liberaliſſimum benefactorem, 12.1.
Ignis Rubi in monte Sinai fuit verus ignis 30.15. non ſic ignis quo formabat Mons Sinai, ibidem.
Illuminatio Diuina, & Angelica differunt, 37.32.
In dolores paries filios tuos quomodo in pœnam mulieris, 49.9.
Ipſe dominabitur tui. Variæ Lectiones ex D.Hieronymo, 49.11.
In ſtatu Innocentiæ quales erant Cauſæ mortis, & quomodo impediebantur, 53.18.
Immortalis Adæ in ſtatu innocentiæ fuit ſupernaturalis, 53.19.
Immortalitas ſtatus innocentiæ, & immortalitas reſurgentium quomodo cõueniebant, & quomodo differrebant, 53.19.20.21.
Ingreſſus Noe in Archam cum filijs vxoribus, & cæteris Animantibus, &c. 66. 17.
Incluſit eum Dominus de foris curam ſpecialem curam erga Nouenam oſtendens, 67.20.
Intellectũ in operando conuerti ad phantaſmata quid eſt 72.8. & 9.
Intellectus, & Voluntas tunc potentiæ Nominis beſtijs incommunicabiles, 73.11.
Intellectus erga voluntatem exercet duo officia, 74.12.
Iudex quomodo procedere debet in ſuis opinionibus, & actibus, 83.17.
Conſcientia dubia quæ, 84.18.
Intellectus humanus conformis intellectui Diuino dicitur rectus, non verò voluntas humana conformis Diuinæ inuolitio tantum dicitur bona, & recta, & quare, 88.55.
Impedimenta liberi arbitrij ſunt quatuor ignorantia, violentia, metus, & concupiſcentia, 115.1.
Ignorantia triplex Antecedens concomitans, & conſequens, 115.1.
Item ignorantia duplex iuris, & facti, ibidem.
Item vtraque ignorantia adhuc duplex vincibilis, & inuincibilis, 115.2.
Ignorantia inuincibilis, & ſcientia poſſunt eſſe ſimul circa eundem actum moralem, ibidem.
Ignorantia obliuio, & in aduertentia pari pactu incedant, 115.3.
Quomodo tollunt voluntarium, & non tollunt ibidem, & pag. 116.4.
Intellectus, & Voluntatis officia in inuicem

cem in ſuis actibus, 123. 1.

Inquiſitione ſcilicet conſultatione, & notitia ſimplici, ibidem, & pag. 124.2.

Intentio in voluntate, & quid, & quotuplex ſit, 128.11.

Imperium duplex intellectus, & voluntatis, & quid ſint, & quomodo differant, 130.15.

Imperium voluntatis eſt quo voluntas imperat ſibi, & alijs potentijs, &c. 129.14.

Imperium voluntatis ſolum dat actibus non eſſe liberum, ibidem.

In Anima eſt inclinatio ad virtutes morales, quæ dicitur virtus inchoata, 146.13.

Iuſtitiæ nomine, quæ veniant 158.1.

Iuſtitia virtus Cardinalis regulariter eſt ad alterum 158.2.

Iuſtitia variæ diuiditur, & de membris eius, 158 2.

Iuſtitia particularis duplex eſt commutatiua, & diſtributiua, 158.3.

Iuſtitia virtus reſpicit vtrumque medium rei, & rationis, 159.4.

Iuſtitia commutatiua quid ſit, 160.7.

Ius vtendi poteſt ſeparari ab vſu facti, 162.10.

Ius ad rem quid ſit, 164.15.

Ius in re quid ſit, 164.16.

Iuſtitiæ commutatiuæ actus eſt æqualitatem facere, & conuerſare, 170.29.

Iuſtitiæ diſtributiuæ principalis actus, 171.30.

Iuſtitia præmiatiua non pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam, 171.30.

In iuſtitia diſtributiua, quæ attendenda, 171.31.

Ieſus Chriſtus verbo, & exemplo hortatus eſt ad fortitudinem, 172.2.

Iuſtitia originalis actu data eſt Adamo, & virtualiter eius deſcendentibus, 191.12.

Iouiniani Monachi hæreſis aſſerentis omnia peccata eſſe paria 203, 17.

Incarnatio Chriſti primum opus à Deo intentum ad extra, 245.1.

Incarnatio Filij Dei eſt opus totius ſanctiſſimæ Trinitatis, 251.1.

Incarnationis nomine quid intelligatur, 251 2.

in Incarnatione natura Diuina, & naturæ humana non ſunt in ſuppoſito Diuino confuſo modo, 252.3.

Incarnatio hæc nullo modo includit impoſſibilitatem, 252. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

Incomunicabilitas dupliciter in eſſe poteſt, 257.19.

Incarnationis nomen rationabiliſſimæ inuentum, & vſurpatum in Eccleſia, 260. 30. & 31.

Incarnationis nominis auctoritates omnes hæreticorum errores, qui circa Verbi Dei Incarnationem fuerunt eliminantur, & exterminantur, 261.32.

Incarnationis nomine multi Hæretici motiuum ſuorum ſumpſerunt errorum, 261.33.

Informatio corporis humani ſupponit tres motus, 313.10.

in Intellectu Virginis Mariæ, *numquam* fuit neque ignorantia prauæ *diſpoſitio*nis, 319.2.

In plenitudine temporis filius Dei carnem aſſumpſit, 330.1.

In Chriſto duæ erant formæ ſubſtantiales, 338.20.

In Chriſti Corpus non fuit fomes, 337.22.

In Chriſto fuit Anima rationalis cum animabus aliorum hominum eiuſdem ſpeciei quidditatiuę, 337.1.

In Chriſto ſicut fuit duplex natura Diuina, & humana ita fuerunt duplices potentias, 338.2.

in Intellectu Chriſti non fuit *actus fidei*, ibidem nec habitus fidei, ibidem.

Intellectus Animæ Chriſti de facto perfectiſſimè viſione Verbi poſſibili creaturæ perficitur, & ornatur, 339.16.

Intellectus Chriſti vt receptiuus viſionis ſupremę Verbi, ſeu eſſentiæ Diuinæ non indiget aliqua forma prius in eo recepta ipſum perficiente, &c. 340. 9. & 10.

Intellectus Beati non tantum ſe habet paſſiuè ad viſionem, ſed etiam actiuè, ibid.

In

In Intellectu Animæ Chriſti præter viſione beatificam agnoſcenda eſt ſcientia infuſa abſtracta, & ſupernaturalis ex parte agentis, 342.14.
in voluntate Chriſti gratia habitualis infuſa fuit ſumma, 350.12.13.
in Chriſto fuerunt omnes gratis datæ, 351.16.
fuit fides ſumpta pro fiducia, 351.17.
in Chriſto fuerunt virtutes morales, 353.21.
in Chriſto fuere 7. dona Spiritus Sancti, ibidem 22.
in Chriſto fuit gratia vnionis, & quid ſit, 354.1.2.3.4.
in Chriſto fuit gratiæ capitis, ſic dicta tripliciter, 355.5.
inter Diuinas Perſonas vna non eſt caput alterius, 356.6.
in Chriſto ſunt duę naturę integrę, & perfectę, & impermixtæ natura ſcilicet, & humana 367.17.18.
in Chriſto ſicuti diuerſæ, & differentiæ, ac naturæ ſunt ſic ſunt diuerſæ, & diſtinctę proprietates, 367.19.
in Chriſto ſunt diuerſæ actiones prouenientes adiunctis potentijs naturarum Diuinæ, & humana 363.20.
Chriſtus eſt vera vnus locutio eſt, &c. 268.21.
in Chriſto eſt duplex eſſe eſſentiæ, 369.22.
in Chriſto dantur duo eſſe exiſtentiæ, ibidem.
Idioma quid ſit, 380.24.
ieiunij Quadrageſimalis origo, &c. 389.15.
ieiunium Chriſti, nec afflixit Chriſtum, nec debilitauit, nec illi attulit maciem aut pallorem, 389.16.
Chriſtus non indiguiſſet ieiunio cur voluit ieiunare! 390.17.
illa voluntas qua Deus generaliter vult omnes homines ad Beatitudinem, elegit fuit ſine meritis Chriſti, 404.26.
illa voluntas generalis, qua voluit Deus reparare hominum lapſum non fuit ex meritis Chriſti, ſed ex Diuino beneplacito, 404.27.28.
immutatio corporis Animati, & ſenſitiui ab obiecto ſenſibili poteſt eſſe duplex, 412.7.
in Chriſto non tantum fuit dolor paſſionis ſed etiam compaſſionis, 415.16.
interior etiam Chriſti triſtitia ex malo pęnæ proueniens quanta fuerit, &c. 413.38.
Iudæi clamoroſis vocibus poſtulent Ieſum crucifigi, 433.9.
integritatem corporis Chriſti poſt Reſurrectionem non impedierunt, nec eius gloriam deturparunt cicatrices illæ quæ in corpore Chriſti permanſerunt, 442.34.
iudicialia fuiſſe à Deo inſtituta ſupponit Doctor ſubtilis 469.32.33.
in Iudicialibus veteris legis quomodo lex noua continetur, 482.7.
improbi quomodo dicuntur filij Dei, 493.12.
iugum legis Veteris non impoſſibile, ſed difficile obſeruata, ibidem.
induentes nouum hominem hortatur D. Paulus Colloſſenſes 497.24.
Ieſu nomen quomodo adorandum ex D. Paulo ad Philip. 2.10.
Ioſeph Hebræus ab Ægyptus dictus Saluator Mundi non fuit niſi vmbræ, & abuſiuè, 515.37.
iuſtificatio prima duplex eſt, ibid.
iuſtificatio impij Theologicæ loquendo eſt vera, & realis peccatorum remiſſio 534.4.
iuxta comunem legem Dei in Adultis ad iuſtificationem eſt neceſſarias motus liberi Arbitrij, 537.13.
in homine actualiter peccante, poteſt Deus ſua abſoluta potentia conſeruare gratiam habitualem cum cæteris virtutibus, 540.23.
infuſio gratiæ quomodo remiſſionem peccatorum neceſſaria præſupponit, 541.25.
iuſtificatio impij ſit ſucceſſiuè in tempore, quoad ſolam remiſſionem peccatorum, & infuſionem gratiæ ſit inſtanti, 542.27.28.
Iuſtificatio impij eſt maximum opus

Dei ſaltem negatiuè, 543.32.
in veteri Teſtamento bona temporalia conferebantur à Deo per modum præmij figurando tamen in eis vera Diuinas æternæ gloriæ, 551.22.
in nullo caſu etiam ad corporalem vitam ſeruandam licet fidem exterius verè, vel fictè negare, 569.53.
Quicquid dicant Hæretici, ibid.
in habitu fidei obiectum attributionis eſt ipſemet Deus, 34:
inter credibilia datur ordo ex natura rei, 584.39.
in omni ſtatu, & lege tam ante peccatum, quam poſt omnibus Adultis neceſſarium neceſſitate medij, & præcepti explicitè credere aliquid ſupernaturale ad ſalutem, 590.3.
in ſymbolo Apoſtolorum continentur ſufficienter quantum ad ſubſtantiam, quæ credere neceſſarium eſt ad ſalutem, 590.4.5.
in ſtatu natura, & legis maiores Eccleſiæ tenebantur credere explicitè Myſterium Trinitatis Minores autem implicitè, 593.10.
in quocumque ſtatu aliquo modo oportuno credere myſterium Incarnationis Chriſti, 593.12.
in quocumque ſtatu fuit aliquo modo creditum Myſterium Incarnationis, 594. 13.14.
initium Concilios, & initium eccleſiæ ad idem tempus pertinent, 618.52.
in rebus fide definiendis Papa faciendo, quod in ſe eſt non poteſt errare hoc putatur eſſe de fide, 633.100.
in ipſis decretis de fide Conciliorum non Verba, ſed ſenſum tantum ad fidem pertinent, 626.77.
Munus Apoſtolicum eſt quadruplex, & iuxta hæc munera omnes Apoſtoli excepto Petro ſunt æquales, &c. 628. 82. & 83.
inter D. Petrum, & alios Apoſtolos quantum ad functionem aliorum fidelium, 630.91.
in hac Eccleſia ſola eſt vera ſalus, 640.3.
in caſu quod Deus reuelaret mihi damnationem meam non tenerer hoc velle niſi reuelaret mihi, quod vellet hoc, 658.37.
Et tunc intellectus meus non poſſet concipere hoc contradictorium, ego ſaluabor, vel ſalus eſt mihi poſſibilis, ibidem 36.
in Deo vera reperitur amicitia ex charitate ad hominem, 658.1.
idem numero, & ſingulariſſimum, & indiuiſibile eſt formale motiuam Amicitiæ Dei ad hominem, & Hominis ad Deũ, 657.2.
infra gradum ſummum per Diuinam potentiam poſſibilem à nobis exercitæ non ſignatæ poteſt regulariter Charitas viæ in quolibet iuſto augeri, 665. 23.
in ſtatu naturæ lapſæ poteſt homo etiam exiſtens in peccato; ſiue ante receptum fidem, ſiue in fide, ſiue in gratia per ſua naturalia ſolo auxilio Generalia Dei, quandoque implere Diuina præcepta quantum ad ſubſtantiam actus, 670.9.
illud ſuper omnia poteſt intelligi dupliciter, 670.11.
irrationales creaturæ non ſunt aptæ amari propriæ ex charitate ſicut, nec cætera inanimata, 675.25.
inimicus ratione inimicitiæ demeritoria Diuinæ gratiæ eſt ſemper odiendus ex charitate 677.30.
in charitate Theologica reperitur malis ordo ſubiectiuè, non obiectiuè, &c. 679.32.
immò iuxtà naturalem rationis tenetur potius Deum ſupra ſe diligere, quam ſeipſum 680.40.
in ſola comunicatione rerum temporalium bonorum ex ſola lege natura tenetur quiſpiam magis ſecundum carnem concurſus plus diligere, quam ſecundum ſpiritum 682.47.
in bonis naturæ plus dilexit Deus, quemlibet Angelum, quam Beatam Virginem 687.61.
in lege naturæ, inquit Scotus præter Sacramentum contra Originale non

fue-

fuerunt alia Sacramenta, 705.8.
In collatione Baptiſmi inuocanda eſt explicitè ſanctiſſima Trinitas ſub diſtinctis perſonarum nominibus 717.16.
in Baptizato virtute Baptiſmi infunduntur virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Charitas, 719.51.
in Baptizato per Baptiſmum infunditur, ibidem num. 57.
idem homo in pluribus morbis poteſt pluries recipere Sacramentum extremæ vnctionis 742.31.
in confectione Euchariſtiæ formam panis ſubſtantialis non remanet ſed deſtruitur, 780.28.
in Sacramento Euchariſtiæ verè Corpus Chriſti reperitur, & eius ſanguis eſt de fide, 783.39.
id quod ex vi verborum ſit præſens ſpeciebus panis, vt terminus primus eſt corpus Chriſti, 786.46.
Primum ſignificans quod ſit præſens calici ex vi Verborum eſt ſanguis Chriſti, ibidem n. 47. cætera ſunt per concomitantiam.
in Sacramento Euchariſtiæ adſunt accidentia panis, & vini, 792.64.
ieiunium naturale illius diei in qua debet ſuſcipi Euchariſtia regulariter eſt neceſſarium ad eam licitè ſuſcipiendam, 800.86.
in nouo Teſtamento eſt duplex ſacrificium, 752.25.
In Eccleſia Catholica ſunt duo genera impedimenta Matrimonij, nempè impedientia tantum ne ſcilicet matrimonium licitè contrahi poſſit, & ſunt quinque, nempè votum interdictum ſponſali crimen Catechiſmus, & crimen nomine voti intelligitur votum ſimplex Religionis neceſſitatis; De interdictum eſt ſicuti etiam de ſponſalibus impedimentum Cathechiſmi ab eo contrahitur, qui tenet Infantem Baptizandum reſponderque eius nomine Miniſtro interroganti an Credat an renunciet Crimen Vxoricididm, Præsbytericidium, Hæreſis Periurium; Alia ſunt impedimenta, impedientia, & dirimentia per Tridentinum reducta ad 12. error conditio votum cognitio crimen cultus diſparitas vis ordo ligamen honeſtaque ſi ſit affinis ſi fortè coire nequibis æſtimabis ſi ſponſam rapias, ſi clandeſtinus, 843.33.34.
Primum impedimentum eſt error de quo, & alij ſeqq. vide per ordinem, Pag. 843. à num. 34.
in lege Moyſi mulier certè Adultera lapidabatur ſuſpecta experiebatur, 849. 52.
immortalitas Animæ rationalis eſt fundamentum, omnis Religionis, omnis iuſtitiæ omnis probitatis innocentiæ, & ſanctitatis, 864.17.
immortalitate Animæ rationalis non conceſſa non ſolum cætera Animalia homine erunt beatiora, ſed inter homines, qui fuerint ſceleratiores, & carni magis mancipati illi miſeriores, quæ contemptis carnis illecebris vacant ſapientiæ colunt pietatem, immò optimi, & ſanctiſſimi erunt infeliciſſimi, & miſerabiliſſimi 864.15. & 17.
Indulgentiæ poſſunt prodeſſe Animabus Purgatorij, & de facto proſunt dum eis conceduntur, ſeu pro eis applicantur, ita omnes ſcholaſtici, 872.14.
Probabiliſſimum eſt, quod Indulgentia conceſſa pro defuncto poteſt non vna tantum applicari vice, ſed toties opus viuorum pro ea adimpletur, ſeu replicatur, 872.15.
Infantes decedentes ſine baptiſmo cum peccato originali poſitiuè damnantur eſt ſententia communis, & de fide, 877.28.
Infantes ſic decedentes non patiuntur interiorem, locus iſtorum paruulorum erit Infernus 877.29.
Probabile eſt, quod paruuli cum originali decedentes aquirere cognitionem poterunt rerum naturalium, naturaliter cognoſcibilium, 878.30.
Probabili videtur, quod paruulis ſuppoſita notitia illa naturali, ſiue Dei in generali, ſiue obiectorum aliorum Deum aliaque obiecta ament, ijs quæ de-

lectentur, ibidem num. 31.
in Iudicio vniuerſali apparientur libri; item in Iudicio meritorum, & demeritorum, diſcuſſio, & ſententiæ prolatio probabiliter fiet in inſtanti, 894. 18. & 19.
Ignis conflagrationis peruadet totam faciem Terræ, Maris, & Aeris ad eam Altitudinem ad quam prouenit aqua diluuij, 896.13.
in Inferno adeſt ignis per totum infernũ difuſus, 899.32.
In Viatore eleuato ad videndum clarè Deum, & habentes habitum charitatis in voluntate non confirmato ſi appetitus Beatitudinis non procedat ex fine ſupernaturali, & auxilio gratiæ eſt naturalis, 911.28.
In vtriuſque potentiæ intellectus, & voluntatis operatione homo beatificatus, 913.35.
Inæqualitas Beatitudinis in Beatis oritur radicaliter à Iuſtitia diſtributiua Diuinæ voluntatis iuſtè diſtribuentis præmia Cęleſtia omnibus electis, iuſta cuiuſcumque merita, 915 40.
Intellectus Beati actiuè concurrit ad producendam viſionem Dei, 917.46.
In primario Beatitudinis obiecto Beati poſſunt videri obiecta ſecundaria, nempè collaturas, ſiue præſentes, ſiue futuras, aut poſſibiles, 920.56.
In Patria ſeptem Dona Spiritus Sancti remanent, quo adeſſe quiddicatiuum, 925.72.
In exhibendo Sanctorum reliquis debito cultu opus eſt diſtinctione, & præſentia, 834.16.
Illud factum Ezechiæ Regis deſtruentis Serpentem non fauet Hæreticis, 935. 19.

L

Loquela eſt propria hominis, &c. 3.6.
Lucifer primarius Diabolus fuit tentator Adæ, & Euæ, 3.7.
Lucifer tentauit primum, & ſecundum Adam, ſed vario euentu, ibidem.
Lucifer ex Inuidia tentauit Adam, & Euam, ibidem.
Lucifer non fuit interior, ſed tantum exterior, & quare? ibidem.
Lucifer quare non apparuit Euæ in forma columbæ aut humana, 4.9.
Lucifer debuit apparere in forma Serpentis triplici congruentia exigente, 5. 10.
Lucifer quomodo loquebatur per Serpentem, & quot ſunt loquentes, &c. 5. 11.
Loquela Serpentis in quo Lucifer tentauit Euam vndè fuit? 5.12.
Lucifer cur prius tentauit Euam, quam Adam 6.12.
Locutiones Diuinæ in aſſumpto corpore fuerunt analogicæ non veræ, 28.12.
Lampades in Monte Sina non veræ fuerunt ſicut, nec verus fumus, nec ver abutina, nec verus ſonitus, 30.15.
Locutio Diuina, quid includat 37.32.
Longanimitas Dei, & miſericordia in inquiſitione peccati Adæ, 44.46.
Licitum eſt ſequi opinionem probabiliorem relicta minus probabili etiam magis tutam, 83.16.
Licitum eſt ſequi opinionem minus probabilem etiam minus tutam, &c. ibidem.
Licitum eſt operari contra conſcientiam ſcrupuloſam, 85.21.
Lex Diuina duo ſignificare poteſt, &c. 93. 1.
Legis varia definitio 94.2.
Legis obligatio oritur à ſufficiente eiuſdem legis promulgatione, 95.6. & Pag. 96.7.
Legis diuiſio, 96.8.
Lex æterna de ſe eſt vna obiectiuè autem multiplex, 97.9.
Lex æterna non eſt ſufficienter promulgata ab æterno, 97.10.
Lex æterna eſt incommutabilis, &c. ibidem.
Lex naturalis, 98.11.
Liberum quid ſit, 110.10.
Libertas voluntatis duplex, 110.10.

Libertas iterum triplex eſt, 111. 12.
Libertas eſt in Deo perfectio ſimpliciter, 111. 11.
Libertas voluntas quomodo eſt in Deo in Angelis, & in hominibus 111. 12. 13 & Pag. 112 14.
Liberum, & naturale in quo differunt, ibidem.
Liberum arbitrium, vt liberum eſt à neceſſitate reperitur in homine, quod eſt eius voluntas integrum quidem, ſed infirmatum per peccatum originale, 112. 14. & 15.
Liberum arbitrium poſt peccatum Adæ eſt integrum in homine non tantum circa naturalia ſe etiam circa moralia, 113. 17.
Etiam circa ſupernaturalia, 113. 18.
Libertate Arbitrij non officiunt abſoluta Dei præſcientia præuiſio prophetia ſeu prædictio, ibidem.
Neque Prædeſtinatio Diuina, aut reprobatio 114. 19.
Legatus eſt 8. titulus aquirendi Dominium, 166. 19.
Longanimitas quid ſignificet 175. 9.
Lumen gloriæ de potentia ordinaria eſt neceſſarium perficiens Intellectum ad recipiendam viſionem, 341. 11.
Lumen gloriæ ſi effectiuè concurrat cum potentia intellectiua ad viſionem Dei efficiendam dubium eſt an melior potentia Intellectiua cum æquali lumine gloriæ clarius Diuinam eſſentiam intueatur multi Thomiſtæ negant Doctor ſubtilis affirmat, 341. 12.
Lex vetus quamuis imperfecta in multis fuit vtilis, 461 11.
Lex vetus ſcripta conuenienter data fuit tempore Moyſis eſt de fide, &c. 463. 17.
Lex vetus continet præcepta moralia cæremonialia, & iudicialia, 464 19.
Lex vetus explicitè induxit homines ad obſeruantiam præceptorum per temporales promiſſiones, vel cominationes, 464. 20.
Promiſſiones Diuinas, & comminationes ſunt ſequentes 465. 22.
Lex vetus, & Moſayca abrogata eſt quo ad Cæremonialia, & Iudicialia, 469. 34. 35. 36.
De lege noua, & Euangelica, lege veteri Moſaycæ, & ſcriptæ abrogatæ ſucceſſit lex noua, & Euangelica 471. 1.
Lex Euangelicæ vocatur antonomaſticæ lex gratiæ, & veritatis, 472. 4.
Lex noua non ſcripta, ſed inſpirata &c. 47. 5.
Lex noua cauſat gratiam ſanctificantem, 473. 9. 10.
Lex noua, & Euangelica ſufficientiſſimè ordinat hominem in actibus interioribus, 479. 25.
Lex noua quomodo diſtincta, & non diſtincta à lege veteri, 480. 1. 2.
Lex noua qnomodo implet totam legem veterem 481. 3.
Lex noua continetur in Veteri ſolum metaphoricè 482. 6. 483. 9.
Lex Euangelica eſt leuior lege Veteri, 484. 10.
Lex naturæ, & lex Moyſis quoad moralia, ſiue Decalogum non poſſunt abrogari 500. 33.
Lex Moyſis, & flumen Iordanis pariter ceſſant, 500. 34.
Lex Moyſi merito eſt abrogata, 501. 35. & 36.
Lumine naturali conſtat, & ex ſacris litteris, quod Deus eſt adorando adoratione latriæ, 503. 5.
Locutio recta de Deo regulatur his tribus regulis, 579. 23.
Loquendo de credibilibus quorum veritas non eſt neceſſaria ad ſalutem habuit ignorantiam inuincibilem, 611. 32.
Lutherana, & Caluiniam ſecta extollunt ſuam priuatam fidem, 640. 5. 7.
Lutherus, & Caluinus in executione ſuæ pretenſæ reformationis Eccleſiæ Dei indignorum veris miraculis quibus tamen caruerunt, 643. 13.
Lutherus, & Caluinus non ſunt ingreſſi per portam ad prætenſam reformationem faciendam, ſed aliundè, &c. 646. 21.

Luther, & Caluini inconſtantia Doctrinæ etiam in rebus maximi eſt incredibiles 647.25.

Lutherus, & Caluinus Deo inconſtantiâ fuerunt in ſua doctrina, qui reſpuerunt traditiones 648.28.

Lumine Diuino illuſtratus Doctor ſubtilis ante Concil. Florentinum, & Trid. plura dixit de Sacramentis quæ in prędicti Generalibus ſtabilia ſunt de fide, 691.8.

Loquendo de materia propinqua Baptiſmi Scotus ſentit illi ablutionem factam per aquam 716.22.

Locus circumciſionis erat indeterminatus 708.19.

Licet ſint multæ vnctiones eſt tamen vnum Sacramentum, 739.21.

Pluralitas eſt de præcepto Eccleſiæ, quæ eſt præſcripta à Rituali Romano, ibidem num. 22.

Lutherani, & Caluiniſtæ negant hoc ſacrificium incruentum, & Miſſam eſſe ſacrif. 753.29.

Licet tranſubſtantiatio ſit actio per quam Chriſtus de facto eſt præſens ſpeciebus conſecratis non tamen eſt ratio formans talis præſentialitatis &c. 783.37.

Licet ſub ſpeciebus panis, & vini verè adſit Corpus, & Sanguis Chriſti illata præſentia non eſt vnio phyſica, 887.51.

Lutherani, & Caluiniſtæ aut negant omnino Sacramentum pœnitentiæ, aut putant non diſtingui à Baptiſmo, 809.21.

Lex de non nubendo an ſubſiſtentibus ordinibus ſacris fuit conſtituta ab Apoſtolorum temporibus 828.18.

De Sacramento Matrimonij pluranda, & 1. de Sponſalibus, 2. de Matrimonium ſe quo ad materiam formam miniſtrã, & inſtitutionem 3. de cauſa efficienti, qui eſt conſenſus 4. de vnitate Matrimonij 5. de firmitate 6. de bonis matrimonij, nempè de fide coniugum in cohabitatione cui opponitur Diuortium, & de fide coniugum in reddendo debitum, & denique de prole educanda, & de filijs illegitimis 7. de impedimentis.

Legitimum Matrimonium ratum quo ad vinculum non eſt ſolubile à coniugibus propria auctoritate excepto caſu Religionis 841.28.

Lactantius lib. 3. Diuinarum, inſtitutionum c. 7. Decem ſententias cum ſuis auctoribus refert, quas tamquam errantes cap. 8. Luculenter confutat, quarum prima docet ſummum ſermonis bonũ conſiſtere in veritatibus corporis, hæc paſſim tribuitur Epicurei, & Mahometo. Secunda dicit hominum hominis bonum conſiſtere in virtute, ſiue in eo quod eſt viuere conuenienter naturæ, ac ratione. Ita Stoici 3. eſt Ariſtoteles, qui cõſtituit beatitudinem potiſſimum in perfectiſſima operationem præſtantiſſimæ facultatis perfectiſſimum obiectum hoc eſt in contemplationẽ Dei, & rerum Diuinarum quantum fas eſt homini.

Licitus Imaginum *vſus pluribus* oſtenditur, & adoratio quicquid Mahometani, & Hæretici garriant, 904.17.

M

MOyſes quare ſtatuit in Geneſi peccatum Luciferi, 2.3.

Mulieri quoque dixit Deus multiplicabis ærumna tuas, 47 6.

Mulier triplici pœna punitur, ibidem.

Mala pronunciata in ſententia viri extenduntur ad mulierem ſaltem ſecundario non tamen e contra 55.22.

Modus exeundi e Paradiſo *voluptatis* potuit eſſe vnus ex tribus 57.28.

Miſeria Adami, & Euæ poſt peccatum 58.50.

Mala nobis illata per inobedientiam Adę 60.34.

Moyſes inſtructus à Spiritu ſancto deſcribit cauſam Diluuij, 61.12.

Miſericordia Dei elucet expectando peccatores ad pœnitentiam, 66.16.

Miſerabilis hominum, & Animantium in-

interitus aquis Diluuij, 64.24.25.
Materia legis duplex, 95.4.
Metus quid ſit, & quotuplex ſit, 118.9.
Metus in conſtantiam virum variè explicari debet in ordine ad euitandam culpam, & in ordine ad euitandam obligationem ex promiſſione contractu 119.10.
Metus non tollit voluntarium abſolutè, ideò differt à violentia 119.11.
Metus an inualidet contractus, ibidem & Pag. 120.12.
Moralitas vndè deriuatur, 132.1.
Medium virtutis duplex, 141.2.
Munera virtutis Prudentiæ ſunt tria, nempè benè conſultare benè iudicare, & præcipere executionem, 153.8.
Magnanimitas vt pertinens ad fortitudinem quid ſit, 174.7.
Magnificentia quid ſignificet, 175.8.
moderatus amor ſui, & eius oppoſita vitia, 182.8.
modeſtia eſt virtus, & de ſuis oppoſitis vitijs, 185.13.
malitia moralis in quo conſiſtat, 186.1.
malitia peccati actualis vndè ſumat ſuam ſpeciem, 187.2.
motus ſubiti concupiſcentiæ non ſunt peccata contra Hæreticos, &c. 212. 15.
Meſſias Rex ex Virg. naſcitur, 226.13.15. 16.17.18.19.20.
Meſſias Rex iam venit, qui eſt Chriſtus Ieſus, 229.21.22.23.24.25.26.27.& 28.
meritum accipitur dupliciter, 240.10.& 11.
minus conuenire, & minus repugnare, quid ſit 254.9.
materia prima à forma ſeparata eſt parte aſſumptibilis à Verbo hypoſtaticè etiã exiſtens in compoſito 293.23.
Maria Virgo Beata ab æterno fuit à Deo prædeſtinata ad Maternitatem Chriſti, & ad omne aliud ſupernaturale donũ, ſiue gloriæ, ſiue gratiæ vſque ad omne aliud donum morale, vel naturale incluſiuè, & hoc non ſolum prius natura, quàm Angeli, ſed etiam in ſuperiori ordine hypoſtaticæ vnionis, 295. & 296.1.
Maria Virgo Beata ab æterno fuit à Deo in ordine ſuæ intentionis prius Prædeſtinata ad Maternitatem Dei, quàm ad plenitudinem gratiæ, & gloriæ &c. 296.2.
Maria Virgo potiori modo fuit Mater Chriſti, quam aliæ Matres ſuorum filiorum, 312.8.
mutari ad formam quid ſit, 337.17.
Moyſes, & Chriſtus faciunt miracula, ſed diuerſi modi, 393.24.
meritum quid ſit, 394.1.
meritum de condigno duo ſaltem habere debet 399.13.
meritum triplex ex D. Bonauentura, 400. 18.
meritum Chriſti non formaliter infinitum ſed pro infinitis acceptatam ex conditione Perſonæ 402.19.& 22.
mutationes intentionales, quæ ſint, &c. 412.8.
mutatio intentionalis diſconuenientis obiecti ſufficit ad hoc quod cauſetur dolor, 412.9.
mors Chriſti fuit violenta non naturalis, 426.45.
milites Pilati diriſſimè iniuſſu Pilati coronarunt Ieſum ſpinea corona 432.7.
Manichæi dixerunt non à Deo, ſed à Diabolo datam eſſe &c. 458.3.4.& 460. 8. 9.& 10.
multitudo præceptorum Cæremonialium an fuerit occaſio peccandi, &c. 466. 25.
menſura arctitudinis legis Euangelica ad vitam cognoſcitur, & varijs ſequentibus, 484.11.
mandata Eccleſia comparantur Diuinis, 486.17.18.
mutatio illa qua homo ex ſtatu peccati in ſtatu gratiæ, & adoptionis filiorum Dei vocatur apud Theologos iuſtificatio, 533.1.
Iuſtificare in ſacra ſcriptura tripliciter vſurpatur, 533.2.
Motus fidei infusè à Deo, vel aquiſitæ ex reuelatione Dei eſt ſimpliciter neceſ-

-ſarius ad adoptiuam iuſtificationem Impij, 536.10.12.
meritum optimè definitur à Doctore, 545.5.6.
meritum duplex de condigno, & de congruo, & conditiones ad meritum de condigno requiſitæ quæ non ſint, &c. 546.7.
meritum pendat ab acceptione Diuina, ibidem 8.9.10.
meritum de congruo non caret omnino pacto Diuinæ Miſericordiæ, quamuis careat pacto Diuinæ Iuſtitiæ, 547.11.
meritum attritionis datur neceſſaria diſpoſitio, & meritum de congruo ad remiſſionem peccatorum dummodo procedat ex auxilio Dei, 547.11.12.&13.
Maiores, & minores in Eccleſia inæqualiter tenentur ad credendum omnia quæ ſunt de ſubſtantia fidei, 567.47.
Maiores curam Animarum exercentes omnia tenentur explicitè credere, 567.48.
maiores ad actum confeſſionis quando tenentur, 578.56.
multis modis contingit, vt aliquis non ſuſcipiat fidem neque credat, &c. 589.52.
mentiuntur turpiter Hæretici Papā tyrranicè occupaſſe poteſtatem ſuper totam Eccleſiam, 631.93.
m. x ma pars eorum quę ſunt in Concilijs ad fidem non pertinent, 626.76.
multi ſunt à multis traditæ definitionis Sacramenti, ſed Scoti inter alias nobis magis placet quæ eſt, 690.8.
materiæ, & formæ Sacramentorum nouæ legis ſunt determinatæ ex inſtitutione Christi, 691.10.
mutatio ſubſtantialis materiæ remotæ in quolibet Sacramentò tollit valorem Sacramenti, 692.11.
Magiſter ſententiarum cum comuni Theologorum ſententia docet Sacramenta cauſare gratiam, 696.33.
Miniſter eſt cauſa moralis tamen effectuū Sacramentorum, 699.35.
Non conſentiens, nec diſſentiens, ſed neutro modo ſe habens ſi adultus non eſt capax Sacramenti, 701.41.
Matrimonium eſt ſimpliciter neceſſarium comunitati, 714.4.
materia Baptiſmi rèmoti eſt aqua propinqua verò eſt illa paſſiua ablutio, 716.11.
materia remota eſſentialis Sacramenti confirmationis eſt Chriſma mixtum ex oleo, & balſamo ab Epiſcopo conſecratum, 733.5.
materia proxima confirmationis eſt Vnctio facta in fronte in figura Crucis, 734.7.
magna Hæreticorum iniquitas, & perfidia circa ſacrificium Euchariſticum, 743.1.
Miſſæ ſacrificium eſſe verum ſacrificium ſecundum ſenſum eccleſiam catholicam 753.30.
Miſſæ ſacrificium quod Chriſtus inſtituit in vltima Cœna inſtituit partim conuenit cum ſacrificio *cruento partim ab* eo diſcrepat, 754.28.
miniſter, & aliæ particulæ Miſſæ declarantur, 759.48 49.50.51.52.53.54.55.56.57.58.59.
materia ex qua confici debet corpus Chriſti eſt panis iuxta inſtitutionem Chriſti Mat.26. 763.61.
ſiue Azimus, ſiue fermentatus, ibidem.
materia ex qua debet confici ſanguis Chriſti neceſſario eſſe debet vinum vitis ibi non acetum n.62.
In illo debet parum aquæ miſceri ibi proſequatur declaratio myſteriorum Miſſæ, 765.67.68.69.70.71.72.73.74.75.76.77.78.79.80,82.83.84.
materia remota Euchariſtiæ non habet terminum in magnitudine, &c. 776.16.
motus in quantitate Euchariſtiæ per rarefactionem fit ab Agente creato, 795.73.
materia remota, & propinqua Sacramenti pœnitentiæ, 809.23.25.
merita mortificata per lapſum iuſti hominis in reconciliaturæ viuificata numquam

quam redeunt minora,ſed æqualia, vel eadem immò aliquando maiora, 813. 40.
mulieres ſunt incapaces ordinis Eccleſiaſtici,cuiuſcumque, & ſi ordinentur nihil recipiunt,826.15.
matrimonij Sacramentum plura includit tractanda 1.ſponſalia Matrimonium,ſecundum ſe quoad materiam formam miniſtrum,& inſtitutionem,3.de cauſa efficiente,qui eſt conſenſus 4.de vnitate Matrimonij 5.de firmitate,ſeu indiſſolubilitate cui opponitur repudium, 6.de bonis Matrimonij, nempè de fide coniugum in cohabitatione cui opponitur diuortium, & de fide coniugum in reddendum debitum 6.de prole educanda, & de filijs illegitimis 7. de impedimenti Matrimonij,832.1.
matrimonium non conſiſtit eſſentialiter in contractu, ſed conſiſtit in vinculo, quod eſt inter mares, & fœminas ortum ex mutua traditione corporum, 834. 9.
matrimonium contractum à quocumque, ſiue fideli, ſiue infideli, ſiue Iudæo, ſiue Pagano cum explicito pacto repudij,ſiue ſolutionis vinculi eſt ipſo facto nullum, 838.20.
matrimonium Infidelium licet ſit verus contractus tamen non eſt verum Sacramentum, 839.23.
matrimonij magna, & oneroſa obligatio inter coniuges. 848.49.
moriendi neceſſitate oſtenditur clara, & manifeſta 859.2.
In morte corporali Anima ſeparatur à corpore ſicque ſeparata perſeuerat immortalis eſt de fide Scotus cum tota Catholica Eccleſia 860.3.
Ideò eſt indemonſtrabilis oſtenditur tamen varijs rationibus contra Epicurreos, & alios irrationabiliter negantes ibidem n.4.5 6.7.8.
Mundus poſt iudicium diſſoluetur, ſiue deſtruetur eſt de fide, &c. 897.26.& 27.
Multis modis concipi poteſt Deum menti noſtræ yniri.
Primus modus 912.33.
Secundus modus, ibidem.
Tertius modus, 913.34.
Quartus modus, 913.35.

N

NEſcientia Ignorantia, & error differunt inter ſe, 16.9.
An concedantur in Adamo ante pèccatũ, ibidem.
Nubes in ſacris, vel duplex eſt, vel vna habens duplex officium 28.13.
Alio nomine dicitur columna, ibidem.
Nubes hæc vbi poſita, ibidem.
Nubes quomodo ſimilis alijs nubibus, & quomodo diſſimilis, ibidem.
Hæc nubes dicebatur nubes Dei, &c. 29. 14.
Non eſt indecorum vt in ſomno Deus arcana ſua hominibus reuelet, 32.20.
Nomine vocis in ſcripturis venit etiam ſonitus,& ſtrepitus,40.37.
Nequitia hominum longa, & conſumata fuit cauſa diluuij,61.1.
Noemus quo gratia Deo, & hominibus odioſior, 62.4.
Noemus intrepidus pro hominum ſalute, 62.6.
Noemo Deus dictat Archam mirabilem inter opera Diuina 63.7.8.
Noemus incaſſum hortabatur impios ad pœnitentiam, & fuit puntualiſſimus executor mandatorum Dei, 65.13.
Nauigium incredibilis magnitudinis, 65. 15.
Noemi circa oſſa Adæ 67.19.
Notitia practica quomodo concedatur in Intellectu Diuino, 101.18.
Nomine actionis humanæ venit operatio, & eius ommiſſio 106.1.
Humana actio poteſt habere octo eſſe diſtincta, & non incidentia, 106.2. & 3.
Nullus homo de rigore licitè habet dominium in ſuam vitam 167.21.
Nulla eſt Cauſa efficiens peccato Originalis, ſed deficiens, & quidem triplex, 192.14.

Nouem gradus voluntarij, 211.13.& 14.
Nullum fuit meritum de condigno Dominicæ Incarnationis, 215.5.
Neque meritum de congruo, 215.6.
Nomina communia Philoſophis, & Theologis, 254.12.13.
Natura Angelica eſt aſſumptilis à Verbo 285.3.4.5.
Non poteſt aſſumi humanitas quin aſſumantur ſimul Anima, & Corpus, 290.16.
Natura irrationalis ſi aſſumeretur à Verbo probabiliter perſonaretur etiam in eo, 294.26.
Neſtorius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus fuit Primus, qui Chriſto Diuinitatem pænitus ſurriperet 310.2. & conſequenter Mariam Virg. negauit eſſe Matre Dei, ibidem.
Non admittitur erronea opinio Origenis dicetis, quod Chriſtus redemerit reprobos Angelos immò reprobatur, 352.12.
natura humana in Chriſto non habet propriam ſubſiſtentiam 369.23.
non fuit neceſſarium, & abſolute ſimpliciter, quod genus humanum repararetur per paſſionem & mortem Chriſto, 409.41.
non fuit neceſſarium ſimpliciter, & abſolutè quod genus humanum lapſum repararetur, 410.2.3.
nolitio Chriſti peccatorum aliorum hominum an fuerit abſolutè, vel conditionata, 421.31.
Nubes Aſcenſionis Chriſti in Cęlum fuit vera nubes glorioſa quam Chriſtus nō detulit in Cœlum, 448.8.
nouus homo nouitatum omnium veteris Teſtamenti adueniente nouo Teſtamento fuit finis, 496.23.
nihil eſt abſolutè, & ſimpliciter adorandum eſt de quo non habetur certitudo fidei, 506.11.
Sacramentum Euchariſtiæ, vt eſt viſibile eſt adorandum Latria, 506.12.
Nomen Ieſus admirabile, & vndique laudabile, 511.25.
Nomen Ieſus alia Meſſiæ nomina complectitur, 511.26.27.
Nomen Ieſus nobiſcum in tribulatione noſtra, 512.28.
Nomen Ieſu à maximo Dei opere ductum, 512.29.
Nomen Ieſus ſupra caput moriens habuit Chriſtus, 514.33.
Nomen Ieſus eſt nomen miſericordiæ, & amoris, 514.34.
Nomen Ieſus in ſolum Deum quadrat, 515.36.
Nullus certè ſcire poteſt in hac vita ſe gratiam conſecutum, 532.45.
non eſt naturaliter ſcitum, vel ſibile demonſtratiuè à priori, vel à poſteriori habitum fidei ſupernaturalem dari à Deo infuſum regulariter neceſſarium ad conſtituendum hominem fidelem, 553.11.12.
neceſſitas habitus fidei à Deo infuſi ad conſtituendum fidelem non eſt naturalis, 556.14.15.
neceſſitas credendi aliquid *ſupra naturalem* in ordine *ad ſalutem*, neque eſt naturalis medij, neque naturalis præcepti, 566.43.
non eſt neceſſarium credere, quæ poſſunt à priori demonſtrari ratione naturali, 566.45.
naturale lumen ſaltem per non repugnantiam negatiuè verè demonſtrat Deum poſſe humani per auditum ex fide aliquid ſibi occultum reuelare, 572.3.
neceſſaria ad ſalutem ſunt in triplici differentia 589.1.
neceſſarium fuit pro omni ſtatu habere actum implicitum de omnibus, &c. 591.7.
non leuiter, ſed prudenter credendum, 601.1.2.
notabilia varia, & pulchrà de communi conſenſu Doctorum in rebus fidei, 614 40.41.42.43.44 45.
nationalia concilia quæ? 618.53.
non omnia quæ probantur à Papa, vel à Concilio plenario ſunt de fide, 626,78.

no-

notanda ſunt ſequentia de Spe, 650.3.
nulli dubium actum elicitum à ſperante exiſtente in gratia, & charitate eſſe meritorum ſe condigno, 653.23.
negamus abſolutè in Patria dari habitum otioſum, & infructuoſum, 654.26.
non eſt dubitandum præſumptionem circa Deum beatificè attingendum, ſiue proprijs viribus, ſiue ſine proprijs meritis peccatum eſſe mortiferum, 656.30.
non deſunt aſſerentes naturam Intellectualem amore naturali magis inclinari ad propriam dilectionem, quam ad dilectionem Dei, ita D. Bonau. & Albertus Magnus, ſed contrarij D. Th. & Scotus, 669.6.
Neceſſitas baptiſmi in paruulis poteſt ſuppleri per Martyrium in odium fidei 721.26.
nulli Miniſtro, ſiue ex officio, ſiue non licet iterum baptizare ritè baptizatum eſt de fide, 727.45.
non poſſunt plures Sacerdotes, nec licitè, nec validè miniſtrare ſacram vnctionem, vt vnus materiam adhibeat alius formam, 740.26.
nomine reliquiarum peccatorum quid intelligatur, 743.34.
Noe ſacrificium poſt Diluuium, &c. 747.13.
non poteſt Agens creatum idem corpus ponere in pluribus locis, 784.41.
nullus Intellectus viatoris operans dependenter a ſenſibus poteſt intuitiuè cognoſcere, ſeu videre Chriſtum in Euchariſtia exiſtentem, 791.61.
non omnis mutatio ſecundum qualitatem requirit deſtructionem Euchariſtiæ, 794.71
non poteſt comunicari virtus Phyſica inſtrumentalis tranſubſtantiandi inſtrumentaliter, 782.35.
nunquam fuit nec modo eſt præceptum Diuinum, aut Eccleſiaſticum de comunione ſub vtraque ſpecie, 799.83.
nullum eſt peccatum viatorum irremiſſibile, 813.33.
non omnis Sacerdos poteſt licitè diſpenſare Euchariſtiam, 798. 81.
nulli ordinato in ſacris incipiendo à Subdiaconatu vſque ad Epiſcopatum licitum eſt contrahere matrimonium, ſiue Græcus, ſiue Latinus, 827. 17.
non competit Imperatori, aut alijs Principibus, aut Magiſtratibus ſæcularibus 831.27.
negarunt olim multi Hæretici matrimon. eſſe licitum, & bonum 835.10.
Nomen ſponſalium ſumitur tripliciter, 832. 1.
nemo abſque Dei reuelatione ſe ſcire poteſt an illa Anima cui datur ſuffragium per illud liberetur totaliter, neque quantum de eius pœna diminuatur, ſed hoc ſoli Deo notum eſt, & eidem Animæ, 872.16.
nomine ſanctorum veteris Teſtamenti certum eſt fuiſſe illos omnes, qui nihil habebant expiandum in Purgatorio ſpecialiter ab Eccleſiaſt. cap. 4. & ſeq. 876.23.
Non tantum reproborum malas opera, ſed etiam bona opera in die Iudicij erunt omnibus manifeſtas, 893. 15.
Nec conceditur lumen gloriæ dare Intellectui tota actiuitatem neceſſariam ad cauſandam viſionem Beatam, ſed à Deo ſuppleri poteſt, 918.49.
Nulla anima eſt creabilis quacumque potentia Diuina etiam abſoluta cum adeò perfecto intellectu, vt videre poſſit Deum ex ſuis naturalibus abſque aliquo ſaltem extrinſeco ſupernaturali adiutorio, 918.51.
Non implicat quin abſolutè ab aliquo intellectu videri poſſit Deus, ſecundum eſſentiam, & non ſecundam perſonas, 919 14.
Non eſt improbabile, quod videant de facto, vel omnia vel multa ex indiuiduis talium ſpecies, quæ facta ſunt, vel facienda, 920.56.
Non tamen cum Stoicis ſentimus ſummum hominis bonum in virtute conſiſtere, & in ſuis functionibus, 926. 74.
Notandæ ſunt ſequentes cauſæ cur Sancti

cti Angeli præ cæteris Beatorum ordinibus ſummæ venerandi, 929.4.
Non tantum licitum eſt venerari Imagines in Eccleſia, ſed eſt valdè vtile, 935.20.
Non eſt ergo Idolatriam exercere adorare Imagines, 935.21.

O

Opinio falſa Caietani de Serpente tentante Euam in Paradiſo terreſtri, 1.2.
Opinio Ioſeph Hebræi circa loquelam Serpentis in tentatione Euæ, 1.4.
Omnes homines in Adam vnus homo, 1.2.3.
Oculi Adam, & Euæ non corporales, ſed intellectuales aperti ſunt poſt peccatum, 9.18.
Ordo conſumationis tentationis, & conſenſus Euæ, 10.20.
Ordo peccatorum Euæ ſecundum Ricardum, 11.23.
Octo modis locutus eſt Deus ad mortales, 28.12.
Ornamenta Summi Sacerdotis in veteri teſtamento octo erant, 31.17.
Octo eſſe diſtincta poteſt habere actio humana, 106 2.3.
Obiectum materiale prudentiæ duplex proximum,& remotum, 156.15.
Occupatio primus titulus aquirendi dominium, 165.18.
Omnia terrena,& omnia Animantia poſſunt cadere ſub dominium hominis, 166.20.
Obiectum materiale, & formale iuſtitiæ commutatiuæ quæ ſint, 167.22.
Obiectum materiale, & formale iuſtitiæ diſtributiuæ 171.30 31.
Ornatus eſt virtus habens oppoſita vitia 185.16.
Oculorum, & aurium voluptates coercendæ ſunt per aliquam temperantiæ ſpeciem, 185.16.
Omnia vitia, & peccata quomodo ſunt contra naturam rationalem, 199.7.
Ordo actuum Diuini Intellectus,& diuinæ voluntatis ad extra 243.18.
Ordine dignitatis Verbum aſſumpſit carnem mediante Anima, ita Scotus 284. 14.15.
Obiectiones Hæreticorum contra Virginitatem Virginis Mariæ ſoluuntur, 316.14.18.
Organizatio corporis Chriſti Animatio, & vnio hypoſtatica fuerunt in eodem inſtanti temporis, 336.16.
Oblocutiones Hæreticorum contra ſtatum Religioſum, & Monaſticum, 384. 2.3.4.5.6.
Omne auxilium gratiæ excitantis, & adiuuantis quod datur homini eſſe diſponat ad gratiam à prima vocatione vſque ad diſpoſitionem vltimam eſt effectus meritorum Chriſti, &c. 406. 32.
Omnia gratiæ auxilia, quæ conferuntur hominibus iuſtificatis effectus ſunt meritorum Chriſti, 406.33.
Obiectum Chriſti meritum fuit totali cauſa meritoria aperitionis Ianuæ Cœleſtis, 407.34.
Obiectum naturaliter diſconueniens, & triſtè appetitui ſenſitiuo eſt etiam tale voluntate propter colligantiam, 418. 24.
Omnia Cæremonialia nouæ legis, quæ ſunt 7. Sacramenta conferrant gratiam ex opere operato, ibidem.
Obiectiones de lege noua veteri diluantur, ibidem.
Operari vitioſè eſt valdè facilè, &c. 485. 13.
Obiectiones contra prerogatiuas nouæ legis ſuper veterem diluuntur, 489.2. 4.6.10.
Opus puri hominis ſuper erogationis factum ſub auxilio Diuino eſt de congruo ſatisfactorium pro culpis remittendis,& aliorum bonorum, ibid.
Opus indebitum Deo meretur de congruo gratiam ſanctificantem ſi tale opus &c. ibidem.
Obiectum ad intellectum ſe habet tripliciter, ibidem.
Obiectum primum materialiter credendum

dum eſt ipſemet Deus, 581. 31.
Obiectum fidei eſt aliquod ſimplex, ſiue incomplexum, 583.37.
Obiectum fidei vt recipitur in nobis eſt aliquod complexum per modum enúciandi, 584.38.
Oportet credibilia à nobis de neceſſitate ſalutis diſtinguere incertos ac determinatos articulos, 584.40.
Oportet hominem cognoſcere probabilitatem noſtræ fidei, 588.50.
Omni tempore, & ſtatu, ſiue integræ, ſiue lapſæ naturæ neceſſe fuit omnibus habere fidem explicitam, iſta duo D. Pauli Hebræorum 11. quod Deus eſt, & quod ſit Inquirentium ſe remuneratio-nem, 595.17.
Omnis Chriſtianus cuiuſcumque ſtatus, & conditionis tenetur explicitæ credere præcipuos articulos Diuinitatis, & humanitatis Chriſti, 597.21.
Omnis Chriſtianus expreſsè de neceſſitate ſalutis à principio mundi credere vnam ſemper Eccleſiam fuiſſe Chriſti viſibilem viſibile habentem caput, 597. 22.
Ob eandem cauſam de malo in peius procedentes antiquas Hæreſes olim ab Eccleſia Catholica damnatas renouant, 647.26.
Omnis homo tenetur ex charitate Theologica plus diligere Patrem, & Matrem, quam propriam vxorem cæteris paribus, 687.49.
Neceſſitas diſtinguitur à neceſſitate ſecundum quid, 714.5.
Omnes tenentur ad Baptiſmum, 724. 36.
Etiam ſi eſſet in termino gratiæ, &c. ibidem.
Omnis homo baptizatus eſt capax Sacramenti confirm. 735. 10.
Omnis Sacerdos ſiue habet iuriſdictionem in populos, ſiue non validè miniſtrat extremam vnctionem, 740.25.
Oblatio, & mors Chriſti in Cruce fuit verum ſacrificium, 752.26.
Miſſæ ſacrificium quibus prodeſt, 755. 41.
Omnis actio immanens Animæ Chriſti, ſcilicet intellectio, & volitio, quæ ineſt ei in Cœlo ineſt ei in Euchariſtia 788.52.
Omnis, & tota ſubſtantia, quæ ex accidentibus Sacramenti producitur de facto à Deo immediatè producitur, 793.68.
Omnes qualitates Euchariſtiæ poſſunt deſtrui ab agente creato 795.74.
Opus bonum ad ſatisfaciendum pro peccatis eſt triplex oratio Ieſum, & eleemoſ. ibidem.
Omnium ordinum materia eſt duplex propinqua, & remota eſt res materialis, quæ traditur ordinato tangenda facta phyſico, vel morali ſaltem, materia propinqua eſt traditio ipſa forma ordines, ſiue ordinationi ſunt verba, quę miniſter profert dum ordinando materiam propinquam porrigit tangenda, 821.4.5.6.7.8.9.10.
Obligatio continendi in ordinato in ſacro Ordine non oritur ex vi Ordinis, ſed oritur ex vi voti, ſeu profeſſione, 818. 19.
Hæc obligatione continendi ex voto, ſine ordine ſacro non eſt obſeruata impoſſibilis ſacrilega, aut peſtifera, 819.20.
Hæretici negantes Summi Pontificis noſtri, & multa obijciunt, quæ tamen &c. 829.22.23.24.25.
Omnia ſuffragia dum fiunt Animabus Purgatorij à perſonis priuatis ex iſtentibus in gratia, ſiue etiamſi in peccato mortali, & proprio nomine certum eſt quod pro ſunt per modum ſatisfactionis, 871.13.
Animæ exiſtentes in Lymbo, & in Purgatorio erant pro exiſtentibus in Mundo quorum neceſſitas poſſunt iure, & cognoſcitur ex reuelatione Diuina non colloquio Angelorum 3. ex relatione Animarum, quæ quotidiè ex hac vita commigrauit ad illos 875.24.
Omnes partes, quæ erant neceſſariæ ad formandum humanum organum ſine quibus Anima non poterat informa-

re

re reſurgent eſt communis de fide, 883.14.
Omnes homines, ſiue electi, ſiue Reprobi reſurgent ſimul ne dum in eadem hora, ſed in eodem paruo temporis momento eſt de fide, 884.19.
Omnes in proprio ſeu eſſe Reſurrecturos in ſexu fæmineo mulieres veriſſimum eſt, & fideliter confitendum mares, & fæminas in proprio ſexu reſurgere debere, 885.20.21.
Omnes mortui reſurgent in ætate 30. vel 33. annorum, 886.23.
Omnes reſurgentes reſurgent cum ſuis corporibus integris, & incorruptibilibus eſt de fide, & communi, ibidem 24.
Omnia opera omnium hominum, ſiue interna, ſiue externa, ſiue electi, ſiue Reprobi aperientur, & examinabuntur, tam commiſſa, quam omiſſa in Iudicio eſt de fide, 693.14.
Obiectum primarium, & eſſentiale Beatitudinis eſſe Deus ipſe obiectiuè pręſens eſt de fide 919.53.
Obiectum fruitionis in comuni præſcindendis ab ordinata, & inordinata, eſt bonum quod habet rationem vltimi finis ſiue realis, & veri, ſiue apparentis, vel præſtituti, 922.92.
Omnes perfectiones quas Beati habuerunt in via retinent in Patria dummodò illi ſtatui non repugnent, 925.71.

P

Peccatum Adæ quomodo fuit, & non fuit ex ignorantia 15.8.
Peccatum primorum parentum ex ſacra ſcriptura expreſsè fuit Gulæ, & inobedientiæ, 16.11.
Peccatum 1. Adæ fuit inordinatus amor ſuæ vxoris, 18.14.
Peccatum Adæ, & Euæ ſecundum ſpeciem non fuit grauiſſimum, ſed ſolum ex circumſtantia peſſima conſequentè, 19.15.
Peccatum Euæ grauius fuit ſecundum ſe, peccatum verò Adæ fuit grauius ex maiori ingratitudine, & inobedientia, 19.16.
Peccata Adæ, & Euæ ſe habuerunt ſecundum excedens, & exceſſum, ibidem.
Peccatum Euæ nocuit tantum ſibi peccatum verò Adæ, & ſibi, & omnibus ex eo deſcendentibus, 19.17.
Perfectum copulæ deſiderium duo importat, 22.22.
Non fuit in primis parentibus, & quare, ibidem.
Pœnalitates Euæ explicantur, &c. 48. 7. & 8.
Potentiæ cognitiuę correſpondi potentia appetitiua, 73.11.
Philoſophi antiqui traditi à Deo in paſſiones ignominiæ, 75.15.
Principia practica ſiue moralia quid ſint, 76. 2.
Poſſeſſio iuuat ferè in omnibus controuerſijs moralibus 84.19.
Pars tutior ex nonnullis Reguli dignoſcitur 85.20.
Proportio duplex, 88 3.
Peccatores obſtinati tenentur conformari voluntati Diuinæ 91.12.
Peccans mortaliter non tenetur velle, quod Deus ſibi ſubtrahat gratiam, 91. 13.
Paſſiones ſanctorum poſſumus velle, & nolle, 92.14.
Præcepta Decalogi quomodo Indiſpenſabilia, & diſpenſabilia variant Diuus Thomas, & Scotus, 101.19. & Pag. 102 20.21.22.
Paſſiones principales ſunt quattuor, 121. 13.
Paſſiones ſunt Vndecim 6. in concupiſcibili, & 5. irraſcibili, earum obiecta, & ordo ibidem, & 5.14.
Potentiæ concupiſcibilis, & irraſcibilis ſunt in appetitu ſenſitiuo, 121.15.
Potentiæ concupiſcibilis, & irraſcibilis reperiuntur etiam in appetitu rationali, ibidem, & Pag. 122.5.16.
Paſſiones ſecundas antecedentes, & conſequentes, & quæ tollunt volun-

tarium, 112. 17. & 123. 18.
Paſſiones quomodo moderantur, 148. 17. & 18.
Prudentiæ nomen multiplex, & eius neceſſitas, 149.1.
Prudentia propriè quid ſit, 150.2.
Prudentia Chriſtiana (de qua hic) &c. 150.3.
Prudentia habitualis ordinis naturalis quomodo conueniat cum alijs virtutibus moralibus, 151.5.
Prudentia Chriſtiana non ineſt homini à natura, ibidem.
Prudentia quomodo reperitur in aliquibus ſimplicioribus à natura, 152.6.
Prudentia habitualis, neque paruulis eſt neceſſaria ad ſalutem, neque adultis, 152.7.
Prudentia quomodo eſt neceſſaria ad ſalutem, 152.7.
Prudentia præcipit executione quomodo intelligendum 154.11.
Partes prudentiæ ſunt in triplici differentia, 155.12.
Prudentia in partes ſubiectiuos, 155. 13.
Prudentia in partes potentiales, 156. 14.
Peccata per exceſſum oppoſita prudentiæ, 157.17.
Poſſeſſio duplex, ibidem.
Præſcriptio 4. titulus aquirendi Dominium, 166.19.
Pacti nudi effectus 168.23.
Pluribus modis ſiue cauſis poteſt obligari ad reſtitutionem, 170.29.
Patientia, quid propriè ſignificet, 175. 10.
Perſeuerantia, quid ſignificet, &c. 176. 11.
Peccatum originale vndè ortum, 189.8. ſola reuelatione Diuina ſcitur in Eccleſia, ibidem.
Peccatum accipitur tripliciter, 190. 9. conſtat ex ſacra ſcript. 190.10.
Pluribus nominibus appellatur, & vndè, 190.11.
Peccatum originale quid ſit, &c. 191. 12.
Peccatum originale non infligitur à carne infecta, 194.18.
Peccatum originale eſt mors Animæ ſecundum Concilium Tridentinum, & quare 196.22.
Peccati natura difficilis inueſtigata, 196.1.
Peccatum quid ſit, & eius varia nomina, ibidem, & num.2.
Peccatum quomodo in actu 1. eſt carentia rectitudinis, 199.6.
Peccatum eo ipſo quod eſt contra rationem humanam eſt etiam contra Deum 200.8.
Peccatores Diuiſiones variæ 200.10. & Pag.101.11.
Peccata quomodo ſeparabilia, & inſeparabilia, 201.12.
Peccata aliqua eſſe omnino irremiſſibilia quomodo intelligendum contra Armenos, 203.18.
Peccatum actuale pro materiali habet cauſam efficientem, ſed pro formali habet cauſam deficientem, 206.1.
Peccatum pro materialis eſt à Deo quare non etiam pro formali, 209.9.
Peccata mortalia non ſunt æqualia, 212. 16.
Plenitudo temporis ſecundum Apoſtolum quid ſit, 215.4.
Patres Antiqui de congruo meruerunt executionem Incarnationis, & circumſtantiarum temporis loci, & perſonæ, 216.7.
Petrus Galatinus, quid dicat de Chriſto, 224.6.
Pœnæ plurimæ Iudæorum negantium actualem Meſſiæ Aduentum, &c. 234. 32.
Prædeſtinatio quid ſit, 237.1.2.
Prædeſtinatus eſt Chriſtus Dominus in quantum vt eſſet Filius Dei naturalis, 238.5.
Declaratur Diuus Paulus Roman. primo, 239.6.
Prædeſtinatio propriè conuenit naturæ humanæ Chriſti ad hoc vt vniretur hypoſtaticè Verbo Diuino 248.9.
Prædeſtinatio Chriſti tum ad gratiam, &

Mmmm glo-

gloriam, tum ad vnionem hypoſtaticam non præceſſit in aliquo priori intentione Diuina quamcumque aliam prædeſtinationem Creaturarum, 247. 18.
Primum Diuini Intellectus, & Diuinæ voluntatis qua ſe voluit comunicare Creaturis fuit Myſterium Dominicæ, 244.20.21.
Prædeſtinatio Chriſti prima in ſe, & cauſa meritoria noſtræ æternæ prædeſtinationis, 244.22.
Proportio multiplex, 253.7.8.
Perſona ſecundum Boetium, quid ſit 255. 14.
Perſona quid dicat vltra naturam ſingularem Thomiſtæ addunt aliquod poſitiuum, 256.16.17.
Scotiſtæ addunt tantum duplicem negationem comunicationis vt quo, & vt quod 256.18.
Poſſibilitas vnionis hypoſtaticè, non poteſt euidenter demonſtrari, 258. 23.
Nec rationes in oppoſitum adductas eſſe falſa, 259.24.
Patres vt aliqualiter declarent hoc ineffabile miſterium vtuntur exemplis deductis ex rebus creatis, & ſenſibilibus 266.5.6.7.8.9.10.11.12.
Pater, & ſpiritus non poſſunt dici homo ratione vnionis humanitatis ad Diuinitatem, 276.6.
Pater, & ſpiritus ſanctus æquè poſſunt aſſumere humanam naturam ſicut filius, 276.7.8.
Plures perſonæ non poſſunt aſſumere ſimul eandem naturam humanam, 278. 13.14.15.16.17.18.
Perſona vna, & eadem poteſt ſimul plures naturas aſſumere, 280. 19. 20. & 21.
Perſona humana non fuit aſſumpta à Verbo ſic contra Hæreticos ſentit tota Eccleſia Catholica vniuerſaliter, 28.12.
Pater non ſolum concurrit actiuè ad generationem Prolis, vt vult D. Thomas cum alijs, 312. 8.
Plenitudo gratiæ multipliciter dicitur 323.13.14.
Probabile eſt quod Anima Chriſti videat in Verbo omnia, quæ videt Verbum actualiter etiam infinita 340.8.
Probabiliſſimum eſt quod Intellectus Chriſti videat omnia habitualiter, ibidem.
Perfectiones voluntates Animæ Chriſti generaliter loquendo ſunt duæ, 345.1.
Intrinſeca, & extrinſeca, intrinſeca triplex, ibidem.
Perfectio eſt extrinſeca eſt gratia Chriſti à Deo creata, & infuſa 347.5.
Proceſſus ſecundum ad materiam, & ad formam, 348.9.
Proprium eſt Chriſto, & non alteri Perſonæ Diuinæ eſſe caput Eccleſiæ, 357. 10.
Probabiliſſimum eſt Chriſtum Dominum meruiſſe ſanctis Angelis gratiam, & gloriam illiſque datas fuiſse merito ipſius præuiſo, 358.12.13.14.
prædicta aliqua in *Diuinis quomodo* verificantur 371.27.28.
propoſitiones deincipit in Diuinis ſunt falſæ, 372.30.
prerogatiuæ Ioannis Baptiſtæ, 375.7.8. 9.10.11.
portis duplex, & quid ſit, 411.5.
poſito obiecto ex natura ſua diſconueniente voluntati obiectum cauſabit triſtitiam in voluntate licet voluntas non habeat circa illum actum liberè nolendi, 417.23.
portio ſuperior largè accepta de tribus poſset triſtari, 420.29.
pati, & mori in Chriſto *partim fuit* naturale partim ſupernaturale, & miraculoſum, 426.44.
Pilatus agnoſcens Ieſum verè Innocentem varijs modis niſus eſt eum liber verè, ſed rabia Iudæorum ad actus debuit eum condemnare 432 6.
Pilatus Ieſum iubet directum flagellari, ibidem.
Populo Iudæorum à Deo datæ fuit Lex, vetus ipſum ſolum obligans de neceſſi-

ceſſitate ſalutis , 462. 14.
Non ex meritis, ſed ex promiſſione Abrahæ, 462. 14.
præcepta Cæremonialia rationabiliter à Deo inſtituta, 467. 29.
poſt peccatum Adæ indiguit remedio contra peccatum originale, quod ex Scoto ſtatim accepit, 468. 30.
prærogatiuæ legis Euangelicæ ſuper legem Moyſis, ibidem.
Populus Iſraelis vtroque Regno, & libertate perpetuo priuatur, 496. 20. & 21.
præceptum Chriſti, & eius ſanguis de corpore eius in Cruce fluens ſi conſeruantur Latria Analogica ſunt adoranda, 506. 13.
Pater æternus habita conſideratione eximij officij Saluatoris Chriſto à ſalute nomen dedit, 513. 31.
per abſolutam Dei potentiam poteſt impius iuſtificari ſine infuſione inherentis gratię, 538. 17.
per abſolutam potentiam Dei poteſt Homo per habitum gratiæ manere ad Deum meritoriè in actu primo, 541. 24.
Pelagiani dictum non ſequitur ad attritionem in Impio iuſtificando neceſſariam diſpoſitionem ad remiſſionem peccatorum, 548. 14.
perſeuerantiam in bonis operibus in hac mortali vita ſequitur retributio præmij in æterna vita, 550. 19.
Prima gratia efficaciter diſponens, & prima iuſtificans, & augmentum eius cadit ſub merito de condigno Chriſti, 551. 21.
per actus fidei infuſæ producitur habitus fidei aquiſitæ, & idem iudicandum de Spe, & Charitate, 564. 26.
poteſt Deus nobis loqui per ſigna ſenſibilia, 572. 4.
prædicta neceſſitas fidei explicitè Myſterij Trinitatis poſt ſufficientem promulgationem Euangelij non eſt ſolum præcepti, ſed etiam tot neceſſitas medij, 593. 11.
poſt lapſum hominis fuit credita neceſſarium Deum eſſe placabilem, &c. 595. 16.
propoſitio credibilium ad credendum de neceſſitate ſalutis in Chriſtiana Religione, 601. 3.
primitiua Eccleſia prout in ſe continebat Ieſum Chriſtum, & Apoſtolum erat maiores Auctoritatis, quam Scriptura Sacra, 615. 46.
peccatores fideles ſunt vera membra eccleſiæ, 602. 6.
præſens Eccleſia tantæ eſt auctoritatis ad diffiniendum res fidei, vt primitiua Eccleſia, quæ comprehendebat Apoſtolos, & Euangeliſtas 619. 47.
pro Concilia quæ, 618. 53.
Primatum Petro in ſcripturis datum ad ſucceſſores eius in Romana Eccleſia perueniſſe ex eiſdem ſcripturis probant Patres, 632. 96.
Quando Papa loquitur, vt Doctor poteſt errare, 633. 99.
Papa non poteſt errare circa mores definiendos, 634. 101.
Pontifex Romanus ordinat, quæ ſunt fidei Catholicè vt ab omnibus de fide teneatur, 634. 102. 103.
Papa non poteſt errare approbando Religionis in quibus ſolemniter profitetur, 635. 106.
Papa ſimpliciter eſt ſupra Concilium legitimè congregatum, ibidem.
Papa Hæreticus mentalis, ſiue occultus non eſt ipſo facto depoſitus, &c. 638. 113.
Papa notoriè Hęreticus eſt Iure Diuino depoſitus, 638. 114.
Petrus conſtitutus Vicarius Chriſti exercuit hunc ſupremam poteſtatem multis modis, & multis vicibus, 629. 88. & 89.
Paulus poſt Annus 3. prædicationis venit Hieroſolymam videre Petrum, 630. 90.
Poteſt vnuſquiſque, & tenetur de neceſſitate ſalutis alteri proximo efficaciter ſub Spe Theologica æternam Beatitudinem ſperare 654. 24.
Spes Theologica virtus in ſola voluntate hu-

humana ſubiectatur ſecundum affectionem comodi, 654.25.
Præcepta de Spe Theologica ſunt præciſè ſupernaturalia ex ſola Diuina reuelationem nota, 656.32.
per abſolutam Dei potentiam tantum poteſt phificè diminui; ibid.
præceptum de diligendo Deo ſuper omnia intelligendum eſt, tam extenſiuè, quàm intenſiuè, 671.13.
præceptum hac de diligendo Deo ſuper omnia quomodo nos obligat, ibidem num. 14.
præceptum ex parte eſt affirmatiua, & ex parte negatiuam, ibidem n. 15.
præceptum hoc impleri poteſt perfectè, ibidem n. 16.
pro intelligenti Concilij in hoc loco notandum eſt, 673.18.19.20.
pro clara dictorum, & dicendorum notitia obſeruandum eſt, 674.22.
proximus ſecundum ſe eſt ſubiectum Charitatis Materiale extrinſecum ſecundarium per accidens remotum, 675.24.
peccatores in quantum homines nobiſcum Viatores ex Charitate ſunt diligendi ex neceſſitate ſalutis, &c. 676. 22.
peccatores ſe ipſos ex vera Charitate diligere non poſſunt, &c. 677. 29. & 31.
præter materiam, & formam ad conficiẽdum Sacramentum neceſſaria eſt quoque intentio Miniſtri, 693.14.
per quodlibet Sacramentum præter gratiam habitualem communem datur particularis, quæ dicitur Sacramentalis, 698.31.
poſt lapſum Adæ, tria tempora diſtinguuntur à Doctoribus, 702.1.
præter fidem externam, ſeu proteſtationem fidei in Chriſtum, In Miniſtrante illud Sacramentum paruulis nihil aliud requirebatur niſi intentio faciendi, quod facit Eccleſia, 704.6.
poſt quam Euangelium cæpit ſolemniter promulgari Circumciſio non fuit vtilis eſt de fide, 711.26.
præter Circumciſionem in lege Moſaica erant alia Sacramenta impropriè dicta, 712.30.
paruuli in ventre Matres vtero totaliter exiſtentes non capaces ſunt Sacramẽti Baptiſmi, 722.32.
paruuli Infidelium quomodo Baptizari poſſunt, 723.33.
per Baptiſmum remittitur pœna æterna damni, & ſenſus, 728.48.
pro Infante confirmando non requiritur niſi baptiſmus 735.11.
pro Adulto confirmando quænam requiruntur? ibidem.
Paſtores habentes curam Animarum tenentur ex iuſtitia miniſtrare extremam vnctionem indigentibus, 740. 27.
Pronomina illa (hoc, & hic) in conſecratione appoſita habent ſua ſignificata, 777.20.
Non tamen ſignificant accidentia panis, & vini, 778.21.
propoſitiones, hęc *hoc eſt corpus meum*, & hic eſt *ſanguis meus*, quando dicant vere? 778.22.
prædicta forma ex intentionem Diuina in prædicto Inſtanti prolationis tranſubſtantiat panem in corpus, & vinum in ſanguine Chriſti, 778.23.
Panis, & vinum quomodo tranſubſtantiantur in Euchariſtia. 780.29.
poſſet Deus per ſuam abſolutam potentiam dare Chriſto præſentiam in Euchariſtia abſque naturali eius præſentiam in Cœlo, 785.44.
poteſt Deus abſolutè loquendo cauſare primo ſenſationes omnium ſenſuum internorum, & externorum in ſenſibus Animæ in Euchariſtia, 789.54.
pœnitentiam vilipendunt ſed Catholica cum laudant tanquam ſalutare Sacramentum à Chriſto inſtitutum ad delendum peccatum actuale, ibid.
pœnitentia eſt duplex virtus, & Sacramentum, ibidem.
paruuli ante annos diſcretionis non tenentur ad vſum Euchariſtiæ, 799. 84.

Pœnitentia virtus, & pœnitentia Sacramentum conueniunt in 5. & differunt in 6. 802. 12.
pœnitentia virtus dupliciter conſiderari. ibi n. 3.
pœnitentia eſt virtus moralis non Theologica, ibidem n. 3. 4.
pœnitentia poteſt eſſe voluntaria tribus modis, ibidem n. 5.
pœnitentia non eſt virtus infuſa, 802. 4.
Primo eſt Baptiſma exiſtenti in peccato mortale, vel habentem conſcientiam de illo de potentia Dei ordinata peccatum non dimittitur ſine actu pœnitentiæ formali, vel virtuali, 804. 8. & 9.
De potentia abſoluta Deus talem peccatorem ſaluare ſine pœnitentia, 801. 10.
peccatum mortale abſolutum poteſt fructuosè iterum confiteri, 811. 29.
Effectus primus Sacramenti pænitentiæ eſt gratiam ſanctificans, quam ſequitur, vel concomitatur gratia Sacramẽtalis, 812. 32.
Secundus effectus Sacramenti pœnitentiæ eſt delere peccatum actuale mortale contra Nouatum, & Nouationes hi affirmabant peccata commiſſa poſt Baptiſma eſſe irremiſſibilia, & contra Armadanum affirmantem eſt aliquos in via in natalia vſque ad eo obſtinatos, vt ſecundum legem comunem pœniterens poſſit, 3. contra Impium Lutherum affirmantem omnia opera noſtra eſſe peccata volente Deo tamen non imputantur ad pænam præter vnũ peccatum infidelitatis Lutherum ſequitur Caluinus, ibidem.
Iſti duo effectus pænitentiæ variè ſe habent ad Animam pœnitentis, 813. 35.
Tertius effectus pænitentiæ Sacramenti eſt reſtitutio hominis pænitentis ad ſtatum habitum ante peccatum, 812. 36.
Pæna poteſt eſſe voluntaria tribus modis in 803. 4. 5. 6.
præceptum Diuinum de pœnitentia agẽda citò ad implendum 806. 15.
pœnitentia in extremis valet, 807. 16. 17. 18. 19. 20.
Sacramentum pœnitentiæ definitur à Scoto 809. 21.
pænitens debet acceptare, & implere pœnitentiam impoſitam à confeſſario 815. 45.
praxis, & vſus concedendi Indulgentia eſt perpetuus in Eccleſia ab ipſis, &c. 818. 54.
poteſtas concedendi Indulgentias reſidet in Summo Pontifice reſpectu totius Eccleſiæ, 819. 58.
promiſſio ſponſalium debet eſſe ſpontanea, vt excludatur promiſſio metu, vel dolo facta, 832. 4.
promiſſio ſponſalium iure naturali obligat ad præſtandum promiſſum, ibidem num. 7.
promiſſio ſponſalium obligat ad præſtandum promiſſum ſub peccatum mortali 833. ibidem n. 5.
promiſſio ſponſalium poteſt fieri inter abſentes, quæ ſi ſit oneroſa reuocari poteſt ante abſentis acceptationem, & repromiſſionem, 832. 3.
pro ſtatu Innocentiæ, aut legis ſcriptæ non fuit Sacramentum Matrimonij, 839. 22.
pro lege Moyſi vinculum hoc admittebat repudium vſque ad Chriſti prædicationem, 840. 26.
poſt aduentum Chriſto ſolum ſoluitur Matrimonium conſumatum, quando ſcilicet vnus coniux ex infidelibus conſecratur ad fidem, & alius non vult conuerti, nec cum conuerſo cohabitare, 841. 27.
Papa non poteſt diſpenſare in Matrimonio rato ſine iuſta cauſa, quæ 4. aſſignatur, 841. 29.
per profeſſionem ſolemnem in Religione militari, quæ non permittit vxores ſoluitur Matrimonium ratum, 842. 30.
Polygamia; ſiue vxorum pluralitas ſimul non eſt contra legem naturæ, & om-

omnino indiſpenſabilis, 846. 42.

Plura ſunt in altera vita loca Animarum quorum eſt Cœlum in quo Angeli ſunt, & Animæ Beatorum, Matt. 22. 30. 2. locus eſt Infernus in quo Diues epulo cum alijs damnatis ſepultus eſt. Lucæ 16. 22. mortuus autem diues, & ſepultus eſt in Inferno 3. locus eſt ſinus Abrahæ, Lucæ 20. in quem Anima Lazari ab Angelis deportata eſt. Lucæ 26. 22. factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ 4. locus eſt lacus ſine aqua in quo Antiqui Patres Veteris Teſtamenti detinebantur, Zachariæ 9. tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de Lacu in quo non eſt aqua. 5. Locus eſt Paradiſus in quem Latro admiſſus eſt. Lucæ 23. 43. Hodie mecum eris in Paradiſo, 6. Locus eſt carcer in quem Chriſtus poſt mortem deſcendit 1. Petri 3. in quo, & his qui in carcere erant Spiritibus prędicauit, 7. Locus ſub altare, vbi Animæ Martyrum requieſcere viſę ſunt. Apoc. 6. 9. Vidi ſub Altare Animas interfectorum propter Verbum Dei, &c. 868. 1.

Vltra prædicta Scotus in 4. diſt. 19. §. ad quæſt. p. 2. & in d. 2. & ſi Concilia Florent. & Trid. præceſſerit docet, cum Catholica fide dari, 8. Locum dictum Purgatorium ſignificantem locum pęnarum pro ijs qui poſt hanc vitam pęnas aliquas luere debent; ſic ſentit tota Eccleſia Catholica, & docet ipſe vſu, & experientia cuius Auctoribus in hoc ficut, & in cæteris rebus pertinentibus ad fidem, & ſalutem plurimū valet cum errare non poſſit, quia eſt firmamentum, & columna veritatis contra qua portæ Inferi præualere non poſſunt, & fulcitur exemplo Tobiæ 4. 19. & Iudæ Machabæi, 2. Machab. 12.

Hæc veritas eſt de fide, quia habetur in ſacra ſcriptura, iuxta Caſtrum, & Bellarminum contra hæreſes noſtri temporis, qui hanc hæreſim negantem Purgatorium eſſe iam damnatam fuiſſe contra Arium. Quæ veritas ſuam originem ſumpſit ab ipſiſmet Apoſtolis prout aſſerit D. Chryſoſt. hom. 69. ad Populum 868. 4.

Purgatorium eſt aliquis locus materialis in Mundo quo in loco Animæ purgandæ detinentur eſt de fide, qui quamuis ex Diuina diſpenſatione eſſe poſſet de facto tamen vnus eſt, & idem pro omnibus regulariter ordeaceus eſt, & determinatus ibi dicitur eſſe in Mundo, & cauitate Terræ inferioris, & Inferno coniunctus; locus Purgatorij eſt aſper, & rigidus obſcurus ſine lumine in Purgatorio eſt verus ignis, & Au ius pœna purgantur Animæ exiſtentes ſic tota Eccleſia, & docet Scotus in 4. diſt. 21. q. 1. cum Magiſtro, & alijs Scholaſticis, Iſte ignis Purgatorij probabiliſſimè eſt idemmet ignis Inferni extenſum vſque ad locum Purgatorij, quia vtrobique Animæ Purgatorij affliguntur, & cruciantur *igne corporali*, ſiue corporeo *talis eſt ſenſus* communis totius Eccleſiæ; Non tamen cruciantur, aut affliguntur à Dęmonibus tanquam à Miniſtris Iuſtitiæ, 869. 6. & 7.

Purgatorij pœnæ licet Intenſiſſimæ tamen non impediunt rationem Animarum, aut perturbant nec mentem à iuſto Iudice alienant, quin potius aſſiduè Iuſtus es Domine, & ratum Iudicium tuum ibidem n. 7.

Animæ illæ peccare non poſſunt; Vndè fit quod propriæ ſalutis ſecuræ, quia vbi non eſt peccatum mortale ibi neceſſario eſt gratia, & vbi eſt gratia ibi eſt ius ad æternam gloriam, ergo Animæ in Purgatorio ſunt propriæ ſalutis ſecuræ, & hęc ſecuritas fundatur in non poſſe peccare, 870. 7.

Priuatio Viſionis Beatificę non eſt proprię pœna damni, quia pœna damni damnatis comuniter poſita à Theologis eſt carentia beatiſſimæ viſionis, quæ carentia non illis eſt voluntaria conditione ad conſtituendam pœnam dam-

damni quæ non eſt in Animabus Purgatorij, 870.8.
Poſſumus dicere Animas Purgatorij orare aliquando pro nobis non tamen paſſim, 873.17.
probabilius eſt reſuſcitationem faciendam eſſe in eiſdem locis in quibus reperientur Defunctorum pulueres, 882.12.
probabile eſt Reſurrectionem mortuorum Generalem futuram in die, 888.29.
probabiliſſimum eſt Chriſtum deſcenſurum, & appariturum in regione Ieruſalem circa Montem Oliueti, & Vallem Ioſaphat, non in Terra, ſed in aere 892.11.
probabilius eſt, quod tàm electi, quam Reprobi in ſua propria conſcientia videant omnia propria facta, &c. 893.16.
poſt Iudicium ceſſabit motus Cęlorum, 898.29.
probabilius eſt ignem elementarem ſecundum ſubſtantiam non debere deſtrui, 898.30.
poſt Iudicium homines in Inferno cruciabuntur igne corporeo, &c. 900.33.
plura de pœnis Inferni intimant peccatoribus ſacræ ſcripturæ, & ſancti Patres, 900.35.
per potentiam tamen Dei abſolutam poteſt homo in hac mortali vita obtinere beatitudinem per aliquod tempus, 909.22.
plures circumferuntur functiones luminis gloriæ in ordine ad viſionem Beatificam quibus relictis tamquam ſuperfluis, 917.48.
Patres, & Doctores ſuſtinentes Animam Samuelis ex Dei permiſſione apparuiſſe Sauli in magica illa Pithonyſſe operatione non carent fundamento, 938.29.

Q

QVare Eua in Paradiſo non timuit ſerpentem? 6.12.
Quomodo cognouit Eua bonum eſſe lignum ad veſcendum, 10.21.
Quomodo Eua fuit ſeducta, 11.22.
Quare Deus permiſit decipi Euam? ibidem.
Quare non ſunt aperti oculi Euæ ſtatim poſt peccatum? 20.19.
Quatuor miracula Hebręis facta, & continuata per 40. annos 29.14.
Quatuor ſunt genera ſummorum, 34.23.
Quanto tempore Adam manſit in Paradiſo Terreſtri, 58.29.30.
Quinque partes habuit Archa diſtinctè declaratus, 63.9. & pagina 64.10.11. & 12.
Quomodo operandum cum conſcientia practicè dubia, 84.19.
Quando voluntas creata eſt conformis Diuinæ in volito tantum non dicitur bona, 88.5.
Quid ſufficiat ad rectitudinem voluntatis humanę, 89.6.
Quilibet ſubiectus legi tenetur agere conformiter legi, & intentioni legislatores, 90.9.
Quomodo Beata Virgo conformis fuit Diuinæ voluntati in paſſione dilecti filij, 93.16.
Quatuor conditiones requiſitę ad legem, & quatuor legis actus, 94.3.
Qui actus poſſint imperari, vel non imperari à voluntate, 130.16.17.
Quid doceat Scotus circa connexionem virtutum, 143.7.
Quæ modo virtutes connectentur, 144.8. & 9.
Quatuor ſunt vitia, quæ per defectum ſunt oppoſita prudentiæ, &c. 157.17.
Quatuor modis perficitur contractus, 168.24.
Qui in contractibus damnificabitur poteſt augere pretium ad menſuram dam-

damni, 169. 27. & 28.
Quę voluptates non admittunt, & quæ admittunt mediocritatem temperantię, 181.5.
Quomodo peccatum originale fuit in Adamo, & quomodo indeſcentibus? 192.13.
Quomodo peccatum originale eſt peccatum naturę, 192.14.
Quamuis parentes ſint mundati à peccato originali per Baptiſmum peccatum tamen originale transfunditur in filios 193.16.
Quatuor ſigna aſſignantur in inſtanti temporis in quo contrahitur peccatum originale 194.18.
Quatuor vulnera naturę humanę per peccatum 195.20.
Quatuor manent in Anima tranſeunte actu prauo, 202.13.
Quid ſit conuerſio, & auerſio habitualis, 202.15.
Quid concludatur ex impia doctrina Caluini circa Deum, ibid.
Quid concludatur ſecundum Catholicos, 208.7.
Quatuor modis aliquis dicitur impelli, vel inclinari ad malum, 209.8.
Quando IncarnatioDominica debuit fieri, ibidem.
Quatuor modis à Deo homo produci poteſt, 227.14.
Quare de facto perſona filij potius, quam alię perſonæ Diuinę aſſumpſerit humanam naturam, 277.11.12.
Quomodo natura Diuina per ſe ſubſiſtēs ſubſiſtentia abſoluta terminatè dependentiam naturę creatæ poſſit abſoluta potentia, 283.28.29.30.
Quo ordine vnio hypoſtatica Verbi cum natura humana fueri facta an immediate, vel in medio aliquo intercedente, 287.7.8.9.10.
Quid doceat fides circa tale medium, ibidem.
Quatuor requiruntur ad rationem maternitatis, ibidem.
Quatuor modis dicuntur fratres in ſacra ſcriptura? 316.19.
Quotuplex eſt fomes, an in B.V. fuerit, 323.11.12.
Quomodo Intellectus Animę Chriſti *pro* ſecerit, & cognoueri cognoſcibilia *in* genere proprio 345.23.
Quis impeccabilis poteſt appellari tribus modis, ibidem.
Quid oſtendant illa tria, quę contigerunt in Baptiſmo Chriſti, nempè apertio Cęlorum apparitio Spiritus Sancti in forma columbæ, & intonatio vocis Patris, 382.26.
Qualis, & quantus fecerit Chriſtus Ieſus, 383.29.
Quomodo datur gratia gratis, & ex iuſtitia meritorum Chriſti, 405.31.
Quamuis dolor Chriſti fuerit intenſiſſimus, & vehementiſſimus non tamen ab eo vſum rationis, 413.11.
Quamuis Corpus Chriſti fuiſſet præſeruatum à putrefactione hoc tamen fuiſſet nouo miraculo non antiquo, 437.20.
Quamuis homo iuſtus gratus, & *amicis* Dei dum eſt in *via non poſſit* mereri reparationem proprij lapſus *tamen* ſiue ſit in via ſiue in Patria poteſt peccatori primum gratiæ auxilium ineffcax, 550.20.
Quamuis actus fidei Dęmonum, & damnatorum fidelium ſit bonus ex genere non tamen fides infuſam quam habuerunt in via, 562.32.
Quicquid à Deo fuerit reuelatum etiam priuatum eſt obiectum fidei Diuinæ, 583.36.
Quinque ſunt Conciliorum genera, 618.52.
Quare Papa deſtruit Religionis approbatis 636.107.
Quomodo Imperatores in Concilijs præſiderunt, 623.66.
Quis vnquam Lutherum, & Caluinum homines peſſimos audiet, & recipiat vt reformatores, & correctores Eccleſiæ? 645.20.
Quanta Spes Chriſtianorum in hac mortale 653.10.
Quamuis ſine charitate in homine iuſto à

Deo infuſa detur vera virtus non tamen ſit principium agendi meritoriè de condigno, 660.6.
Quislibet actus Charitatis in homine in Deum relatus auget proportionatè Charitatem meritoriè, 664.20.
Quicumque expoſitiuo præcepto Charitatis tenetur de neceſſitate ad non odiendum Inimicum, nec ad ei nolendum bona ſpiritualia per ſe ad dilectionem Dei ſuper omnia in eo ordinata, 678.32.
Quinque conditiones requiruntur ad rem diffinibilem, 689 3.4.
Quælibet conditio impoſſibilis officit valori Sacramenti 694 19.
Quare voluit Deus differre circumciſionem vſque ad Abraham, 705. 14. & 15.
Quilibet homo eſt capax Baptiſmi, 721. 27.
Quælibet ablutio, ſiue immerſio, ſiue aſperſio, ſiue in toto corpore, ſiue in eius parte principali ſufficit ad materiam proximam Baptiſmi, 716.13.
Quicquid Sacramenta Veteris legis habebant vtilitatis ſeorſum habet ſacrificium in ſe ipſo, 757.40.
quantitas Corporis Chriſti in Euchariſtia caret modo quantitatiuo, 784. 40.
quinque mouerunt Eccleſiam ad prohibendam comunionem ſub vtraque ſpecie, 799.84.
Diſſoluitur obiectio ex D. Ioan. 6. ibidem num. 85.
quinque mouerunt Eccleſiam ad prohibendam comunionem ſub vtraque ſpecie, 799.84.
quinque ſunt opera indifferentia verè humana ad nullum finem honeſtum, ſeu turpem relata, 812.36.
quantumcumque longa ſit purgatio alicuius pœna tamen ante Iudicium finietur, & poſt Iudicium non erit amplius Purgatorium 873. 16.
quodlibet corpus humanum eſt Reſurrecturum idem nomen, quod fuit viuum, ibidem 22.
quamuis damnati poſſit actum aliquem habere, vel naturaliter, vel moraliter bonum non tamen perfectè, & omni circunſtantiam veſtitum, 901.37.
quamuis homo pro ſtatu iſto non ſolum nequeat ſibi aquirere Beatitudinem, ſed nec ea regulariter habere tamen ad eam naturalem inclinationem habet, & appetitum 910.24.
quod ſupradictum eſt n. 22.
Hominem ſcilicet Viatorem hoc eſſe definitum in Concilio Viennenſi ex Clementina ad noſtrum de Hæreticis, 911.29.
quatuor ſunt dotes Beatitudinis corporis Beati.
Prima eſt incorruptibilitas, ſeu impaſſibilitas.
Secunda agibilitas.
Tertia claritas.
Quarta ſubtilitas, 926. 77. 78. 79. & 80.
quo hæc veritas de Imaginibus venerandis rationabilior oſtenditur eo proteruiori modo ab Hæreticis oppugnatur, 934.18.
qui Catholicè Imagines adorat rappreſentata per eas magis adorat, quam ipſas Imagines, 937.24.

R

RVbus in monte Sinai non combuſtus, quid ſignificabat, 30.15.
Reuelatio Diuina requirit certitudinem, & Dei loquentis, & dictorum eius, 38.34.
Regulæ ad cognoſcendam locutionem factam ex inſtinctus Spiritus Sancti, 38.35.
Roſa an ante peccatum Adæ facta fuit ſine ſpinis, 51.15.
Rare virtutis eſt inter ſceleratos verſari ſine ſcelere, 62.4.
Regulæ ad faciendam bonam electionem opinionis, 82.15.
Remedia oportuna ad repellendos ſcrupulos, 86.22.
Regulationis quæ, 133.2.

 Re-

Rerum iuſta prætia quænam ſunt ; 169. 26.
Ratio formalis peccati in quo conſiſtat, 197.3.4.5.
Rationes probatiuè Miſterij Incarnationis ſunt valdè probabiles quamuis non euidenter demonſtratiuè, 259. 25. & 26.
Relatio quæ eſt in natura humana, quæ dicitur vnita Verbo Diuino eſt relatio ordinis, ibidem.
Ratio maternitatis perfectius Beatæ Virgini, quam alicui Matri reſpectu filij ſui, 313. 11.
Regulæ duæ notabiles circa mutationem 337.18.
Rectitudo duplex 347.4.
Remedium contra peccatum originale datum homini poſt peccatum Adæ, habuit rationem Sacramenti, 468. 30. & 31.
Roborantur fideles Chriſti maximis auxilijs ad euangelicæ legis obſeruantiam, 495.18.19.
Regulariter ex comuni lege iuſtificatio fit per infuſionem inherentis gratis, 5;8.16.
Rationes naturales non ſolum probabiles, ſed neceſſariæ, ac demonſtratiuè ſolum metaphiſicè per viam non repugnantiæ procedentes non ſpectant ad obiectum formale fidei, 575. 11. & 12.
Reuelatio Diuina quatenus eſt formale obiectum fidei debet eſſe obſcura ex parte rei reuelatæ, 516.16.
Reuelatio vt ſit obiectum fidei an debeat eſſe publica, vel priuata, 577. 18.
Reſpondetur Hæreticis turpiter loquentibus contra veracitatem Dei, 575. 25.
Reijcitur, & confutata illa opinio docens quemcumque Chriſtianam poſt diſcretiones annum peccare mortaliter niſi omnes articulos fidei viua memoria teneat, 592.8.& 9.
Religio vera eſt vnica ſicuti, & fides vera, 639.2.
Religio vera, & Eccleſia Catholica præſens eſt in poſſeſſione pluſquam à mille annis vt à toto Mundo habeatur pro vera Chriſti Eccleſia 643.14.
Religio Veteris Teſtamenti apud Iudęos mutanda erat ſcripturis, & miraculis de mutanda eſt, 644.15.
Relatio præſentiæ eſt id per quod Chriſtus eſt formaliter præſens ſpeciebus conſecratis, 783.38.
Ratio Deitatis, ſeu Deitatem ipſam in abſtracto eſt formale obiectum Spei motiuum, ac terminatiuum, &c. 651. 16.
Regulariter nullus tenetur ex Charitate vitam propriam temporalem, nec bona fortunæ pro defendenda vita temporali, & bonis proximi temporalibus, 682.45.
Recedente fictione, & ablato obice peccati mortalis ſolum Sacramenta, quæ imprimunt Characterem cauſant gratiam habitualem, 702.42.
Rectè igitur Catholici docent *Euchariſtiam eſſe verum ſacrificium, &c.* 755. 36.
Reſurrectio ſumpta pro actione, vt idem ſit, quod reſuſcitatio actiua, non eſt naturalis, ſed eſt libera, 887. 27.
Ratio Radicalis ac prima cur Deus non poſſit videri ab intellectu creato viribus ſuis eſt, quia intellectus noſter non habet, neque poteſt habere Deum præſentem obiectiuè, 912.30.
Regulariter Deus ſe manifeſtat obiectiuè omnibus Beatis ex qua manifeſtatione abſolutè loquendo tanta gloria replerę, vt ſecundum appetitum rationalem elicitum plenariè ſatientur eſt comunis, 912.31.
Quia Beata Virgo ſtimulos concupiſcentiæ, nec habuit, nec habere potuit, item B.V. competit Martyrum Aureola, 924.70.
Reliquiæ Sanctorum Canonizatorum merito à fidelibus conſeruantur, & magna reuerentia tractantur, 933. 15.

Regulariter apparitiones Sanctorum accidunt corporali modo, 937.26.

S

SErpentis aſtutia, & calliditas, &c. 1. 3.
Serpentis figura qualis in Paradiſo Terreſtri, 3.11.
Serpens erat callidior cunctis Animantibus quomodo intelligendum 2.5.
Serpentis aſtutiæ quot, & quæ ibidem.
Serpens in quo Diabolus tentauit Euam cuius fuit figuræ? 5.13.
Serpens decepit me Eua imponit peccatum ſerpente, 44.47.
Serpens indignus vt audiatur 1. & abſolutè condemnatur, 45.
Sententia Diuina in ſerpentem an in iterum ſerpentem, vel in Diabolum ſit lata, 45.2.
Sunt 3.opiniones, ibidem.
Sub viri poteſtate eris; quomodo in pœnam mulieris, 49.10.
Spinas, & tribulos germinabit tibi, 51.14.
Salus ſpiritualis Adæ, & Euæ oſtenditur, 60.33.
Synderefis quid ſit, 70.1.
Differt à conſcientia à ratione à prudentia, à lege, & libero arbitrio, &c. 76.3.
Synderefis non poteſt quoad ſuam eſſentiam extingui, nec auferri, nec deprauari, 77.4.
Nec quoad actum ſuum immediatum, 77.5.
Synderefis actus mediatus, quid ſit? 79 8.
Synderefis immediatus licet non poſſit extingui poteſt tamen impediri, 78 7.
Scrupulus quid ſit, 85.21.
Signa ſcrupuloſe conſcientiæ, 85.21.
Scotus ſæpiſſimè diſcurrit de bonitate morali actus humani, 133.3.
Septennarius numerus virtutum, & earum ſufficientia ſecundum Scotum, 143.5. & 6.
Subiectum inhæſionis Prudentiæ duplex, 157 16.
Subiectum Inhæſionis Iuſtitiæ duplex immediatum, & remotum, 160.5. & 6.
Seruitus legalis quid, & quotuplex ſit, 163.13.
Sententia forenſis in Religioſa 5. titulus aquirendi, 166.
Sancti plures occiderunt ſe ex inſtinctu Spiritus ſancti, 167.21.
Securitas quid ſit? eſt pars eſſentialis fortitudinis, 174.7.
Studioſitas, & eius vitia 181.7. in fine.
Subiectum peccati originalis eſt duplex, 192.14.
Sex pœnalitates originalis peccati, 195.21.
Signa ordinis actuum Diuinæ Intellectus, & Diuinæ voluntatis ad extra, ibidem.
Singulare eſt omnino incomunicabile, 237.19.
Suppoſitum creatum non poteſt ſuſtentare naturam extrinſecam ſuppoſitabilem in proprio ſuppoſito, &c. 281.22.
Suppoſitum creatum poteſt de potentia Dei abſoluta alienam naturam creatam hypoſtaticè ſuſtentare, ſic Scotus contra D.Thomam 282. 24.
Sanguis non animatur 292.20.
Sanguis Chriſti non immediatè, ſed mediatè fuit aſſumptus à Verbo, 292.21.
Sanguine in triduo an fuerit ſeparatus à Verbo eſt magna controuerſias inter Theologos 293.23.
Si omnipotentiam Diuinam ſpectemus abſolutè quæcumque natura ſubſtantia etiam irrationalis, & inſenſibilis potuit, & poteſt aſſumi hypoſtaticè à Perſona Diuina, 293.23.
Signa Prædeſtinationis B.V.M.ex Doctore ſubtili, 296.3.4.5.
Ex quibus plura colliguntur ſcitu digna, 247.5.6.
Sententia Doctoris ſubtilis aſſerentis Beatiſſimam Virginem Mariam Con-

ceptum fuiſſe ſine miracula originale firmatur, & ſtabilitur, ibid.
Sententia negans aſtruitur, & probatur, 299.11.12.13.14.
Soluuntur obiectiones ſententiæ negantes, ibidem.
Spaſmus tripliciter accipi poteſt, 348. 25.
Suppoſito quod filius Dei venturus eſſet, vt Saluator poſt peccatum Adæ, & vt Redemptor non congruebat ſtatim ab initio Mundi ante hominis peccatum incarnari, 330.3.
Scientia dupliciter poteſt dici aquiſita, 344 21.
Summum accipitur dupliciter, ibid.
Secunda cauſa ad oſtendendum propriũ effectum Baptiſmi, 383.28.
Simon Stilites Anachoreta dictus orbis miraculum 387.10.11.
Sicut electi prius prædeſtinantur, quam paſſio Chriſti, vt remedium eorum lapſus, ita tota Trinitas prius præordinauit electos, & prçordinauit ad gratiam & gloriam efficaciter, quam viderit paſſionem, vt medicinam, &c. 403. 24.
ſicut Verbum Diuinum præuidit Paſſionem offerrendam Patri pro prædeſtinatis ſic etiam obtulit in effectu, 403. 25.
ſatisfactio eſt duplex, 408.38.
ſatisfactio perfecta tria requirit, &c. ibidem.
ſatisfactio Chriſti vt eſſet ſufficiens ad æqualitatem pro omnibus peccatis nõ fuit neceſſarium, quod valorem ſimpliciter, & phyſicè infinitum haberet, 409.40.
ſatisfactio Chriſti pro noſtris culpis, & peccatis non fuit de toto rigore iuſtitiæ, ſed fuit ad æqualitatem, & ſuperabundans ex acceptatione, & gratia, 409.40.
ſicut dolor propriè ſumptus eſt paſſio appetitus ſenſitiui, ita triſtitia propriè ſumpta eſt paſſio appetitus rationalis, 417.22.
ſi Triſtitia comparetur cum omni alia humana triſtitia, quæ de humanis, & temporalibus malis concipi poteſt veriſſimum eſt Chriſti triſtitiam fuiſſe ſummam intenſione, & acerbitate, 424 39.
ſi Chriſtus aſſumpſiſſet naturam ſimpliciter glorioſam conſtantem ex corpore, & Anima glorioſis non habuiſſet neceſſitatem moriendi, 425.42.
ſi Chriſtus aſſumpſiſſet naturam cum iuſtitia originali fuiſſet Corpus Chriſti impaſſibile, 426.43.
ſi Chriſtus à Iudæis per vim non fuiſſet occiſus fuiſſet ſecluſa redundantia Beatitudinis Animæ Beatæ ſenio confectis, 427.46.
Emiſſio ſanguinem odoris non fuit miraculoſa in Chriſto, ſed ex actu fortitudinis, & Audaciæ, 431. 2.
ſudor ſanguineus non fuit pluribus vicibus iteratus, 431.3.
ſeries paſſionis, & Reſurrect. Chriſti talis fuit, 444.38.
ſedere ad dexteram Patris quid ſit, 452. 19.
ſedere ad dexteram Patris eſt *Proprium* Chriſti, 452.20.
Spiritus Sanctus verus Deus æqualis Patri, & filio à quibus ab æterno procedit deſcendit ad diſcipulos Chriſti in prima Chriſtianorum Penteconſten, 455.21.
Seditque ſupra ſingulos eorum, 456. 30.
ſoluere legem ſtat dupliciter, 488. 23. 24. & 25.
Sanguis Chriſti eminentiſſimis celebratur, ibidem.
ſalus humani generis quomodo æterna, 513.32.
Sacrum Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & 6. docet neceſſariam eſſe fidem, qua credamus reuelata à Deo, 554.7.
ſi Angeli, & Homo fuerunt creati in gratia, vt comunis opinio tenet ſimul habuerunt fidem Trinitatis, & aliorum miſteriorum fidei, 565.28.
Scotus docet in 2. d.1. q.3. ſi ſint rationes aliquæ neceſſariæ pro creditis eas alter-

ferre non eſſe periculoſum, &c. 568. 50.
ſicuti maiores Eccleſiæ perſecutionis tempore non poſſunt licitè fugare, ita à Tyrannis publica auctoritate de vera fide interrogati seriò respondere tenentur, ibidem.
D. Thomas 2.2. qu. 3. ar. 2. ait quemlibet teneri fidem ſuam alijs propalare; 571.38.
ſi eſſentia Diuina non eſſet formaliter volens nihil omnino poſſet ad extra operari, 582.33.
Secundum ſenſum omnium Catholicorum prę ſidere in Concilijs, vel per ſe, vel per ſuos legatos eſt proprium munus Summi Pont. ibidem.
S. Petrus in Vrbe Roma Epiſcopatum, & in ea ſucceſsores reliquit, 632.95.
ſi Papa non poteſt errare ad quid congregare Concilia? 634.103.
Sancti cultores Eccleſiæ Catholicæ, qualem vitam ipſi duxerunt talem propoſuerunt ſequendam ſuis Sectatoribus, 644.17.
Spes quid ſit, quoad nomen 650.1.
Spes infuſa eſt virtus 651.4.
Spes duplex informis, & informata, 651.5.
Spes informis eſt virtus, 651.6.
Spes formata eſt ſimpliciter virtus, 652. 7.
Spes ex D. Bonau. eſt nomen affectionis, & eſt nomen virtutis, 652.8.
Spes eſt virtus diuinitus infuſa, per quam certa cum fiducia noſtræ ſalutis, & æternæ vitæ bona expectamus, & quilibet fidelis faciens, quod in ſe eſt tenetur firma, & certa Spe ſperare, &c. 652.9.
Scotus in 3. d. 26. tam Spem habitualem à Deo infuſam, quam ex frequentatis actibus ſub eodem motiuo aquiſitam cenſet virtutem Theologicam, 651.18.
Satis probabile eſt Spem Theologicam in damnatis à Deo omnino in vtroque actu 1. & 2. euacuari, 655.27.
Spes infuſa; & Spes morale differunt, 950. 13. & 14.
Scotus in 1. d. 17. q. 5. in initio habet pro omnino certo charitatem à Deo infuſam homini iuſto augeri, 663. 17. & 18.
Scotus tribus poſitis propoſitionibus ſuam ſent. ſtabilit. 668.2.3.4.
ſolus Deus eſt primum formale, & materiale obiectum Charitatis, 674.23.
Sacramentum eſt definibile, quia habet requiſitas ad rem definibilem, 690. 5.
Sacramentum nouæ legis quomodo compoſitam ex materia, & forma 991.9.
Sacramenta fieri non poſſunt abſq, verbis vel in Matrimonio abſque nutibus, qui verbis æquiualent, 692.13.
ſi voluntates in Miniſtro ſint contrariæ ex errore priuato, nihil officiunt ſi Miniſter vult operari ſecundum intentionem Chriſti, vel Eccleſiæ, 694.18.
Sacramenta cauſare gratiam ex operato eſt illam cauſare ſua virtute, & non intuitu miniſtri, 696.24.
Sacramenta non poſſunt dici inſtrumenta phyſica gratiæ, ibidem n. 25.
Sacramenta poſſunt dici Cauſæ inſtrumentales gratiæ. 696.26.
Sacramenta non ſunt cauſæ per accidens gratiæ, 696.27.
Sacramenta cauſant gratiam moraliter; ibidem 28.
Sacramenta non cauſant gratiam quando ſunt in fieri, ibidem 29.
ſi Angelus miniſtraret Sacramentum illud eſſet eiuſdem ſpeciei ſimpliciter cum Sacramentis miniſtratis ab hominibus, 699. 34.
ſolus homo Viator cum fructu eſt capax Sacramentorum, 701.39.
ſi Innocentia ſtetiſſet filij Adæ fuiſſent quidem producti in gratia tamen non ſtatim confirmati, 703. 3.
ſi Innocentia ſtetiſſet quoad ſubſtantiam Incarnationis, & meriti fuiſſent inſtituta aliqua Sacram. 704.4.
ſignum hoc ſenſibile contra originale peccatum erat determinatum, 704. 6.

Sa-

I N D E X.

Sacramenta nouæ legis habent efficaciam a Paſſione Chriſti eſt de fide, &c. 714.6.

ſecunda definitio Baptiſmi tutior ac melior, 715.9.

ſi eſt impoſſibilitas ad Baptiſmum in Adultis poteſt ſuppleri per votum, 724. 24.

Et per Martyrium, ibidem 25.

ſi plures vnum baptizent quid inde, 726. 42.

ſi multas inter formam, & materiam Baptiſmi quanta, & qualis, 726.44.

Sacramentum confirmationis ſic dictum ab effectu, nam præſtat robur, & augmentum gratiæ ſpiritualis in baptizatos, 732.1.

Sacramentum confirmationis, quid ſit, 733.3.

Sacramentum confirmationis inſtitutum fuit à Chriſto Domino, 733.4.

ſolus epiſcopus poteſt ordinariè iure Diuino verum chriſma conficere, 734.6.

Sacramentum extremæ vnctionis fuit imediatè inſtitutum à Chriſto Domino, ibidem n.23.

ſolus Sacerdos eſt idoneus Miniſter huius sacramenti confirmationis, 740. 24.

ſubiectum capax huius sacramenti extremæ vnctionis eſt homo viuens, 741. 28.

ſuſcipiens hoc sacramentum debet ad ipſum diſponi, 742. 32.

ſacrificium ſolet diuidi quatuor modis, 746. 10.

ſacrificium ratione finis diuiditur in ſacrificium Latreuticum, Euchariſticum, Impetratorium, & Propitiatorium, 747. 11.

ſacrificia legis naturæ quæ 747. 12.

ſacrificium Miſſæ non differt eſſentialiter ab Incruento in vltima Cœna oblato, ſed tantum accidentaliter, Ibidem num. 38.

ſacrificium Miſſæ, & eſſentialiter, & accidentaliter differt ſacrificij Veteris Teſtamenti, ibidem n.39.

sacerdos ſe præpara ad celebrandum ſacrificium Miſſæ, 759.47.

sacramentum Euchariſtiæ quare tam admirabile, 771.1.

sacramentum Euchariſtiæ potuit Deus inſtituere, ibidem n.2.

sacramentum Euchariſtiæ definitur ſufficienter, 772.3.

ſpecies panis, & vini conſecratæ conſtituunt eſſentialiter Euchariſtiæ sacramentum, 772. 5.

sacramentum hoc Euchariſtiæ differt ab alijs sacramentis, 773.6.

ſi ſpeciebus cõſecratis miſceatur vinum in tanta quantitate, vt ſpecies nequeant remanere ſenſibiles ceſſant eſſe sacramentum, 796.75.

ſolus sacerdos poteſt conficere sacramentum Euchariſtiæ eſt de fide, 796. 76.

ſi duo sacerdotes ſimul conſecrant vnum numero materiam aptam, ita vt ſimul compleant verba formæ validè faciũt Euchariſtiam, 796.78.

ſi ſuſcipiens ſit in *peccato mortali* ad ſuam probationem non ſufficit contritio requiritur confeſſio, 801.88.

sacerdos pluribus impeditur ad licitè diſpenſandam Euchariſtiam, 798.82.

Sacramentum pœnitentiæ habet duplicem materiam remotam, & propinquam, 809.23.

Sacramentum pęnitentiæ ſic definitur à Doctore &c. 809.21.

ſola voluntas ſuſcipienda sacramentum pœnitentiæ non ſufficit ad effectum huius sacramenti, ſed requiritur ſaltem attritio 810.26.

ſoli peccatores vſum rationis habentes in mortali lapſi tenentur sacramentaliter confiteri, 811.28.

sacramentum pænit. habet duplicem materiam remotam, & propinquam materia remota ſunt peccata deteſtanda, & deſtruenda materia verò proxima ſunt actus pœnitentis contritio, vel attritio confeſſio, & ſatisfactio, 809.23.

Forma sacramenti pænitentiæ conſiſtit in illis verbis sacerdotis, ego te abſolvo

ſoluo à peccatis tuis, 810.24.
ſatisfactio duplex eſt nempè sacramentalis,& extra sacramentum; hæc pariter dupliciter fit 814.44.
Fit ibi, vel à ſe ipſo vel aliorum auxilio, quæ fit à ſe ipſo fit adhuc dupliciter, vel in Purgatorio ferendo pænas determinata à Diuina iuſtitia, vel in hac vita proprijs, ſcilicet bonis operibus, quæ ſi fiunt in gratia ſunt meritoria vitæ æternæ, & ſatisfactoria; quæ fit aliorum auxilio fit per ſuffragia fidelium,& per Indulgentia.
ſatisfactio pro peccatis aliquando fit ope, & auxilio alieno, nempè per ſuffragia,& Indulgentias, 815.46.
ſuffragium ex Scoto eſt auxilium quoddam quod vnus fidelis præbet alteri fideli ad obtinendam à Deo remiſſionē pçnæ temporalis debitè peccatis quod fit 1. per ſacrificium 2. Indulgentias 3. opera pænalia vt ieiunium,&c. 815. 46.47.
ſi quis in vita ſua fuit obligatus ad faciendam reſtitutionem etiam ſi culpabiliter illam omiſit, poteſt in articulo mortis à tali culpa iuſtificari ſi cum de tali culpa pœniteat, & præcipiat reſtitutionem liberatur à culpa, ſed remanet obligatio ſatisfactionis pænę temporalis debitæ, 816.50.
ſolus homo capax eſt recipiendi Indulg. 819.59.
sacerdotium, & ſacrificium ſunt inſeparabilia, ibidem.
In lege naturæ sacerdotes erant Patres familias quibus deficientibus ſuccedebant primogeniti iure primogeniturræ, in lege Moſayca voluit quidem Deus omnes primogenitos ſanctificari. Exodi 13.2. ſed tamen in illorum eamque Diuino ſeruitio præ cæteris deſtinauit, Numer.3.12. cap. 8.6. & ſi totum Leuiticum.
Miniſtri in lege Moſayca fuerunt triplicis generis, nempè Leuitæ sacerdotes, summus sacerdos, ſiue Summus Pontifex, 820.2.
Hæc duo nomina ordo, & ordinatio differunt, ibidem n.3.
Ordo ſumptus 1. gradu, & poteſtate Eccleſiaſtica eſt 7. ex videlicet Oſtariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acholitatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, Epiſcopatus an ſit ordo diſtinctus à Presbyteratu eſt ſpecialis difficultas, De tonſura certum eſt non eſſe ordinem, ibidem.
Sacramentum ordinis confert etiam sacramentalem gratiam, quæ conſiſtit non in aliquo phyſico, quod conferatur, ſed in aliquo iure, quod eſt in eo ad obtinendo à Deo auxilia Diuina neceſſaria pro miniſterio ordinis accepti, quæ auxilia, ibidem n.16.
Et probatione ſuſtineri quod omnes ordines, ſiue maiores, ſiue minores imprimunt ſuum proprium Characterem ibidem.
Sacerdotes officia ſunt quinque,&c.825. 11.
sponſalia à ſpondendo duplici ratione dicta ſunt, 832.1.
sponſalia diſſoluuntur ob diuerſas cauſas inſurgentes, 833.6.7.
sponſalia duobus modis tranſeunt in Matrimonium vbi Concil. Trid. non eſt receptum, 834.8.
ſolus ingreſſus Religionis non ſufficit ad ſoluendum Matrimonium ratum, ſed requiritur profeſſio, ibidem.
sunt aliquæ certæ cauſæ ob quas in Lege Euangelica, poteſt fieri diuortium quo ad Thorum, & habitationem manente tamen vinculo coniugali, &c. 849. 51.
ſtatus Animæ ſeparatæ reſpectu corporis mortalis non eſt illi violentus, ſed vel naturalis, vel neuter 867.25.
sacrificium Miſſæ eſt vnum ex præcipuis medijs quibus iuuantur Animæ Purgatorij eſt Scoti quolib. 20. & eſt de fide cum continua praxi Eccleſiæ, omnia ſuffragia dum fiunt à Perſonis priuatis exiſtentibus in gratia, & propriè nomine certum eſt, quod pro ſunt per modum ſatisfactionis ſi verò fiant ab exiſtentibus in peccato mortali eſt du-

dubium, videtur tamen probabile, quod ſic, ex Scoto, & Scotiſtis, 671. 13.
Vt ſuffragia pro ſint per modum ſatisfactionis, & iuſtitiæ requiritur, vt ſuffragator ſit Viator; Beati tamen licet ſint extra viam poſſunt pro Animabus Purgatorij impetrare Diuinam miſericordiam non tamen iuuare per modum iuſtitiæ, & ſatisfactionis, ibid.
ſancti Veteri Teſtamenti poſt mortem Chriſti illos 40. diebus ante eius, &c. ibidem.
ſigna proximiora ponuntur à Chriſto. Matth. 24. & ſunt ſequentia, &c. 890.7.
ſpiritus, & Animæ ſeparatæ non pronunciantur ab igne per ſolam detentionem, 899.33.
ſimiliter potentia Dei abſoluta fieri poteſt, vt beatus vnam videat perſonam non viſa alia, 919.55.
ſatis de Beatitudine animæ, quam ſancti in Anima poſſeſſuri ſunt dictum eſt; ſequitur nunc vt dicamus de Beatitudine corporis, hæc beatitudo corporis ſeu gloria in quatuor dotibus conſiſtit, 926.75.

T

Tentationum varia aſſignatio, 2.5. & 6.
Tris vitia Euæ, 10.20.
Turbo idem quod validiſſimus Ventus, 30.16.
Thumim, & Vrim, quid ſignificabant, 31.17.
Tatianus, & ſequaces docuerunt Adam, & Euam damnatione perpetua propter peccatum punitos, 59.32.
Traditio non ſemper neceſſaria ad aquirendum Dominium, 164.16.
Tolerantia in aduerſus quibuſcumque pertinet ad fortitudinem, &c. 177. 13.
Torneamentum vulgo Gioſtra, quia prohibitum non eſt materia verè fortitudinis, 177.14.
Temperantia duplex generalis, & ſpecialis, 179.1.2.
Temperantia ſpecialis dicta Cardinalis eſt virtus, 179.2.
Temperantiæ obiectum remotum, & proximum, 180.3.
Temperantiæ obiectum formale, ibidem.
Temperantiæ ſpecies ſunt duæ primæ, & immediatiores, 181.7.
Tria notabilia de Chriſto tractantur, 221. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.
Triplex datur negatio, 257.21.22.
Terminus vnionis humanitatis Chriſti cum Verbo duplex eſt, 262.34.
Terminus intrinſecus vnionis hypoſtaticæ ſecundum D. Thom. eſt quid abſolutum, 263.36.
Terminus intrinſecus vnionis hypoſtaticæ ſecundum Doctorem ſubtilem eſt relatio, 263.37.38.39.40.
Triplex eſt abſolutum, & triplex relatiuum, 269.13.
Terminus primarius vnionis hypoſtaticę non eſt eſſentia Diuina, 274.1.
Tota actio, quæ in generatione prolis conuenit cuicumque Matri fuit in B. Virgine reſpectu generationis Chriſti 313.11.
Triplex eſt plenitudo 330.1.2.
Tres requiruntur conditiones ad mutatione propriè dictam, 337.1
Triplex gratia agnoſcitur in Chriſto, 348.8.
Tota Eccleſia Catholica confitetur Chriſtum vera miracula feciſſe propria virtute Diuina, 393.26.
Tria ſunt quę acerbitatem dolorum Chriſti oſtendunt, 414.15.
Triſtitia quid ſit, 417.21.
Triſtitia non eſt effectiuè cauſata ab ipſa voluntate, ſed ab obiecto, 417. 22.
Triſtitia poteſt cauſari in voluntate propter nolle conditionatum, 418. 25.
Triſtitia poteſt eſſe quadruplex in voluntate, ibidem n.2.
Triſtitia quoque de peccatis omnibus,

quam

quam vehemens, 423. 3.
Triſtitia Chriſti extenſiuè ſuperabat omnem pænam quorum cum hominum in hac vita expertam, 424.40.
Tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, 454.25.
Tanquam ignis, 455.28.29.
Typis primus eſt diluuium vniuerſale, 484.12.
Totum Sacramentum Euchariſtiæ viſibile vnico latriæ actu adorandum eſt, 506.12.
Tota neceſſitas actus credendi ad conſequendam ſalutem pendet ex comuni lege poſitiua Dei ſtatuentis hominem ſic ſaluare, 566.44.
Turpiſſimum eſt male ſentire de veracitate, & fidelitate Dei contra Armenos. 578.23.
Teſtimonia cauſantia euidentiam articulorum fidei ex Doctore ſubtilique eſt & relegi ſunt ſequentia, 43.44.45. 46. 47. contra ſectas contrarias 48.49. pag. 586.587.588.
Theſaurus Eccleſiæ à Papa applicatur mortuis tantum per modum ſimplicis ſolutionis, & ſuffragij, 600.30.
Traditio Diuina, & Apoſtolica vti ſunt Antiqui Patres pro opportunitate, 613.39.
Tribus modis poteſt humanus appetitus per virtutem Spei moderari, ne turpiter ſummum bonum futurum concupiſcat ex Scoto in 2. diſt. 6. quæſtion. 2. 650.2.
Tota ratio diligens proximis eſt ſolus Deus, 580.39.
Tempora adorationis Circumciſionis, 709.21.22.
Tria ſunt Baptiſmatum genera, &c. 718. 27.
Triplex eſt ſacrificium Legis naturæ, Legis Moſaicæ, Legis gratiæ, 749.17.
Tranſubſtantiatio non eſt in rigore mutatio, 779.24.
Tranſubſtantiatio propria duo requirit, ibid. num. 25.
Conuerſio tanquam genus in plus ſe haber, quam tranſubſtantiatio, ibidem numero 26.
Totus Chriſtus ſecundum omnia, quæ includit eſt in ſpecie panis, & iterum ſecundum omnia, quæ includit eſt in ſpecie vini, 787.49.
Tria ſunt genera defunctorum fidelium Sancti, Beati, Damnati in Inferno, & exiſtentes in Purgatorio, qui ſoli ſunt capaces ſuffragiorum, 816.48.
Tactus duplex phyſicus, & moralis 821.5.
Tria ſunt bona ob quæ Matrimonium eſt inſtitutum, 835.12.
Materia Matrimonij remota ſunt ipſamet contrahentium corpora proxima verò eorum traditio, n. 14.
Tuba qua vtentur Angeli ad conuocandos mortuos pro Reſurrectione, & Iudicio non ſit materiale inſtrumentum, quod dicitur Tuba, ſed magna quædam vox Angelorum miniſteria, &c. ibidem.
Miniſterium Angelorum in Reſurrectione generali erit collectio puluerum, & omnium materiarum ſe elementorum in quæ tunc diſperſæ inuenientur diſperſæ pulueres talium Defunctorum, ibidem.
Tertium miniſterium Angelorum in Reſurrectione mortuorum erit congregare, ſeu adducere ad locum Iudicij electos iam reſuſcitatos eſt de fide, ex Matth. 24. & mittet Angelos ſuos cum Tuba, idem erit de reprobis reſuſcitatis, 882.12.

V

VErba illa ſerpens erat callidior, &c. Intelligenda ſunt de vero Serpente, 1.3.
Viſus inter omnes ſenſus corporis magis ſimilis Intellectui, & quare, 9.19.
Voluntatis actus duplex velle, & nolle
Velle adhuc duplex, & quid ſint, 17. 12. & quomodo inter ſe ordinentur, 17.13.
Vera fuerunt Tonitrua, & fulgura, quæ audita ſunt in monte Sinai, 50.15.

Vox Dei deambulantis non fuit ſermo Dei, quo vocauit Adam, ſed ſonitus Dei, quem Adam verè cognouit, 40. 37.
Vocauit Dominus Adam ad iudicium dicens Adam vbi es ? in quo eluxit Diuina miſericordia, 41.40.
Verba illa: Maledictus es inter omnia Animantia ad verum Serpentem referuntur, 46.3.
Verba illa: Terram comedes &c. ad verũ Serpentem referuntur, 46.4.
Verba illa: Ipſa conteret caput tuum de vero Serpente intelligenda ſunt, 47.5.
Verba factus eſt vnus ex nobis quomodo ſunt intelligendi, 57.26.
Verba ne fortè mittat &c. manum ſuam ſunt Dei an ad ſeipſum, vel ad Angelos, 57.27.
Voluntas rationalis eſt Regina in toto Regno Animæ 72.10. eſt cæca, & finita, 74.12.
Voluntas humana 4. conformatur voluntati Diuinæ, 86.1.
Vniuerſaliter loquendo creata voluntas debet increatæ conformari tanquam ſuæ in obliquabili Regulæ, 89.7.
Voluntas creata in re volita non neceſſario conformatur increatæ, 89.8.
Voluntas creata obiecto non dat bonitatem ſicut voluntas increata, &c. ibidem.
Vis obligandi æternæ legis eſt maxima, 97.9.
Varietas Scoti, & D. Thomæ in aſſignando gradus in iure naturæ 98.11.12.13. & pag. 99.14. & 15. & pagina 100.16. & 17.
Vtrum Diſpenſauerit cum Oſea in præcepto fornicationis, & quomodo, 105. 27. 28.
Voluntarium quid ſit, 107.4. & Pagina 108.5.
Voluntarium ſumitur tripliciter, 108. 5.
Variæ diuiſiones voluntarij declarantur, 108. 6.7.
Violentia ab extrinſeco aliquando infertur agenti libero, 117.5.
Violentum, & neceſſarium differunt; ibidem.
Violentum duplex coactum, & non coactum, ibidem.
Voluntas non poteſt violentari ab intrinſeco, ibidem n 6.
Voluntas quomodo à Deo poteſt violentari, 117.6.7.
Voluntas patitur violentiam ab extrinſeco in actibus imperatis, & quomodo excuſatur à culpa, 118.8.
Voluntas actus ſunt duplices eliciti, & Imperati, & quid nam ſint, &c. 124 3.
Voluntatis primi duo actus contrarij velle, & nolle approbatio, & reprobatio, ibidem.
Voluntatis alij verſantur circa finem, vt amor fruitio, & intentio alij circa media eſt electio conſenſus, & vſus, ibidem.
Vſus, & abuſus quid ſit 129.13.
Vitalis facultas eſt duplex, 131.18.
Voluntas humana mouetur metaphoricè circa bonum verum, & apparens, 139.16.
Non ſic circa præfixũm, *ibidem*.
Virtus quid ſit, 141.1.2.
Virtus conſiſtit in medio, & quid dicendum de virtutibus Theologicis, 142. 3.
Virtutis vocabulum multiplex eſt, & æquiuocum, 142.4.
Virtutum connexio duplex, ibid.
Item adæquati duplex, ibidem.
Virtutes morale quomodo connexæ inter ſe, & cum virtutibus Theologicis, 144. 8. 9. & Pag. 145. 10. 11. & Pag. 146. 12.
Virtutes morales non in ſunt homini à natura, 146.13.
Virtus moralis in puro homine poteſt augeri, & minui, 147. 14. 15.
Virtus moralis non recipitur immediatè in nuda eſſentia Animæ, ſed ex potentijs, 148. 16.
Quomodo conceditur in ſenſu, &c. ibidem.

Vnus eſt virtutum moralium finis proximus ideſt moderatio paſſionum, 148.17.
Virtutem moralium omnium finis 2. immediatus quid ſit, 149.18.
Virtutis moralis obiectum duplex materiale, & formale, 149.19.
Vſusfructus quid ſit, 162.11.
Vſufructuarij obligationes, ibid.
Vſusfructus multis modis amittitur, 163. 12.
Vſus quid ſit, 161.9.
Vſucapio 3. titulus aquirendi Dominium 165.18.
Vbi, & de titulis vſucapionis, ibid.
Vitia oppoſita veræ fortitudini 178.16.
Vnio Beatifica, & vnio hypoſtatica, quomodo ſe habent ad inuicem, 242.17.
Voluntas Diuina libera, & rectiſſima in operando 245.3.4.
Vnio varia ſignificat, ibid.
Vnum ſecundum Algazelem multiplex, 265. 1.
Vnum ſecundum Ariſtotilem eſt etiam multiplex, 265.2.
Vnio naturalis plura continet, 265.3.
Vnio qua natura humana dicitur Verbo vnita eſt formaliter relatio, &c. 270. 14.
Verbum Diuinum dicitur vnitum naturæ humanæ relatione rationis, 270.15. 16. & 17.
Vnio hypoſtatica quomodo ſe habet ad alias vniones creatas, 272.20.21.
Vnio naturæ Diuinæ, & humanę in verbo eſt maximè inter omnes vniones creatas, 273.21. & dignitate eſt maior, ibidem 22.
Vnio hypoſtatica, & beatifica ſe habent vt excedens, & exceſſum ſunt inſeparabiles in Chriſto, 273.23.
Viſio beatifica, & fruitio beatifica poſſunt ſeparari 274.23.
Vnionis hypoſtaticæ duo termini totalis, & formalis, 274. 1.
Verbum Diuinum terminat 1. & immediatè vnionem hypoſtaticam, 275.5.
De vnione ſanguinis ad verbum Diuinum, 291.19.
Verbum Diuinum poteſt aſſumere, & ſibi vnire immediatè accidentia, & extra ſubiectum, 295.27.
Virginitatis multiplex acceptio, 314. 13.
Virtus altiſſimi obumbrans Virginem in Conceptione filij Dei quomodo attribuatur tribus perſonis 333.5.6 7.
Virtus Diuina in efficiendo hoc miſterio, & ſi non ſeruauerit modum ſucceſſiuum quo natura comune vtitur in generatione aliorum tamen non omnino neglexit, 335.13.
Vnio Animæ, & corporis in Chriſto non prius tempore facta eſt, quam vnio totius humanitatis ad Deum Verbum, 335.14.
Viſio duplex, 339.6.
Viſio Intellectiua duplex, ibid. n.7.
Viſio Animæ Chriſti non ſolum ſe extendit ad exiſtentia, & futura ſed etiam ad poſſibilia, 340.8.
Voluntas Chriſti non fuit impeccabilis per naturam, 346.2.
Voluntas Animæ Chriſti quantam impeccabilitatem obtinet tantam rectitudinem obtinet ad operandum, 347.4.
Veneranda vetuſtas, & ſtabilitas ſtatus Religioſi oſtenditur contra Hæreticos, &c. ibidem.
Vita ſolitaria abſolutè melior eſt vita ſæculari, 388.13.
Voluntas Chriſti 2. portionem ſuperiorem ſtrictè acceptam non poteſt triſtari, 419.27.
Voluntas Animæ Chriſti de facto 2. portionem ſuperiorem large ſum de quibus non fuit triſtata, 420.30.
Virtus Theologica tripliciter capitur, 652.19.
Voluntas Chriſti vt natura, ideſt vt inclinata ad ſuum bonum comodum, & perſectiuum ſecundum portionem ſuperiorem triſtabatur de Paſſione, & morte, 421.32.
Voluntas Animæ Chriſti, vt libera ſecundum portionem ſuperiorem, largè ſumpta non fuit triſtata de paſſione, &

morte conſequente nolitionem abſolutam, 421.33.

Voluntas Animæ Chriſti, vt libera ſecundum portionem ſuperiorem largè ſũptam habuit de ſua paſſione nolle conditionatum, 422.34.

Voluntas Animæ Chriſti ſecundum portionem inferiorem conſiderata, vt natura habuit triſtitiam de paſſione ſua, 422.35.

Vtrum additio Eccleſiæ facta Lege Euangelicæ reddet eam grauem, & obſeruatis difficiliorem Lege Veteri, 486.16.

Vnaquę Eccleſia vt vera ſit Eccleſia Chriſti eſt origine, ac ſucceſſione Apoſtolica, 609.24.

Vitam Caluini deſcripſerunt Hieronymus Bolſecus, Iulius Brigherius, & alij 645.18.

Vterque tollit omnes traditiones, & ſolis ſcripturis omnia vult contineri, 648.27.

Vidimus Lutherum, & Caluinum ſine regula credendi, videamus eos plenos dolo malo, Inuidia, & fraudibus, 648.30.31.

Virtutes Theologicæ, & morales quomodo conſiſtunt in medio, 655.28.

Voluntas hominis eſt proximum ſubiectum charitatis ad Deum, 663.16.

Variatio formæ Sacramenti ſecundum voces tantum non variat virtutem Sacramenti 992.12.

Vetus lex ceſſauit quoad efficaciam, & virtutem poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, quæ cæpit in die Sancto Pentecoſtes, 710.23.

Vnus Miniſter poteſt plures Baptizare, 725.40.

Virtute Baptiſmi deletur peccatori originale, & actuale, tam in adultis, quam in paruulis eſt de fide, 727.47.

Viſibile ſignum confirmationis quo dabatur Sacramento confirmationis in Eccleſia, 732.2.

Vt homo ſit capax extremæ vnctione non eſt neceſſe, vt ſit in peccato veniali, 741.30.

Valor ſeu virtus ſacrificij Miſſæ ex operè operato eſt finita, 757.42.43.

Verba hæc eſt, & hic eſt &c. ſunt quidem de eſſentia conſecrationis vtriuſque materiæ non tamen ſunt de eſſentia Sacramenti Euchariſtiæ, 772. num. 3. & 4.

Vini conſecrationi in Miſſa miſcenda eſt aqua naturalis, 775.13.

Veniali peccatum quomodo remittatur, 813.34.

Virtutes Theologicæ ſunt tantum tres, Fides, Spes, Charitas, 803.4.

Vt Matrimonium dicatur conſumatum requiritur penetratio carnis inter coniuges, 835.12.

Vt contractus Matrimonij ſit validus præter conſenſum contrahentium non requiritur conſenſus parentum, 437. ü7.

Conſenſus Parentum requiritur tantum, vt licitè fiat, ibidem.

Vinculum Matrimonij, vt ſic non eſt ad tempus, ſed eſt perpetuum, & *inſolubile*, 840.25.

Vltra alia enorma vitia Antichriſtus *Deū* Maozim in ſuo loco venerabitur. Dan. 11.38. vbi Liranus, & Maozim dicitur præſidium, & locus conſtruendus ab Antichriſto; vbi colet illum Dœmonem priuatum occultè, & in illo loco reponet Antichriſtus diuitias prætioſa, tanquam in loco ſacratiſſimo, & fortiſſimo Antichriſtus reuera erit Rex, & in effectu regnabit; Eligetur Rex à Iudæis, qui erunt in Iudæam præſertim in Ieruſalem, & Gentilibus, & poſtquam aliqua Prouincias, & Regna debellauerit in Iudæam veniet ac in ea ſedem Regni collocabit, & ſe verum Deum oſtendet in Templo, vt ſupradictum eſt propria dogmata ſtatuet, & quicquid vitioſum, & iniquum fuerit tanquam virtuoſum iuſtificabit. Multa faciet non vera miracula, ſed mirabilia commenſurata propriæ, & naturali ſuæ virtuti nobis incognitæ, & verè admirabili. Non eſt certum quantum ſe dilatabit Regnum Antichriſti tem-

tem-

temporale nullus enim ſcripturæ locus nullaque veterum Patrum Authoritas præſcribit terminos dilatationis Regni Antichriſti; Interim probabiliſſimum eſt , quod cętus fideli in omni Mundi regione in deſerta, in ſpeloncas, & ſimilia loca ſolitaria pro maiori parte recedent ; Teſte Lactantio Firmiano lib. 7. c. 57. ſuarum Inſtit. Iuſtum populum inquit perſequetur, & erit præſſura, & contritio qualis nunquam fuit à principio Mundi ; Quicumque crediderint, atque acceſſerit ei ſignabuntur tanquam pecudes , qui autem recuſauerint notam eius, aut in Montibus fugient, aut comprehenſi exquiſitis tormentis necabuntur , & poſt cum hæc facta erunt tunc iuſti, & ſectatores veritatis ſegregabunt ſe à malis , & fugient in ſolitudines, hæc Lactantius, & S. Ephrem ſerm. de Antichriſto plurimi ſanctorum , qui reperientur cum maximo ſtudio ad dextera loca , & occultabuntur timore periculi , 858. 19.

Talis erit ſtatus , tunc Eccleſiæ cum ſuo capite viſibili Romano , & Summo Pontifice , qui eam comitabitur in aduerſis, & tanquam verus Paſtor ibit ad eam in ſpeloncis, & cauernis, & cum ea fugiet ad montes, & ſolitudines, vt eam paſcat conſolatorio cibo tum verbi Dei, tum exemplari conuerſatione ; Tempore perſecutio non ceſſabit Principatum ſpirituale Eccleſiæ dicente, & promittente Chriſto, quod portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam. Probabile tamen eſt, quod tunc officio publica , & ſacrificium publicum ceſſabunt, nam perſecutio, & tribulatio, quę ab Antichriſto adueniet erit maior omnibus, & futuræ ſunt, vt dicit Chriſtus , Mat. 24. erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio Mundi , neque fiet , ſed in alijs Eccleſiæ perſecutionibus non fuerunt permiſſa officia Diuina publicè celebrari , neque ſacrificia publicè ſacrificari , ergo neque permittentur tempore Antichriſti.

Hic itaque Antichriſtus (inquit D. Aug.) Diaboli filius totius malitiæ Artifex peſſimus cum per 3. annos cum dimidio magna perſecutione totum Mundum vexauerit , & omnium populum Dei varijs pœnis cruciauerit, poſtquā Henoch, & Eliam interfecerit, & cęteros in fide permanentes Martyrio coronauerit. Ad vltimum ira Dei venit ſuper eum exercitus eius innumerabilis dictus Magog diſſipabitur, & Antichriſtus occidetur in Ieruſalē in Monte Oliueti Chriſti ſpiritu , ſeu virente immediatè opera Michaelis Arch. in conſpectu ſuorum Gregalium ; Mors eſt ſic futura, ex Alberto Stadenſi in Cronicis anno 1150. Perditionis filius Populum conuocabit, & in Cœlum ire tentabit , ſed cum Diabolica arte ſe ſurſum extulerit Diuina virtute eijcietur, ſed clarius ex Petro Comeſtore in Hiſt. Scholaſt. in 2. Theſ. 2. Antichriſtus ſpectante infinita multitudine hominū aſcendet verticem montis Oliueti , & & ſimulabit ſe velle in Cęlum redire ; Vndè deſcenderat ad homines , atque ipſum extollentibus ſpecie Angelorū Dœmonibus per aera in Cœlum eueheretur cunctis mirantibus, & Diuiniti acclamantibus, ſed eo temporis puncto aſcendente per aera Antichriſti ; Vox Chriſti audietur miſſa; Morere, & confeſtim fulmine percuſſus interibit. Interfecto Antichriſto non ſtatim erit futurum Iudicium, ſed probabile eſt , quod erit poſt 45. dies , neque hoc eſt certum . De qua re Liranus in 12. Dan. ſuper illa Verba Beatus, qui expectat , &c. ait hic ad numerum præcedentem adduntur 45. dies, qui poſt mortem dabantur à Deo ante Iudicium, vt decepti in perſecutione Antichriſti poſſint pœnitere , & ideò dicit Beatus qui in tribulatione Antichriſti ſtabit, & durabit per 3. annos cum dimidio, ſiue per dies 1390. & adhuc viuet per dies 45. quia ſi non fuerit deceptus per Antichriſtum, vt perfectus coronabitur, ſi autem fuerit deceptus poterit pęnitere

re in illis diebus ſequeqtibus, quia tunc erit omnibus manifeſta, & eius poteſtas ablata, ita Liranus 858.20.21.22. ex hucuſque dictis fit quoque maniſeſtiſſimus furor, & rabies Hęreticorum impudentiſſimè aſſerentium Summum Pontificem Romanum, eſſe illum magnum Antichriſtum, quod breuiter oſtenditur eſſe falſiſſimum aſſertum. Punitus eſt futurus Antichriſtus, ſed plures fuerunt Romani Pontifices contra quos oblatrant, ergo tot eſſent Antichriſti; 2. Antichriſtus directè Chriſtus, & ſe eſſe ius aduerſarium profitebitur, & Pontifices Romani gloriantur ſe dici Miniſtros Chriſti, & Vicarios, 3. talis erit ſuperbia Antichriſti, vt vẽturus ſit nomine ſuo proprio, vt Dominus ait Ioan. 5. at Pontifex Rom. à ſe ipſo non venit, ſed vt ſeruus, & Miniſter 4. Antichriſtus faciet ſe Deum, ſed inter Summos Pontifices nullus talis fuit, ſed profitetur ſe eſſe non ſolum ſeruum Dei, ſed ſeruum ſeruorum Dei, accipiendo Deum vere metaphoricè 5. Antichriſtus venturus eſt ſub finem Mundi, ergo euidenter falſum eſt aſſertum præfactum Hæreticorum 6. Antichriſtus aſperrimam perſecutionem aduerſum Eccleſiam commouebit, ſed nullus Pontifex Romanus hoc fecit, ergo non fuit Antichriſtus 7. Antichriſtus recipietur à Iudęis, vt eorum Meſſias, & ponet ſuam ſedem Ieroſolymis ſed nullus Pontifex receptus à Iudæis vt Meſſias, ſed Romæ, 8. Antichriſtus habebit Maximum Imperium temporale, & potentiam politicam ſed nullus Pontifex, nec habuit tantum Regnũ temporale, 9. Antichriſti regnum erit breue, nempè per 3. annos cum dimidio, ſed plures Pontifex regnarunt, vltra is annis, ergo non fuerunt Antichriſti, 10. durante Antichriſto comparebunt duo magni Prophetę Henoc, & Elias, qui ſe illius Doctrinæ opponent eſt ſermo in Apoc. prædicabant quo finita predicatione ab Antichriſto occidentur vt hæc regnantibus Pontificibus per tot ſæcula nunquam viſa ſunt nec audita, 11. Tandem exercitus Antichriſtus poſt plurima bella, & Reges ab eo deuictos igne Cæleſti delebuntur, Ipſe verò Antichriſtus, & eius Pſeudo Propheta viui mictentur in ſtagnum, ſulphuris, At nihil tale accidit, dum regnat Pontifex Romanus. Impoſturas quaſdam confixere prædicti Hæretici, quibus volunt Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum, quæ cum ſint meræ falſitates reijciuntur, & repelluntur, 858. & 859.

Virtuti agenti naturalis aliquis effectus poteſt redire idem n. 880. 6.

Virtus eadem naturalis Agentis non poterit vnire corporibus perfectè reparatis, ibi num. 7.

Varia ſignificatio huius hominis Iudiciũ, 889. 3.

Vallis Ioſaphat erit locus in quo fiet Iudicium, 891. 8.

Veriſimilius videtur electos tunc non eſſe ignem paſſuros, & purgationem hanc ante Reſurrectionem eſſe peragendam, 896. 15.

Vide num. 2. & diſcurre circa primam ſent. circa 2. ſent. vide num. 9. & num. 4. quantum ad primum, errorem hic error apertiſſimis rationibus contriſtatur, vide num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11 12. 13. 14. 15. 16. Beatitudo vera homines non conſiſtit in poſſeſſione fic creatæ, ſed infinitæ, & increatæ ſunt fides docet num. 17. & 18. eſſe ſtatim ac electi mortui ſunt eorum animæ non indigent Purgatorio ad Beatitudinem admittuntur, num. 19. Beatitudo hæc hominum, & Angelorum eſt perpetuo, & in æternum duratura eſt de fide. Hæc duratio perpetua non ineſt eidem intrinſecè, & formaliter, ſed aliunde, ideſt à voluntate Diuina 908. 10.

Vide Dei ſecundum aliquos actus, & circa aliqua prædicata, & obiecta viſa in eo ſit compoſitiua, & diſcurſiua ſiue ſcientifica, 915. 42.

Viſio Beata qua videtur Deus, & alia impropriè, & in rigore non eſt Verbum

bum ; neque cauſatiua Verbi, 916. 44.

Vltra cauſalitatem circa viſionem lumen gloriæ habet , quod ex ordinatione, Dei , ſeu moraliter ſecundum modernos cauſat , ſeu adducit obiectiuam Dei præſentiam , quam intellectus Beati nequit naturaliter habere, 918. 50.

Viator de facto fruitione ordinatâ frui poteſt eſſentia Diuina non fruendo perſonis item ordinatè idem Viator poteſt frui vna perſona , non fruendo alia, 922.64.

Diuinitus debetur aureola Virginitatis, 924.64.

Valent Imagines ad Hiſtoriam aliquam oculis exhibendam 936, 22.

FINIS.

5, 2

Digitized by Google